



Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AD ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER 3E CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DERENTUR ABSOLUTAS DETECTIS,
AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGU-
LARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICAN-
TIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN
ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATIS-
TICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITUR-
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM
DUOBUS INDICIIS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID
NON SOLUM TALIS TALEVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMIS-
SO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS
OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A
PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-
TIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES
ÆTATES, LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES LATINA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINÆ
A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA
STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLE-
CTITUR, ET AD NOVEN ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM
TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA
DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE
LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EM-
PTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL
PRO SEX FRANCIS OSTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ, NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ LATINÆ TOMUS LIX.

S. GELASIUS I PAPA, S. AVITUS, S. FAUSTINUS, JOANNES DIACONUS, JULIANUS FOMERIUS,
ANONYMI DUO, INCERTUS AUCTOR, M. AURELIUS CLEMENS PRUDENTIUS.

EXCUDERETUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER.
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1862

BR
60
.M4
e.59
97.2

Incipit prosmu aureu s rubenai
Liber catemerion incipit;

P LIBER CATEMERION NON INCIPIT
perquinquen na idm dicesm
ni fallor sumus septim insu
anni cardorotat du frumwtole uolublr
l nftat tmen. et dtem. ad hunc adpout.
V icthi tenio ia dtr applicat;

D INCIPIT VNUS IN HONORE SCORU
V VIII MARTYRU CAESAR AUGUS
TANORUM
IS NOUE NR POPULUS SUB VNO
Maturum seruat cineres sepul chro
Caesar augusta vocata nua vr bem fleguntia

A INCIPIT PASSIO SCL LAVRENTI
Antiqua fa norumparens lam roma
corpb delecta

AUR PRV DEN TUI
CLEMENTIS. U. G.
FINIT CONTRA
SYMMACULIB. II.
INCIPIT EIUDEM
ROMANUS CONTRA
GENTILES:

R <sup>LAMBICQ
METRU</sup>
Romanus de se fons a serendi.
E lngus fori s gans f automoue,
L argo otopu arm in statissimo.



Lucerna fletilis veterum Christianorum ex museo F. B. Passeri.

Prototypon vetustum SS. septem dormientium.

SÆCULUM V. ANNI 405-496.

SS. GELASII I PAPÆ,

AVITI, FAUSTINI,

NECNON

JOANNIS DIACONI, JULIANI POMERII,

ET

DUORUM ANONYMORUM

OPERA OMNIA,

AD PRÆSTANTISSIMAS MANSI, GALLANDII, EDMONDI MARTENII ATQUE BALUZII EDITIONES
ACCURATISSIME DIGESTA :

POST QUÆ

POETARUM QUINTI SÆCULI

SERIEM APERIUNT

AURELII PRUDENTII

CARMINA

EXPRESSA JUXTA EDITIONEM AREVALI, NON PAUCIS VITIIS EXPURGATAM, SED IN EO PRÆSERTIM
GRAVITER EMENDATAM QUOD PLURIMA **ADDENDA**, QUÆ NON SINE MAXIMO LECTORIS
INCOMMODO TREDECIM AMPLIUS PAGINIS AD CALCEM OPERUM CONTINEBANTUR,
SUO QUÆQUE LOCO IN HAC NOVISSIMA RECENSIONE RESTITUTA SINT :

ACCURANTE J.-P. MIGNE,
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PRUDENTII TOMUS PRIOR.
CÆTERORUM TOMUS UNICUS.

VENIT 7 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

1862

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LIX CONTINENTUR.

GELASUS PAPA I.

<i>Prolegomenon, ex Libro Pontificali.</i>	col. 9
Epistolæ et Decreta.	13
Tomus de Anathematis vinculo.	102
Adversus Andromachum senatorem cæterosque Romanos qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituerant.	110
Adversus Pelagianam hæresim.	116
Decretum. — Repeti non possunt quæ triginta annis quiete possidentur.	127
Decretum alterum. — Non oportet ab eorum elemosynis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.	137
Constituta, quæ episcopi in sua ordinatione accipiunt.	137
APPENDICES.	
I. — Varia Fragmenta.	139
II. — Canones Gelasio ascripti.	141
III. — Conciliorum sub Gelasio habitorum relatio.	157

S. AVITUS, EPISCOPUS VIENNENSIS.

<i>Prolegomenon, ex Bibl. Galland.</i>	191
Alcimi Ecdicii Aviti Epistolæ.	199
Homilia de Rogationibus. — Unde consuetudo Rogationum processerit.	289
Quorundam S. Aviti opusculorum Fragmenta.	293
Poematum de Mosaicæ Historiæ gestis libri quinque.	325
I. — De initio mundi.	325
II. — De originali peccato.	329
III. — De sententia Dei.	357
IV. — De Diluvio mundi.	345
V. — De transitu maris Rubri.	355
De consolatoria laude Castitatis, ad Fuscinam sororem Deo virginem sacram.	509
Epistolæ quatuor.	581
Fragmenta libri de divinitate Spiritus sancti.	585
Collatio episcoporum, præsertim Aviti, coram rege Gundebaldo adversus Arianos.	587
Sermo, feria tertia in Rogationibus.	591

JOANNES DIACONUS.

<i>Prolegomenon, ex Bibl. Galland.</i>	397
Epistola ad Senarium virum illustrem, de variis ritibus ad Baptismum pertinentibus, et aliis observatione dignis.	399

SANCTUS FAUSTINUS.

<i>E. Martène Admonitio.</i>	407
Homilia de Passione Domini.	407

JULIANUS POMERIUS.

<i>Notitia, ex Cave.</i>	411
<i>Admonitio libris De Vita contemplativa a Manegantio præfixa in sua S. Prosperi Aquitani Parisiensi editione.</i>	411
De Vita contemplativa libri tres.	413

AUCTORES ANONYMI DUO.

<i>Baluzii Admonitio in libellos de Genealogiis et de Computo Paschali.</i>	519.
De Genealogiis Patriarcharum, collectis ex omnibus libris veteris novique Testamenti, in quibus Prophetiæ cum hominibus et tempora omnium Prophetarum usque ad B. Cyprianum demonstrantur; et usque ad auctoris ætatem quid fuerit gestum apertissime monstratur: ex Historiis collectum legalium Mandatorum.	525
De Computo Paschali libri duo.	513

AUCTOR INCERTUS.

<i>Observatio critica.</i>	561
Ordo monasticus in veteri Scotiæ monasterio de Kil-Ros olim observatus.	563

POETÆ QUINTI SÆCULI.

M. AURELIUS CLEMENS PRUDENTIUS.

<i>Faustini Arevali Epistola dedicatoria D. N. Pio VI, Papæ Maximo.</i>	567
<i>Prudentiana, sive Prolegomena in Editionem Romanam Operum M. Aurelii Clementis Prudentii.</i>	571
Carmina.	767
Liber Cathemerinon.	775
Apotheosis.	921
Hamartigenia.	1007
Index rerum.	1079

APPENDIX

10000 77000

GELASIUS PAPA I.

(Ex collect. Concil. Mansi.)

PROLEGOMENON.

(Ex l.b. Pontificali.)

(a) Gelasius, natione Afer ex patre Valerio, (b) scdit annos 4, menses 8, dies 18. Fuit temporibus (c) Theodorici regis et (d) Zenonis Augusti. (e) Hujus temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorum quoque

A codices ante fores basilicæ Sanctæ Mariæ incendio concremavit. (f) Illic sub gesta synodica, cum fletu, et sub satisfactione libelli, purgatum Misenum episcopum revocavit, quem et Ecclesiæ suæ restituit, qui peccaverat in causa Acacii et Petri. Illic fuit

(a) Secunda die Martii, anno Redemptoris nostri 492, post interregnum quinque dierum, Gelasius natione Africanus subrogatus est Felici tertio. Sub hujus enim anni consulibus plures epistolæ ab eo datæ reperiuntur infra. Unde corrigendus est Marcellinus, qui ejus ingressum post annum 493 ponit. Initio pontificatus Anastasio imperatori, orthodoxam fidem professo, communicavit litteras pacificas, quas Euphemio Constantinopolitano petenti denegarat, donec Acacii nomen e diptychis expunxisset. Hujus temporibus magnus ille monachorum patriarcha, decus Occidentalis Ecclesiæ, Benedictus patria Nursinus, ab urbe Roma, ubi litteris operam dederat, in solitudinem recedens, sublimioris vitæ monasticæ prima fundamenta jecit. Sev. BINIUS.

vit; non ut mortuum damnaret, sed ut declararet hæreticum sine pœnitentia defunctum alienum esse et indignum illo consortio communicationis catholicæ, qua certis quibusdam ritibus præscriptis, Ecclesiæ catholica cum mortuis communicare solet. Baronius anno Domini 491, num. 2 et sequentibus. Sev. BINIUS.

(b) Indices Vaticani idem attestantur. Sev. BINIUS.

(e) Sicut tempore Leonis, ita etiamnum Manichæi latitabant in Urbe: qui ne detegerentur, simulantes fidem orthodoxam, una cum catholicis communicabant, a sumptione calicis autem superstitione abstinabant; quia Cerinthum aliosque hæresiarchas seclati vinum creaturam diaboli esse ducebant.

(c) Hic post Odoacrum regem Herulorum ter quaterve devictum, ac tandem contra datam fidem, anno Christi 493 interemptum, annis triginta tribus Ostrogothis et Italis, regio titulo et ornatu asservatis, imperavit, missaque deinceps legatione, pacem ab Anastasio omnibusque regibus petiit et impetravit. Clodovæi filiam in uxorem duxit; filiarumque ex concubina alteram Alarico Vestgothorum, alteram Burgundionum regi elocavit. Cassiodorus in Chronico, item epistola prima. Illic quantumvis Arianus esset, catholicos tamen gratos habebat, et non tantum de episcopis catholicis, verum etiam de ipsa sede apostolica bene meritus fuit. Scribunt de eo Theodoretus, Nicephorus, Zonaras, et Cedrenus, et alii, quod cuidam catholico sui gratia ad Arianos transeunti, caput resererit dicens: Si Deo fidem sinceram non servasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis? Epiphanium Ticinensem et Casarium Arelatensem veneratus est, et munificentissimis muneribus donavit. Qualis fuerit in Symmachum, sedemque apostolicam, infra patebit in notis concilii Romani quarti, sub Symmacho. Sev. BINIUS.

B Verba Leonis sermone quarto de tempore quadragesimali hæc sunt: Cumque ad legendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysteriis, ita in sacramentorum communionem se temperant, ut interdum tutius lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem vero redemptionis nostræ haurire declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, ut vobis hujuscemodi homines ex his manifestentur indicia, et quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio notati et proditi, a sanctorum societate sacerdotali auctoritate pellantur. Ut ergo certo aliquo et manifestissimo indicio, evidentique nota Manichæi, clanculo in Urbe latitantes, et fidem orthodoxam simulantes, a catholicis discernentur, pro necessitate temporis ac loci, edito decreto constituit pontifex, ne aliter quam sub utraque specie panis et vini sacra eucharistia pro tempore distribueretur. Verba canonis distincti. 2 de consecrat. exstantibus hæc sunt: *Comperimus autem quod quidam, sumpta tantummodo corporis sancti portione, a calice sacri cruoris absterneant. Qui procul dubio, quantum nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur; quia divisio unius ejusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire. Unde quam inepte inferant nostri temporis novatores hæretici, necessario sub utraque specie communicandum esse, nemo non videt, cum ex hoc loco potius contrarium colligatur; licuisse nimirum fidelibus hoc tempore sub altera tantum specie communionem eucharisticam sumere: ad discernendos vero et ab Urbe expellendos Manichæos illud ad aliquod duntaxat tempus prohibitum fuisse. Vide Baronium anno 496, num. 19 et sequentibus, item quæ diximus supra in notis concilii Romani sub Leone, item quæ dicemus infra in notis concilii Constantinopolitani. Sev. BINIUS.*

(d) Errat Anastasius auctor libri Pontificalis. Constant enim Marcellini, et Cassiodori in Chronico, Evagrii, Cedreni, aliorumque scriptorum auctoritate, Zenonem imperatorem sub consulatu Olybrii, anno Domini 491, qui fuit Felicis papæ nonus, morbo comitiali arreptum, adeo ut videretur mortuus, viventemque adhuc sepultum fuisse, atque simulate pietatis et religionis mercedem, suo merito, justa Dei vindicta retulisse.

Hormisdæ pontifex hujus nomen, jam plurimis annis defuncti, ex alio catholicorum imperatorum per Justinum imperatorem expungi curavit ac demandanda

(f) De his fusius in notis concilii Romani secundi sub Gelasio, infra. Sev. BINIUS.

375

amator (1) cleri et pauperum, et clerum ampliavit. Hic liberavit a periculo famis civitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia. (a) Hujus temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quod multa mala et homicidia fierent a Petro et Acacio Constantinopolitano. Eodem tempore fugiens Joannes Alexandrinus episcopus catholicus venit Romam ad sedem apostolicam. Quem B. Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam et secundam sedem præbuit. Ipsi temporibus fecit synodum, et misit per tractum Orientis, et iterum (2) damnavit in perpetuum Acacium et Petrum, si non (3) pœnitentes, sub satisfactione libelli, postulare pœnitentiam, (4) secundum humanitatem primæ sedis Ecclesiæ. Hic dedicavit basilicam sanctæ Euphemie martyris in civitate Tiburtina, milliario 20 ab Urbe. Dedicavit autem basilicas alias sanctorum Nicandri et Eleutherii et An-

(a) Quæ de Acacio et Petro, tanquam viventibus a Gelasio damnatis, auctor adjungit, procul a vero abhorrent: jam enim ante damnatos et vita functos esse diximus supra in notis ad vitam et epistolam sextam Felicis. Item in notis ad concilium Romanum sub Felice II. Posset dici, quod horum jam damnatorum et mortuorum occasione multa Constantinopoli gesta fuerint. Sev. Binius.

(b) Hoc grande et præclarum volumen fuisse testatur Gennadius de Script. ecclesiast. cap. 14, his verbis: *Gelasius urbis Romæ episcopus scripsit adversus Eutychem et Nestorium grande et præclarum volumen, et tractatus diversarum scripturarum et sacramentorum limato sermone*, etc. Unde patet quod libellus iste de Duabus Naturis contra Eutychem et Nestorium in Bibliotheca sanctorum Patrum exstans, sicque incipiens: *Necessarium quoque fuit*, etc., Gelasio Romano pontifici attribui non possit, siquidem parvum duntaxat opusculum sit, unius libri periodo terminatum. Hæc communis doctiorum virorum nostri sæculi sententia, confirmatur primum ex eo quod auctor allegati opusculi Eusebii Cæsariensis scripta plurimum commendat, quæ Gelasius pontifex in actis concilii Romani infra inter apocrypha recensuit. Secundo, quod plurima Græcorum Patrum, Latinorum pauca vel nulla testimonia producat, adeoque Græcus potius quam Latinus scriptor esse videatur. Cum enim adduxisset quindecim Patres Græcos, duos tantum Latinos, Ambrosium et Damasum profert, Cyprano, Hilario, Hieronymo, Augustino, Innocentio, Leone, Prospero, similibusque aliis omissis: quos sibi notissimos Gelasius pontifex nunquam omisisset. Gennadio ascribi nequit, quia tradit se illos sex libros non adversus Eutychem, sed Nestorium scripsisse. Posset sustineri, quod ex recentioribus aiant plurimi, hujus libelli auctorem esse Gelasium Cæsariensem episcopum, cujus meminit sanctus Hieronymus de Script. ecclesiast. cap. 150, unde quoque Theodoretus in dialogis plura citavit. Illustrissimus cardinalis Baronius post longam hujus rei indagacionem, solertissime inter omnes alios concludit hujus libelli de Duabus Naturis contra Eutychem,

dreæ, via Lavicana in fundum in villa pertusa. Fecit autem et basilicam sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Crispini, milliario ab Urbe 20. (b) Hic fecit quinque libros adversus Nestorium et Eutychem, (5) qui hodie in bibliotheca et archivo ecclesiæ continentur. Fecit et hymnos in modum beati Ambrosii episcopi. Item duos libros adversus Arium. Fecit etiam et sacramentorum præfationes et orationes cauto sermone, et epistolas fidei elimato sermone (6). Multum sub hujus episcopatu clerus crevit. Hic fecit ordinationes duas (7) in urbe Roma per mensis Februarii et Decembrem, presbyteros triginta duos, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero sexaginta septem. Qui etiam sepultus est in basilica Beati Petri apostoli, undecimo calendis Decembris. Et post obitum ejus cessavit episcopatus dies septem.

et actorum Nicæni concilii, quæ supra tom. II exstant, unum eundemque esse auctorem, tum quod utrobique fateatur se utrumque opus conscripsisse, ut contra Eutychanos hæreticos, tempore Basilisci imperatoris circa annum Domini 476 invalescentes, fidem orthodoxam defenderet; tum etiam quod Eusebium Cæsariensem episcopum utrobique plurimum laudet, eumque titulis magno alicui orthodoxo convenientibus exornet, et a suspicione hæreseos Ariane plane eximat; quod utriusque præfationem inveniunt prima fronte apparebit. Ipsa vero acta Nicæni concilii tribus tomis comprehensa auctore Gelasio conscripta esse fatetur Photius in Bibliotheca, verbis illis quæ supra tomo secundo Conciliorum ejusdem historiæ præfixa sunt. Eundem ergo Gelasium Cyzicenum hujus libelli auctorem esse, de quo diu multumque hactenus dubitatum fuit, cum cardinali Baronio libenter concludimus. Verum quicumque tandem auctor hujus libelli fuerit, in doctrina de transsubstantiatione panis et vini in sacramento eucharistiæ ab aliis catholicis scriptoribus non discrepat. Quod enim ait: *Non desinit substantia vel natura panis et vini*, intelligendum est de natura et essentia accidentium. Frequens enim est ut communi usu dicendi substantia pro natura et essentia accipiatur. Ita explicat hunc locum Bellarminus lib. II de Sacramento eucharistiæ, cap. 27; Baronius anno Christi 436, num. 10 et sequent. Ante victoriam ergo triumphantem Lutherani hæretici, qui ex hoc loco doctrinam orthodoxam de transsubstantiatione panis et vini in sacramento eucharistiæ eversam esse jactant. Reliqua quæ per alumniam obijciunt Gelasio pontifici, partim refutavimus supra verbis *Hujus temporibus inventi* (Col. 9, not. e), partim infra diluimus in tomo Gelasii de Anathematis Vinculo. De scriptis Gelasii vide Possevinum in Apparatu sacro, verbo *Gelasius*. Exstat apologia Gelasii adversus Andromachum secun-
D
dum morem pristinum colenda constituebant. Quam, ex Baronii Annalibus acceptam, lectori infra exhibendam esse putavimus. Sev. Binius.

(1) Cod. Luc. 490, *amator pauperum, et clerum*, etc.

(2) Idem, *et iterum misit, et damnavit*.

(3) Idem, *pœnitens*.

(4) In eodem cod. *secundum humanitatem primæ*

sedis Ecclesiæ deest.

(5) In eodem cod. *qui hodie... continentur deest.*

(6) Idem cod., *sermone multas. Sub ejus*, etc.

(7) In eodem cod. *in urbe Roma deest.*

GELASII PAPÆ I

EPISTOLÆ ET DECRETA.

• EPISTOLA PRIMA.

GELASII PAPÆ I AD EUPHEMIANUM.

Scribit neminem ad sedis apostolicæ communionem se posse admittere qui Acacii nomen non damnaverit. Quare eum hortatur ut quemadmodum Eutychetem reliquosque hæreticos, sic quoque Acacium anathematizet.

Dilectissimo ^b fratri ^a Euphemiano Gelasius.

Quod plene cupimus, atque sincera fidei communionisque catholicæ redintegratione firmari, asserit tua dilectio, quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per litteras spectaverit significantiam provocantem ^c de his quæ circa nos dispensatio divina perficit, ut sic in secundis vicem salutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, ut putaret nos, vel aliquem potius, quæ sunt gesta referentes, debuisse responsa promereri; quia nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si, ut magis opinamur, quasi sociis, quibus præesse Christi munere delegatum est, apostolicam sedem institutum sibi noviter sacerdotem præeuntes oportuisse dixisti litteris indicare. Fuit quondam ecclesiastica vetus hæc regula apud patres nostros, quibus una catholica apostolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione constabat. Nunc autem cum societatem præferre malitis extraneam, quam ad beati Petri purum redire illibatamque consortium: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena (Psal. cxxxvi)?* Quomodo dispositionis apostolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodum vobis ordinationem renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio ^d hæreticos damnatos præponitis? Dicit forsitan tua dilectio,

^a Hæc est secunda epistola Gelasii, responsoria illius qua Euphemius Constantinopolitanus episcopus communionem catholicam sibi negatam extorquere frustra conatus est. Euphemius orthodoxam quidem fidem profitebatur; sed quia nomen Acacii prædecessori sui ab Ecclesia Romana damnati e diptychis, prout Felix papa monuerat, necdum expunxerat, catholicæ Ecclesiæ communionem indignus erat. Ut Gelasium in locum Felicis subrogatum accepit Euphemius, more majorum scripsit quidem epistolam fidei suæ confessoriam, ut communicatorias litteras impetraret; sed Gelasius reddidit tantum illi, quæ non exstat, epistolam communicatoriam, qua eum admonuit se frustra de obtinenda Ecclesiæ catholicæ communionem agere antequam nomen Acacii e sacris tabulis abstulerit penitusque eraserit. Qua occasione, cum Euphemius alia legatione, alias ad pontificem

^A hæreticos damnatos dici Acacium et Petrum. Cur *al.* Quod] si fas non est, præsentibus saltem litteris colloquamur? Quia aliter appellamus dominicæ mensæ participes, aliter qui in ejus nobiscum societate dissentiant: quia ipse Dominus alio modo verba faciebat, a sua prædicatione discretis; alio discipulis regni cœlestis secreta pandebat. Consequenter quoque apostoli non ita a suo collegio separatis, quemadmodum fidei domesticis, consortibusque loquebantur. Sed ait dilectio tua, tantum circa me sese caritatis habuisse, ut non solum ad scribendum fueris contentus, sed affatus audire. Legisti sententiam: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei (Rom. x)*; illud scilicet verbum, quod confessioni beati apostoli Petri portas inferni nunquam prævalituras esse promisit (*Math. xvi*). Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis, non nisi aliquid tale promississet institueret, veram sponsonis suæ promissionem impleteret. Ait denique tua dilectio, nos divinæ providentiæ gratia, quod ille monstraverit, sanctarum ecclesiarum non deserere caritatem, quia me in pontificali sede locaverit non indigentem, sicut ait, doceri; sed intendentem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis unitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de parvis. Quid enim de me sentiam cum hoc ipse de se magister gentium te-tetur, qui se ultimum et non dignum vocari apostolum profitetur (*I Cor. xv*)? Verumtamen, ut ad dilectionis tuæ verba redeamus, si veraciter assecutus es hæc divinitus mihi fuisse collata, quæ et profecto quæcumque sunt bona, dona sunt Dei: sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, et se-

dedisset litteras ejusdem argumenti cum prioribus, pontifex priori sententiæ et epistolæ inhærens, hanc secundam ad eundem Euphemium epistolam respicit anno pontificatus sui primo: poterat enim uno eodemque spatio bimestri Euphemius unas [F. suas] litteras Constantinopoli Romam misisse, et responsorias suarum inde vicissim recepisse. SEV. BINIUS.

^b Non exhorruisse orthodoxos interdum vocari fratres Christianos etiam a communionem extorres, hoc aliisque pluribus exemplis demonstrari potest: eumpagine enim humanæ naturæ et nominis Christiani, licet non fidei orthodoxæ, neque catholice conjunctione, ejusmodi nomenclatura aliquando a Patribus usitata reperitur. Baronius an. 492, num. 10. SEV. BINIUS.

^c Id est, reddens certiore eum, qui ante litteris provocaverat. SEV. BINIUS.

^a Alias *Euphemio episcopo Constantinopolitano*, de quo Marcellinus comes in chronico, Liberatus cap. 48. Evagr. l. 3, cap. 23. Nicephor. lib. 16, cap. 19.

^b Scholion ms. in cod. Bellov., *Hæreticos damnatos dicit Acacium et Petrum.* HARDUIN.

endum supernam dispositionem universa cunctaque insipientis quæ ad Ecclesiarum pertinent unitatem, et adversus diabolum conturbatorem veræ pacis atque compægis, ut asseris fortiter resistentiæ. Si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt quæ a Christo, ut perhibes, constituta sunt; aut palam te, quod absit, Christi dispositionibus obviare depromis, aut ad veniam [*al.* venam] luxuriæ de me cognoscere ista jactare. Sed consequenter annectis, condescendibilem me et optima dispositione revocare posse concordiam. Proinde, quoniam isto verbo frequenter utimini, quid sibi velit, explore. Optima enim illa est Ecclesiæ catholica atque apostolicæ dispositio, ad meliora proficere condescendere, non ad inferiora descendendo deficere. Cum autem dicis condescendere nos debere vobiscum, interim jam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Unde, quæso, vel quo ista descensio est? Utiq̄ue ex superiori quodam loco ad inferiora quæque deposito, a catholica [*al.* depositio. A catholica] apostolicaque communione ad hæreticam damnatamque prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis: et non solum vos in infimis jacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscum invitatis ad ima de summis, nos coascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsæ justitiæ judicet genus humanum, quis nostrum debeat alteri obedire. ¹ An dicis, ut cætera nunc omittam, descendit Dominus ipse de cælo? Descendit plane, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut ejus misceretur errori. Nonne ipse præmonuit ut qui in tecto consisterent, non descenderent, nec de ea quæ in domo videntur esse tollenda (*Matth. xxiv*)? Nonne pro omnibus Apostolus (*I Cor. xv*) clamat unus, qui plus omnibus laboravit, cum de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horam cessimus subjectionis gratia, ut veritas Evangelii permaneret apud vos? Videtis coelestem magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremo faciamus aliquem corruisse, ad quem benignissime sublevandum paululum quispiam velit inflecti. Ergo, ut erigatur jacens, miserantem convenit inclinari, non ut cum eodem præcipitetur in foveam. Igitur per litteras quas per Sinclitium diaconem destinastis, de his quos baptizavit, quos ordinavit Acacius, majorum traditione confectis et veram, præcipue religiosæ sollicitudini congruam præbemus sine difficultate medicinam. Quo nos vultis ultra descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia, quod nonnunquam fit, debuit commonere. An forsitan, ut hæreticorum damnatorumque et his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad subveniendum, sed evidenter in inferna demergi. Parcite, quæso, et nobis et vobis. Quod si curam vestri adeo non habetis, date veniam nobis. Dolere et flere possumus et

A debemus: in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, præstante Deo nostro, sinceram puramque paternæ traditionis fidem communionemque retinere, et ab omni prævaricatorum contagione discretam, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes (si velit Deus) quælibet illa perferri, quam causas incidere damnationis æternæ. Date, inquam, veniam, si tamen cum vos propter amorem cujuslibet hominis vel timorem hæc libenter incurritis, nos propter amorem Dei et timorem gebennæ talia refutamus. Nec vos credatis, dissimulando causas atque personas, cujuslibet amicitias posse subreperere? quia neque vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi: et nos, præstante Deo nostro, non reperitis incautos. Nonne missis huc sæpe litteris indicastis, cum cæteris hæreticis vos Eutychem quoque respue-
B re? Hoc si verum est, aut eos qui communicaverunt Eutychetis successoribus pariter abdicare, aut aliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes, admittite. Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem, sicut Eutyches, et successor ejus, legitur ubicunque dixisse; quasi non sit deterius, et non ignorasse veritatem et tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim, cum aliquis recte sapiens de fide catholica communicet illis hæreticis, inter quos Eutychem posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare: ita ergone illius Eutychetis successoribus communicando, simili sorte tenetur obnoxius? De talibus quippe convenienter dicitur: *Descendant in infernum viventes* (*Psal. lvi*), qui dum illa vita qua justus vivit (*Rom. i*), vera atque catholica putantur vivere, repente aut in prona pravitate, aut in hæreticæ communionis inferna vergunt. Ecce quales Christo dicitis esse præponendos, cum ille nec animas nostras sibi nec præcipiat anteponi. Imo et adhuc quæritis quando fuerit damnatus Acacius, quasi verera, etiamsi eum nullus ante damnasset, non debuerit orthodoxæ et apostolicæ communionis, cujus prævaricator existit et desertor, participatione secludi; sicut etiam quilibet qui fuerit ante catholicus, cuiuslibet hæresi communicans, merito judicatur a nostra societate removendus; aut in tali sorte defunctus, inter catholicorum nomina nullatenus computari. Miramur tamen quomodo ista profertis, hoc est et synodum Chalcedonensem vos suscipere fide catholica profiteamini; et eos quos damnavit, sectantium communicatores, non particulariter generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo quæ synodus in unaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes simulque omnes non damnet et complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychanis hæreticis detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est, quæ et Eutychem Dioscorumque cum successoribus eorum hisque communicantes synodico tenore prostravit.

¹ Forte rectius, *At dicis*. HARDUIN.

Sic sequaces quoque eorum, Timotheum Petrum-que simili definitione dejecit. Proinde si ea quæ in synodo Chalcedonensi pro fide et communione catholica lege apostolica definita sunt, vere certeque sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur; aut successores ab illa synodo damnatorum bisque communicantes abjicite; aut, si istos admittitis, ea quæ in illa synodo pro fide et communione catholica et apostolica sunt peracta, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, et in Eutychnam hæresim sine retractatione reciditis, meritoque a catholicis probamini esse vitandi: quia ut talem pestilentiam perpetuo possemus evadere, ea quæ contra ipsam ab ea congregatione sanctorum Patrum salubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda, non solum sedis apostolicæ præules, sed etiam Orientalium regionum catholici censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicavit Acacius? Veris assertionibus edocete, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychna fuerit professione vel communione mundatus: ut cum id nihilominus evidenti rerum claruerit demonstratione convictum, palam aperteque possitis advertere, aut vos debere cedere veritati, aut adversus hanc manifesta dimicatione configere. Nec vobis blandiamini, quia fidem catholicam profiterini vos tenere, quia Eutycheis nomen adenistis, quia ea veluti prædicare videamini, quæ orthodoxa prædicavit antiquitas. Clamat enim nobis illa evangelica sententia: *Aut facite arborem bonam, et fructus ejus bonos; aut facite arborem malam et fructus ejus malos: a fructibus enim arbor cognoscitur (Matth. xii)*: id est, si voce, si fide, si professione catholica et apostolica fideliter veraciterque gloriamini, hujus et communionem recipite. Si vero hæreticorum, scilicet damnatorum, vel his aut successoribus eorum communicantium, communio vobis placet, quid statis? quid circumspicitis? simul et eorum aperte manifesteque, remotis obstaculis, dogma defendite. Quid enim juvat? imo et satis gravat, dictis polliceri quod factis negatur, ut non solum ipsa per se hæresis Eutychna, quam sit funesta Christiano sacramento, possitis agnoscere, sed quanta et quam gravia hæresis ista in sui definitione contineat. Ecce ad quæ nos præcipita condescendere provocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc descensu salvare est ægrotantem, an cum languente consumi? Hæc erit o, tima dispositio illius quam memoras reparandæ concordiæ, an illa potius, ut rejectis contagiis perfidorum, integra fide, sincera sui communione potiatur communio catholica atque apostolica, ne hæreticorum tabe depulsa, intemeratam suæ fidei confessionem nitatur astruere, atque invicem sibi congruentis orthodoxæ professionis communionisque sit unitas? Hanc (sicut dilectionis tuæ litteræ cohortantur) meis quoque temporibus custodiri, qua valeo

A preces deposco, quæ per tot annos ab illis Patribus gloriosis, illibata intactaque servata est. Hæc enim est, sicut ipse dicis, quam Deus nos ter de omnibus bene futuram, et secundum suam veritatem et regulam gubernandam, et præsius ante constituit, et singulis quibusque temporibus sua dispositione convenienter aptavit. Hæc est voluntas Dei, cujus tu ingeris mentionem, quam ego quoque pro meo modulo, quem Dominus donare dignatur, cupio prorsus implere, ut non reus de hujus talenti cælestis diminutione reperiar: sed in hoc talento (sicut ipse quoque nos admonet) incrementum Christi gratia postulo contequi, et nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectionis tuæ litteris, sicut tua quoque pagina designavit, pro vestra sumpsi salutem tristitiam, ubi comperi quod erat vobis noxium, et quod veræ paci contrarium reperi. Contristatur enim Apostolus (*II Cor. vii*) de errore deviantium, et lætitiâ recipit de eisdem sua prædicatione correctis. Si autem tua caritas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringitur, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promenda nec facere deberet omnino nec dicere; ignoscat nobis hominibus timidissimis, si coarctante nos terribili et divini judicii grandi necessitate constringimur, sicut qualescunque ministros Christi decet, nos animas nostras ponere pro veritate salvandas, quam eas lucrari velle veritatis diminutione perdendas, ut non dicam, contra fidem libiti, cujuslibet abdicandas. Istæ mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certæ fidei perpetuæ cum eo, quicumque voluerit, in Christi visceribus amicitia. Hic non tam optamus præponi aliis, sicut prædicis, quam cum fidelibus cunctis sanctum et Deo placitum habere consortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconvulsa, et perennis; hoc unum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare quo cuncta uniri possit Ecclesia. Hoc quibus est creditum (sicut et ipse deprecari) protectio divina perficiat. Hæc est, quæ Deus est, caritas (*I Joan. iv*), quam poscis *de corde puro, et conscientia bona, et fide non facta* (*I Tim. i*). Quomodo ergo *de corde puro*, si hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo *conscientia bona*, si malorum fuerit confusione permixta? Quomodo *fide non facta*, si fuerit mixta cum perfidis? Quæ si prudentia tua (sicut eam precamur) diligenter advertat, perspicit apostolicam sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorumque vitare vestigia [*al. contagia*]. Quæ etiam vos rationabiliter intuentes, creditis commonendum populum Constantinopolitanum, non permittere submoveri nomine peridorum. Quisnam hoc in Ecclesia Dei, quæso te, possit audire, cum utique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria revocantem, non per devia gregem pastor errantem? Dic mihi, rogo te, grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certe si vobis hoc placet, multo magis causa est nois justior, qui populum Romanum a fide illa

¹ Forte potius animas. HARPUIN.

² Forte commovendum; in Bellov., opponendum. HARPUIN.

sua, laudabili majorum traditione percepta, declinare A non sinentem nos penitus libenter audivimus, si vos Constantinopolitanam plebem, ab hæretica communione discedere recusantem, non vultis offendere.

Sed nos dicitis debere dirigere qui eam valeant mitigare. Quomodo me auditura est, quem videtur habere suspectum, si præsules suos despicit admonentes? Nonne ipsis apostolis est præceptum in aliquibus regionibus verbi prædicatione non uti, his quippe in quibus non fuerant audiendi? Veniemus, frater Euphemiane, sine dubitatione, veniemus ad illud pavendum tribunal Christi (ut taceam ¹ quæ ex hoc sit metuenda vindicta), circumstantibus illis a quibus fides ipsa ² est. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non ³ inclusionibus est agendum; sed manifestissime comprobandum utrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum quos regendos accepit, quidquam subtraxerit ad salutem; an eam auscultare nolens, etiam cum suo periculo rebellis ⁴ exstiterit obstinata pernicies? Ibi certe dilucidabitur utrum ego (sicut putatis) acerbus, asper, et nimis durus, difficilisque sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo: Etiam si austerrum videtur antidotum, accipite, quæso, bibite, vivite, nolo moriamini; an vos, qui a noxiis prohibiti, medicos ducitis execrandos, imo qui vultis vobiscum medicos agrotare, quam vos recipere ⁵ sanitatem. Et alia manu: Dominus te incolumem custodiat.

^a EPISTOLA II.

AD LAURENTIUM DE LIGNIDO EPISCOPUM.

Ad pontificatum assumptus de more Romanæ Ecclesiæ fidei formulam, quam omnes profiteri teneantur, præscribit.

In prolixitate epistolæ dilectionis tuæ magno nos gaudio replesti in ea parte in qua dictum est quod in Thessalonicensi Ecclesia, vel in aliis similiter recitata epistola prædecessoris nostri de excessibus Acacii, cuncti eidem anathema dixerint, nec quisquam communioni prævaricatori sese miscuerit. Unde quia nos admones dilectione fraterna, ut velut medicinam quamdam fidei episcopis per Illyricum, vel aliis ministrare debeamus, quamquam hoc copiosissime factum sit a beatæ recordationis prædecessore nostro; et quia mos est Romanæ Ecclesiæ sacerdoti noviter constituto formam fidei suæ ad sanctas Ecclesias prærogare, hæc eadem compendiosa nimis brevitate studui renovare, ut sub qua fide vivendum sit, secundum statuta Patrum, in hanc nostram epistolam propter breviter sine fastidio lector agnoscat.

^a Hæc epistola circularis est et encyclica ad omnes episcopos Macedoniæ anno 1 pontificatus Gelasii scripta, ea occasione quod episcopus Thessalonicensis totius Macedoniæ provinciæ metropolitanus (ut constat infra ex epist. 9 ad Dardan. et Illyr. episc.), Acacianis modo turpiter adhæreret, qui alias contra

¹ Cod. capituli Veronen., quia et hic.

² Id. cod., defensa est.

³ Id. cod., illusionibus.

Confitemur ergo Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei unigenitum ante omnia quidem sæcula, sine principio, ex Patre natum secundum deitatem; in novissimis autem diebus de sanctissima Virgine Maria eundem incarnatum et perfectum hominem ex anima rationali et corporis susceptione homousion Patri secundum deitatem, et homousion nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter, propter quod unum Christum eundem Filium Dei et hominis unigenitum a Patre, et primogenitum ex mortuis confitemur; scientes quod quidem coæternus sit suo Patri secundum divinitatem, secundum quam opifex est omnium, et dignatus est post consensionem sanctissimæ Virginis, cum dixit ad angelum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* (Luc. 1). Ineffabiliter sibi ex ipsa ædificavit templum, et sibi univit, quod non coæternum de sua substantia e cælo detulit corpus, sed ex massa nostræ substantiæ, hoc est ex virgine hoc accipiens, et sibi uniens, non Deus Verbum in carnem versus est; neque ut phantasma apparens, sed inconvertibiliter et incommutabiliter suam conservavit essentiam primitias naturæ nostræ suscipiens, sibi univit. Nam principium Deus Verbum has nostræ naturæ primitias multa sibi bonitate unire dignatus est, qui non permixtus, sed in utriusque substantia unus et ipse visus, secundum quod scriptum est: *Solvite templum istud, et in tribus diebus resuscitabo illud* (Joan. 11). Solvitur enim Christus Jesus, secundum meram substantiam quam suscepit, et solum suscitatur proprium templum: hoc ipse secundum divinam substantiam, secundum quam et omnium artifex est. Nunquam autem post resurrectionem unitationis nostræ naturæ discessit a proprio templo, nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem, sed est ipse Dominus Jesus Christus et passibilis, et impassibilis: passibilis secundum humanitatem, impassibilis secundum divinitatem. Suscitavit igitur suum templum Deus Verbum, et in se naturæ nostræ resurrectionem et renovationem operatus est, et hanc Dominus Christus noster Deus, postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis ostendebat dicens: *Palpate me, et videte quoniam spiritus carnem et ossa non habet, quemadmodum me videtis habere* (Luc. xxiv); non dixit, quemadmodum me dicitis esse, sed habere, ut et qui habet, et qui habetur considerans, non permutationem, non conversionem, non mutationem, sed unitatem factam respicias. Propterea, et fixuras clavorum, et fixationem lanceæ demonstravit, et cum discipulis manducavit, ut per omnia resurrectionem

oborta schismata inter Orientales et Romanum pontificem, sedi apostolicæ firmiter inhærere, ejusque patrocinium suscipere consuevisset. Ut ergo reliquos ejus provinciæ episcopos in officio catholicæ et apostolicæ communionis contineret, ad ejusdem provinciæ antistites has circulares litteras dedit. **SEV. BINIUS.**

^b Id. cod., existeret.

^c Al., salutem. HARDUIN.

nostræ naturæ in se renovatam doceret : et quia secundum beatam divinitatis substantiam inconvertibilis, incommutabilis, impassibilis, immortalis, nullius indigens, perficiens omnes passiones, se permisit proprio inferri templo, quod virtute propria suscitavit, et per propriam perfectionem templi sui renovationem nostræ naturæ operatus est. Qui autem dicunt subtilem hominem Christum, aut passibilem Deum, aut in carne versum, aut non cognitum habuisse corpus, aut de cœlo hoc detulisse, aut phantasma esse, aut mortalem dicentes, Deum Verbum indignisse ut a Patre suscitaretur, aut sine anima corpus, aut sine sensu hominem suscepisse, aut duas substantias Christi, secundum permutationem confusas, unam factam fuisse substantiam, et non confitentes Dominum nostrum Jesum Christum duas esse naturas inconfusas, unam autem personam, secundum quod unus Christus, unus idem Filius, istos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia. Hæc ergo sunt, frater dilectissime, quæ pro antidoto nos debere mittere flagitasti, quod nullum amarum, neque dulce noxium videndum refugite, nam et de nostro conventu disposueramus quosdam dirigere, si ratio id temporis fieri permisisset : quod facere credimus opportune, cum illarum partium correctio ad nos, juvante Domino, legatione plenissima, sicut confidimus fuerit nuntiata. Sperantes etiam de Dei nostri misericordia, ut huic prædicationi nostræ clementissimus et Christianissimus imperator unanimi-
tatem suam auxiliumque conjungat, quatenus pro fide qua pollet, in illis regionibus coerceat, quin suis quæstiunculis, et secundum elementa mundi, sicut vas electionis ante prædixit, superflua vanaque concinant, nolentes contineri salutaribus disciplinis : sed vos, sicut ait idem apostolus, *non ita didicistis, Christum (Coloss. ii)*, si tamen illum audistis, et in illo docti estis, sicut est veritas in Jesum, quam utique ille apprehendere poterit qui orthodoxorum Patrum, sicut jam sæpe dictum est, observaverit instituta. Deus te incolumentem custodiat, frater carissime.

RESCRIPTUM

EPISCOPOBUM DARDANIÆ AD GELASIIUM PAPAM.

Gratias agunt quod ipsos monuerit a quibus cavendum sit; et cupere ipsos ab apostolica sede visitari scribunt.

Domino sancto apostolo [*al. apostolico*] et beatissimo patri patrum Gelasio papæ urbis Romæ, humiles episcopi Dardaniæ.

Saluberrima apostolatus vestri præcepta Tryphone viro religioso filio nostro deferente, qua oportet devotione suscepimus, et maximas Deo omnipotenti, et beatitudini vestræ referimus gratias, quod nos pastorali admonitione et evangelica doctrina visitare di-

• Duabus epistolis admonuit Gelasius pontifex episcopus Dardaniæ, ut Eutychnorum communionem seculo vitarent. Priorem (quæ excidit) inisit per Tryphonem; ad quam præcedens epistola ab episco-

• Edit. Rom. melius habet *cognitum*

gnatus es, domine sancte apostolice et beatissime pater patrum. Desiderii enim et voti nostri est iussionibus vestris in omnibus obedire, et quemadmodum a patribus nostris accepimus, selis apostolicæ, quæ vitæ et meritis vestris delata est, præcepta intemerate servare, atque religionem orthodoxam, cuius estis prædicatores, fidei et inculpata devotione, prout nostræ rusticitatis sensus patitur, custodire. Eutychnis enim vel Petri Acaciique et omnium sectatorum ejus atque consortium, velut quædam pestifera contagia, ante vestram quoque vitam jussionem, et multo magis nunc post admonitionem sedis apostolicæ, et ab eadem nos pollutione necesse est abstinere : et si qui alii ejusdem Eutychneticæ sectam, vel Petri et Acacii, aut secuti sunt aut sequentur, vel eorumdem sese complicibus atque consortibus æstimant immiscendos, et a nobis, qui sedi apostolicæ secundum divina præcepta et Patrum statuta inculpate servire desideramus, omni ratione vitandi sunt. Et si qui forte prava intentione (quod neque arbitramur neque optamus) a sede apostolica se crediderint segregandos, ab eorum nos alienos esse consortio profiteremur; quoniam, ut dictum est, Patrum in omnibus custodientes præcepta, et inviolabilia sacrosanctorum canonum instituta sectantes, apostolicæ et singulari illi sedi vestræ communi fide et devotione parere contendimus. Et quoniam suggerendi fomitem nobis pro insita sibi benignitate beatitudo vestra concessit, aliqua memorato Tryphoni viro religioso filio nostro, præceptorum vestrorum portitori, suggerenda mandavimus. Et ut suggestionem ejus, quantum arbitramur justam et rationabilem pro supplicatione nostra libenti animo apostolatus vester dignetur admittere, justis precibus exoramus (quod supplicatio nostra meretur effectum) unum ex angelica sede vestra cum sæpe dicto viro religioso ad nos usque præcipite destinare, ut sub ejus præsentia quæ fides orthodoxa, et vestræ jussionis sinceritas postulat, ordinentur. *Et subscriptio.*

Joannes episcopus sacrosanctæ Ecclesiæ Scopiæ metropolitanæ civitatis huic rescripto a nobis dato consentiens, ad omnia quæ superius continentur manu propria subscripsi.

Bonus episcopus ut supra subscripsi.

D Samuel episcopus ut supra subscripsi.

Verianus episcopus per Valentinum archidiaconum ut supra subscripsi.

Faustinus episcopus ut supra subscripsi.

Ursinus episcopus ut supra subscripsi.

• EPISTOLA III.

AD EPISCOPOS DARDANIÆ.

Nuntiat se pontificem electum; catholicæ fidei libellum

pis Dardaniæ rescripta fuit. Posteriorem hanc ejusdem argumenti misit per Ursicinum, prout ipsi petiverant. Encyclicam et circularem fuisse patet ex verbis epistolæ in fine. Ex eo quod ab initio Euty-

transmittit, hortaturque ut cum Eutychianis non communicent, et muneri pastorali invigilent.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius episcopus.

Ubi primum respirare fas est a continuorum tempestate bellorum, quæ in illis provinciis, vel in istis temporibus qualitas incessanter exercuit, cunctos per Dardaniam Domini sacerdotes fraternæ sollicitudinis caritate duximus alloquendos : primum quia regimen apostolicæ sedis adepti, strepitu publico, sicut dictum est, retardante, commissum nobis sacræ dispensationis officium, propriis, ut mos erat, litteris ¹ nequimus indicare, quo vestra fraternitas de communionis Domini nobiscum munere gratuletur. Deinde, ut post tantas acerbitates incommoditatesque mundanas, qualiter invicem valeremus, mutuus sermo depromeret; postremo si qua de ecclesiasticis referenda sunt causis, quæ propter insidias perpetui hostis, pastorali sunt jugiter circumspectanda vigilantia, significationibus panderemus alternis. His igitur incitati per fratrem et coepiscopum nostrum Ursicinum præsentia dirigere scripta curavimus, præeunte gratia salutationis, orantes ut magnanimitè auxilio Domini tolerando rerum transeuntium vastitatem, magis esse debeamus attentis, ne, quod absit, perpetuæ subeamus vitæ dispendium. Proindeque catholicæ veritatis poseit utilitas præcavenda, dilectio vestra paulisper advertat. Apud Græcos, quibus multas hæreses abundare non dubium est, jam ante annos fere quadraginta et quinque de Domini nostri et Salvatoris incarnatione nata conquestio est : Eutyche quondam presbytero Constantinopolitano in blasphemias procurrente, per quas diceret unam tantummodo, id est, solam Divinitatis naturam, sive substantiam in Domino Jesu Christo credere nos debere, susceptæ carnis veritate prorsus abolita : quod utique improbum commentum Marcionistis, Manichæisque conjunctum, totum sine dubio salutis nostræ solveret sacramentum; siquidem quantum et Scripturæ venerabilis dicit auctoritas, et majorum testatur doctrina nostrorum, redemptorem mundi Deum, totum simul Deum, totumque hominem ex Maria Virgine fuisse progenitum. Et huic mundo certum est exstitisse conspicuum, sic passum, atque resurrexisse constat a mortuis. Itaque quadraginta diebus fuisse cum discipulis conversatum, in cælum ascendisse, plena luce sit clarum, eoque modo dictum, ad iudicium, angelo testante, venturum, ut et Filius hominis, quem beatus Stephanus martyr a dextris virtutis Dei vidit astantem, manifestus appareat, et quem compunxerunt persecutores ejus, aspiciant : quod nimirum sine carnis humanæ non potest constare materia, cujus assumptio glorificata est deitate, non prorsus assumpta. Unde et beatus apostolus Joannes dicit : *Qui negat Christum in carne venisse, hic est antichristus (1Joan. 11)*; et glorio-

chianæ hæreseos, quæ detecta fuit anno 418 hoc loco enumeret annos 45, apparet eam anno pontificatus

¹ Edit. Rom., nequimus.

A sus apostolus Paulus qualem hodie credere debeamus Dominum nostrum Jesum Christum palam professus est, dicens : *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter (Coloss. 1)*, quod brevi capitulo simul Arianam pestem, et hanc quam diximus Eutychianam cœlesti prædicatione subvertit, quia et homo nihilominus est, ubi omnis plenaque Divinitas habitare perhibetur, et corporaliter exprimendo, in veritate persistere nostri corporis approbatur.

Super autem his frequenter ab apostolica sede, et per beatæ memoriæ sanctum Leonem, et per successores ejus certum est, Græcos fuisse convictos, sicut ipsorum chartis quas apud nos habemus, sine ambiguitate monstratur. Nunc vero quamvis ipsam pestilentiam non audeant profiteri, eos tamen qui talibus communicaverint, meritoque secundum Chalcedonensis decreti concilii ab apostolica sede damnati sunt, obstinatique in eadem damnatione defuncti, pernicioso furore defendunt, et eorum recitationem Ecclesiæ catholicæ moliantur ingerere. Quod utique, quod absit, receptis, etiam contagium pravitatis, cui se communionem sociarunt, consequenter incurritur, quemadmodum (quod Dominus avertat!) si Arii vel cujuslibet hæretici ad ecclesiasticam recitationem nomen admittitur, simul et consortium detestabilis erroris assumitur. Unde quia errorem quidem fatentur, sed ea sibi putant communionem catholicam conditione laxandam, ut nomina eorum qui prævaricati sunt illis in ecclesia recitare sit licitum, et non tam ipsi corrigere quam sinceritatem catholicam inficere nitantur contagio perfidorum; dilectionem vestram fraternæ caritatis affectu non desistimus admonere, ut si qui talia seminantes ad vestras regiones forte pervenerint, modis omnibus excludantur, vobisque cum sede beati apostoli Petri, sicut a patribus nostris est tradita illibata communio atque ex omni parte inconvulsa perduret. Certe si quis aures vestras de hac crediderit subreptione pulsandas, sollicitudine pastoralis ad nos quam citius referre properetis, ut communi studio, catholicoque tractatu, pro domo unius Domini cuncti catholici confiant sacerdotes; ut quæ orthodoxæ definitioni competunt, intemerata serventur; et quatenus errantibus debeat subveniri, rationabili deliberatione noscatur. Hæc autem vestra dilectio etiam ad contiguas sibi quasque provincias vicinosque pontifices prudenter faciat pervenire, ut Ecclesiarum præsules, universæ veritatis instructione percepta, mortiferam declinare valeant falsitatem. *Et subscriptio* : Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

EPISTOLA III bis.

BEATI PAPÆ GELASII AD NATALEM ABBATEM.

Dilectissimo filio Natali abbati Gelasius episcopus.

Quamvis pro beati Petri apostoli moderamine divinitus instituto, quo sedis eius vicarii cunctis sunt

Gelasii primo scriptam esse. SEV. BINUS

ecclesiis debitores, ad fratres et coepiscopos mens per Dardaniam constitutos competentia scripta derimus, antiquæ fidei communionisque tramitem subsequentes, ut cavere valeant contagia perfidorum, et nobiscum illibatum tenere consortium; tamen dilectionem quoque tuam non destitimus desiderantes affari, cujus sollicitudinem de noxiis quibusque vitandis, et in retinendis quæ ad utilitatem pertinent Christianam, laudabilem perspeximus esse fervorem, ex litteris scilicet quas ad fratrem et coepiscopum meum Serenum tua caritas destinavit. Proinde collaborandum sibi tua dilectio perpendit Evangelio Dei, et æternæ salutis intuitum etiam adversantia quæque tolerando constanter; ut nullum subeas, quod absit, cœlestis regni dispendium, ad quod utique nisi legitime certaveris, non potes pervenire. Tanto enim, præstante Domino, nobis est instandum vigilandumque, quanto sub ipso sine jam mundi vehementior humani generis hostis insistere non quiescit. Nihil significans omissum, quod aut correctioni rerum quas in Ecclesias Orientis seminavit inimicus, Patrum regulis congruentem possit adhibere medicinam. Sed quid facimus? quia obduratis auribus vocem refugium veritatis audire, tantæ vis morbi sævientis incubuit, ut secum malint salvos quosque lethaliter ægrotare, quam ipsi recipere sanitatem; nunc inefficientes universa quæ ipsorum chartis, ipsorum subscriptionibus approbamus; nunc cum manifesta rerum fuerint luce convicti, palam aperteque fatentes errorem, nolle se tamen reverti ad viam puræ confessionis communionisque testantur; sed nos potius exspectant suis prævaricatoribus implicari. Quapropter, largiente Christi gratia, magnis studiis est agendum, ut quia de vita perpetua vel amittenda res agitur vel tenenda de-

^a Quod aut aut patrum regulis. Sic Maffei. Sed cum incommodum sit secundum aut, redundare proinde videtur et primum.

^b Deest apud Maffei præpositio ab.

^c Cum Theodoricus Gothorum rex, post Odoacrem regem Herulorum devictum et occisum, una cum Ravenna integra Italia potius esset, bello diuturno fatigatus ad Anastasium imperatorem Constantinopoli degentem, duos hosce legatos Faustum magistrum officiorum, et Ireneum ablegavit, qui ad obtentum Italiæ regnum rectius stabiendum, pacem sibi concedi peterent et impetrarent. Hac occasione Gelasius papa, anno pontificatus sui 2, alteri legatorum Fausto officiorum magistro causam illam quæ cum Euphemio Constantinopolitano adhuc schismatico vertebatur, commendavit, ut æquissimis jussionibus Ecclesiæ Romanæ obtemperans, ejusdem communicationem hactenus frustra expetitam consequi mereretur. Hujus negotii expediendi ratio commissa est Fausto ea de causa, quod Euphemius patriarcha, Gelasii epistolis duabus admonitus, nomen Acacii e tabulis sacris non modo non expunxerit, sed et ejusdem defendendi patrocinium suscepit, atque ea quæ solent hæretici et schismatici contra sedem apostolicam effutiverit; quodque demum, ad conciliandam

¹ In edit., desistimus.

² In edit., ex litteris siquidem.

³ Deest in edit., proinde.

⁴ In edit. recte, ob æternæ, etc.

⁵ In edit., testantes, et infra exspectantes.

mus operam quidem, si aliquos ex illis, operante Domino, salvare possimus: alioquin, sicut ait Apostolus, te ipsum castum custodi (1 Tim. v, 22). Perire volentium nitamur declinare perniciem; et, quod solum facere debeamus, divinam pro illis exorare clementiam, ut respiciant a diaboli laqueis a quo capti detinentur ab ipsius voluntate: ut ab obstinatione mortifera respirantes, pestem quam se humanitus incidisse etiam ipsi sentiunt, inutili recundia languore deposito, ad recuperanda remedia sempiterni libero corde respiciant. His ergo cognitæ quæ sicut diximus ad regionem vestrarum sunt directa pontifices, et ipsi protegente vos Domino debetis esse convenienter instructi, et provinciis eadem quibusque contiguis fiducialiter prædicare. Nihil est enim quod pavere debeamus, cum certum sit a cœlesti Præsule non derelinqui quos suæ veritatis præstitit arma tractare; nec quidquam videamus ei ullatenus præferendum, cum ipsas animas nostras pro earum nos voluerit salute contemere. Qualiter autem vel proficiat ibidem religionis integritas, vel quid forsitan asseratur, sæpius nobis vestra dilectio non omitat ostendere; ut necessaria, Christo tribuente, subsidia responsis congruentibus ministremus.

Subscriptio papæ.

Deus te incolumem custodiat, fili dilectissime.

EPISTOLA IV SEU COMMONITORIUM

AD FAUSTUM MAGISTRUM FURGENTEM LEGATIONIS OFFICIO CONSTANTINOPLI.

^c Acacium jure a sede apostolica damnatum, et in excommunicatione mortuum non posse absolvi, et cum illo non communicandum.

Ego quoque mente percepit [al. præcepi] Græcos in sua obstinatione mansuros, nec cui velut inspera-

contra pontificem Romanum Anastasii imperatoris invidiam, in vulgus sparserit ipsum Anastasium imperatorem, neque ab episcopo urbis Romæ, neque a Romano senatu recipi, adeoque imperatorem contra Urbem et episcopium commoverit. Ne igitur horum occasione Romana Ecclesia in discrimen adduceretur, atque inter duos hæreticos principes Anastasium et Theodoricum arctata, durioribus angustiis premeretur, Fausto officiorum magistro, viro pietissimo, tantæ molis negotium credidit, ut cum esset Constantinopoli, objecta dilueret, tentata destrueret, atque sequester pacis existens, Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali conciliari accederet. Profectus est Faustus, gnaviterque susceptum negotium peregit; sed non ex sententia, ut erat in optatis, absolvit, refragante Euphemio, et majora rixarum fomenta miscente. Qui et de omnibus quæ cum ipso transacta erant, datis ad Gelasium litteris cum certiore reddidit. Quibus acceptis Gelasius ad eum rescriptis hanc defensionem, qua adversariorum calumnias refellere posset. Unde non immerito *commonitorium* nuncupatur, cum eo ipso a pontifice admoneatur, quoniam modo calumniantium petulantiam valide retundere queat. Hæc ex Baronio anno 493, num. 3 et sequentibus. SEV. BIXIUS.

⁶ Deest in edit. contiguus.

⁷ Sunt qui Festum dicant legi oportere: nec sibi Gelasio papa hunc legatum fuisse Constantinopolim a Theodorico rege, sed sub Anastasio Gelasii successore. HARUIN.

tum videri potest, quod est ante [al. in ante] præcognitum. Quapropter ¹ non jam propter religionis causas student dispositionibus publicis obviare, sed potius per occasionem legationis regie catholicam fidem moliantur evertere, et tali commento [al. commercio] nituntur sperata præstare. Quid sibi vult autem quod diverit imperator, a nobis se in religione damnatum, eum super hac parte et decessor meus non solum minime nomen ejus attigerit, sed insuper quando principia adeptus regie potestatis exercuit, in ejus se rescriptis imperii promotione gaudere : et ego nulla ipsis unquam scripta percipiens, honorificis (ut nostis) cum litteris salutare curaverim? Decessores mei, sacerdotes qui prævaricatoribus se communicasse propria voce confessi sunt, a communione apostolica submoverunt. Si isti [al. ita] placet se miscere damnatis, nobis non potest imputari; si ab eis velit abscedere, tanto magis a nobis non potest esse damnatus, sed potius ad gratiam sinceræ communionis admissus. Ad senatum vero pertinet Romanum, ut memor fidei quam a parentibus se suscepisse meminuit, contagia vitet communionis externæ, ne a communione hujus sedis apostolicæ (quod absit) reddatur externus. Veniam sibi dari [al. addit debere] proponunt. Legatur, ex quo est religio Christiana, vel certe detur exemplum, in Ecclesia Dei, a quibuslibet pontificibus, ab ipsis apostolis, ab ipso denique Salvatore veniam nisi corrigentibus se fuisse concessam. Auditum autem sub isto cælo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: **D**ate nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus. Id quoque ² pariter [forte leg. par est] ostendant, qui nobis canones nituntur opponere; quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, sive majoribus nostris, sive ab ipsis apostolis (quos potiores merito fuisse non dubium est), seu ab ipso Domino Salvatore, qui iudicaturus creditur vivos et mortuos, sive factum est unquam, vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui certe hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mandat apostolo: *Quæ ligaveris super terram, ligata erunt et in cælis; et quæ solveris super terram, erunt soluta et in cælis* (Matth. xvi). *Super terram*, inquit; nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolvi [al. absolvendum]. Quod ergo nunquam factum est, vel mente concipere formidamus, scientes in divino iudicio non posse penitus excusari. Si autem, quod nunc prætendunt, a Romana Ecclesia se sunt divisuri, id jam dudum fecisse monstrantur. ³ Euphemium vero miror, si ignorantiam suam ipse non perspicit, qui dicit Acacium ab uno non potuisse damnari. Itane non perspicit, secundum formam synodi Chalcedonensis, Acacium fuisse damnatum? nec novit eam,

A aut se nosse dissimulat, in qua utique per numerosam sententiam sacerdotum erroris hujus auctores constat fuisse damnatos; sicut in unaquaque hæresi a principio Christianæ religionis et factum fuisse, et fieri, manifesta rerum ratione monstratur, decessoremque meum exsecutorem fuisse veteris constituti, non novæ constitutionis auctorem? Quod non solum præsulì apostolico facere licet, sed cuicumque pontifici, ut quoslibet et quemlibet locum, secundum regulam hæreseos ipsius ante damnatæ, a catholica communione discernant. Acacius quippe non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova cæta prodirent [al. procederent], sed alieno facinori sua communione se miscuit. Itaque necesse est ut in illam recideret justa lance sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris. ⁴ Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedi, sana rectaque suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus sedis examen volvere defetri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commeari iudicium, nec de ejus unquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandarunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, et Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Joannes, et cæteri, non solum unus, sed plures utique nomen sacerdotii præferentes, sola sedis apostolicæ sunt auctoritate dejecti, cujus rei testis etiam ipse docetur Acacius, qui præceptionis hujus exstitit exsecutor. Quod utique sicut apostolicam sedem juxta formam synodicam fecisse manifestum est, sic neminem resiliare potuisse certissimum. Hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum, est damnatus Acacius, qui eorum damnationem, antequam prævaricator existeret, fuerat exsecutus. Nobis ausi sunt facere canonum mentionem, contra quos semper ambitionibus illicitis ⁵ fecisse monstrantur. Qua ipsi synodo, vel secundum cujus synodi formam Alexandrinum Joannem de ecclesia cui ordinatus fuerat expulerunt? qui nullis causis evidentibus nec ante convinci, nec postea provocans, etiam in iudicio competenti potuit accusari. Quod si dicunt: Imperator hoc fecit: hoc ipsum quibus canonibus; quibus regulis est præceptum? Cur huic tam pravo facto consensit Acacius, cum auctoritas divina dicat: *Non solum qui faciunt prava reos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus* (Rom. 1). Quibus canonibus quibusve regulis Calcedion exclusus est, vel primi urbium diversarum catholici sacerdotes? Qua traditione majorum apostolicam sedem in iudicium vocant?

An secundæ sedis antistites, et tertiæ, cæterique

¹ Codex Veronensis capituli millenariam præferens ætatem, quocum hoc Gelasii commonitorium collatum est, hic legit, non tam.

² Cod. Veron., parum est.

³ Cod. Veronen., Euphemium, et ita ubique.

⁴ Hunc locum Nicolaus papa recitat ex commonitorio in epistola 5 ad Michaellem imperatorem. HARD.

⁵ Cod. Veron., illicitis tenendi esse.

bene sibi consilii sacerdotes depelli debuerunt, et qui religionis exstitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo si alios habent canones quibus suas ineptias exsequantur. Cæterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem apostolicam ad iudicium vocare non possunt; et Constantinopolitanæ civitatis episcopus, quæ utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoveri. An, qui homini mentitus dicitur imperatori, et qui imperatorem læsisse perhibentur, depelli debuerunt: et in Deum, qui summus et verus est imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Sed veni, nolint, ipsius iudicio antiquæ canonum constitutiones firmabuntur.

Sed religiosi viri atque perfecti, secundum canones concessam sedi apostolicæ potestatem nimiram conantur eripere, et sibimet eam contra canones usurpare contendunt. O canonum magistros atque custodes! Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ, divina Scriptura prædicante: *Hominem hæreticum post primam et secundam correptionem devota, sciens quod huiusmodi delinquat, proprio iudicio condemnatus* (Tit. III). Ecce cognoscant quia non solum ab alio, sed a se quoque ipso damnetur [al. prædamnetur] hæreticus. Illud autem nimis est impudens, quod Acacium veniam postulasse confingunt, et nos exstitisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus vir illustris Andromachus, qui a nobis abundanter instructus est, ut cohortaretur Acacium deposita obstinatione respiscere, et ad sedis apostolicæ remeare consortium, quique se sub iurejurando magnis cum eodem molitionibus egisse testatur, nec ad ea quæ recta sunt potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectu. Certe proferatur iudicium, quando miserit, quando veniam postularit, correctionemque suam nobis promiserit exhibendam: nisi forte hunc animum gessit quem successores ejus habere perspicimus, ut tamen si veniam postulet, sic sibi vellet impendi, ut nihilominus in errore persisteret: ubi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius in suam traderet pravitatem. Quem reatum se confessuros asserunt ante certamen? Si reatus est, utique corrigendus est. Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri; nisi, quod est infelicium, cum et fatentur reatum, et non æstimant corrigendum. Illud quoque me ridere libuit, quod ait: Si necesse fuerit veniam postulare, existimans nimirum tunc se peccati veniam necessario postulare, si ei concedamus ne peccare desistat; imo etiam (quod absit) cum eodem consentiamus nos quoque peccare. Nescio inter quæ mundi prodigia

hæc vox possit admitti. Remitti culpa de præterito potest, correctione sine dubio subsequente. Nam si deinceps finitur [al. fingitur] mansura perversitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis assensio [al. assentatio]. Non est mirum, si isti sedem beati Petri apostoli blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, et nos insuper superbos esse pronuntiant, cum eis prima sedes, quidquid est pietatis, non resistat [al. desinat, vel desistat] offerre, illi eam ipso protervo spiritu subjugare se posse confidunt. Sed captos mente facere ista non mirum est. Sic phrenetici solent medicantes quosque [al. quoque] velut hostes putare vel cædere. Quæro tamen ab his, iudicium quod prætendunt, ubinam possit agitari: an apud ipsos, ut iidem sint inimici, et testes, et iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negotia, nedum divinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet, non nisi apostolicæ sedi juxta canones debetur summa iudicii totius; si quantum ad sæculi potestatem, illa a pontificibus, et præcipue a beati Petri vicario, debet cognosci [al. cognoscere], quæ divina sunt, non ipsa eadem iudicare [al. dijudicare]. Nec sibi hoc quisquam potentissimus sæculi (qui tamen Christianus est) vindicare præsumit, nisi religionem forsitan persequens. Quid tamen dicent, si non chartis suis in omnibus vincerent? Ineptias itaque suas sibi servant, nisi respiscant, potius cogitantes Christi vocem non esse superfluan, quæ confessioni beati Petri apostoli inferni portas nunquam prævalituras asseruit (Matth. XVI). Quapropter non veremur ne apostolica sententia resolvatur, quam et vox Christi, et majorum traditio, et canonum fulcit auctoritas, ut totam potius Ecclesiam semper ipsa dijudicet. Sed cogitent magis, si quis in eis religionis est sensus, ne pravitatem suam nullatenus deponentes, apud Deum hominesque sedis apostolicæ perpetua constitutione damnentur. Sic autem dicitur fuisse defunctum, ut deinceps de negotio nihil dicatur, quasi vel nunc eos (quemadmodum nostris) meo duxerim nomine specialiter alloquendos. Neque plane cum istis non corrigentibus ineunda congressio, quemadmodum cum aliarum quoque hæresum sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem salvos et sospites quantocius huc reverti, continuis Divinitatem votis expetimus.

EPISTOLA V.

AD HONORIUM DALMATIÆ EPISCOPUM.

Mones ne Pelagianam hæresim: à tot. pontificibus: deletam reviviscere sinat.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

Licet inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati, vix respirare valeamus; pro sedis tamen apostolicæ moderamine totius ovilis dominici curam sine cessatione tractantes, quæ beato

¹ Cod. Veron., *antiqua canonum constitutione firmantur.*

² Cod. Veronen., *adnuntiatio.*

³ Citatur hic locus a Nicolao papa in epist. ad Michaellem imp., ut alia ex hac ipsa epistola. HARDUIN.

⁴ *Supple Nicænorum.* HARDUIN.

Petro Salvatoris ipsius nostri voce delegata est: *Et tu conversus confirma fratres tuos (Luc. xii).* Et item: *Petre, amas me? Pasce oves meas (Joan. xxi).* Disimulare nec possumus nec debemus, quæ nostram sollicitudinem forma perstringat, cum beato Paulo apostolo sentientes atque dicentes: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non eror (II Cor. xi)?* Ita quippe nos repente tristis, horrenda et vix credibilis confecit opinio, ut mentem nostram confunderet, sauciaret, affligeret. Nuntiatum nobis est enim in regionibus Dalmatarum, quosdam recidiva Pelagianæ pestis zizania seminasse, tantumque illic eorum prævalere blasphemiam, ut simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiant. Est quidem error ipse nefarius tanto perniciosior ad subripiendum, quanto ad fallendum verisimilitudinis colore versutior: præstante Domino, adest fidei catholicæ pura veritas, concordibus universorum Patrum deprompta sententiis, quæ et subtile virus funestæ pravitiatis exponat, et humano generi salvando conferat de Scripturarum confectione medicinam. Nullatenus igitur discretionem rerum nondum abundantia corda conturbet, donec et occultum vulnus appareat, et salvatio singularis eluceat: quoniam quantalibet arte fallaciæ spiritus perditionis armetur, sancto gladio Spiritus principalis et detegitur et necatur. Quapropter per dilectionem tuam cunctis ibidem Domini sacerdotes fraterno commonemus affectu; ut qui cum erudiente vos Domino contra novitios pugnetis errores, olim perversitatem toto orbe damnatam nec ipsos recipere debeatis, aut quod temere putatur, esse faciendum; quæ non hæresis majoribus nostris convenienter extincta rursus provocare nos audeat, et palam novis resumptis viribus aperteque confligat. Nunquidnam licet nobis a venerandis Patribus damnata dissolvere, et ab illis excisa nefaria dogmata retractare? Quid est ergo quod magnopere præcavemus, ne cujuslibet hæresis semel dejecta pernicies ad examen denuo venire contendat? Si quæ antiquitas a nostris majoribus cognita, discussa, refutata sunt, restauranda nitamur; nonne ipsi nos, quod absit, et quod nunquam catholica patietur Ecclesia, adversariis veritatis universis contra nos resurgendi proponimus exemplum? Ubi est quod scriptum est: *Terminos patrum tuorum non transgredieris (Pr. xii); et; Interroga patres tuos, et annuntiant tibi; et sequentes tuos, et dicent tibi (Deut. xxxii)?* Quid ergo tendimus ultra delimita majorum, aut cur nobis non sufficit? Si quid ignorantes discere cupiamus, qualiter ab orthodoxis Patribus et sequentibus singula quæque vel vitanda præcepta sunt, vel aptanda catholicæ veritati; cur non his probantur esse decreta? Nunquid aut sapientiores illis sumus, aut poterimus firma stabilitate constare, si ea quæ ab illis constituta sunt subruamus? An fortasse nescitis hanc hæresim de qua loquimur, et ab apostolica dudum sede per

* Mendosa est et subreptitia hæc consularis nota. Nullus enim Faustii consulatus sub pontificatu Gelasii reperitur. Legatur ergo, *Albino viro clarissimo con-*

beatæ memoriæ Innocentium, ac deinde Zosimum, Bonifacium, Cælestinum, Sixtum, Leonem, continuus et incessabilibus sententiis fuisse prostratam; nec tantum Ecclesiæ catholicæ legibus, sed principum quoque Romanorum eo tenore damnatam, ut nec usquam terrarum vivendi locum sectatores ejus habere sinerentur? Quæ omnia tam gestis Ecclesiæ per singulas quasque regiones de eorum pravitate confectis, quam censuræ publicæ sanctionibus edocentur. Ecce quorumlibet aures catholicas audire doctrinam, quæstiones accipere, tractare tendiculas, et blasphemias pati: uter admittere. O si studerent adversus eos majorum nostrorum libros responsaque cognoscere, illic modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod non et ab istis fuerit ventilatum, et ab illis magnifica veritate contritum. Sicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles qui que redderentur instructi, ut nihil amplius quæreretur. Sed si forsitan ineruditos animos quædam de eorum sensibus proposita commoverent, ita venerabilium Patrum doctrinis et omnis eorum publicatur insania, et quibus remediis curetur, ostenditur, ut ex his Deo præstanto prævisis, cuncta quæ de eorum serie texuerunt, et periculosa sectantibus et stulta deprehendentibus esse videantur; ita ut si quis existimet reluctandum, non tamen veterum sententiis contradictor existat, sed humanæ saluti, catholicæque doctrinæ palam se aperteque profiteatur inimicum; quo magis attentius pervigil cura pastorum a sacris gregibus ovorum debet arcere sævitiam. Num quidquid ovibus sanctis acciderit detrimenti, præsulum (quod absit) damnet incuriam; sicut a regeneratis agminibus nocentium depulsio bestiarum custodum præmiis perpetuum procuravit augmentum? Certe si, ut magis optamus, falsis hæc rumoribus sint relata, quantocius desideramus agnoscere, ut qui membrorum Christi vexatione trepidamus, multo magis de eorum stabilitate lætemur. Data v kalendas Augusti, a * Fausto [al. Albino] V. C. consule (anno Christi 493).

EPISTOLA VI

AD RUMDEM HONORIUM DALMATIÆ EPISCOPUM.

Eum non debuisse mirari scribit quod admonerit invigilandum ne iterum Pelagiana hæresis pullularet.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasio.

Miramur dilectionem tuam fuisse miratam, curam sedis apostolicæ, quæ more majorum cunctis per mundum debetur Ecclesiis, pro vestræ quoque regionis fide fuisse sollicitam. Cumque ad eam perlatum esset quod quidam per Dalmatias integritatem catholicam vitare niterentur, et divinis humanisque legibus ante damnatum Pelagianæ pestilentia denuo virus inferre; non putaverimus ullatenus differendum quominus hæc diligentius inquirentes, aut si fortasse irrepserant, de proximo sanarentur, aut anxietatem nostram, si falso probarentur iactata, relevarent; æstimantes melius nos videri impatientius talia in-

sule. Aut certe dicendum esset Gelasium non anno 492 pontificatum iniisse, sed 490, die 2 Martii. S. V. Binius.

vestigare voluisse, quam crescere dissimulando perniciem. Neque enim vel silentio premere causam hujusmodi, vel differendo fovere deberemus. Cum dicente magistro gentium, *sollicitudine non pigri* (Rom. xii); atque iterum, *qui præest in sollicitudine*, reos procul dubio nos nisi continuo quæreremus, etiamsi inaniter essent vulgata, convincerent. Nec interest per quos ad aures nostras eadem pervenissent, dum quomodo libet ista referentibus, postquam nostram conscientiam penetrarent, in his veraciter indagandis pastorales excubias esse non oportuerit negligentes, quatenus vel e vestigio posset lupis inhiantibus obviari, vel nullis existentibus feris, ovium custodia secura persisteret. Ab his qui essent Chloes, Corinthiorum æ dissensiones agnovisse testatur Apostolus (I Cor. i), confestimque scribere non omittit; ut vel nascentibus jurgiis pius medicator occurreret, vel de eorum comperita mox incolumitate gauderet: quod nos quoque litteris quæ super hac parte dictæ sunt, indicasse reminiscimur, ut scilicet aut irrepentibus obsisteremus insaniis, aut, si nihil horum penitus accidisset, de catholicæ veritatis integritate lætaremur. Quapropter non solum dilectio tua nostra non debet vigilantia permoveri, sed præsentis collocui salutatione percepta nobiscum potius industrium propriæ sociare solertiam, quatenus vel si v tentata sint talia, protinus corrigantur, vel ne qualibet obreptione tententur, attentius præcavendo subintrare non valeant. De quibus autem ii quos tua caritas destinavit, si plenius instrui voluerint, sequentes tituli cum suis responsionibus intinabunt. Et quoniam se his acquiescere præfati eatenus sunt professi, ut eadem se et primitus tenuisse firmarent, sed ante ullius in quæstionem vocata vellent manifestius expediri, studuimus quantum inter occupationes fieri potuit, quæ nos minime respirare patiuntur, largiente Domino, sequentes paternæ vestigia, de talibus, quæ cœpimus non silere: quam regulam sobrie sentiendi quisquis fideli corde sectatur, inter orthodoxos merito debeat æstimari. Quisquis vero putaverit abnuenda, ab apostolicis sese non ambigat exulare doctrinis. Certe si quid est quod valeat animum permovere, fraternitas tua consulere fiducialiter omittat, ut Domini gratia ministrante, totius discutiat obscuritatis ambiguum fraternæ collatio.

* EPISTOLA VII.

AD OMNES EPISCOPOS PER PICENUM.

Tria præcipua Pelagianæ hæresis capita refellit. Primum, scilicet parvulos sine originali peccato nasci.

* Hæc epistola circularis data est ad omnes episcopos in Piceno positos, qua plurimum dolet Pelagianam hæresim in eadem provincia coalescere cœpisse. Missa est per Romulum S. R. E. cardinalem diaconum. Tres in ea enumerat et refutat Pelagianas sententias. Earum prima illa est, quod prædicans circulator senex probrosus et indoctus negaret infantes cum peccato originali corripri, et ei obnoxios reddi. Secunda ista, Parvulos sine baptismo non posse damnari. Tertia demum erat, Hominem per liberum arbitrium ipsa natura suffragante posse be-

Secundum, hos pro solo peccato originali non damnari. Tertium, gratiam ad salutem non esse necessariam, illamque secundum hominum merita conferri.

Gelasius episcopus universis episcopis per Picenum in Domino salutem.

Barbaricis hactenus dolebamus incursibus maxime vicinas Urbi provincias, et bellorum sæva tempestate vastari; sed quantum inter ipsa recentium calamitatum ferventia pericula comperimus, perniciosiorem diabolus Christianorum mentibus labem, quam corporibus hostilis feritas, irrogavit: quod multum principaliter illarum regionum respicit sacerdotes, qui tanta segnitie tantaque ministerii dissimulatione suscepti, commissarum sibi negligunt regimen animarum, ut eas etiam ab exiguis quibusque bestiolis lacerari sub conspectibus suis impune patiantur: quinimo subrepentes nequitas confovendo, et depravatoribus acquiescendo fidelium, non solum eas minime retrahant, sed ipsis præbeant propria nutrimenta perditionis exemplo. Quid autem tales essent acturi pontifices, si (quod absit) vel aliqua nova pestis, et primitus ignorata prorumperet, vel ingenii acrioribus, sensibusque versutis, aut aliqua sæcularium doctrinarum peritia callidis, sacrilega blasphemiarum dicta promerentur, qui tam veteris erroris detrita commenta, tamque majoribus Ecclesiarum magistris, quam etiam nostra ætate convicta non recouunt nec refutant; atque ab imperitis stultisque prolata non respuunt. Gratias omnipotenti Deo agimus, quoniam suorum corda per hujusmodi personarum examinat; qui hoc ipsum virus nesciunt quod loquantur. Nam quid facerent populorum præsules sub astutioribus inimicis, qui se subjiciunt libenter indoctis? Quando utique, etiamsi tanta erat in rectoribus dominici gregis prorsus ignavia, ut ne tam vilem hebetemque personam possint vel intelligere vel frenare, potius pastorali cura debuerint a nobis cognoscenda perquirere, quam suasionibus inconsideranter absurdis, facilem submittere voluntatem: oblatum est enim nobis miserabilis senex¹ Seneca nomine, qui non modo totius est eruditionis alienus, sed ipsius quoque intelligentiæ communis prorsus extraneus, in Pelagianæ voraginis cœno (sicut de quibusdam in Apocalypsi (Cap. xvi) legimus) velut una ranarum impudenter immerus, inque illa sæce horribiliter volutatus, nullatenus indoctus qualiter emergere posset inveniens; quia puritatem relinquens catholicæ veritatis, quanto se per lubricum falsitatis conatur attollere, tanto magis ejus lutosi foveis circumclusus obruitur, de illis unus exitum reddi, tantamque vim liberæ voluntati inesse dicebat, ut si vellet, etiam sine Dei auxilio posset inter adolescentulas versari, easque contrectare, et tamen non inquinari. Quare cum ad prædictas hæreses acceptandas, more hæreticorum, carnis lascivas delectationes proposuisset, et ad bestias terræ capiendas rete carnis quo uti solent expandisset, hanc paternam admonitionem, et pastoralem vigiliantiam non obstante metu Anastasii imperatoris Eutychiani et Theodorici regis Ariani in Italia regnantis exercere oportebat. SEV. BINIUS.

¹ Episcopus, quippe qui postea presbyterum privasse communionem dicitur. HARDUINUS.

stens, de quibus Petrus dicit apostolus : *Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem et in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua, peribunt percipientes mercedem injustitiæ* (II Petr. II). Revera enim sic ejus stolidus et obtusus est animus, ut de his venenis, quæ male hausit, et vomuit, nullam rationem vel accipere valeat omnino, vel reddere. Sed induratus obcæcatione diabolica, sibique jam traditus, cordis sui funesta sit obstinatione damnatus; nihilque supersit ei, nisi ut Deus noster, qui dixit, quæ hominibus impossibilia videntur, apud se esse facilia (Matth. XIX), hujusmodi mentem potenti compunctione transfigat, ut secundum beatum apostolum Paulum, *respiscat a diaboli laqueis, quibus captivus delinetur* (II Tim. II) sententia divini judicii. Multa illi quæ de Pelagianis sensibus nec in somnis omnino contigerant, nos magis patefacta prodidimus ea, quæ dudum convicta fuisse monstravimus. Hæc etiam ipsa, quæ idem proferre videbatur, olim et ab hæreticis Pelagianis in medium producta docuimus, et a catholicis prædicatoribus competenter elisa. Pelagium, Cælestium, Julianum, cæterosque complures oratoriæ faciundæ viros in hac assertionem probavimus fuisse convictos, et tam ecclesiasticis constitutis quam imperialibus¹ etiam percussos fuisse præceptis; proinde isium ferre non posse firmavimus, in quibus illi tales tantique prostrati sunt, qui nec ipsa, quæ ab illis sunt disputata, vel intellecta capere, vel eloquio simili possit astruere. Sed, ut dictum est, *diabolica mens inspiratione possessa, in profundum reniens jam malorum ad remedia nulla consentit* (Prov. XVII). Quapropter de innumeris blasphemiarum generibus quas auctores Pelagianæ hæresis addiderunt, tria, quæ sibi præcipue hic senex legendus ascivit, credidimus non tacenda, ut reserata manifestius panderentur, et Deo destruentem facilius viderentur eversa. In uteris, inquit, matrum opere divino creantur infantes, propterea justum videri non putant quod factura Dei sine ullis propriis actionibus cuiquam peccato gignatur obstricta; injustumque Deum faciunt, si rei efficiantur antequam nati. Hoc velut acutissimum sui dogmatis exerunt argumentum, non advertentes quia primi illi parentes generis humani de nullis utique genitoribus, sed de innoxia limi materia procreati, et pure atque sincere potenter arte divina compacti, factique rationales, propria voluntate seductorem secuti diabolum, pravus cupiditatis per excessum prævaricationis infecti sunt. In quibus utique humana natura peccavit, et humana est facta natura vitiosa, receptrix sine dubio mali quod ante nescierat, quæ a bono rectoque deficiens, in affectum mali pravique recidere ipso rerum consequentium tramite manifestum est. Tales igitur effecti principes nostræ substantiæ, semetipsos passibiles et corruptibiles redderunt; in tantum conditionis diviniæ dona violantes, ut mortis fuerint ultione puniti. Hac enim die fuisse mortuos qua mortales effecti sunt, ambiguum non

¹ Honorii, Theodosii atque Constantii.

A habetur: proinde quidquid isti genitores de suo germine protulerunt, opus quidem Dei est, secundum institutionem naturæ; sed non absque contagio illius mali, quod sua prævaricatione traxerunt: et utique hoc idem ipsius mali contagium, certum est opus non esse divinum. Itaque non ex creatione Dei est vitium quod voluntario motu natura collegit; sed etiam de vitata per semetipsam natura Deus institutionem suam quidem suæ creationis exsequitur; sed creatio profert vitium, quod non ex institutione Creatoris accepit, sed quod ipsa per lapsum transgressionis suæ assumpsit. Nam si ipsi primi homines ex nullis, ut dictum est, parentibus nati, et sine ullo formati contagio, per ambitum præsumptionis illicitæ semetipsos depravare potuerunt, et in opere Dei opus diabolicæ fraudis adnectere, quid mirum si iidem depravati protulerunt sobolem depravatam? Nonne etiam cum Deus utique liberam condiderit humanam sua creatione substantiam, etiam apud humanas tamen leges extrinsecus accedens servitus naturaliter eam reddit obstrictam et obnoxiam? Origine generantur obnoxii, et ex conditione servili gignuntur addicti; et nascendo sunt prius obligati quam geniti: si hoc agitur de rebus extra naturam positis, quanto magis de his provenire non mirum est, quibus ipsa humana substantia depravata cognoscitur? ac per hoc sicut et ipsa humana substantia de institutione sincera actuum reproborum rea fecit voluntate pollutam, sic edidit sobolem atque progeniem naturæ suæ ex actuum suorum rea voluntate maculosam; quia hujusmodi genuit prolem, cujusmodi se ipsa reddidit prævaricationis excessu. Ideoque non solum de se profert quod bene Deus instituit, sed etiam quod male ipsa inconsequenter adject. Quemadmodum autem qualitas interior appetendi valet immutare naturam, divinæ lectionis auctoritate firmatur. Sic denique pascente Jacob (Genes. xxx), commissus ille grex ovium, supposita canalibus varietate virgarum, dum potat, illectus affectionali delectatione, concepit, quod non habuit in natura, et molitum sensibus transfundit in prolem quod in creatione non sumpsit. Quod tunc utique figuraliter gestum, et in ecclesiasticis significavit gregibus hoc futurum, et Pelagianorum Deus prævidens calumnias, et excitandas fidelibus suis decertationes intelligentiam præparavit. Docent divina testimonia, et ipsa ecclesiastica sacramenta, et ab ipso Domino Salvatore catholicorum traditio magistrorum humanæ generationis decolorata primordia. Hinc est quod clamat propheta: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum esse a peccatis? nec infans, cujus est unius diei vita super terram* (Ec. VII). Hinc est quod item dicit Scriptura: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es* (Job XIV) et alibi: *Quia semen, inquit, erat maledictum* (Sap. XII); nec non etiam David propheta testatur. *In iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea* (Ps. L). Et si hoc ille dicit, quis aliter se asserat procreatum? Beatus quoque

apostolus Paulus asserit : *Et nos aliquando eramus natum filii iræ sicut et cæteri* (Ephes. 11). De qua ira in Evangelio dicit : *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, habebit vitam æternam; qui autem non crediderit, jam judicatus est, et ira Dei manet super eum* (Joan. 11). Illa utique, de qua dictum est : *Morte morieris* (Gen. 11), ipse Dominus Jesus Christus cœlesti voce pronuntiat : *Qui non manducaverit carnem Filii hominis et biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipsum* (Joan. vi), ubi utique neminem videmus exceptum; nec ausus est aliquis dicere, parvulum sine hoc sacramento saluari ad æternam vitam posse perducī; sine illa autem vita, in perpetua futurum morte non dubium est. Cur igitur infans hac sorte concluditur, si nullum habet omnino peccatum? magisque videbitur (quod absit) injustus Deus, si illic infligatur pœna, ubi nulla sit culpa. Unde cum de propriis actibus nullo reatu teneatur obstrictus, nihil restat nisi ut sola sit vitiosa nativitate pollutus; et si non fuerit mysterii Christiani participatione mundatus, ad vitam non potest pervenire perpetuam. Hinc est quod exsufflantur et catechizantur infantes; et quia in opere Dei, quod in auctore suo bene sunt instituti, opus diabolicæ malignitatis accessit, *eruti de potestate tenebrarum* (Coloss. 1), sicut docet Apostolus, ad Filii Dei sortem, purgationemque legitimam transferuntur. Nisi autem prima generatio, quam bonam Deus instituit, prævaricatione venisset in culpam, et reprobabilis esset effecta; secunda generatio subroganda non fuerat: propter quod dicit beatus Paulus apostolus : *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*; et paulo post : *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ* (Rom. v).

Sicut autem omnes in condemnationem dicit, utique qui de Adam parente sunt geniti, sic omnes in justificationem vitæ non nisi illos astruit, qui in Christi mysterio sunt renati. Innumeris talibus instrumentis hæresis Pelagianæ doctrina mortifera, et a nostris est convicta majoribus, et nunc eorum copiosa potest eruditione convinci; nec debent simplices animos ista turbare, quibus quæ non intelligunt secundum ecclesiasticam formam credidisse sufficiet, aut si quis nosse desiderat, interrogare conveniet. De parvulis autem, quod asserit sine sacro baptisate pro solo originali peccato non posse damnari, satis impia, satis profana propositio est; quamvis enim recentes ab utero matrum in remissionem peccatorum baptizari nullus Christianus ignorat, quod utique non fallaciter, sed veraciter catholica celebrat Ecclesia, ne in sacramentis cœlestibus (quod absit) mentita videatur; proinde quia propria non habeant ulla peccata, constat ejus [al. eis] sola prorsus originalia relaxari. Itaque omnibus etiam solis remissis vitam per baptismum consequuntur æternam; consequens est, ut solis etiam non remissis, ad æternam vitam

¹ Forte *Non dicantur*. HARDUIN.

pervenire non possint. Unde et Dominus, sicut superius diximus, ait (quod utique nisi baptismus non convenit) : *Qui non manducaverit carnem Filii hominis, et biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso* (Joan. vi); sine vita autem esse perpetua quid est nisi in sempiterna morte constitui? quamvis idem sit regnum cœlorum quod æterna vita, tamen, ut providentia Dei omnes Pelagianorum nequitiis amputaret, non solum dictum est : *Qui non fuerit renatus ex aqua et Spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum* (Joan. 11); sed etiam pariter dictum est : *Qui non manducaverit carnem Filii hominis, et biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso*. De vita autem æterna hoc dictum nullus addubitat; quoniam multi non manducantes hoc sacramentum, vitam habere videantur præsentem.

Nihil est ergo quod dicant, quod non renati infantes, tantummodo in regnum cœlorum ire non valeant; non autem perpetua damnatione puniantur, dum sine baptisate corpus et sanguinem Christi nec edere valeant, nec potare: sine autem hoc vitam in semetipsis habere non possent, sine vita vero non nisi mortui sint futuri. ¹ Dicant [al. Dicantur] igitur in morte perpetua constituti, si non æstimentur esse damnati: tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis parvulis faciant locum. Et quia non nisi dextram partem legimus et sinistram, non illos faciant in sinistra regione sine baptisate remanere, sed baptizatos sinant ad dexteram salutarem sacra regeneratione transferri.

Tertio capitulo jam toto mundo cognita, atque convicta Pelagianorum deliramenta circumferre, quibus dicunt, quod homo per liberum arbitrium, quod corruptum, fœdavit ac perdidit, bono suffragante naturæ beatus efficiatur, cum de beatitudine paradisi, ubi bona fuerat constituta substantia, nisi suo amisso bono nullatenus potuisset expelli, unde mortalis effecta, quia de bono utique prævaricatione transisset ad malum; et a participatione divina ad diabolica semet facinora contulisset: ideo deceptorum suo, cui volens assenserat, competenter addictus, ideo de felicitatis suæ caritate seclusus, atque ad spinas et tribulos, miserasque multiplices cœlesti voce damnatus est; quæ utique pœna jussu judicii tam gravis et aspera in bono perseveranti nullatenus esset inflictæ; et nisi malo non convenienter illata probaretur. Ecce sine divino suffragio, quod in illa beatitudine positus nunquam legitur expetisse; non solum homini naturale bonum prodesse non potuit, non solum non effecit bonum; sed cum hoc solo confidit, atque ad ejus non revertitur largitorem, et beatitudinem potius amisit, et malorum omnium sumpsit exordium. Quod autem libero arbitrio beatitudinem consequantur, quo male usus in perpetuam recidit servitutem, sicut scriptum est : *Qui facit peccatum, servus est peccati* (Joan. viii, 34): a quo quis superatur, huic et servus addicitur, Nounne hæc est illa præsumptio naturalis quæ ad detestandæ captivi-

tatis jura descendit, quam Scriptura sancta sic memorat : *Grave jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ in matrem omnium (Eccles. xl)*; de qua genus humanum non nisi solus Dominus noster Jesus Christus commercio suæ redemit passionis, et mutata nativitate nos eruit? *Solus utique venit quærere, et salvare quod perierat (Math. xviii)*, ut libertas, quæ per tænerariam fuerat dejecta superbiam, instaretur reparata per gratiam; mutaque vice humanæ voluntatis arbitrium, sicut sequendo diabolum, captivitate meruerat sempiternam, sic reformatæ subsequendo libertatis auctorem, amissum rediret ad præmium. Hinc est quod ipse Dominus ait : *Cum vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*. Et apostolus beatus Paulus exsequitur : *Cum servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ, id est alieni a justitia, liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ (Rom. vi)*; et iterum idem ipse : *Libertatem, inquit, qua vos Christus liberavit (Galat. iv)*. Nonne ipse vas electionis affirmat, et dicit : *Deus est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate (Philip. ii)*? ne etiam in mala voluntate, et velle et perficere Deus putaretur operari. Illud autem Pelagianorum peculiare virus est, olimque detritum, quo putant gratiam Dei secundum merita hominum posse conferri, quod absit a mentibus Christianis! cum testetur Apostolus : *Gratia est quæ gratis datur; alioquin si ex operibus gratia, jam non est gratia (Rom. xi)*, quia merces redditur non gratis, unde gratia nomen accepit impenditur. Quis autem audeat dicere Christianus, aliquid habere boni sine gratia, quando magister gentium clamat, cuncta breviter in se dona concludens : *Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit (I Cor. xv)*; ut ostenderet quia donum gratiæ non ipse præcesserit, sed fuerit subsecutus; atque monstraret cooperatorem se esse gratiæ subsequendo : *sed plus omnibus, inquit, illis laboravi (Ibidem)*. Ac rursus veritus ne de se præsumere videretur, adjunxit : *non ego, sed gratia Dei mecum*. Non dixit : ego et gratia Dei mecum; sed præposuit gratiam præcedentem se, atque subjunxit. Quid autem haberi possit sine gratia, cum sit fides ipsa per gratiam; eodem apostolo nos docente : *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem (I Tim. i)*? Nec aliud est misericordia divina quam gratia. Audiamus etiam quemadmodum informat Ecclesiam : *Gratia, inquit, salvi facti estis per fidem (Ephes. ii)*; ut principium salutis et fidei a gratia cœpisse dissereret, sicut secutus adnectit : *Et hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne quis extollatur (Ibid.)*. Idem ipse alibi generaliter et absolute pronuntiat, dicens : *Quid enim habes quod non accepisti? Aut si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (I Cor. iv)*? Quis sufficere singula recensere? quibus evidentiter apparet, non naturalis libertatis arbitrium gratiam promereri, sed potius per gratiam recipere, ut a servitute, quam peccando me-

¹ Forte *exceptas*. HARDUIN.

A fuerat, misericorditer absolutum esset. Hujus sacramenti redemptione ante mundi principium sempiterna providentia præparati, sive nondum prolata lege, seu subobservatione legali, figuribus signis atque sacrificiis omnium sanctorum virorum feminarumque sanctarum vetus origo mundata est, universisque justis per gratiæ spiritum hoc de longe adorando mysterio salutis æternæ remedia contigerunt, cujus in Christo manifestata gentibus plenitudo, mundum purgat, et renovat, beatitudinisque perpetuæ vere facit esse participes. Quapropter nimis incensamus fratres et coepiscopos nostros, maxime per Piceni provincie Ecclesiam Domini gubernantes, qui non solum ineptissimi senis, abjectæque personæ pravum non deterrere colloquium, verum et suo nutrire consensu. Quis audiat? quis ferat, passos esse pontifices, ut cadaver nescio quod indignum, presbyterum sibi non acquiescentem audire, communionem privaret? quomodo talis vel susceptus ab aliquo, vel patienter auditus est, qui insuper leges dedit, libenter ¹ exceptus, ut servi Dei cum puellis sacris congregatione dedecorisissima miscerentur; nam cum spirituales animi, etiam cum desiint ista consortia, imaginariis infestentur illecebris, quemadmodum alterni sexus intuitu, ² qui illicite nolentes non vehementius incitentur? Adbuc majus scelus accrescit, ut sub conspectu et præsentia sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Augustinum ecclesiasticorum lumina magistrorum, *musca moritura*, sicut scriptum est, *exterminans oleum suavitatis (Eccles. x)*, lacerare contenderet. Sed quid miremur Ecclesiarum præules ista negligere, quos sicut a multis audivimus, contra canones omnia gerere, et contra apostolicam (I Cor. xiv) disciplinam passim cuncta miscere, manifestum est; non servatis regulis ordinare, liciteque non solum monachos, sed etiam ministros ecclesiæ cum feminis ad peregrina migrantes remeare rursus, et ab aliis episcopis in militia proveli clericalem? Quæ cum singula toleranda non sint, quis sustineat tot et talia facinora perpetrari, quibus spectaculum gentilibus, Judæis, et hæreticis non immerito præbentes, in ipsum (quod absit) tendere videatur religionis excidium? digneque ista facientibus aptabitur illa sententia dicentis Apostoli : *Nomen enim Dei per vos blasphematur in gentibus (Rom. ii)*. Sufficiat igitur hactenus fuisse hæc commissa, et ut placetur Deus humanis rebus sollicitius divina curentur. Nusquam loci prorsus inveniat præfatæ pestis assertor, nec accessum prorsus ecclesiæ vel usquam participationem catholicæ communionis inveniat qui hæreticorum mavult subsequi nefaria professione consortium; et hi cum quibus antea probabitur noxium miscuisse colloquium, nisi respiscunt, et ab ejus societate discedunt, ab ecclesiastico remoti servitio, devota ultione plectantur, quo cæteris cavendi ministretur exemplum, nullum adeat, nec usquam loqui damnatæ olim blasphemæ jam sinantur : discreta

² Forte *etsi illicite*. HARDUIN.

suis habitationibus virorum atque seminarum, sicut A sanctum propositum decet, exerceatur circumspecta devotio. Contra canonum constituta nullus (*Nic. IX, x*) ad ecclesiasticum permittatur [*al. promoveatur*] officium: non ignoraturis provinciæ uniuscujusque rectoribus, nec de præteritis sibi veniam reperituros erroribus, si deinceps dissimulaverint vitare patefactos: nec excusationis de cætero relinquetur occasio, si post præcepta præsentia, quæ per Romulum diaconum, cujus solertiam pro fide catholica et pro religione vigilantiam gratissime comprobamus, duximus destinanda quisquis super his omnibus aut contemptor aut negligens deprehendatur antistes. Sicut enim ad sedis apostolicæ moderamina pertinet, cunctis sollicitudinem debitam ministrare congruenter Ecclesiis; ita necesse est, ut in contumaces et desides traditam sibi divinitus non dissimulet potestatem. Data calendis Novembris, Albino viro clarissimo consule (anno Christi 595).

• EPISTOLA VIII.

AD ANASTASIUM IMPERATOREM.

Præmissa excusatione cur ad imperatorem non scriperit, illum hortatur ut apostolicæ sedi obtemperet, et, Acacii nomine damnato, Ecclesiarum pacem restituendam curet.

¹ Gelasius episcopus ad Anastasium Augustum.

Famuli vestræ pietatis, filii mei, Faustus magister et Irenæus viri illustres, atque eorum comites publica legatione fungentes, ad Urbem reversi, clementiam vestram quæsisse dixerunt [*al. dicuntur*]. Cur ad vos meæ salutationis scripta non miserim. Non meo, fateor, instituto; sed cum directi dudum de partibus Orientis vel videndi me licentiam, sibi vestris præceptionibus abnegatam, tota Urbe dispererint, a litteris credidi temperandum, ne onerosus potius quam officiosus existerem. Videtis igitur non mea dissimulatione provenisse, sed competentis fuisse cautelæ, ne respicientibus animis molestias irrogarem. Sed ubi serenitatis tuæ benevolentiam comperi, præfatis indicantibus, humilitatis meæ clementer expetisse sermonem, jam revera perpendi, ² imputandum non immerito mihi, si tacerem; quia, gloriose filii, ³ te sicut Romanus [*al. Romæ*] natus, Romanum principem amo, colo, ⁴ suscipio; et sicut Christianus, cum eo qui zelum Dei habet, secundum scientiam veritatis ⁵ habere desidero: et qualiscun- D que apostolicæ sedis vicarius, ⁶ quodcumque plenæ

¹ Cum circa finem anni 493 Theodorici regis legati Constantinopoli revertissent, atque ea quæ ab imperatore Anastasio acceperant Gelasio papæ nuntiasent, ipse Gelasius apologeticam epistolam hanc ad eundem Anastasium conscripsit, quæ in capitularibus regni Francorum citatur lib. v, cap. 167. His litteris persuaderi non potuit, ut remoto obice, Ecclesiis unionem et pacem redderet. Obstitit Euphemius,

¹ *Al., Gloriosissimo imperatori Anastasio Gelasio episcopus.*

² Codex Capituli Veronensis pervetustus, cum quo collata est hæc epistola, legit *reputandum*.

³ *Id. c. d., et sicut.*

⁴ *Id. cod. suspicio.*

PATROL. LIX.

fidei catholicæ deesse comperero, pro meo modulo suggestionibus opportunis supplere contendo. Dispensatione etenim mihi divini sermonis injuncta. *ne mihi est, si non evangelizavero (I Cor. ix)*! Quod cum vas electionis beatus Paulus apostolus formidet et clamet, multo magis mihi exiguo metuendum est, si divinitus ⁷ inspiratum, et paterna devotione transmissum, subtraxero ministerium prædicandi. Pietatem tuam precor ne arrogantiæ judices divinæ rationis officium. Absit, quæso, a Romano principe, ut intinamam suis sensibus veritatem arbitretur injuriam. ⁸ Duo quippe sunt, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur: auctoritas sacra [*al. sacrata*] pontificum, et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus ⁹ Domino in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis [*al. expectas*], inque sumendis cœlestibus sacramentis, eisque (ut competit) disponendis, subditi te debere cognoscis religionis ordine potius quam præesse. Nosti itaque inter hæc, ex illorum te penite e iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistes, ne vel in rebus mundanis exclusæ videantur obviare sententiæ; quod (rogo) te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Proinde sicut non leve discrimen incumbit pontificibus, siluisse pro Divinitatis cultu, quod congruit; ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui, cum parere debeant, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus, fidelium convenit corda submitti, quanto potius sedis illius præsulis consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et Divinitas summa voluit præeminere, et subsequens Ecclesiæ generatis jugiter pietas celebravit? Ubi pietas tua evidenter advertit, nunquam quolibet penitus humano consilio elevare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni, quem Christi vox prætorit universis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est, et habet devota primatam. Impeti possunt humanis præsumptionibus quæ divino sunt iudicio con-

asserens ab apostolica sede magis exerceri vindictam quod ab Acacio spreta esset, quam justitiam defendi. Epistolam scriptam esse anno pontificatus Gelasii tertio, qui est Christi 494, ex eo colligitur quod Anastasius hoc tempore se Eutychianum esse hæreticum, et Acephalorum sectæ signiferum necdum declaravit: quem constat anno sequente virus in pectore occultatum plane evomuisse. SEV. BINIUS.

⁷ Forte, *pacem habere. HARDIN.*

⁸ *Al., quod ubicunque plenæ.*

⁹ *Id. cod., inspirato.... transmissio.*

¹⁰ Hæc sententia citatur lib. v Capituli, c. 167, et ab Hincmaro opusc. 9, n. 59. HARDIN.

¹¹ *Id. cod., hominum.*

stituta, vinci autem quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic contra nitentibus perniciose non sit audacia, quemadmodum, quod ab ipso sacræ religionis auctore præfixum est, non potest ulla virtute convelli: *Firmamentum enim Dei stat (II Tim. II)*. Nunquidnam cum aliquibus infestata religio est, quantacunque potuit novitate superari, et non magis hoc invicta permansi, quo æstimata est posse succumbere? Desinant ergo (quæso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticæ præcipitanter ambire quæ non licet, ne et illa quæ male appetunt nullatenus apprehendant, et modum suum apud Deum et homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei pure ac sincere pietatem tuam deprecor, obtestor et exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias: rogo, inquam, ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam (quod absit) in divino iudicio sentias accusantem. Nec me latet, imperator Auguste, quod pietatis tuæ studium fuerit in privata vita. Optasti semper fieri particeps promissionis æternæ. Quapropter noli, precor, irasci mihi, si te tantum diligo, ut regnum, quod temporaliter asecutus es, velim te habere perpetuum, et qui imperas sæculo, possis regnare cum Christo. Tuis certe legibus, imperator, pateris nihil perire, Romano nomini [al. perire Romano nomini] nullum admittis ingeri detrimentum. Itane verum est, princeps egregie, qui non solum præsentia Christi beneficia, sed desideras et futura, ut religioni, ut veritati, ut sinceritati catholicæ communionis et fidei, temporibus tuis, patiaris quinquam inferre dispendium? Qua fiducia (rogo te) illic ejus præmia petiturus es, cujus hic damna non prohibes? Non sint gravia, quæso te, quæ pro tuæ salutis æternitate dicuntur. Scriptum legisti: *Meliora sunt vulnera amici quam oscula inimici (Prov. XVII)*. Quæso pietatem tuam, ut quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimentur. Nemo pietatem tuam fallat. Veram est quod figuratim per prophetam Scriptura testatur: *Una est columba mea, una est perfecta mea (Cant. VI)*, una est christiana fides, quæ est catholica. Catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorum, atque ab eorum successoribus atque consortibus sincera, pura, immaculata communione divisa [al. divulsa] est. Alioquin non erit divinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec ulla causa jam superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, ne cunctis hæresibus aditum januamque pandamus. *Qui enim in uno offenderit, omnium reus est (Jacob. II)*; et: *Qui minima spernit, paulatim decidit (Eccles. XIX)*. Hoc est quod sedes apostolica magnopere cavet [al. prætaxavit], ut quia mundo radix est apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maneat. Nam si (quod Deus avertat!) quod fieri non

¹ Cod. Veron., *quantumque*: Quesnellus legit *quantumque*.

² Id. cod., *non licent*.

³ Id. cod., *vel cui jam*.

posse confidimus) tate aliquid proveniret, unde cuiquam resistere auderemus errori, vel unde correctionem errantibus posceremus? Proinde si pietas tua unius civitatis populum negat posse pace componi, quid nos de totius orbis terrarum sumus universitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit prævaricatione deceptus? Si totus correctus est mundus, profana patrum suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur unius civitatis populus, si prædicatio fida [al. fidei] succedat? Ergo, gloriose imperator, nolo ego [al. non negligo] Ecclesiarum pacem, quam, etiamsi cum mei sanguinis impendio provenire posset, amplector [al. amplectar]? Sed (precor te) cuiusmodi debeat esse pax ipsa, non utcunque, sed veraciter christiana mente libremus. Quomodo enim potest esse pax vera cui caritas intemerata defuerit? Caritas autem qualiter esse debeat, nobis evidenter ³ Apostolus prædicat, qui ait: *Caritas de corde, puro, et conscientia bona et fide non ficta (I Tim. I)*. Quomodo (quæso te) de corde erit puro, si contagio indicatur externo? Quomodo de conscientia bona, si pravis fuerit malisque commixta? Quemadmodum fide non ficta, si maneat sociata cum perdidis? Quæ cum a nobis sæpe jam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, et tandiu non taceri quandiu nomen pacis obtenditur; ut nostrum non sit (ut invidiose jactatur) facere pacem, sed tamen velle doceamus, qualis, et sola pax esse, et præter quam ⁴ nulla esse monstratur. Eutycheum certe dogma, contra quod apostolicæ sedis cautela pervigilat, si creditur salva fidei catholicæ posse veritate constare, promatur, asseratur, et quantilibet viribus astruatur, ut non solum per seipsum, quam inimicum sit fidei Christianæ possit ostendi, sed quantas et quam lethales hæreses in sua continet calluvione monstrari. Si autem (ut magis confidimus) a catholicis iudicatis mentibus excludendum, quæso te, cur non et contagia simul eorum qui hac probantur esse polluti, discernitis refutanda, cum dicat Apostolus: *Non solum qui non facienda faciunt, reos videri, sed etiam qui consentiunt facientibus (Rom. I)*? Proinde sicut non potest, perversitatis communicatore suscepto, non pariter perversitas approbari, sic non potest refutari perversitas, complice sectatore perversitatis admisso. Legibus certe vestris, criminum concilii susceptoresque latrocinantium pari iudiciorum pœna constringuntur; nec expers facinoris æstimatur qui, licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem sœdusque receperit. Proinde cum Chalcedonense concilium, pro fidei catholicæ atque apostolicæ veritate communionem celebratum, damnaverit Eutycheum detestandi furoris auctorem, non satis habuit, nisi ut pariter ejus quoque consortem Dioscorum cæterosque percelleret. Hoc igitur modo, sicut in unaquaque hæresi vel factum semper, vel fieri non habetur ambi-

⁴ Pace deest in eod. cod.

⁵ Id. cod., *per Apostolum prædicatur*.

⁶ Id. cod., *pax nulla*.

guum, successores eorum ¹ Timotheum, Petrum atque alterum Antiochenum Petrum, non viritum propter singulos quosque rursus facto concilio, sed synodi semel ² acta regula consequenter elisi. Quem admodum ergo non evidenter apparet etiam cunctos simili tenore constringi, et qui eorum communicatores et complices exstiterunt, atque omnes omnino a catholica atque apostolica merito communione discerni: hinc Acacium quoque jure dicimus a nostro consortio submovendum, qui maluit in sortem transire perfidiæ, quam in catholicæ atque apostolicæ communionis sinceritate constare, ³ cum fere ⁴ per triennium, ne in id veniret, apostolicæ sedis epistolis doceatur competenter instructus. Postquam vero communionis est factus alienæ, non potuit nisi a catholicæ et apostolicæ mox societate ⁵ præcidi, ne per eum, si vel paululum cessarem, nos quoque videremur subisse contagia perfidorum. Sed revera vel tali percussus pœna resipuit, correctionem promisit, emendavit errorem? aut ille tractatus lenius voluerat [al. valuerat] coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia et damnatione moriente [al. manente], tam ejus in ecclesiastica recitatione non potest nomen ascribi, quam externæ contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione sincerus, quorum se ille communioni permiscuit, aut cum eisdem non potest non repelli. Si autem susurrant Orientis episcopi, quod ad eos sedes apostolica non ista conscripserit, quasi vel ipsi de recipiendo legitime Petro sedem apostolicam suis litteris fecerint certio-rem, vel hujus receptionis inconditæ non jam pariter complices exstiterint, quem sicut vere non possunt docere ab hæretica pravitate fuisse purgatum, ita se hæreticorum nullatenus poterunt excusare consortes. ⁶ Quod si fortassis astruxerint, quod ad apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti consona ⁷ voce retulerint, per eundem sibi: net omnes pari voce sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicæ [al. vice primatus sedis apostolicæ] vero sedis auctoritas, quod cunctis sæculis Christianis Ecclesiæ prælata sit universæ, et canonum serie paternorum, et multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, ⁸ utrum sibi quisquam contra Nicænæ synodi constituta quippiam valeat usurpare, collegio potest unius communionis ostendi, non mentibus externæ societatis aperiri. Apud illos si quis confidit, egrediatur in medium, et apostolicam sedem de utraque parte revineat et instruat. Tollatur ergo nomen e medio, quod ecclesiarum discretionem procul a catholica communione operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur et unitas: et tunc quis nostrum contra veneran-

⁶ Hujus triennii initium referendum est ad 15 annum Simplicii, quo Acacius delictum commisit, ut

¹ Id. cod., *Timotheus, Petrus, atque alter Antiochenus Petrus.*

² Id. cod., *actæ regula consequenter elisi.*

³ Anno 478, 479, 480. Alium iniiit calculum Liberatus cap. 18. HARRUIN.

dam vel insurrexerit, vel nitatur insurgere vetustatem, competenter et legitime perquiratur. Et illic apparebit quis modesto proposito custodiat formam traditionemque majorum, quis supra hæc irreverenter insiliens, rapina æqualem posse fieri arbitretur. Quod si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur nomen scandali, id est Acacii, non posse removeri; taceo, quia et hæretico quondam Macedonio pulso, et Nestorio nuper ejecto, plebs Constantinopolitana catholica permanere delegerit potius quam majorum præsulum damnatorum affectione retineri. Taceo, quod qui ab eisdem ipsis damnatis præsulibus, baptizati fuerant, in fide catholica manentes, nulla sint exagitatione turbati. Taceo, quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam vestræ pietatis auctoritas refrenarit; atque ideo multo magis pro salute animarum suarum necessario vobis Constantinopolitanæ civitatis obtemperat multitudo, si eam ad catholicam et apostolicam communionem vos principes reducat. Etenim, imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati id ratione potuisses: ad Divinitatis puram sinceramque devotionem, ut tibi plebs subdita redigatur, conscientiam tuam non putas interesse? Postremo, si unius civitatis populi animus non putatur offendi, ne divina (ut res postulat) corrigantur: quanto magis, ne divina offendantur, catholici nominis universis piam fidem nec lædere debemus omnino, nec possumus? Et tamen iidem nostra se poscunt voluntate sanari. Competentibus ergo sinant curari se posse remediis: alioqui (quod absit) in eorum transeundo perniciem, cum illis perire possumus, ipsos vero salvare non possumus. Jam hic quid sit magis sequendum, sub divino iudicio vestræ conscientiam derelinquo: utrum, sicut nos optamus, simul omnes certam redeamus ad vitam; an, sicut illi poscunt, manifestam tendamus ad mortem: Sed adhuc apostolicam sedem, sibi medicinalia suggerentem, superbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas sæpe languentium, ut accusent magis medicos congruis observationibus ad salubria revocantes, quam ut ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, ⁹ quia animarum remedia convenientia ministramus, quid vocandi sunt qui resultant? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis; qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui divinum cultum puro atque illibato cupimus tenore servari; qui contra Divinitatem quoque sentiunt, dicant, qualiter nuncupentur? Sic et nos cæteri, qui in errore sunt, æstimant, quod eorum non consentiamus insaniam. Ubi

patet supra in notis epistolarum Simplicii 15 et 17. Sev. BINUS.

⁴ Anno 484.

⁵ Cod. Veron., *Qui si.*

⁶ Id. cod., *voluntate.*

⁷ Id. cod., *vel utrum.*

⁸ Id. cod., *qui animarum.*

tamen spiritus superbiæ veraciter consistat et pugnet A XX. Quod hi qui se sacris virginibus sociant, et sædera incesta commissent, communicare non possunt, nisi forte publicam pœnitentiam gesserint.

EPISTOLA IX.

AD EPISCOPOS LUCANIÆ.

Nonnulla ecclesiastica instituta exponuntur.

¹ Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam, et Brutios, et Siciliam constitutis Gelasius.

TITULI DECRETORUM PAPÆ GELASII.

I. De constitutis ecclesiasticis, pro temporibus quietate moderandis.

II. Ut ubi nulla perurget necessitas, constituta Patrum inviolata scrventur; vel cum defuerint clerici, de monachis eligantur.

III. Ut si qui de laicis eliguntur ad clericum, multo sollicitius in his, ea quæ de monachis dicta sunt inquirentur.

IV. Ut ab episcopis, præceptione papæ, novæ basilicæ dedicentur.

V. Ut nulla prædia [lege pretia] de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur. Quod si qui hoc perpetraverint, honoris sui periculo subiacebunt.

VI. Ut presbyteri modum debitum servent, non chrisma conficiant, non consignent; nec præsentem quolibet episcopo, nisi jubeantur ab ipso, vel orare, vel sedere præsumant, nec acolythum, vel subdiaconum faciant.

VII. Similiter ut diaconi mensuram propriam juxta Patrum decreta custodiant.

VIII. Quod diaconi in presbyterio residere non possint, nec sacri corporis prærogationem, præsentibus debent usurpare presbyteris.

IX. Quod apostolica sedes paternos canones pio studio devotoque custodiat.

X. Ut præter paschale tempus et pentecosten nemo baptizare præsumat, nisi eos tantum quos ægritudo extrema compulerit.

XI. Presbyterorum et diaconorum ordinationes certis celebrari posse temporibus.

XII. Ut præfixis diebus virgines consecrentur.

XIII. Ut viduæ non velentur.

XIV. Ut nullus præsul vel ecclesiæ, vel monasterii servum, aut originarium, nolentibus dominis, sub nomine religioso defendat, honoris et communionis periculum subiturus quisquis hoc perpetrare tentaverit.

XV. Ut clericinulla negotia inhonesta, nec turpia lucra sectentur.

XVI. Ut nemo litteras nasrens, vel aliqua parte corporis minutus, provehatur ad clericum.

XVII. De his qui seipsum abscindunt.

XVIII. Quod ad clericum criminosi nequeant promoveri, et in clero positi, si in aliquibus fuerint inventi flagitiis, a suis officiis arceantur.

XIX. Quod dæmonis aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat.

¹ In vetustissimo Lucensi cod. num. 490 iste titulus sic enuntiat: *Gelasius episcopus universis episcopis per unamquamque provinciam constitutis.* MANSI.

² Citatur et a Nicolao papa in epist. 8 ad Michæ-

lem imperatorem, HARDUIN.

XXI. Quod viduæ, ut supradictum est, non velentur. Et si professum continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se rationem sint ideo [al. domino] reddituræ.

XXII. Quod secunda conjugia sæcularibus non negentur, quibus tamen ad clericum minime venire conceditur.

XXIII. Ut si quis susceperit ecclesiæ propriæ desertorem, et in aliquam prorexit dignitatem, utique sententiæ subiaceat quam canonicis addixerunt.

XXIV. Quod si qui ex monachis aut laicis eliguntur ad clericum, cum nulla cogit necessitas, antiqua in eis debentur instituta servari. Quod si probentur sacramenti esse pretio dignitatem, ab officio deponantur, nam dantem et accipientem Simonis magi crimen involvit.

XXV. De sacris locis noviter institutis, quamvis superius dictum sit, hoc nunc tamen adjicitur, ut nulla basilica sub defunctorum constructa nomine dedicetur.

XXVI. Quod nefas sit feminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his quæ virorum sunt officiis deputata præsumere.

XXVII. Quod in unaquaque ecclesia cui episcopus præest, tam de redditibus quam de fidelium oblationibus quatuor debeant fieri portiones: ut una sit episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta ecclesiæ fabricis applicetur.

C XXVIII. Quod episcopus, presbyter, et diaconus, a quocunque clerico veraciter fuerit accusatus, quod adversus hæc constituta fecerit, potest sine dubitatione percelli, sui etiam honoris periculum episcopus subiturus, si hæc omnia ecclesiæ noscenda tacuerit.

³ CAPUT PRIMUM. — Necessaria rerum ⁴ dispensatione [al. disputatione vel dispositione] constringimur, et apostolicæ sedis moderamine convenimur; sic canonum paternorum decreta librare, et retro præsum decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus; quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, et reparandis militiæ clericalis officiiis [supple consulamus] quæ per diversas Italiæ partes ita belli famisque ⁵ consumpsit incursio, ut in multis ecclesiis (sicut fratris et coepiscopi nostri Joannis Ravennatis Ecclesiæ sacerdotis, frequenti relatione comperimus) usquequaque deficiente servitio ministrorum [al. ministeriorum] ⁶ nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant (sine quibus administrare nequeant) sacris ordinibus Ecclesiæ funditus destitutæ; atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii, salutare subsidium redi-

lem imperatorem, HARDUIN.

³ Cod. Luc., *dispositione.*

⁴ Id. cod., *consumpsit.*

⁵ Id. cod., *nil.*

mendarum desit animarum: nosque magno reatu, si tanto coarctante periculo, non aliquatenus videamur innecti.

CAP. II. — Priscis igitur pro sui reverentia manentibus constitutis; quæ, ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodire, et tenus ecclesiis quæ vel cunctis sunt privatæ ministris, vel sufficientibus usque adeo dispoliatæ serviitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam ^a intuendi quam promovendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

Ut si quis etiam de religioso proposito, et disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, imprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis uxorem, nec a marito relictam [al. rejectam] sortitus ostenditur; si pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec ulla corporis parte vitiatum apparet; si servili aut originariæ non est conditioni obnoxius; si curiæ jam [al. etiam] probatur nexibus absolutus; si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium: ut si his omnibus quæ sunt prædicta fulcitur, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas etiam suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat; ac si modestæ conversationis honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant colatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse devotio.

^a CAP. III. — Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis: quia utique convenientia ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda; tantoque magis, quod sacris aptum possit esse serviitiis, in eorum quærendum est institutis, quantum [al. quanto] de tempore quo fuerant hæc assequenda decerpitur: ut morum habere doceatur hoc probatas, quod prolixior consuetudo non contulit; ne per occasionem supplendæ penuriæ clericalis vitia potius divinis cultibus intulisse ^bjudicemur, non legitiinæ familiaræ computemur procurasse compendia; quorum promotionibus super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam, divino cultui deditam et de laicorum conversatione venientem; quæ tamen ætenuis indulgenda credidimus, ut illis ecclesiis quibus infestatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanserunt, ministeria renoventur, quatenus his Deo propitio restitutis, in ecclesiasticis gradibus sub-

^a Id. cod., *consultamus*.

^b Id. cod., *instituenti*.

^c Citatur a Nicolao papa in epist. 2 ad Michaellem imp. tametsiquædam sibi ab istis discrepant. HARDOUIN.

rogandis canonum paternorum vetus forma servetur. Nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita majorum nova lege proponitur: cæteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam. Quo magis hac opportunitate communiti, observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitis prorumpere moliantur excessus.

Nec fas esse confidat quisque pontificum, bigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet ^a pœnitentium [al. post pœnitentiam], vel sine litteris, vel corpore vitiatos [al. minutos], vel conditionarios, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare mysteriis; neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere, absque sedis apostolicæ justa dispositione mandante.

CAP. IV. — Basilicas noviter institutas non petitis ex more ^b præceptionibus, dedicare non audeant, nec ambiant episcopi sibi vindicare clericos potestatis alienæ.

CAP. V. — Baptizandis consignandisque fidelibus sacerdotes pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur (*Math. x*). Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente detriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire despiciant; certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

CAP. VI. — Nec minus etiam presbyteros ultra modum suum tendere prohibemus; nec episcopali fastigio debita sibi audacter assumere: non conficiendi chrisimatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibi arripere facultatem; non præsentem quolibet antistite, nisi fortasse jubeantur, vel orationis, vel actionis sacræ supplendæ sibi præsumant esse licentiam; neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant, aut ^c veneranda [al. venerabilia] tractare mysteria. Nec sibi meminerint ulla ratione concedi, sine summo pontifice, subdiaconum aut acolythum jus habere faciendi; nec prorsus addubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exsequendum, continuo se presbyterii dignitate et sacra communione privari. Quod fieri necesse est censeamus, si eorum præsumptio, hujusmodi fuerit prævaricatio [al. præsumptio] comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventia et ultione vacaturo, si inmoderata facientem dissimulaverit vindicare.

^a In cod. Luc. deest *judicemur*.

^b Id. cod., *post pœnitentiam*.

^c Infra cap. 25, *præcepto sedis apostolicæ*.

^d Cod. Luc. 490, *venerabilia*.

CAP. VII. — Diaconos quoque propriam constitui-
mus servare mensuram, nec ultra tenorem (*Nic.*
xvi) paternis canonibus deputatum quippiam tenta-
re permittimus; nihil eorum penitus suo ministerio
applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit an-
tiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare
non audeant, nisi, prædictis fortasse officiis longius
constitutis, necessitas extrema compellat. Quod et
laicis Christianis facere plerumque conceditur.

CAP. VIII. — Non in presbyterio residere, cum di-
vina celebrantur, vel ecclesiasticus habetur [*al.* cele-
bratur] quicumque tractatus. Sacri corporis præroga-
tionem, sub conspectu pontificis seu pre-byteri, nisi
his absentibus, jus non habeant exercendi.

Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos
quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum
dispendio etiam illa quæ pro alicujus utilitatis com-
pendio fortasse videantur laxanda, credamus.

CAP. IX. — Cumque nobis contra salutarium reve-
rentiam regularum cupiamus temere nihil licere, et
cum sedes apostolica superior his omnibus, favente
Domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio
devotoque studeat tenere proposito; satis indignum
est quemquam vel pontificum, vel ordinum subse-
quentium, hanc observantiam refutare, quam beati
Petri sedem et sequi videat et docere: satisque con-
veniens sit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibi met
observatione concordet, quam illic vigere conspiciat,
ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum, di-
cente Scriptura: *Ordinate in me charitatem (Cant. II)*.
Et item: *Omnia cum ordine fiant (I Cor. XIV)*. Atque
iterum psalmista prædicante: *Circumdote Sion, et
conplectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite
corda vestra in virtute ejus, et distribuite gradus ejus,
ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic est Deus,
Deus noster in æternum; et ipse reget nos in sæcula
(Psal. XLVII)*. Hic procul dubio, qui in ecclesiastica-
rum narratur altitudine dignitatum, et in cujus vir-
tute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus uti-
que distributis, cunctis Deus noster et rector populis
prædicandus est christianis: ubi nemo sibi met ali-
quid jam existimet imminutum, cum et de uniuscu-
jusque gradus perfectione nihil deperit, et convenien-
ter retinendo, quod cælesti dispensatione collatum
est, pariter nobis et cognoscibilem Deum fieri, et
tribuit esse rectorem. Nam et si quid indulgetur de
temporum quantitate moribus aggregata strenuitate
pensatur: si vitæ jam [*al.* etiam] proposito continetur,
quod protelata fuerit ætate curandum, dummodo
illa nullatenus dissimulata subrepant [*al.* subripiant]
quorum quodlibet, si inesse claruerit, merito clericalibus
infulis reprobabilem convincat esse personam.
Etsi illa nonnunquam sinenda sunt, quæ, si cætero-
rum constet integritas, sola nocere non valeant,

¹ In eodem cod. deest *temporumque*.

² Id. cod., non audeant.

³ Vox *causa* abest a cod. Just. et ab edit. 1525 et 1609.

⁴ In cod. Luc. 490 deest *aut in Albis paschalibus*.

illa tamen s'nt magnopere præcavenda, quæ recipi
nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea
ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda
creduuntur, vel rerum ¹ temporumque cogit intuitus,
vel acceleratæ provisionis respectus excusat; quanto
magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec ulla
necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet uti-
litas!

CAP. X. — Baptizandi sibi quisquam passim quo-
cumque tempore nullam crédat inesse fiduciam, præ-
ter paschale festum et pentecostes venerabile sacra-
mentum, excepto duntaxat gravissimi languoris in-
cursu; in quo verendum est ne, morbi crescente
periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans
exitio præventus abscedat.

CAP. XI. — Ordinationes etiam presbyterorum et
diaconorum, nisi certis temporibus et diebus, exer-
cere non ² debent, id est, quarti mensis jejunio,
septimi, et decimi, sed et etiam quadragesimalis ini-
tium, ac mediana Quadragesimæ die, sabbati jejunio
circa vespeream noverint celebrandas. Nec cujuslibet
utilitatis ³ causa, seu presbyterum seu diaconum his
præferre [*al.* præferri], qui ante ipsos fuerint ordi-
nati.

CAP. XII. — Devotis quoque Deo virginibus, nisi
aut in Epiphaniarum [*lege* Epiphaniarum] die ⁴ aut
in Albis paschalibus, aut in apostolorum natalitiis
sacrum minime velamen imponant, ⁵ nisi forsitan
(sicut de baptismo dictum est) gravi languore cor-
reptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implo-
rantibus non negetur.

CAP. XIII. — ⁶ Viduas autem velare pontificum
nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat,
nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus
usurpandum, eisque sic ecclesiastica sunt ferenda
[forte conferenda vel inferenda] præsidia, ut nihil
committatur illicitum.

CAP. XIV. — Generalis etiam querelæ vitanda
præsumptio est, qua propemodum causantur uni-
versi, passim servos et originarios, dominorum jura
possessionumque [*al.* possessionem] fugientes, sub
religiosæ conversationis obtentu, vel ad monasteria
sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum,
conviventibus [*al.* cohabitibus] quoque præsulibus,
indifferenter admitti: quæ modis omnibus est ano-
venda pernicies, ne per Christiani nominis institu-
tum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disci-
plina subverti: præcipue cum nec ipsam ministerii
clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem,
cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque
jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sol-
licita competenter interdictione prohibitis, quisquis
episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum qui
monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas

⁵ Burchardus lib. viii, cap. 15, inscribit *et nisi ante 25 annos*. Ita lego in meo ms. cod.; num et in editis existet ignoro. MANSI.

⁶ Citatur et a Carolo Magno in capitul. Aquisgran. anni 789, cap. 59. HARDUIN.

apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum, sub Scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. *Magnis quippe studiis, secundum beatum Apostolum, præcavendum est ne fides et disciplina Domini blasphemetur (I Tim. vi).*

CAP. XV. — Consequens fuit ut illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus, id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse (*Matth. xxi; Joan. ii*); nec Apostoli verba recolentes, quibus ait : *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus (II Tim. ii)*; Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem : *Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini (Psal. lxx)*. Proinde hujusmodi aut ab indignis post hac quæstibus noverint abstinendum, et ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum; aut in quocunque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis¹ abstinere cogantur : quoniam domus Dei, domus orationis et esse debet, et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum (*Luc. xix; Isa. lvi*).

CAP. XVI. — Illiteratos quoque, et nonnulla parte corporis imminutos, sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, et apostolicæ sedis vetus forma non recipit; quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officii et vitiosum nihil prorsus Deo offerri legalia præcepta sanxerunt (*Levit. xxi; Deut. xvii*). Itaque de cætero modis omnibus² hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritate propria, vel incuria præsentium tales ante suscepti sunt, in his quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis³ accipiant; satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

CAP. XVII. — De his autem qui seipsos abscindunt, paterni canones evidentem sequenda posuerunt; quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim, talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat quidquam præter illa quæ memorabilis decrevit forma censere.

CAP. XVIII. — Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretionem sub-

motâ, non solum de factis atrocibus necessariam poenitentiam non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente, ad divinum ministerium honoremque contendere. Nonnullos autem etiam in ipsis ordinibus constitutos, gravibus delinquentes facinoribus, non repelli, cum et Apostolus clamet : *Nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis (I Tim. v)*; et majorum veneranda constituta (*Nicæni ix, x*) pronuntient, hujusmodi, etiam si forte subreperint, tam qui ante peccaverunt, detectos oportere repelli, quam sacræ professionis oblitos, prævaricatoresque sancti propositi, procul dubio submovendos.

CAP. XIX. — Usque adeo sane comperimus illi-cita quæque prorumpere, ut⁴ dæmoniis similibusque [*al. dæmone aliisque*] passionibus irretitis ministeria [*al. mysteria*] sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua [*supple ac*] fidelium salute confidet, ubi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis (*Rom. xiv; II Cor. viii*). Postremo, si corpore sauciatum fortassis aut debilem, nequaquam sancta contingere lex divina permittit (*Levit. xxi*); quanto magis domi cœlestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente percussos [*al. percussos*]!

CAP. XX. — Virginitas autem sacris temere so quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum, incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est a sacra communione detru-di, et nisi per publicam probatamque poenitentiam, omnino non recipi,⁵ sed tamen viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non⁶ negetur.

CAP. XXI. — Nam de viduis sub nulla benedictione velandis, superius⁷ late sufficienterque prædiximus [*forte leg. latius duximus disserendum*]. Quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare,⁸ quia (juxta Apostolum) *primam fidem irritum fecerunt (I Tim. v)*. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum, nullatenus nubere vetabantur (*I Cor. vii*); sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitiae fidem debent [*al. debuerunt*] custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus injicere; sed solum adhortationes præmii sempiterni, poenasque proponere divini judicii, ut et nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe, ut de earum moribus⁹ actibusque beatus Apostolus (*I Tim. v*) testatur, quod plenius [*al.*

¹ Cod. Luc 490, *abire*.

² In eodem cod. desunt *hæc vitentur*.

³ Id. cod., *arripiant*.

⁴ Id. cod., *dæmonis*.

⁵ Cod. Luc. 490, *aut his certe*.

⁶ Id. cod., *negari*.

⁷ Id. cod., *latius diximus disserendum*.

⁸ In eodem cod. desunt sequentia usque ad *sicut enim*.

⁹ Id. cod., *actibus, quæ*.

planius; *ita in Luc.*] exponere præterimus, ne sexus A instabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

CAP. XXI. — Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia de et es-evita divinarum rerum servitio ¹ dedicata.

CAP. XXIII. — Quisquis propriæ desertor ecclesiæ, nullis existentibus causis, ad aliam putaverit trans-eundum, temereque susceptus fuerit et promotus, reverendorum canonum vel ipse vel receptor [ad quem profectus est] ejus atque provector constituta non effugiet, quæ de hujusmodi præsumptori-bus præfixere servanda (*Nicæni xv et xvi*).

CAP. XXIV. — De monachis laicisque in prima B copiosius præceptionis hujus ² parte digestum est, (Vide supra cap. 2 et 3), quæ vel quatenus his pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum, ubi nullius necessitatis [forte facti necessitas] interesse probatur, non nisi vetus insti-tutio debeat custodiri. Quos vero constiterit indignos m-ritis, sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri non sine periculo facinus tale ³ perpetrantes: quia dantem pariter et accipien-tem damnat o Simonis, quam sacra lectio (*Act. viii*) testatur, involvit.

CAP. XXV. — De locorum consecratione sancto- rum, quamvis superius (*Cap. 4*) strictim fuerit com- prehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas ecclesias C vel oratoria sacrare præsumant: hoc sumus tamen indicio detestabiliore permoti, quod in quocunque [al. quorumcunque] nomine defunctorum, et (quan- tum dicitur) nec omnino fidelium, constructiones ædificatas sacris processionibus [al., professionibus] audacter instituere memorantur: quæ quoniam tam acerba tam dura sunt ⁴, si revera Christianitatis affe- ctus in illis regionibus certus et fixus est, et districtius ista querantur, et a quibus fuerint gesta, prodantur: quoniam sicut latentibus in hac atrocitate nominibus non exstat, in quem sententia debita proferatur; ita cum manifestis fuerit documentis expositus, quem [forte quam] tanti sceleris poscit immanitas, non ef- fugiet [forte vitabit] ullatenus ultionem.

CAP. XXVI. — Nilhilominus impatienter audivimus D tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut femi- næ sacris altaribus ministrare ferantur [al. firmentur; *ita et in Luc.*]; et cuncta quæ non nisi virorum famulaturî deputata sunt, sexum cui non competit exhiberi.

Viso [al. nisi; *ita et in Luc.*] quod omnium delictorum quæ sigillatim perstrinximus, noxa omnis [al. noxio- rum reatus omnis] et crimen eos respicit sacerdotes qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant:

¹ Id. cod., *dedicandorum*.

² Id. cod., *parte digesta*.

Id. cod., *vendentæ*.

si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui ⁵ delegatum sibi religionis officium s'c proster- nere moliantur, ut in perversa quæque profanaque declives, sine ullo respectu regulæ Christianæ præ- cipitiâ funesta sectentur. Cumque scriptum sit: *Mi- nima qui spernit, paulatim decidet (Eccli. xix, 4)*: quid est de talibus existimandum qui immensis ac multiplicibus pravitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quæ non solum i; sos videatur obruere, sed et Ecclesiis uni- versis mortiferam, si non sanentur, inferre pern- iciem? Nec ambigant qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub hono- ris proprii se jacere dispendio, si non quanta possint celeritate festinent, ut lethalia vulnera competenti medicatione curentur. Quo enim more teneant jura pontificum, qui pontificalibus excubiis eatenus injun- cta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsi- dent, potius operentur? Qui quantum apud Dominum possent, si non nisi convenientia procurarent, tantum quid mereantur aspiciant, cum execrabili studio se- ctentur adversa. Et quasi magis hæc regula sit qua Ecclesiæ debeant gubernari, si quidquid est eccle- siasticis inimicum regulis perpetratur, cum et si co- gnitos habuit canones unusquisque pontificum, inte- merata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit scientem [al. ignorantem]. Quo magis excusatio nulla succur- rit errantibus: quia nesciens [nec sciens omnino le- gendum est, ut habet cod. Just. et edit. Canon], pro- posuit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

CAP. XXVII. — Quatuor autem tam de re ditu quam de oblati one fidelium, prout cujuslibet eccle- siæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones. Quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis in- tererit, integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clerus [al. clericus] ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero quæ ecclesiasticis ædificiis at- tributa sunt, huic operi veraciter prærogata, loco- rum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his designata [al. deputata] convertat. Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scri- ptum est: *Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est (Math. v)*, oportet etiam præsentî justificatione prædicari, et bonæ famæ præconiis non taceri.

CAP. XXVIII. — Quapropter nec [al. ne] clericor- um quispiam se hujus offensæ futurum confidat immunem, si in his quæ salubriter sequenda de-

⁴ Id. cod. addit *ut eadem vix noster ferre possit au- ditus si revera*, etc.

⁵ Id. cod., *delatum*.

prompsimus, sive episcopum, sive presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat, et cæteris interdictio delinquendi. Sui [al. Sic] vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel Ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. Data v idus Martii (anno Christi 494), Asterio et Præsidio viris clarissimis consulibus. *Et alia manu: Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.*

EPISTOLA X.

AD EPISCOPOS SICILIÆ.

Ecclesiæ facultates ab episcopis, clericis et pauperibus distribui debere; dioceses et bona ecclesiæ ab episcopis triginta annos possessa eis non auferenda.

Gelasius Romanæ Ecclesiæ episcopus dilectissimis et in Christi caritate unanimiter connexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti.

Præsulum auctoritas vestrarum emanavit, ut facultates ecclesiæ episcopi ad regendum habeant potestatem; ita tamen ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statim dari, quod hæcenus decretum est. Reliquum sibi episcopi vindicent, ut (sicut ante diximus) peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

Illud etiam adnecti placuit, ut si (quod absit) facultates ecclesiæ, nec non et dioceses quæ ab aliquibus possidentur episcopis, jure sibi vindicent, quod tricennalis [al. tricennaria] lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus [al. tutela, sive regula, aut potius cautela] exclusit. Data idibus Maii, Asterio et Præsidio viris clarissimis consulibus (anno Christi 494) ¹.

EPISTOLA XI.

AD EPISCOPOS DARDANIÆ ET ILLYRICI.

Commendat eorum religionem; Thessalonicensem episcopum, qui hæreticorum nomina damnare recusavit, apostolicæ sedis communionem privatum esse, et Acacium in excommunicatione mortuum non posse absolvi significat.

Gelasius episcopus universis episcopis per Dardaniam [in qq. codd. leg. et Daciæ] sive per Illyricum constitutis.

Audientes orthodoxam vestræ dilectionis in Christo constantiam, atque ita vos antiquæ fidei communionisque sinceræ traditionibus inherentes, ut mentem Christianæ deditam veritati nullatenus infecerint prævaricatorum vicina contagia, magnificavimus Dominum, caritatemque vestram missis literis alloqui per religiosos viros filios nostros Cyprianum atque Macarium diacones tota cordis aviditate curavimus:

¹ In meo ms. Buchardi cod. lib. viii, cap. 46, hoc decretum tanquam ex epistola Gelasii ad Sicilienses episcopos cap. 9 acceptum afferitur: *Neque viduas ad nuptias transire patimur quæ religioso proposito diu-*

A quoniam pro sedis apostolicæ principatu, cujus sollicitudo delegata divinitus cunctis debetur Ecclesiis, nos vivimus, si vos statis in Domino, magnisque gaudiis triumphamus. Cum ubique terrarum Dominum Sabaoth semen puræ confessionis reliquisse cognoscimus, quod non in petrosa deveniens, astutentionis exaruit, nec viæ proximum cecidit vacantibus inimicis expositum, nec in spinis irruit suffocandum, sed in bonam terram piæ devotionis vestræ cælesti factione [al. satione] dispersum in trigessimum et sexagesimum fructum centenariumque profecit, protectionemque scilicet frumenti dominici mystica locutione designans. Quapropter exsultantibus animis confidentius incitamus, ut ab Eutychiæ pestis incursu pectora vestra sapienter

B intemerata servetis: quoniam jam qui perseverat usque in finem, hic salvus erit (Matth. x). Dominus prope est, nihil solliciti sitis (Philip. iv); siquidem major est quod in nobis est quam qui in hoc mundo, regnumque Domini intra nos (etiam Scriptura [Luc. xvii] testante) sit certum. Ut autem ab eorum qui in errore sunt positi, noxia societate caveatis, nullum talibus communicantem ad vestrum recipiatis qualibet subreptione consortium: quia sicut in unaquaque hæresi cum pravitate auctore damnato successores ejus et complices atque hujusmodi sectatoribus polluta communione permixtos catholica vitare debet integritas, ita cum Eutychele Dioscorus simulque Timotheus Ælurus et Petrus Alexandrinus, ejusque communicator Acacius, nec non etiam **C** Antiochenus Petrus, cum suis sunt omnino participibus abdicandi. Nec quisquam, etiamsi pravitatem deponere se promittat, recitandis tamen nominibus consentiens peccatorum, vel eadem recitantium minime (omnium) ovis quibuscumque modis esse permittendus intrare, ut Ecclesia Dei nostri, quæ maculam rugamque non sustinet (Ephes. v), inviolata permaneat. Absint ergo a fidelibus Christi viperæ capitis dira commercia, et procul a cælestibus pascuis mortifera venena pellantur, ut salutaris alimonia panis illius qui de cælo descendit (Joan. vi), fideles hanc summentes ad vitam perducat æternam.

Quæ ut mutua valeamus exhortatione prospicere, det operam vestra dilectio ut sospitatem vestræ caritatis optatam, et fidei communis instantia nobis crebrius aperire non desinat, quatenus æternis nos instructionibus excitantes, legitimorum Domini sacerdotum possimus invenire mercedem. Per vicinas quoque provincias hæc eadem patefacere vestra caritas vigilanter insistat; ut et qui catholicæ communionis sinceritate subsistunt, competentibus roborentur alloquiis; et qui forsitan ab hujus rectitudine deviarunt, ad integritatem dogmatis Christiani salubribus monitis reducantur. Noverit autem vestra

turna observatione permanserunt. Similiter autem virgines nubere prohibemus quas annis pluribus in monasteriis aetatem peregisse contigerit.

fraternitas Ecclesiæ Thessalonicensis antistitem nostris adhortationibus sæpius incitatum, contagia communionis externæ nunquam declinare voluisse, nec apud nos nomen Acacii, vel cæterorum similium perfidorum, hisque communicantium congrua professione damnassee. Quapropter eum communionem sedis apostolicæ non recepisse manifestum est, quoniam nisi puris sensibus et ab omni nefanda societate, beati Petri apostoli nec possumus nec debemus Ecclesiæ præbere commercia. Propterea cautius agendum est cum præfato ne catholicis mentibus, ut fiat, apostolicæ sedis reconciliatione subrepat; quam sicut dolosis artibus fallere et circumvenire non prævalet, ita sub cuius non potest obtinere auctoritatem quoque nostram, quæ ad Dalmatarum est directa pontifices, etiam ad vos credimus dirigendam, quatenus in veritate catholica, secundum formam traditionis antiquæ tenere nos consonam noveritis ubique sententiam. Si quos vero novos didiceritis motus exsurgere, nobis fraternæ debetis sollicitudine reserare, quo subinde, quæ Patrum regulis congruant, præstante Domino, remedia procuremus.

Nec quisquam omnino vobis persuadeat Acacio prævaricationis suæ crimen fuisse laxatum, quia qui postquam in collegium recidens pravitatis, jureque meruit ab apostolica communionem secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est. Absolutionem quam superstes nec quæsit omnino, nec meruit, mortuus jam non potest impetrare, siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: *Quæ ligaveritis super terram, et quæ solveritis super terram* (Matth. xviii). Cæterum jam de eo qui in divino est iudicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere præter id in quo eum dies supremus invenit; atque ideo nisi ejus nomine refutato, cæterisque consoribus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnopere servaverunt pollutione discretam. Sed neque vos quisque circumvenire pertentet: quod dicat non de religione, sed de moribus esse certamen, vel apostolicam sedem non causam communionis catholicæ fideique tractare, sed injuriam dolere, cur videantur ab Acacio fuisse contempta; quoniam hæc et hujusmodi, quatenus simplices quoque decipiant, hi qui in errore sunt positi spargere non quiescunt. Videtis enim, sicut supra jam dictum est, per nomina prævaricatorum, si, quod absit! in ecclesia recitanda credantur, simul et contagium prævaricationis induci, Sedes autem apostolica in tantum non contumeliam dolet, sed fidem defendit, communionem sinceram, ut hodie cuncti qui in ejus visi sunt propupis respectum, si ad integritatem fidei commu-

* Hanc inscriptionem illustrissimus cardinalis Baronius mendosam esse putat, quasi Casario non Æonio scripta fuerit; verum eam quam a Felice III ad Casarium scriptam supra recensui, in recognitionibus toni decimi a Felice IV datam esse reco-

gnovit. Ideoque relinquendam esse putavit inscriptionem epistolæ hanc, quam priore editione tollendam esse judicavit. Spero hanc nostram recognitionem Annalium scriptori pergratum fore, ubi de ea certior factus fuerit. Sev. BINUS.

EPISTOLA XII.

AD ÆONIIUM ARELATENSEM EPISCOPUM.

De episcopatus sui primordiis.

Mutua caritatem cum fide catholica retinendam esse monet.

Dilectissimo fratri Æonio Gelasius.

Inter difficultates varias copiam nos reperisse gratulamur, qua per divinam gratiam sedis apostolicæ regimen nos adisse pandentes, præternis diu cum tua misceremus fraternitate sermonem, et salutatione directa, mutua caritate solliciti dilectionis quoque tuæ prospera quæreremus. Quanto enim totius ovilis curam, Christo Domino delegante, susceptam B. Petri apostoli gubernatio principalis universo gregi debet in orbe terrarum, tanto pietatis affectu cunctas Ecclesias eorumque rectores amplectitur, et inter diversos mundi turbines, si paterna fide vel traditione firmiter perseverant, ubi primum facultas arriserit, et quærit anxia, et gavisus cognoscit. Quapropter, frater carissime, instantius religiosus viris filiis nostris Euphronio presbytero et Restituto viro religioso, qui ad Italiæ partes ad providendam congregationem sanctæ substantiam commearant, remeantibus ad propria, silere nequivimus: sed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam, quatenus et vigere apud nos alternæ viscera gratiæ fratres, et coepiscopi nostri per Gallias constituti, caritate tua vulgante, cognosceret: et desiderantibus omnium per quos tua caritas voluisset, referret mutuo sospitatem, constaretque nullatenus quantumlibet sæculo detrahente divelli, sed catholicam professionem manere semper ubique conjunctam. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Data x calendis Septembris, Asterio et Præsidio viris clarissimis consulibus (anno Christi 494).

IN SEQUEMTEM EPISTOLAM PRÆMONITIO.

Epistolæ hujus Gelasii ad Dardanos forma duplex circumfertur, altera brevior, alia vero hinc inde amplificata diffusior. Pro utraque stant veteres mss. codices vetustate et antiquitate præstantes. Vetustissimi ut inter cæteros Veronensis et codex canonicus vetustus a Quenello vulgatus breviora præferunt. Fusiora exhibet vetustissima collectio Avellana in Vaticana bibliotheca servata; quin et Facundus Hermianensis ex ea testimonium allegavit lib. v, cap. 4. Hinc natum auctorum dissidium; nam alii auctiorem interpolatam judicant, sinceritatem uni epistolæ breviori vindicantes. Balerini utranque sinceram arbitrantur in Dissert. de Antiq. Collect. can. part. 2, cap. 11, § 3, rati Gelasium primo quidem breviora scripsisse; tum secundis curis auctam evulgasse; id vero non unico exemplo ab antiquis præstitum demonstrant. Vide illos in Admonit. ad

epist. 12 S. Leonis, n. 10, 14. Venetus Labbei editor amplio- rem dedit in sua collectione, signatis tamen in adnotationibus diligenter locis, qui in breviori epistola desiderantur. Cum tamen ipsam brevioris epistolæ formam minus perspicue mente concipere lectores valeant; hinc operæ pretium me facturum existimavi si latiori epistolæ, qualis in editione Veneta repræsentatur huc a me translata integræ etiam brevioris subjungam; exscripsi vero illam ex Codice canonum ecclesiasticorum a Quesselto vulgato cap. 50, juxta recensionem Balthazarum.

• EPISTOLA XIII.

¹ AD EPISCOPOS DARDANIÆ.

Acacium solius apostolicæ sedis iudicio jure damnatum ostendit.

² Gelasius ^b episcopus urbis Romæ ad Dardanos.

Valde mirati sumus quod vestra dilectio quasi novam ^a veluti difficilem quæstionem, et adhuc tanquam inauditum quidpiam nosse desiderat, quod Euty-chianæ pestilentia commutatores, non habentes quod pro suæ perditionis obstinatione respondeant, frequenti jam ratione convicti, misera [*al. sola*] contentione submurmurant, non quia sit alicujus momenti quod garriunt, ^b sed quia non inveniunt penitus quid loquantur. Ubi magis eos qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc hæerere ^c miramur, quam illos qui a veritate exciderunt, et ab antiqua Ecclesiæ traditione sunt devii, profanasque vocum novitates, et ineptias caluæ perversitatis ^d obtendunt, quibus eos vestra dilectio retulit factitare. Ideo Acacium non putare jure damnatum, quod non speciali synodo videatur fuisse dejectus; et insuper dementia suæ vanitatis accumulans, pueriliter ad-jicientes præcipue pontificem regis civitatis. Quapropter stultitiam respuentes inanum querelarum, percurrere vos oportet ab ipsis beatis apostolis, et considerare prudenter quoniam Patres nostri catholici [*al. addit videlicet*] doctique pontifices in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid ^e pro veritate, pro communione catholica atque

^a Hanc epistolam circularem esse, eamque omnibus orthodoxis hæreticis et schismaticis episcopis redditam voluisse, patet in fine his verbis: *Recte autem faciet vestra dilectio, ut ista quæ scribimus, pariter catholicis et contraria sapientibus innolescant, etc.* Causam scribendæ epistolæ præbuit Euphemius Constantinopolitanus episcopus schismaticus, qui defuncti Acacii causam iniquam et impiam falsis textibus ornans, conatus est Orientales coepiscopos a conjunctione sedis apostolicæ avellere. Ut ergo summe periclitanti Orientali Ecclesiæ succurreret, hanc prolixam valde atque disertam epistolam, qua Acacium sedis apostolicæ iudicio jure damnatum esse ostendit, ad Dardaniæ episcopos transmisit. Sev. Binius.

¹ De hac epistola consule cl. Maffei in præfatione ad supplementum Acacianum (*Patrol. tom. LVIII, col. 937*). Collata fuit cum pervetusto codice Veronensis capituli, mille, ut creditur, annorum a Francisco Blanchino ejusdem capituli canonico, et bibliothecæ custode; et in eo hoc est epistolæ argumentum: *Incipit rationis reddendæ Acacium a sede apostolica competenter fuisse damnatum; titulus vero: Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.*

² Alias, *dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.*

apostolica secundum Scripturarum tramitem prædicationemque majorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsam voluerunt deinceps firmumque constare; nec in ^a eadem causa denno quæ præfixa fuerant retractari qualibet recenti præsumptione permiserunt; sapientissime ^b prævidentes quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum, ac semper lisdem furoribus recidivis [*al. furoris residui*] omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodaliū regularum, non cessant elisæ pestes resumtis certaminibus contra fundamentum sese veritatis attollere, et simplicia quæque corda percutere, quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium? cum ¹⁰ quamlibet illa [*al. illius*] manifesta sit veritas, nunquam desit quod perniciose depromat ¹¹ et falsitas, ¹² tametsi ratione vel auctoritate deficiens, sola tamen ¹³ contentione non cedens. Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessarie præcaverunt, ¹⁴ ut quæ contra unamquamque hæresim coacta [*al. addit semel*] synodus pro fide, communionem, et veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sineret post hæc novis retractionibus mutilari, ne præavis occasio præberetur quæ medicinaliter fuerant statuta pulsandi: sed auctore cujuslibet insanis, ac pariter errore damnato, sufficere judicarunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus: quoniam manifeste quilibet vel professione sua vel communione posset agnosci. Et ut [*al. addit brevitatis causa*] priora taceamus, quæ diligens inquisitor facile poterit vestigare, Sabellium damnavit synodus; nec, ut sectatores ejus postea damnarentur, necesse fuit singulas viritum synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos qui vel pravitate

^b Euphemius ad excusationem Acacii dicebat, ipsum synodali iudicio non fuisse condemnatum, adeoque nomen ejus et sacris tabulis nequaquam expungendum. Quod si de universali et œcumenico concilio intelligat, verum est; si de provinciali synodo accipiatur, falsissimum esse constat ex iis quæ supra notavimus in notis epistolarum, et conciliorum Romanorum sub Felice III habitorum. Universali et œcumenico concilio neque potuit neque debuit Acacium damnari. Orientales episcopi omnes fere Acacii communionem polluti fuerant, adeoque universale concilium haberi non poterit. Et quia solius pontificis Romani sententia damnatum esse sufficiebat, eodem universali et œcumenico concilio opus non erat. Sev. Binius.

³ Cod. Veron., et veluti.

⁴ Id. cod., nec inveniant.

⁵ Id. cod., murmurant.

⁶ Id. cod., obtendere.

⁷ Id. cod., pro fide, pro veritate.

⁸ Id. cod., nec in hac eadem.

⁹ Id. cod., pervidentes.

¹⁰ Id. cod., quilibet.

¹¹ In eod. cod. deest et.

¹² Id. cod., et si.

¹³ Id. cod., intentione.

¹⁴ Id. cod., ut contra... quod acta synodus, etc.

illius vel communionis existere participes, universalis Ecclesia duxit esse refutandos. Sic propter blasphemias Arii forma fidei communionisque catholice, Nicæno prolata conventu, Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem, sive ¹ consensu sive communionem deciderit, sine retractatione ² conclusit. Sic Eumonium, Macedonium, Nestorium, synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sivit; sed universos quocunque modo in ³ hæc consortia recedentes, tradito sibi limite synodali, refutavit Ecclesia; nec unquam recte cessisse manifestum est, qualibet necessitate cogente ⁴ novis ausibus, quæ fuerant salubriter constituta, temerasse. [at. Non autem nos latet plurimos, etc.] Propterea tempestate quoque persecutionis Ariane plurimi catholici sacerdotes de ex-illius, pace reddita, respirantes; [at. per certas provincias congregatis secum fratribus ecclesias composuisse] sic cum catholicis nihilominus fratribus Ecclesias composuere turbatas, ut non tamen illius synodi Nicæne quidquid de fide et communionem catholica et ⁵ apostolica definerat immutarent, nec nova quemquam prolapsam damnationem percellerent, sed illius tenore decreti, ⁶ nisi resipuissent, censerent [at. iudicaretur] esse damnatos. Quibus convenienter (ut dictum est) ex paterna traditione perpensis, confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum quod universalis Ecclesie probavit assensus, ⁷ non aliquam magis exsequi sedem præ cæteris oportere, quam primam, quæ et unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, et continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequente et tenuit semper et retinet. Hæc dum Acacium certis comperisset indicibus ⁸ a communionem catholica deviasse, diutius ista non credens, quippe quem noverat exsecutorem sæpe necessarie dispositionis suæ contra hæreticos exstitisse, per triennium fere litteris destinatis eundem monere non destitit, sicut per diversos missa ⁹ frequenter scripta testantur. ¹⁰ — Quibus ille cum debito [at. tanquam debito] silentio diu non respondere proponeret, episcopalis quoque directio legatio est, ac nihil omnino pagina destinata quæ præmoneret eum suorum ante meminisse gestorum, et quæ primitus pro fide catholica desudasset, oportere respicere. Contestans, et blandiendo pariter et minando,

A ne se a corpore catholice unitatis abscederet: simulque quoniam hunc Joannes secundæ sedis antistes gravibus pulsaret objectis, ad primæ sedis audientiam cohortatus est, vel venire debere vel mittere. Licet enim synodus iteranda non esset, tamen congrueret, ut cujuslibet civitatis episcopus primæ sedis iudicium non vitaret, ad quod convenerat secundæ sedis antistes, qui nisi a prima sede non posset audiri, ¹¹ præcipue qui præjudicatis animis nulla synodo a Græcis fuisset exclusus; etiam apud eos causam suam nec posset omnino dicere, nec deberet: quia ab inferioribus episcopis potior, nisi a prima sede (sicut dictum est) vel discuti potuisset, vel si ita ratio postulasset addici etiam cunctis Orientalibus episcopis cum ipso Acacio in Petri communionem recedentibus cum secundæ sedis episcopus catholicus ab externæ communionis hominibus esset nullatenus iudicandus. Sed Acacius non solum despexit satisfacere postulatis, verum etiam ipsam legationem sedis apostolice blandimentis, præmiis, perjuriisque deceptam, quibus ei cum imperatore promisit, integram præsulis apostolice causam de omnibus esse servandam Petri communionem pollutam redire perfecit, in tantum sedis apostolice despiciens potestatem, ut non solum ejus auctoritati non cederet, sed etiam potius in consortium communionis externæ per legatos suos niteretur abducere; fieretque apostolice sedi necessitas eos ipsos quos direxerat sacerdotes honore pariter et communi ne privare, ne tali contagione videretur infecta, satisque monstraret non se Acacii specialiter odisse personam, sed respicere scedera perditorum: quæ etiam in suis pontificibus detestata convenienter horreret, nihilominus autem litteris suis Acacius indicarat; et in Alexandrini Petri se communionem, quem expetita sedis apostolice auctoritate exsecutor ipse quoque damnaverat, sine ejusdem apostolice sedis consultatione promptissime recidisse, et accusationem Joannis, laudesque Petri proprio sermone deferre. De quibus, si utique confidebat magis vel venire, vel mittere debuisset, ut et præsentem de mendaciis quæ dicebat posset confutare Joannem, et præconia Petri quæ digesserat rationabiliter allegaret, quod cum minime fecerit, satis evidenter ostendit, nec Joannem se posse convincere, nec legitime receptum D Petrum habere fiducia perdocendi, solumque sibi

¹ Id. cod., sensu.

² Id. cod., conclusif.

³ Id. cod., in has blasphemias.

⁴ Id. cod., noviter.

⁵ Deest Apostolica in eodem cod.

⁶ Id. cod., nisi resipuisset, iudicare damnatum, essetque consequens, ut nisi corrigeret, damnationi procul dubio subiceret; quibus, etc.

⁷ Id. cod., nullam.

⁸ Id. cod., a veritate.

⁹ Id. cod., familiariter.

¹⁰ Inclusa parenthesi per duas ferme paginas desunt in codice Veronensi, eorumque loco sequentia subiunguntur: Quibus ille primum tanquam dedito si-

lento nihil respondere proponens tandem aliquando missa litteris profletur se Alexandrino Petro, quem expetita apostolice sedis auctoritate exsecutor ipse quoque damnarat, absque sedis apostolice noticia communionem, permixtum: beati autem Petri sedes, quæ Alexandrinum Petrum tantummodo damnasse, non etiam solvisse noverat, non recepit; atque ideo ne per Acacium in Petri consortium duceretur, ipsum quoque a sua communionem submovit et multimodis transgressorem a sua societate fecit alienum. Hic si examinatio, etc. — Nos parenthesi signum —, ut magis perspicuum, substituiimus. ERR.

¹¹ Forte cum præcipue. HARDUIN.

monstravit inesse propositum lacerandi catholicos. A hæreticosque laudandi, seseque eorum potius, quos laudabat, docuit esse participem, quam catholicorum, quos nitebatur decolorare, consortem: tulitque de se ipse iudicium, cum damnati hominis communionem pollutus, damnationis ejus factus est particeps. Ita et sedes apostolica quod ad necessariam diligentiam respiceret nil omisit, et Acacius secundum formam synodi Chalcedonensis, qua error cui communicavit elusus est, sicut de hæretico homine scriptum est, suo iudicio condemnatus apparuit, justeque sedes apostolica, quæ utique se Alexandrinum Petrum damnasse, non etiam solvisse memorat, ne per Acacii pristinam communionem Petri quoque collegium, cui Acacius communicaverat, incideret, ipsum com-
 etenter Acacium a sua communionem submovit. Quapropter utrum errori vel prævaricationi communicaverit Acacius, quid opus erat nova discussione cognoscere? cum jam litteris suis esset ipse confessus, ac, sicut scriptum est, *Ore tuo justificaberis, et ore tuo condemnaberis (Matth. xii)*, verborum suorum vinculis et reus teneretur et jure plectendus. Cur ipse in nova causa, quam synodus nulla præcesserat, Joannem, quem suis litteris impetebat, qualemcunque secundæ sedis episcopum, in primæ sedis beati Petri apostoli iudicio confutare despexit; et ut causam diceret, seu per se, seu per alium, vel venire, vel destinare contempsit: indignum habens cujuslibet civitatis antistes ad primæ sedis venire iudicium, ad quod secundæ sedis cerneret venire pontificem, quod Anatolius Constantinopolitanae urbis episcopus missis legationibus pro sua persona fecisse monstratur? Ecce etiam in hac parte vocem non habent conquerentes: ecce, inquam, ad legitimum est vocatus examen, ubi vel suas partes justis allegationibus defensaret, si ille apostolicæ sedis refugit examen in Joannis catholici pontificis negotio investigando, quemadmodum sedes apostolica de receptione Petri hæretici sua auctoritate resoluti, Acacii fuerat secutura iudicium? An sedem apostolicam congruebat paræciæ Heracliensis Ecclesiæ, id est Constantinopolitani pontificis, vel quorumlibet aliorum, qui cum eodem, vel propter eum fuerant congregandi, iudicium præstolari? Cum apostolicam ejusdem primæ sedis audientiam Constantinopolitanus episcopus declinaret, qui utique etiamsi metropolitanus esset jure sulfultus, etiam inter sedes haberet locum; primæ tamen sedis cognitionem fas non habuit refutandi, ad quam secundum canones, appellante secundæ sedis antistite, vocabatur ad nostrorum causam. Hoc ipso satis ostendit reum se esse confessum, qui ad legitimum

¹ Locus obscurus aut mendosus. HARDUIN.

² Cod. Veron., *postquam litteris tuis ipse confessus est, si auctoritatis, etc.*

³ Id. cod., *tenore illius definitionis exsecutio reperitur quo damnati, etc.*

⁴ Id. cod., *existet.*

⁵ In cod. Justelli: « Probantur esse damnati. Quod si utrum errori vel prævaricationi communicavit Acacius forsitan dicatur oportuisse constare, breviter præbemus ad ista responsum. Aut enim ipsi do-

judicium apostolatus adesse contempsit; nec poterat ultra differri, ne, sicut dictum est, antiqua illius communionem durante, cum sese jam socia-set externæ, sedes quoque apostolica per eum pollueretur contagiis perfidorum, dignumque esset vel prævaricatorum, vel contemporem iudicii competentis, manifestissime scilicet de suo negotio desperantem, a catholica atque apostolica integritate et communionem secludi. — Illic si examinatio quaeritur, jam iudicio non erat opus; ² posteaquam et litteris suis ipse confessus est, et ad legitimum iudicium vocatus adire pertinuit, si auctoritatis pondus inquiritur, Chalcedonensis synodi ³ tenor cum apostolica sede consentiens, et illius definitionis exsecutio reperitur condemnati illic erroris communicator effectus: præfixæ nihilominus ibidem particeps damnationis ⁴ apparuit, quoniam idem ipse error qui semel est cum suo auctore damnatus, in particeps quolibet prævaricationis effecto, et exsecrationem sui gestat et poenam. Hoc tenore etiam Timotheus Ælurus, atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem quoquomodo tenuisse videbantur, non repetita synodo, sed auctoritate tantummodo sedis apostolicæ, ipso quoque Acacio postulante vel exsequente ⁵ probatur esse damnatus; nunc autem ipsi doceant legitime Petrum fuisse purgatum, et ab omni hæreticorum contagione rite discretum cum ei communicavit Acacius, si ejus communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut si, quod magis est verum, convenienter atque legitime Petrum ⁶ probare non potuerunt expiatum ⁷ (propter quod etiam ad apostolicæ sedis iudicium Acacius vel venire vel destinare non ausus est); restat ut in ejus communicatione [Al. ut ejus in expiatione] fuerit, et qui ei communicavit infectus. ⁸ Non reticemus [Al. Nec plane tacemus] autem quod cuncta per mundum novit Ecclesia; quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Petri apostoli jus habeat resolvendi, utpote quod [Al. quæ] de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de ejus liceat iudicare iudicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permittus. Quapropter cum satis constet Acacium nullum habuisse pontificum, sententia [Al. sententiam sedis apostolicæ sine, etc.] sedis apostolicæ damnatum, D sine ulla ejus notione solvendi; dicant certe ⁹ qua synodo hoc ille præsumperit, quod nec sic quidem absque apostolica sede fas haberet efficere? cujus sedis episcopus? cujus metropolitanæ civitatis antistes? Nonne paræciæ Heracliensis Ecclesiæ? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicæ sedis ceant, etc. Petrum legitime veraciterque purgatum etc. » LABBEUS.

⁶ Id. cod., *non probaverint expiatum.*

⁷ Ansulis inclusa non exstant in Cod. Veron.

⁸ Nicolans papa hunc locum citat in epist. ad episcopos Galliæ ex epistola Gelasii ad episcopos per Dardaniam constitutos: *Nec plane tacemus. Hincmarus Laudun. ex epist. ad Anastasium principem, Nec plane tacemus.* HARDUIN.

⁹ Cod. Veron., *qua certe synodo*

abrumperere, nulla ejus consultatione quæsita, itane vero non licuit primæ sedi Chalcedonensis synodi constituta, sicut decuit, exsequenti, hujusmodi prævaricatorem sua auctoritate detrudere? Sed nec illa præterimus, quod ¹ apostolica sedes frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo præcedente, et absolvendi quos synodus inique damnaverat, et damnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuerit facultatem: ² sanctæ memoriæ quippe Athanasium synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum præsulum certe damnarat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit; itemque sanctæ memoriæ Flavianum pontificum [*al. additur Græcorum*] congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit, potiusque qui illic receptus fuerat [*al. quia illic receptus non fuerat*], Dioscorum secundæ sedis præsulum sua auctoritate damnavit, et impiam synodum non consentiendo ³ submovit, ac pro veritate, ut synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit ⁴ — in qua pontificibus innumeris, qui latrocínio corrucrant Ephesino, veniam poscentibus, sola concessit, et in sua perfidia permanentes, nihilominus sua auctoritate prostravit: quam congregatio quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta; quoniam sicut id quod prima sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit judicandum, Ecclesia tota suscepit; ubi etiam consequenter ostenditur, quia male gesta synodus, id est, contra Scripturas sanctas, contra doctrinam Patrum, contra ecclesiasticas regulas, quam tota merito Ecclesia non recepit, et præcipue sedes apostolica non probavit, per bene gestam synodum, id est, secundum Scripturas, secundum traditionem Patrum, secundum ecclesiasticas regulas, pro fide catholica et communione prolatam, quam cuncta recepit Ecclesia, quam maxime sedes apostolica comprobavit, et debuerit et potuerit immutari; bene vero gestam synodum juxta supradictum modum, nova synodo nullatenus immutandam. Proinde si Eutychem fatentur hæreticum, male gestam apud Ephesum synodum, qua est receptus, pariter fatebuntur, et per bene gestam synodum Chalcedonensem, quod Eutyches vel cum eo sentientes talia sunt rejecti, velint nolintque, consentient, atque ideo bene gestam synodum novis exagitationibus refricari non licuisse cognoscant. Qui si forsitan dixerint, eo tenore Ephesinam quoque synodum non licuisse mu-

¹ Alias, *apostolicæ sedi frequenter datum est, more majorum, absolvendi*, etc. LABBEUS.

² Hunc locum recitat Hincmarus Laudun. tom. II, pag. 373, ex epist. Gelasii ad Anastasium principem: sed habet aliquid sub finem dissimile. HARDUIN.

³ Cod. Veron., *sola submovit e veritate*. — *Sola submovit et auctoritate sedis apostolicæ concilium Chalcedonense coactum*. LABBEUS.

⁴ Inclusa parenthesi per duas fere paginas desunt

tari, rursus hæc e. d. m. quæ supra deprompsimus, planius repetita perpendantur, id est, quia contra fidem, contra veritatem communionemque catholicam vereque Christianam, non recte gesta synodus legitima synodo pro fide, veritate, communionemque catholica, vereque Christiana, modis omnibus secluzenda est, et injusta synodus justa synodo submovenda. Pro fide autem, et veritate, et communione catholica, bona synodus, vereque Christiana, semel acta, nulla nec potest nec debet novæ synodi iteratione convelli, sed secundum bene gestam synodum recteque præfixam, si quis ab ejus tramite deviarit, consequenter ac sufficienter ejus definitione plectendus, meritoque illius subjacet constitutis, nec opus est per singulos quosque deviantes, jureque plectendos, novas rursus synodos introduci; cum ex illius tramite, quæ auctorem cum errore damnavit, quisquis quolibet modo, quolibet titulo complex ejusdem fuerit factus erroris, ut ejus se contagione polluerit, competenter et particeps ejusdem damnationis existat, ejusque poena puniatur obstrictus, cujus maluit inire consortium. Quæro ergo ab his quid de Eutyche sentiant: fuissene hæreticum, an asserunt non fuisse? Si non fuisse contendunt, quid ambagibus agunt, quid circuitionibus præstigiisque se contegant? Palam se Eutychianos esse pronuntiant, ut in ejus sacrilego furore convicti veritatis molibus obruantur, aperteque cognoscant, non solum hæc ipsa pestis Eutychiana quantum Christiano dogmati probetur inimica; sed quantas alias hæreses, easque gravissimas, in sua pravitate contineat, ut in quibus foveis volutentur, et in quod præcipitium barathrumque mergantur, intelligant. Simul autem si Eutychem hæreticum negant, omnimodis publicatur, quod ideo de omnibus Eutychianæ pesti communicantibus, suppresso veluti hoc ipso errore, contendunt, ut nos per talium hominum, quod absit, insidias captiosasque tenduculas in Eutychetis insaniam nitantur inducere: quod quidem etiamsi non negent, sive scientes, sive nescientes, facere confutantur. Sin vero et Eutychem hæreticum negare non audent, restat ut contra catholicam fidem, non synodum nuncupandam, sed conspirationem potius, erditorum fuisse consentiant quæ apud Ephesum Eutychete reducto perculit S. memoriæ Flavianum, cunctosque qui illic aderant sacerdotes militari terrore compulerit tanto sceleri præbere consensum. Atque ideo nobis necesse est pravam perversamque conspirationis illius, et latrocinalem fuisse perhibeant actionem, eamque debuis omnibus aboleri, et ideo justam, bonam, veraciter Christianam Chalcedonensem synodum pces-

in codice Veronensi. Eorumque loco hæc habentur: *In qua ut ergo sola jus habuit absolvendi eos quos synodica decreta perculerant, sic etiam sine synodo in hac eadem causa plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur. Quod si quis hæc ab apostolica sede vel secundum synodum acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. Dicit ergo, etc.* — Hic ut superius parenthesi signum — substituiimus. EDIT.

sisse definiant, in his quibus Eutyche depulso, cum suo fautore Dioscoro, hæresim eorum erroremque damnarit. Hanc ergo synodum (ut dictum est) bonam, veram, justam, Christianamque esse non dubitant, per quam illa noxia sit remota. Perspiciant ergo, tandemque concedant, quod quisquis ab ejus justæ et Christianæ veræque synodi fide, communione et veritate deviauerit, vel ab ea deviantibus communionem miscuerit, sufficienter atque competenter, secundum ipsius definita, teneatur obstrictus, quoniam mala synodus bona debuit submoverti. Bona vero synodus nulla causa est cur alia debeat synodo retractari, ne ipsa retractatio ejus constitutis deroget firmitatem. Proinde quicumque congregationis Ephesinæ tenentur affectu, quid adhuc Acacii tantummodo nomen obtendunt, et non palam sectatores Eutyche-tis, qui illic receptus fuerat, profitentur; qui si refugiant, atque Eutychem se perhibent execrari, simul ergo et Ephesinam, qua male receptus est, conspirationem jure cessatam, et Chalcedonensem synodum, qua rejecta est, merito consentient institutam; atque ita synodum, quæ pro fide catholica sit præfixa, secundum veterum formam, sicut dictum est, perspicent novellis non potuisse quæstionibus ventilari, sed juxta ejus tenorem semel legitime justeque depromptum, et jure probari recta sectantes, et sentientes contraria refutari; quod sedes apostolica, sicut decuit, antiqua traditione custodiens, non synodum duxit iterandam, sed in ejus prævaricatore pellendo hanc eandem synodum potius exsequendam. ¹ Quapropter si quis adhuc secundum Chalcedonensem synodum hæc ab apostolica sede gesta reprehendit, præter quod et hac qua superius astruximus, et multiplici potest ratione convinci, multo magis tamen Acacio non licuisse fatebitur ista tentare. — Dicat ergo, qua synodo, Joannem secundæ sedis antistitem, qualemcumque, certe catholicum, et a catholicis ordinatum, nec de catholica fide et communione aliquatenus impeditum, duxerit excludendum, et hæreticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum, pontifici catholico permiserit subrogandum ² (cum etiamsi reus manifestus esset Joannes, post eum saltem catholicum convenisset præfici sacerdotem, sicut ipse quoque suis sacris sanctæ memoriæ Timotheo catholico in Alexandria faciendum promississe legitur imperator). Qua synodo, tertiæ sedis episcopum [al. addit. sanctum] Calendionem idem expelli fecit ³ Acacius: nihilominus ⁴ eundem Petrum tam hæreticum manifestum, ut eidem palam necesse [al. nec se] communicare præ-tenderet, sua passus est dispositione substitui. Qua denique per totum Orientem synodo ejectis orthodoxis, nullo crimine maculatis, pravos quosque et

A criminibus involutos sua provisione supposuit. Qua synodo tot aliena privilegia nefandus populator invasit. Sed libri non sufficient [al. sufficerent], si tragedias ejus quas per Ecclesias totius Orientis exercuit, sigillatim ⁵ scribere moliamur: an illud ipsius argumentum nobis existiment opponendum, quo facinora sua in imperialem nisus [al. visus] est jactare personam. Cur igitur quando voluit, obstitit Basilisco tyranno certe et [al. Cur et] hæretico vehementer infesto? cur ipsi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam [al. addit nimirum] non subdidit voluntatem? Ecce potuit et in aliis resultare, ⁶ si vellet [al. sed noluit]. An non Apostolus dicit, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus reatu pariter sunt B irretiti? sed...] sed ut ea quæ latius explicanda sunt omitamus, ⁷ quidquid ipse Zenon imperator suis litteris profitetur, cuncti sese ex Acacii gessisse consilio, nec hoc eum fallere litteris suis ipse pariter testatur Acacius, qui et eum nihilominus universa recte gessisse conscripsit, et suo consilio hæc eadem gesta non tacuit. Quasi vero tantum in Alexandrii Petri communione Acacius prævaricator exstiterit, et non in omnibus, quos vel fecit, depulsis catholicis pontificibus, tanquam tyrannus, Ecclesiis quibusque præponi, vel taliter præpositis perversa communione permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quod se passi sunt successores vivis sacerdotibus adhiberi. Quis autem non perspiciat Christianus, quod catholicis pontificibus propria sede dejectis non nisi hæretici potuerint introduci? quibus tamen cunctis, vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit; his utique quia [al. qui a] communioni hæreticorum nullatenus discrepabant. Cur ergo vel cum hæc fieri videret Acacius, non sicut sub Basilisco jam fecerat, ad apostolicam sedem referre curavit, ut si solus ipse non poterat, ⁸ junctis cum eadem consiliis atque tractatibus, apud imperatorem possent quæ religioni competenter allegari? Nam si Basiliscus (ut dictum est) tyrannus et hæreticus scriptis apostolicæ sedis vehementer infractus est, et a plurimis revocatus excessibus; quanto magis legitimus imperator, qui se catholicum videri volebat, potuit cum apostolica sede cunctorum quoque pontificum moderata suggestionem mitigari, præcipue cum ejusdem Acacii esset specialis fautor et amator; et qui litteris suis tam ipsum Acacium quam sanctæ memoriæ papam Simplicium magnis laudibus extulisset, doceretur quod hæreticis constantissime restitisset [al. restitissent]. Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi quia præpediri [al. prohibere] nolebat ullatenus quæ ⁹ pro hæreticis desiderabat

¹ Quod si quis hæc ab apostolica sede vel sancta (male secunda) synodo acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. LABBEUS.

² Inclusa parenthesi desunt in cod. ce Veronensi.

³ Id. cod., ac Acacius.

⁴ Id. cod., eidem.

⁵ Id. cod., describere.

⁶ Id. cod., si nollet.

⁷ Id. cod., quid quod.

⁸ Id. cod., cunctis cum eodem.

⁹ Pro hæreticis desunt in cod. Veronensi.

impleri? Ponamus tamen etiam si nulla synodus A præcessisset, cujus apostolica sedes recte fieret exsecutrix, cum quibus erat de Acacio synodus ineunda, nunquid cum his qui jam participes tenebantur Acacio, et per Orientem totum catholicis sacerdotibus violenter exclusis, perque exsilia diversa relegatis, socii evidenter existebant, communionis externæ prius se ad hæc consortia transferentes, quam sedis apostolicæ scita consulerent? Cum quibus ergo erat synodus ineunda? Catholici pontifices fuerant undique jam depulsi, solique remanserant socii perfidorum, cum quibus jam nec licebat habere conventum [al. addit dicente psalmo: Non sedi, etc.]² (quia moris ecclesiastici omnino non esset cum his qui pollutam communionem tenerent, permixtamque cum perfidis, ullum miscere concilium); propheta B quoque dicente: *Non sedi in concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo*; ³ (*odivi congregationem malignorum, et cum impiis non scdebo*). Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam huiusmodi prævaricatio repulsa est, potius quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus⁴ habere licebat, ⁵ adducta est. Nam et quid ageretur de fide catholica, si intelligere voluissent, ignorare non poterant, cum ⁶ viderant catholicos pontifices nulla synodi discussione, nullo concilio, præcipue cum novas causas esse perpenderent, toto Oriente depelli, et cæteri quid caverent, ex illorum discere qualitate potuissent. Restat igitur ut illius partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimen- C ta dederunt, meritoque ab apostolica sede, cæterisque catholicis non jam consulendi erant potius, sed notandi. ⁷ Risimus autem, quod prærogativam volunt Acacio comparari, quia episcopus fuerit regis civitatis. Nunquid apud Ravennam, apud Mediolanum, ⁸ Sirmium, apud Treviros, multis temporibus non constitit imperator? Nunquidnam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibi met antiquitus deputatam, quidpiam suis dignitatibus usurparunt? Nunquid Acacius, ut Joannem qualemlibet hominem, catholicum tamen a catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrumque in hæresi jam detectum [al. dejectum] atque damnatum, absque sedis apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodo saltim illic habita, hoc audacter arripuit, ut Calendonem de Antiochia pelleret; hæreticumque Petrum, quem D ipse quoque damnaverat, absque notitia sedis apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis et tertiæ major est dignitas sacerdo-

tum, quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitanorum jura censetur: nam quod⁹ dicitis, alia potestas est regni sæcularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas prærogativam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiose non mutat. Sit clara urbs illa potestate præsentis imperii, religio tunc sub eadem [al. eodem] firma, tunc libera, tunc provecta consistit, si potius hoc præsentem propriam teneat sine ulla perturbatione mensuram. ¹⁰ (Postremo si sibi de imperatoris præsentia blandiantur, et inde putant Constantinopolitanæ civitatis episcopi potiore fieri posse personam; audiant Marcianum ejusdem principem civitatis, posteaquam pro augmento urbis ipsius sacerdotis intercessor accedens, contra regulas obtinere nihil potuit, sanctæ memoriæ papam Leonem summis laudibus prosecutum quod canonum regulas violari nulla fuerit ratione perpressus. Audiant Anatolium ejusdem sedis antistitem, clerum potius Constantinopolitanum quam se tentasse talia confitentem, atque in apostolici præsentis totum dicentem positum potestate. Ipsum beatum papam Leonem sedis apostolicæ præsulem, cujus synodus Chalcedonensis auctoritate firmata est, quidquid ultra quam ab eodem pro fide et communione catholica atque apostolica illic agendum, constaret esse delegatum, per occasionem congregationis illius, præter Nicænos canones nova videretur actione tentatum, competenti refutatione vacuasse. Eaque nihilominus etiam sub sanctæ memoriæ papa Simplicio legatum sedis apostolicæ sanctæ memoriæ Probum Canusinæ urbis episcopum Leone principe tunc petente præsentem decessisse nullatenus posse tentari, neque his prorsus præbuisse consensum, atque ideo non ad civitatis cuiuslibet respiciant qualitatem, sed modum dispensationis ecclesiasticæ paterna traditione firmatum convenienter observent.) Dicatur autem [al. Sed dicatur forsitan] de Alexandrino et Antiocheno episcopis certis ex causis principem magis illa quæ gesta sunt, non Acacium præcepisse. Sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cujus familiaritate et favore fruebatur, salvam fore de ejusdem injuria contumeliaque vindictam tantum, ut Ecclesiæ sineret Christianus princeps regulas custodiri, quia et nova in utroque pontifice causa esset exorta, et novam discussionem consequenter inquireret; et sicut semper esset effectum¹⁰ (ac divinæ pariter leges humanæque censerent), ut sacerdotali concilio de sacerdotibus [al. sacerdotalibus] judicia patriarchalium expendunt, et non potius apostolicæ traditioni hæc privilegia accepta referunt. Sev. B. M. I. U. S.

¹ Ridet pontifex illud, quod cum Euphemio novanas nostri temporis stule admodum inculeant, dum ratione regis dignitatis prærogativas sedium

¹ Id. cod., *expleri*.

² Inclusa parenthesi absunt a codice Veronensi.

³ Inclusa parenthesi absunt a cod. Veron. in quo eorum loco leguntur supra in editione Labbeana jam posita: *Nec ecclesiastici moris, etc.* Post quæ sequuntur, *Recte igitur, etc.*

⁴ Id. cod., *habere*.

⁵ Hæc desunt in cod. Veronensi.

⁶ Id. cod., *viderent*.

⁷ Id. cod., *apud Sirmium*.

⁸ Id. cod., *quod dicitis regis civitatis*.

⁹ Inclusa parenthesi desunt in cod. Veronensi.

¹⁰ Inclusa parenthesi desunt in cod. Veronensi.

provenirent; non a seculari viderentur qualescunque pontifices, etsi errore humanitus accedente, non amen [*al. addit contra*] religionem ullatenus excedentes potestate percipi. An adhuc [*al. An et hæc*] justa ratione principi suggerenda non erant? Regiæ civitatis honore sublimis, si factus erat illa regia civitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior. Si autem in his quæ pro religione fuerant exerenda, exstitit contemptibilis, atque despectus, et aut segnis, aut fiduciam non habens intinandi, in quo per regiam civitatem major effectus est? (¹ an ut per ea suæ prævaricationis exerceret potius tyrannidem, quam causas religionis legitime procuraret?) Nathan propheta (*II Reg. XII*) palam publiceque in facie regi David, et commissum prouuntiavit errorem, et ipsum commisisse non tacuit; et confessione correctum consequenter absoluit. (² beatæ memoriæ Ambrosius Mediolanensis sacerdos Ecclesiæ, majori Theodosio imperatori communionem publice palamque suspendit, atque ad pœnitentiam redegit regiam potestatem; beatæ memoriæ papa Leo (sicut legitur) Imperatorem Theodosium juniorem Ephesino latrocínio libere coarguit excedentem; sanctæ memoriæ quoque papa Hilarus Anthonium imperatorem, cum Philotheus Macedonianus ejus familiaritate suffultus diversarum conciliabula nova sectarum in Urbem vellet inducere, apud beatum Petrum apostolum palam ne id fieret, clara voce constrinxit, in tantum ut non ea facienda cum interpositione sacramenti idem promitteret imperator; sanctæ memoriæ nihilominus papa Simplicius, et post eum sanctæ memoriæ papa Felix, non solum Basiliscum tyrannum, sed etiam imperatorem Zenonem pro iisdem ipsis excessibus, auctoritate libera sæpius increpasse noscuntur, flectique potuissent, nisi Constantinopolitani præsulis accederetur instinctu, qui particeps externæ communionis effectus, necessario in quod inciderat, jam fovebat, malens in suæ prævaricationis obstinatione persistere, quam curandas ad salubria remeare, sicut ipse rerum probavit eventus. Ecce nuper Honorico regi Vandalicæ nationis, vir magnus et egregius sacerdos Eugenius Carthaginensis episcopus, multique cum eodem catholici sacerdotes constanter resisterent sævienti, cunctaque extrema tolerantis, hodieque persecutoribus resistere non omittunt. Nos quoque Odoacri barbaro hæretico regnum Italiæ tunc tenenti, cum aliqua non facienda præciperet, Deo præstante nullatenus paruisse manifestum est.) Illic autem vir bonus Acacius, et sacerdos eximius [*al. egregius*], in tantum se et suggerere potuisse monstravit, et noluisse deprompsit, imo favisse patefecit; ut et imperator cuncta se ex ejus gessisse consilio non taceret, et ipse imperatorem magnis præconiis elevaret ista facientem;

A seseque³ prodidit his agendis rebus fuisse participem. Sed esto, Calendion imperatoris nomen abstulerit; Joannes principi mentitus fuisse jactetur, quæ tamen cum novæ essent causæ, nova⁴ debuit ecclesiastica provenire discussio? an qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nu la interveniente synodo dejici debuerunt; et in Deum, qui summus et verus est imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum qua hæc est damnata perfidia, non oportebat expelli [*al. excludi*]?⁵ Quid de innumeris per totum Orientem catholicis sacerdotibus propria sede depulsis, et indubitanter hæreticis intromissis? Novæ certe erant causæ; et his consequenter⁶ nova synodus debebatur.

B Cur tunc non venit in mentem, ut in talibus causis peteretur a principe saltem qualiscunque synodus celebranda; ut quocunque vel colorato judicio traditionis ecclesiasticæ passim pontifices viderentur excludi, non solum quarumcunque urbium sacerdotes, sed metropolitani incunctanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestionem qua potuit, consensus Acacius, communicando cunctis, qui in catholicorum locum hæretici fuerant subrogati: Apostolus autem dicit: *Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus (Rom. I)*, reos indubitanter ascribi. An hæc licuit seculari potestati et actis talibus, Acacio consentiente absque ulla synodo, quam ipsa rerum novitas exigebat, absque sedis apostolicæ consultatione perficere; et sedi apostolicæ non licuit, secundum tenorem synodi Chalcedonensis in veteri utique causa, et veteri constituto juxta definitionem damnata [*al. justa definitione damnatum*], inimicis synodi Chalcedonensis Acacium communicantem a sua communionem depellere? Sed inquirant: Acacius principi obviare non potuit. Cur Basilisco, quia voluit, obviavit? cur ipse Zenoni, ne palam Petro Antiocheno quamvis latenter hoc fecerit communicare videretur, non commodavit assensum? ecce resultanti non institit [*al. restitit*] imperator: ecce vim nolenti non intulit; ecce refugienti contagia manifesta concessit: postremo, cur tanto tempore, cum ista gererentur, vel gerenda cognosceret, non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam, referre maturavit [*al. curavit*]?

C Sed prius ludator factus est ipse gestorum, quam vel præmoneret talia esse tentanda, vel ne tentarentur obsisteret. Sicut sub Basilisco jam fecerat, cur illis cæteris communicare consensit, qui depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremo ille defuit suis partibus, et quæ sacerdoti catholico competere, agere fastidivit [*al. non curavit*]: ideo sedes apostolica quod⁷ ad eadem pertinebat, vel po-

¹ Hæc pariter desunt in eodem codice.

² Sequenti quoque annis i clusa desiderantur in codice Veronensi.

³ Cod. Veronens., *proderet*.

⁴ Id. cod., *deberit*.

⁵ Id. cod., *Quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsi catholici sacerdotes, et hæretici subrogati?*

⁶ Id. cod., *una*.

⁷ Id. cod., *ad eam*.

tuit vel debuit præterire? Quolibet igitur modo hæreticorum complicem refutavit, et consortem communionis externæ a sua communione dimovit; nec opus fuit nova synodo, cum veteris constitutioni sufficienter hæc forma præscriberet; nec opus fuit ut hæc scienda [al. facienda] Orientis episcopis intimaret, quos ex expulsionem catholicorum, quæ agebantur in causa fidei, non ignorasse manifestum est; et communicandis hæreticis subrogatis, facto tali consensisse non dubium est; ¹ etiam cum externæ communionis effectis [al. additi atque ideo cum eis iam] nec potui se, nec debuisset sedis apostolicæ scita tractari. Ecce agnoverunt in eorum professione qui constantissime perdurarunt, quod fidei communionique catholicæ deberetur. Ecce agnoverunt quemadmodum a talibus recedendo, imo talibus contra molendo, a fide et communione catholica deviarit Acacius, seque pariter cum eodem errori subdiderint. Ecce agnoverunt quam justis ex causis pro fide et communione catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea persisterant congruebant, et hi qui perstantibus obviabant, ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicæ auctoritate sit remotus Acacius (² ad cuius præcipue vocatus examen vel venire vel mittere non curavit, ut se de his omnibus, ut confidebat, abolveret), ejusque pariter quicumque complices existerint, atque ab illa merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus catholicis pontificibus discrepando cognoscitur reparasse; jureque sententiam ille damnationis excepit, cæcrisque consortibus cum suis consortibus promulgandam; qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiæ ad apostolicam sedem missis litteris est professus. Cui Acacius, si communicaverant Orientales episcopi antequam huc referret [al. referretur], pari utique reatu sine dubio ³ probatur involvi, jureque per illum transgressionis sententiam susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externæ; qui utique non consuli tanquam nostræ communionis homines jam deberent, sed tanquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant antequam Acacius huc referret [al. referretur], et communicantem notare debuerant, et ipse de eodem potius huc referre, atque apostolicæ sedis vigore percussus merito comprobare, cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate desciverant, et eorum successoribus communicare delegerant; ideo cum sede apostolica minime congruebant;

¹ Id. cod., *hæc forma.*

² Id. cod., *etiam communionis externæ effectos atque ideo cum eis nec, etc.*

³ Hæc desunt in cod. Veronensi.

⁴ Id. cod., *probabantur.*

⁵ Id. cod., *cunctorum. Quæ ad instructionem vestre dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latius, si Dominus concesserit facultatem, studemus exponere, quatenus et fidelium quisque cognoscat nihil apostolicam sedem, quod absit, præprovere cen-*

quia in sortem reciderant prævaricatoris Acacii: et illius se sine dubio pervidebant sententia consequenter astringi, [al. addit et] ob hoc eum videri volebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem prævaricatione damnatos, in qua hodie quoque manere persistunt. Sed sicut ii simili conditione constricti complicem suum non possunt judicare non jure damnatum, neque reum [al. rei reum] possunt competenter absolvere, sic illo jure prævaricatore damnato, ipsi quoque pari jacent damnatione prostrati, neque nisi resipiscunt, inde poterunt prorsus absolvi: quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressione [al. transgressio est] qui in eandem perfidiæ reciderant actionem, sic in uno eodemque qui pro omnibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat: vultate, transgressione punita, pariter quoque cum eodem, vel in eodem est complicum transgressio punita cunctorum. ⁶ Quæ tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantummodo præsentis apostolici, cujus erat utique potestatis legitima, probatur esse deprompta, præcipue cum secreto dirigenda videretur: ne custodiis ubique præstitis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedienda necessariam habere non posset effectum; tamen quia orthodoxis ubique dejectis, et hæreticis tantummodo eorumque consortibus jam relictis in Oriente, catholici pontifices aut residui omnino non essent, aut nullam gererent libertatem plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum; rationabiliter in Acacium ⁷ sententiam cognovit fuisse prolata, quæ congregatio facta pontificum non contra Chalcedonensem, non tanquam nova synodus contra veterem primamque ⁸ cognovit; sed potius secundum honorem veteris constituti particeps apostolicæ executionis effecta est; ut satis appareat Ecclesiam catholicam, sedemque apostolicam, quia alibi jam omnino non posset, ubi potuit, et cum quibus potuit, nihil penitus omisisse, quod ad fratrum pertineret ⁹ pro intemerata et sincera communione tractatum; ¹⁰ quæ cum universa noverint qui videntur Ecclesiis Orientalibus nunc præesse, propterea Christianam reparari legitimam curationem refugiunt unitatem; quia occasionem dissensionis hujus suis ambitionibus suffragantem deponere jam recusant; quia sine auctoritate sedis apostolicæ omnium Ecclesiarum passim jura confundant, magis eligentes in errore persistere, quam præsumptionum suarum perdere facultatem, plus usurpationum suarum licentiam diligentes quam divini iudicii tenentes corde respectum. In quo ne-

suisse. Hæc a Labbeo afferuntur ad calcem epistolæ.

⁶ Cod. Veron. omisso verbo *sententiam* ita legit, *in Acacium fuisse prolata.*

⁷ Id. cod., *Convenit.*

⁸ Id. cod., *pro in emerata fide.*

⁹ Illic deficit hæc epistola in Cod. Veronensi, in quo hæc subduntur: *Explicit rationis reddendæ Acacium a sede apostolica fuisse damnatum, nec posse quemquam sine discrimine animæ suæ eius communionem participem fieri.*

cesse est velint nolint tam de fidei communionisque catholice sinceritate neglecta, quam de paternis canonibus evidenter irruptis recipiant quod merentur, nisi dum hic tempus admittit hæc damnationis æternæ pericula correctis mentibus studeant declinare, ut possint non tales permanere, quibus insolubilis est lata sententia. Sed a talibus recedentes, ab eadem sententia non teneri: quæ sicut in errore durantibus nunquam solvenda præfixa est, sic ab his erit aliena, qui exstiterint puniendæ pravitatis immunes. Hæc vero ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latius, si Dominus concesserit facultatem, studeamus exponere: quatenus et fidelium quisque cognoscat, nihil apostolicam sedem (quod absit) præpropere censuisse, et non habere quod juste possit opponere, perversa doceatur improbitas. Recte autem faciet vestra dilectio, ut ista quæ scribimus, pariter catholicis et contraria sapientibus innotescant: quo et sanis necessaria firmitas, et male sanis competens medicina præbeatur. Datum calendis Februarii, ¹ Victore viro clarissimo consule.

EJUSDEM EPISTOLÆ

FORMA BREVIOR.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.

Valde mirati sumus, quod vestra dilectio quasi novam et veluti difficilem quæstionem, et adhuc tanquam inauditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychie hæresis pestilentia communicatores, non habentes quid pro suæ perditionis obstinatione respondeant, frequenti jam ratione convicti, sola contentione submurmurant: non quia sit alicujus momenti quod garriunt, nec inveniunt penitus quid loquantur. Ubi magis eos qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc hæreser miramur, quam illos qui a veritate exciderunt, et ab antiqua Ecclesiæ traditione sunt devii, profanas vocum novitates et ineptias caducæ perversitatis obtendere. Quibus eos vestra dilectio retulit jactitare, ideo Acacium non putare jure damnatum, quod non a speciali synodo videatur fuisse dejectus, et insuper dementia suæ vanitatis accumulare pueriliter, adjectives: *præcipuæ pontificem regis civitatis*. Quapropter stultitiam respuentes inanum querelarum, percurrere vos oportet ab ipsis beatis apostolis, et considerare prudenter quoniam patres nostri, catholici videlicet doctique pontifices, in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide, pro veritate, pro communionem catholicam atque apostolicam secundum Scripturarum tramitem prædicationemque majorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsam deinceps voluerint, firmamque constare, nec in eadem causa denuo quæ præfixa fuerant retractari, qualibet recenti præsumptione permiserint; sapientissime providentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam

liceret iterare, nullum contra singulos quosque proprius errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem furoribus recidivis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elisæ pestes resumptis certaminibus, contra fundamentum sese veritatis attollere, et simplicia quæque corda percutere: quid fieret si subinde fas esset perfidis inire concilium? cum qualibet illa manifesta sit veritas, nunquam desit quod perniciose deprobat falsitas, etsi ratione, vel auctoritate deficiens, sola tamen intentione non cedens. Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessarie præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæresim coacta synodus pro fide, communionem, veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sineret novis post hæc retractationibus mutilari, ne pravis occasio præberetur quæ medicinaliter fuerant statuta pulsandi; sed auctore cujuslibet insanie, ac pariter errore damnato, sufficere judicarunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus; quoniam manifeste quilibet vel professione sua, vel communionem pos et agnosci.

Et ut brevitas causa priora taceamus, quæ diligens inquisitor facile poterit vestigare: Sabellium damnavit synodus, nec fuit necesse ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas virium synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos qui vel pravitatis illius, vel communionis existere participes, universalis Ecclesia duxit esse refutandos. Sic propter blasphemias Arii, forma fidei communionisque catholice Nicæno prolata conventu, Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive sensu sive communi-ne deciderit, sine retractatione concludit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium, synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sivit; sed universos quocunque modo in has blasphemias recidentes, tradito sibi limite synodali refutavit Ecclesia, nec unquam recte cessasse manifestum est, qualibet necessitate cogente, noviter quæ fuerant salubriter constituta, temerasse. Non autem nos latet in tempestate persecutionis Arianae plurimos pontifices de exiliis, pace reddita, respirantes per ceras provincias congregatis secum fratribus Ecclesias composuisse turbatas; non tamen ut illius synodi Nicænae, quidquid de fide et communionem catholica definiverat, immutarent, nec nova quemquam prolapsam damnationem percellerent, sed illius decreti tenore nisi resipisset, judicare damnatum, essetque consequens, ut nisi corrigeret, damnationis procul dubio subjaceret. Quibus convenienter, ut dictum est, ex paterna traditione perpensis confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exsequi sedem oportere

¹ Scribendum est *Viatore*, qui an. Christi 495 consulatum gessit

præ cæteris, quam primam, quæ et unamquamque A synodum sua auctoritate confirmat, et continuata moderatione custodit; pro suo scilicet principatu, quem beatus apostolus Petrus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequente, et tenuit semper et retinet.

Hæc dum Acacium certis comperisset indicis a veritate deviasse, diutius ista non credens, quippe quem noverat exsecutorem sæpe necessariae dispositionis suæ contra hæreticos existisse, per triennium fere litteris destinatis eundem monere non destitit, sicut per diversos missa familiariter scripta testantur. Quibus ille primum tanquam dedito silentio nihil respondere proponens, tandem aliquando missis litteris profitetur, se Alexandrino Petro, quem expetita apostolice sedis exsecutor ipse quoque damnaverat, B absque apostolice sedis notitia communionem permixtum. Beati autem Petri sedes, quæ Alexandrinum Petrum se tantummodo damnasse, non etiam solvisse noverat, non recepit; atque ideo, ne per Acacium in Petri quoque consortium duceretur, ipsum quoque a sua communionem submovit, et multis modis transgressorem a sua societate fecit alienum. Hic si examinatio quaeritur, jam iudicio non est opus, postquam litteris suis ipse confessus est. Si auctoritatis pondus inquiritur, Chalcedonensis synodi tenore illius definitionis exsecutio reperitur, quo damnati illic erroris communicator effectus, præfixæ nihilominus damnationis particeps existeret; quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in particeps quolibet prævæ communionis effecto, et C exsecrationem sui gestat et pœnam. Quo tenore Timotheus etiam, atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem tenuisse videbantur, non repetita synodo, sed auctoritate tantummodo sedis apostolice, ipso quoque Acacio postulante vel exsequente, probantur esse damnati. Quod si, utrum errori vel prævaricationi communicavit Acacius, forsitan dicatur oportuisse constare, breviter præbemus ad ista responsum, aut enim ipsi doceant Petrum veraciter legitimeque purgatum, et ab omni hæreticorum contagione rite discretum cum ei communicavit Acacius, si ejus communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut si, quod magis est verum, convenienter atque legitime Petrum non probaverint expiatum, restat ut ejus in expiatione fuerit, et qui ei communicavit, infectus.

Nec plane tacemus quod cuncta per mundum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli jus habeat resolvendi: ut pote quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam liceat de ejus iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter constat satis Acacium nullum habuisse pontificum sententiam sedis apostolice sine ulla ejus notione solvendi. Qua certe synodo hoc illa præsumpsit, quod nec sic absque apostolica sede fas quidem haberet efficere? Cujus

sedis episcopus? Cujus metropolitane civitatis antistes? Nonne parochiæ Heracleensis Ecclesiæ? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolice sedis abrumpere, nulla ejus consultatione quaesita; itane vero non licuit primæ sedi Chalcedonensis synodi constituta, sicut decuit, exsequenti, hujusmodi prævaricatorem sua auctoritate detrudere? Sed nec illa præterimus, quod apostolica sedes frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo præcedente, exsolvendi quos synodus iniqua damnaverat, et damnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctæ quippe memoriæ Athanasium synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quæ damnationi Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum præsulum certe damnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque sanctum Flavianum pontificem Græcorum congregatione damnatum pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit; potiusque illic receptus fuerat, Dioscorum secundæ sedis præsulum sua auctoritate damnavit, et impiam synodum non consentiendo sola submovit, et pro veritate ut synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit. In qua ut ergo sola jus habuit absolvendi eos quos synodica decreta perculerant, sic etiam sine synodo in hac eadem causa plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur.

Quod si quis hæc ab apostolica sede vel secundum synodum acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. Dicat ergo quia ipse synodo secundæ sedis antistitem qualemcumque, certe catholicum, et a catholicis ordinatum, nec de catholica fide et communionem aliquatenus, impetitur, duxerit excludendum; et hæreticum manifestum Petrum, sua quoque executione damnatum, catholico pontifici permisit subrogari. Qua synodo tertiæ sedis episcopum sanctum Calcedonem fecit expelli, ac nihilominus eidem Petrum tam manifestum hæreticum ut eidem palam nec se communicare prætenderet, sua passus est dispositione substitui. Qua denique per totum Orientem synodo, ejectis orthodoxis, nullo crimine maculatis, pravos quosque et criminibus involutos sua provisione supposuit? Quæ synodo tot aliena privilegia nefandus populus invasit? Sed libri non sufficient si tragedias ejus quas per Ecclesias totius Orientis exercuit, singillatim describere moliamur. An illud ipsius argumentum nobis æstimant opponendum, quo facinora sua in imperialem visus est jactare personam? Cur igitur, quando voluit obstitit Basilisco tyranno, certe et hæretico vehementer infecto? Cur ipsi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam non subdidit voluntatem? Ecce potuit in aliis resutare si vellet. An non Apostolus dicit: *Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, reatu pariter sunt irretiti?* Sed ut ea quæ latius explicanda

sunt omittamus, quid, quod ipse Zenon imperator suis litteris profitetur cuncta sese ex Acacii gessisse consilio, nec hoc eum fallere litteris suis ipse quoque testatur Acacius, qui et eum nihilominus universa recte gessisse conscripsit, et suo consilio hæc eadem gesta non tacuit. Quasi vero tantum in Alexandrini Petri communionem Acacius prævaricator existerit, et non in omnibus quos vel fecit, depulsis catholicis pontificibus, tanquam tyrannus, Ecclesiis quibuscunque præponi; vel taliter præpositis perversa communionem permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores vivis sacerdotibus adhiberi. Quis autem non perspiciat Christianus, quod catholicis pontificibus a propria sede dejectis, non nisi hæretici potuerunt introduci? Quibus tamen cunctis, vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit, his utique qui a communionem nullatenus discrepabant. Cur ergo vel cum hæc fieri videret, non sicut sub Basilisco jam fecerat, ad apostolicam sedem referre curavit: ut si solus ipse non poterat, iunctis, cum eadem consiliis atque tractatibus apud imperatorem possent, quæ religioni competere, allegari? Nam si Basiliscus, ut dictum est, tyrannus hæreticus, scriptis apostolicæ sedis vehementer infractus est, et a plurimis revocatus excessibus, quanto magis legitimus imperator qui se catholicum videri volebat, potuit cum apostolica sede eorum quoque pontificum moderata suggestionem mitigari, præcipue cum ejusdem Acacii esset specialis fautor et amator, et qui litteris suis tam ipsum Acacium, quam sanctum papam Simplicium magnum laudibus extulisset, quod hæretico constantissime restitissent? Cur tanto tempore Acacius inter ista contineat, nisi quia præpediri nolebat ullatenus, quam desiderabat expleri?

Ponamus tamen, etiamsi nulla synodus præcessisset, cujus apostolica sedes recte fieret executrix, cum quibus erat de Acacio synodus ineunda? Nunquid cum his qui jam participes tenebantur Acacio, et per Orientem totum catholicis sacerdotibus violenter exclusis, et per exsilia diversa relegatis, socii evidenter existebant communionem externam, prius se ad hæc consortia transferentes quam sedis apostolicæ scita consulerent? Cum quibus ergo synodus erat ineunda catholici pontifices fuerant undique jam depulsi, solique remanerant socii perfidorum, cum quibus jam nec licebat habere conventum, dicente psalmo: *Non sedi in concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo*. Nec ecclesiastici moris est, cum his qui pollutam habent communionem, permixtamque cum perfidis miscere concilium. Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam huiusmodi prævaricatio repulsa est, potius quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus haberi licebat, adducta est. Nam et quid ageretur de fide catholica intelligere si vellent, ignorare non poterant cum viderent catholicos pontifices, nulla synodi discussione, nullo concilio, præcipue

A cum novas causas esse perpenderent, toto Oriente depelli; et cæteri quid caverent, ex illorum qualitate discernere potuissent. Restat igitur ut illius partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta dederunt, meritoque ab apostolica sede cæterisque catholicis non jam conulendi erant, sed potius notandi. Risimus autem quod prærogativam volunt Acacio comparari, quia episcopus fuerit regie civitatis. Nunquid apud Mediolanum, apud Ravennam, apud Sirmium, apud Treviros multis temporibus non constitit imperator? Nunquidnam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibi antequam deputatam quidpiam suis dignitatibus usurpant? Nunquid Acacius ut Joannem quemlibet hominem catholicum tamen, a catholicis ordinatum de Alexandria excluderet, Petrumque in hæresi jam detectum atque damnatum, abque sedis apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodus saltem illic habita, hoc audacter arripuit ut Calendonem de Antiochia depelleret, hæreticumque Petrum, quem ipse damnaverat, abque notitia sedis apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis et tertiæ major est dignitas sacerdotum quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitanorum jura censetur. Nam quod dicitis, *regie civitatis*, alia potestas est regni sæcularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas prærogativam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. Sit clara urbs illa potestate præsentis imperatoris, religio sub eodem tunc firma, tunc libera, tunc provecta consistit, si potius hoc præsentem propriam teneat sine ulla perturbatione mensuram.

Sed dicatur forsitan de Alexandrino et Antiocheno, certis ex causis principem magis illa quæ gesta sunt, non Acacium præcepisse. Sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cujus familiaritate et favore fruebatur, salvam fore de ejus injuria contumeliaque vindictam, tantum ut Ecclesiæ sinneret Christianus princeps regulas custodiri, quia et nova in utroque pontifice causa esset exorta, et novam discussionem consequenter inquireret. Et si, sicut semper esset effectum, sacerdotali concilio de sacerdotibus judicia provenirent, non a sæculari viderentur qualescunque pontifices, et si errore humanitus accedente, non tamen contra religionem ullatenus excedente potestate percelli. An et hæc justa ratione principi suggerenda non erant? Regie civitatis honore sublimis si factus erat illa regia civitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior. Si autem in his quæ pro religione fuerant exerenda, existit contemptibilis atque despectus, et aut segnis, aut fiducia non habens intimidandi, in quo per regiam civitatem major effectus est? Nathan propheta palam publiceque in facie regi David, et commissum pronuntiavit errorem, et ipsum commissum non tacuit, et confessionem cor-

rectum consequenter absolvit. Hic autem vir bonus et sacerdos egregius, in tantum se et suggerere potuisse monstravit, et noluisse deprompsit, imo favisse patefecit, ut et imperator cuncta se ex ejus gessisse consilio non taceret, et ipse imperatorem magnis præconiis elevaret ista facientem; seseque proderet his agendis rebus fuisse participem.

Sed esto Calendion nomen imperatoris abstulerit, Joannes principi mentitus fuisse jactetur: quæ tamen, cum novæ essent causæ, nova debuit ecclesiastica proveire discussio. An qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nulla interveniente synodo dejecti debuerunt; et in Deum, qui summus et verus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsati catholici sacerdotes, et hæretici subrogati? Novæ certe erant causæ, et his consequenter nova synodus debebatur. Cur tunc non venit in mentem ut in talibus causis pateretur a principe saltem qualiscunque synodus celebranda, ut quocunque vel colorato judicio traditionis ecclesiasticæ passim pontifices viderentur exclusi, non solum quarumcunque urbium sacerdotes, sed metropolitani incunctanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestionem qua potuit, consentit Acacius communicando cunctis qui in catholicorum locum hæretici fuerant subrogati. Apostolus autem dicit: *Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt faciunt*, reos indubitanter ascribi. An hæc licuit seculari potestati et actis talibus Acacio consentienti absque ulla synodo, quam ipsa res in novitas exigebat, absque sedis apostolicæ consultatione perficere; et sedi apostolicæ non licuit secundum tenorem synodi Chalcedonensis in veteri utique causa et veteri constituto iusta definitione damnatis inimicis synodi Chalcedonensis Acacium communicantem a sua communionem depellere? Sed Acacius, inquam, principibus obviare non potuit. Cur Basilio, quia voluit, obviavit? Cur ipsi Zenoni, ne palam Petro Aniocheno, quamvis latenter hoc fecit, communicare videretur, non commodavit assensum? Ecce resultanti non restitit imperator; ecce vim nolenti non intulit; ecce refugienti contagia manifesta concessit; postremo cur tanto tempore cum ista gerere tur vel gerenda cognosceret, non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam deferre curavit? Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quam vel præmoneret talia esse tentanda, vel ne tentarentur obsisteret: sicut sub Basilisco jam fecerat. Cur illi cæteris communicare consentit, qui depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremo si ille defuit suis partibus, et quæ sacerdoti catholico competere agere non curavit; ideo sedes apostolica quod ad eam pertinebat vel potuit vel debuit præterire? Quolibet modo hæreticorum complices

A refutavit, et consortem communionis externæ a sua communionem dimovit, nec opus fuit nova synodo, cum veteris constituti sufficienter hæc forma præscriberet; nec opus fuit ut hæc faciendæ Orientis episcopis intimaret, quos et expulsionem catholicorum, quæ agebantur in causa fidei non ignorasse manifestum sit, et communicando hæreticis subrogatis, facto tali consensisse. Non dubium est etiam externæ communionis effectus, atque ideo cum eis jam nec potuisse, nec debuisse sedis apostolicæ scita tractari. Ecce agnoverunt in eorum professione qui constantissime perdurarunt, quid fidei communionique catholicæ deberetur.

B Ecce agnoverunt quemadmodum a talibus recedendo, imo talibus contraria moliendo, a fide et communionem catholica deviarit Acacius, seque pariter cum eodem errori subdidit. Ecce agnoverunt quam justis ex causis pro fide et communionem catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea perstiterant congruebant, et illi qui perstantibus obviabant, ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicæ auctoritate sit remotus Acacius, ejusque pariter quicumque complices exstiterunt; atque ab illa merito communionem cum his discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus, a pontificibus catholicis discrepando, cognoscitur separasse, jureque sententiam ille damnationis excepit. cæteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiæ ad apostolicam sedem missis litteris est confessus. Cui si communicaverant Orientales episcopi, antequam huc referret, pari utique sine dubio reatu probantur involvi, jureque per eum sententiam transgressionis susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externæ. Qui utique non consuli, tanquam nostræ communionis homines, jam deberent; sed tanquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant antequam Acacius huc referret, et communicantem notare debuerant, et ipsi potius de eodem huc referre, atque apostolicæ selis vigore perculsum merito comprobare, cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate desciverant, et eorum successoribus communicare deligerant, ideo cum sede apostolica congruebant, quia in sortem reciderant prævaricatoris Acacii, et illius se sine dubio pervidebant sententia consequenter astringi. Ob hoc eum videri nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem prævaricatione damnatos, in qua hodieque manere persistunt. Sed sicut hi simili conditione constricti, complices suum non possunt judicare non jure damnatum; neque rei reum possunt competenter absolvere; sic illo prævaricatore juste damnato, isti quoque pari jacent damnatione prostrati; neque nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolvi; quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressio est, qui in eadem perfidiæ reciderant actionem; sic in uno eodemque qui pro omnibus

scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, transgressio est pœnita cunctorum.

Quæ ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latius, si Dominus concesserit facultatem, studeamus exponere: quatenus et fidelium quisque cognoscat nihil apostolicam sedem, quod absit, præpropere censuisse. Quæ tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantummodo præsulis apostolici, cujus erat utique potestatis, legitime probatur esse deprompta, præsertim cum secretim dirigenda videretur, ne custodiis ubique præteritis dispositio salutaria quibuslibet difficultatibus impedita necessarium habere non posset effectum: tamen quia orthodoxis ubique dejectis, et hæreticis tantummodo eorumque consortibus jam relictis in Oriente, catholici pontifices, aut residui omnino non essent, aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum rationabiliter cognovit sententiam in Acacium fuisse prolatam. Quæ congregatio facta pontificum, non contra Chalcedonensem, non tanquam nova synodus contra veterem primamque convenit, sed potius secundum tenorem veteris constituti, particeps apostolicæ executionis effecta est; ut satis appareat Ecclesiam catholicam sedemque apostolicam, quia alibi jam omnino non posset, ubi potuit, et cum quibus potuit nihil penitus omisisse quod ad fraternum pertineret pro intemerata fide, et sincera communione tractatum.

EPISTOLA XIV, SIVE TRACTATUS

GELASI PAPÆ,

In quo etiam ponit exempla epistolarum Simplicii papæ atque Felicis, quod Timothei Æluri, vel Petri Alexandrini impietatem olim cognoverint, vel visi fuerint iudicasse. Postea propriis prosequitur dictis, instruens quid adversus Græcos debeat responderi.

.....

Ex epistola Simplicii papæ ad Acacium.

(Epist. 17.)

Illud, inquit, me non mediocriter facit attonitum, quod iisdem litteris suis Petrum, qui hæreticorum dudum socius extitisse probetur et princeps, quod conscientiam dilectionis tuæ meminimus non latere, instructionesque ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catholicam, sæpeque nos de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sic certum, ad præcipue Ecclesiæ regimen extimet provehendum; eumque promittat rectæ fidei definitionibus convenire, a cujus utique, sicut superius dixi, consortio tam degit extraneus, quam ab ejus communionem discretus est. Ad quam si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem non potest introire: ac perinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medelæ, quæ post pœnitundinem præbenda est, consequenter aptari: animæ suæ cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu convincitur fuisse perversus: ne per speciem remeantis non remedium sinceræ salvationis inquirat, sed facultatem

propagandæ pravilitatis inveniat. Quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem fidelibus irrogare: eoque modo Chalcedonensis synodi statuta violantes, aditum sæva copulatione grassandi in Ecclesiam lupis rapacibus aperimus. Denique ab eisdem ipsis cum quibus olim a catholica participatione divisus est, pontifex dicitur postulari: ut satis evidenter appareat non eos rectam fidem velle, sed in præsulis proprio nefandi dogmatis quærere potestatem; neque inter ipsos et veraciter sentientes, pax inde possit fida generari, unde hæreticarum mentium crescit funesta damnatio, et catholicorum miseranda captivitas.

Ex epistola Felicis papæ ad Zeonem imp.

(Epist. 2.)

Ubi esse, inquit, jam consequens procul dubio pervidetis, Alexandrinæ Ecclesiæ pervasorem, funesta diu impunitate grassantem, vestris præceptionibus, quibus merito dudum probatur ejectus, esse nihilominus addicendum. An non ipse est, qui per 30 annos catholicæ desertor Ecclesiæ, inimicorumque ejus se tator et doctor, et ad fundendum sanguinem semper velox fuit et promptus? Nunquid adhuc et istam dissimulationem quadam sumus ex conhibentia recepti? In quo revera non est opus discussione subtili, quia ejus aperta sunt crimina.

multa similia in diversis epistolis eorum attingens lector, si requirat, inveniet. Prætermitto jam scripta et admonitiones papæ Simplicii, quæ perique vilia æstimant, et judicant contemenda. Illud consideremus attentius, quod de eodem Petro, tunc cum adhuc sanum forte saperet, judicavit Acacius, qualemque de eo sententiam ad apostolicam sedem dixerit.

Domino sancto, et beatissimo Patri, archiepiscopo Simplicio Acacius.

Sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum (II Cor. xi) circumferentes, nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantis ac præcurrentes. Sed vos divinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinæ Ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem, piisimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur (Rom. viii), nostris cogitationibus insidens, et unam nobis in his mentem, atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam esse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, et Timotheum quidem [al. add. Ælurum] decessorem spirantem procellas, et ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit conturbantem vitæ subduxit humanæ, dicens ei: Tace et obmutesce (Matth. viii; Marc. iv). Petrum quoque (Mongum), qui ab Alexandria more similiter procellæ surrexerat, dissipavit, atque in æternam fugam Spiritu sancto flante convertit, unum et ipsum de his qui olim fuerant et ante damnati. Sicut enim in nostris archivis inventum est, et de vestris scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino episcopo Romam ad alterum sint relata. Qui Petrus filius noctis existens; et

operum dei lucentium alienis apparatus, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruus eorum cooperator inveniens, media nocte, adhuc jacente cadavere illius, qui paternos canones subverterat, insepulto, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno et solo presente, et eo qui consors illius insistebat insanie: ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur; nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima judicans nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus (Salophaciolus sive Albus) autem paternorum canonum custos, qui Davidicæ mansuetudinis exemplo subditur, et usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore letatur: et spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis exspectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum.

Ecce testimonium Acacii validissimum, quid de Timotheo, quid de Petro senserit. Vere enim, sicut scriptum est in Evangelio de Calpha illo pontifice, evenit Acacio. Dicitur enim de illo, quia cum esset princeps sacerdotum anni illius, de Domini dixerit passione: *Expedi ut unus homo moriatur pro populo, ut non tota gens pereat (Joan. xi)*. Et subiungit evangelista beatus Joannes, hoc, inquit, a semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius prophetauit. Ita et hic, cum in summi esset sacerdotii dignitate locatus, utrum nolens an invitus, dubitare quippe nos ejus varietis et inconstantia fecit, verissimam de inimicis Dei tulit sententiam; quam si servare voluisset, pro ocellam quam ab Ecclesia veraciter depulerat, rursus in Ecclesiam ipse non revocasset; et de quo dixerat, *tace et obmutesce (Matth. viii; Marc. iv)*, rursus Petri personam loqui in Ecclesia minime permisisset. Quam similiter procellam a sancto Spiritu dissipatam esse prædixerat, quemque filium noctis asseveraverat, et quem ab opere luminis alienum, amantemque tenebras latronum operibus congruas esse narrabat: qui falsum sacerdotii nomen, ab eo qui paternos, ut ipse ait, canones subverterat, artibus dolosis sibi ipse imposuerat. Ille Petrus, de quo beate memoriæ Timotheus catholicus, ut ipse dixit, paternorum custos canonum, Alexandrinæ quondam Ecclesiæ pontifex, ad sedem apostolicam multa retulit deteriora quam superius continentur, asserens specialiter et affirmans inimicum fidei, inimicum Chalcedonensis synodi per omnes existitisse infelicitatis conatus. Quid igitur nobis faciendum est? Non credimus tot et tantis tantarum sedium sacerdotibus, qui omnes uno ore, uno consensu, publicam et feralem humanæ salutis bestiam Petrum esse dixerunt, in cujus se communionem, perniciosa conjunctione, suadentes dæmonico spiritu, infeliciter sociaverat Acacius, male rursus ædificans quod bene destruxerat? Nec opus plura hinc dicere, cum timentibus Deum et formidantibus diem judicii, et Ecclesiæ unitatem diligentibus satis aperteque causa sit clara. Hæc enim sola ratio est quæ unitatem dividit et concordiam dissipat: quia

A quando prævaricatorum nomina de Ecclesia non auferuntur, pacis vinculum nullatenus redintegrare permittunt. Si enim licet sectatorum vel communicatorum Eutychetis, ut fuit ejus sectator Petrus, et communicator Acacius, in Ecclesia nomina recenserentur, cur de sectatoribus et communicatoribus Arii vel cæterorum hæreticorum, simili sorte non liceat? An minoris impietatis et perfidiæ Eutyches fuisse putatur quam Arius? Nemo hoc quidem sani capitis audebit dicere. Si ergo par est impietas, par sit et utrorumque detestatio: ne si semel talis fuerit intronmissa licentia, omnibus exinde omnia liceant, statim, quod absit, tam passiva rerum confusio atque commixtio, ut nulla inter mundum et immundum sit secundum prophetam (*Eszech. xlii, 26*) certa discretio. Non est quidem nostræ humilitatis de totius orbis dissensione ferre sententiam; est tamen nostrum de propria salute esse sollicitos, quoniam unusquisque pro se rationem redditurus est ante illud tribunal judicis et regis æterni (*II Cor. v*), in quo etiam de verbo otioso, minimoque quadrante, sumus nostrorum rationem actuum præstituri (*Matth. v et xi*). Unde et optamus, qualiacunque et quantacunque super nos importaverit inimicus, tolerare discrimina in sæculo præsentem, tantum ne causas incurramus mortis æternæ. Sed dicitur de Petro, quanquam sine approbatione dicatur, præsertim de homine perspicacissimo [pervicacissimo *legendum videtur*], qui per 30 annos famosus expugnator fuerat veritatis, quod pœnitentia acta susceptus sit in Ecclesia. Nunquam igitur per 30 annos agere potuit pœnitentiam, nisi tunc cum episcopatus amore et ambitionis ardore fervebat? O rem monstro similissimam! ante illum potuisse locum suum sacerdotii obtinere, quam posset vel brevi pro tam immani crimine pœnitens videri. Sed solvit illum, inquit, auctoritate sua prius Acacius, et sic suscepit. Utinam seipsum miserrimum omnium, secumque quamplurimos, non æternæ mortis compedibus alligaret! Qui cum superbissimo præfatus spiritu thronum humilitatis altius efferre conatur quam deuit, et præsumptionibus suis aditum undecunque conquirat, simulque per fas et nefas calcet et transit inviolabilia statuta sanctorum, cum ipso quem imitatus est auctore superbiæ, in profundissimam ruinam dejectus, id dereliquit Ecclesiæ, unde lugerent pacifici, fidelesque et humiles flierent. Si enim ille modum temperata potestate servasset, nec Petrum hæreticum, nullo regulari ordine absolutum, pro ejus audaci temeritate, in sua societate hodie Ecclesia suspiraret assumptum; nec caritatis, quæ omnium virtutum est perfectio, et sine qua fecundum Apostolum inania sunt universa quæ facimus (*I Cor. xiii*), tanta lili pacis dispendia paterentur, nec mordendo invicem, consumerentur invicem. Sed quolibet modo dicatur Petrus esse susceptus, apparet tamen eum fuisse hæreticum, qui pœnitentiæ pro perversitate defenditur; et quod pravus et infidelis fuerit, et de Ecclesia ecclesiastico jure projectus, ambigi dubitarique non potest. Sed conceamus

paupers per penituisse eum, quod nullatenus verum est; videndum ergo est quomodo, id est utrum qui ordine competenti, regulari severitate excisus et extirpatus est, penitens recte et consequenter receptus sit. Sed nunquam docebatur, nunquam monstrabitur, nunquam omnino probabitur ejus purgationem fuisse legitimam, quæ non est competentibus regulis celebrata. Secundæ enim sedis antistitem nec expellere quisquam, nec revocare, sine primæ sedi assensu, vel potuit, vel debuit. Nisi forte confuso jam ordine rerum atque turbato, nec prima, nec secunda, nec tertia sedes debeat observari, vel suscipi secundum antiqua statuta majorum, et sublato capite, ut videmus, omnia membra vario inter se compugnent certamine, statque illud quod de populo scriptum est Israel: *In illo tempore, non erant dux in Israel: unusquisque quod placitum erat in oculis suis faciebat* (Judic. xxi). Qua enim ratione vel consequentia aliis sedibus defendendum [al. defendendum] est, si primæ beatissimi Petri sedi antiqua et vetusta reverentia non deferatur, per quam omnium sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata, trecentorumque decem et octo Patrum invicto et singulari judicio vetustissimus judicatus [al. vindicatus] est honor? Utpote qui Domini recordabantur sententiam: *Tu es Petrus, et super hanc petram fundabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalent adversus eum. Et tibi dabo claves regni cælorum, et quæcumque ligaveris vel solveris in terra, erunt ligata vel soluta in cælo* (Math. xvi). Et rursus ad eundem: *Ecce ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando convertere, et confirma fratres tuos* (Luc. xxi), et illud: *Si amas me, pasce oves meas* (Joan. xxi). Quare igitur ad Petrum tam frequens Domini sermo dirigitur? nunquidnam reliqui sancti et beati apostoli non erant simili virtute succinici? Quis hoc audeat affirmare? *Sed ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio* (S. Hieron. cap. 14, lib. 1 adv. Jovinianum), et una monstraretur compago corporis Christi, quæ ad unum caput gloriosissima dilectionis societate concurreret; et una esset Ecclesia, cui fideliter crederetur, unaque dominus unius Domini et unius redemptoris, in qua de uno pane et de uno calice nutriremur (I Cor. x). Qua ratione, sicut dixi, majores nostri, reverendi illi Ecclesiarum magistri, clarissimaque illa populi Christiani lumina, quos merita virtutum suarum usque ad confessionis gloriosissimas palmas, et martyrii fulgentes extulere coronas, ad illam sedem quam princeps apostolorum sedit Petrus, sui sacerdotii sumpta principia repleti Christi caritate mittebant, suæ inde soliditatis gravissima firmitatis roboramenta porcentes. Ut per hanc speciem omnibus appareat vere unam esse per omnia, et indissolubilem Christi Ecclesiam, quæ concordie vinculo mirabilique caritatis textura composita, sola et indivisa per totum ostenderetur esse tunica Christi, quam nec mi-

¹ In ms. codice pervetusto Veronensis capituli, cum quo collata fuit a Francisco Blanchino hæc Ge-

lites ipsi qui Dominum crucifixerunt, dividere ausi fuissent (Joan. xix). Quæ nunc si propter perfidiam Petri, Acacii tyrannicam superbiam, impiamque præsumptionem ejus, violatur atque conscinditur, videtur et sapienter expendite, in quam grave periculum nostra deducitur conscientia, dum tanta majorum solvitur observantia. Quis enim non agat quodcumque libuerit, si semel in consuetudinem corruptus ordo pervenerit? Si autem hoc sacrilegum est etiam cogitare, cur non cum diligentissima observatione teneatur hæc forma majorum, cum sit in hoc observationis tenore ineffabilis indubitataque unitatis evidens et grande mysterium? An duæ sunt Ecclesiæ et duo pastores? Absit. Unus est enim qui fecit utraque unum (Ephes. ii), tollens de medio inimicitiarum parietem in corpore suo. Cur ergo per Petri et Acacii nomina rursus inimica sepius intexitur, quam semel Christi crux, mors et sanguis destruxit, solvit et everit? Non ergo dividat eos interpositum Petri et Acacii nomen, quos tanti mediatoris pretiosus sanguis univit. Postremo æquum est ut qui alios libenter et competenter vultis habere subjectos, cedatis et ipsi antiquo more majoribus, ut confidenter imperare possitis minoribus vestris. Duodecim certe fuerunt apostoli, paribus meritis, parique dignitate suffulti. Cumque omnes æqualiter spiritali luce fulgerent, unum tamen principem esse ex illis voluit Christus, eumque dispensatione mirabili in dominam gentium Romam direxit, ut in præcipua urbe vel prima primum et præcipuum dirigeret Petrum. Ibi sicut doctrinæ virtute sublimis enicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratus, æterno hospitio conquiescit, præstans sedi, quam ipse benedixit, ut a portis inferi nunquam pro Domini promissione vincatur (Math. xvi), omniumque sit fluctantium tutissimus portus. In quo qui requieverit, beata et æterna statione gaudebit: qui vero contempserit, ipse videbit qualia genera excusationum in die obtendat iudicii. Me enim credo, spero, confido in Christo, quod ab ejus caritate nec tribulatio, nec angustia, nec gladius, nec persecutio, nec vita, nec mors unquam poterit separare (Rom. viii). Incumbat persecutio, sæviant leges, militi Christi gloriosius est mori quam vinci: fraudari præsentium commodis melius quam carere futuris.

EPISTOLA XV.

GELASII PAPÆ AD EPISCOPOS ORIENTALES.

Quod in Acacii aliorumque damnatione synodo nova opus non fuerit, et quod Petrum Alexandrinum absolvere Acacius sine sedis apostolicæ auctoritate non potuerit. Tum de episcopis catholicis sede sua sine discussione dejectis.

Dilectissimis fratribus universis episcopis Orientalibus Gelasius.

* * * * *

¹ Quid ergo isti prudentes viri, et argutus mentibus totius religionis interna rimantes, in Orientis partibus lasii epistola, hoc ejus legitur argumentum: *Incipit de eadem ratione reddenda ad episcopos Orientis.*

constituti, si cognoverunt huiusmodi personam ¹ in Antiochena Ecclesia constitutam, cur communicando talibus præbuere consensum? Cur non illico reclamarent, cur non se a tali contagio removerent, cum tam [al. jam] evidenter adverterent ideo Calendionem depulsum (anno 483) ut hæreticis panderetur introitus? Quare hic ² nihil de re nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? Si vero illi eorum se communioni voluntarie subdiderunt, ab apostolica sede certe separati sunt, cum talibus et apud tales, etiamsi esset necesse fieri, nulla posset omnino synodus provenire. Quod si ignorasse se dixerint qualis ³ Antiochiæ post Calendionem successisset antistes, quid mirum, si qui in Oriente positi, quæ in regione sua contigerint scire nequiverunt, ea quæ apud apostolicam sedem gesta fuerant ignorarent? Cur tamen, postquam ad eorum notitiam pervenit qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non ejus consortia continuo respuerunt? Quid excusationem de ignorantia colore prætendunt, cum hodieque et manifestata contagia perfidorum, et a nobis sæpius exprobrata sectentur? Quo satis apparet, quia ne tunc quidem etiamsi cognoscerent refutarent, quando nunc etiam publicata non renuunt. Prorsus in quamlibet se partem causationemque [al. excusationemque] convertant, manifestæ veritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatæ perfidiæ residuum ventilare. Hæc autem, quæ de Calendione venerabili dicta sunt, et in Joannis Alexandrini conveniunt eadem ratione personam. Imo, si causa eadem latius inquiretur, tantæ illic tragœdiæ, tanti reperiantur errores, ut si ipsi sint iudices qui eadem perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent. Palam enim illic aperteque monstratur, nihil aliud quam quæsitam causam, quemadmodum, catholico qualicumque depulso pontifice, hæretico Petro reseraretur accessus. Tunc istud nemo discutebat, synodum nemo poscebat, passim omnia licito fieri a quibuscumque videbantur: nullum discrimen rerum, nulla examinatio postulabatur Ecclesiæ; sed prout de unoquoque venisset in mentem, de suis urbibus catholicis pellebatur episcopus, non solum metropolitanus, sed etiam tertiæ et secundæ sedis antistes ⁴. In his nulla rerum investigatio quærebatur, nulla faciendæ concilia jactabantur. ⁵ Subrogantur hæretici, nemo resultabat: sed velut muta pecora in captionem ducta, subditiis voluntatibus perfidiam sectabantur. Non mirum quidem, si nunc eos defendere moliantur, quorum indiscussam cæcis [al. schismaticis] mentibus secuti sunt ⁶ utilitatem. Sed miramur cur eos non pudeat

A in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque pontifices nulla synodo fuisse depulsos. Si in istorum rejectione de non inito concilio conqueruntur, cognoscant se cur non et hoc in aliâ rejectione quæsierint, accusari. Si vero in cæterorum rejectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. An in catholicorum dejectione non fuit opus, et fuit magno opere congreganda in prævaricatoris damnatione confessi? Quid igitur restat, nisi ut dicant hæreticos non fuisse? Non ergo de synodo conquerantur, qui se palam communionis externæ [al. hæreticæ] perhibent sectatores. ⁷ Cur enim eis synodus necessaria fuisse videatur, qui se contra Chalcedonensem synodum venire cognoscunt, quæ Eutychianus error cum ⁸ auctoribus generali Ecclesiæ voce damnatus est? Nec dubium quod sicut in unaquaque hæresi, quod incessabiliter repetendum est, quia firmum case nullus ambigit Christianus, omnes complices, sectatores, communicatores damnatæ semel pravitate pari sorte censentur. Ideoque fit consequens, ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores, secundum illius tenorem synodi, nulla recenti facta pontificum congregatione damnati sunt: sic et qui Petro communicavit Acacius, ut criminis participes, ita consors sit factus et pænæ. Quid igitur ambigibus et nebulis ista prætexunt, ut impudentiam suam, mentemque vesanam inanibus potius fabulis ⁹ velare lethaliter, quam prodendo medicinaliter sanare contendant? Nihil enim nobis commune cum ¹⁰ hominibus communionis externæ. Ideo vocatur ad iudicium certe quæcumque persona, ut aut fateatur objecta, aut vincatur objectis. Post confessionem porro litterarum tenore depromptam cur ad iudicium vocaretur Acacius, qui se confessus est Petro, quem petita sedis apostolicæ præceptione damnarat, communionem sociasse: nec ei credi jam externæ communionis effecto, vel pro sua, vel pro illorum, vel pro Petri defensione jam posset, cui se prius miscuerat nefando consortio, feceratque se cum ejus causa sine dubitatione communem? ¹¹ Cui examinatione præmissa, et legitima si ita esset purgatione suscepto, regulariter misceretur. Sed cum eodem nondum legitime discusso atque purgato communionem sociatus, quam adhuc rem se miscuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam cum Acacius nullo privilegio fulciretur, ut de secundæ (Alexandrina) sede posset ferre iudicium, ¹² non potuit jure quemquam damnare. Simili modo, nisi primæ (Romanæ) sedis auctoritate percepta, nec examinandi Petri jus habuit, nec recipiendi penitus potestatem. Quo regulariter constituto, nec apud nos Petro ullatenus absoluto, quem damnasse nos novi-

¹ Intelligit Petrum Gnaphæum sive Fullonem.

² Cod. Veron., nihil de re, nihil de synodo, nihil de fide Christiana.

³ Id. cod., apud Antiochiam post Calendionem, et ubique in eodem codice Calendion scribitur cum K.

⁴ Calendion Antiochenus et Joannes Talata Alexandrinus. LABBEUS.

⁵ Id. cod., subrogabantur.

⁶ Id. cod., visitatem.

⁷ Id. cod., Cur ergo.

⁸ Id. cod., cum suis auctoribus generulis

⁹ Id. cod., celare.

¹⁰ Id. cod., Qua ex minatione.

¹¹ Id. cod., potuit jure damnare.

mus, examinasse vel absolvisse, nescimus; restat ut illud demonstremus, eundem Petrum, quem se purgatum communionem recepit, e præterit Acacius, nunquam ab hæreticæ communionis contagio cessasse: ac non solum ipso tempore quo ei communicavit Acacius, sed etiam post communionem prævaricatoris Acacii, semper Alexandrinum Petrum in hæreticorum collegio perdurasse. Atque ita et per hunc Acacium perfidæ communioni suscepisse contagium, et per eandem illis hæreticis, quibus Petrus communicabat, eadem peste junctum. Qui præsumpsit non servato ordine Petrum suscipere, nec examinatum eum, nec cognoscitur recepisse purgatum: et ideo præter sedis apostolicæ notitiam, non legitimam sibi ejus receptionem usurpare voluisse, ut examinationem ejus et purgationem posset pro sua voluntate mentiri [al. metiri], atque eum nec examinatum, nec recipere omnino purgatum. Quem si revera vellet examinatum purgatumque recipere, ordinem in ejus examinatione et receptione potius custodisset, ne videretur magis, quam veraciter posset jure purgare. Sicut ergo ante non prius damnavit quam et referret et posceret ab apostolica potestate damnandum: sic et in recipiendo modum servare debuisset, ut primum se ei communionem misceret, per sedem apostolicam posceret examinari eum, et legitima ratione purgari: cum nec examinandi aut recipiendi eum haberet ipse pontificium, et non nisi per illius sedis auctoritatem consensumque hoc posset implere, sine ejus auctoritate eum non poterat ipse damnare et ejus principali diligentia, et discuti potuit et purgari, et ad communionem convenienter admitti. Cum enim constet semper aut sedis apostolicæ auctoritate hujusmodi personas, aut discussas vel esse purgatas, aut sic ab aliis quibus competeat episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex sedis apostolicæ consensione penderet: ubi utrumque deficit, nec discussionem legitimam, nec purgationem firmam, ac per hoc receptionem fuisse constat indebitam. Si tu absque mea communionem Petrum judicasti esse catholicum, meque despecto tuo eum jure recepisti, quid censes, si illum ego a communionem meam, quam tu voluisti contemptam, tanquam absque tua notitia vel consultatione repulerim? Vis acquiescere? meus es. Non vis acquiescere? non meus es. *Qui enim mecum non est, contra me est; et qui mecum non colligit, spargit* (Math. xii). Quæro abs te, Petrum hæreticum fuisse putas, an catholicum, an ab hæresi postea esse correctum? Si hæreticum, nullatenus eidem communicare debuisti, et eidem communicando, hæretici te manifestum est factum fuisse participem, et ejus consequenter ex synodi tenore veniente damnatione

constringi. Si catholicum, palam totius dogmatis es defensor, quod catholicum esse pronuntias. Ac nihilominus illius errore censi, si hæreticum fuisse definias, sed postea correxisse præteras, eique te purgato communicasse pronunties. Interim in cujus persona me negligendum esse credidisti, causari non potes quod in hac eadem te ejus persona neglexerim. Deinde cum sine me jus non habueris vel absolvendi vel recipiendi hujusmodi rite personam, nec purgatum legaliter, nec regulariter constatesse. Quam regulariter non acceptam, tam legaliter non constat esse purgatam; et ideo non jure purgatam, quia legaliter non receptam. Mea enim in illum inante sententia, te sine me pontificium, ut meam sententiam resolveres, non habente, qua potestate vel discussus est vel qua auctoritate receptus assertitur? Ecce interim in his causa vestra mutata et labitur; et si hæc sola fuit, prorsus tota destruitur. Sed est adhuc aliud, quod ad cumulum vestre convictionis accedat. Quid enim si doceatur; non solum priusquam in ejus communionem veniretis, neque tantummodo cum ad ejus communionem venistis, sed etiam postea in hæreticorum nihilominus eum communionem durasse: nonne aut per illum apud vos communio perveniebat hæretica, aut in hæreticam communionem vos ejus commercio transibatis? Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communionem desisse, et non usque ad diem cum Antiochenus Petrus in hac luce versatus est, individuum utrisque fuisse consortium. An dicturi estis et Antiochenum Petrum fuisse correctum, cui usque in finem se non communicasse gloriabatur Acacius? Sed quod profuit, quod illi per seipsum communicare non voluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum sine ulla se communicare putaret invidia? Quid facimus de tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici pontifices sunt repulsi? Si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt rejecti? Sed evidenter apparet, quia cum catholici sunt rejecti, non catholici sunt subrogati. Restat ut catholicis hæretici quicumque successerint. Cur eis temere communicastis? cur non, ut ista nova facies rerum, et tanta tragedia de pontificum successione viventium a synodo discuteretur egistis? An de uno dolet Acacio, quod speciali synodo non fuerit confutatus, cum proprium crimen suis litteris ipse detexerit, nec audiri debuerit jam sponte confessus; et de tantis pontificibus catholicis non dolet sine ulla discussione seclusis? Qui utique, si catholicos nosset eos quorum communionem vitaverant, his potius communicare maluissent, quam non communicantes eis dura persecutione depelli. Ecce tanti catholici sacerdotes hoc ipso se indicant, quid apostolica sedes censuerit cognovisse, constan-

¹ Id. cod., quo et ita communicavit.

² Id. cod., sed ut videretur

³ Id. cod., purgari.

⁴ Id. cod., purgatam.

⁵ Id. cod., receptam.

⁶ Al., meo pontificio, ut meam sententiam resolveres,

jus non habente. LABBEUS.

⁷ Al., auctoritas: et si hæc sola sint, prorsus tota subruunt.

⁸ Cod. Veron., sed adducitur.

⁹ Id. cod., cur usque.

¹⁰ Id. cod., quid profuit.

terque probasse retinendum, quod communionem catholicam reservantes, et eos qui apostolicæ sedi communicarent, elegere consortes; et illos quibus sedes apostolica ¹ decreverat minime communicare, usque ad persecutionis incursus ² renuere consortes. Certe quæ sedes apostolica decreverat, Orientalibus episcopis non innotuisse jactatur. Uide ergo tot tantique pontifices unum idemque cum sede apostolica sentientes, eamque probantes apta religioni sacrosanctæ veraque sanxisse, quæ non solum sequenda sibi ³ judicaverunt, sed etiam usque ad persecutionem viriliter exerenda [*al. exsecranda*]? Ecce habuistis qui apostolicæ constitutionis, et notitiam vobis ingererent, et retinendi constantiam ministrarent, si apostolica sedes misisset, vix duos aut tres dirigere potuerat. Ecce tot pontifices, apostolicæ sedis scita sectantes, ingerunt vobis notitiam, et præhent servandæ veritatis exempla. Qui contra tantos clausistis oculos ibidem constitutos, quomodo duos vel tres audire possetis? Hoc ipso sine dubio cognovistis illos apostolicæ sedi placere, quod vos displicere videbatis. Aut illos ergo sectamini, per quos intelligebatis sedis apostolicæ voluntatem: aut nihil est quod de ignorantia velitis obtendere, cum indiciiis tantis et talibus abutentes, sedis apostolicæ constituta, tantis testimoniis prædicantibus, respuere potius quam recipere maluistis. Nunquid omnes isti quos memoravimus episcopi imperatori mentiti sunt ⁴? nunquid omnes imperatoris nomen ex diptychis abstulerunt ⁵? Cum igitur pellerentur, et vivis pontificibus catholicis successores hæretici crearentur, et non de inferioribus quibusque civitatibus, sed etiam metropolitani pontifices in catholica jugiter communionem durantes, ⁶ cur compassi non estis tantis fratribus vestris? cur non adistis imperatorem? cur non Ecclesiæ causam et sacerdotii miserabilem decolorationem in continuatis vocibus deflevistis? allegantes nunquam de pontificibus nisi Ecclesiam judicasse: non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque Ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus; obsequi solere principes Christianos decretis Ecclesiæ, non suam præponere potestatem, episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus judicare. Quibus Ecclesiæ conciliis, qua synodo pellerentur? quid denique commisissent, ut sine ulla discussione rerum, tot Ecclesiarum præsules pro humano libitu et sæcularis potestatis arbitrio pellerentur? Inauditos, indiscussos, ⁷ convictos non debere percelli. Maxime cum novæ causæ et nova rerum facies appareret, ut reciores isti plebium repentinis incursionibus,

A pro mundanæ potentiae voluntate, sacris dignitatibus privarentur. Ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatus, nec participio conjuisset erroris jam ante damnati, teneri eos convicque consortes, ut tanquam ex præterita definitione judicarentur obstricti. Et ideo, quia nullis ante præcedentibus causis ⁸ retenti essent, cur ejcerentur, incursus qui illi essent, debere monstrari, et ecclesiasticis legibus, ut semper, oportere constare. Saltem vel pro vestro loco illorum duceretis miseris consulendum, formidantes in vobis quod in aliis cerneretis præter ullum morem violenter admitti. Si crimine respersi erant aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci. ⁹ Tacitam et ad sedem apostolicam ex more deferri, ne nostra privilegia curare videamur. Satis sit ostendere quid secundum regulas et Patrum canones facere deberetis. Præcipue cum etiam ipsæ leges publicæ ¹⁰ ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas non nisi ab episcopis sanxerint judicari. Si vero de qualibet hæresi fuerant impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui et secundum religionis tenorem possent ista discutere, et haberent pristinum, ex quo est Christiana religio, pontificum judicandi. Aut catholici enim erant, aut hæretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur, et atrocina detestanda sæviebant. Si hæretici, prodi, discuti, et legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus vel aliorum vocibus confutari. Taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum, tantumque commoneo quid fieri ecclesiastico jure convenerat. Si vero catholici probabantur, vos, qui non solum in eorum depulsione ¹¹ cessistis, sed etiam subrogatis communicare delegistis, indubitanter ¹² hæretici. Qui depulsis catholicis ¹³ secedentibus, non ignorastis causam fidei communionisque catholicæ per tantos antistites toto orbe patefactam; sed plane scientes volentesque, sine ulla discussione rerum, sine ulla synodali examinatione, sine ulla sedis apostolicæ reverentia, assensistis hæreticis; libenter habentes, patienterque sinentes, catholicos antistites inaudita prius et miserabili sorte detrudi. Quos si a fide integra communionisque catholica putaretis errare, ad apostolicam sedem, secundum scita majorum, et sicut semper est factum, referre debuistis: sicut de Petro (Mongo) Alexandrino, vel de Antiocheno Petro (Gnapheo), de (Apameno) Joanne et Paulo fecisse monstratur Acacius. Sed quoniam noveratis eos cum apostolica sede sentire, et quid sedes apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat Orientales antistites nullatenus ignorasse, ¹⁴ et vos catholicæ atque apo-

¹ Id. cod., *minime communicaret.*

² Id. cod., *tenuere.*

³ Id. cod., *judicaverint.*

⁴ Hoc prætextu Joannes Alexandria ejectus an. 481. LABBEUS.

⁵ Hoc prætextu Calandio Antiochia ejectus an. 483. LABBEUS.

⁶ Cod. Veron., *Cur igitur*

⁷ Id. cod., *inconvictos.*

⁸ Id. cod., *recentes.*

⁹ Id. cod., *Taceo.*

¹⁰ Cod. Theod. de Episcopis cap. 41 et appendicis cap. 45. Item lib. xvi, tit. 2, cap. 23. LABBEUS.

¹¹ Cod. Veron., *cessastis.*

¹² Id. cod., *hæreticis.*

¹³ Id. cod., *succedentibus.*

¹⁴ Id. cod., *et per illos.*

stolicæ communioni prodidisse contrarios, et ab eadem defecisse, cum non illis estis passione conjuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi. Hic vobis synodus nunquam venit in mentem; et certe de personis, ut dictum est, nulla veteri lege constrictis. Illic nullo consilio, non unius urbis vel unius episcopi, sed totius Orientis Ecclesias, subiit animum vestrum facto sacerdotali concilio debere curari. Sed homines, qui in contrariam partem toto proposito, et toto recesseratis [*al. recideratis*] affectu, concilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur, quo vobis, rebus evidenter ostensis et legitime confutatis, in hæreticorum non liceret venire consortium. Quid igitur de ignorantia prætenditis, cum per totum Orientem catholicam fidem communionemque sinceram sedi apostolicæ congruentem, non solum cognovisse tot pontifices videbatis, sed etiam usque ad extremum constantissime defendisse? Si nos non audieratis quid de fide et communione catholica atque apostolica censeremus, illos aspicere debuistis, et aut sequi, si credebatis esse catholicos, aut apud apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse. Quid illos juvat vel suo proposito illam tenuisse sententiam, ¹ aut cognoscendo quid sedes apostolica definiret? Aut igitur collegas et fratres de proximo in conspectu vestro, vel catholicos sequi debuistis, vel impetere si credebatis e. rare; nec illis a quibus nullo discrimine vexabantur, præbere consentium, donec veritas ex omnibus patefacta constaret, et regulariter de eis ecclesiastici iudicii forma procederet. Sin vero sedis apostolicæ regulam subsequendo perspiciebatis illos hanc tenere constantiam, consequenter per illos, et quid nostra definitio contineret, non habuistis incertum; et illorum persecutoribus annuendo, a sedis apostolicæ, non ignorantibus ejus sententiam, consortio retrocessistis [*al. vos retraxistis*]. Et adhuc dicitis ignorasse vos quid sedes apostolica censuisset, cum ab illis sacerdotibus catholica fide et communione polleantibus, non verbis aut litteris, sed personis præsentibus, didiceritis universa, et ab eadem vos proprio iudicio separasse videamini. ² Dicitis etiam ³ synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quæstistis. Quibus autem vultis, ut de talium causarum relatione credamus? catholicis an hæreticis? ab omni hæreticorum contagione discretis, an hæreticorum communione pollutis? Quis autem non videat illos esse catholicos et ab omni hæretica peste prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, et in exilium sunt reducti: et eos qui superstitionibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut

A Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes? Hæc pestis apud eos hodieque perdurat. Siquidem et cum Petro Alexandrino, et cum Antiocheno Petro, indifferenter ii qui catholici successerant communione permixti sunt, et successoribus utriusque Petri hodieque miscentur. His adde etiam illos qui, licet catholicis non successerint, sed dum catholici pontifices haberentur, talium se communione junxerunt. Hæc illa mixtura, hæc est illa confusio, qua per Orientem totum inter catholicam hæreticamque communionem nulla discretio est: imo qui discerni tentaverit, potius habetur hæreticus, persecutione percellitur, exsiliis et afflictione multatur. Restat ergo ut in hac colluvione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, sinceræ communionis et ideo catholicis comprobatur: ita quisquis illius detestandi commercii particeps invenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica sit remotus. Nec prætendat quisquam, quod alicui forsitan evidentiori non communicasset vel communicare videatur hæretico. Quid enim juvat, si illi non communicet, et his tamen communione ⁴ jungitur, qui ab illius non sunt communione diversi? Quod si eorum nulli communicavit, vel non omnino communicat, hic erit ille sinceræ, catholicæ, apostolicæque communionis et fidei, alioqui nullo modo poterit indiscretæ illius mixtionis insincerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare jactabat, per alios sine ambiguo communicasse detegitur. Neque enim ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communionem suspendit. Ac per hoc quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices subsicivæ [*al. sub signo*] communionis nectebatur? Alexandrino Petro communicavit Acacius. Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum, cæterorumque ⁵ in catholica durantium, nec conscientiam latere potest totius Orientis. Et ut taceam, quod per ipsum Zenonem imperatorem, qui utique Antiocheno Petro, quem introduxerat, et cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permixtus, communicabat Acacius, plurimos diversarum urbium præsules possumus demonstrare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nihilominus communicabat Acacius, et per illos Antiocheno communicabat consequenter et Petro. Sed hæc apud Græcos faciliis et inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri fal-

¹ Id. cod., *an cognoscendo*.

² Hic in cod. Veronensi inseruntur ea quæ protulit cl. Maffei in sua præfatione ad supplementum Acacianum, tom. VII, pag. 1069. Sed cum eadem omnino legantur in epistola Gelasii ad Dardaniam episcopos non solum in editione Labbeana sed

etiam in Quesnelliana, ac in eodemmet Veronensi codice, in quo solo hic repetitur, illa potius epistolæ ad Dardanas adjudicarem.

³ Id. cod., *Et adhuc dicitis synodum*.

⁴ Id. cod., *jungatur*.

⁵ Id. cod., *n catholica fide*.

sique discretio; et cum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. Hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per penitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a sede apostolica poposcit Acacius. Ac per hoc queruntur a nobis Acacium fuisse damnatum; cum hac professione præmissa, et per infectos Antiocheni Petri recepta communionem, se doceatur ipse damnasse. Ubi tamen non solum reus teneatur Acacius, sed omnes pontifices Orientales, qui pari modo in hæc cecidere contagia, meritoque simili damnatione tenentur obstructi, nec inde possint ullatenus expediri, nisi dum supersunt a talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis nisi illis credere, qui aut omnino se sciunt ab hujus perfidiæ nexibus divino beneficio servare discretos, aut his qui a perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis, quam fidem pro sinceræ communionis testificatione possumus adhibere, qui in sincera communionem sunt polluti? Nec eorum testimoniis niti pro veritate poterimus, qui impugnare non verentur [at. nituntur] falsitatibus veritatem. Restat ut non nisi illis credere debeamus qui ab omni contagione sunt liberi.

EPISTOLARUM

GELASII PAPAË DECEM FRAGMENTA.

(Ex Collect. canonum card. Deusdedit.)

Gelasius Cælestino episcopo.

(Lib. I, cap. 141.)

In ecclesia beati martyris Eleutherii, quæ in Histoniensium civitatis parochia prolatur esse constructa, Julianum diaconum, si nil in eo est quod contra canonum veniat instituta, presbyteri honore decorari: sciturus eum visitoris te nomine, non cardinalis creasse pontificis.

Idem Sabino episcopo.

(Ibid.)

Quartum defensorem diaconum sibi consecrari populus Grumentinæ civitatis exposcit. Hunc ergo, si nil est quod ejus personæ possit opponi, diaconii protectione decorari: ut noverit tamen dilectio tua hoc se delegantibus nobis exsequi visitoris officio, non potestate proprii sacerdotis.

Gelasius Quinigesio et Constantino episcopis, inter cætera.

(Lib. IV, cap. 56.)

Felix et Petrus Ecclesiæ Nolanzæ clerici contumacer et contra constitutum rebelles ad comitatum filii mei regis putaverunt esse properandum, dicentes sibi vim fuisse generatam, tacito clericatus officio: et auctoritate promerita contra civilitatem redemptis sibi barbaris suprascriptum episcopum suum gravibus injuriis et dispendiis affecerunt. Proinde necessarium fuit ut ad eundem dominum filium meum supradictus frater noster Sernus episcopus convolaret, ostensaque fraude secundum beatitudinem temporum suorum vir præcellentissimus filius

¹ Id. cod., *quid queruntur.*

² Id. cod., *per anfractus.*

³ Id. cod., *teneantur.*

A mens Theodorius rex ad nostrum contumaces clericos remisit examen.

Gelasius Victori episcopo.

(Lib. III, cap. 95.)

Dudum de Sanctæ Agathæ basilica, quæ in Caelano fundo olim noscitur constituta, processionem sub nostra consultatione suspenderas, assereis possessionis dominum omnia quæ illi conferebantur accipere, et suis usibus applicare; nec illic possessionem Dei aliquos ad processionem venire, cum nulla illic alimenta susciperent. Sed nuper vir spectabilis Petrus noster nobis rationabiliter intimavit, hoc quod in culpam venerat se taliter ordinasse, ut universa quæ in Ecclesia supra dicta diversorum fuerint oblatione collata, ad episcopum aut ad eum cui basilicam deputaverit, universa pertineant: ita ut ex hoc compendio sarta tecta ecclesiæ procurentur. Et ideo frater saluberrimæ dispositionis professione suscepta, processionem supradictæ ecclesiæ te convenit ordinare.

Gelasius Respecto et Leonino episcopis.

(Lib. III, cap. 93.)

Joannes archidiaconus Falerionensis urbis eversionem ecclesiæ ab eo qui præsulis nomine censetur effectam grandi nobis supplicatione conquestus est; ita ut se videlicet de loci sui administratione dejecto, iter sibi liberum ad depopulandas facultates aperiret ecclesiæ. Nam ministeriis et ornatu pro sua voluntate distracto, prædium etiam paternum, quod in alimoniam clericorum decessor ejus reliquerat, velut proprium suis utilitatibus vindicavit: obviantemque supradictum archidiaconum, cæterosque complures, qui pariter reclamabant, ab ordinibus suis creditur excludendos. Et ideo, fratres carissimi, Divinitatis intuitu Ecclesiæ causam summa attentione trutinantes, omni veritate discussa, de compertis circa nostris auribus relatione signate; ut perspecta instructione diligentia vestra quid fieri debeat censeamus.

Gelasius Justo et Stephano episcopis.

(Lib. III, cap. 97.)

Frater et coepiscopus noster Proficuum Salpinæ sacerdos Ecclesiæ petitorii nobis insinuatione suggestit, Brumarium spectabilem virum, cum nullis exstantibus causis servum ecclesiæ gravissima cæde mactasset, tunc etiam ad augendam violentiæ suæ pervicaciam supradictum antisitam gravissimis contumeliis affecisse. Et ideo, fratres carissimi, si a vobis admonitus ad iudicium vestrum inquisitionemque convenerit, veritate discussa unde tantus superbiæ spiritus aut violentiæ conceptio fluxerit, quidve fuerit quod pontifex tanta laceraretur insolentia, nostris auribus relatione signate. Aut si forte simili præsumptione contempserit, potestatem sibi supradictus pontifex noverit esse concessam, quatenus apud ju

⁴ Id. cod., *in insincera.*

⁵ Id. cod., *positi.*

dicem provinciæ atrocium injuriarum quærat propositione undictam.

Gelasius Majorico, Sereno et Joanni episcopis.
(Lib. III, cap. 98.)

Qui et humanis legibus incivili temeritate calcatis, et reverentia religionis abjecta, vel ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum prosilire dispendium, nec hujusmodi saltem communi convictique nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sancire, merito divini muneris sunt participatione privandi: ut hujus perceptione ne careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Quapropter Dionysii, qui sicut vestræ textus relationis ostendit, non solum Vibonensis Ecclesiæ jura turbare, sed etiam repensare, quod nequiter admiserant, respuerunt, sacræ communionis arceantur accessu, donec quæ honori divino competunt discent devota mente deferre. Contra quos etiam quidquid publicis legibus agi poterit, minime negligatur. Ut qui utrumque temperunt utrisque cohibiti, tam sibi quam cæteris præbent quod necessaria disciplina poscit exemplum. Cælestinus vero presbyter fratris et coepiscopi nostri Sereai qui contra pontificale judicium, contraque apostolicæ sedis mandata prorumpens supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur. Ut nullus Ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat.

Gelasius Joanni episcopo Pisano.
(Lib. III, cap. 99.)

Ecclesiastica ministeria, quæ unicuique basilicæ fidelium devotio deputavit, ad aliam ecclesiam nullo debent surripiente transferri. Et ideo, si hujus juris portitoris petitio veritate subsistit, calicem quem decessor tuus abstulit, ecclesiæ cujus fuit resitue sine intermissione.

Gelasius Natali episcopo.
(Ex Anselm. lib. VI, cap. 39.)

Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum jura turbare, ac privilegia quæ metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas, temeraria præsumptione pervadere; propter quod etiam communionis apostolicæ desiderant tenere dissidium, quo scilicet ab ejus auctoritate divisi velut impune proprias usurpationes exercent: non respicientes quod æterno judici rationem tam de catholicæ sinceritatis injuria, quam de traditionum præjudicio paternarum non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri. Si in hac obstinatione permanerint, caritatem tuam duximus instruendam, nos pariter ad metropolitanos vestræ provinciæ, sive cujusquam contiguæ, quæ catholicam servant unitatem, magnopere delegasse, ut

¹ In vetustissimo codice Frisingensi iste tractatus legitur, et in eo pariter incipit ab his verbis: *Ne for e quod solent*. Titulum autem hunc præfert: *Tomus de anathematis vinculo papæ Pelasii* (sic).

² Ms. codex Veronensis capituli, cum quo collatus

obvultes episcopos in eadem regione metropolitanis suis debeat ordinare; eundemque ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, non nisi comprovinciales episcopi juxta formam veterem studeant ordinare; quatenus quæ veneranda decrevit antiquitas nullus sibimet contra fas usurpare contendat.

Gelasius clero, ordin. et plebi Brendesii.
(Ex Anselm. lib. VI, cap. 46.)

Concesso vobis quem petistis antistite fratre jam et coepiscopo meo Juliano, necessarium fuit eodem ad ecclesiam suam mox remisso ad vos nostra scripta pariter destinare; quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne unquam ordinationes præsumat illicitas. Ne bigamum et qui virginem non est sortitus uxorem, atque illitteratum vel obnoxium, in aliqua parte corporis debilem, notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis atque incognitis vel expetentibus cavere debet; quia hujusmodi a venerabilibus prohibentur officiis, ac nihil ex ministeriis atque ornatu postremo de quacunque re quam constat ad ecclesiam pertinere, audeat in alterum qualibet ratione transferre. Reditus et oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum sibi unam ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quarum rationem divino est redditurus examini. Sacris quoque ordinibus applicandos hac observatione promoveat, ut jejunio quarti, septimi et decimi mensis vespere sabbati presbyteros atque diaconos ordinandos esse cognoscat. Venerabilis etiam baptismi sacramentum nisi in festivitate paschali et Pentecostes tradere non præsumat, exceptis agritudine laborantibus.

¹ GELASII TOMUS

DE ANATHEMATIS VINCULO.

Acta Chalcedonensis concilii ea tantum rata quæ sedes apostolica approbavit; juxta quæ in Acacium statuta; et Petrum Alexandrinum a sede apostolica solummodo potuisse absolvi.

* Ne forte quod solent, dicant, quod si synodus Chalcedonensis admittitur, omnia constare debeant quæ illic videntur esse deprompta. Aut enim ex toto admitti oportere, aut si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse. Cognoscant igitur illud secundum Scripturas sanctas traditionemque majorum, secundum canones regulasque Ecclesiæ, pro fide² communi, et veritate catholica et apostolica, pro qua hanc fieri sedes apostolica delegavit, factamque firmavit, a tota Ecclesia indulgenter admitti; alia autem quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes apostolica gerenda vultu tenus delegavit, ³ mox a vicariis sedis apostolicæ contradicta, manifestum est; quæ sedes apostolica, etiam petente

est a Francisco Blanchino hic tractatus, hic legitur, pro fide communionis, etc.

² Id. cod., quæ mox a vicariis.

³ Abruptum principium tomi imo potius deesse principium credibile est.

Marciano principe, nullatenus approbavit; quæ præ-
 sid Ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatholius,
 nec se præsumpsisse professus est, et in apostolicæ
 sedis antistitis non negavit posita potestate: quæ
 ideo, sicut dictum est, sedes apostolica non recepit,
 quia quæ privilegiis universalis Ecclesiæ contraria
 probantur, nulla ratione sustinet. Quid enim? Quia
 in libris sanctis, quos utique veneramus et sequimur,
 quoniam quorundam illic et profanitates esse feruntur,
 et scelera gesta narrantur, ideo nobis pariter
 aut veneranda sunt, aut sequenda, quia in illis sanctis
 libris et venerabilibus continentur. Sanctus Petrus
 primus apostolorum, sic existimans Novi Testamenti
 gratiam prædicandam, ut a legis veteris non
 recederet institutis, quædam per simulationem legi-
 tur inter Judæos gentilesque gessisse. Nunquid ideo
 aut illa ejus sequenda sunt, quæ merito et coapostolus
 ejus facta redarguit, postea consequenter ipsa vitavit,
 pariterque assumenda sunt cum his quæ (ut pote prius
 apostolus) salubria prædicavit? Nunquidnam aut
 ejus recta doctrina cum his quæ humanitus acciderant
 repudianda est, aut illa adhuc imbecillibus inscitia,
 cum perfecta ejus suscipienda est doctrina? Nunquidnam
 in ipsorum hæreticorum libris non multa quæ ad
 veritatem pertineant posita relegendur? Nunquidnam
 ideo veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi
 pravitas inest, refutantur? Aut ideo pravi libri
 suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ illic
 inserta est, non negatur? Ait Apostolus: *Omnia
 probate; quæ bona sunt tenete* (1 Thess. v). Sci-
 mus Apostolum (Act. xix) etiam de pagatorum
 libris aliqua posuisse. Nunquid ideo etiam cuncta
 recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prola-
 a? Ipse Apostolus (Philipp. i) ait multos prædicatores
 aliter atque aliter Christum prædicare, ubi licet
 quocunque modo, Christum prædicatum oportet ad-
 mittere, tamen non ideo illum morem, quo non recte
 prædicatum est, non admonet evitare. Malos opera-
 rios ipse conqueritur (Philipp. iii), quorum alia re-
 futanda, alia docet esse sectanda. Hæc et hujusmodi
 exempla nos edocent, et testimonia divina confir-
 mant, non omnia passim a quocunque dicta, vel ubi-
 cunque scripta, indifferenter accipere, sed retentis
 bonis, quæ noceant refutare. Peccatori homini mors
 illata est, et tamen homini Jesu Christo mors illata
 ream fecit esse diabolus: quia ubi causa mortis non
 erat (puta peccatum) non debebatur et poena. Sen-
 tentia præfigitur, vel præfixa est semper errori. Quæ
 sententia huic errori præfixa, nunquam omnino
 resolvitur. Sicut enim, in quantum est ipse error,
 nunquam error esse desistit, sic a sententia præfixa
 nunquam resolvitur, quia error qui agnoscitur esse
 damnatus, et eadem quandiu manet error, probatur
 astrictus. Itaque qui in eo errore sunt, sententia
 erroris obstricti sunt; et quandiu in eo manent, nul-
 latenus absoluti sunt, sicut nec ipse in quo sunt

A error absolvitur. Error enim ipse nunquam veniam
 promeretur; sed qui eo veraciter caruerit, atque ab
 ejus participatione discedit. Quandiu ergo in eis est,
 error damnationem suam tenet, nunquamque resol-
 vitur, quia error semper poenam meretur. Participes
 vero ejus, aut semper sunt et ejus poenæ participes,
 si in eodem perstare non desinant: aut si ab eodem
 recesserint, quam alieni facti sunt ab errore, et ab
 ejus participatione discreti, tam et poenæ ejus erunt
 consequenter alieni. Cui erranti poena præfigitur,
 quandiu manet errans, eadem poena constringitur;
 quia errans esse non potest sine poena errati. Hæc
 eadem poena perpetua est, nunquamque solvenda
 quandiu errans esse perstiterit. Qui si errans esse
 destiterit, poena, quæ erranti est præfixa perpetua,
 non erranti, id est alteri effecto quam cui præfixa
 est, non solum non potest esse perpetua, sed nec esse
 jam poena. Non est enim ipse cui præfixa est. Er-
 ranti enim præfixa est, non non erranti. Quæ enim
 erranti præfixa perpetua est, et perpetuo constringit
 errantem, non errantem non potest jam tenere. Sit
 erranti dicta fore perpetua, sit erranti dicta nunquam
 esse solvenda. Manet omnino et vere, certumque
 est, quod in ea præfixum est; nec potest prorsus
 absolvi, quandiu manenti præfixa debetur erranti. Non
 erranti autem nec poena potest esse, quæ non erranti
 non debetur inferri. Nec mutatur illa omnino nec
 solvitur quæ debetur erranti. In suo ergo tenore illa
 præfixa est, in suo jure non potest omnino resolvi;
 in non suo tenore, quæ esse non potest, jam doce-
 tur esse vacuata: et jus illic penitus non habere,
 ubi causam non habet existendi. Plenæ sunt sanctæ
 Scripturæ tali forma justitiæ. Dicitur: *Pereant pec-
 catores a terra, ita ut non sint; peccatores ut desistant
 esse peccatores. In hoc pereant, ut esse deficiant pec-
 catores* (Psal. ciii). Cælum si prorsus peccatores,
 secundum prophetæ sententiam, usquequaque
 deperirent, ut substantialiter non subessent: qui
 salvari potuissent a Redemptore nostro, qui *venit non
 justos vocare, sed peccatores* (Luc. v)? vel de quibus
 dicit Apostolus: *Christus venit in hunc mundum pec-
 catores salvos facere, quorum primus ego sum* (1 Tim. i;
 Rom. v)? et: *Cum peccatores essemus, misit Deus
 Filium suum* (Galat. iv), et cætera hujusmodi? Hic
 vera plurimi etiam substantialiter perierunt peccatores,
 in peccatis suis utique permanentes, veraque in
 eis sententia dicta permansit, nunquamque resoluta
 est; et tamen eadem in talibus, quibus præfixa est,
 permanente perpetua, quodam genere factum est,
 ut in talibus non usquequaque manentibus, id est, in
 peccatis suis non usquequaque durantibus, sententia
 tamen præfixa talibus permaneret. Nam et ipsi pe-
 rierunt; sed esse peccatores, ut dictum est, non pœ-
 naliter, sed remedialiter, quodam et ipsi genere pe-
 rierunt; quodam genere et in ipsis mansit præfixa
 sententia, donec permanens eos efficeret non esse

¹ Id. cod., *subsistant.*

² Id. cod., *pravitatis interest.*

³ Id. cod., *in quo sunt errores, absolvitur.*

⁴ Id. cod., *Cum.*

⁵ Id. cod., *in eo.*

peccatores, vel peccatores non esse perficeret. Com-
 pta est et in eis sententia, ¹ nec quo tenore peracto
 permanens illa sententia pereuntibus peccatoribus,
 ita ut non essent utique peccatores. At ea jam in non
 peccatoribus manere non potuit, quia in eis quibus
 inflictæ non fuerat jus manendi penitus non habebat.
 Ita nec in suo jure vel tramite ullatenus sententia
 resoluta est, et eadem in his quibus inflictæ est, per-
 manente, ab his qui ab ejus jure discreti sunt, aliena
 prorsus effecta est. Nec in his, salva sui conditione,
 fas haberet manendi, quibus inflictæ non erat. Dixit
 Dominus, quod in Spiritum sanctum peccantibus,
 nec hic esset nec in futuro saculo remittendum
 (Matth. xii).

Quantos autem cognoscimus in Spiritum sanctum
 de inquentes, sicut hæreticos diversos, Arianos, Eu-
 nomianos, Macedonianos, ad fidem catholicam re-
 vertentes, et hic remissionem suæ percepisse blas-
 phemiæ, et in futurum spem sumpsisse indulgentiæ
 consequendæ? Nec ideo non vera est Domini senten-
 tia, aut putabitur esse ullatenus resoluta, cum circa
 tales si hoc esse permancant, nunquam omnino sol-
 venda persistat, effectus autem non talibus non ir-
 rogata. Sicut etiam est consequenter et illud beati
 Joannis apostoli: *Est peccatum ad mortem: non dico
 ut oretur pro eo; et est peccatum non ad mortem:
 dico ut oretur pro eo (I Joan. v): est peccatum ad
 mortem, in eodem peccato manentibus; est pecca-
 tum non ad mortem, ab eodem peccato recedentibus.*
 Nullum est quippe peccatum pro quo aut non oret
 Ecclesia ² remittendo, aut quod, data sibi divinitus
 potestate, desistentibus ab eodem non possit absol-
 vere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur: *Quæ-
 cunque dimiseritis super terram, dimissa erunt et in
 cælis; et quæcunque solveritis super terram, erunt so-
 luta et in cælis (Matth. xviii, 18).* In quibuscunque
 omnia sunt, quantacunque sint, et qualiacunque sint:
 veraci nihilominus eorum manente sententia, ³ quæ
 nunquam solvenda esse denuntiatur: in eorum te-
 nore consistens, non etiam ab hoc eodem post recedens.
 Quod etiam in Acacii sententia rationabiliter
 inveniendum est, in qua etiamsi ei dictum est, nun-
 quamque solvendus, non est adjectum tamen, etiamsi
 resipueris, etiamsi aberrare descesseris, etiamsi præ-
 varicator esse destiteris. Quapropter in aperto est
 ita dictum, nunquam solvendus, sed talis, scilicet,
 qualis est et ligatus, non autem talis effectus qui
 sicut ligandus non erat, sic absolutus esse docebat.
 Sicut carebat obligatione, cum obligationis causa
 carui set: sic utique absolutus existeret, quatenus et
 ipse non necessitate dictæ sententiæ videretur non
 posse quodammodo jam solvi; ⁴ nam talis effectus et
 obligatione carens, fieret absolutus, et circa tales
 præfixa sententia nullo modo ⁵ insolubilis redderetur.
 Nunquid enim misit, quærsivit, expetiit, et ab-

jectus est? Itaque ipse in se insolubilem fecit esse
 sententiam, qui talis permanere delegit, qualis ve-
 raciter non posset absolvi; et noluit talis effici, circa
 qualem, permanente sententiâ circa tales, effectum
 non talem insolubilis sententia non maneret, quæ
 circa effectum non talem non haberet licentiam
 permanendi. Quo magis (ut dictum est) exemplo at-
 que periculo admitti, qui eodem tenore sunt con-
 stricti, festinare debent ut non tales esse perma-
 neant quibus sententia illa non solvenda præfixa
 est, et esse tales incipient qualibus non insolubilis
 præfixa sententia possit esse solubilis. Quoniam au-
 tem effectum non tali quali non solvenda præfixa sen-
 tentia est, effecto, inquam, non tali, potest solubilis
 esse sententia; quia jam Acacio, non volenti non
 talem esse, sicut tali usque in finem permanenti, per-
 mansit in absoluta sententia: ita jam non tali effici
 non volenti solubilis non potest esse sententia.
 Nonne tantos habebat Acacius quorum exemplum
 sequi potuisset, antistites, qui, in Ephesino prolapsi
 latrocinio, quolibet modo in consensionem reciderant
 pravitate? Utique tamen (etsi dictum non erat) et
 perpetuam damnationem ferre potuissent, nisi
 resipiscentes, et non tales effecti quales illi facti
 fuerant, damnationemque perpetuam merebantur,
 solvi circa se damnationem, recedentes a perpe-
 tuæ damnationis causa, ⁶ meruissent: quam qui
 perstitere circa se insolubilem reddiderunt. Nihil
 interest igitur, nihil differt, utrum dicatur nunquam
 solvendus, an non dicatur: quia ecclesiastica sen-
 tentia reos et prævaricatores obligat; quia sicut ei
 non potest suffragari quod non est dictus nunquam
 solvendus, sed si in errore permanserit insolubilis
 modis omnibus perseverat, nec potest inde nisi non
 talis effectus absolvi; sic cuiquam præjudicare non
 potest, tametsi dictum est nunquam esse solvendum,
 manifesta ratione monstrante quia nunquam sit
 omnino solvendus, si talis qualis ligatus est esse per-
 sistat, vel talis utique nunquam solvendus qualis est
 obligatus. Non adjecto autem, etiamsi resipiscat et
 corrigat, patere prorsus et liberum esse non dubium
 sit, ut non talis effectus qualis nunquam dictus est
 esse solvendus, sed talis qualis non est dictus nun-
 quam esse solvendus, id est, correctus et emendatur,
 consequenter correctus et possit solvi. Notandum
 quod quolibet genere blasphemantibus in Spiritum
 sanctum, si resipiscant et corrigant, et hic eis et in
 futuro saculo remittatur; nec inde possit Domini
 nutare sententia, quæ circa tales utique permanen-
 tes permanere dicta est, non circa non tales effe-
 ctos. Quoad autem in hoc manent, tales sunt qua-
 libus non remittendum esse præfixum est. Cum autem
 ab hoc recesserint, non tales efficiuntur qualibus non
 remittendum esse prædictum est. Et ideo non tali-
 bus effectis potest et hic et futuro saculo ⁷ non re-

¹ Hic subesse mendium videtur, cui medelam non
 afferunt mss. HARDUIN.

² Id. cod., remittendum.

³ Id. cod., quæ nunquam.

PATROL. LIX.

⁴ Id. cod., non talis effectus.

⁵ Id. cod., Solubilis.

⁶ Id. cod., meruerunt.

⁷ Id. cod., jam remitti.

mitti. Alioquin (quod absit!) frustravideretur Ecclesia hujusmodi sua reconciliatione suscipere. Quia autem frustrari non potest, hoc intellectu modis omnibus, salva Domini sententia, prædicandum est, quantum ad nos pertinet, omnino¹ posse. Talis igitur dictus est Acacius, qualis ligatus est nunquam esse solvendus. Talis usque in finem esse permansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie qualis est² dictus. Non talis esse jam non potest, nunquam igitur talis permanendo solvendus est: qui si talis esse desisteret, nec in non tali permansisset, et nunquam esse solvendum, quia non talis qualis dictus est nunquam esse solvendus, posset absolvi, et non tali nunquam solvi recederet; et ideo ut solvi posset accederet. Quod sedes apostolica non consensit, nec imperator imposuit, nec Anatolius usurpavit. Totumque (ut dictum est) in sedis apostolicæ positum est potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes apostolica, hoc robur obtinuit; quod refutavit, habere non potuit firmitatem: et sola rescindit quod præter ordinem congregatio synodica putaverat usurpandum: non promulgatrix iteratæ sententiæ, sed cum apostolica sede veteris exsecutrix. Hoc tamen, quod de uno eodemque homine dictum est, sive tali persistente qualis sententiam competenter accepit, sive non tali effecto,³ et illa sententia, quæ non tali non dicta est absoluto, et in unaquaque civitate legitur, similiter esse præfixum, et populo ac gente simul depromptum potius, quæ in toto orbe portio est.

Idem enim mundus est, qui et periturus est dictus, et sermo Dei non potest excidere, et in ipso mundo nihilominus a pravis intentionibus recedente non promittitur. Sic Tyrus et⁴ Berytos, et Gaza (*Jer. XLVII*), et Ægyptus (*Jer. XLIV*) pronuntiatiæ sunt periturae, quas postea per Evangelium novimus (*Luc. X*) esse salvatas. Perierunt itaque duplici modo: aut permanentes in eo quo talem sententiam susceperunt; aut deficientes ab eo quo tales fuerant, et incipientes esse quo non tales fuerant: quibus est illa præfixa sententia, ut consequenter ad non tales non pertineret illa sententia quæ non talibus præfixa non fuerat: sic etiam de gente Judæorum a Deo etiam per Isaiam prophetam preemptorie veluti pronuntiatum est: *Claude oculos eorum et⁵ obtura aures eorum et videntes non*

¹ Insinuat hoc loco Gelasius Christum Redemptorem nostrum, regem atque pontificem secundum ordinem Melchisedech, politicam potestatem quam in terris reppererat, conservari certisque limitibus circumscribi voluisse, ne se rebus sacris immisceat; statum vero ecclesiasticum a politica potestate ita distinguit, ut tamen ecclesiasticæ jurisdictioni in his quæ sunt ad Deum subiciat. Patet ex epistola ejusdem Gelasii ad Anastasium imperatorem, qua sic ait: *Noti enim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis*. Et paulo infra de ipso Romano pontifice hæc subjungit: *Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit*

A videant, et audientes non audiant, ne quando intelligant; et obdura cor populi hujus, ne unquam convertantur, et sanem illos (Isai. VI). Hic etiam correctio et emendatio interdicta monstratur, et respiciendi quoque spes prorsus abscinditur. De quo tamen populo apostolos⁶ et Ecclesiam primitivam novimus processisse, et millia hominum una die baptisate fuisse salvata (*Act. II*). Ecce et in persistentibus qualis est illa sententia promulgata permansit, nec ad correctionem prorsus venire sanitatis admissi sunt, sed adjudicati sunt in sua nequitia depirare, et, manente divi a sententia, non per ipsorum propriam emendationem, suoque intellectu vel motu, suaque virtute vel possibili ate conversi sunt, ut sanarentur, sed per gratiam Dei sanati sunt, ut converterentur. *B Ne convertantur, inquit, et sanem eos*, ne sua sponte, ne suis operibus, quibus ut que confidebant, ne suam justitiam sectantes, justitiæ Dei non debeant esse subjecti, de suis viribus confidentes, non divinæ se misericordiæ illuminationique subdentes. Et ideo inhibetur eis superbiæ præsumptionis effectus, *ne convertantur suis intentionibus, suis visibus, ut putarent; et sanem eos*, ne eorum quasi meritis ex propria facultate venientibus salvatrix gratia daretur, atque ita gratia jam non esset gratia, si non gratis data esset immeritis, sed merces tanquam meritis restituta. Non ergo *ipsi convertantur, et sanem eos*: sed sanati per gratiam, qualiter ad humilitatem Christi convertantur agnoscant. Ita in utrisque, hoc est, et in eo permanentibus in quo talem sententiam perceperunt, et in salvatis exinde sententia dominica fixa permansit, et tamen illa permanent; sic eis miro genere sanitas introducta est, ut illa sententia non mutata videretur: sed eadem perdurante, sanitas non illorum confidentia, sed divino munere proveniret. Quod si hæc tenere formidant, nec ad suæ pertinere cognoscunt modulum potestatis, cui tantum de humanis rebus judicare permissum est, non etiam præesse divinis, quomodo de his per quos divina ministrantur judicare præsumunt? ⁷ Fuerint hæc ante adventum Christi, ut quidam figuratè, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti pariter reges existent, et pariter sacerdotes. Quod S. Melchisedech fuisse sacra prodit Historia (*Genes. XIV*). Quod in suis

*D corda submitti, quanto magis sedis illius præsulis consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit præminere, et subsequens Ecclesiæ generalis pietas celebravit? Viderint ergo novantes nostri temporis hæretici, qua ratione Gelasii pontificem de quadripartita bonorum Ecclesiæ divisione scribentem, una ac possessiones ejusdem Ecclesiæ defendentem, harum rerum turbatorem esse teantur. Istas actiones, de quibus Apostolus II ad Timot. II: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, sacerdotibus interdixisse non negamus. Quæ vero sint ista, diversis canonibus super est explicatum. Sev. Binius.**

¹ Id. cod., non posse.

² Id. cod., est et dictus.

³ Id. cod., est ab illa sententia.

⁴ Id. cod., Beryton.

⁵ Id. cod., Obdura.

⁶ Id. cod., apostolos Ecclesiam primitivam.

⁷ Id. cod., Et tot.

quoque diabolus imitatus est, utpote qui semper quoque divino cultui convenirent sibi nec tyrannico spiritu vindicare contendit, ut pagani imperatores idem et maximi pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regale fastigium vindicavit. Quamvis enim membra ipsius, id est, veri regis atque pontificis, secundum participationem naturæ magnifice utrumque in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus et sacerdotale subsistant: ¹ attamen Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum salutem congrueret dispensatione magnificè temperans, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi; ut et Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret incursusque: et ideo *militans Deo, minime se negotiis sæcularibus implicaret* (II Tim. II); ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus, ut et modestiæ utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque suffultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, satis evidenter ostenditur a sæculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse pontificem. Quo manifestius approbatur Alexandrinum Petrum per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolvi; ubi si pontificum quoque sociatus assensus, quærimus utrum præcesserit, an fuerit subsecutus. Si subsecutus est, ² nihilominus ad id rediit, ut absolutio sæculari potestate præcepta et principaliter inchoata valere non possit, pontificumque secutus assensus adulationis potius fuerit, quam legitimæ sanctionis. Si præcessit, doceatur a quibus et ubi ille sit gestus, si secundum Ecclesiæ regulam celebratus, si per æterna traditione profectus, si majorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus. Ubi procul dubio requirendum est si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, et depulsionis catholici, quia ³ nova est causa, fieri debuisse certissimum est; si ad primam sedem, cuius intererat sententiæ, qua Petrus tenebatur obstructus, secundum Ecclesiæ regulas est relatum; si eadem quæ ligavit absolvit; si illa ⁴ quæ ligaverat non resolvente, imo etiam nesciente, potuisset dissolvi. Si hæc gesta non sunt, quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur absolutus, cum nec a pontificibus legitime et ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a sæculari potestate potue-

rit præter Ecclesiæ tramitem prorsus absolvi? Sed dicatur forsitan: Non imperator absolvit, sed a pontificibus poposcit absolvi. Tanto magis poscenti imperatori a pontificibus fuerat suggerendum, ut si eum legitime vellet absolvi, legitima ecclesiastici tenoris absolutio proveniret, et hæc omnia quæ superius dicta sunt secundum Ecclesiæ tramitem servarentur: præcipue cum de secundæ sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed a prima sede jure possit absolvi. Inferior quippe potiozem absolvere non potest: sola ergo potior inferiore convenienter absolvit. Proinde inferioris loci pontifices, qui nullatenus se noverant potiozem sibi sine prima sede posse resolvere, præcipue quem ejus sententiæ noverant obligatum, prævaricatoria absoluteione potius non illum penitus exuerunt, sed se prævaricatione potius nexerunt. Ita Petri absolutio ex utroque non constat, quia nec prævaricatoria absoluteione rei reini absolvi potuerunt, et depulsis undique pontificibus catholicis, hæreticisque suppositis, vel hi: qui hæreticorum tenebantur communionem polluti, etiam sacræ religionis insinceritate polluti, participem suum tam absolvi nequiverunt, quam ipsi non erant absoluti; ac proinde tam ecclesiasticæ regulæ prævaricatores, quam sacrosanctæ communionis integritatem maculantes consortio perfidorum, quod de reo similino potuerunt ferre iudicium. De catholicis enim pontificibus per totum Orientem aut quicumque perstitit, est ejectus: aut ille restitit, qui consensit errori, et se ab errantium contagio non retraxit.

^C Quod igitur eorum potuit de cuiusquam errore esse iudicium, qui nusquam non errasse monstrantur, et hæreticorum simul catholicorumque confessione permixta, ⁵ cunctas religionis veræ et sinceræ ⁶ sedes turbasse, catholicamque apostolicamque confudisse puritatem? Ecce qui reum absolvi potuerunt, qui rei præ omnibus docebantur effeci. Ecce cum quibus de absolvendo reo synodus fuerat ieiunda. Si fides et communio catholica retinebatur, cur catholici pellebantur antistites? Si catholici pellebantur antistites, quomodo non tantummodo hæretici servabantur? ⁷

GELASIUS PAPA I.

ADVERSUS ANTONIACHUM SENATOREM CÆTEROSQUE ROMANOS QUI LUPERCALIA SECUNDUM MOREM PRISTINUM COLLENDAM CONSTITUTEbant.

^D *Damnat Lupercalium superstitiosam celebrationem: et non ex Lupercalium intermissione, sed ex sceleribus Romæ mala contigisse probat.*

Sedent quidam in domibus suis nescientes neque quæ loquantur, neque de quibus affirmant, de aliis iudicare nitentes, cum se ipsi non iudicent, et velint prius accusare quam nosse, ac docere quam discere, et indiscussis rebus, nec investigatis causis, nec re-

¹ Id. cod., quoniam.

² Id. cod., temperavit.

³ Id. cod., si subsecutus est, et imperiali sententia, e qua nihilominus.

⁴ Id. cod., noviter.

⁵ Id. cod., quæ non ligaverat resolvente.

⁶ Id. cod., Cuncta.

⁷ Id. cod., se turbasse.

⁸ In cod. Frising. vetustiss. in fine hujus scripti legitur: *Explicit Tomus S. Gelasii papæ contra eos qui dicunt Acacium injuste fuisse damnatum.*

rum ratione quaesita, quod eis ad buccam venerit **A** inconsideranter effundere, et præcipitanter evomere; non veritatis assertionem prolata censentes, sed studio cacologiæ quæ nesciunt arguentes: eoque progressi sunt ut etiam recte facta malevolentia proposito lacerare contendant; qui si saperent, non præcipitent omnino sententiam, sed perscrutatis ante rebus loquenda depromerent. Verum quia nos arguunt segnes esse censores in vitiis Ecclesiæ coercendis, et a nobis consequenter agnoscant non tantum corporalis adulterii esse peccatum, quod et discutiri debeat, et jure puniri, sed esse longe majus fornicariis et adulteris genus, quod in quolibet Christiano, quia membrum omnis Christianus Ecclesiæ est, competenter debeat vindicari; tanto enim sacrilegii majus est crimen, quanto animæ fornicatio peior est corporis; nam per animæ fornicationem ab ipsius Dei conjunctione disceditur, atque ad immundos spiritus spiritualis adulterii genere transitur. Quomodo autem non in hanc partem recidit qui cum se Christianum videri velit, et profiteatur, et dicat, palam tamen publiceque prædicare non horreat, non refugiat, non paveat, idem morbos gigni, quia dæmonia non colantur, et deo Februario non litetur? Video ubi hæc deliramenta compererit. Quomodo prævaricator non est qui in has blasphemias profanitates incurrit? quomodo sacrilegus non æstimetur qui, abjurata unius Dei providentia et potestate quam confessus est, ad prodigiosas superstitiones et vana signa seducitur? secundum Apostolum longe deterius reus, jureque damnandus, confessam veritatem deserere, quam si in eam nullatenus credidisset; quævis enim ridiculosa sunt signa quæ proferat, tamen ipse affectus et voluntas in crimine est, et confessio ac prædicatio jure damnanda; ac per hoc qui in alium sententiam damnationis vult sine dilatione proferri, in quo alium judicat, semetipsum se condemnare cognoscat. Nunquid enim pontifex vindicare debet in eos qui adulterium corporale committunt, et in eos qui sacrilegium, id est fornicationem et adulterium spirituale gerunt, non debet vindicare? Nonne ipse Dominus, cum adultera ad eum esset adducta, accusantibus dixit: *Si quis vestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.* (Joan. viii). Non ait, si quis vestrum non similiter adulter est, sed, *si quis sine peccato est*: quolibet ergo obstrictus quisque peccato in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere. Quibus tunc pro sua conscientia discedentibus mundi Salvator adjecit: *Mulier, ubi sunt accusatores tui? nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo; sed vade, ulterius jam noli peccare* (Ibid.): tenes et teneris; urges, urgeris; obstringis, obstringeris; pontificis discussionem flagitas, vindictamque deposcis. Memento in adversum omne crimen esse proferendum. Nunquid non etiam leges humanæ dicunt, quod reus reum facere non possit? *Festucam vides in oculo fratris, et in tuo trabem non vides* (Matth. vii)? qui mœchos accusas, adultrium facis, et corporales adulteros spiri-

tuales adulter inaccessi? certe discussionem poscis: homo diligens, maturus, religiosus, non vis aliquem in Ecclesia peccare, peccantem cupis discutiti et poenæ consequenter addici; quæcunque in alium promissis et in te proferre cogis; hoc enim facit ne seguitia pontificis accusetur et maculetur Ecclesia. Debet ergo et pontificis in omnibus malefactis sollicitudo et severitas non deesse, et ab omnibus Ecclesiæ fama purgari. Sed dicas forsitan te laicum, illum Ecclesiæ ministrum; ergo gravius crimen exaggerans. Verum dicis, nec ego diffiteor: tanto sollicitius examinandus est, quanto magis propinquus est; tanto magis reus est, quanto in illo ministerio constitutus, et hæc facere minime debuisset. Ecce censura non deest: audi tu, et si convictus fuerit, vindictæ consequenter addicitur. Age modo quid vis de te? Nunquid quia in ministerio sacro non es, in plebe sacra non es? An nescis et te membrum esse summi pontificis? An ignoras totam Ecclesiam sacerdotum vocitatum? potremo si ille reus est qui accedens ad ministerium Ecclesiæ delinquit, nunquid et tu reus non es, qui post confessionem veritatis ad prava et perversa et profana et diabolica, quibus te renuntiare professus es, signa reduceris? Itaque etiam tu post blasphemias palam publiceque profusas a sacro corpore modis omnibus abstinendus es. Non potes enim mensæ Domini participare et mensæ dæmoniorum; nec calicem Domini bibere et calicem dæmoniorum. Nec potes templum Dei esse et templum diaboli: lux simul et tenebræ in te convenire non possunt. Videtis utrum urges, atque compellat in alio maleficio vindicare. Tu tamen accleris tui pondus non potes declinare: et quanto in alio transire crimen non pateris impunitum, tanto quid etiam in te pro rerum ratione facere debeamus ostendis. Verumtamen in ipsis blasphemias tuis quibus es jure plectibilis, imperitiam tuam evidenter agnosce, et sicut ait ille: Voluntatem habere te mentiendi, artem fingendi non habere; cum sic te intelligas malum habere affectum, perversumque apostatandi propositum, ut tibi materia prorsus vanitatis illius nulla superedit, nec possis astruere quod corde concipis, et ore depromis. Dic mihi, cum sæpenumero in Romanis historiis legatur, Livio auctore, sæpissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum millia deperisse; atque eo frequenter ventum, ut vix esset unde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset ascribi; illo tempore Deo tuo Februario minime litabatur, an etiam cultus hic omnino nil proderat illo tempore quo Lupercalia celebrabantur? Nec enim dicturus es hæc sacra adhuc illo tempore non cœpisse, quæ ante Romulum ab Evandro in Italiam perlulbentur allata. Lupercalia autem propter quid instituta sunt, quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant, Livius in secunda decade loquitur. Nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem, ut ei videtur, mulierum, quæ tunc acciderat exhibendam [forte exigendam]: proinde si vel ad hoc

ipsum aliquid hoc val. ret, hoc intermisso, non morbus acciderit contra quem Lupercalia reperta non sunt, sed feminæ nequaquam generare debuerant, pro quarum fecunditate concinantur inventa. Quid dicturi estis de peste, de sterilitate, de bellorum tempestate continua; nunquid et hæc propter sublata Lupercalia contigerunt? Si autem non propter ista vel vitanda, vel curanda, Lupercalia sunt provisiva, quid inani turbatione jactamini? quid Tuscia, quid Æmilia, cæteræque provinciæ, in quibus hominum prope nullus existit, ut bellica necessitate consumeretur, Lupercaliorum fecit offensio, quæ longe antè vastatæ sunt quam Lupercalia tollerentur? Quando Anthemius imperator Romam venit, Lupercalia utique gerebantur, et tamen pestilentia tanta subrepsit, ut toleranda vix fuerit. Nunquid per Campaniam Lupercalia gerebantur, quæ sublata morbos illic et pestilentiam procrearent? Sed dicturi estis ad Romam tanquam ad caput omnia pertinere, et quod hic factum non est, diversis provinciis ad eum pertinentibus obfuisse. Cur ergo antequam ad Romam istæ provinciæ pertinerent, præter Lupercalia propriis opibus floruerunt? ut sterilitas sit continuata terrarum Lupercalia sublata fecerunt, an nostrorum merita peccatorum? de quibus olim dictum est, et quidquid Romani meruerant perdere mores, sterilitas certe feminarum debuit provenire, propter quam auferendam Lupercalia instituta jactantur, non sterilitas terrarum, propter quam Lupercalia non sunt instituta, removenda. Quid in Africa, unde sterilitas; quid in Gallis? Lupercalia ista fecerunt, an nostri mores, furta, homicidia, adulteria, injustitiæ, iniquitates, ambitiones, cupiditates, perjuria, falsa testimonia, oppressiones miserorum, bonorum causarum impugnatio, malarumque defensio, et in omnibus inaudita perversitas; postremo, quod supra omnia est, Deo factæ mentes et sacrilegia, artesque magicæ etiam paganis horrendæ? Ecce quæ faciunt omnia adversa, et inimica nobis, non Lupercalia, quæ sunt pro vestra salute sublata. Sed quid dicitis vos ipsi qui Lupercalia defenditis, et agenda proponitis? Vos eadem pretialis, vos eorum cultum celebritatemque vilem vulgaremque redditis. Si ostensio Lupercaliorum nobis adversa procuravit, vestra culpa est; qui quod vobis singulariter prodesse putatis, negligentissime, et non longe impari cultu et devotione ea dicitis celebrari, quam profanitatis vestræ celebrare majores. Apud illos enim nobiles ipsi currebant, et matronæ nudato publice corpore vapulabant. Vos ergo primi in Lupercalia commisitistis: satius fuerat non agere quam ea cum injuria celebrare; sed deduxistis venerandum vobis cultum, et saluiferum quem putatis, ad viles trivialesque personas, abjectos et infimos. Si vere ergo profitemini hoc sacrum, ac potius exsecramentum, vobis esse salutare, ipsi celebrate more majorum, ipsi cum amiculo nudi decurrite, ut rite vestræ salutis ludibria peragatis. Si magna sunt, si divina, si salutifera, si in his vitæ vestræ pendet integritas, cur vos pudet per vos ipsos

alia celebrare? si pudet et dedecus est, itane saluiferum est et divinum profuturum, quod vos ipsi dedecus esse fateamini? Nemo religionem profitetur, quam per se exsequi prorsus erubescit et refugit; ipsa verecundia vestra vos docet crimen esse publicum, non salutem. et non Divinitatis cultum, de quo sapiens nullus erubescit, sed instrumenta pravitatum, quibus mens vestra contra semetipsam testimonium ferens, quod gerendum profitetur, erubescit implere. Castores vestri certe, a quorum cultu desistere noluisistis, cur vobis opportuna maria minime præbuerunt, ut hiemis tempore venirent huc navigia cum frumentis, et civitas inopia minime laboraret? an diebus sequentibus hoc futurum est æstatis, a Deo constitutum beneficium est, non Castorum vana persuasio? Dicitis nobis nec Christiani, nec pagani, ubique perfidi, nusquam fideles, ubique corrupti, nusquam integri, qui tam utrumque tenere non potestis, quam sibi utrumque contrarium est. Dicitis, inquam, Lupercaliorum patroni, et revera Divinitatis ludibria, et cantilenarum turpium defensores, digni magistri vesaniæ, et qui non sine causa sana capita non habetis, digni hæc religione, quæ obscenitatum et flagitiorum vocibus celebratur: videtis ipsi quid vobis salutis impendat, quæ tantam moribus labem perniciemque proponit. Nec est quod dicatis potius hæc agendo, et facinora uniuscujusque vulgando, detertere a talibus commissis animos, et pudore refrenari, ne de his publica voce canteur, quando, sicut ille ait, non tam detertere quam admonere animos hæc ludibria videantur, et sicut ille dixit: iram atque animos a crimine sumunt; coimpudentiores effecti, quo crimine publicato, expositaque verecundia, nil superest omnino quod pudeat, nec habet quod metuat publicari, sed jam se fiducialiter exerat, quasi in propatulo, non per coercionem, sed potius per quamdam lætitiæ et celebritatem nominum decantata est quælibet illa persona, imo et religione se præstare confidit; ut sint, unde nominum solemnia celebrentur, quæ nisi criminum decantationibus non coluntur. Dicitis nobis itaque qui voluntatem profanitatis habetis, cujus causas asserere non potestis, qui tuendæ habetis propositum falsitatis quam defendere non potestis; quid dicturi estis de siccitate, de grandine, de turbine, de tempestatibus, variisque cladibus, quæ pro morum nostrorum qualitate proveniunt? Nunquidnam et hæc omnia pro sublatis Lupercalibus contigerunt, an in malis moribus castigandis meritis retributionibus inferuntur? Sed non mirum est homines non judicio divino velle ista contingere, sed vanæ superstitionis incursu; quibus sua crimina et malefacta cooperiant, auctoritatem cælis, sidera perhibent adhibere et fatalem induci errorem, necessitatemque peccandi, facinoræque suæ non de cordis proprii perversitate procedere, sed cælo auctore pendere. Proponite igitur pro quibus aut submovendis malis, aut promerendis bonis Lupercalia vestra fuerint instituta, et videamus quæ illa bona provenerint, cum Lupercalia ge-

reerentur, et quæ mala successerint cum Lupercalia viderentur ablata. Figite gradum, ad quod vestrum excidium dicatis hæc prodigia fuisse reperta, digni qui monstrum nescio quod pecudis hominisque mixtura compositum, sive vere, sive false editum celebretis. Si propter pestilentiam submovendam, ut antiquiora præteream, ecce antequam meis temporibus tollerentur, pestilentiam gravem tam in Urbe quam in agris hominum pecudumque fuisse non dubium est; si pro sterilitate jactatis, cur in Africa vel Galliis ista contingunt, ubi nec fuerunt aliquando Lupercalia, nec constat fuisse sublata? Cur nunc Oriens omnium rerum copiis exuberat et abundat, qui nec celebravit unquam Lupercalia, nec celebrat? An dicitis illic nocere ubi per plurima sæcula fuerant celebrata et repente sublata sunt? Videamus ergo si his temporibus quibus dicitis agitata et rite, ac plena sui, sicut vobis videtur, devotione completa sunt, nunquam famas, nunquam pestilentia prorsus exstiterit: si vero sæpenumero his cladibus ad extremum periculi ventum est, apparet his malis submovendis nihil Lupercalia profuisse, etiam eo tempore quo, sicut dictum est, ut putatis, competenti ordine gererentur; sic de singulis quibusque necessitatibus, præterquam dixeritis fuisse provisum. Si constiterit etiam illis non desisse, vana hujus remedii convincitur esse præsumptio. Veruntamen cur non hoc etiam nunc experiamini, utrum valeant aliquid etiam rite celebrata? et vos per ludibria ista discurrere vestrorum more majorum, ut divinam rem, et salutarem vobis, ut dicitis, devotius celebrando, salutem vestram prospicere magis magisque valeatis. Nunquid cum hæc celebrarentur, a Gallis Roma non capta est, et sæpenumero ad extrema quæque pervenit? Nunquid bellis civilibus sub hac celebritate non concidit? Nunquid Lupercalia deerant quando Urbem Alaricus evertit? Et nuper cum Anthemii et Ricimeris civili furore subversa est, ubi sunt Lupercalia? cur istis minime profuerunt? certe divinum est: si salutare vobis, cur non per vos ipsi ut majores vestri ista faciatis? Cur causas vestræ salutis minuitis? cur decoratis? cur eliditis, cur ad vilia quæque deducitis? quid imputatis nobis, cum ipsi remedia vestra calcetis? Satius est et non tentare quam contumeliose peragere: majores certo vestri, si vitiose (uti illis videbatur) sacrum aliquid celebrassent, instaurandum esse ducebant. Cur non quod ad vitiosum cultum redegistis, per indignas quasque id exsequendo personas, competenti instaurazione reparatis, ut causas vestræ salutis plenius perfectiusque tractetis? cur vos pudeat agere, si salutare est? Si divinum, quod tractasse sit dedecus? Sed inquis vel imaginem ipsius rei non debere moveri. Si prodest, si salutare est, cur imago potius apud vos, et non ipsa sit veritas? aut si certe nec tunc profuit, quando ritu integro, sicut dicitur, tractabatur, quid queritis ejus imaginem, cujus nec ipsam profuisse cernitis verita-

tem? Sed dicitis tot sæculis rem gestam non oportere secludi. Nihilominus multis temporibus paganismi superstitio ventilata est. Sacrificetur in templis dæmonum, et in capitulis profana vanitas celebretur. Cur portionem defenditis et quæ majora sunt præteritis? Si plurima genera vanitatum multis acta sæculis probantur esse sublata, cur portio, quantovis tempore ventilata, non possit auferri? Si temporibus præscribitur, imputate majoribus vestris, qui cum hac temporis præscriptione non usi sint, posse quod superfluum est et debere removeri, dum plura et majora submota sunt, indicarunt. Sed dicitis etiam Christianis temporibus hæc fuisse; sed etiam illa aliquandiu Christianis quoque temporibus celebrata sunt. Nunquid quia sub primis præsulibus Christianæ religionis ablata non sunt, ideo sub eorum successoribus tolli minime debuerunt? Multa sunt quæ a singulis pontificibus diverso tempore sublata sunt noxia, vel abjecta. Non enim simul omnes in corpore curat medicina languores, sed quod periculosius conspicit imminere; ne aut materia corporis non sufficiat medicinæ, aut pro conditione mortali simul omnia non possit avertere. Quære quale sit unde agis: si bonum est, si divinum, si salubre, merito quocumque tolli non debuit: si nec salubre, nec divinum, cavendum tibi magis est cur tardius auferatur quod superstitiosum constat, et vanum, quod certe Christianæ professioni non convenire manifestum est. Postremo quod ad me perinet, nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret, et soli hoc pagani, quorum ritus est, exsequantur. Me pronuntiare convenit Christianis ista perniciose et fenestra indubitanter existere. Quid me incusas, si quod profiteri inimicum esse, a consortibus professionis Christiane pronuntio submovendum? Ego certe absolvam conscientiam meam: ipsi videant, qui justis admonitionibus obedire neglexerint: quod etiam prædecessores meos forsitan fecisse non ambigo, et apud imperiales aures hæc submovenda tentasse: et quia audios esse non constat, dum hæc mala hodieque perdurant, ideo hæc ipsa imperia defecerunt, ideo etiam nomen Romanorum, non remota etiam Lupercalibus, usque ad extrema quæque pervenit. Et ideo nunc ea removenda suadeo, quæ cum nihil profuisse cognosco, tanquam contraria veræ religioni, noxia potius exstitisse pronuntio. Postremo si de meorum persona præscribendum æstimas prædecessorum, unusquisque nostrorum administrationis suæ redditurus est rationem, sicut etiam in publicis dignitatibus fieri providetis. Ego negligentiam accusare non audeo prædecessorum, cum magis credam fortasse tentasse eos ut hæc pravitas tolleretur, et quasdam exstitisse causas et contrarias voluntates, quæ eorum intentionibus præpedirent, sicut ne nunc quidem vos istos absistere insanis conatibus velle perpenderit.

GELASII PAPÆ I

ADVERSUS PELAGIANAM HÆRESIM *.

Demon trat hominem non vivere sine peccato, et dictum

* Hunc Gelasii tractatum cum editione Mansi diligenter collatum davius, in multis tamen intricatum et perobscurum, ut ipse lector facili sentiet. Edit.

apostoli: *Vir infidelis sanctificatur per mulierem fidelem* (I Cor. vii), etc., *mysteriumque resurrectionis declarat.*

De Pelagianis quidem sensibus blasphemisque sacrilegis, et apud majores nostros tam divinis quam humanis legibus justa discussione damnatis, nimis est copiosa materia; quia et illorum est multiplex perniciosa perversitas, eoque nocentior, quo verisimilitudinis colore subtilior, quam de ipsius humani generis principe, pravo funestoque commento, non rite conceptam rerum consequentium mendacis texuerunt. Necessè est enim ut qui a principio deviarit ab integro tramite, vagus ubique progrediens, quanto se currere fortius putet, tanto plus erret; et in his ut competit refutandis disputatio proluxa debeat adhiberi: quoniam quidem peccate medicinæ mos est originem vel intelligere prius vel reserare morborum, eisque patefactis medelam conficere congruentem; quæ cuncta, si Dominus vitam facultatemque tribuerit, in quantum cœlesti rore vegetati valebimus, alias moliemur explicare. Nunc autem hunc articulum, qui quosdam movere perhibetur, sufficienter interim duximus explicandum; ut eodem convenienter inspecto, quod in cæteris cavere jam debebant, Domino Deo nostro præstante perpendant. Æstimant igitur quidam in hac vita posse quemquam hac perfectione consistere, ut nullis prorsus fragilitatis humanæ pulsetur affectibus, nec corporeis exagitur illecebris: quod quisque si propriis viribus, suæque proposito voluntatis existimet adipisci, semetipsum seducit, et veritas in eo non est: nam si in ipsis primis hominibus, dum sua nimirum felicitate confidunt, et tantam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando, quod utique nusquam fecisse referuntur, nec de perceptis gratias referendo, nec ut eadem intemerata durarent suppliciter implorando, incolumes consistere nequiverunt: quanto magis post prævaricationis ruinam, in quam mala sui confidentia, creatorem nullatenus inquirendo, lethaliter inciderunt, absque divino munere suis viribus vel ægri, vel stare non possunt, sine quo nec integri peristere valuerunt. Sin vero quisquam non possibilitate facultatis humanæ, sed per divinam gratiam hoc asserat in vita quibuslibet sanctis posse conferri, bene quidem facit (nam dono Dei cuncta possible sunt) talia confidenter opinari, et sperare fideliter. Sed utrum aliqui tales exstiterint, qui usque ad hanc perfectionem vitæ præsentis accederent, sicut nusquam evidenter astruitur, sic nos facile vel firmare vel impugnare non convenit, magisque sobrium est ex ipsorum vocibus prophetarum, apostolorumque sanctorum quatenus hujus vitæ profectum metiri debeamus agnoscere, quibus utique in hoc mundo, quantum ad sanctæ vitæ pertinet institutum, nihil excellentius vel fuisse, vel esse, manifestum est: qui etiamsi copiosiore Dei munere vel raris omnino, vel minimis humanæ conditionis passionibus impetiti sunt, et affluentiore Dei gratia mortalitatis vitia facile superarunt; non usque adeo tamen expertes eorum se fuisse testantur, ut scilicet ullius immacu-

lari Agni sit proprium nullum prorsus habuisse peccatum, ne non soli videatur esse deputandum, si alius quilibet sanctus expertus delicti fuisse credatur. Contenti simus ergo professione sanctorum; et quid de se ipsi magis pronuntiant audiamus, quam quid vel temere cogitandum sit, vel nostris opinionibus ventilandum sine certa auctoritate sectemur. Cur autem cum Deus omnipotens post mysterium reparationis humanæ etiam id homini conferre potuerit, ut ab omnibus omnino vitiis esset immunis, maluerit fideles suos salvos fieri, et expectare perfectæ beatitudinis firmitatem, ut quod sperando desideramus, rebus possimus adipisci, censueritque nunc perficere in infirmitate virtutem, quam remotis infirmitatibus humanam conditionem nulla sineret languoris exagitatione pulsari?

Quantum Dominus ministravit, ut competit, disceretur Scripturarum testificationibus, contra quam tenorem nihil est temere profutendum super his sensibus erudiri. Constat in ipso primo homine Christum et ecclesiam figuratam, beato Paulo apostolo nos docente, cum de fœdere sancti conjugii loqueretur: *Sacramentum hoc*, inquit, *magnum est: ego autem dico in Christo, et in Ecclesia* (Ephes. v). Itaque jam inde ut sanctorum quisque processit, in hujus sacramenti figuratione censitus est; et hoc mysterium omnes sancti ab Abel suis sacrificiis actionibusque gesserunt. In Christo ergo et in Ecclesia, in qua utique generaliter præcondita est remissio peccatorum, fideles quique Deo sanctique vixerunt, et usque ad legis tempora per Moysen datæ certis sunt sacrificiis in hujus mysterii virtute purgati. Quapropter si egerunt omnes mysticis immolationibus incessabiliter expiari, non dubium est vitiis humanæ conditionis fuisse pulsatos; a quibus eos per illa remedia futuri sacramenti necessarium esset incessanter absolvi. Jam vero legis tempore neminem fuisse sanctorum qui non hostiam obtulerit pro peccato, lectio veneranda testatur: in tantum ut etiam pontifex sic apud Deum causas ageret populi tunc fidelis, ut ipsi quoque pro suis delictis hostias immolarent, passimque universi prophetæ proclamant peccatis suis veniam postulantes. Inde est quod sanctus Job dicit: *Nemo mundus a sorde, nec infans cujus est unius diei vita super terram* (Job xiv): idemque alibi: *Astra non sunt munda in conspectu tuo* (Job xv). Prophetæ quoque David de generalitate sanctorum certa definitio prolata cognoscitur, quæ ait: *Ne intres in iudicium cum servo tuo: quoniam non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (Psal. cxli); ubi utique neminem prorsus hominum discrevisse perspicitur, sicut idem planius hoc ipsum loquens manifestissime declarat: *Dixi: Pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino; et tu remisisti impietatem peccati cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno* (Psalm. xxxi). Qui utique non solum sub lege sanctus esse, sed in futura Dei gratia eminentioris propositi post futurum. Unde quod ait *In tempore opportuno*, non sine rerum venturarum cognitione subjunxit etiam et in oratione sua sapien-

tissimus Salomon : *Non est homo qui non peccavit* (III Reg. viii) ; et item ipse : *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse a peccato* (Eccle. vii) ? Sed re putentur illorum temporum sancti ab hac impassibilitate forsitan excipiendi, quoniam concessis a Deo conjugibus utebantur, quamvis et beatus Elias passibilis fuisse memoretur, quemadmodum consequentia declarabunt : et S. propheta Daniel non solum pro populi, sed et pro suis peccatis perhibetur orasse, sicut ipse iicit : *Cum orarem, et confiterer peccata mea, et peccata populi mei Domino Deo meo* (Dan. ix) ; tandem veniamus ad beatos apostolos, et dicat beatus ille Jacobus, qui cum omnes utique justii essent apostoli, proprie atque speciatim justii viri præragativam legitur assecutus : *Beatus vir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se* (Jac. i). Et item post paululum : *Unusquisque autem tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum ; peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem*. Item idem : *In multis enim offendimus omnes* (Jac. iii). Idemque sercutus adjunxit : *Et Elias homo erat similis nobis passibilis* (Jac. v). Dicat beatus apostolus : *Charissimi, rogo ut quasi incolæ et advenæ abstineatis vos a corporibus voluptatibus, quæ militant adversus animam* (I Pet. ii) ; et iterum : *Nolite mirari ad fervorem, qui ad tentationem vobis fit ; quasi novi aliquid vobis contingat* (I Pet. iv). Item postea : *Sobrii estote, et vigilate, quia adversarius vester diabolus, quasi leo fremens, circuit quærens quem devoret ; cui resistite in fide* (I Pet. v) : scientes easdem passiones in omni quæ est in mundo fraternitate vestra fieri, a qua fraternitate nimirum se ipsi fidelium sæpe cunctorum fratres annuntiant, nec suam probantur discrevisse personam. Dicat beatus Joannes apostolus et evangelista ille qui in pectore discubuit Salvatoris : *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, quia veritas in nobis non est ; quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est et justus, qui dimittit nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate* (I Joan. i). Item quod si dixerimus quia non peccavimus, mendacem faciemus eum, et Verbum ejus non erit in nobis (Ibid.). Dicat idem : *Hæc scribo vobis ut non peccetis. Sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem justum, et ipse propitiatio peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed et totius mundi* (I Joan. ii). Item ipse : *Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio sæculi, quæ non est a Patre, sed ex mundo est ; et mundus transit, et concupiscentia ejus : qui autem fecerit voluntatem Domini, manet in æternum* (Ibid.). Veniat minimus apostolorum, sed Vas electionis Dei ; veniat magister gentium Paulus, prædicator divinæ gratiæ singularis, et mysterii cœlestis copiosus expositor, ille qui verba ineffabilia sive in corpore sive extra corpus nesciens in tertium cœlum levatus audivit : qui tanta gratia redundavit, ut cum omnium esset

postremus, plus omnibus laboraret, et qui non solum fidelibus insinnet quid super hac parte sentiret, sed etiam quid de se ipso pronuntiet, libere veritatis doctor annuntiet. Et quoniam longum est cuncta quæ ad hanc causam pertinent dicta revolvere, ponantur pauca de multis, ex quibus nobis sufficientissime demonstretur, magis nos cum Paulo debere infirmari, ut habitet Christus in nobis, quam cum quolibet aliter sentiente quam Paulus fortes videri, et velut (quod absit!) Christi remediis non egere. Ait ergo : *Scio enim quia non habitet in me, hoc est, in carne mea, bonum ; nam velie adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio : non enim quod volo hoc facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum* (Rom. vii). Item : *Condeletor enim legi Dei secundum interiore hominem : video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ac captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum* (Ibid.). Quare se igitur miserum hominem appellat ? quare se gaudet per Christi gratiam de mortis corpore liberari, si nullis affectibus humane miseriæ pulsabatur, si nullis infestabatur, ex quibus liberaretur incurribus ? Item idem : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem : hæc enim invicem ad versantur sibi, ut non quæ vultis illa faciatis. Non enim quæ vult spiritus perficit, ne de perfectione superbiat* (Gal. v) ; et idem : *non perficit caro quæ vult, ut sic humanæ conditionis admoneat*.

Ne tamen usquequaque propositum fidele demergat ; ac ne forsitan, ut solent quidam vanis opinionibus arbitrari, quod hæc B. apostolus Paulus sub alterius nescio cujus persona pronuntiet, quam de seipso fateatur ; quamvis nihil illic tale valeat prorsus ostendi, tamen cum ait : *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? Gratia Dei per Jesum Christum*, tam gentilis, quam Judæi remota probetur esse persona ; audiamus tamen hunc alibi, quasi sese manu propria designantem ac semetipsum specialiter indicantem : *Ego ipse mente servio legi peccati* (Rom. vii) ; et item de seipso : *Castigo corpus meum, et in servitatem redigo, ne qui aliis prædico, ipse reprobus efficiar* (I Cor. ix). Quis igitur non advertat quid interesse potuerit quod membra sua castigando refrenaret, ne reprobus existeret, si nullis talibus stimulis pulsaretur, quod negligendo, et non corporis sui castigatione subigendo, reprobus esse potuisset ? Quapropter cum hæc et apostoli de semetipsis confessi fuisse monstrentur, qui etiamsi ista minime prodidissent, procul dubio tamen omnes orationem dominicam et necessario prædicarent, et veraci corde proferrent, quæ quotidie supplicantes dimitti sibi sua debita postularent, et ne in tentationem inducerentur orasse, et ut a malo liberarentur suppliciter implorasse doceantur, propter quod etiam B. Joannes apostolus, quod supra jam dictum est, intelligitur edidisse, dicens : *Si dixerimus nos pecca-*

tum non habere, mendacem faciemus eum (I Joan. 1), Christum scilicet, qui hanc orandi formam suis discipulis condidisset, in qua vel quotidiani debiti relaxa in proveniret, et ne in tentationem inciderent implorarent, vel ut a malo liberarentur exproscerent, si nihil esset omnino quod aut debitum prægravaret minime relaxatum aut tentatio posset inferri peccati, aut nullum a quo liberarentur malum prorsus existeret. Sic autem quosdam movet surripiens illusio dormientium, quasi non gravior æstimata sit concupiscentia vigilantium. Quamvis enim et insolentia corporalis frequenter refrenanda sit vel castigatione jejunii, vel ciborum frugalitate sumptuum, ne materia præbeatur humanis sensibus phantasticæ voluptatis imaginatione fallendis, vel magnis hoc de miseratione divina sit precibus implorandum, ut ab illecebris visionibus sopite mentes reddantur immunes: tamen sive hæc incontinententer agentibus sive viventibus continenter eveniant, certe si quis est, minor reatus est nescientium, quam carnalis operis appetitu palam aperteque cupientium. Denique licet non parvo Dei munere potiatur quisquis aut nullis talibus, si fieri potest, aut perarris pulsatur insidiis, nusquam legimus in culpam vocari phantasmata somniorum, sed plane ipsius Domini vore non ignoramus esse depromptum quod *quisquis mulierem viderit ad concupiscendum, eandem sit suo corde mœchatus* (Math. v), ubi consequenter reatum subesse non dubium est. Ideoque tam jugi supplicatione, quam elemosynis, cæterisque bonis actionibus expiandum est. Non enim vacat mysterio, quod dictum est omnia per elemosynam posse mundari, cum ait Dominus, dum de internis externisque figuratim purificationibus loqueretur: *Veruntamen quod superest, date elemosynam et ecce omnia munda sunt vobis* (Luc. xi). Sed etiam illud quod *caritas cooperiat multitudinem peccatorum* (I Pet. iv), ut scilicet quidquid insinceritate corporis et mentis attrahitur, rationalis pietatis opere deleatur. De beatis autem, sicut supra jam diximus, apostolis, tantum debemus nosse quæ ipsi de sua conversatione sentiri propriis vocibus ediderunt. Quæ vero tacita sunt ab eis, nulla nobis relinquetur licentia perscrutandi. Sed jam diligentius vestigamus, cur post reparationem quoque generis humani, renovationemque naturæ, quæ fit per baptismatis sacramentum, non solum hæc vitia sublata non fuerint, sed ipsos etiam in maguæ continentiæ proposito constitutos sive minus, sive amplius, prout quisquis gratia divina dispensante profecerit, tamen infestare non desinant, cur relicta sint contra quæ mens religiosa pugnaret. Et licet jam salvati per fidem spei redemptionis acceperimus, adhuc tamen exspectetur, sicut ait Apostolus, redemptionis corporis nostri, et cum mysteriis cælestibus jam renatis pignus sit adoptionis ingenitum, perficienda deinceps sustineatur adoptio, ut scilicet deficientibus iisdem vitis contra quæ nobis in hoc tempore continua dimicatione (sic) ab hac necessitate liberati, quod fide suscepimus, quod spe proposita

susceperimus, ipsarum rerum desideratis affectibus assequamur, quatenus hac incursionum peste prorsus exuti, tranquilla semper sanctificatione vivamus, quod in illa futura beatitudine promittitur esse complendum, cum, sicut ait Apostolus, *corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem* (I Cor. xv), atque animale corpus spirituales sumpserit dignitatem. Igitur dubium non est superbiam super omne esse peccatum; quippe de qua scriptum est: *Initium omnis peccati superbia* (Ecli. x). Quod tantum malum est, ut singula prave facta in hoc ipso quæ prava sunt censeantur esse damnanda, solaque sit superbia quæ et in benefactis periculosa doceatur: hæc est quæ non tantum animal rationale in terris positum constare non sinit, sed angelicam quoque dejecit infesta naturam. Nam cum Deus omnipotens, qui fecit omnia bona valde, cuncta suis modis et congruis ordinibus instituta condiderit, eaque propriis concesserit vel manere, vel proficere posse mensuris; hic rationabili creaturæ subrepsit affectus, qui per id, quod deventius facta consisteret, plus ei de propria dignitate, confidere, quam sicut modus ejus posebat, de ipso collatore dignitatis ingressit, atque ita aliter appetendo sui culmine firmitatem, quam competens ejus decens norma requireret, fecit eam præter ordinem naturalem cupiendo fastigium meriti potioris erumpere, qui excessu utique sicut reatum intulit excedenti, sic justitiam Conditoris, contra cujus ordinem tendebatur, offendit; et dum ab eo tenore cessatur quo solo proficeretur ad summi boni perenne consortium, consequenter, qui ad ejus stabilem participationem pervenire non posset defectus accessit, sicut creaturæ rationalis usibus congruebat. Non angelos ad profectum conditos promerendæ stabilitatis æternæ illa res indicat, quoniam si facti essent ut ulterius nihil egerent, nulla pars eorum ullum potuisset habere defectum: non enim in eis diversam naturam fuisset dicendum est, ne ille, qui propria voluntate prolapsus est angelus excusaretur, si hoc illi non sua protervitas ingressit arbitrium, sed necessitas sibi indita conditionis imposuisse videatur. Unde ergo beati et sublimes angeli de perceptis grati, piæ devotionis officio, et non seipsos, sed potius ipsi præferendo convenienter auctorem, ad ejus perpetuitatem proficere provehique meruerunt iude isti qui reprobi sunt, de perceptis consequenter ingrati, debitumque dissimulantes obsequium, seque ipsos magis quam qui tantæ dignitatis substantiam condiderat, præferre molientes, et dilectatione suæ creationis illecti a Creatoris honore cessando, quanto arroganter elati, tanto æternitatis rectitudinem per irreverentiam non sequendo, ab ejus patre et indignatione et participatione retracti sunt, et ab eo quod sempiternum est recedentes, in id quod semper deficit sunt reducti: quod præstante Deo nostro, ætas confidimus plenus exsequendum. Nunc interim quantum præsentis negotio sufficit, hæc illa causa est, hoc illud malum, per quod etiam sine vitio corporali quadam spiritali

fornicatione motus angelus a divina qua illustrabatur gratia et participatione delapsus est: eoque modo degener factus, ac de cœlesti sede pro hac sua decoloratione seclusus, secundæ conditionis imaginem Dei per invidiam flammatus evertit. Iisdem motibus aggrediens in securitate degentem, quibus de summis ad ima male confusus ipse deciderat, hinc illa felicitas paradisi primis hominibus constare non potuit; hinc illa primæ conditionis integritas, dum ita de se fudit, tanquam ipso qui condiderat non egere, nec de perceptis agit gratias, quod nusquam fecisse memoratur, nec de conservandis quæ sumpserat poscit auxilium, nec ad eum etiam pulsata tentatoris accessu devota concurret, et consulit, suæque se credit inter prospera voluntati, facile sine præsidio Creatoris patuit deceptoris insidiis, et in prævaricationem tracta consequenter illiciti, conditionem præfixæ mortis invenit meritoque est competenti subjecta vindictæ: quoniam nec de bonis fuerat devota retinendis, nec malum præcaverat ante prædictum, dum per majoris ambitum potestatis, Deum se scilicet fore præsumens, foveas hostilis persuasionis incurrit; et quæ, si suo ordine mansisset grata factori perpetuum summæ commercium Deitatis potuisset apprehendere, competenter sine debito summæ Divinitatis officio copiosa præmissione lustrata, ad Divinitatem non potuit pervenire. Sic ergo sine illius principalis ac summæ rationis affectu, quæ in bonis semper retinendis contrariisque refusandis intemerata persistit, ad cujus utique similitudinem ratione fuerat animal institutum, ut ea pro suo modulo congruis actionibus imitando, ipsiusque servando reverentiam, subsequendoque gratiam, ut vere similitudo ejus et imago permaneret obtinere potuisset, fieretque divinæ rationis tanquam suæ parentis et auctoris digna consortio, et per hæc nihilominus, utpote particeps æternitatis, æterna constare, dum sua quæ creata fuerat dignitate confidit, sibi que se putat in eo quod erat facta subjacere, nec subdita veneratur devotione factorem, et ab illius participatione discessit, et in seipsa sine illo in quo habebat subsistere posse, non constitit. Atque ita ordinem legitimæ rationabilitatis excedens, in irrationalitatis abruptum per verisimilitudinem ratiocinationis, qua Deum se fieri credebatur, abducta est; et illius privatione, quæ sempiterna vita est, in istam recidit quæ sine fonte vitæ vitam perpetuam retinere non posset. Quamvis ergo pro his transgressionibus digna fuerit ultione, justus tamen arbiter Deus sic istam creaturam propositæ legis æquitate corripuit, ut quæ divinum sequi tramitem inter felicia fastidivit, sibimet ipsam merita lance divisit. Ut tamen quia et decepta fuerat creaturæ potioris incursu, illius scilicet quæ fremebat illo terrenam proficere posse substantiam unde spiritalis ipsa deciderat, et tanquam solatium capere cupiebat de alterius ruina creaturæ, velut non solum se culpandam ex alterius quoque transgressione prætenderet, sed lapsum suum in Creatoris referret

A officium, cujus et aliud opus contemere veluti minime potuisset, ineffabili circumventæ pietate consuleret, utramque vero creaturam recte conditam hac ratione monstraret, quia et degeneres angeli per sanctorum angelorum beatitudinem confutantur. Quod iisdem modis quibus illi, hoc est, debitæ pietatis officio, creatoremque suum debita prædicatione laudando, per dignationis ejus augmenta, profectumque reverentiæ competentis, participationem boni parentis, stabilitatemque perpetuam sempiternæ gloriæ sunt adepti; sic isti quoque si eodem tenore niterentur, ad similem beatitudinem venire potuissent, nisi desides a sui laude factoris et competentem reverentiam non sequentes, ab ejus retracti participationis affectu, propriæ nequivissent incrementa perfectionemque sumere dignitatis, dum suæ institutionis claritate detenti ulterius se nihil egere, ac sibi se sufficere posse præsumunt, per quæ seipsos obtinere fidentes quidquid per solam gratiam potuissent Conditoris adipisci, quod in suæ prorsus conditione mutabilitatis habere non poterant, homo quoque de seipso manifestis indicis revincatur, in tantum rite factus, ut qui per divinam gratiam potest surgere post ruinam, multo amplius potuisse docetur, si eandem gratiam devota mente sequeretur, integer permanere, quantumcunque gratia ista prævaleat magis inde cognosci, dum et incolumis absque eadem stare nequiverit, et valeat ad eandem incolumitatem redire post lapsum. Bonus ergo artifex Deus, qui sempiternum et summum semper habet esse, quod bonus est, atque ideo nec unquam crescendi gerit amplius appetitum: quia nihil est super id quod sempiternum bonum semper et summum est, nec ulla potest inclinatione diminui de hoc ipso quod summum bonum sempiternumque consentit. Unde etiam non per rapinam in forma Dei dictus est constitutus; qui hoc habebat utique per naturam, sicut ille spiritus qui quod nec sempiternum habebat omnino, nec summum, per rapinam maluit occupare quam per auctoris gratiam perpetuam consequi dignitatem, a quo sumpserat angelicæ substantiam claritatis, quemadmodum beati angeli in divina gratia permanentes consecuti sunt sempiternæ beatitudinis firmitatem: pravus autem spiritus nec illud potuit obtinere quod visus est incompetentem invadere, et tenorem suæ conditionis excedens, in hoc etiam non potuit permanere quod factus est. Auctor ergo bonus ut bonum se opus condidisse firmaret, si in eadem sui conditione persisteret; inferioris creaturæ suæ miseratus offensam, quod spiritalis substantia, quæ et sui et alterius processerat, ipsa deceptrix atque in sua nequitia perseverans omnino consequi digna non fuerat, terrenæ conditionis et per fraudem deceptæ substantiæ naturam pariter clementer suscepit et causam; sicque, ut nunc breviter explicemus, competenti lapsam dispensatione reparare proponens, ut in seipso hæc eadem natura, quæ per inobedientiam mortis rediret ad vitam, solus ipse peccat in se sciens [forte peccati nesciens] in sub-

stantia quam post peccatum restaurandam potenti benignitate susceperat, ut indebitam mortem quam sine peccato utique non debebat pro his qui per peccatum debitores mortis exstiterant, imputaret; simulque diabolum hominis deceptorem qui consentientem sibi subditum per divinam tenebat iure sententiam, per justitiam nihil ei reddere jam deberentem. Et cum occidisset eum in quem sine peccato licentiam non habebat, merito ei vice mutua subjugaretur additus, quique se humanæ substantiæ utpote captivæ suæ dominum deumque jactabat, huic et justo pariter, et Deo vero mutuo subderetur. Intererat enim æquitatis immensæ ut non abruptæ divinæ potentiæ diabolus, sed ipsius hominis etiam quem se prostravisse jactabat iustitia vinceretur, quibus non satis habuit reparator excelsus ut ipse tantummodo in ea natura quam sumpserat gereret de hoste humani generis hunc triumphum. Quid enim præstaretur universæ nostræ creaturæ, si victor diaboli solum Christus existeret? Tribuit ergo fidelibus suis dignanter immensa pietate consortium. Tribuit per gratiam suam fidemque collatam, ut hominum millia ineffabilis compendio sacramenti participatum ejus acquirerent, renovatæque in suo salvatore naturæ facti consimiles, ipsi quoque fierent deceptoris sui mutatis sorte victores. Itaque contra superbum spiritum permanentem, hoc est provisum curatione salvandis, ut competentibus modis ad suæ conditionis integritatem proficerent, dignitatemque cœlestem; quatenus elationis exitialis effectum (qui non solum humanam, sed ipsam quæque, sicut dictum est, angelicam prostraverat ante naturam) humanitate necessaria medicinaliter declinaret ad integritatem reparandam, quippe post lapsum carere debuit illo malo quo integra præstare nequiverat: oportebat autem ut ipsa quoque rationalis humana creatura quod propria voluntate perdidisset, etiam secundum Dei gratiam propriam reciperet voluntatem, et quæ sine merito curabatur, tribueretur ei ut etiam hæc sequeretur ex merito: propterea maluit singularis ille salvator perfici potius in infirmitate virtutem, quam rursus sine infirmitate vel de se confidentem, vel auctoris negligentem fieri humanam substantiam sine infirmitate securam. Hinc est igitur quod B. Paulus, qui et ruinam conditionis humanæ, et restaurationem cæteris copiosius intimavit, etiam de seipso clamat: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet; propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi (II Cor. xii); et iterum ipse: Vanitati enim creatura subjecta est (Rom. viii); adhuc utique vanitati, quantum adhuc mundanis sensibus implicatur, corruptibilique conditione deprimitur; illa utique creatura de qua idem dicit alibi: Si qua igitur nova creatura, vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova (II Cor. v); et de qua idem alibi dicit: Ipsius enim sumus*

figmentum, creati in Christo, in operibus bonis (Ephes. ii). Itemque ipse de eadem: In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura (Gal. vi).

Hæc utique creatura, qua in Christo relecti sumus, non qua ab initio facti sumus, de qua etiam beatus Jacobus apostolus sic ait: *Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquid creaturæ ejus (Jac. i); non illius creaturæ quæ in Adam condita est, sed quæ Patris luminum, a quo est omne datum optimum et donum perfectum, voluntate genita verbo veritatis, initium sumpsit in Christo; et hoc ipsum ideo ne quibuscumque suis bonis fideret humana substantia; sed quidquid recti in se esse cognosceret, decursum descendens esse perpenderet ab incommutabili et sine vicissitudinis obumbratione luce semper immensa, per quam sibi mutabili et vicissitudinum obumbratione fuscata, luminis veri munus sentire impendi. Hæc est igitur illa creatura quæ spiritualiter vivens, non volens sustinet mortalis infestationis affectus, contra quos indesinenter pugnans, mallet non habere quos vinceret, quam cum infesto jugiter hoste confingere. Non volens ergo subja eat in tantum vanis desideriis, in quantum sine dubitatione perituris. Unde dicit Apostolus: *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non quæ vultis, illa faciatis (Gal. v); sed propter eum, inquit, qui subiecit in spe (Rom. viii), ut nemo in hac scilicet vita rursus de plena felicitate sit arrogans; ac ne rursus forsitan desperatione succumberet, sic eam subiecit his molestias preferendis, ut tamen spe consoletur erecta. Hæc est igitur sine ambiguo creatura, de qua ait, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei (Ibid.).* Patefecit de qua creatura vellet intelligi, *in libertatem, inquit, filiorum Dei, quæ in hoc mundo ex ea parte nunc servit qua vitis infestatur humanis; tunc ad libertatem filiorum Dei perfecta securitate venturam, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem. Ut fiat sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum (I Cor. xv).* Quapropter beatus Apostolus manifestius volens et de qua creatura ageret, et de qua ejus servitute, quæ libertate disserere, utpote per quem Christus loquebatur, ostendere, adhuc inculcat, et dicit: *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit (Rom. viii); non nisi rationalis creatura est, et illa rationalis, quæ quid ingemiscat, quidve parturiat, jam renata cognoscit, et infirmitatem suam delectans, promissionem perpetuæ tranquillitatis expectat, quo doctor egregius quousque perducatur, diligentius intuendum est: Non solum, inquit, illa, hoc est creatura populi Christiani, sed nos ipsi primitias spiritus habentes. Ipsi utique apostoli, ipsi Ecclesiæ principes et parentes, qui primordialiter sancti Spiritus dona sumpserunt,**

quæ ecclesiasticis ministrarent spiritualiter incrementis; ubi sine controversia semetipsos quoque in una eademque quamvis majore gratia præditos, unde et ait *primitias spiritus habentes*, quasi primales gratiæ Dei, in una tamen eademque secum totamque hæc lesa in generali conditione constituit: *sed etiam nosmetipsi*, dicens, *primitias spiritus habentes, intra nos gemimus*: aperuit quorum ille gemitus, quem supra dixerat, esse noscitur, et quid generet evidenter exposuit, *adoptionisque expectantes*: certe jam sacramenti regenerationis pignus adoptionis accepit. Quæ est ergo ista adoptio, quæ post adoptionum initia sustinetur, quæve redemptio corporis nostri, quæ ventura proponitur? Ergo non accepisti, quæ expectare te dicis? Accepi, inquit, sed mysteriis sum renouatus initiatusque cælestibus superstes et in hac adhuc mortalitate consistens, quæ sua sunt in me competenter operantibus, ad eorum plenitudinem perfectionemque valeam, atque hic pugnantium ibi sit consummata victoria, ubi dicendum est: *Absorptus est mors in victoria: ubi est, mors, stimulus tuus? Nunc autem spe salvi facti sumus; spes autem quæ videtur, non est spes; nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus* (I Cor. xv; Rom. viii). Satis clara luce patefecit qui sit status in hac vita fidelium, quid in fide teneant, quid in spe sustineant, quid tota caritate desiderent; quod totum incunctanter ideo fit, sicut quidam magister Ecclesiæ (Augustinus) sapienter edocuit, dicens: Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est servata certaminum, ut non superbiat sanctitas dum pulsatur infirmitas, quo scilicet sua saltem fragilitate communita post ruinam, non in se fidat nostra conditio, sed ad illius incessabiliter recurat misericordiam reformanda, cujus gratiam non querendo, nec in paradisi potuit intemerata felicitate consistere, discatque sine tali præsidio inde lapsam per quod instruitur post ærumnas ad gaudia redire perpetua; multoque se magis incolumem hoc subsidio durare potuisse, quo non solum ad creationis suæ reducitur institutum, sed ad cælestis præparatur habitaculum. Huc autem disputationi nullatenus æstimetur esse contrarium, quod in Epistola sua beatus Joannes apostolus et evangelista discernit: *Quia qui natus est ex Deo, non peccat* (I Joan. iii), ut ex hoc videlicet qui regenerati sunt, non peccare credantur: quod utique si eo sensu, sicut quidam non recte judicantes arbitrantur, vir magnus ille prompsisset, universaliter utique quisquis renatus esset jam peccare non posset. Deinde contra hunc eundem apostolum sententia convincitur, si quis hoc eum definisse prætendit; itemque quippe dicit alibi: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (I Joan. i): Et iterum: *Si dixerimus quia non peccamus, mendacem faciemus eum, et verbum ejus non erit in nobis*; et utique hoc tantus et talis dicebat apostolus; cujus si quis potiorum se meritis æstimare contendit, ipse videat caveatque ut incidat in mortiferæ præcipitationis abruptum.

A Certe enim ipse qui hæc dicebat, ex Deo utique natus erat; et tamen docebat atque prædicabat, dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus*; et cætera, quæ superius comprehensa sunt: sed qualiter peccare non possit, qui ex Deo nascitur, ipse potius vir Deo plenus exponat: *Si dixerimus, inquit, quia non peccavimus, mentem faciemus eum: quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est et justus, qui dimittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate* (Ibid.). Patefecit quomodo qui ex Deo nascitur, peccare non possit, ut scilicet unusquisque fidelium postquam ex Deo natus est, sicut se non habere peccatum pronuntiare non debet, sic quod admittendo contraxerit, confidenti relaxatione submotum peccatum inesse non possit, sicut ipse etiam secutus adjunxit: *Hæc scribo vobis, ut non peccetis; sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem justum, et ipse est propitiatio peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed totius mundi* (I Joan. ii). Quod breviter indicatum prudens lector per totum Scripturarum corpus copiosis poterit testificationibus invenire et manifestius approbare.

Sic temperatum nostræ salutis antidotum, ut omni protervitate deposita, qui gloriatur non in se, sed in Domino gloriatur (II Cor. x). Etiam illud præterea diligentibus intueendum est, quod quosdam movera perspeximus id quod ait Apostolus (I Cor. vii) cum conjugibus fidelibusque loqueretur, sanctificari scilicet sive virum sive mulierem infidelem per cujuslibet sexus fidele consortium: et imprimis non inconvenienter occurrit quod dictum est de fœdere conjugali: *Erunt duo in carne una* (Gen. ii). Per quod possit consequenter intelligi, ut quoniam cujuslibet conjugis fidelis corpus templum est Dei, et regeneratione purgatum, divinique sanctificatum per purificationem mysterii, secundum quemdam modum, per conjugalis unitatem carnis etiam conjugis infidelis sanctificatio corpus attingat, longeque distet ista societas ab illo consortio quod in utrisque conjugibus idolis mancipatum est, et immundi spiritus habitatione pollutum, dum in illo genere nuptiarum per legem fœdusque conjugii ad alterum tametsi nescientem forsitan nec volentem divina benedictio per alterius unitate sibi carnis accedit. In isto vero, et principalis illa fornicatio qua anima alienatur a Deo et spiritus pravi contagium tam reddat utrumque conjugem detestanda coinquatione maculatum, quam ab illa fide quæ corda purificat summæ Divinitatis externus (sic). Deinde non irrationabiliter (quantum arbitror) et illud occurrit, ut oratione fidelis jusque conjugis etiam infideli misericordia quantacunque præstetur vel ipsa certe quæ ad salutem pertineat temporalem: in qua misericordia non parum divinæ pietatis acquirit: et per hoc secundum quemdam modum particeps divinæ dignationis effectus edicitur. Si enim cibi qui per legem sacram describuntur immundi, per verbum Dei sanctificari testatur Apostolus, unde etiam illud est: *Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris* (Act. x); non erit absurdum nec inconveniens quod per fidelis con-

juvis precem, quam fieri pro ipsa certam est affectione A
 conjugii, aliquid etiam infideli- conjux sanctificationis,
 misericordiam divinam quam fidelis conjugis implo-
 rat supplicatio, consequatur, longeque differat (sicut
 dictum est) ab illo connubio in quo utriusque conjuges
 a veræ Divinitatis sunt puritate exerti, et voluntarie
 submoti, sed immundos utriusque spiritus invocantes,
 pari immunditia sunt referti. Nam si, comparatione
 levium vel gravium peccatorum, justificatus dicitur,
 ab eo qui majoribus est vitis involutus ille quem mi-
 nor reatus involvit (sicut dicitur ad Jerusalem quæ
 tunc criminum et prævaricationum immanitate fer-
 vebat: *Justificasti sororem tuam Sodomam (Ezech. xvi)*),
 quanto magis justificatio vel sanctificatio, etsi non
 plena atque perfecta, secundum tamen quemdam
 modum competenter accipitur, ubi non solum a fideli B
 conjuge minus peccatur, sed ab eo etiam conjuge
 peccatore remedium summæ Divinitatis exposcitur,
 quam ubi a conjugibus utrisque peccatur! Nam se-
 cundum quemdam modum hanc sanctificationem per
 fidelem conjugem etiam infideli conjugi pervenire
 hæc ipsa verba testantur Apostoli; siquidem non jam
 infidelem conjugem legitimum sanctificationem sum-
 pisse confirmat, quia per fidelem conjugem quippiam
 sanctificationis acquirat. Denique qua sit conditione
 censendus secutus adjunxit: *Nam si infidelis, disce-
 dat (I Cor. vii)*, non jam inde tanquam fidelem suscipi
 designans, quia per hæc quæ dicta sunt aliquid ad
 eum pervenit fidelis conjugis, sive consortium, seu
 precem divinæ sanctificationis et gratiæ, sed nisi ipse
 quoque fidelis existat, pro infideli sit procul dubio
 judicandus. Est etiam ille modus infideli conjugi san-
 ctificationis impetrandæ per conjugem jam fidelem,
 si huic exhortationem conversionis ad Deum, et es-
 dulitatem summæ Divinitatis insinuet, majestatem
 virtutumque ejus inculcet, et per affectum conjugii
 eum scilicet informet et inclinet ad fidem, astruens
 quæ sit spes in unum Deum credentibus, vel in hujus
 vitæ cursu, vel post ejus transitum quæ requies sit
 futura. Hæc cum per fiduciam conjugii sanctis verbis
 cor ejus assidua voce pulsando conjux fidelis fre-
 quenter insinuat, divinæ sanctificationis eidem, et
 menti ejus, et corpori propinat effectum, sicut ait
 leatus Petrus apostolus: *Similiter mulieres subditæ
 sint viris, ut si qui non credunt verbo, per mulieris con-
 versationem sine verbo lucifiant, considerantes in timore
 constantem conversationem vestram (I Pet. iii)*; quam si
 per familiaritatem suscipiat conjugalem, et Dei gra-
 tiam sibi per affectum conjugii ministratam non in-
 vacuam recipiat et refutet, sit sanctificatio per fidelem
 conjugem conjugis infidelis, dum hisce modis ex in-
 fidelitate in consortium sanctificationis attrahitur.
 Alioquin si oblatam sibi gratiam nec per affectum
 suscipit conjugalem, quæ in vacuum tam divinæ di-
 gnationis, quam etiam humanæ singularis affectionis
 oblitus, æstimat abnuendam, atque ob hoc ipsam
 quoque conjugis affectionem nihil abjungere, et ab
 ipsis pii consortii lege discedere, digne permittitur
 eidem licentia discedendi; quia non est illo conjugio

dignus, quo se ipse judicavit indignum, patienterque
 ferat fidelis conjux illo se carnisse conjugio, quod
 fornicatur a Deo, cui idem conjux fidelis inhærendo
 principalem Dei retinet castitatem. Itaque et adul-
 tero caret, et eo qui respuit una veraciter fieri caro
 cum conjuge jam fideli, nec æstimet fuisse legitimum
 quod divina sibi despexit lege conjugii; ac potius
 libenter accipiat eum, qui anima separatus a Deo est,
 et a se quoque corpore fuisse divisum.

Secundum hunc igitur modum etiam de talium
 filiis accipiendum est, quod illic consequenter asse-
 ritur, ubi Apostolus: quod nisi hæc sanctificatio
 inter hujusmodi conjuges proveniret, filii eorum im-
 mundi essent, nunc autem sancti sunt. Sancti sunt
 enim, secundum quemdam modum in comparatione
 illorum qui ex utrisque parentibus immunditiæ dia-
 bolicæ mancipatis contaminatisque nascuntur.

Isti enim ex ea parte qua de sancta carne fidelis
 parentis, et templo Dei, et Deum unum in suo corde
 gestantis exorti sunt, nominibus divinæ benedictionis
 hauserunt, in qua utique benedictione sanctitas conti-
 netur, cujus dignatione perstricti, sancti non immerito
 nuncupantur. Per hanc quidam etiam sanctificationem
 assumunt, ut ad eam sicut competit perveniant conse-
 quendam, jam ejus per parentem fidelem rudimenta
 percipiunt, et odorem sanctæ adoptionis agnosunt,
 precibus Christiani parentis, quibus eis sine ambiguo
 imploratur divina misericordia, utique sanctificatio
 jam præbetur, et plerumque fidelis studio parentis,
 vel ad venerabilia loca parvuli deferuntur, vel etiam
 nescientibus renatis fonte baptismatis sanctificatione
 plena confertur. Aut ubi jam capaces rationis existi-
 terint, adhortatio et insinuatio pii parentis ingritur.
 Quæ omnia sanctificationis instrumenta esse mani-
 festum est, quibus ut [forte aut] ad ejus veniant
 [F. veniunt; et infra, dispoliant] firmitatem, aut
 si ista despiciunt, semetipsos sanctificatione dispo-
 lient, et gratiam Dei, quæ his per affectum parentum
 ingritur, evidenter evacuant. Atque ita de sanctis
 vel de eruditionibus sanctitatis abscissi, in non sanc-
 torum consortia profana rediguntur. De quibus nihil
 ominus sic dicatur, quomodo de parentibus eorum
 infidelibus præceptum: *Si infidelis vult discedere,
 discedat (I Cor. vii)*. Nunquidnam hæc genera sancti-
 tatis vel sanctificationis de utroque profano parente
 D
 progenitis filiis intimantur? Ecce quid interest inter
 sobolem ex illo vel isto conjugio procreatam; ecce
 quemadmodum isti familiares et propinqui sunt
 sanctificati, atque ideo non immerito sancti sunt
 editi. et quibus divina misericordia consequenter ejus
 precibus imploratur, quique cum sanctis educationi-
 bus inbuuntur, et sacræ religionis iniciantur affectu,
 ad cuius si pervenerint firmitatem, illius per sacra-
 mentum sanctificationis plenitudinem consequuntur,
 cujus per fidelem parentem etiam ante sacramentum
 rudimenta sumpserunt, per quæ rudimenta jam
 sancti, qui sancta institutione præparabantur, non
 incongrue sunt vocati. Nunquid autem quia dictum
 est sanctificari infidelem conjugem per fidelem, ita

dictam est, ut jam propriæ credulitatis sanctificatione non egeat, ac non magis ideo quia per illam familiaritatem fidelis conjugis percipiendæ sanctificationi proximus sit et propinquus, effectus? Nam si jam sanctificatus diceretur, ut sanctificatione penitus non egeret, non de eodem in consequentibus diceret: *Infidelis si vult discedere, discedat*; sic ergo et filii eorum nuncupati sunt sancti, quia per sancti parentis affectum capiendæ sint proximi sanctitatis; non quod jam ipsi propria sanctificatione non egeant, quæ utique, sicut nullus Christianus adhibeat, sine regenerationis sacræ mysterio nec sumitur nec habetur; sicut et parens eorum infidelis, sic sanctificatus dicitur per fidelem, ut si tamen ingessit sibi per fidelem conjugem sanctificationis ipse legitimum non suscepit effectum, infidelis fuerit nuncupatus. Sicut ergo eum, quem per fidelem conjugem sanctificatum dixit, postea nuncupat infidelem, quia proprie ipse vel ipsa non credi lit, sic et filii qui per fidelem parentem eo modo sanctificati quo conjux, sancti appellati sunt, nisi ipsi quoque proprie credant, infideles consequenter existunt. Satis enim apparet, secundum quemdam modum sanctificationem hanc conjugis appellatam, qui postea infidelis asseritur; sic ergo et de filiis intelligendum est. Nunquid igitur, quod sæpe repetendum est, soboles profanorum hujusmodi sanctitatis aliqua cujuslibet parentis portione contegitur, vel alijs hujusmodi disciplinis, precibus, adhortationibus cujuscumque participationem, vel notitiam, vel auditum, vel eruditionem sanctitatis assumit, quæ est sub immundorum spirituum dominatione consistens, et diabolicis prævaricationibus, et contagiis mancipata? Hoc modo semper innunda est, quo parentes, quando in eadem perversitate consistit; plerumque autem et per anticipationem (quod in Scripturæ sanctæ textu frequentius invenitur) jam esse dicitur quod futurum est, sicut in Evangelio legimus. Quia Jesus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Filios Dei certe jam nuncupans qui adhuc essent diffusa gratiæ evocatione per mundum sacris innovandi mysteriis, in Dei filios adoptandi: vel cum dicitur: *Beati qui non viderunt et crediderunt (Juan xx)*, jam beati appellati sunt qui adhuc tunc futuri fuerant beati, cum essent quæ non viderant credi uri; sicut et plerumque profaciendis jam facta referuntur, ut *soderunt manus meas et pedes meos (Psal. xxi)*. Item tanquam profinito definitur quod non sit causa qualibet interventione faciendum, sicut beatus Apostolus pro devotione prædicationis injunctæ ad Hispanias se proficitur iturum quod tamen certa dispensatione Deitatis quod fieret non provenit; alter cum appellatur aliquid esse quod hoc ipsum esse cessavit, vel cessaturum est hoc ipsum esse quod dicitur, ut Judas apostolus qui prævaricando, quod est appellatus amisit, sicut idem et discipulus dictus est, cum quidem nec Christi discipulus esset, sed potius diaboli, sicut de eo dictum est: *Unus ex vobis diabolus*

est (Joan. vi), quod diaboli esset operarius. Dicitur est tamen discipulus etiam cum nec verus esset, et cessaturus hoc dici. Est et ille modus, quod sæpe velut generaliter et absolute dicitur, cum tamen ad omnes generaliter non pertinere manifestum est, ut cum dicitur Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes (Genes. xxii)*, omnes quidem gentes benedicentur; nec erit ulla natio sub cælo cui non prædicetur Evangelium, et tunc veniat finis; sed ipsæ gentes non ex integro omnes benedicentur, quia non omnium est fides: vel sicuti est, *omnia lingua confiteatur Deo (Philip. ii)*; cui locutioni sensus ille connectitur, cum ex parte totum sæpius nuncupatur: sicut et tunc homo Juda cum totam gentem procul dubio nominaret. Sic et illi fideles sancti videri possunt vocati, quia multi, vel plurimi ex his, per ea quæ dicta sunt, mysteriis imbuti cælestibus, sancti efficiuntur, et merito jam esse dicti sunt quod futuri sunt, vel ex ea portione, qua per religiosum parentem erant participes sanctitatis, tanquam jam ex integro id essent, sancti sunt nuncupati, vel quia ex talibus filiis multi futuri essent plenæ sanctificationis hæredes.

Jam et isti ex eo quod futuri fuerant nuncupati sunt, et licet hoc essent plurimi forsitan nunc futuri, a parte sanctorum toti sancti generaliter sunt vocati. De resurrectionis vero qualitate, vel de ea quæ post resurrectionem species sit futura, audiamus Apostolum prædicantem, ubi ait: *Sed dicit aliquis, Quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore venient (I Cor. xv)?* et humanæ mentis diffidentiam redarguens, quam merito stultam, quæ Deo quidquam judicaret impossibile, nuncupando, competenter ex rerum etiam visibilium et humanis conversationibus usitatam similitudinem comparisonemque magnillam præclarus doctor inducit, dicens: *Insipiens (qui Deo hæc impossibilia æstimas, vel ambigis esse faciendæ), tu quod seminas non vivificas, nisi prius moriatur (Ibid.)?* Quam similitudinem ad resurrectionem corporis post mortem futuram convenienter aptavit. Deinde quod secutus adjecit: *Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici et cæterorum. Deus autem dat illi corpus prout voluit (Ibidem)*. Ad qualitatem jam et speciem, quæ post resurrectionem futura est, genus comparisonis adhibere curavit, *prout voluit*, inquit. Quid adhuc quæris? prout voluerit Deus, sic dabit unicuique corpus ineffabili potentia suscitatum: sed forsitan arbitraris ideo magis significari non unicuique suum reformandum propriæ corpus, cum astruatur prout Deus voluerit esse reparandum.

Diligenter ergo sensum plenius hæc tractantis intende, si scire conaris cujusmodi corpus unicuique sit Deus hoc ipsum prout voluerit redditurus, et tanquam tibi jam tunc ad ista respondentis Apostoli verba perpende. Nosse desideras quare resuscitatis hominibus corpus prout Deus voluerit sit daturus, agnosce prout ter, *et unicuique seminum proprium corpus (Ibid.)*, quod utique non sine causa vir Deo

plenus adhaeret, nisi ut futuras hominum hujusmodi A
 dubitationes expelleret. Audi, inquam, quod sapien-
 ter adjectis, et ex similitudine rem ipsam cui compara-
 tur agnosce: *et unicuique*, inquit, *seminum pro-*
prrium corpus; si in similitudine proprium corpus,
 ergo et in re, cujus similitudo est, proprium corpus
 certum est esse reddendum; semina enim ista sine
 controversia hominibus comparavit, de quorum uti-
 que morte et resurrectione loquebatur: atque ideo
 singula singulis conferens, quantum ad vivificanda
 post mortem corpora pertineret, de grani non prius
 vivificati quam mortui comparatione singulari mira-
 biliter explicavit. Dehinc quali post resurrectionem
 corpore censeretur esse quisque venturus, id est,
 utrum hac conditione, quam moriendo gestaverat,
 an longe meliore, nihilominus illa similitudine pate-
 fecit, quam secutus exposuit: *Et tu qui seminas, nu-*
dum granum seminas, ut puta tritici aut alicujus cæ-
terorum; et Deus dat illi corpus prout vult (I Cor.
xv). In hac ergo forma corpus Deum dare, decen-
 titus quam obierat, evidenter expressit; sicut in sub-
 sequentibus dicitur: *Seminatur in corruptione, surgit*
in incorruptionem; seminatur in ignobilitate, surgit in
gloriam; seminatur in infirmitate, surgit in virtutem;
seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale
(Ibid.). Ecce quemadmodum hominis morientis non
 hoc seminat: quod corpus est post futurum. Ecce
 prout vult Deus intelligitur resurrecturis corpus re-
 formare post mortem cum inestimabili suæ miseri-
 cordiæ voluntate: quod fuerat in corruptione semi-
 natum, incorruptibili nobilitate restaurat; quod fue-
 rat terrenæ conditionis in ignobilitate positum, in
 gloria cælesti resuscitat; quod fuerat mortalitatis
 infirmitate resolutum, redintegrat in immortalitatis
 decore vestitum; postremo quod fuerat animale de-
 functum, corpus spirituale restituit, et reformat:
 quæ cuncta ad statum meliorationis sublimationisque
 respiciunt. Illa vero quæ restat pars comparationis
 adnexæ specialiter ad proprietatem corporis unicuique
 retribendam pertinere firmatur, qua consequenter
 dicitur: *Et unicuique seminum proprium corpus*; ubi
 satis apparet in quavis resurgentium claritate pro-
 prietatem corporis esse manuram; nec otiosum
 quod beatus Apostolus cum de solo humano genere,
 quod solum est utique suscitandum, nec alia quæcun-
 que substantia hoc est munere decoranda, atque
 ideo sufficeret ad unum genus hominum unam spe-
 ciem seminis gratia comparationis adhibere, per quam
 et non prius vivificari quam mori, et honorabilius cor-
 pus quam seminaretur exurgere perdoceret: sed ut
 diversi sexus proprium corpus asseret [*F. assereret*]
 innovandum, quod in una specie seminis quantum
 ad similitudinem respiceret, non habebat, ne per hoc
 et unam tantummodo speciem resuscitandorum cor-
 porum futurarum significasse putaretur proprietatum
 distinctione submota, discreta quæcunque seminum
 genera comparationis suæ caute convenienterque
 duxit adhibenda, ut proprietatem corporum, sicut
 dictum est, quam una species discernere non valeb. t,

seminum diversitas indicaret, superpedicaretque plena
 comparationi facultas per quam ad specialitatem
 corporum designandam convenientissime diceretur,
et unicuique seminum proprium corpus (I Cor. xv), ut
 quod una species cujuslibet grani, discreto sexu,
 qui ei nullus estimare non posset exprimendæ cor-
 porum proprietati, sicut sæpe jam dictum est, semi-
 num diversitas intelligentiam ministraret.

Triplex igitur in hac comparatione propositio,
 disputatio, definitio est; et quantum ad intelligentiam
 resurrectionem pertinet corporalem ex similitudine
 grani non prius vivificati quam mortui competens
 similitudo sufficiensque deprompta est. Quantum
 vero ad id attinet, quia *non id corpus seminat quod*
futurum est, sed Deus dat illi corpus prout vult
 B (*Ibid.*), in ejusdem continentia lectionis necessario
 causa reseratur, cum corruptibile corpus seminatam
 perhibetur incorruptibile redditurum, et cætera, quæ
 huic sensui probantur adhærere.

Quantum autem ad proprietatem corporum respi-
 cit edocendam, plenissime declaratur quod beatus
 Apostolus nequaquam seminis unius comparatione
 contentus, per quod proprietatem corporum non
 posset ostendere, cum id una species, ut supra me-
 moratum est, seminis non haberet, studuit ex semi-
 num diversitate monstrare unicuique surgentium,
 qui sunt utique seminibus comparati, proprium cor-
 pus esse reddendum. Et resurgunt ergo homines vi-
 vificati post mortem, qui utique prius morientibus
 et postmodum vivificandis seminibus comparati sunt;
 et non hoc quod moriuntur, id est tanquam semi-
 nantur, resurgunt, *sed Deus eis dat corpus ut vult*
 C (*Ibid.*), ut sit de corruptibili incorruptibile, de
 mortali immortale, de inspirituale spirituale; ut
 quod mortis fuerat conditione decoloratum, immor-
 tale et decorum integritate reddatur, et proprium
 corpus sicut unumquodque seminum sine dubio re-
 cepturi sunt: quod quia diverso sexui in uno semine
 comparari non poterat, ex seminum diversitate col-
 latum est, ut ex diversitate seminum corporum pro-
 prietas signaretur. Si vero proprium corpus re-usci-
 tatus quisque suscipiet, indubitanter est consequens
 ut unicuique sexui corpus proprium reformetur; quia,
 sicut dictum est, et unicuique seminum proprium cor-
 pus restituitur attributum. Et si unicuique seminum
 D proprium corpus restituitur, per quæ utique semina in
 utroque sexu omne genus hominum designatum est,
 sequitur ut omne genus humanum, quod in utroque
 sexu istis est seminibus designatum, proprium sit cor-
 pus resumpturum. Hoc nos ex verbis Apostoli fas est
 sobria consideratione metiri, ultra quæ cavendum
 est temeraria curiositate prorumpere; propter quod
 etiam commonemur: *Altiora te ne quæsieris, et for-*
tiora te ne fueris scrutatus (Eccli. iii). Et, *Non alta*
sapientes, sed humilibus consentientes (Rom. xii). Post-
 remo attendente illud, quod apostolica quoque præ-
 dicatione firmatum est, *quod oculus non vidit, nec*
auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præpa-
ravit Deus timentibus se (I Cor. ii), qui-quis superius

memorati sensus Apostoli non est intelligentia vel comparatione contentus, ad hoc certe, velit nolit, sine dubitatione constringitur, ut quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod licet audeat sibi mediatione componere, quasi verbo humani corporis aliqua membra culpabilia, vel decora, vel reprehensibilia sint creata, cum Deus fecerit omnia bona valde (*Genes. 1*), et unamquamque speciem in suo genere competentem decore subnixam, nisi quod hæc, quæ inhonesta nostra sunt dicta, concupiscentiæ primordialis decolorasset excessus: quæ utique sic fuerant instituta, ut ad nutum mentis humanæ famulantia, tantummodo ex animæ rationalis arbitrio ad procreandæ sobolis causam suis officiis fungerentur. Præter hanc vero causam nihil contra mentis imperium, quæ præveniendæ insolentius voluntatem, vel cum illa voluntas expeteret, quiddam rebellionis afferent. Sed postquam anima summis suis subjecta non constitit, pari in seipsa naturæ contumacis lege punita superbia est, ut huic quoque, id est animæ dominio subjecta consequenter obsequia repugnarent, et quod vetiti præsumptione contraxerat humanæ mentis inobediens appetitus, in ea parte corporis indicaret, qua degeneris, ac decoloratæ superbiæque radices procul dubio vitiosa fuerat generatio propaganda: quæ utique si hic nisi essent hæc exorbitatione scelerata potuerant decore tantum humano generi propagando tam honesta quam moderata persistere etiam in corpore sine dubitatione terreno, quanto magis credendum est in spiritali corpore ineffa iliter decentius hæc posse constare; præcipue cum nihil jam genitalis officii in illa perpetua claritate gestura sint! sed ad hoc tantum suæ speciei formæque non deerunt, ut non aliqua alia forma quam humana, cui promissa resurrectio est, resuscitata iudicetur, nec aliquid sit quod in carnis perspecta resurrectione non maneat, et videatur alia species suscitata quam integræ carnis humanæ limamenta designant: quæ quisque non vult fortasse moderata ratione librare, velit nolit, ut dictum est, aut ad illud superius revertetur, *ut quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit (I Cor. 11)*, non æstimet perscrutandum, aut si ultra conatur erumpere, ipse videat suæ temeritatis abruptum. Quam autem condita sunt honesta humanæ membra substantiæ, etiam res illa nos admonet, quod cum in paradiso nudi essent primi parentes, nihil in his confusionis habuerunt. Unde post peccatum et concupiscentiæ virus ingressum, corporum suorum inordinata perturbatione confusi sunt. Atque ideo satis apparet, quod si in illa quavis felicitate paradisi possit, terreno tamen corpore constituti, conspici sine confusione potuerunt, multo magis in illo spiritali corpore, atque in illa sublimi beatitudine, quæ similitudinem gestura est angelorum, et ut homini in carnis resurrectione nihil desit, integre reformetur. Et ne aliquid deforme Conditor creasse videatur, si quid de resuscitato corpore subtrahatur bonum, potius ejus opus inde etiam comprobetur, ut

A ejus conditio in illis quoque claritatis decore permaneat, nisi forte isti etiam illic adhuc existiment motus corporeos orituros, *ubi (sicut ipse Dominus ait) neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angei (Marc. 11)*. Quod utique si in unam speciem corporis unumque sexum omnes fuerant suscitandi, cur diceretur causa penitus non fuisset. Quin potius cum femineo sexu magis competat nubere, non illic defuturum, sed cessaturum prorsus a nuptiis indicatur. Cum autem nihilominus scriptum sit, *ut capiat unusquisque propria corpora quæ gessit, sive bona, sive mala (II Cor. v)*, quomodo id fiet, nisi uterque sexus in sui corporis proprietate vel iudicium subeat, vel præmium beatæ resurrectionis accipiat? Falluntur autem qui putant illud Apostoli testimonium sibiimet suffragari, quo videntur asserere in virilem formam omnes homines resuscitandos, ubi ait: *Donec occurramus in unum virum perfectum (Ephes. iv)*. Quid ergo facient cum rursus idem dicat: *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo (II Cor. xi)*? quod huic utique opinioni eorum erit sine dubitatione contrarium, nisi mysterio competenter inspecto modesta mente cognoscant qualiter ut unum conveniat, quid itaque velit sibi, quod in utroque sexu describat Ecclesia, quantum Domino reserante sentimus, exponimus. Ab initio Christum et Ecclesiam humanam carne similitudine conjugii designatam sancta Scriptura testatur. Proinde cum femineo sexu censetur Ecclesia, infirmitas quidem humanæ conditionis ostenditur, quæ tanquam in Ecclesia conjugio Christi convenienter exprimitur; sed nomine virginitatis, vel continentiæ ejus propositum vel integritas fidei, de qua et ipse B. Apostolus disserit, intimatur. Cum vero dicitur, *Donec occurramus omnem in virum perfectum, nec diversum est, nec divinum* {*F. divisum*}; quoniam quidquid in Ecclesiæ corpore continetur, quæ cum Christo una caro est sacri lege conjugii, etiam ipsius caro modis omnibus in sexu fieri utroque quod dictum est sive illic virginem castam, sive huic virum perfectum, ut ita sint in Ecclesia catholica intempera fide viventes, et sacro proposito continentes. Licet adhuc possit in infirmitate conditionis humanæ, ut tamen per unam carnem Ecclesiæ et Christi, id est conjugis et viri, in ipso quoque virilem accipiat firmitatem vigoremque perfectum, cujus per Ecclesiæ virginem fidei castitatem, quam cum eodem una caro sunt, et viri membra perfecta; ubi illa quoque beati apostoli Pauli verba tractanda sunt, quibus ait: *Omnes nos in unum corpus baptizati sumus in Christo (I Cor. 12)*. Quantum ad unitatem utique pertinet sacramenti unum corpus sumus in Christo; quantum ad sexum diversitatem ipse alibi dicit: *Sive vir, sive mulier, omnes unum sumus in Christo (Galat. 3)*: cum suo enim toto corpore, quod ejus est plenitudo, perfectus est Christus; et ideo quia per unum idemque mysterium, licet diversi sexus, unum tamen corpus accipitur, per cujus corporis plenitudinem perfectus est Christus. Cum ergo vir Christus Ecclesiæ tanquam conjugis suæ et caput

sit et virtus atque perfectio, merito omnis Ecclesia A in hunc unum virum perfectum, cujus est una caro, perhibetur occurrere.

DECRETA DUO.

(Ex epistola ad Dardaniam episcopos desumpta.)

PRIMUM.

Repeti non possunt quæ triginta annis quiete possidentur.

Post quingentos annos constituta Christi quosdam audio velle subvertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi.

SECUNDUM.

Non oportet ab eorum elemosynis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.

Nec quisquam vobis omnino persuadcat, Acacio pro varicationis suæ crimen fuisse laxatum: quia qui postquam in collegium recidens pravitatis, jure meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non quæsit omnino nec meruit, nec mortuus jam potest impetrare. Siquidem ipsi apostolis Christi voce delegatum est: *Quæ ligaveritis super terram (Math. xviii)*, et reliqua. Cæterum de eo qui in divino judicio est constitutus, nobis fas non est aliud decernere, præter id in quo eum dies supremus invenit: atque ideo nisi ejus nomine refutato, cæterisque consortibus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnopere servaverunt pollutione discretam.

1 CONSTITUTA

GELASII PAPÆ, QUÆ EPISCOPI IN SUA ORDINATIONE ACCIPIUNT;

(Quibus Afrorum ordinationes inter alia prohibentur ex Diurno pontificum, aliisque fide dignis codicibus mss.)

Papa ille clero, ordini, et plebi consistentibus civitate illa, dilectissimis filiis 2 in Domino salutem.

Probabilibus desideris 3 nihil attulimus tarditatis. Fratrem 4 jam et coepiscopum nostrum illum vobis ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis ne unquam ordinationes præsumat illicitas; ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem; qui neque illitteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expœnitentem, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad sacros ordines 5 permittat accedere. Sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria atque ornatum Ecclesiæ, vel quidquid illud est in patrimonio ejusdem non minuere studeat, sed augere. De redditu vero ecclesiæ vel oblatione fidelium quatuor faciat

portiones: quarum unam sibi ipsi retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus et peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam. De quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum seu diaconorum non nisi quarti, septimi, et decimi mensium jejuniis; sed et ingressu quadragesimali atque 6 medio, vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in Paschali festivitate et Pentecoste meminerit esse præbendum, exceptis his qui mortis urgentur periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subveniri. Huic ergo sedes nostræ præcepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut irreprehensibile placidumque fiat corpus B Ecclesiæ, per Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat cum Deo Patre omnipotente et Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum. Amen. *Et subscriptio ejus.* Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii.

EPISTOLA XV.

Narrat quæ a Rustico Lugdunensi episc. acceperit subsidia et quantas ab Acacio sustineat persecutiones.

(Ex schedis R. P. Hieron. V gnerii.)

Dilectissimo fratri Rustico Gelasius.

Inter ingruentium malorum turbines et variarum tentationum quibus pene mergimur afflictationes, tua nobis caritas, amantissime frater, grande solatium propinavit. Quid enim consolatus posset accidere quam videre fratres carissimos invicem compatientes et partem oneris ferentes, quibus non minima benedictionis portio collata est. Benedictus Deus, qui tua erga nos taliter affectit præcordia, ut non tantum quæ patimur, animo sentias, sed ea monstres in sanctæ tribulationis exhibendo misericordiam, qualem habeas in compassivo corde caritatem, et adjungas ad dulcissimæ consolationis sermones quæ sunt præcipuæ inter amicos opitulaciones. Verum dilectionem tuam non fatigabimus scribentes quam in arcto fuerimus. Scit frater noster et coepiscopus Aeonius (Arelatensis) quam utile fuerit et quod misit, et quod ad nos misisti subsidium. Cæterum frater noster Epiphanius (Ticinensis), qui ad gentis suæ relevandos et redimendos captivos ad partes vestras destinatur, fraternitatem tuam certiore faciet quantam ob impiissimi Acacii causa 7 persecutionem sustinemus. Sed non deficimus, et inter tot pressuras nec cedit animus, nec relaxatur zelus, nec subvertit metus. Sed licet aporiantes et angustiati, confidimus in eum qui dabit cum tentatione proventum: et si ad tempus sinit deprimi, non patietur opprimi. Fac, carissime frater, ut tunc tuorumque in nos, vel potius in sedem apostolicam non cesset affectus. Qui enim in petra solidabuntur

1 In libro Diurno Rom. pont. inscribitur: *Synodale quod accipit episcopus.* Est et inter epistolas Gregorii II ordine quarta. Citatur et apud Gratian. ex Gelasio 26, XII, quæst. 2, clero, ordini et plebi Brendesii. HARLON. — Gelasio etiam inscribitur in Lucensi co-

dice vetustissimo. MAN I.

2 In cod. Luc. 490 deest in *Domino salutem.*

3 Id. cod. Luc. addit *v. stris.*

4 Id. cod., *etiam.*

5 Id. cod., *medianæ.*

cum petra exaltabuntur. Adjuva fratrem nostrum Ep phanium, et sentiat quia me amas; et cum redierit ad propria, scribat dilectio tua tam quæ sibi quam quæ fratribus nostris et coepiscopis per Gallias

A constitutis circa impiissimi Acacii causam videbuntur. Deus te præstet incolumem, frater carissime. Datum viii cal'end. Februarias, Asterio et Præsidio VV. CC. consulibus (anno Christi 494).

APPENDIX PRIMA.

VARIA FRAGMENTA.

GELASIIUS PAPA.

(Ex Baluzii Miscell.)

Quid novæ ædificationis antiqua ecclesiarum poterit præjudicare divisio, cum in ea non futura, sed quæ erant præsentia finirentur? Nunc autem ad hanc basilicam quæ dedicanda est, illud debet summa intentione disquiri, quis, id est, cujus civitatis, ex eadem re, antequam basilica quæ fabricata est fundaretur, baptizaverit incolas, aut ad cujus consignationem sub annua devotione convenerint. Non enim terminis aut locis aliquibus convenit definiri, sed illud facere diocesim quod superius continetur, ut constet commanentes a quo fuerint lavacri regeneratione purgati. Et ideo, fratres carissimi, amotis ambagibus, et omni circumtione submota, hoc vos modis omnibus convenit investigare, ut ille maxime ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem præscripsimus debere, permitti noveritis. In cæteris etiam ecclesiis quas post constitutum quod gestis sanctæ memoriæ Leonis papæ in synodo nuper relectis in his locis quæ distincta sunt per subreptionem ab virunnis¹ episcopo constiterit consecratas, hæc eadem et requirenda, et sunt modis omnibus ordinanda; ita tamen ut documentum quod superius diximus in omni constitutione servetur; quia quidquid suppositis petitionibus claruerit postulatum, id in irritum merito tanti præsulis erit contemplatione deducendum.

GELASIIUS IN DECRETIS DULCIO DEFENSORI.

Experientia tua præsentis admonitione suscepta filiis nostris viris magnificis Æmiliano magistro militum, et Constantino iudici, et Ampelio ex nostra exhortatione dicere non omittat. Ecce, sicut magnitudinis vestræ desiderium postulavit, sine mora aliqua, et sine ullo dispendio, ita ut nec ipsas dare ecclesiasticis officiis consuetudines sineremus, Anastasianum diaconem Lucerinæ civitati ordinavimus sacerdotem. Propterea nunc magnificentia vestra ejusdem episcopi vel Ecclesiæ Lucerinæ utilitatibus in universis quæ sunt necessaria libenter impendat, et competentia vigilantia suæ tribuat Christiana devotione solatia.

STEPHANO EPISCOPO GELASIIUS.

Oportuerat Antistiam, quæ direxit petitorium in desiderata sibi pudicitia permanere, quia non facile contemnere debuit, quod facile prius credidit postulandum. Pertractato enim et maturato consilio juventutem suam, vel ea quæ petitorio debuit æstimare, nec contra electionem viduitatis indictæ suffragia postmodum et occasiones rumpendæ quærere castitatis. Sed quia mutabilem mentis errorem ferendæ culpæ cupiditate teneravit, et maritum potius incontinentiæ suæ, quod nullis prohibetur legibus, exquisivit, supradictam processionis solitæ noveris esse reddendam, et ut accessus ecclesiæ et ministeriorum sacra communione potiatur.

^a Viduæ nullam solemnem castitatis professionem emittebant. Quæ si obligatam Deo privati voti religionem castitatem assumpto conjugio violabant, non-

¹ Locus corruptus.

GELASIIUS PAPA MAXIMO ET EUSEBIO EPISCOPIB.

(Ex Baluzii Miscell.)

Licet regulis contineatur antiquis, parochias unicuique ecclesiæ pristina dispositione deputatas, nullam posse ratione convelli, ne per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente, ubique universalis confusio nasceretur, jam in decretis nostris ante non multum temporis destinatis, omnia jussimus, quæ taliter fuerant invasa, resitui. Sed quia temeritas pervadentium legem sibi putat posse generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat, ea quæ inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantinum Camiscanæ Ecclesiæ sacerdotem, et directos ab Anconitano pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in cæteris cogitationibus quæ sit sequenda perscripsimus. Nulla igitur præsumptione statum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate duravit, patimur immutari, quia neque negligentia pontificis, neque temporalis adjectio, quæ per incuriam forte generatur, nec ignavia faciente consensus, nec surripiente supplicatione præceptio divellere potest semel diocesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs devota consistit.

IDEM JUSTINO ARCHIDIACONO ET FAUSTO.

De rebus ecclesiæ in quatuor partes dividendis.

Vobis et famæ vestræ consultum duximus, ut pontificis vestri loco vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat, quatenus omnia prædica ad vestrum revocetis studium, ne cuiquam clerico pro portione sua solum aliquod ecclesiæ putetis esse deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuatur, sed omnem pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis urbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quod ad causas vel expensis accedentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio sequestretur, et quartæ portiones vel fellum oblationes de hac fiant modis omnibus pensione, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio et electione disperiat, tertiam pauperibus sub omnium conscientia faciat erogari. Fabricis vero quod competit ad ordinationem pontificis erogatione vestra decernimus pendendum. Si quid forte ab annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode condatur in thecis, ut si major emergerit fabrica, sint subsidio quæ diversi temporis diligentia potuerint custodiri, aut certe ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

INCIPIUNT DICTA GELASII PAPÆ.

(Ex ms. cod. Luc. sæc. IX.)

Catechumeni, Latine dicuntur instructi vel audientes, si sunt qui fidem Christi instructi audiunt Christi præcepta, et recte credunt, et etiam a sacerdote consignati sunt, et per exorcisma purgati,

nisi Deo redderent rationem. Vide epistolam Gelasii ad episcopos Lucanæ cap. 21. Mansi.

et respiscunt, sed necdum sacro baptismate sunt abluti. Pœnitentes hi dicuntur in canone qui de criminibus, de majoribus culpis agunt publice pœnitentiam. Et sciendum est quia secundum præceptum canonis non licet fidelibus, id est jam baptizatis, missas in ecclesia cum audientibus, id est catechumenis stare tempore orationis et canonicæ laudis, et simul cum eis orare et psallere. Neque clericis, aut aliis laicis licet cum pœnitentibus simul mixti orare aut psallere.... antiquitus proprius status locus, aut extra ecclesiam, aut in initio introitus ecclesiæ, ubi ad orandum et audiendum divinum officium stabant catechumeni, id est instructi vel audientes, et infra ecclesiam. Super istos erat similiter proprie locus status ubi stabant pœnitentes, ut omnes in ecclesiam introeuntes scirent eos de criminalibus culpis pœnitere, et orarent pro eis, et illi per hæc humiliati magis reciperent veniam delictorum suorum. Et super hos in alio ecclesiæ spatio stabant cæteri fideles laici, segregati tamen a clericis. Cumque autem in aliquibus capitulis canonis dicatur ut pro

A quacunq̃ criminali, id est graviori culpa ejiciatur ab ecclesia quicunq̃, non est intelligendum ut funditus prohibeatur ab omni conventu et auditione divinæ laudis, et præceptorum Domini; quod nimis absurdum est, et contra præceptum divinæ clementiæ, ut æger a divina excludatur medicina Dei, qui pro salute peccatorum est incarnatus et passus; et abjectus ab omni conventu et consolatione fidelium diabolo tradatur. Sed prædicta rationabiliter intelligendum est, ut ejiciatur a communionem, id est consortio aliorum fidelium, qui intra ecclesiam stant tempore orationis et laudis Dei, et stet per statutos annos ad orandum et laudes Dei audiendum extra ecclesiam inter audientes, id est catechumenos; et expletis his omnibus secundum judicium commissæ culpæ intret in ecclesiam in communionem, id est consortium orationis cum pœnitentibus, inter quos, expletis iterum annis secundum judicium culpæ suæ, redeat plenius ad communionem, id est consortium cæterorum fidelium, et perceptionis sacri corporis et sanguinis Christi.

APPENDIX SECUNDA. CANONES GELASIO ASCRIPTI.

MONITUM.

Inter veteres pontifices fere nullus occurrit, si Gregorium Magnum et forte etiam Leonem excipias, cujus nomine tam multa decreta inscripta apud veteres collectores legantur. Ego illa omnia vel fere omnia hic sub uno veluti conspectu exhibere aggressus sum; non quod omnia sinceros esse Gelasii fetus existimem; sed eodem plane consilio quo et cæteri ante me conciliorum collectores, minus etiam sincera, sed quæ ab aliis sincera habita sunt danda esse judicaverunt. Porro istis colligendis usus sum præcipue codicibus Burchardi, Ivonis, et Gratiani. Adjeci notulas interdu meas sed breviores, et quæ facile ad variantes ex mss. codd. acceptas pertinent. Adjungere potuissem et singulorum censuras, sed cum dicti mei rationes afferendæ essent, nimis in longum me res illa protraheret. Adeant qui voluerint præclarum opus Caroli Sebastiani Berardi Uneliensis presbyteri in regia Taurinensi academia jurisprudentiæ studiis præfecti inscriptum: « Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti, » Taurini 1752, quatuor in volumina divisum.

GELASIVS MAJORICO ET JOANNI EPISCOPIB.

Non esse sumendum corpus Domini sine calice.

Comperimus autem quod quidam in eadem regione, sumpta tantum corporis sacri portione, a calicis sacri cruciore abstineant. Qui procul dubio nescio qua superstitione docentur obstringi; aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia divisio unius ejusdem mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire.

GELASIVS MAJORICO ET JOANNI EPISCOPIB.

De his qui duos episcopos suos occiderunt ut amplius episcopo careant.

Ita nos quidem Latiorum cædes geminata pontificum horridi sceleris atrocitate confudit, ut diu constitutio nostræ deliberationis hæsitaret; dum et ingerere quemquam parricidalibus exemplis dubitaremus antistitem. Quapropter jam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, ut parociæ vices ab extrinsecis positus sacerdotibus gubernentur, quia ibidem commanentes ferro didicerunt necare pastores; inauditæque facinore (quod etiam nullis provinciis nusquam prorsus accidit, quæ bellorum continuis diversisque inursionibus affliguntur) hæc reperta sit

Civitas, quæ præsules ministrando sibi fidem Christianam sine persecutione prosternat. Curandum est igitur ut illic funesta perniciæ cessatione propriorum sanetur antistitem, atque ita saltem furoris tanti materies subtrahatur, eoque modo vel illa, dum in quos sæviat non habebit, ab hujusmodi cessatione desistat, vel aliis imitantibus dira contagia non præbeat. Egent ergo episcopalibus subsidiis sibi met aliunde depensis, quæ sacram in suo gremio collatam fuso crudeliter macularat sanguine dignitatem; quia in utroque hæc est ultione plectenda, sive scilicet instinctu domestico, seu furis incitata, nefas hoc committit exterius. Præbeat ergo dilectio vestra in hoc statu posita ministerium visitationis ecclesiæ; et aut conveniendo pariter aut viciis prout qualitas rerum, causaque poposcerit, divina ministeria [al. mysteria] representent ingratis; ne cum devitamus zizania, dominica videamur præterire frumenta.

GELASIVS JOANNI EPISCOPO.

D Nos ausus impij commovere Aselli, qui archidiaconatus fungebatur officio; nam cum duro casu læthali sauciato pontifice præ cæteris ecclesiam custodire debuerit, ac ne quid de episcopali domo subduceretur, et cum ipsum in tumultu præsentis permisit occidi, cum ad fatendum servari debuisset, utrum hæc sua voluntate peregerit, aut cujusquam præcipitatus impulsu, et prius ab eo, quia idem creditarius præsulis fuisse dicitur interempti, ecclesiastica requiri substantia. Quis autem non evidenter intelligat propter hoc præceptum dictum citius fuisse sublatum, quatenus nec complices proderet, et ignorata factus ecclesiæ facilis direptionibus subjaceret? Nam et libellarius incisus episcopi perhibetur inventus, et vir bonus Asellus ac suo gradu dignus (quod nunquam ante tentatum est) prius in se decretum, ad actus ecclesiæ ministris compulsi celebrari, quam de excessu secundum tramitem vetustatis ad sedis apostolicæ notitiam relatio mitteretur. Quam sit autem intolerabile malum quis Christianus addubitet? ut cum soleat etiam communi sorte defuncto pontifice transitus ejus ante omnia nuntiari, competens deputari visitatio, atque ita de subrogando sacre dote tractari, hic unus evulserit, qui Interfecto religionis antistite, de suo mox honore cogitaverit, quam studierit deferre quod gestum est. Ubi tamen sit latet extrinsecus quid agatur, tamen affectatæ potestatis abruptum, conscientiam suspicione non exiit, defuncti locum pariter

ambientis (*forte ambiens*) interim ne quis hoc unquam audeat usurpare, quod ante istum nullus est ausus, ab officio quod gerebat, nostra sit auctoritate submotus, donec quid in perpetuum de tali ordinari censeamus plenius retractetur. Si qua sane juris ecclesiastici subtilissime convincitur modis omnibus reformare cogatur.

GELASIIUS ELPIDIO EPI-SCOPO.

Sacrosancta religio, quæ catholicam tenet disciplinam, tantam sibi reverentiam vindicat, ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat pervenire. Nam quomodo ad divini mysterii consecrationem cœlestis Spiritus invocatus adveniet, si sacerdos, et qui eum adesse deprecatur, et criminosis plenus actionibus reprobetur?

GELASIIUS HELPIDIO EPISCOPO VOLATERRANO.

Absque auctoritate Romani pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audent.

Quo ausu, qua temeritate rescribis Ravennam te parere proficisci, cum canones evidentè præcipiant nullum omnino pontificem nisi nobis visis, atque consultis, ad comitatum debere contendere (quod cum longævum vel ætate vel honore pontifices Pistoriensis, Lucensis, et Fesulanus nuper monstrantur fecisse, tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videri), quemadmodum tibi putas licere, quod non licet; nisi quod hoc officio carere festinas, quod his excessibus te ostendis indignum?

GELASIIUS MAXIMO ET EUSEBIO EPISCOPIB.

Licet regulis contineatur antiquis parochias unicuique ecclesiæ pristina dispositione deputatas nulla posse ratione convelli, ne per consuetudinem pessimam exempli inali temeritate crescente ubique universalis confusio nasceretur, tamen etiam decretis nostris ante non multum temporis destinatis omnia iussimus, quæ taliter fuerant invasa, restitui; sed quia temeritas pervadentium legem sibi putat posse generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adjungat; ea quæ inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantium Camiscanæ Ecclesiæ sacerdotem, et directos ab Anconitano pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in cæteris cognitionibus, quæ sit sequenda præscripsimus. Nulla igitur præsumptione statum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate duravit, patimur immutari, quia negligentia pontificis neque temporalis obiectio, quæ per incuriam forte generatur, nec ignavia faciente consensus, nec subripiente supplicatione præcepto divellere potest semel diœcesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem, atque consignationem plebs devota convenit; (*in Gratiano additur, sed forte verba sunt ejusdem Gratiani non Gelasii*) territorium enim non facere diœcesim olim noscitur ordinatum.

GELASIIUS EPIPHANIO EPISCOPO.

Ad episcopos cæteros direximus iussionem, ut eos qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum judicent esse non dignos.

GELASIIUS VICTORI, CONSTANTINO, MARTYRIO, FELICISSIMO, BORANO ET TIMOTHEO EPISCOPIB.

Frater et coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggestit, Benenatum et Maurum Beneventanæ inuicem civitatis in contumeliam religionis acerba nimis et plectibili contumacia prosiluisse, qui confugientem ad ecclesiæ septa curialem suum, nec illic quidem tutum, aut de injuria securum esse siverunt, ausi temerariæ menti admittere quod nec potestatis quidem vel principibus unquam licuit perpetrare, ut hominem in sanctuariis constitutum, captata sacerdotis absentia, reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent, quos, quantum nobis

¹ Lege *diffidit*. Gratian. habet *confidit*.

² Ms. Gratian., *ita ut*.

sua suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione judicavit. Et si revera tanti facinoris constat admissum, nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim ad supplicandum jure debet admitti, ubi admittere sacrilegium non dubitavit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata utrumque sibi licere existimet pro suæ voluntatis arbitrio, ut humilitatem sibi vindicet et furorem. Et ideo, fratres carissimi, supradictos, si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus parochiarum vestrarum ecclesiis nostræ præceptionis auctoritate prohibete, ut non solum hi qui in injuriam sanctorum locorum prosiluisse probabuntur merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam, verum etiam cæteri a tali præsumptione ultionis istius timore revocentur.

De sinceritate hujus epistolæ in utramque partem disputat Bernardus, et rem in medio relinquit; mihi nihil vere suspiciosum occurrit.

GELASIIUS JUSTO EPISCOPO.

Dilectio tua studeat quæsitæ omnium fideliter rerum veritate, ut si de spatibus quibus memoratur orta contentio definitio dudum certa processit, intermerata servetur. Alioquin si nihil unquam constiterit terminatum, tunc de præscriptione temporum si qua pars ¹ dissidet præbeat sacramentum; ² ut tamen quæ hactenus possedisse perhibetur, jusjurandum sinatur offerre.

GELASIIUS MARTYRIO ET JUSTO EPISCOPIB.

De servis sine consensu dominorum ordinatis.

Ex antiquis regulis et novella ³ synodali explanatione comprehensum est personas obnoxias servituti cingulo cœlestis militiæ non præcingi. Sed nescio utrum ignorantia an voluntate rapiamini, ita ut ex hac causa nullus pene episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens et plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. Actores siquidem illustres viri, filii nostri Amandiani graviter conqueruntur, homines suo juri deditos, alios adhuc clericos, alios jam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum, quod tantorum pontificum collectione sub omnium saluberrimæ provisionis assensu constat esse perfectum, hujusmodi personas suscipi non debere, verum etiam si qui forte in divinæ cultum militiæ ante fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminare prorsus, et exutos religioso privilegio ad dominorum possessiones justa debuerint admonitione compelli. Et ideo, fratres carissimi, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstraverint attineri, discussos et obnoxios ac probatos custodito legum tramite sine intermissione restituite, ita ut si quis jam prosbyter reperitur, in eodem gradu peculiis sola amissione permaneat. Diaconus vero aut vicarius præstet, aut si non habuerit, reddatur. Residua officia scient neminem posse ab obnoxietate, si convincitur vindicari, quatenus ordine custodito nec dominorum jura, nec privilegia illa ratione turbentur.

GELASIIUS ⁴ RUFINO ET JUSTO EPISCOPIB.

Honorati et primarii Varulanæ (*forte Verulanæ*) civitatis fusius nobis precibus supplicarunt, sicut habetur in subditis, quibus etiam subscriptionem propriam commodarunt, se ab Agnello diacono gravi contumeliarum genere fuisse maceratos, ut etiam res perjurii (sicut ipsi dicunt) se asserant inclinatorum; et ideo, fratres carissimi, secundum petitorii fidem supradicto diacono ad vestrum judicium, imminente Laurentio Romanæ Ecclesiæ defensore, mox deducto, veritatis assertionem discussa, si constiterit integritas supplicantium, aut intentata doceat diaconus, aut de ejus protervitate noveritis esse vindicandum, quatenus de tantis excessibus memoratæ improbæ

¹ Epist. ad episc. Lucan., cap. 14.

² In cod. Laborantis ms. pro *Rufino*.

temeritatis exclusus ultio digna comitetur, et qui se a conviciis trivialibus implicavit, sacrae communiois arceatur accessibus.

GELASIVS CRESCONIO ILLUSTRIS.

Illud te modis omnibus volumus custodire, ne quis episcoporum Siciliae de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedralici amplius quam duos solidos praesumat accipere, neque compellere presbyterum aut clericum parochiarum suarum supra vires suas eis convivii praeparare.

Utrumque avertit Ivo p. 3, cap. 135 et 136, et ex Ivone Gratianus 16, q. 3. Dilectio cap. Illud te modis, 10, q. 3. Postremum hoc fragmentum Gratianus non Gelasio, sed Pelagio tribuit; at cum ex Ivone accepisse Gratianus facile iudicetur, ideo cum Ivo Gelasium legat, idem et Gratianum scripserit oportet. Est autem canon a disciplina sive Gelasii sive Pelagii aetate vigente abhorrens.

GELASIVS JUSTINO ARCHIDIACONO ET FAUSTO DEFENSORI.

Quod episcopo nullo commento res liceat Ecclesiae alienare, et quod privilegia omni ratione integra conveniit servari.

Volitorum ecclesiae actus vel patrimonium, quod hactenus comperimus destitutum, vel post damnationem Eucharistici, quo fuerat depravante dispersum, curae vestrae decrevimus esse delegandum, ut diligentia qua vos pro ecclesiae utilitatibus existimamus esse vigilantes, praedia culturae resituantis antiquae; revocetis si quae sunt vendita aut donata mancipia, possessiones etiam ab Ennatio et Oppilione episcopis vel caeteris quovis jure videritis teneri (quia contra constituta synodi ab episcopo praedia alienari nullo poterunt commento) nihilominus revocentur; sit emptoribus ad eum recursus, qui praesumpsit aliquid de ecclesiae rebus illicita venditione distrahere; ita ut pensiones annuas ad pontificem deferatis, cui privilegia sua integra conveniit omni ratione servari, et ejus dispensatione portiones proveniant consuetae, ita ut portionem quartam, quae ad eos pertinet, sua pontifex ordinatione distribuatur, prout cujusque locum meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum, ut quartam clericis erogat pro consideratione suae electionis, antistes. Fabricarum etiam portio, episcopo sciente et disponente vestra erogatione pendatur, quatenus nihil penitus in detrimentum alicujus rei patiamini generari. Si quid vero in ecclesiae vestrae damnum, aut in his quae sunt praecipue nostrae prohibita pontificem vestrum videritis admittit, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat censeamus. Decimas justo ordine non tantum nobis, sed majoribus visum est, plebibus tantum ubi sacrosancta dantur baptismata deberi.

GELASIVS HERCULENTIO, STEPHANO ET JUSTO EPISCOPIS.

De eadem re.

Frequens equidem, et assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus qui neque antiquas regulas, nec decreta nostra noviter directa cogitantes obnoxias possessionibus, obligatasque personas venientes ad clericalis officii cingulum non refutant. Nuper etenim actores illustri feminae Placidiae petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis sive Casilinatensis urbis, Antiochum servum juris patronae suae ab-entis dominae occasione captata, ad presbyterii honorem usque productum, ejusque fratrem Leontium clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres carissimi, inter supradictos actores, et eos qui conditionis extremae reputantur, objectam cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, ut omni veritate discussa, si revera objectam sibi maculam justitiae refragationis non potuerit ratione di-

¹ Gratian., cognationis.

luere, Leontium clericum, quem gradus praefinitus legibus non defendit, ad sequendam¹ cognitionis suae necessitatem modis omnibus redhibete. Antiochum vero, quia per sacerdotium non jam potest retolli, si in suam ecclesiam in hoc in quo est honore desiderat collocare, non veluti reddidit sibi, sed habeat pro ministeriorum celebratione susceptum.

GELASIVS PHILIPPO ET CASSIODORO.

Caestini causa talis est, quam vos quoque non arbitrator ignorare, siquidem hic conscius convictus in caede parentis, et episcopi, quemadmodum gestorum tenore monstratur, cuncto iudicio nullatenus aestimatus est officio dignus altaris, eique pro tam detestando facinore unius anni interdicta communio est. Quatenus poenitudine competenti tanti facinoris curaret abruptum. Quod etiam a nobis iuberetur, ipse magis cogitans divini corporis sacramentum debuit ad hoc mente purgatori remeare. Quod tempus tamen aut expletum, aut prope jam putamus exactum; post quod ei communiois facultatem patere non dubium est, ut et sententia synodalis possit abrumpi, et ut illi magis prosit, valeat majori satisfactione mundari.

GELASIVS SECUNDINO VISINENSIS².

De correptione ejus qui magica arte criminatus sit.

Atroces injurias indecorum prorsus ducimus ministrorum Ecclesiae vocibus irrogari, talia laicorum cum plerumque refugiant actiones. Tempus bonum siquidem honesta femina didicerat a magistro Paulo diacono, quae non solum suggerit criminibus appetitam, verum etiam in damnata arte magicae execrationis conscientiam miscuisse. Et ideo, frater, in supradictos te decrevimus cognitorem, ut si praedictum diaconum protervitas ista conviciit, postquam indecenter probatus fuerit mulier inciviliter appetisse, aut eundem ad astruenda quae jactavit astringas, aut digna correptione compeascat.

GELASIVS QUINGESIO EPISCOPO.

Ut Judaei conversi honorentur.

Vir clarissimus Telesinus, quamvis Judaicae creditatis esse videatur, talem se nobis approbare contendit, ut merito nostrum appellare debeamus; qui pro Antonio (Antio) parente suo specialiter postulavit ut eum dilectioni tuae commendare debeamus; et ideo fratrem supradictum voluntatis nostrae mandatorumque respectu ita te habere convenit, ut non solum in nullo penitus opprimatur, verum etiam in quo ei opus fuerit tuae se gaudeat dilectionis adjutum.

GELASIVS PAPA QUINGESIO EPISCOPO.

In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis eventum.

Quia res in litigio posita in nullam transferri potest omnino personam, donec legitima cognitionis eventum, cui potius debeat, judiciaria disceptatione possit agnosci, ex eadem re quispiam non sinatur exigere pensiones, sed in eodem statu, re eadem posita, in quo videtur (sicut dictum est) ante constituta, quisquis sibi putat quippiam posse competere, juridico pulset examine, praedictis omnibus inde submotis.

GELASIVS SIRACUSIO CONSTANTIO ET LAURENTIO EPISCOPIS.

Quam diligenter examinandum sit de servis Judaeorum.

Judas, qui Judaicae professionis exstitit mancipium, juris sui quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venefranam confugisse suggestit, sicut petitorii tenor annexus ostendit, eo quod dicat sibi ab infantia Christiano nuper a praefato domino signaculum circumcisionis inditum. Quapropter diligenter vestra inter utrumque sollicitudo

² Fortasse Vulsinenst.

rum fideliter examinet veritatem, quatenus nec religio temerata videtur, nec servus hac obsecratione mentitus competentis jura domini declinare contendat.

GELASII MAJORICO SERANO ET JOANNI EPISCOPIS.

Ne quis contra ecclesiasticam satisfactionem excommunicatis communicet.

Cælestinus presbyter fratris et coepiscopi nostri Serani qui contra pontificale iudicium, contraque apostolicæ sedis mandata prorumpens supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit, cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis ab officio protinus ecclesiastico repellatur, ut nullus Ecclesiæ ministrorum contra pontificalia statuta venire contendat.

GELASII PAPA FAUSTO MAGISTRO MILITIÆ.

Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus, et qui hoc certam faciendi solus habuit potestatem beato Petro apostolo principaliter mandat: Quæcumque super terram ligaveritis, erunt ligata et in cælo, et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælis (*Matth. xvii, 18*). Super terram, inquit, nam in hac alligacione defunctum nunquam dixit absolvendum.

GELASII JOANNI EPISCOPO¹ VIVANENSI.

Exemplum vindictæ in eos qui se justas habere causas mendaciter fingunt.

Uxor Felicis, et filia Romam (quia sic oportuit) pervenerunt: siquidem hunc ipsum primum se ad barbarorum basilicam conferentem, sequæ bonas causas habere jactantem egredi sub hac conditione præcepimus, ut si actus suos fideliter et rationabiliter allegaret, nihil contra eum prorsus asperum fieri, durumque pateretur; alioquin si contra fidem et utilitatem dominicam venisse probaretur, ipse sibi imputaret, atque ordinationi congruæ subjaceret. Qui superveniente filio nostro viro spectabili Orthasio, sic est ad singula quæque convictus, ut os aperire non posset, et vera esse, quæ huic objicerentur propria voce fateretur, ideoque tenetur mancipatus custodiæ.

GELASII HONORIO EPISCOPO.

De hominibus ecclesiastici juris ne testamenti sibi paginam faciant.

Illud etiam sinceritatem tuam non latere volumus ad nos fuisse perlatum, quod amplius conductor, quem non solum servum constat ecclesiæ, sed ita rationibus a multis temporibus implicatum, ut etiam si esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur, ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti, cujus omne peculium ecclesiastico juri legibus non dubitetur obstructum. Quapropter his præsumptionibus vice nostra tua fraternitas contradicat, nec fieri prorsus aliqua subreptione permittat. Ac si eidem quidquam humanitatis forte contigerit, quia grandævus esse memoratur, mox ejus sine dilatione substantiam unanimitas tua filiis ejus duntaxat, quibus patrimonium probatur commissum sub fidei descriptione contrudat, donec temporibus universis, quibus hoc

¹ Anselmus Lucensis in sua collectione lib. vi, cap. 79, hoc fragmentum totidem verbis ex epistola Gelasii ad Natalem episcopum refert, sed circa finem apud eundem Anselmum ita variat: *Caritatem tuam duximus instruendam nos pariter ad metropolitanos vestræ provinciæ sive cujusquam contiguæ, quæ catholicam servant unitatem magnopere delegasse ut obcuntes*

¹ Gratianus legit *Viennensi*.

² Ita legit cod. Deuseddit, cum in edit. sit *Messaliæ*.

³ Desunt sequentia in edit., sed reperta sunt a Balleriniis in cod. Vat. 3833.

patrimonium gubernasse cognoscitur, partes dominicas cogatur reddere indemnes.

GELASII HONORIO EPISCOPO.

Divinæ retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere egentium commodis piæ sollicitudinem non negare.

GELASII CRESCONIO, JOANNI ET² MESSALÆ EPISCOPIS.

Statuta priorum decessores servare oportet.

Decessorum statuta sicut legitima et justa successores custodire convenit, ita etiam debent malefacta corrigere.

GELASII JOANNI EPISCOPO SORANA.

Certum est quidem, et nostris præceptionibus constitutum, ne quis in ecclesia aut in oratorio sedis nostræ non legitur permissione dedicatum, processionem publicam putaret impendi; ne conditores furtivis subreptionibus contra regularum statuta prosilirent. Sed quia Magetia spectabilis femina petitorii nobis oblatione suggestit, in possessionibus propriis suorum corpuscula condidisse: frater carissime, humanitatis intuitur, quod priora statuta non maculent funeribus, et sepulcris tantum, in comprehensis petitorio locis ministeria noveris pro solemnitate præstanda, ut defunctorum nomine solummodo divina celebrentur officia, publica frequentatione, et processione cessante. ³ Data idibus Aprilis.

GELASII PAPA SENECONI EPISCOPO.

In ecclesia quam quis ædificat nihil sibi vix cæteris vindicet.

Piæ mentis amplectenda devotio est, qua se ⁴ Julius U. H. in re Juviana sui juris fundasse perhibetur ecclesiam, quam in honorem S. Viti confessoris ejus nomine cupit consecrari. Hanc igitur, frater carissime (si ad tuam dioccesim pertinere non ambigis), ex more convenit dedicari collata primitus donatione solemnî, quam ministris ecclesiæ destinasse se præfati muneris testatur, sciturus sine dubio præter processionis aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprii juris habiturum. ⁵ Data xiii cal. Augusti.

De eodem.

Frigentius vero petitoria nobis insinuatione suggestit in re sua quam Sextilianum vocatur, basilicam se sanctorum Michaelis archangeli, et Martini confessoris pro sua defensione fundasse. Et ideo, frater carissime, si ad tuam pertinet parochiam, benedictionem supra memoratæ basilicæ solemnî veneratione dependet. Nihil tamen sibi fundator ex hac basilica non erit vindicandum, nisi processionis aditum, qui Christianis omnibus in commune debetur.

Episcopi a suo metropolitano et ipse ab eodem consecratur.

⁶ Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum jura turbare, ac privilegia quæ metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas temeraria præsumptione pervadere propter quod etiam communionis apostolicæ desiderant dissidium tenere; quo scilicet ab ejus auctoritate divisi, vel impunes proprias usurpationes exercent, non

episcopos in eadem regione metropolitanus suus debet ordinare, eundemque ipsum metropolitanum si humana morte transierit, nonnisi provinciales episcopi juxta formam veterem studeant ordinare, quatenus quæ veneranda decrevit antiquitas nullus sibimet contra fas usurpare contendat. MANST.

⁴ Ita restituunt Ballerini ex cod. Deuseddit, cum in cod. legeretur *Julius nobis in re Juliana*.

⁵ Hæc desunt in editis et suppleunt Ballerini ex cod. ms.

respicentes quia æterno Judici rationem tam de catholicæ sinceritatis injuria, quam de traditionum præjudiciis paternarum non sine perpetuâ sint damnationis interitu reddiduri, si in hac obstinatione permanserint, caritatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres si per Dardaniam, sive per quamque contiguam provinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis, et ab eisdem substituti decernentes, sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter statutis antistites, et vicissim si metropolitanus humanæ conditionis forte decesserit, a comprovincialibus episcopis, sicut forma transmisit sacri modis omnibus conseatis: nec quemquam sibi, quam vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini vindicare: quatenus et inter ipsas adversantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diversarum patres nostros constanter fecisse non dubium est.

GELASIO ANASTASIO EPISCOPO.

Defensionis propriæ desolatis auxilio, et qui suis actibus adesse pro ætatis infirmitate non possunt, exortum pontificem decet subvenire, quia pupillis tuitionem etiam divinitas jussit impendi. Et ideo Maximo et Januario clericalis officii (qui se solatio parentum vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis, ut adversus improbitates adversariorum suorum protecti, tuæ executionis annixu, noxia commenta non sentiant.

GELASIO FORTUNATO EPISCOPO.

Tueatur Ecclesia quos in sui defensione suscepit.

Irreligiosum prorsus et execrabile judicamus, si quisquam vel extraneus in sui tuitione susceptus non omni fide et tota animi sui educaverit sanctitate. At cum Olympius diaconus dilectionis tuæ Felicis et Olympi suggeratur avincolus, eosque parvulos tutelæ vice suscepit nutriendos, ultra latrocinium esse judicamus, quod eos nobisculis parentum, sicut asserunt, reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges et jura vendendo.

GELASIO JUSTINO ARCHIDIAcono ET FAUSTINO DEFENSORI.

De rebus ecclesiæ non est aliquid alienandum.

Vobis enim et famæ vestræ consultum duximus, ut pontificis vestri loco, vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat: quatenus omnia prædia ad vestrum revocetis studium, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquid solum ecclesiæ putetis esse deputandum: ne per incuriam et negligentiam minuatur; sed omnis pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis, urbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio sequestretur; et quatuor portiones vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus pensione: ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio et electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis, erogatione vestra decernimus esse pensandam. Si quid forte sub annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode, tra-

A datur enthec's ut si major emergerit fabrica, sit subsidio quod ex diversi temporis diligentia potuerit custodiri, aut certe ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

GELASIO CLERO ET ORDINI ET PLEBI BRUNDUSII.

Reditum et oblationum duæ portiones clericis committantur.

Concesso vobis, quem petistis, antistite fratre jam et coepiscopo meo Juliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne unquam ordinationes præsumat illicitas, et infra. Reditus et oblationes fidelium in quatuor partes dividat quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat: fabricis tertiam; quartam pauperibus et peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem divino est redditurus examini.

B GELASIO EPISCOPIs ORIENTALIBUS DE DAMNATIONE DIOSCORI.

Non petenda est absolutio, cum inique fertur sententia.

a Cui est illata sententia deponat errorem, et vacua est; sed si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum et Ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.

GELASIO GERONTIO ET PETRO EPISCOPIs.

Implorantibus patrocinium episcopi debent adesse.

Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus, in quantum possumus, nos negare; plus tamen viduarum et orphanorum causas, et impensius lucinus exsequendas, quas tueri a nobis, vel ab omnibus divina manifestat assertio.

GELASIO LEONTIO ET PETRO EPISCOPIs.

C Quisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, proha nos convenit animositate præstari.

GELASIO CLERO, ORDINI, ET PLEBI BRENDUSII.

b Concesso vobis quem petistis antistite fratre jam et coepiscopo meo Juliano, necessarium fuit eodem ad Ecclesiam suam mox remisso, ad vos nostra scripta pariter destinare, quibus agnosceretis, eidem fuisse præceptum ne unquam ordinationes præsumat illicitas. Ne bigamum, et qui virginem non est sortitus uxorem, atque illitteratum, vel obnoxium, in aliqua parte corporis debilem notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis atque incognitis vel expetentibus cavere debet, quia hujusmodi a venerabilibus prohibentur officiis, ac nihil ex ministeriis atque ornatu postremo de quacunque re quam constat ad ecclesiam pertinere, audeat in alterum quolibet ratione transferre. Reditus et oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum sibi unam ipsi retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quarum rationem divino est redditurus examini. Sacris quoque ordinibus applicandos, hac observatione promoveat, ut jejunio quarti, septimi et decimi mensis vespere sabbati presby-

a Exstant hæc verba in tractatu Felicis III de Acacio rite damnato, hic dato ex Maffeo. Mansi.

b Integram hanc epistolam Gratianus in duas distinxit, diverso etiam titulo præfixo; nam ab illis verbis, Concesso vobis usque ad ita redditurus examini, titulum præfixit clero, et ordini, et plebi Brundusii ita 12, quæst. 2, can. 26: Ab illis verbis venerabilis etiam daptismi usque in finem relatis de consecr. dist. 4,

1 Forte Leontio.

can. 47, incipit novus canon cum titulo: Gelasius papa clero et plebi Tarantinæ. Profecto hæc leguntur in libro Diurno Romanorum pontificum, et est formula litterarum quæ tradebantur episcopis recens ordinatis. At hanc formulam acceptam esse ex scriptis Gelasii satis indicat vetustus Lucensis codex manuscriptus, in quo hæc ipsa formula sub Gelasii nomine legitur. Est autem codex ille sæculo exeunte VI scriptus. Mansi.

2 Al. Brundusii.

teros atque diaconos ordinandos esse cognoscat. A Venerabilis etiam baptismi sacramentum nisi in festivitate Paschali et Pentecoste tradere non præsumat exceptis ægritudine laborantibus.

GELASIIUS COELESTINO EPISCOPO.

Ad ministerium alicujus ecclesiæ clerici ejusdem promoveantur.

* Prebyteri, diaconi, et universi clerici Stomensis (Histoniensis) civitatis petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi (quæ in supradicta civitatis parochia probatur esse constructa) presbyterum qui constitutus fuerat defecisse; atque in ejus locum Julianum diaconum ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci quantocius debere ordinari. Et ideo, frater carissime, si de ejus vita vel moribus nihil est quod contra canonum veniat statuta, suprascriptum presbyterii honore decorabis, sciturus eum visitatoris te nomine non cardinalis creasse pontificis. Pariter etiam et Felicissimum diaconum in ejus ecclesiæ ministerio si conversatio ejus patitur, subrogabis, ut locus processionis celeberrimus ad mysteriorum consecrationem nec sacerdote indigeat nec ministro.

GELASIIUS PAPA EZECHIE COMITI.

A sæculari iudice clericus non est audiendus.

Christianis gratum semper debet esse, quod ab eorum poscitur dignitate præstandum: quia Deo servientibus beneficium negare non convenit. Silvester itaque atque Faustianus, qui se a cunabulis clericos confitentur, a Theodora se opprimi per violentiam conqueruntur, quia dicunt se ingenios atque Deo auctore, pristinæ conditionis nexibus absolutos, in sortem deterrinæ iterum servitutis addici, et per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur astricti, per archidiaconum urbis Grumentinæ esse conventos, cum constet eum qui cœlestem militem pulsat, non nisi ejus forum debere sectari. Et ideo, dilecte fili, depono salutationis affatu supradictos clericos tibi commendo, ut si ad delegatorum judicium eorum adversarii venire contempserint sublimitatis tuæ tuitione valentur; ne quid illis aut subreptio, aut nimica legibus violenta necessitas imponat, quia qui judicium refugit, apparet eum de justitia diffusum.

GELASIIUS CRISPINO ET SABINO EPISCOPIS.

Non nisi ad episcoporum judicium clericus vocetur.

† Silvester et Faustianus Ecclesiæ Grumentinæ clerici lacrymosa nobis insinuatione conquesti sunt, libertatem sibi domini sui benignitate concessam hæredum ejus oppressionem pulsari, sibi que in clericatus officio pene a cunabulis servientibus, etiam manumissore vivente, in eodem actu nihilominus constitutis, divinis mysteriis impendere servitium non licere, cum (si petitionem veritas subsequatur) contra patris et auctoris sui factum venientibus, ut indignis, hæreditas legibus auferatur, nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris sui prosilire judicium. Et ideo, fratres carissimi, quoniam se etiam ab archidiacono dictæ Ecclesiæ queruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris judicium promisit eos esse secuturos, calcatis omnibus rationibus, et contra leges divinas et publicas pulsatis, forum suum putavit auferri in vestro judicio, quisquis ille est qui clericum lacescit adveniat, ut

* Canon iste plane cohæret cum fragmento ab Holstenio ex collectione cardin. Deusdedit vulgato et hic excuso. MANSI.

† Ambos hos canones falsq̄ inscribi Gelasio judicat, nec immerito, Berardus, cum archidiaconorum jurisdictio recentioris disciplinæ extiterit. MANSI.

* Suspiciosus est hæc epistola Berardo, imo, qui d

† Al. Sabino.

ecclesiæ jura quæ vetusti principes assidua sanctione firmaverunt, impetitis clericis non negentur.

GELASIIUS PAPA FABIANO EPISCOPO.

Baptizandis numerus non imponatur nec cathedraticum ultra vetustum morem exigatur.

Nec numerus baptizandis juste creditur imponendus, cum quanti petierint, vel ad regenerationem festinaverint, non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo, frater carissime, hujusmodi superfluum constitutionem modis omnibus removebis, ut unusquisque aut in vicina sibi ecclesia, aut in electa pro suæ mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non amplius quam vetusti moris esse constituerit, ab ejus loci presbytero noveris exigendum, et de his quæ die dedicationis fuerint offerentium devotione collata, consuetudinem, quæ generaliter omnibus ecclesiis est præscripta servabis.

GELASIIUS PAPA PHILIPPO ET GERUNTINO EPISCOPIS.

In electione episcopi parochus debet adesse.

* Plebs Diotrensis data nobis petitione deslevit diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac, sicut asserit, is qui a vobis jam probatus dicitur a paucis, et tenuibus jam putatur electus, cum ad vos (al. nos) pertineat universos assidua admonitione compellere, ut omnes in unum quem dignum sacerdotio viderint, et sine aliqua reprehensione consentiant. Et ideo, fratres carissimi, diversos ex omnibus sæpe dicti loci parochiis presbyteros, diaconos, et universam turham vos oportet sæpius convocare, quatenus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem vobis admonentibus, sibi querant sola Divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis possit revocare præscriptis.

GELASIIUS BONIFACIO EPISCOPO.

C Quod servi fugientes dominos suos ad ecclesiam, intercessionem debent querere non latebras.

Metuentes famuli dominos si ad ecclesiæ septa confugerint, intercessionem debent querere, non latebras, ne hæc ipsa præsumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filii enim noster vir spectabilis Petrus queritur servum suum in ecclesia S. Clementis diutius commorari, cui cum deputasset sacramenta præstari, illum egredi nulla ratione voluisse. Et ideo dilectos supradicti hominis de præsentem cum eo quem elegerit esse mittendos, qui cum de impunitate ejus sacramenta præbuerint, eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare; aut si in hac pertinacia forte perstiterit, post sacramentum sibi præstitutum reddatur invitus.

GELASIIUS RUFINO ET APRILI EPISCOPIS.

D Quis aut leges principum, aut Patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum. Actores siquidem filie nostræ illustris et magnificæ femine Maximæ petitorii nobis insinuatione conquesti sunt Silvestrum atque Candidum originarios suos contra constitutiones quæ supradictæ sunt, et contradictione præeunte a Lucerino pontifice diaconos ordinatos. Ideo, fratres carissimi, tantæ pravationis excessus noveritis sagacius inquirendos; et si constiterit querelam veritate fulciri, continuo qui

mireris, imposturæ auctorem Anselmum Lucensem suspicatur a quo uno Gratianus accepit. Curram quæso? quod de antistitum electionibus hic agatur, quarum libertatem asserere e re Anselmi erat, nunquid propterea quod hic decernitur disciplinæ Gelasianæ atati aversabatur. MANSI.

* Forte Geronio.

contradictione præeunte non legitime sunt creati [et consecrati] a sacris officiis repellantur.

IDEM EISDEM.

Leges principum aut regulas Patrum contemni non liceat.

Quis autem leges principum aut regulas Patrum, aut admonitiones paternas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum existimet transire commissum?

GELASIVS THEODORICO REGI.

Leges Romanorum principum servandæ sunt ab omnibus.

Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodientias esse præcepit, multo magis circa reverentiam beati Petri apostoli pro suæ felicitatis augmento velle servari.

GELASIVS PAPA PALLADIO EPISCOPO.

Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur.

Præcepta canonum quibus ecclesiastica regitur disciplina sicut ad sacerdotium debiles corpore non patitur pervenire; ita et si quis in eo¹ fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere non potest quod tempore suæ sinceritatis accepit. Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis deflevit oblato, quod habetur in subditis olim sibi ante annos plurimos collatam presbyteri dignitatem, quam revera immaculati corporis iudicio² suscepisset: sed nuper propter provinciæ vastitatem (quam Thusciam præ omnibus barbarorum feritæ diversâ sectantium, et ambiguitas invexit animorum) dum imminentes gladios evadere fugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi lecta transiliens inferiores partes corporis inseruisse suggestit, quæ vix adhibita curatione biennio potuissent abstergi [at obstringi]. Et ideo, frater carissime, supradicto locum suum dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria sicut consuevit exerceat. Neque enim convenit ab hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in invaletudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

GELASIVS RUSTICO ET FORTUNATO EPISCOPIB.

A regimine suspendatur ecclesiæ qui in terram frequenter eliditur.

Nuper Foropopulensis³ Ecclesiæ clerici, una cum Sabino episcopo et Pelagio et laicis propria suggestione reserarunt præsulem suum gravi quadam necessitate vexari, cujus eum dicerent incurSIONE frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, et Ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, præcipue cum eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem vestram scripta direximus, ut Ecclesiæ cujus rector tali casu tenetur astrictus visitationem congruam reddatis. Verum quia nunc idem ipse venit huc pontifex falsaque omnia de se jactata disseminat; sub divini contemplatione iudicii, vestraque conscientia, existimationisque respectu rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet vel in domo vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repentina⁴ collapsus, vocesque dedisse confusas, et spumas ore jactasse; quanta fieri potest examinatione queratur. Quod tamen sive non possit aliquotum⁵ factum testificatione firmari, sive nunquam

¹ Hic Honorius fuit Salonitanus episcopus, ad quem aliæ duæ Gelasii editæ sunt. BALLER.

² Ivo addit actu.

³ Ivo, suscepit.

⁴ Cod. Luc., Foropopulensis.

⁵ In vetustissimo meo Lucensi codice legitur Sabino et Pelagio laicis; quæ commodior est lectio.

⁶ Cod. Luc., prolapsus.

contigisse dicatur; non putandum est posse sufficere, sed certum manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius agendum est. Faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris et aptam magno pontifici, ut eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque carnibus⁷ indifferenter uti necessaria probatione compellas.

GELASIVS VICTORI EPISCOPO.

Cum majores ordinare contempserint de minoribus promoveantur ordinibus.

Consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectant. Quapropter quia invitos ecclesiastica moderatio, gravitasque non patitur, ut ex nolentibus fiant nolentes, ordinatio illa potest perficere, si quos habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, et quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promoveri, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores; ipsaque commoda presbyteri propensius, quam diaconi consequantur, ut hac saltem ratione constricti, et honorem, quem refugerant, appetere nitantur, et quæstum.

GELASIVS PAPA.

Testatoris arbitrium servari oportet.

Consideratio ecclesiasticæ utilitatis hoc postulat, ex dispositione testatoris servandum arbitrium.

GELASIVS.

Quæ sacerdotes dederunt, subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant.

Illud statuendum censuimus ut quascunque magnificentias clericis aut sibi servientibus de rebus ecclesiæ in usum aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint sacerdotes; subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant. Si quid tamen culpæ extiterit pro qualitate personarum, vel regula præcedentium canonum in persona habeatur, non in facultate districtum.

GELASIVS PAPA.

Non mentitur qui animum fallendi non habet.

B. apostolus Paulus non ideo, quod absit, sefellisse credendus est, aut sibi existisse contrarius, quoniam cum ad Hispanos se promississet iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntas interfuit hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreta consilii (quæ ut homo omnia non potuit licet Spiritu Dei plenus agnoscere) suprema prætermisit dispositione præventus. Nec quia B. Petrus apostolus divinæ reverentiæ ipsi Domino respondit: *Non tarabis mihi pedes in æternum*, sefellisse, quod absit, aut in sua putabitur minime constitisse sententia; quia mox eidem divinæ voluntati cesserit, et quod dixerat esso facturum, a causis astrictus humanæ salutis, passus est prona voluntate faciendum.

GELASIVS AGILULPHO.

Precor autem ut regulam beati Petri apostoli inter Dalmatias constitutam defensare dignemini, et quæ vobis, vel frater, vel coepiscopus meus Honorius⁸ pro ejus utilitate suggesserit, vel conductores putaverint intinandum, quam fieri potest, præstare jubeatis.

⁷ In Cod. Luc deest vox factum.

⁸ Ad oram mei codicis additur anellinis; id est: guinis.

⁹ Hanc et sequentes vulguntur Ballerini ex collect. Vatic. Deusedit cardin. lib. II, cap. 100.

GELASIIUS JANUARIO.

Sed causas quibus beneficia beati Petri apostoli continuata percipias, fidenter injungo. Præstet igitur tua nobilitas, ut rebus pauperum ejus auxilium defensionemque concedat, et conductores earum pio favore laetentur, ut vicissitudinem præstitorum ab eodem percipiat consequentem, cujus meritis, et honori devotus ista dependit.

GELASIIUS FIRMINÆ ILLUSTRIS FEMINÆ.

Ad cumulum vero mercedis vestræ pertinere certissimum est, si prædia quæ vel a barbaris vel a Romanis inconvenienter invasa sunt, vestris dispositionibus egentium victui reformentur. Cujus tanta de provinciis diversis, quæ bellorum clade vastatæ sunt, Romam multitudo conflavit, ut vix ei, Deo teste, sufficere valeamus. Conspicitis ergo quantum boni operis acquiratis, si B. Petro apostolo prædia, quæ pro sua quisque anima contulit, vestro post Deum præsidio liberata reddantur. Cujus benedictionis eulogias, B

GELASIIUS ACTORIBUS URBICI.

Constat vos intulisse actionibus ecclesiæ ex præstatione fundi claculas, quem conductionis titulo tenes, de fructibus (an. 494) anni consulatus Asterii et Præsidi VV. CC., de indictione III, auri solidos XXX, Notavi v. cal. Augusti a Flavio V. C. consule.

GELASIIUS b HERELEVÆ REGINÆ.

Qui pro victu pauperum domno filio excellentissimo regi cum meis litteris supplicaret, Petrum Ecclesiæ defensorem dirigere properavi. Quo veniente sublimitatem quoque tuam salutare non destiti, plurimum deprecans, ut pro vestræ salutis, et prosperi-

* Id est Flavio Viatore, qui fuit consul. an. 495. Alia cautio ejusdem diei ac iisdem verbis subjicitur ab eodem Gelasio data Vincomalo, ubi solum fundi nomen decet. BALL.

† Ex ms. cod. universitatis Taurinensis, fol. 4, pag. 7.

A tatis augmentis egentium causas juvare dignemini. Data v. cal. Martii

† GELASIIUS PETRO EPISCOPO POTENTINO.

Secundum quod vestri portitoris significavit libellus, compertum habemus vos præ manibus habere negotium insolitum. Pertulit, diaconem quemdam commisisse incestum multis indicis in vicinia notum. Sed quia nemo potest canonice illud stuprum probare, memoratus diaconus omne meritum recusat inde subire iudicium. Ad quod ego multis inevitabilibus curis involutus quanta possum brevitate sic rationabiliter respondeo. Nulla quippe iudicia inter homines necessaria essent, si omnes veritates cunctis patuiscent. Sequitur ergo perquiri a iudice debere probationem iudicii ordine, unde aliter non cognoscitur veritas culpæ. Sed cum culpa non ignoratur, nec synodum ex hoc congregari oportere, nec iudicium agitari iubemus. Sed sola modulata sententia in concilio tractetur, quæ meritum culpæ excedere non videatur. Sicut dictum est antiquis, *oculum pro oculo, dentem pro dente*, et librata mensura, ideo fuit iussa in lege, ut juxta meritum culpæ damnatio ponderetur vindictæ. Si quidam fortasse minus capaces in his quæ præmissimus propterea vacillant, quia scriptum habent in legibus nostris, De occultis nemo iudicetur et iudicet. Sed hi tales vigili mente pertractent, quia quod de occultis negatur, sub tacito intellectu de manifestis conceditur. Constat ergo consequenter hoc dici de ipsis occultis, quæ scandalum Ecclesiæ nullum inducunt. Si postquam oïri scandalum contigerit pro crimine, nullo modo est prætereundum quia Ecclesia et satisfactione pacata quiescat, et sedata remaneat culpa sic publiciter punita, ut etiam habeant timorem. Satisfactio namque illa est, qua innocens quisque manifestatur, a quibus reus credebatur.

b Anonymus a Valesio editus de gestis Theodorici regis hanc reginam ejusdem Theodorici genitricem memorat. *Mater Erelira dicta Gothica, catholica quidem erat, quæ in baptismo Eusebia dicta.* BALL.



APPENDIX TERTIA.

CONCILIORUM SUB GELASIO HABITORUM RELATIO.

• CONCILIUM ROMANUM I.

Quo a septuaginta episcopis libri sacri et authentici ab apocryphis sunt discreti, sub Gelasio, anno Domini 494 Asterio atque Præsidio consulibus.

I.

^b Ordo ^c librorum Veteris Testamenti quem ^e sancta et catholica Romana suscipit et veneratur Ecclesia, digestus a beato Gelasio papa I cum septuaginta episcopis.

Genesis liber unus.

Exodi liber unus.

Levitici liber unus.

Numeri liber unus.

Deuteronomii liber unus.

Jesu nave [Josue] liber unus.

Judicum liber unus.

Ruth liber unus.

Regnorum [Regum] libri quatuor.

Paralipomenon libri duo.

Psalmorum 150 liber unus.

Salomonis libri tres :

Proverbia,

Ecclesiastes, et

Cantica canticorum.

Item Sapientiæ liber unus ².

Ecclesiasticus liber unus.

Item ordo prophetarum ³ :

^a Ad fidem catholicam illibate custodiendam, dissidia tollenda, pacemque in Ecclesia restituendam, pontifex una cum concilio in eo potissimum laboravit, ut apostolicæ et catholicæ Ecclesiæ communio nulla vel levi macula conspersa, illibata penitus et impolluta sarta ac tecta in omnibus servaretur. Ad hoc autem præstandum sollicitiorem curam impendens, non solum vindicasse voluit ipsam Ecclesiam ab omnibus, ut semper fuit, immunem hæresibus atque hæreticorum consortio; sed ut eam redderet a pravorum scriptorum contagione securam, omne studium adhibens, delectum habuit ecclesiasticorum librorum qui hactenus editi legi solerent: distinguens separansque, quasi os domini, mundum ab immundo, et secernens pretiosum a vili. Cujus rei perficiendæ gratia decretum constituit ab Ecclesia catholica perpetuo servandum, in quo post recensitos Veteris ac Novi Testamenti libros canonicos, adject de primatu Romanæ Ecclesiæ et aliarum patriarchalium Ecclesiarum juribus, ad reprimendam Constantinopolitanorum antistitem præsumptionem et audaciam infringendam, qua se Acacium primum, inde ejus successores adversus Romanam Ecclesiam proterve nimis erexerant. SEV. BINIUS.

^b Quotquot hoc loco enumerantur, et in canone sacrorum librorum referuntur libri Veteris Te-

^c Est in collectione Isidori, cujus exemplaria vetustissima duo sunt in bibl. Collegii Paris. Soc. Jesu. In ms. cod. Dacheriano collectionis Dionysianæ, ut patet, decretum hoc Damaso tribuitur. Et Baron., ad an. 69, ex concilio Romano sub Damaso, quod continet Cresconiana collectio, partem hujus decreti exhibet. In ms. Jurensi Hormisdæ papæ tribuitur, teste P. Labbeo. In nostro inscribitur: *Notitia sacrarum Scripturarum, seu librorum canonicorum cum descriptione vel adnotatione Gelasii papæ*. Describitur hoc decretum a Vincentio Bellov. in prol. cap. 13 et 14. Multo antea, tacito Gelasii nomine, ab Aldhel-

A Isaia liber unus.

Jeremiæ liber unus.

Cinoth, id est, de lamentationibus suis.

Ezechielis liber unus.

Danielis liber unus.

Osee liber unus.

Amos liber unus.

Michæ liber unus.

Joel liber unus.

Abdiæ liber unus.

Jonæ liber unus.

Nabum liber unus.

Habacuc liber unus.

Sophonias liber unus.

Aggæi liber unus.

Zachariæ liber unus.

Malachiæ liber unus.

Item ordo historiarum :

Job liber unus, ab aliis omissus.

Tobias liber unus.

B Esdræ ^d liber unus:

Esther [Hester] liber unus.

Judith liber unus.

Machabæorum liber unus [libri duo].

Item ordo scripturarum novi et æterni Testamenti [quæ catholica sancta Romana suscipit et veneratur Ecclesia].

Evangeliorum libri quatuor.

stamenti, iidem pene omnes recensiti sunt supra canon. ultimo concilii Laodiceni, et canone 47 concilii Carthaginensis III; item epist. 3 Innocentii primi ad Exuperium. Canonem apostolorum 84, utpote quo sacri omittuntur, et apocryphi in numerum sacrorum referuntur, spurium esse et illegitimum supra in notis ejusdem canonis copiose ostendimus. Veteris ac Novi Testamenti libros sacros a calumnia hæreticorum omnium liberavit doctissime et copiosissime reverendissimus et illustrissimus cardinalis Bellarminus toto lib. 1 de Verbo Dei scripto; illustrissimus item cardinalis Baronius tom. I Annalium, diversis in locis, S. Pauli, aliasque canonicas epistolas cum Apocalypsi S. Joannis apostoli a furore et dementia hæreticorum vindicavit: ad evitandam proliatatem isthuc lectorem benevolam remitto. De libris apocryphis eorumque auctoribus diversis in locis Annalium Baronius dignissima observatu adnotavit, et post eum Antonius Possevinus in Apparatu sacro. SEV. BINIUS.

^e Hoc decretum exstat distinct. 15, can. 3. Lectio ejus ab originali tantopere discrepat, ut satis certo statui non possit quæ sit vera et pura Gelasii, nec magnopere mirandum sit si nonnulla sint quæ difficultatem faciunt. Vide notas emendatorum decreti Gratiani, etc. SEV. BINIUS.

mo in lib. de Laude Virginitatis cap. 11, postea autem Gelasio appellato, ab Hincmaro Remensi, Lupo Ferrariensi, Nicolao papa, et in Chronico Centulensi apud Dacherium, tom. IV Spicil. Vide et Capitulare Atonis tomo VIII. HAROUIN.

^f Hunc librum Hieronymus apud Hebræos non haberi affirmat, sed tantum apud Græcos. Quem etiam Jesu filium Sirach fecisse indicat sicut alium subsequenti librum. LABBEUS.

^g Libri Prophetarum, num. 16. LABBEUS.

^h Al., libri duo. LABBEUS.

Secundum Matthæum liber unus.

Secundum Marcum liber unus.

Secundum Lucam liber unus.

Secundum Joannem liber unus.

Actuum apostolorum liber unus.

Epistolæ Pauli apostoli numero 14.

Ad Romanos epistola una.

Ad Corinthios epistolæ duæ.

Ad Galatas epistola una.

Ad Thessalonicenses epistolæ duæ.

Ad Ephesios epistola una.

Ad Philippenses epistola una.

Ad Colossenses epistola una.

Ad Timotheum epistolæ duæ.

Ad Titum epistola una.

Ad Philemonem epistola una.

Ad Hebræos epistola una.

Item Apocalypsis Joannis liber unus.

Item canonicæ epistolæ numero septem.

Jacobi apostoli epistola una.

Petri apostoli epistolæ duæ.

Joannis apostoli epistolæ tres.

Judæ Zelotis apostoli epistola una.

II.

¹ *Gelasii Papæ decretum cum septuaginta episcopis habitum de apocryphis scripturis.*

Post has omnes propheticas, evangelicas, atque apostolicas scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quamvis universæ per orbem² catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana catholica et apostolica Ecclesia³ nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit, *Tu es Petrus, inquit, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalent adversus eam; et tibi dabo claves regni cælorum. Et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælis; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cælis* (Matth. xvi).

Cui data [al. addita]⁴ est etiam societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garrunt, sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, et pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, talenque [al. aliisque] omnibus urbibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulere.

Est⁵ ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi (Ephes. v).

Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo et evangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, et gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero sedes apud Antiochiam ejusdem beatissimi Petri apostoli nomine habetur honorabilis, eo quod illic priusquam Romam venisset habitavit, et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

III.

⁶ Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere, præter id quod positum est, qui est Christus

¹ In cod. Justelli hic titulus sic legitur: *Decreta G. P. de recipiendis et non recipiendis libris: quæ scripta sunt ab eo cum 70 eruditissimis episcopis.* LABBEUS.

² Sunt hæc et in epistola 8 Nicolai papæ ad Michaellem imp. et in præfatione vetusta Concilii Nicæni, quam edidimus tom. II, quam et Æneas Parisiensis recitat tomo VII Spicil., pag. 95 et 97. HARDUIN.

³ Sunt ista et in epist. 8 Nicolai papæ ante lau-

A Jesus (I Cor. III); tamen ad ædificationem nostram, eadem sancta [al. add. id est] Romana Ecclesia post illas Veteris vel Novi Testamenti, quas regulariter suscepimus [al. superius notavimus], etiam has [al. alias] suscipi non prohibet scripturas, id est,

Sanctam synodum Nicænam trecentorum decem et octo Patrum, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est. Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit.

Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est consensu beatissimi Cælestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destinato.

Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro ejusque complicibus damnatæ sunt.

B Sed et si qua sunt concilia a sanctis Patribus hæc tenus instituta, post horum auctoritatem et custodienda et recipienda, et decernimus, et mandamus.

IV.

Item opuscula B. Cypriani martyris et Carthagenensis episcopi, in omnibus recipienda.

Item opuscula B. Gregorii Nazianzeni episcopi.

Item opuscula B. Basilii Cappadociæ episcopi.

Item opuscula B. Athanasii Alexandrini episcopi.

⁴ Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Joannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula B. Theophili Alexandrini episcopi.

Item opuscula B. Hilarii Pictaviensis [al. Proterii Alexandrini] episcopi.

Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi.

Item opuscula B. Augustini Hipponensis [al. Hipponeregensis] episcopi.

Item opuscula B. Hieronymi presbyteri.

Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi.

Item epistolam B. Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam; cuius textum [al. de cuius textu] quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Item opuscula atque tractatus omnium orthodoxorum Patrum qui in nullo a sanctæ Ecclesiæ Romanæ consorcio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius communionis [al. communionis] per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus.

Item decretales epistolas, quas beatissimi papæ diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum Patrum⁷ consultatione dederunt, venerabiliter recipiendas.

Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis irradiant [al. illustrantur].⁸ Quis ita esse catholicorum dubitet, et majora eos in agonibus fuisse perpassos, nec suis viribus, sed gratia Dei et adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem [al. addit. et singularem cautelam], singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscribere nomina penitus ignorantur: et ab infidelibus

data. HARDUIN.

⁴ Nicolaus papa loco citato. HARDUIN.

⁵ Nicolaus papa loco citato. HARDUIN.

⁶ Alio ordine recensentur in ms. LABBEUS.

⁷ Hincmarus tom. II, pag. 543, legit *consolatione*, pag. 545, *consolatione vel consultatione*. HARDUIN.

⁸ Al., *Quis ista catholicorum dubitet, vel, Quis catholicus dubitat majora*, etc. LABBEUS.

aut idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit. scripta esse putantur [al. inserta leguntur]; sicut cujusdam Quirici [al. Cyrici] et Julitæ, sicut Georgii, aliorumque hujusmodi passionēs, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes martyres, et eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramus.

Item Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnium eremitarum quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

Item actus beati Silvestri apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Romana catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hæc imitantur Ecclesiæ.

Item scripta de inventionē crucis dominicæ, et alia scripta de inventionē capitis Joannis Baptistæ, novellæ quædam [al. quidem] relationes sunt, et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus pervenerint, beati Pauli apostoli præcedat sententia: *Omnia probate; quod bonum est tenete* (1. Thess. v).

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiasticæ operis edidit libros, nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus [al. venerabilis] Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii Libertate notavit, illa sentimur quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus; et non solum de Rufino, sed etiam de universis quos vir sapius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda.

Item chronica Eusebii Cæsariensis, et ejusdem ecclesiasticæ Historiæ libros: quauvis in primo narrationis suæ libro tepere, et postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad institutionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus: quia valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias dignam ordinavit historiam miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Item Juveni mililominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Cætera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesia; e quibus

¹ Vide Baronium ad an. 515 num. 10, et ad an. 324 num. 31. HARDUIN.

² Vide Papebrochium die 3 Maii, et die 4. HARDUIN.

³ Sedulii opus non apparuit, nisi post Asterii consulatum. Citatur ab Isidoro in lib. de Script. Eccl. cap. 7. HARDUIN.

⁴ Al., Quæ sint tamen quæ non recipiuntur. LABBEUS.

⁵ Al., Qui nullatenus a nobis recipi debent. LABBEUS.

⁶ Est opus Recognitionum. HARDUIN.

⁷ Vide Photium Cod. 114. et Augustinum lib. 1 contra adversarium legis et prophet. cap. 20. HARDUIN.

⁸ Citantur ab Isidoro Pelusiota lib. II, ep. 99. HARDUIN.

⁹ Citantur ab Anastasio Sinaita apud Coteler. tom. III Monum. Eccl. Græcæ. HARDUIN.

¹⁰ Vide Hieronym. in præsentio comment. in Mathæum. HARDUIN.

¹¹ Apud Attonem Vercellensem legitur Seleucius.

A pauca, quæ ad memoriam venerunt, et catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

V.

Notitia librorum apocryphorum⁵ qui non recipiuntur.

In primis Ariminensem synodum a Constantio Cæsare Constantini Augusti filio congregatam, mediante Tauro præfecto [al. prætorio] ex tunc et nunc, et usque in æternum confitemur esse damnatam.

Item⁶ itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri [decem, al. novem], octo, apocryphum.

Actus nomine⁷ Andreæ apostoli, apocryphi.

Actus nomine Thomæ apostoli, libri 10 apocryphi.

Actus⁸ nomine Petri apostoli, apocryphi.

Actus⁹ nomine Philippi apostoli, apocryphi.

Evangelium nomine Thaddæi, apocryphum.

Evangelium nomine Matthiæ, apocryphum.

Evangelium nomine Petri apostoli, apocryphum.

Evangelium nomine Jacobi Minoris, apocryphum.

Evangelium nomine Barnabæ, apocryphum.

Evangelium [al. Evangelia] nomine Thomæ quo [al. quibus] utuntur Manichæi, apocryphum¹⁰ [al. apocr.].

Evangelium [al. Evangelia] nomine Bartholomæi apostoli, apocryphum [al. apocrypha].

Evangelium nomine Andreæ apostoli, apocryphum.

Evangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha.

Liber de infantia Salvatoris, apocryphus.

Evangelia quæ falsavit Esitius [al. Hesychius et Isicius], apocrypha.

Liber de Nativitate [al. Infantia] Salvatoris, et de Maria et obstetrice [al. addit. ejus], apocryphus.

Liber qui appellatur Pastoris, apocryphus.

Libri omnes quos fecit¹¹ Leucius [al. Lucius] discipulus diaboli, apocryphi.

Liber qui appellatur Fundamentum, apocryphus.

¹² Liber qui appellatur Thesaurus, apocryphus.

Liber de filiabus Adæ geneseos, ¹³ apocryphus.

¹⁴ Centimetrum¹⁴ de Christo, Virgilianis compaginatam versibus, apocryphum.

Liber qui appellatur Actus Teclæ et Pauli apostoli, apocryphus.

Liber qui appellatur Nepotis, apocryphus.

Liber Proverbiorum qui ab hæreticis conscriptus et sancti Sixti [al. Xysti] nomine prænotatus est, apocryphus.

Revelatio quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha.

¹⁶ Revelatio quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha.

Revelatio quæ appellatur S. Stephani, apocrypha.

Liber¹⁷ qui appellatur Transitus, id est Assumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.

Liber qui appellatur¹⁸ Prænitentia Adæ, apocryphus.

Liber¹⁹ Ogis nomine gigantis, qui ab hæreticis cum

In fine epistolæ Innocentii ad Exuperium, *Leucius*. Videtur esse Λεύκιος χαρίνος apud Phot. cod. 114. HARDUIN.

¹⁵ Θεσχυροι apud Photium cod. 85. HARDUIN.

¹⁶ Vide Cedrenum edit. Basil. pag. 3, versu 32, et pag. 6, vers. 39. Epiphani. hæres. 39, num. 6. Georgium Syncellum pag. 5. Hieron. epist. 127, mans. 18 et 24, aliosque. HARDUIN.

¹⁷ Hæc vox deest in cod. Justel. hoc loco; sed pene sub finem dicitur *Centio de Christo*. LABBEUS.

¹⁸ Vide Isidorum lib. de Script. Eccles. cap. 5. HARDUIN.

¹⁹ Deest in nostro ms. et Justelli. LABBEUS.

²⁰ Meliti vel Melitonis Smyrnenensis. HARDUIN.

²¹ Apud Epiphani. hæres. 26, n. 8, ἀποκαλύψεις τοῦ Ἀδάμ: nam idem esse opus Cedrenus sub initium docet. HARDUIN.

²² Al. *De Vegia nomine gigante*. LABBEUS. — Al. *de Eugenia* quæ. Vide Eucholog. pag. 885, ubi παρατων πραγματείαι legitur, pro Γρηγοριων, ut recte vox ea scribitur in cod. Reg. 1026 et 1027, et Γαργατιων βίβλον, apud Photium cod. 85. HARDUIN.

dracone post diluvium pugnasse fingitur, apocryphus. A
 Liber qui appellatur Testamentum Job, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia Origenis, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus.
 Liber qui appellatur Pœnitentia Jannæ et Mambrae, apocryphus.
 Liber qui appellatur ¹Sortes sanctorum apostolorum, apocryphus.
 Liber qui appellatur Laus [al. Lusus] apostolorum, apocryphus.
² Liber qui appellatur Canones apostolorum, apocryphus.
 Liber ³ Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, et B. Ambrosii nomine signatus [al. prænotatus], apocryphus.
 Historia Eusebii Pamphili, apocrypha.
 Opuscula Tertulliani, apocrypha.
 Opuscula Lactantii [al. Firmiani], apocrypha.
 Opuscula Africani, apocrypha.
 Opuscula Postumiani et Galli, apocrypha.
 Opuscula Montani, Priscillæ et Maximillæ, apocrypha.
 Opuscula omnia Faustii Manichæi, apocrypha.
 Opuscula Commodiani, apocrypha.
 Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.
 Opuscula Tatii [al. Tharsi seu Tascii] Cypriani, apocrypha.
 Opuscula Arnobii, apocrypha.
 Opuscula Tychonii, apocrypha.
 Opuscula Cassiani [al. Cassionis] presbyteri Galliarum, apocrypha.
 Opuscula Victorini Pictaviensis [al. Petabionensis], apocrypha.

Opuscula Faustii Rhegiensis Galliarum, apocrypha.
 Opuscula Frumentii Cæci, apocrypha.
 Epistola Jesu ad Abagarum [al. Abgarum] regem, apocrypha.
 Epistola Abagari [al. Abgari] ad Jesum, apocrypha.
 Passio Quirici [al. Cyrici] et Julitæ, apocrypha.
 Passio Georgii, apocrypha.
 Scriptura quæ appellatur contradictio [al. interdictio] Salomonis, apocrypha.
 Phylacteria omnia, quæ non angelorum (ut illi confligunt), sed dæmonum magis arte [al. nominibus] conscripta sunt, apocrypha.
 Hæc et omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatensis, Photinus, et Bonosus, et qui simili errore defecerunt; Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, sive Manichæus, ⁴ Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Callistus, Donatus, Eustathius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Eclanensis, ⁵ Cœlestinus [al. Cœlestius], Maximinus [al. Maximianus], Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus ⁶ Unicus, Lampetius [al. Lapidius], Dioscorus, Eutyches, Petrus, et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit; Acacius Constantinopolitanus cum consortibus [al. sociis] suis; nec non et omnes hæresiarum, eorumque ⁷ discipuli, sive schismatici, docuerunt vel conscripserunt quorum nomina minime retinentur; non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana catholica et apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sibi anathematis indissolubili vinculo in æternum conflitemur esse damnata ⁸.

CONCILIIUM ROMANUM SIVE DECRETUM

De libris recipiendis et non recipiendis a Gelasio papa cum episcopis anno circiter 496 habitum.

ADMONITIO.

(Ex Suppl. Joan. Dom. Mansi.)

Celebre illud de libris probandis improbandisque decretum, in Romano quodam concilio editum diu multumque eruditos exercuit. Potissimum est de auctore dissidium. Conciliorum collectores omnes Gelasio papæ tribuerunt, quibus et fidem astruit Burchardus Wormatiensis, Gratianus et mss. codices plerique. Verum in codice vetustissimo collectionis Dionysii Exigui, quem Dacherius communicavit Baluzio, hoc ipsum decretum Damasi papæ nomen præfert. Denique in vetustissimo Urgellensi codice Baluzius Hormisdæ papæ nomen præfixum reperit. Chiffletius in Jurensi nongentorum annorum codice hoc decretum offendit; cumque emendatissimum omnium quæ ad id usque prodierant judicaret, exscribendum illud edendumque in suis ad opera Vigilii Tapsanis notis assumpsit. Hormisdæ papæ in eo codice inscribitur; ex quo sententiæ de Hormisdæ decreti illius conditore auctoritas summa accessit. Ita rebus constitutis, factum est ut non ante multos annos cl. Fontaninus in codice Vaticanum annorum nongentorum incidere, qui hoc ipsum decretum profert, idemque cum multa resecet, quæ in editis leguntur, hoc præ cæteris argumento sinceritatem ejus vindicare judicavit. Id enim solenne est hujusmodi lucubrationibus, ut quæ brevissimæ sunt, hæ genuinæ censeantur; sit enim ut novis subinde et novis additionibus tractu temporis reformentur, ut succedentium temporum disciplinæ accommodentur. Hoc ergo decretum, prout in eo Vaticano codice legitur, produxit in suo de Antiquitatibus Hortæ Commentario; censuitque hæc vel sola auctoritate controversiam de auctore opusculi decidi, cum Gelasiano nomine inscribatur. Huic viri clarissimi sententiæ accessuros sanioris criticæ peritos omnes censeo, tum quoad operis auctorem, cum etiam quoad latum de ejus sinceritate iudicium, in iis præsertim quæ resecta et plane innovata exhibet. Si enim agatur de iis quæ communia habet cum cæteris, in multis profecto Chiffletiano Jurensi cedit, in quo lecti probator est, ut conferenti patebit. Desiderandum proinde superesset ut tertius aliquis parisi antiquitatis codex proferreretur, in quo et detractores Vaticanæ comparent, et probate illæ Chiffletianæ lectiones offerrentur; idque si unquam sors tulerit, prolatis auctore eruditos excepturos non dubito. Sed bonum factum! id tandem mihi vetustum Lucensem codicem annorum nongentorum evolventi obtigit. En tibi ex eo, lector, decretum de libris probandis reprobandisque, in quo ea omnia resecta sunt, quæ desunt in Vaticano. In cæteris ad Chiffletianam lectionem potius quam ad Vaticanam accedit. Gelasiano nomine inscribitur, ac tandem tale est quale desideraveris. Neque eo tantum nomine præstat cæteris hucusque excusis; sed et ex eo commendeabitur magis, quod præfatione ornetur nusquam in editis legenda; quanquam doleo incuria exscriptoris luxatam esse, nec facile sanandam. Tota Gelasiana est, quantum ex styli similitudine judicare licet. Hoc est meum de nova hac Gelasiani decreti editione ju-

¹ Editæ sunt in codice canonum vetere Ecclesie Rom. edito ex bibliotheca D. le Pelletier, regni administrari, anno 1687, pag. 370. HAR. EIN.

² Deest in cod. Justelli. LABBEUS.

³ Citatur a Vincentio Belovac. lib. vii Speculi Natur., cap. 65. HARDUIN.

⁴ Expuncta virgula mecum legas Faustus Africanus ad di. c. Faustii Rhegiensis Galliarum, aliorum-

que; atque ita codd. Justelli et noster. LABBEUS.

⁵ Abest a cod. Justel., et in nostro dicitur Callipus. LABBEUS.

⁶ Al. Cynicus, sicque omnino legendum ex ms. LABBEUS.

⁷ Harduinus, qui schmatica docuerunt, etc.

⁸ In ms. nostro, Explicit decretale editum ab Hormisdæ papa urbis Romæ. HARDUIN.

dicium : ut id approbem eruditis, ejusdem decreti triplex schema profero, Vaticanum, Jurense seu Chiffletianum, et Lucense.

Post hæc scripta incidi in decretum Gelasianum ex vetustissimo Florentino codice editum a P. Josepho Blanchino Oratorii Romani S. Philippi Neri presbytero V. Cl., in prolegomenis ad IV volumen Anastasii Bibliothecarii editionis Romanæ. Ex eo codice representare se genuinum decretum Gelasii vir ille doctus censuit. Nec sane negaverim meliorem esse ejus lectionem præ Vaticano. Cum vero ait idem vir doctissimus, catalogum illum sacrorum Librorum qui in Vaticano Fontanini non exstat, legiturque in suo Florentino, e Vaticano sive scriptoris incuria, sive alicujus fraude subtractum esse, futile est et inane, cum et a meo pariter Lucensi absit, quem sane Lucensem ex Vaticano illo expressum, sive ambos ex tertio alio derivatos esse, nemo sibi persuaserit, cum discrepent non raro. Hunc si omittas sacrorum librorum catalogum, in cæteris Florentinus ille fere cum nostro convenit : paucis exceptis, quæ ad extremam pagellæ oram diligenter adnotavi. Est vero Florentinus Blanchini in fine mutilus, nam post illud : Fausti Regiensis, etc., cætera desunt, quæ tamen in reliquis omnibus mss. codicibus leguntur.

Hæc scripseram in priori mea editione : modo vero aliquid accessit, quo nova hæc editio ornatur, nempe variantes e vetustissimo Frisingensi codice annorum circiter 1000, quas mihi, pro ea qua est humanitate suppeditavit vir doctissimus P. Frobenius Forster prior et bibliothecarius S. Emmerami Ratisbonensis. In eo codice concilio Damasi decretum istud subjicitur, nam eo concilio absoluto statim subditur : Item dictum est : Nunc vero de Scripturis divinis agendum est, quid universalis catholica recipiat Ecclesia, et quid vitare debeat. Incipit ordo Veteris Testamenti, etc. ; tum continuo sequitur integrum decretum de libris legendis.

LUCENSE.

Incipit decretale ab urbe Roma editum de recipiendis sive non recipiendis libris factum.

Synodum sub Gelasio papa urbis Romæ cum LXX episcopis.

INCIPIIT PROLOGUS.

Ad discutiendas, vel intelligendas Scripturas, quas (sic, in Novo vel in Veteri Testamento a pluribus editas, illud apostolicum nobis convenit servare eloquium : Prophetias, inquit, nolite spernere ; omnia autem probate ; ut plinius Dei operatione credamus illas esse conditas, quas de adventu Domini, ac nativitate, vel passione ipsius, et resurrectione certissime fuisse locutas, per quas enim [forte etiam] nos credimus esse salvatos ; ibi intelligimus illud, ubi dixit : Quod bonum est tenete, ad repellendas, vel a catholicis renuendas Scripturas esse cognovimus, quas etiam vir eruditissimus Hieronymus repudiavit esse damnatas, sufficit nobis dicere, ut ab omni specie mala abstinemus.

VATICANUM FONTANINI

Incipit decretale sancti Gelasii papæ urbis Romæ.

JURENSE CHIFFLETII

Incipit decretale in urbe Roma ab Hormisda papa editum.

De Scripturis divinis quid universaliter catholica recipiat Ecclesia, vel post hæc quid vitare debeat.

1.

Ordo de Veteri Testamento, quem sancta et catholica Romana suscipit et honorat Ecclesia, iste est :

Geneseos liber 1. — Exodi liber 1. — Levitici liber 1. — Numeri liber 1. — Deuteronomii liber 1. — Jesu Nave liber 1. — Judicum liber 1. — Ruth liber 1. — Regum libri 4. — Paralipomenon libri 2. — Psalmorum 150 liber 1. — Salomon's libri 3. — Proverbia, Ecclesiastes et Cantica Canticatorum. — Item Sapientie liber 1. — Ecclesiastici liber 1. — Item ordo prophetarum : Esaie liber 1. — Hieremie liber 1, cum Cinoth, ac lamentationibus suis. — Ezechielis liber 1. — Danielis liber 1. — Osee liber 1. — Amos liber 1. —

* Has Florentinianas variantes ad columnarum nostrarum calcem cum cæteris posuimus, præmisso codice Florentini nomine. Edit.

† Variantes eod. Frising. Hieremie liber unus cum Cinoth, id est lamentationibus suis.

LUCENSE.

VATICANUM FONTANINI

JURENSE CHIFFLETII.

Michæ liber 1. — Johel liber 1. — Abdæ liber 1. — Jonæ liber 1. — Naum liber 1. — Abacuc liber 1. — Sophoniæ liber 1. — Aggei liber 1. — Zachariæ liber 1. — Malachiæ liber 1. — Item ordo historiarum : Job liber 1. — Tobia liber 1. — Eadræ libri 2. Esther liber 1. — Judith liber 1. — Machabæorum libri 2. Item ordo Scripturarum Novi et Æterni Testamenti¹ : Evangeliorum libri 4 : Secundum Matthæum liber 1. — Secundum Marcum liber 1. — Secundum Lucam liber 1. — Secundum Joannem liber 1. — Item Actuum apostolorum liber 1. — Epistolæ Pauli apostoli numero 14. Ad Romanos epistola 1. — Ad Corinthios epistolæ 2. — Ad Ephesios epistola 1. — Ad Thessalonicenses epistolæ 2. — Ad Galatas epistola 1. — Ad Philippenses epistola 1. — Ad Co'ssenses epistola 1. — Ad Timotheum epistolæ 2. — Ad Titum epistola 1. — Ad Philemonem epistola 1. — Ad Hebræos epistola 1. — Item Apocalypsis Joannis liber 1. — Item Canonice Epistolæ numero septem : Petri apostoli epistolæ 2. — Jacobi apostoli epistola 1. — Joannis apostoli epistolæ 3. — Judæ Zelotus apostoli epistola una².

I.

Post⁴ propheticas [manu antiqua additur et evangelicas] atque apostolicas Scripturas,⁵ quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed evangelica voce Domini⁶ nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus, inquit, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni cælorum; et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cælo.*

[Manu antiqua suppletur Cui] Ad-dita est etiam societas beati [manu antiqua suppletur beatissimi Pauli apostoli vas electionis], qui non diverso, sicut hæretici⁷ garrunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est; et pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus⁸ talesque omnibus⁹ orbibus in universo mundo sua præsentia,

et evangelicas, atque apostolicas Scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus, inquit, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; et portæ inferi non prævalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni cælorum; et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cælo.*

Cui data est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vas electionis, qui non diverso, sicut heresi garrunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosam mortem cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, et pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulere.

II.

Post has omnes propheticas, et evangelicas, atque apostolicas, quas superius deprompsimus, Scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem diffusæ catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus, inquit, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; et portæ inferi non prævalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni cælorum, et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cælo.*

Addita est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vas electionis, qui non diverso, sicut hæretici garrunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est. Et pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus in universo mundo, sua præsentia atque venerando triumpho prætulere.

¹ Addit: quem sancta et catholica suscipit Ecclesia.

² Joannis apostoli epistola una. Alterius Joannis presbyteri epistolæ dua. Ha etiam legitur in vetustissimo codice D. onysiano S. Emerami.

³ Explicit canon Novi Testamenti. Item dictum est: pos has omnes; pro; heticas, etc.

⁴ Cod. Flor. addit has omnes

⁵ Idem cod. addit quas superius deprompsimus.

⁶ Idem cod. addit et Salvatoris.

⁷ Idem cod., hæresei.

⁸ Idem cod., aliisque.

⁹ Idem cod., urbibus.

LUGENSE.

VATICANUM FONTANINI.

JURENSE CHIFFLETII.

atque venerando triumpho prætulērunt.

Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid ejusmodi.

Secunda autem sedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco ejus discipulo et evangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægypto directus, verbum veritatis prædicavit et gloriosum consecrav[it] *[manu antiqua corrigitur consummavit]* martyrium.

Tertia vero sedes² apud Antiochiam ejusdem beati Petri apostoli habetur honorabilis, eo quod illic prius quam Romam venisset habitavit et³ ibidem primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus, tamen ad ædificationem sanctam, ⁴ idem *[manu antiqua eadem]* Romanam Ecclesiam post illas Veteris vel Novi Testamenti, quas⁵ regulariter suscipimus etiam suscipi non prohibet Scripturas. Id est sanctam synodum Nicaenam secundam trecentorum decem et octo episcoporum⁶ *[manu antiqua ponitur Patrum]* mediante Maximo Constantino Augusto.

Sanctam synodum Ephesiam, *[manu antiqua Ephesiam]* in qua Nestorius damnatus est, cum consensu⁷ beati Cælestini papæ, mediante Cheryllo Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destinato.

Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutychiana hæresis simul cum Dioscuro, ejusque complicitibus⁸ damnata est.

¹ Opuscula B. Cæcili Cipriani martyris et Carthaginensis episcopi.

² Idem cod., pertulerunt.

³ Idem cod., Antiochiæ beatissimi.

⁴ Idem cod., illic.

⁵ In eodem cod. deest quod est.

⁶ Idem cod., sancta.

⁷ Idem cod., superius enumeravimus.

⁸ Idem cod. non habet id est.

Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, nec rugam, nec aliquid ejusmodi.

Secunda autem sedis apud Alexandriam, beati Petri nomen, a Marco ejus discipulo evangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægypto directus, verbum veritatis prædicavit, et gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero sedis apud Antiochiam item beatissimi Petri Apostoli habetur honorabilis, eo quod illic prius quam Romam venisset habitavit, et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

II.

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus; tamen ædificationem sanctam idem Romanam Ecclesiam post illas Veteris vel Novi Testamenti, quas regulariter suscipimus, etiam suscipi non prohibet Scripturas. Id est sanctam synodum Nicaenam CCCrum X. et VIII. Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto.

Sanctam synodum Elisiam, in qua Nestorius damnatus est, consensu Cælestini papæ, mediante Cirillo Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio ab Italia destinato.

Sanctam synodum Calcedonensem, mediante Marciano Augusto et Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, Antiochiana, et Eutychiana hereses simul cum Dioscuro, ejusque complicitibus damnatae sunt.

III.

Incipiant opuscula recipienda.

Item opuscula beati Cæcili Cipriani martyris, et Carthagenensis episcopi.

⁹ Idem cod., Patres.

¹⁰ In eodem cod. deest cum.

¹¹ Idem cod., beatissimi.

¹² Idem cod., damnatae sunt.

¹³ Desunt hæc verba usque ad num. IV.

¹⁴ Cod. Flor., item et sic deinceps.

Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi.

Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo, atque evangelista consecrata est. Ipseque in Ægypto directus a Petro Apostolo, verbum veritatis prædicavit, et gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero sedes apud Antiochiam item beatissimi Apostoli Petri habetur honorabilis, eo quod, illic priusquam Romam venisset, habitavit: et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

III.

Et quamvis aliud fundamentum nullus potuit ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus; tamen ad ædificationem nostram eadem Romana Ecclesia, post illas Veteris vel Novi Testamenti, quas regulariter superius enumeravimus, etiam has suscipi non prohibet Scripturas. Id est sanctam synodum Nicaenam secundam trecentos decem et octo Patres, mediante Maximo Constantino Augusto, in qua Arrius hæreticus condemnatus est.

Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit.

Sanctam synodum Ephesiam, in qua Nestorius damnatus est, consensu beatissimi Cælestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destinato.

Sanctam synodum Calcedonensem, mediante Marciano Augusto, et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutychiana hæresis, simul cum Dioscuro ejusque complicitibus damnatae sunt. ¹⁵ Sed et si qua sunt concilia a sanctis Patribus hactenus instituta, post istorum quatuor auctoritatem et custodienda et recipienda decrevimus.

IV.

Jam nunc subjiciendum de opusculis sanctorum Patrum quæ in Ecclesia catholica recipiuntur.

Opuscula beati Cæcili Cypriani martyris, Carthaginensis episcopi in omnibus recipienda.

LUCENSE.

Opuscula beati Gregorii Nazanzeni epi.

Opuscula B. Basili Cappadociæ episcopi.

Opuscula B. Athanasi Alexandrini episcopi.

Opuscula Theophili Alexandrini episcopi.

Opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi.

Opuscula B. Helari Pictaven- sis episcopi.

Opuscula B. Joannis Constantinopolitani episcopi.

Opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi.

Opuscula B. Augustini Iponeregiensis episcopi.

Opuscula B. Hieronimi presbyteri.

Opuscula Beati Prosperi viri religiosissimi.

Opuscula B. Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, cujus textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Opuscula, tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a sanctæ ecclesiæ Romanæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius ut communicationis per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus.

Item decretales epistolas quas beatissimi papæ diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ.

Item gesta sanctorum martirum qui multiplici manu antiqua multiplicibus tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis inradiant. Quis ista catholicorum dubitet majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratiæ et adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscripserunt nomina penitus ignorantur; et ab infidelibus vel idiotis superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit esse putatur. Sicut cujusdam Quirici et Julitæ, sicut Georgii aliorumque ejusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio in Romana Ecclesia

VATICANUM FONTANINI.

Opuscula beati Gregorii Nazanzeni epi.

Item opuscula beati Basili Cappadociæ epi.

Item opuscula beati Athanasi Alexandriæ epi.

Item op. beati Joannis Constantinopolitanæ epi.

Item op. beati Theophili Alexandrinæ epi.

Item op. beati Helari Pictavinsis epi.

Item op. beati Ambrosii Mediolanensis epi.

Item op. B. Augustini Iponeregiensis epi.

Item op. beati Hieronimi prbi.

Item op. Prosperi viri religiosissimi.

Item epistola bi. Leonis pap. ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, cujus textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Item op. tractatus omnium Patrum orthodoxorum qui in nullo a sanctæ Ecclesiæ Romanæ consortio deviarunt nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius communicatione per gratiam Dei usque in ultimum vitæ suæ fuere participes, legende decernimus.

Item decretales epistolas quas beatissimi papæ diversis temporibus ab urbe Roma, pro diversorum Patrum consolatione, dederunt, venerabiliter suscipiendas.

Item gesta sanctorum martirum qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis inradiant. Quis ista catholicorum dubitet majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratiæ et adjutorio? Singularem cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscribere nomina penitus ignoratur, et ab infidelibus et idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur. Sicut cujusdam Ciri- ci et Julitæ, sicut Georgii, aliorumque hujusmodi passiones, q. ad hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes martires, et eorum gloriosos agones, qui Domino ma-

JURENSE CRIFFLETHII.

Item opuscula beati Gregorii Nazanzeni episcopi.

Item opuscula beati Basili Cappadociæ episcopi.

Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Joannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula beati Theophili Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Hilarii Pictaviensis episcopi.

Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi.

Item opuscula beati Augustini Ilipponeregiensis episcopi.

Item opuscula beati Hieronimi presbyteri.

Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi.

Item epistol. bi. beati papæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, de cujus textu quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anat. sit.

Item opuscula, atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum qui in nullo a sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius communicationi per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus.

Item decretales epistolas quas beatissimi papæ, diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.

Item gesta sanctorum martyrum, quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis inradiant. Quis ista catholicorum dubitet, et majora eos in agonibus fuisse perpessos? Nec suis viribus, sed Dei gratiæ et adjutorio universa tolerasse? Sed ideo, secundum antiquam consuetudinem, singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus et idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur. Sicut Quirici cujusdam et Julitæ; sicut Georgii, aliorumque ejusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen,

¹ Idem cod., *Pictavensis*.

² In Florentino hic ponitur post S. Athanasium.

³ Idem cod., *Yponeregi Regionensis*.

⁴ Idem cod., *epistolæ*.

⁵ Idem cod., *atque tractatus*.

⁶ Idem cod., *suscipiendas esse*.

⁷ In cod. Flor. deest *ista*.

⁸ Idem cod., *et*.

⁹ Idem cod. addit *sancta*.

LUCENSE.

non reguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes martires et eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt omni devotione veneramur.

Item Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnium heremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

Item Actus beati Sylvestri Apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur; a multis tamen in urbe Roma a catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione sanctæ crucis dominicæ, et alia scriptura de inventione capitis Joannis Baptistæ, novellæ quidem relationis nonnulli eas catholici legunt, sed cum hæc ad catholicorum manus pervenerint, beati apostoli probant [manu antiqua præcedat] sententiam: *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Item Rufinus vir religiosissimus, qui plurios [manu antiqua plurimos] ecclesiasticis operis edidit libros, non nullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatissimus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sententiam quæ prædictum Hieronymus sentire cognoscimus; et non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus; reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus rennuenda.

Item Cronica Eusebii Cæsariensis episcopi atque ejusdem Historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis unum schismatici conscripserit librum; propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ad scrutationem [manu antiqua instructionem] pertinent, usquequaque non dicimus rennuenda.

Orosium virum eruditissimum collaudamus quia valde nobis necessariam adversus Paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contextuit.

Venerabilis viri Sedulii episcopi Paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus.

Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramus.

¹ In eodem cod. deest omni.

² Idem cod. non habet sanctæ.

³ Idem cod. sunt, etc.

⁴ Idem cod., præcedit sententia.

⁵ Idem cod., religiosus.

⁶ In eodem cod. deest qui.

⁷ Idem cod., venerabilis.

VATICANUM FONTANINI.

gis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnibus heremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

Item Actus beati Sylvestri Apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripsit nomine ignoretur, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hæc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione crucis dominicæ, et aliam scripturam de inventione capitis Joannis Baptistæ, novelle quidem relationis et nonnulli catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus advenerint, beati Pauli apostoli præcedet sententia: *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiasticæ operis edidit libros, nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed cum beatissimus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illas sententiam quæ prædictum beatum Hieronymus sentire cognoscimus, non solum de Rufino, sed etiam de universis quod vir S. sæpius memoratus, zelo Dei, et fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus; reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus rennuenda.

Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem Historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum; propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus rennuendos.

Item Orosium virum eruditissimum, quem collaudamus, qui valde nobis necessariam adversus Paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contextuit.

Item venerabilis Sedulii Paschale opus, quod eruditus descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Item Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed

JURENSE CHIFFLETII.

cum prædicta Romana Ecclesia, omnes martyres, et eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item Vitas Patrum, Pauli Antonii, Hilarionis, et omnium heremitarum, quas tamen vir beatissimus Hieronymus descripsit, cum omni honore suscipimus.

Item Actus beatissimi Sylvestri apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus et pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione dominicæ crucis, et alia scriptura de inventione capitis beati Joannis Baptistæ, novellæ quidem relationes sunt, et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati apostoli Pauli præcedat sententia: *Omnia probate, et quod bonum est retinete.*

Item Rufinus vir religiosissimus plurimos ecclesiasticæ operis edidit libros: nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam venerabilis Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit; illa sententiam, quæ prædictum beatum Hieronymus sentire cognoscimus; et non solum de Rufino, sed etiam de universis quos vir sæpius memoratus zelo Dei, et fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus; reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus rennuenda.

Item Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem Historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum; propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus rennuendos.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, qui valde necessariam nobis adversus Paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contextuit.

Item venerabilis viri Sedulii Paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Juvenci quoque nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed

⁸ In eodem cod. deest omnia.

⁹ In eodem cod. deest episcopi.

¹⁰ Idem cod., instructionem.

¹¹ Idem cod., qui.

¹² In eodem cod. deest episcopi.

¹³ Idem cod., præferimus.

LUCENSE.

Cætera autem quæ ab hæreticis, sive scismaticis conscripta, vel prædicta sunt [manu antiqua additur nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesia]. E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, et a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

Item notitia de librorum [manu antiqua libros] apocryforum, qui non recipiuntur.

Ariminensium synodum a Constantio Cæsare Constantini Augusti filio congregatam mediante Tauro præfecto ex tunc, et nunc, et in eternum confitemur esse damnatam.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis [manu antiqua libr. x] apocryfum.

Actus nomine Andreae apost. apog.

Actus nomine Thomæ apost. apog.

Libri numero decem apog. (sed hoc deletum est manu antiqua.)

Actus nomine Petri apost. alius apoc.

Actus nomine Philippi apost. apoc.

Evangelia nomine Matthiæ apog.

Evangelia nomine Barnabæ apost. apog.

Evangelia nomine Jacobi minoris apog.

Evangelia nomine Petri apost. apoc.

Evangelia nomine Thomæ, quibus Manichæi utuntur apoc.

Evangelia nomine Andreae apost. apoc. [Manu antiqua deletur Andreae, et ponitur Bartholomei.]

Evangelia quæ falsavit Lucianus apoc.

Evangelia quæ falsavit Isicius apoc.

Liber de Infantia Salvatoris apoc.

Liber de Nativitate Salvatoris, et de Maria [manu antiqua post Mariam est vel] obstetricæ apoc.

Liber qui appellatur Pastoris apoc.

Libri omnes quos fecit Lucius [manu antiqua Leucius] discipulis diaboli apog.

Liber qui appellatur fundamentum apoc.

Liber qui appellatur Thesaurum apoc.

Liber de filiabus Adæ Lecto apog. ageneseos.

VATICANUM FONTANINI.

miramus. Cetera que ab hæreticis, schismaticis conscripta, vel predicata sunt, nullatenus recipiet catholica et apostolica Romana Ecclesia: e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, et a catholicis vitanda sunt, credidimus esse subdenda.

IV.

Notitiam librorum apocryforum, qui non recipiuntur.

Ariminensium Sinodum, a Constantio Cæsare Constantini Augusti filium congregatam, mediante Tauro præfecto, ex tunc et nunc et in æternum confitemur esse damnatam.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sci Clementis, apogryfum.

Actus nomen Andreae apl. apg.

Actus nomen Thomæ apl. libros x apg.

Actus nomen Petri apl. alius, apg.

Actus nom. Philippi apl. apg.

Evangelium nom. Matthiæ apg.

Evangelium nom. Petri ap. apg.

Evangelium nom. Jacobi Minoris, apg.

Evangelium nom. Barnabæ apg.

Evangelium nom. Thomæ, quibus Manichæi utuntur, apg.

Evangelium nomen Bartholomei ap. apg.

Evangelium quem falsavit Lucianus, apg.

Evangelium quem falsavit Eusicius et Lucius, apg.

Lib. de Infantia Salvatoris, apg.

Lib. de Nativitate Salvatoris, et de Maria vel obstetricæ, apg.

Liber qui appellatur Pastoris, apg.

Lib. omnes quos fecit Leucius discipulus diaboli, apg.

Lib. qui appellatur Fundamentum, apg.

Lib. qui appellatur Thesaurum, apg.

Lib. de filiabus Adæ lectum geneseos, apg.

JURENSE CHIFFLETII

miramur. Cætera quæ ab hæreticis, sive schismaticis conscripta vel prædicta sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesia: e quibus, pauca, quæ ad memoriam venerunt, et a Catholicis vitanda sunt, credidimus esse subdenda.

V.

In primis Ariminensem synodum a Constantio Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Tauro præfecto, ex tunc et nunc, in æternum confitemur esse damnatam.

Itinerarium quoque in nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri numero novem, apocryphum esse scimus.

Actus nomine Andreae apostoli, apocryphum.

Actus nomine Thomæ apostoli, libri x apocryphi.

Actus nomine Petri apostoli, apocryphi.

Actus nomine Philippi apostoli apocryphi.

Evangelia nomine Mattiæ apostoli, apocrypha.

Evangelia nomine Barnabæ, apocrypha.

Evangelia nomine Jacobi Minoris, apocrypha.

Evangelia nomine Petri apostoli apocrypha.

Evangelia nomine Thomæ apostoli, quibus Manichæi utuntur, apocrypha.

Evangelia nomine Bartholomæi apostoli, apocrypha.

Evangelia nomine Andreae apostoli, apocrypha.

Evangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha.

Evangelia quæ falsavit Isicius, apocrypha.

Liber de Infantia Salvatoris, apocryphus.

Liber de Nativitate Salvatoris, et de Maria vel obstetricæ, apocryphus.

Liber qui appellatur Pastoris, apocryphus.

Libri omnes quos fecit Lucius discipulus diaboli, apocryphi.

Liber qui appellatur Fundamentum apocryphus.

Liber qui appellatur Thesaurum, apocryphus.

Liber de filiabus Adæ, hoc est Leptogenesis apocryp.

¹ Idem cod., prædicata sunt nullatenus recipiat catholica et apostolica ecclesia Romana.

² In eodem cod. deest qui non recipiuntur.

³ In eodem cod. deest augusti.

⁴ Idem cod., ix.

⁵ In eodem cod. deest apost.

⁶ In eodem cod. deest apost

⁷ Idem cod., ejus.

⁸ Idem cod., genesisibus.

⁹ Liber qui appellatur Adæ leptogenesis.

LUCENSÆ.

¹ Liber qui appellatur Actus Theclæ, et Pauli ² apos. apog.

Liber qui appellatur ³ Nephothes apog.

Liber proverbiorum ab hæreticis conscriptus, et sancti Xisti nomine præsignatus, apoc.

Revelatio quæ appellatur Thomæ ⁴ apost. apog.

Revelatio quæ appellatur Pauli apog.

Revelatio quæ appellatur Stephani apoc.

Liber qui appellatur transitus, ⁵ id est assumptio sanctæ Mariæ apoc.

Liber qui appellatur [manu antiqua de] Pœnitentiæ Adæ apoc.

Liber de ⁶ Eugenia [manu antiqua Vegenia] nomine gigantis qui cum dracone post diluvium ab hæreticis pugnasse perhibetur, apoc.

Liber qui appellatur Testamentum Job apog.

Liber qui appellatur pœnitentiæ Origenis apog.

Liber qui appellatur pœnitentiæ sancti Cipriani apoc.

Liber qui appellatur pœnitentiæ Jamne et Membre apoc.

Liber qui appellatur ⁷ Sors apostolorum [manu antiqua scribitur laus] apoc.

Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus, et beati Ambrosii nomine præsignatus apoc.

Storia Eusebii Pampeli apog.

Opuscula Tertulliani apoc.

Op. Lactanti ⁸ apoc.

⁹ Op. Africani apoc.

Op. ¹⁰ Postulliani et Galli apoc. ¹¹

Op. Montani, Priscillæ, et Maximillæ apoc.

Op. omnia ¹² Faustini Manichæi apoc.

Op. Commodiani ap.

Op. alterius Clementis Alexandrini apoc.

Op. Tassii Cypriani ap.

Op. ¹³ Arnobi ap.

Op. Ticoni apoc.

Opuscula Cassiani presbyteri Gallicarum ap.

VATICANUM FONTANINI.

Lib. qui appellatur hactus Theclæ, vel Thollius, et Pauli ap. app.

Lib. qui appellatur Nopotis, app.

Lib. Proverbiorum ab hereticis conscriptus, et sancti Xisti nomen prænotatus, app.

Revelatio qui appellatur Pauli, app.

Revelatio qui appellatur Thomæ app.

Revelatio qui appellatur Stephani app.

Liber qui appellatur Transitus, id est, Adsumptio scæ Mariæ, app.

Lib. qui appellatur Penitentia Adæ, app.

Lib. Eugeni a nom. gigante qui cum dracone post diluvium ab hæreticis pugnasse perhibetur app.

Liber qui appellatur Testamentum Job app. Non historia beati Job, sed alius ad hereticis conscriptus.

Lib. qui appellatur Pœnitentiæ Origenis, app.

Lib. qui appellatur Pœnitentiæ sci Cipriani app.

Lib. qui appellatur Pœnitentiæ Jamnæ et Mambre app.

Lib. qui appellatur Sors apostolorum, app.

Lib. qui appellatur Lusa Apostolorum app.

Lib. Filosogus, qui ab hereticis conscriptus est, et beati Ambrosii nom. præsignatus, app.

Historia Eusebi Pamphili, app.

Opuscula Tertulliani, app.

Op. Lactanti, ap.

Op. Africani, app.

Op. Postumiani et Galli, app.

Op. Montani, Priscillæ et Maximillæ app.

Op. omnia Fausti Manichei, app.

Op. Commodiani, app.

Op. alterius Clementis Alexandrinæ, app.

Opusc. Tarsi Cypriani, app

Op. Arnobi, app.

Op. Tigoni, app.

Opuscula Cassiani pbri. Gallicarum, app.

JURENSIS CHIFFLETHI.

Liber qui appellatur Actus Teclæ et Pauli, apocryphus.

Liber qui appellatur Nepotes, apocryphus.

Liber Proverbiorum qui est ab hæreticis conscriptus, et sub nomine sancti Sixti præsignatus, apocryphus.

Revelatio quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha.

Revelatio quæ appellatur Thomæ apostoli, apocr.

Revelatio quæ appellatur sancti Stephani, apocr.

Liber qui appellatur Transitus, id est, Adsumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.

Liber qui appellatur Pœnitentiæ Adæ, apocryphus.

Liber de Eugenia nomine gigante quæ cum dracone post diluvium ab hæreticis pugnasse fingitur, apocryp.

Liber qui appellatur Pœnitentiæ Origenis, apocryphus,

Liber qui appellatur Pœnitentiæ Jamne et Mambre, apocryphus.

Liber qui appellatur Sortes sanctorum, apocryphus.

Liber qui appellatur Lusa apostolorum, apocryphus.

Liber qui appellatur Canones apostolorum, apocryphus.

Liber physiologus, ab hæreticis conscriptus, et beati Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus.

Historia Eusebii Pamphili, apocrypha.

Opuscula Tertulliani, apocrypha.

⁸ Opuscula Lactantii, apocrypha.

Opuscula Africani, apocrypha.

¹⁰ Opuscula Postuminiani, apocrypha.

Opuscula Montani, Priscillæ et Maximillæ, apocrypha.

Opuscula Fausti Manichæi, apocrypha.

Opuscula Commodiani, apocrypha.

Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.

Opuscula Tascii Cypriani, apocrypha.

Opuscula Arnobii, apocrypha

Opuscula Ticoni, apocrypha.

Opuscula Cassiani presbyteri Gallicensis, apocrypha.

¹ Idem cod., *Cen one de Christo Vergilianis compaginatum versibus, apocr.*

² In eodem cod. deest *apost.*

³ Idem cod., *Nepotis.*

⁴ In eodem cod. deest *apost.*

⁵ In eodem cod. deest *id est.*

⁶ Idem cod., *Ugia.*

⁷ Cod. Flor., *sortes.*

⁸ Cod. Flor. addit *sive Africani, sive Firmiani.*

⁹ *Opuscula Lactantii sive Africani, sive Firmiani, apocrypha.*

¹⁰ In eodem cod., deest.

¹¹ Idem cod., *Postumiani.*

¹² *Opuscula Posthumiani Galli apocrypha.*

¹³ Idem cod., *Fausti.*

¹⁴ Idem cod., *Arnorini.*

LUCENSE.

Opusc. Victorini ¹ Pictabensis ap.

Manu antiqua inseritur hic, Op. Fausti Regensis Galliarum ap. ² Op. Frumenti Cœci ap.

Centonem de Christo, Virgilianis compaginatum versibus ap. Epistola Jesu Abaguo ap.

Epistola Abaguo ad Jesum ap.

Passio Quirici, et Julitæ ap.

Passio Georgi ap.

Scriptura quæ appellatur contradictio Salomonis apo.

Filacteria omnia, quæ non angelorum, ut illi confligunt, sed dæmonum magis conscripta sunt, ap.

Hæc et his similia quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilidis, Ebion, Paulus etiam Samositanus, Fotinus, et Bonosus [*manu antiqua et*] qui simili errore defecerunt; Montanus quoque cum suis obscenissimes sequacibus, Apollinaris, Valentinus sive Manicæus, Faustus, Africanus Sabellius, Arrius, Machedonius, Eunomius, Novatus, Sabacius, Cælestus, Donatus, Eustacius, Jovianus, Pelagius, Julianus *Celumensis*, Cælestus Maximinus [*manu antiqua Maximianus*] Priscillianus ab Spania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cynicus, Lampetius, Dioscorus, Eutices, Petrus, et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit. Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, necnon et omnes hæretici, hæreseorumque discipuli, sive scismatici docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum ab omni Romana, et apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub *anathematis* insolubili vinculo in æternum confitemur esse damnanda.

VATICANUM FONTANINI.

Opus. Victorini Petabionensis, app.

Op. Fausti Regensis Galliarum, app.

Op. Frumentini Cœci, app.

Centonem de Xpo Virgilianis convaginatum versibus, app.

Epistola Ihu ad Abgiam, app.

Epistola Abgari ad Ihu, app.

Passio Cirici et Julitæ, app.

Pass. Giorgi, app.

Scriptura quæ appellatur contradictio Salomonis, app.

Filacteria omnia, que non angelorum, ut illi confligunt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt, app.

Hæc et his similia quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baselides, Ebion, Paulus etiam et Samosetanus, Futinus et Bonosus, et qui simili errore defecerunt; Montanus quoque cum suis obscenissimes sequacibus, Apollinaris, Valentinus, sive Manicheus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arrius, Machedonius, Eunomius, Novatus, Sabastius, Cælestus, Donatus, Eustacius, Jovianus, Pelagius, Julianus Etanc, Cælestus, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Unicus, Lampecius, Dioscorus, Eutichius, Petrus et alius Petrus: e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit; Accacius Constantinopolitanus cum consortibus suis; nec non et omnes hereses, hereseorum discipuli, sive scismatici, qui docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum ab omni Romana, vel catholica et apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub *anathemate* insolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

Explicunt decretalis.

JURENSÆ CHIFFLETHI.

Opuscula Victorini Pictabiensis, apocrypha.

Opuscula Fausti Regensis Galliarum, apocrypha.

Opuscula Frumenti Cœci, apocrypha.

Centones de Christo, Virgilianis compaginati, apocryphi.

Epistola Jesu ad Agarum, apocrypha.

Epistola Agari ad Jesum, apocrypha.

Passio Quirici, et Julitæ, apocrypha.

Passio Georgii, apocrypha.

Scriptura quæ appellatur Salomonis interdictio, apocrypha.

Philacteria omnia, quæ non angelorum, ut illi confligunt, sed dæmonum magis conscripta sunt nominibus, apocrypha.

Hæc et his similia quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baselides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus et Bonosus, qui simili errore defecerunt; Montanus quoque cum suis obscenissimes sequacibus, Apollinaris, Valentinus, sive Manicheus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arrius Machedonius, Eunomius, Cononius, Novatus, Sabbatius, Callistus, Donatus, Eustacius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Eclanensis, Cælestinus, Maximianus, Priscillianus ab Spania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cynicus, Lampetius, Dioscorus, Eutiches, Petrus, et alius Petrus: e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit; Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis; necnon et omnes hæresiarques, et eorum discipulos, qui schismatica docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retinimus; non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana, catholica et apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub *anathemate* et indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

Explicit decretale editum ab Hirsitha papa urbis Romanæ.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI.

(Ad annum Christi 494, num. 2 et seq.)

Decretum de Scripturis divinis, et opusculis sanctorum Patrum quæ in Ecclesia catholica recipiuntur valde urget heterodoxos, qui traditionem rejiciunt, et librorum canonicorum numerum pro libito ac sectarum suarum commodo mutilant. Job enim, Tobias, Judith, Machabæorum libri, Epistola ad Hebræos, Apocalypsis Joannis, Petri duæ, Joannis apostoli III, Judæ I, in eo memorantur. Pearsonus in vindiciis Ignatianis prolixiorum sermonem de ejus auctore, ac tempore quo conditum est, instituit, et pag. 53 ait, se existimare hoc decretum post synodum v, anno 553 celebratam, promulgatum fuisse. Neque catholici de hujus sanctionis auctore, annoque quo ea emissa, inter se conveniunt; quod mss. codices eam tribus diversis pontificibus ascribant. Vetusissimus codex collectionis Dionysii Exigui, quem secum communicatum a Dacherio Baluzius testatur, hoc decretum Damaso papæ attribuit, et Baronius anno 69, num. 4, refert Cresconiam collectionem continere concilium Romanum sub Damaso in quo de libris apocryphis agitur, cujus decreta repetita credit Baronius in decreto 72 episcoporum, de quo anno 494 cum collectoribus Conciliorum verba facit. Verum codex antiquissimus a Pearsono lectus, et a Lantfranco ex Beccensi cœnobio in Angliam delatus, hunc titulum præfert: « Decreta Gelasii papæ de recipiendis, et non recipiendis libris. Quæ scripta sunt ab eo cum septuaginta eruditissimis episcopis. » Nicolaus I pontifex Romanus in epist. 42 ad episcopos Galliarum circa annum 865 data; Lupus abbas Ferrariensis in

¹ Idem cod. Petabionensis.

² Hic desinit cod. Florent.

ſine epistolæ ad Carolum Calvum, et in fine quæst. de Sanguine Christi; Gratianus dist. 15, cæp. Sancta Romana; Burchardus Wormatiensis episcopus, varii codices mss. omnesque excusi, Gelasium hujus decreti auctorem produnt. Denique Hormisdæ papæ in antiquissimo Vergellensi codice Baluzius et Chiffletius in Jurensi, illud ascribi testantur. Indeque Chiffletio in fine notarum ad Vigilium Tapsensem existimatum, decretum hoc primo sancitum fuisse a Gelasio in concilio Romano hoc anno: ita tamen ut non quasi decretum pontificium, sed velut totius concilii quidam canon prodiret: tum deinde ab Hormisdæ editum esse sub forma pontificiæ decretalis, et in quinque titulos methodi gratia divisum ac fortasse nonnullis in locis restitutum.

Gelasium tamen celeberrimi hujus decreti auctorem esse, et nonnisi per errorem illud Hormisdæ attributum demonstrabo, et litem, ni valde fallor, dirimam. In eo cum damnatorum voluminum index tæctur, inter ea libri Cassiani ac Fausti Reienis numerantur hac præmissa sententia: « Cætera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesia, e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, et a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. » Cumque plurimos libros hæreticorum aliorumque incertorum auctorum Patres synodi Romanæ damnassent, hos inter Cassiani et Fausti volumina posuere hoc titulo: « Opuscula Cassiani præbyteri Galliarum apocrypha, opuscula Fausti Regiensis Galliæ apocrypha. » Sæculo sequenti exortis de divina gratia contentionibus ex Fausti præsertim libris, non modo in Occidente, verum etiam in Oriente alii Faustum defenderunt, alii eundem acerrime confutarunt, præcipue monachi Scythæ, qui ex Asia erumpentes adversus eum Europam atque Africam commoverunt, ut anno 520 explicabimus. Eo rerum statu consultus Possessor episcopus Africanus a Trasamundo Africæ rege in exilium missus, dum Constantinopoli morabatur, ubi Fausti libri a pluribus defendebantur ut catholici, a Maxentio vero et a monachis Scythis uti hæretici damnabantur, consulit ijs, semet Hormisdæ papam, quid de iisdem libris sentiendum esset; eamque in rem Justinum diaconum suum ad eum misit. Exstat ejus ad Hormisdæ Relatio tom. superiori Concil., citaturque accepta « xv cal. Augusti Rustico V. C. cos. id est anno 520. Hæc Possessoris in ea verba: « Arbitror vestram beatitudinem non latere quantis in Constantinopolitana urbe Ecclesia laboret insidiis, et ad morem veteris morbi in sanum vulnus iterum quærat irrumperere, quod obductum creditur cicatrice. Unde cum quorundam fratrum animus de codice Fausti cujusdam natione Galli Regiæ civitatis episcopi, qui de diversis rebus et frequentius de gratia Dei diserte visus est disputare, in scandalum moveretur, aliis (ut se habent humana studia) in contrarium remittentibus me crediderunt de hoc ambiguo consendum. » Addit postea Possessor: « Quæso, ut consulentibus, quid de præfati auctoris dictis videatur, auctoritate apostolicæ responsionis agnoscant: maxime quod filii quoque magistri militum Vitalianus et Justinianus præcipue super hac re rescripto beatitudinis vestræ similiter informari desiderant. »

Hormisdæ Possessoris epistolam die 18 mensis Julii anni 520 accepit, et die 13 mensis Augusti ad eundem rescripsit epistolam ordine 70, in qua inter alia ait: « Hi vero quos vos de Fausti cujusdam Galli antistitis dictis consuluisse, litteris indicastis, id sibi responsum habeant: neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non rectè sit examen catholice fidei, aut ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosus præjudicium comparare. Fixa sunt a Patribus quæ fideles sectari debeant instituta: sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum populi ædificatione compositum, si cum fide recta, et doctrina sana concordat, admittitur, si discordat, aboletur. » Ubi Hormisdæ de decreto Gelasii loqui recte observarunt cardinales Baronius anno 520, num. 21, et card. Norisius in Cenot. Pis. pag. 445. Verum, quæ paulo post idem pontifex subjungit, non esse, sed eundem Gelasium illius decreti conditorem fuisse, manifeste insinuant: « Non improvide veneranda Patrum sententia fidei posteritati quæ essent catholica dogmata, definiit; certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda, sancto Spiritu instruenta, præfigens, ne opinionis suæ lector indulgens, non quod ædificationi ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluptas sua concepiisset, asserret. » Decretum itaque de libris recipiendis et non recipiendis, non ab Hormisdæ, sed ab aliquo ex ejus successoribus in aliqua synodo Romana emissum, non quidem ab Anastasio et Symmacho, qui Gelasium secuti sunt, et Hormisdæ antecessores; cum nullus unquam id asseruerit, nullumque ms. alterutrum nomen præferat, sed a Gelasio, qui innumeri codices illud attribunt.

Nec dici potest illud scriptum esse a Damaso, cujus nomen librarium errore præfert in collectione Cresconiana; cum plerique opusculorum in eo memoratorum auctores post Damasum vixerint et scripserint. Nihil præter ab Hormisdæ immutatum, ut credidit Chiffletius; cum Hormisdæ in sua ad Possessorem epistola citatæ hæc remittat ad ea quæ jam fixa fuerant a Patribus, nihilque novi de Fausto, de quo consultus fuerat, statuere voluerit. Apparet igitur Hormisdæ tam ad Possessorem quam ad legatos suos, qui Constantinopoli tunc agebant, decretum Gelasii papæ misisse ac mandasse, ut illud ab omnibus religiose observaretur. Quo pacto Possessoris petitioni faciebat satis. Contigit vero, ut decretum illud tunc in varia exemplaria transcriptum, et latius per Europam, Africam et Orientem, præsertim a Fausto adversariis disseminatum fuerit, et quia ab Hormisdæ papa missum fuerat, ejusque nomine ubique divulgatum, eidem ab aliquibus, temporis progressu, imprudenter ascriptum fuerit. Hæc factæ illius incriptionis sine dubio origo.

Baronius et conciliorum collectores scribunt decretum Gelasii datum esse Asterio et Præsidio ecclæ., hoc sc. anno; verum refellunt eos codices mss. in quibus nota illa temporaria non habetur. Legi in bibliotheca regia antiquissimo caractere exaratum, sed sine nota consulari, aliumque in bibliotheca sancti Victoris Parisiensis, a quo ea etiam abest; nec dubito quin in cæteris mss. desideretur, cum concilium Romanum septuaginta episcoporum, in quo illud emissum ante annum 496 celebratum non fuerit. In laudato enim decreto hæc verba de Sedulio leguntur: « Item venerabilis viri Sedulii opus Paschale, quod heroicis descripsit versibus insigne laude præferimus. » In fine vero libri Bucolicorum codicis Virgilii Medicei vetustissimi hæc habentur. « Turcius Rufus Apronianus Asterius V. C. et int. ex comite domest. protect. ex com. priv. largit. Ex præf. Urbi Patricius et consul ordin. legi et distincti codicem fratris Macharii V. C., non mei fiducia sed ejus cui sit ad omnia sum devotus arbitrio, xi cal. Martii Romæ P. Vegili Maronis: »

Distincti emendans gratum mihi munus amici
Succedens operi sedulus incubui.

Bucolicon liber explicit. »

Em. card. Norisius laudatus, qui eam clausulam produxit, observat in vetusto codice Vaticano num. 4165, post carmen Paschale Sedulii hæc legi: « Hoc opus Sedulius inter cartulas dispersum reliquit, quod recollectum et adnotatum, atque omni elegantia divulgatum est a Turcio Rufo Asterio quinto U. C. ex consule ordinario atque patricio. » Similem huic codicem etiam vidit Cuspinianus, qui ad consulatum Asterii et Præsidiis, ait, carmen Sedulii « a Turcio Rufo Asterio quinto U. C. ex consule ordinario atque patricio » scriptum esse. Eadem annotatio erat etiam in codice quo Aldus Manutius senior usus est, siquidem advertit opus illud non a Sedulio, sed a « Turcio Rufo Asterio V. C. ex consule ordinario atque patricio » publicatum esse. Verum quidem est Sirmundum in notis ad epist. 24 lib. Ennodii scribere, in codice Remensi poematis Paschalis Sedulii hæc haberi: « Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, quod recollectum, adornatumque ad omnem elegantiam, divulgatum est a

Turcio Rufo U. C. consule brdinario atque patricio. Verum ex laudatis mss. liquet, loco exconsule ordinario, exscriptorem per errorem posuisse consule ordinario; cumque Asterius ante annum sequentem exconsul dici non potuerit, ante eum annum Sedulii carmina nec collegit, nec evulgarit, ideoque, nec antea synodus Romana, in cuius decreto de Sedulio mentio, celebrata fuit, ut recte videre Usseus lib. III de Primordiis Eccles. Britan. c. 16. Pearsonius in Vindictis epistolarum sancti Ignat. pag. 46, et card. Norisius laudatus, qui plura habet de Sedulio et ejus opere. Cum vero mense Martio alia synodus Romana habita sit, ea de qua agitur, pertinet ad an. 496, fuitque in Romana, sub Gelasio, non 1, ut perperam hactenus a conciliorum collectoribus appellata, et horum exemplo ab aliis.

• CONCILIIUM ROMANUM II •

Quo a Gelasio et episcopis 55 Misenus absolvitur anno Domini 493 III idus Maii.

Residente in synodo venerabili viro papa Gelasio una cum Bonifacio, Maximino, Epiphanio, Basilio, Vitali, Claro, Irenæo, Decio, Asello, Euplo, Valentino, Martiniano, Basso, Benigno, Primitivo, Palladio, Uindemio, Constantio, Martyrio, Candido, Laurentio, Deodato, Mercurio, Stephano, Dulcitio, Fortunato, Paschasio, Sanctulo, Innocentio, Chryso-gono, Colonico, Molensi, Maximiano, Valentino, Constantio, Gandentio, Felice, Vitaliano, Petro, Sereno, Aucupio, Timotheo, Stephano, Laurentio, et Probo episcopis, residentibus etiam Castino, Laurentio, Canusio, Eugenio, Januario, Martino, Gordiano, Petro, Urbico, Paulino, Valente, Petro, Asterio, Smaragdo, Bonifacio, Maxentio, Epiphanio, Justino, Felice, Redempto, Projectio, Callisto, Joanne, Valentino, Sebastiano, Martino, Epiphanio, Andrea, Servodei, Apellione, Petro, Servando, Agapito, Abundantio, Marcellino, Litorio, Laurentio, Agathone, Sebastiano, Valentino, Anastasio, Genesis, Dionysio, Epiphanio, Acontio, Paulino, Agapito, Adeodato, Benedicto, Dominico, Redempto, Severo, Juliano, Stephano, Crescentiano, Septimino, Cypriano, et Epiphanio presbyteris una cum Amandiano viro illustri, et Diogeniano viro spectabili; astantibus quoque diaconibus, Gelasius episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Meminit dilectio vestra superiore conventu oblatum nobis a Miseno libellum in conspectu vestro fuisse recitatum; hunc eundem si placet dilectioni vestræ, denuo recensendum, ut acta nostra contineant. Et quia alii se quoque peccatorum præ manibus habere profitetur, quid etiam in hoc contineatur, possimus agnoscere. Et adjecit:

* Cum Vitalis et Misenus apostolicæ sedis legati, per Zenonem imperatorem inducti Acacio communicassent, et Petri Moggi Alexandrinæ Ecclesiæ invasoris nomen in diptychis publice recitari sine contradictione audivissent, ideoque justo judicio a Felice papa in synodali Patrum consensu excommunicati fuissent; tandem post intervallum undecim annorum, postque Vitalem in excommunicatione defunctum, Misenus gratia Dei adjutus, ad mentem rediit; suumque delictum plurimum detestatus, ad poenitentiam et Ecclesiæ unitatem recipi postulavit. Iudicio igitur hac de causa concilio, post causæ cognitionem magno omnium applausu bumeris pastorum impositus ad ovile Christi, unde annis prope undecim aberraverat, vicissim reductus fuit. Habi-

¹ Edidit Baronius cum variis lectionibus ex ms. Virdunensi, quas cum eo communicavit P. Fronto Ducæus. HARDUIN.

² Si concilium in quo de libris apocryphis actum, anno tantum 496 habitum est, ut supradiximus ex Pagio, restat ut hoc concilium in quo Misenus absolvitur, primum sub Gelasio dici debeat, illud se-

Miseno libellus denuo recitetur. Anastasius d'aconus recitavit: Datum a famulo vestro Miseno die octavo iduum Martiarum, Viatore V. C. consule. Quantum ad meæ pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracto desinitio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœna carere non debeo, quod merui ³ ad causam pœnalem, quæcunque foret, perduci.

Quantum vero pertinet [al. respicit] ad remediale subsidium, duo sunt quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt; ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici, Judæ prævaricatoris exemplo: et quia tanta est ineffabilis illa clementia, quæ apostolica potestate universum facinus possit absolvere. Hanc igitur solam in meo negotio, papa venerabilis, vocem miserandus effundo. Parce prostrato, porrigemanum jacenti. Nullis ignorantia excusationibus ritor, nullas decipulas circumventionis obtendo, nec in quemquam calamitatis meæ studeo transferre discrimen; quia alios incusare non debeo, qui poscam clementer absolvi; quia licet mihi pro mea defensione nihil afferam, non ambigam tamen hæc omnia tuo iudicio esse tractanda. Tantum quæso, ut superno Numini obsequentes, quod pronuntiat per prophetam: *Nolo mortem morientis, donec revertatur et vivat (Ezech. xxxiii)*, vos potius euncta quæ in persona mea gesta sunt benigna consideratione librantes [al. deliberantes], viaticum seni ⁴ ægritudine et continua maceratione consumpto, ne sine ecclesiastica communione rapiar, non negetis ex alterius casu experimentum meæ formidinis intucens: qui auxilium, etiam vobis

tum est hoc synodale iudicium in basilica Sancti Petri, anno Christi 493, tertio idus Maii, sub consulatu viri clarissimi Flavii Vitoris, qui est Gelasii 4 et Anastasii imperatoris annus imperii 5. Acta hujus concilii per Dionysium Exiguum translata fuerunt. Ea quæ ex Vaticana bibliotheca accepta sunt, atque etiamnum tomo I Epistol. pontif. recitantur, nonnihil mendosa sunt, et fide carent. Quæ vero ex codice Virdunensi per Frontonem Ducæum societatis Jesu professorem edidit illustrissimus cardinalis Baronius, anno 495, integriora sunt et magis emendata. Quæ Romano exemplari collata, in pristinum fere candorem omnino restituta, hic infra post notas nostras tibi, benevole lector, exhibemus. SEV. BIRNUS.

cundum.

³ Manuscriptus habuit, ad causam pœnalem quæcunque sorte perduci. Eodemque modo legitur paulo post in hoc ipso concilio. FRONT. DUCÆUS.

⁴ Ægritudine continua et maceratione. FRONT. DUCÆUS.

conferre volentibus. non potuit indipisci. Et me per imperitiam hac clade potius implicatum hoc ipso indignanter ostendite quod ad receptionis Ecclesiæ superstes gratiam valui pervenire.

Quo lecto, Gelasius episcopus dixit: Petitorium gesta retinebunt. Et adjecit: Ipse nunc Misenus adveniat, et petitorium quod obtulit, ipso præsentate, recitetur. Cumque ingressus fuisset Misenus, prostratus in terram aliud petitorium obtulit, et rogavit ut susciperetur. Cumque susceptum fuisset, Gelasius episcopus dixit: Utraque petitoria quæ protulit, ipso quoque præsentate, legantur. Iterum Anastasius diaconus recitavit. Datum a famulo vestro Miseno, viii idus Martias, Flavio Viatore viro clarissimo consule.

Quantum ad meæ pertinet infelicitatis abruptum [al. obtutum], errori meo qualibet ratione contracto definitio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœna carere non debeo, quoniam merui ad pœnalem causam quacunque sorte perducere. Quantum vero respicit ad remediale subsidium, duo sunt quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt: ne vel ego desperatione magi perpetuis cruciatibus sim dignus addici Judæ prævaricatoris exemplo; et cætera quæ superius continentur. Item aliud petitorium recitat. Datum a famulo vestro Miseno sub die tercio [al. quarto] idus Martias, Flavio Viatore viro clarissimo consule.

Oblato primitus petitorio meo, nihil aliud suppliciter exoravi quam ut misericordia mihi sedis apostolicæ non in perpetuum negaretur: cujus mihi spem quoniam pro immensa Dei pietate, qua regitur, reluctance jam sentio, magis magisque consentiam meam contagiis perfidorum, quæ infeliciter potius quam studio, circumventus incidere, liberam purgationem esse pronuntians, toto corde atque ore protestor sub divitiarum contemplationis intuitu, me omnes quidem hæreses et quidquid inimicum est catholicæ et apostolicæ fidei, communionisque sinceræ, pronamente refutare, tum præcipue Eutychnianam hæresim cum suo scilicet auctore Eutyche et ejus sectatore Dioscoro, vel successoribus ejus atque communicatoribus Timotheo Aluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro Antiocheno, cunctisque eorum complicitibus et communicatoribus respuere, damnare, et anathematizare perpetuo, omnesque istos et hujusmodi horribiliter execrari, nec unquam mecum talibus ullum quolibet modo profiteor habiturum esse consortium, sed ab his omnibus futurum prorsus alienum. Quorum pravitatem licet nunquam voluntate receperim, tamen me quia calamitatis impulsu minus cautus videor incidisse, sub conspectu Dei et beati Petri apostoli ejusque vicarii, ac totius Ecclesiæ, mea (sicut dixi) professione [al. confessio-

ne] voceque condemno, detestor, exhorreo, in sola me fide communionisque catholica et apostolica semper duraturum esse confirmans. Cui petitioni meæ manu mea subscripsi die tertio iduum Martiarum, Viatore viro clarissimo consule. Hæc vestræ beatitudini in conventu venerandorum [al. addit episcoporum] credidi meis manibus offerenda. Et alia manu: Ego Misenus huc petitioni meæ et a me oblatae subscripsi, die et consule suprascripto.

Gelasius episcopus dixit: Quæ lecta sunt transcribantur. Et adjecit: Quid videtur fraternitati vestræ statuendum, vestri quoque consilii participatione desideramus agnoscere. Levaverunt se omnes episcopi et presbyteri, rogantes et dicentes: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum vicies. Quod vobis Deus dedit in potestate, præstate: dictum duodecies. Hoc fac quod facit dominus Petrus; dictum decies. Ut indulgeas, rogamus: dictum novies. Cum denuo sedissent, Gelasius episcopus dixit: Sedes apostolica quidem, quæ Christo Domino delegante totius Ecclesiæ retinet principatum, pro dispensatione curaque generali, quam vel pro fide catholica, vel pro paternis canonibus regulisque majorum necessaria semper circumspectione dependet, Misenum atque Vitalem, quos contra Eutychnianæ pestilentiae sectatores, vel contra eos qui talium se communionem polluerant, suæ potestatis legatione suffultos ad Orientem dudum sub sanctæ memoriæ decessore meo præsule distinarat, quod apostolica præcepta declinantes quolibet modo in eorum adversum quos missi fuerant consortia recidissent, gestis synodalibus rerum discussione patefacta, communionem pariter et honorem merito jureque submovit.

Quibus tamen misericordie locum memor supernæ pietatis pro suo moderamine reservavit: et dum conditionem posuit ultionis, spem noluit propitiationis abscindi: sicque suam sententiam temperavit, ut istorum veniam cum illorum mallet salute provenire, quorum fuerant participatione decepti: ac potius præberent eis, quos suo firmaverant in pravitatem consensu, et alubrem correctionis metum, et emendationis imitandæ consortium. Denique sic ipsa animadversionis verba librata sunt, ut se illi et cum istis percussos adverterent, et ex eorum conditione non diffiderent posse salvari. In quo utique et his non est in totum via præclusa remeandi; et illis, si mallet, per istos est oblata correctio, studiumque correctum, quo possint meliorem conatu præteritis compensare prolapsus, si favorem, quem prævaricatoribus facili voluntate detulerunt in reformationem catholicorum potius converterent sacerdotum.

Dictum est enim, tandiu istos fore suspensos, donec auctore Deo, et adnitu catholicorum principum,

non differenda sanandi, qui in hoc recipiendus divinitus indicatur. FRONT. DUCÆUS.

semper circumspectione dependit. FRONT. DUCÆUS.

Percussos adverterent, ex eorum conditione non diffiderent posse salvari. FRONT. DUCÆUS.

¹ Hoc ipsum indignanter ostendit, quod. FRONT. DUCÆUS.

² Hoc ipsum, inquit, me ostendit immerito fuisse calamitate oppressum, quod non ut Vitalis ex hac vita subductus sum prius quam communioni catholice possem restitui. Unde subjicit paulo post Gelasius: Hortatur nos intercepti periculum in superstitibus subsidia

vel populi Christiani, ¹ Alexandrina catholicum sacerdotem recepisset Ecclesia. Gratulandum scilicet crederetur, nullo modo Græcos non posse renuere quod viderent ab apostolica sede fuisse damnatum, facileque eos posse de istorum supplicio commovei, ut nossent quid vitarent, et quid consequenter ambirent, ² ac velle putarent respiscendo magis sentire cum rectis, quam jugiter errare cum perfidis. Expectatumque diu est, ut his rationibus incitati contagia nefanda deponerent, ³ una cum apostolica sede consentiendo, sicut de eorum speratum fuerat voluntate; ⁴ nitentesque catholicis sacerdotibus revocandi studium potius commodarent: quo ipsi ad orthodoxam ⁵ recurrerent unitatem; et istis qui illorum participes erroris exstiterant, ministrarent præstituta receptionis effectum. Nec qua fieri potuit occasione cessatum est, quo competenter admoniti et sufficienter instructi, pariter pericula vitanda cognoscerent, ac patere sibi januam, si sinceris mentibus hanc petissent, apostolicæ communionis adverterent.

Sed quia eo perventum est, ut hortamentis quoque medicinalibus, dum etiam quæ referrent contraria non haberent, differrent tamen hætenus adhibere consensum; illorum quidem difficultatibus paternum quemdam debemus pii doloris affectum, deprecantes omnipotentiam Dei nostri, quæ sola quamvis devias in veritatis viam potest convertere voluntates, ut eisdem suæ propitiationis operatione mirabili spiritum respicientiæ et efficaciam correctionis dignanter infundat. Quæ donec (sicut de ejus virtute confidimus) divina placatione proveniant, hunc interim qui supplicat desiderabiliter expetentem nullatenus perire patiamur: ut cujus non sunt Orientales dejectione perterriti, ne in errore persisterent, saltem curatione provocentur, ut redeant ad salutem; præcipue cum dispositionis sedis apostolicæ clementiam tenor comitetur ipse dictorum, neque prolata sibi regnare constituto judicetur. Definitum quippe est (ut superius jam prædictum est) eos de quibus agimus eatenus debere suspendi, donec auctore Deo, et præfatis adnitentibus, Alexandrina catholicum receperit Ecclesia sacerdotem: non abrupte et sine exceptione propositum est, sed ea ratione de promptum est, qua non sive illis adnitentibus, sive non adnitentibus, indifferenter videretur infixa sententia: ideoque sub quo tenore librata conditio est, eodem non existente, necessitatem suæ professionis absolvit. Quod enim cum adnisi prædictorum pronuntiatum est esse faciendum, hoc eodem non succedente non fieri posse, manifestum est. Sed cum eorum etiam faciendum memoratur adnisi, satis evidenter ostensum est, quod sine hoc non posset impleri. Licet ergo illi, quorum deesse probatur adnisi, de sua sint obstinatione miserandi, tamen quia deest, sicut sine eo effici non potest quod cum eodem effici

A posse præsumptum est; ita desistentibus causis, per quas hic articulus veniret ad terminum, insolubiliter non retinet obligatum

Quapropter lata sententia non existentibus per quæ possit usque ad sui exitum deputatam tenere mensuram, his consulendi, et his qui arctati tenebantur, tribuet libertatem. Et apostolica quidem sedes (ut sæpe repetendum est) æstimans Orientales nullo modo non posse respuere quod sedes apostolica refutasset, eosque salutis propriæ et apostolicæ communioni nullius præferre posse personam, hæc de eorum mentibus melius æstimarat. Sed quod iterum non tacendum est, dolenda perniciēs non velut improvidam bene de Orientalibus sentientem potest opinionem magis apostolicæ sedis arguere, quam suæ pervicaciæ potius deputare, quod oblatum sibi tramitem propriæ redintegrationis secuta non fuerit: nec ideo tamen aliis debet medicinalem desiderantibus impedire per suam pervicaciam facultatem. Tunc enim dicta sunt de Græcorum consensione fidenter, quia et simul beati Petri societatem quibuslibet videbantur præponere posse personis, et qui exstiterunt ante catholici, æstimabantur consensuri facile veritati, atque ideo cujuslibet hominis affectum in desideriis apostolicæ communionis non posse præponere? quæ cum nondum susceperint per quas hic ordo decurreret voluntates, id quod per eas fieri posse præsumptum est, cernitur absolutum; quoniam cum desunt qui perficiant [Al. si desint per quos id efficiant], nullus provenire possit effectus; imo cum iidem ipsi per quos judicabatur esse faciendum, ne efficiatur obstant: qui si in hac sunt (quod absit) obstinatione mansuri, resoluta conditio est illius rei, quæ eorum studiis fiducialiter censebatur impleri.

Sin vero (sicut potius optamus) fuerint ad meliora conversi, ne inter hæc interim qui misericordiam postulat, vel ætate, vel morbo, quo frequenter impeditur, possit intercipi, dum super istis est consulendum, ne defuncto jam nullum possit remedium subrogari; quippe cum dictum sit, sive illis adnitentibus, sive etiam fortassis invititis, sed cum eorum magis adnisi quod promulgatum fuerat posse constare: sicut igitur cum illis adnitentibus nullatenus pace fixa [Al. præfixa] perdurant: hoc etiam tenore beatus Paulus apostolus non ideo (quod absit) fessellis credendus est, aut sibi exstitisse contrarius; quoniam cum se ad Hispanias promississet iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis, implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis efficitur, hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere: quantum ad divini secreta consilii, quæ ut homo omnia non potuit licet Spiritu plenus agnoscere, superna prætermisit dispositione præventus. Nec quia beatus Petrus apostolus pro affectu divinæ reverentiæ ipsi Domino respondit:

¹ Alexandrina catholico sacerdote accepisset Ecclesia gratulari, ut scilicet crederetur. FRONT. DUCÆUS.

² Ac velle putarentur respiscendo. FRONT. DUCÆUS.

³ Ut cum apostolica sede. FRONT. DUCÆUS.

⁴ Nitentes catholicis. FRONT. DUCÆUS.

⁵ Recurrerent veritatem. FRONT. D. CALCS.

Non lavabis mihi pedes in æternum (Joan. XIII); se-
felliſſe (quod absit) aut in sua putabitur minime
constituisse sententia, quod mox eidem divinæ cesse-
rit voluntati: et quod ¹ se dixerit non esse factu-
rum, causis astrictus humanæ salutis expeteret prona
voluntate faciendum.

Idcirco ² illa non accedente via, qua eorum fuerat
reconciliatio constituta, alteram licet adoriri, qua
subveniat, quibus subveniendum esse decretum
est: maxime cum Miseno ex quolibet excessu vel
qualibet prævaricationis pœna sufficiat, quæ usque
eo tractata est, ³ ut sola considerationis humanæ
suprema consideratione laxetur, remittendaque pun-
nitio sit, quæ non habet ultra quo crescat. Quia cum
nulli animæ Deus omnipotens et misericors per ec-
clesiasticam pietatem quærenti noluerit remedium
denegari, non dubium est, hoc ipso auctore Deo, et
divina compunctione prodire, ut tunc de ejus rece-
ptione tractetur, quando ea non protelanda quoque
necessitas compellat impendi: nostro præterea Sal-
vatore B. Petro apostolo præ cæteris delegante:
*Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata in cæ-
lis; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta
et in cælis (Math. XVI)*: sicut et his verbis nihil constat
exceptum, sic per apostolicæ dispensationis
officium et totum possit generaliter alligari, et totum
consequenter absolvi. Præcipue cum ex hoc magis
præberi cunctis oporteat apostolicæ miserationis
exemplum, ut absolute damnati, si respiciant
universi, et ab errore se retrahant, atque ad aposto-
licæ communionis sinceram redeant unitatem [*al.*
paritatem], vinculis se damnationis illius, quam
universaliter merito prævaricatores exceperant, non
ambigant exuendos.

Neque enim qui longe positos ad integram fidem
curare nitimur, revertentes in præsentî supplices re-
futare debemus: ubi sollicitè præcavendum est ne
conscientiæ detrimentum negantes, ⁴ usque ad ex-
tremum peccati [*al.* *petenti*] materiam (quod absit)
⁵ nullatenus incidamus: censuræque veritatis etiam
circa supplices, sine fine persistens, transeat in rea-
tum. Proinde quantum, præmonente Domino, possi-
bitatis humanæ desideranti remedia præbeamus,
⁶ totum quod supra nostræ facultatis est modulum
divino iudicio relinquentes, non autem nobis pote-
runt imputare, cur prævaricationis offensam viven-

atibus remittamus; quod Ecclesiæ, Deo largiente,
possibile est: qui nos etiam mortuis veniam præ-
stare deponunt; quod nobis possibile non esse, ma-
nifestum est: quia cum dictum sit, *Quæ ligaveritis
super terram, quos ergo non esse jam constat super
terram, non humano, sed suo iudicio reservavit; nec
audet Ecclesia sibimet vindicare, quod ipsis beatis
apostolis conspiciat non fuisse concessum; quia alia
sit causa superstitionum, alia defunctorum.*

Tulerit Vitalis sortem divini iudicii, cui etiam,
cum magnopere vellemus, non potuit subveniri:
huic saltem prosint, dum copia viventis admittat,
in remediis assequendis alterius experimenta rep-
ente subtracti. Cumque scriptum noverimus: *Unus
assumetur, et unus relinquetur (Luc. XVII)*, hortatur
nos intercepti periculum in superstitè subsidia non
differenda sanandi, qui hoc ipso recipiendus divini-
tus indicatur, cum illi supervivit, ⁶ qui ad hæc non
meruit pervenire: et quoddam de utroque cœlestis
iudicii refulget examen; ostenditurque nobis evi-
dentius in duobus, in quo fuerit causa sine venia, et
⁷ in quo sit quæ indulgentia carere non debeat:
atque ideo quam ipse quoque si superstes competen-
ter Acacius expetisset, potuerat obtinere (quippe de
quo sic positum est, insolubile fore, ut non dice-
retur: Etiam si forte corrigeret), multo magis huic
qui communionem ejus infectus est, imploranti flebiliter,
pietatis est apostolicæ non negare.

Professus ergo Misenus regulariter se omnes hæ-
reses, Eutychnam præcipue cum Eutychete, Dio-
scoro, Timotheo Æluro, Petro Alexandrino, Acacio
Constantinopolitano, Petroque Antiocheno, vel cun-
ctis eorum successoribus, seclatoribus et communi-
catoribus detestari, eosque anathemate ferre perpetuo,
communione apostolicæ, et sacerdotalis gratiam,
quam catholica traditione percepit, recipiet dignita-
tis. Omnes episcopi et presbyteri surgentes in synodo,
acclamaverunt: Exaudi, Christe: Gelasio vita: dictum
quindecies. Domine Petre, tu illum serva: dictum
duodecies. Cujus sedem et annos: dictum septies.
⁸ Vicarium Christi te videmus, dictum sexies.
Cujus sedem et annos: dictum septies trigesies.

Sixtus notarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ jussu
domini mei beatissimi papæ Gelasii ex scrinio edidit
die ⁹ tertio idus Maii, Flavio Viatore viro clarissimo
D consule (anno Christi 495).

¹ Hic locus integer, usque ad ea verba, *alia defunctorum*, citatur a Vigilio papa in constituto an.

² Se dixerat non esse facturum. FRONT. DUCÆUS.

³ Illi non faciente via, forte legendum *faciente*. FRONT. DUCÆUS.

⁴ Ut sola conditionis humanæ. FRONT. DUCÆUS.

⁵ Usque ad extremam peccati materiam. FRONT. DUCÆUS.

⁶ Nullatenus incidamus, censuræque severitas etiam circa. FRONT. DUCÆUS.

555. HARDUIN.

⁶ Qui ad hoc non meruit. FRONT. DUCÆUS.

⁷ Quo indulgentia, forte legendum *quo indulgentia carere non debet; atque adeo quod ipse quoque*. FRONT. DUCÆUS.

⁸ Vicarium Christi te videmus: dictum undecies. Apostolum Petrum te videmus: dictum sexies. Cujus sedem. FRONT. DUCÆUS.

⁹ Idus Martii. FRONT. DUCÆUS.

ANNO DOMINI CCCXCIV.

SANCTUS AVITUS

EPISCOPUS VIENNENSIS.

(Ex Bibl. Galland.)

PROLEGOMENON.

Exeunte sæculo v et vi inuente, non minus pietate quam A
doctrina floruit Alcimius Ecdicius Avitus, Isicii seu Hesychii primum clarissimi senatoris, deinde Viennensis episcopi filius, sedisque successor circa annum Christi 490, sub finem imperii Zenonis, ut ex ejus Actis colligunt (a) Bollandiani quibus Gallicæ Historiæ litterariæ scriptores accedunt (b). In episcopatu mira edidit virtutum insignia, ex quibus unum aut alterum pro instituti nostri ratione sat erit hic referre. Plurimum itaque laboravit sanctus antistes, quo Gundobadus Burgundionum rex Arianam hæresim ejuraret, ut narrat Gregorius Turonensis (c), excerpta simul nonnulla referens collationis publicæ inter catholicos episcopos et Arianos e nomine Lugduni habitæ anno 501 ut videtur Pagio (d), sive ut alii censent, anno 499 (e); quæ quidem collatio sæculo demum superiore in lucem prodit (f). Sed hac de re Agobardum audire præstat (g): « Avitus, inquit, fide catholicus, eloquentia facundissimus, ingenio acerrimus, sacrarum Litterarum expositor suavissimus, litterarum etiam sæcularium doctissimus et in metris facillimus, cum Gundobado frequenter de fide altercans, et dialogos in præsentia conficiens, et epistolis absenti respondens, plura et clara ingenii sui et virtutis opera reliquit. Qui ipso Gundobado in sua perfidia perdito successorem ejus (filium) Sigismundum regem ad fidem catholicam convertit: in cujus conversione recitavit hominiam in populo sensuum suavitate plenissimam et verborum compositione dulcissimam. » Hinc vero, ut Hadriani Valesii verbis utar (h), « facillime impetratum est a Burgundionibus, ut regis sui imitarentur exemplum, et religionem catholicam in qua eorum majores versati erant, ejurato errore sequerentur. » Anno quippe 517, ut mox advertit idem Valesius, qui fuit secundus regni Sigismundi, Epæone quo episcopi Bur-

gundiæ convenere, celebratum est concilium, cujus decretis primus subscripsit Avitus die xviii cal. Octobris Agapeto V. C. cons. De quo quidem concilio plura Pagius (i).

III. Præter Arianam hæresim quam acerrime insectatus est beatus præsul, hæreses etiam Eutychnianorum, Nestorianorum, Photinianorum ac Bonosiacorum confutavit (j). Scripsit quoque adversus Faustum Reiensem (k), simulantem quidem damnare Pelagium, corroborantem vero ipsam Pelagianam perfidiam, ut ait Baronius (l). Hæc vero imprimis testantur Gregorius Turonensis (m), Agobardus Lugdunensis (n) et Ado Viennensis (o), episcopi. Præterea, Fausto et Symmacho senatoribus Urbis epistola inscripta, Symmachum papam adversus schismaticos strenue adjuvit (p). Reliqua egregia ejus facinora consulto præterimus: longum enim esset ire per singula. Quapropter jure plane optimo sanctissimum juxta et doctissimum nostrum provinciæ Viennensis antistitem magnis laudibus celebrarunt viri eruditione ac virtute præclari; quos inter Ennodius Ticinensis præsul (q): « Præstantissimus, inquit, inter Gallos Avitus Viennensis episcopus, in quo se peritiam velut in diversorio lucidæ domus inclusit. » Gregorius vero Turonensis (r): « Magnæ facundiæ, ait, erat tunc temporis beatus Avitus. — Exstant ezinde nunc apud nos epistolæ admirabiles, quæ sicut tunc hæresim oppresserunt, ita nunc Ecclesiam Dei ædificant. » Ennodem vocat Isidorus Hispalensis « scientia sæcularium litterarum doctissimum (s). » De eo item rursus Agobardus (t): « Alchimus Avitus, inquit, Ecclesiæ Viennensis episcopus, quam eximius doctor et sanctus existiterit, pene tota novit Ecclesia Christi. » Adoni denique dicitur (u) « eloquentia et sanctitate præcipuus, scribens luculentissimo et castigato satis sermone ac lucidissima fide. »

(a) Bolland. Act. sanctorum tom. I. Febr., pag. 661, num. 1.

(b) Histoire littér. de la France, tom. III, pag. 416.

(c) Greg. Turon. Hist. Franc. lib. II, cap. 34.

(d) Pagi, ad ann. 501, §§ 5, 4.

(e) Collat. episc., infra.

(f) Histoire littér. de la France, loco citato, pag. 417.

(g) Agobard. lib. adv. leg. Gundob. cap. 13, opp. tom. I, pag. 120 edit. Baluz.

(h) Hadr. Vales. Rer. Franc. lib. VII, ad ann. 516, tom. I, pagg. 350, 351.

(i) Pagi ad ann. 509, §§ 6, 7.

(j) Avit. epist. 2 et 3.

(k) Id. epist. 4.

(l) Baron. ad ann. 516, § 34.

(m) Greg. Turon. Hist. Franc. lib. II, cap. 34.

(n) Agob. Lugd. lib. adv. Felic., cap. 41, opp. tom. I, pag. 55 edit. cit.

(o) Ado Vien. in Chron. ad an. 492 et ante ann. 519.

(p) Avit. epist. 31.

(q) Ennod. Vit. B. Epiph. opp. Sirmond. tom. I, pag. 1686.

(r) Greg. Turon. loco citato.

(s) Isid. Hisp. de Script. eccl., cap. 23.

(t) Agob. lib. de Judaic. Superst., opp. tom. I,

D pag. 70 edit. cit.

(u) Ado in Chron. ad ann. 492 et ante ann. 519.

III. Porro quo anō e vivis excesserit sanctus præ- A
sul, haud una est virorum eruditorum sententia. Verum
quo difficultas hujusce questionis quoad fieri potest dis-
solvatur, res penitus inspicienda. Tradit ig'ur Ado (a)
vitam adhuc egisse Avitum post necem Sigismundi Bur-
gundionum regis, quem nimirum, inquit, « captum et
a Francis occisum vehementissime doluit videm Viennens-
s: antistes. Adonem exscripsit anonymus auctor vitæ
ejusdem sancti Aviti apud Bollandianos (b) : qui
proinde post Adonis ætatem scribens, sæculo saltem x
aut serius fortasse, parum auctoritatis propterea sibi
conciliare comperitur. Sed ne Adoni quidem ipsi fides
adhibenda videtur, ubi Sigismundo regi superatitem
fuisse Avitum enarrat. Avitus enim, qui Sigismundum
e medio sublatus ingemuit, non fuit Avitus præsul
Viennensis, sed Avitus abbas Miciacensis monasterii, B
« magnus tunc temporis sacerdos, » ut scribit Grego-
rius Turonensis (c), cujus verba latius relata expendit
edisseritque Coitius (d). Sed quo demum anno interit
Sigismundus? Si Marium Aventicensem in Chronico
audiamus quem etiam sequitur Aimoinus, id contigit
Maximo consule, indictione 1, hoc est anno Christi 525.
At Gregorius Turonensis aliique Francorum historici
Sigismundum interfectum tradunt inæquente anno
524, Justino II et Opilione coss., indictione II. Hæc fu-
siori stylo persequitur Hadrianus Valesius (e). Quibus
itaque positis plerique recentiorum ab Adone decepti
censuere post Sigismundi necem Avitum supremum
diem clausisse. Et alii quidem anno 525; (f) alii vero
post hunc annum (g); alii denique anno 525 (h). Verum
cum constet Avitum qui, extincto Sigismundo, super- C
fuit, alium fuisse a Viennensi; jam tum itaque ad cælum
evocatus fuerit Avitus noster, cum rex ille Burgun-
dionum perit, quemadmodum advertit vir eruditus (i);
adeoque contigerit ejus obitus intra tempus illud quod
excurrit inter celebratas synodos Epaonensem et Lugdu-
nensem II. Nam, ut superius vidimus, synodo quidem
Epaonensi anno 517 coactæ primus subscripsit Avitus :
at ipse haud interfuisse agnoscitur synodo Lugdunensi
I sub Sigismundo rege paulo post habitæ : ejus enim
nomen inter subscriptiones hujus concilii non legitur,
ut videre est in conciliorum collectione (j); ubi tamen
male inscribi Lugdunense I intelligimus ex ipso Avito,
qui sic scribit: « (k) Rediens, inquit, ab urbe Lugdunensi
sanctus Charthenius episcopus, in qua, nobis de concilio
discedentibus, ad privata quædam negotia expedienda D
revederat, » etc. Hinc igitur existimarim equidem bea-
tum antistitem ad superos evolasse ineunte anno 518,
hoc est, v non. Febr., quo die illius nomen in Ecclesiæ
fastis consignatur : quam quidem in sententiam eo faci-

lius descendo, quod anonymus Vitæ sancti Aviti auctor,
primum editus a Labbeo (l), deinde a Bollandianis (n),
scriptum reliquit, Avitum, Anastasio adhuc principe,
vita fuisse functum, qui VII id. Julii eodem anno 518
interiisse perhibetur.

IV. Jam vero, ut de ipsius Aviti litterarum moni-
mentis sermonem demum habeamus, Sirmondus potis-
simum audiendus, qui ea omnia quæcunque reperire
potuit, vel primum edita, vel restituta et expolita
Parisiis in vulgus emisit anno 1643. Sic itaque V. C.
(n) « Epistolarum Aviti, vit, quas tibi, lector, jam tot
annis debebamus, verendum erat ne sera nunc apud
te vel consumpta sit gratia, nisi moræ istius viderem
fructum nobis aliquem exstitisse. Quippe qui emenda-
tius illarum exemplar, sicunde affulgeret, dum que-
rimus, in Flori diaconi volumen apud Carthusium in-
cidimus, cujus beneficio Aviti opusculorum septemdecim
non titulos modo et nomina, majorem partem ignota
didicimus, sed plurima etiam et illustria fragmenta
ornamento editioni futura consecuti sumus. Fecit epi-
stolarum utilitas et elegantia, ut tædium quod in vitiosi
codicis emendatione devorandum fuit, alacrius per-
ferremus : ac librorum etiam quinque partitionem quam
promittebat, amplexuri eramus, si integram præstitis-
set. Verum tanta inerat perturbatio, ut satius nunc
quidem visum sit, omisso librorum discrimine, episto-
las tibi omnes uno textu continuas representari. Non
dubito quin consilium probaturus sis : proximum erit,
ut corruptæ quoque lectionis vitia quæ restant, seras
indulgentius. In fragmentis sane nullus noster labor
fuit. Flori enim exemplar probum et castigatum recuti
sumus. In poematis autem quid præstitum sit intelli-
gent qui editionem hanc conferent cum Gagniana :
cujus auctor, vir alioqui doctus ac disertus, præter
alia quæ passim proprio arbitrio mutavit, quingentos
pene versus de suis intrusit pro Avitianis. Nobis vero
curæ fuit, adamussim fidemque veterum exemplarium
universa sic exigere, ut rejectis additiis, legitimisque
restitutis, purum tibi et sincerum Avitum, nævul's qui-
busdam quos ætas illa ferebat, neglectis exhiberemus.
In quo si calculi quoque tui suffragium, lector, acces-
serit, erit quod sanctissimo atque inter poetas Christia-
nos haud facile cuiquam postponendo, Ecclesiæ præsuli,
non inanem hac etiam in parte operam nos posuisse
gratulemur. » Hactenus Sirmondus.

V. Neque vero eorum recensio prætermittenda qui-
bus Sirmondianam editionem auxit eruditissimus Bau-
nius. Sunt autem ejusmodi (o) : « Sancti Aviti Vien-
nensis episcopi operibus a Sirmondo editis quædam
nunc ejusdem auctoris adjecta sunt. Primum, epistolæ

(a) Ado in Chron. ad ann. 492.

(b) Bolland. loco citato, pag. 668, num. 5.

(c) Greg. Turon. Hist. Franc. lib. III, cap. 6.

(d) Coit. Annal. eccl. Franc. ad an. 524, § 1, tom. I, pag. 537.

(e) Vales. Rer. Franc. lib. VII, tom. I, pagg. 315 seqq.

(f) Labb. Dissert. de Script. eccl. tom. I, pag. 169. Cav. Hist. litter. tom. I, pag. 515. Fabric. Bibl. Lat. mcd. tom. I, pag. 159.

(g) Bolland. loco citato, pag. 661, num. 6.

(h) Hist. littér. de la France, tom. III, pag. 120.

(i) Dn. Belley, Mém. de l'académie des inscript., tom. XVIII, dans l'Hist., pag. 262, in-4°.

(j) Concil. tom. V, pag. 723, edit. Ven. Labb.

(k) Avit. epist. 28, infra.

(l) Labb. Nov. bibl. mss. tom. I, pag. 695, cap. 5.

(m) Bolland. loco citato, pag. 668, num. 6.

(n) Sirmond. præfat. ad opp. Avit.

(o) Baun. præfat. ad tom. II opp. Sirmond., § 1.

quatuor quas V. C. Stephanus Baluzius ex vetusto Petri Marnæsii senatoris Gratianopolitani libro vulgavit (a). Deinde fragmenta aliquot operis de Divinitate Spiritus sancti, quæ ex antiquo monasterii S. Galli codice idem Baluzius edidit (b). Præterea Collatio cum rege Gundobado adversus Arianos Lugduni habita, cum universi ferme Ecclesiæ Lugdunensis episcopi eo convenissent, uti notaverat Hieronymus Vignierius, cujus ex schedis hanc Aviti lucubrationem Dacherius publicavit (c): qui admonet nihil tamen esse quod cogat ipsam referre, uti fecisse videtur vir doctus, ad illud concilium Lugdunense, cui se una cum Charthenio quodam episcopo interfuisse Avitus testatur (d). Nam primo, Avitum de fide cum Gundobado sæpius, nunc coram per dialogos, nunc absentem per epistolas egisse, scribit Agobardus (e): et id ex ipsis quæ exstant Aviti epistolis satis liquet. Deinde ex illis epistolis liquet etiam in more positum fuisse, sicut Sirmondus notat (f), ut episcopi vicinarum sedium collegas episcopos ad urbium suarum celebritates invitarent: imprimis, sancti Justi celeberrima Lugduni solemnitas erat; de qua et Sidonius (g). » Et hæc quidem Bau-

VI. His porro hactenus expositis Sermonem subijcimus B. Aviti feria III in Rogationibus habitum, quem ex ms. Majoris Carthusiæ descriptum edidit cl. Martenius (h), hujusmodi admonitionem præmittens: « Sancti Aviti Viennensis archiepiscopi sermonem in Rogationibus feria III pronuntiatum reperimus in veteri codice ms. Majoris Carthusiæ, quem pro sua in nos humanitate transcripsit R. P. dominus Innocentius Bouchart ejusdem loci monachus nobis singulariter amicus. In eo duo præsertim advertere licet. Primum, Rogationes seu solemnes supplicationes quæ ante Ascensionem in Ecclesia celebrantur, ejus tempore, seu ut ipse ait, nostro sæculo, institutas fuisse, et quidem a S. Manerto, qui anno 472 Viennensem administrabat Ecclesiam, ut docet alibi idem Avitus, qui post Hesychium in eadem sede ipsi successit, et Sidonius Apollinaris Arvernensis antistes (i); quibus accedit Gregorius Turonensis, qui etiam causam istius institutionis modumque describit in hæc verba (j): « In his

(a) Baluz. Miscell. tom. I, pag. 355.

(b) Id. ibid., pag. 361.

(c) Dacher. tom. V Spicil., pag. 110.

(d) Avit. epist. 28.

(e) Agob. lib. adv. Gundob. leg. cap. 15, opp. tom.

I, pag. 120 edit. Baluz.

(f) Sirmond. ad Avit. epist. 58.

(g) Sidon. lib. v, epist. 16.

« temporibus fuit in Vienna urbe terræ motus maximus, ubi multæ ecclesiæ et domus multorum concussæ fuerunt et subversæ, ubi beatæ multæ oberantes, lupi, ursi acerbi ingressi per portam civitatis devorantes plurimos, per totum annum hoc faciebant. Nam veniente solemnitate sancti Paschæ, sanctus Manertus, qui in ea urbe erat episcopus, itum miserum solennia ipsa vigilia celebraret, palatium quoque regule quod in ea civitate erat, divino igne succensum est. Cumque hæc agerentur, appropinquante Ascensione Domini, indixit jejunium vir sanctus Dei triduanum in populo cum gemitu et contritione, &c.

« Alterum, quod in Ecclesia Viennensi feria III Rogationum in divinis legeretur officii prophetia Amos, cujus locum hoc sermone explicandum suscipit Avitus. In antiquo tamen lectionario Gallicano, quod ex Luxoviensi ms. publici juris fecit noster Mabillonius, non prophetia Amos feria III legebatur, sed ad tertiam Epistola I sancti Petri, ad sextam Epistola I Joannis, ad nonam liber Judith. Verum id mirum videri non debet, cum non una esset in omnibus Ecclesiis Gallicanis divini officii celebrandi ratio; sed neque idem ordo in legendis sacræ Scripturæ locis ubique servabatur: cum ad episcoporum nutum fierent omnia. Porro supervacaneum hic non erit notare id quod habet Herbertus Turricanus archiepiscopus (k); quod scilicet in Normannia « in diebus Rogationum cum clerus et populus « processionem longius procedendo extenderet, consuetudo erat ut pausantibus interdum clericis, mulieres vicissim modulando succederent. » Hucusque Martenius.

VII. Et hanc quidem Sirmondianam operum sancti Aviti editionem hujusmodi opusculis auctam exhibemus, quam præterea nonnullis in locis obscurioribus aliquot animadversionibus a Sirmondianis se junctis pro viribus illustravimus: additis quoque ad calcem carminis 6 tribus versibus (l) quos Labbeus ex codice 26 bibliothecæ Naudeanæ descriptos in lucem emisit (m), quia in omnibus editis exemplaribus desiderabantur.

(h) Marten. Thes. anecdot. tom. V, pagg. 49 seqq.

(i) Sidon. lib. I, epist. 7, et lib. VII, epist. 14.

(j) Greg. Turon. Hist. Franc. lib. II, cap. 34.

(k) Herb. lib. I Mirac., cap. 21.

(l) Avit. Poem. lib. VI, infra (Ccl. 381 summa, not. ^a).

(m) Labb. Nov. bibl. mss. libb. pag. 226 edit. Paris. 1653.

VETERUM TESTIMONIA DE S. AVITO.

I. ENNODIUS EPISCOPUS TICINENSIS.

(In Vita beati Epiphani episcopi.)

Dedit etiam præstantissimus inter Gallos Avitus Viennensis episcopus, in quo se peritiam, velut in diversorio lucidæ domus inclusit.

II. GREGORIUS TURONENSIS.

(Lib. II Historiæ Francorum cap. 34.)

Magnæ facundiæ erat tunc temporis beatus Avitus episcopus Viennensis. Namque insurgente hæresi apud urbem Constantinopolitanam, nihil divinitatis

habuisse Dominum nostrum Jesum Christum, rogante Gundobado rege, ipse contra eam scripsit. Exstant exinde apud nos epistolæ admirabiles: quæ sicut tunc hæresim oppresserunt, ita nunc Ecclesiam Dei ædificant. Scripsit etiam Homiliarum librum unum, de mundi principio et de diversis aliis conditionibus, libros sex versu compaginatos. Epistolarum libros novem, inter quos supradictæ continentur epistolæ.

III. FORTUNATUS PICTAVIENSIS EPISCOPUS.

(Lib. I de Vita S. Martini.)

Quod sacra explicuit serie genealogus olim, Alcimus egregio digessit carmine præsul.

IV. ISIDORUS HISPALENSIS.

(De Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus cap. 23.)

Avitus episcopus, scientia sæcularium litterarum doctissimus, edidit quinque libellos heroico metro compositos: quorum primus est de Origine mundi, secundus de Originali Peccato, tertius de Sententia Dei, quartus de Diluvio mundi, quintus de Transitu maris Rubri. Scripsit et ad Fuscina sororem de Laude virginitatis librum unum, pulcherriore compositum carmine et eleganti epigrammate coaptatum.

V. AGOBARDUS LUGDUNENSIS EPISCOPUS.

(Adversus legem Gundobadi.)

Temporis Gundobadi regis Burgundionum fuit in urbe Vienna episcopus, Avitus nomine, fide catholicus, eloquentia facundissimus, ingenio acerrimus, sacrarum Litterarum expositor suavissimus, et in metris facillimus, sicut et ejus opera testantur. Qui cum eodem Gundobado frequenter de fide altercans, et dialogos in præsentem conficiens, et epistolis absenti respondens, plura et clara ingenii sui et virtutis opera reliquit. Qui ipso Gundobado in sua perfidia perditō, successorem ejus Sigismundum regem ad fidem catholicam convertit: in cujus conversione recitavit

A Homiliam in populo, sensuum suavitate plenissimam, et verborum compositione dulcissimam.

Ejusdem adversus dogma Felicis. Beatus Avitus Photinianorum hæreticorum validissimus expugnator.

Item de Judaicis superstitionibus. Alcimus Avitus Ecclesiæ Viennensis episcopus, quam proximis doctus orthodoxus et facundus exstiterit, pene tota novit Ecclesia Christi.

VI. FLORUS DIACONUS ECCLESIAE LUGDUNENSIS.

Sententiæ ex epistola beati Pauli apostoli ad Romanos, a sancto et illustrissimo doctore Ecclesiæ Avito episcopo Viennensi expositæ, atque ex ejus opusculis in ordinem digestæ.

VII. ADO VIENNENSIS EPISCOPUS.

(In Chronico ætate sexta.)

B Avitus Viennensis episcopus, eloquentia et sanctitate præcipuus, et ejus frater Apollinaris Valentia episcopus miraculis insignis, Isicii, senatorii primum viri, postea Viennensis episcopi, duo lumina, clarissimi filii. Illic beatus Avitus adversus hæresim Arianam, quæ tunc non solum Africam, sed et Galliam Italiamque magna ex parte occupaverat, magno sudore decertavit; quod clarissima ejus opera testantur. Scribit enim dialogum, hæresim illam oppugnans, fidelissimo et doctissimo immortalique ingenio, ad Gundebadum Burgundionum regem, filium Gundoei. Item alios libellos duos contra Nestorium et Eutychem, auctores erroris, luculentissimo et castigato satis sermone. Fuerunt et alia illius plura eximia opera in Christi Ecclesia probatissima. Illic Sigismundum regem in fide pietatis erudit: qui agente illo postmodum monasterium sanctorum martyrum Agaunensium, Mauriti sociorumque ejus, construxit. Quem postmodum captum et a Francis occisum vehementer doluit. Quantus autem in Ecclesia Christi vixerit, quisquis scire ad plenum vult, post ejus littera in divinis laboribus opera, epitaphium ejus legat.

EPITAPHIUM B. AVITI EPISCOPI VIENNENSIS.

Quisquis mœstificum tumuli dum cernis honorem
Cespite concludi totum deslebis Avitum,
Exue sollicitas tristi de pectore curas.
Nam quem plena fides, celsæ quem gloria mentis,
Quem pietas, quem larga (a) manus, quem fama pe-
[rennat,
Nil socium cum morte tenet. Quin prospice sancti
Gesta viri: primum florens indole quanta
Spreverit antiquo dimissos stemmate fasces,
Maturum teneris animum dum præstat in annis,
Et licitum mundi, voti virtute relegat.
Nec mora: pontificis sic digna insignia sumit,
Augeat ut soliti felicia cœpta laboris.

(b) Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris
Erigitur, seque ipse aliis plus æstimat, imo
Subjicitur magnus, servat mediocria summus.
Distribuit parcus, pascit jejunos, amando
Terret, et austeris indulgentissima miscet.
D Cunctantes suasu juvit, solamine mœstos,
Jurgia (c) dissolvit, certantes fœdere junxit.
Dissona veridicam (d) inficiunt quæ dogmata legem,
Hortatu, ingenio, monitis, meritisque subegit.
Unus in arce fuit, cui quolibet ordine fandi
Orator nullus similis, nullusque poeta:
Clamant quod sparsi per crebra volumina libri.
Qui vixit, vivit, perque omnia sæcula vivet.

(a) Apud Duchesium tom. I, pag. 514, *prompta*.

(b) Loco duorum horum versuum ibidem legitur sequens: *Culmen dulcedini, non obstat pompa rigori*.

(c) *Ibid., diremit.*

(d) *Ibid., fingunt.*

ALCIMI EGDIGII AVITI EPISTOLÆ.

EPISTOLA PRIMA.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO ^b GUNDOBADO REGI.

Tantum Christo propitio per diversas sollicitudines mentem vestram veritas indagata perducit, ut nihil prorsus sit quod de catholicæ legis definitione vos lateat. Unde ex his quæ pietas celsitudinis vestræ dignatur inquirere, jam de plenæ instructionis acce descendens, non est nescientis interrogatio, sed conferentis. In tantum ut sententia Evangelii quam litteris attigistis, non aliquid ambiguitatis in fide habeat, sed reprehensiones Judaicas in summa magis expositionis inquirat. Sic ergo ait lectio evangelica cujus in subdito mentionem fecistis: *Vos autem dicitis, si dixerit homo patri suo aut matri, corban, id est Hæbraica lingua munus illud specialiter quod obsequio devotæ oblationis offertur, tibi profuerit, hoc est patri aut matri, et jam non missum facitis eum quidquam facere patri aut matri (Marc. vii, 11).* Puto vos autem hoc sermone ordiri, quia revera ipsum specialius in epistola memorastis, quid vel unde dictum sit, non misum facitis. Quod omnino nihil est aliud quam non dimittitis. A cujus proprietate sermonis, in ecclesiis palatiisque sive prætoris, * missa fieri pronuntiatur, cum populus ab observatione dimittitur. Nam genus hoc nominis etiam id sæcularis auctoribus, nisi memoriam vestram per occupationes lectio

(^a) Duo fere usurpari ejus nomina solent, Alcimus Avitus; tertium non olim deprehendimus in titulo epistolæ quam de poematum suorum editione scripsit ad Apollinarem fratrem. Itaque triplex Aviti nomen fuit, sed verum ac proprium Avitus, quod ideo postremum locum tenet, de veteri more Romanorum et aliorum qui Romanos æmulabantur: apud quos tandem invaluit, ut e multis nominibus id quod cuique proprium erat, ultimo loco statuerent. Qua de re pluribus alias dictum in notis ad Ennodium et ad Sædonium, in quorum nominibus, aliisque quam plurimis, id observavimus: quod ipsum et in sancto Hieronymo videre est, cujus integra nomenclatio fuit, Sophronius Eusebius Hieronymus.

(^b) Burgundionum in Gallia rex fuit, vel ex Francorum historia notissimus. Huic enim Clodoveus noster armis victor tributum imposuit, Patricio, ut Marus in Chronico refert, et Hypatio consulibus, id est anno Christi 500. Gundobadi vero filios Sigismundum et Godomarum, post patrem regnantes, Clodovei filii vita regnoque spoliaverunt. Verum ad Godomari tempora epistolæ Aviti non pertingunt, in quibus Gundobadi et Sigismundi crebra est mentio.

(^c) Redarguit primum hic locus cassum laborem illorum qui missæ nomen exoticum, id est, Hæbraicum flingere ausi sunt, non Latinum, quod res est, et ex Aviti verbis perspicuum. Docet deinde, quod haud scio an a quoquam hactenus proditum, non in ecclesiis modo, verum etiam in palatiis prætorisque usurpari missæ nomen consuesse, cum populus a conventu dimittebatur. Ab hac igitur missa seu missione

A desueta subterfugit, invenietis. Ergo non missum facitis, id est, Non dimittitis eum quidquam facere patri vel matri, a quo honorari sensu parentali, non verbis tantum, sed rebus obsequisque præceptum est. Et similia, inquit, hujusmodi multa facitis, traditionem vestram institutis celestibus præponendo. Sed hæc ad solos scribas et Pharissæus dicta, qui sibi de legis supercilio blandientes, quasi debita doctrinæ pretia reposebant, nullum locum in sermone qui de fide tractatus est habuisse reperio. Racha vero Hæbræum nomen est; Latine sonat inanis aut vacuus: quod ut nostris convenientius exprimit uno vocabulo ^d Græcus dicens *κενός*. Hoc autem convicium fratri, id est sub uno Deo patre et una Ecclesia matre in una fide posito dicere prohibemur: qui inanitatis opprobrio indigne appetitur qui non est vacuus a salute. Sed his collationis magis quam lucidandæ fidei exercitio reservatis, illud potius revolvenus, quod a sacerdotibus vestris scripsistis objectum. Igitur discutientibus vobis ^e, utrum Spiritus sanctus, qui in secreto baptismate indivisæ nominationis vindicat unitatem, creator an creatura credendus sit; cum si creator est, a Divinitate nequeat separari; si creatura, Deo non possit uniri: pro penuria respondendi, sub cujusdam lubrico quæstionis in errogatum est a parte diversa, utrum spiritus noster creatus an sempiternus debeat judicari: quasi exem-

populi, quæ re peracta sebat, translata vox fuit ad significandas res ipsas quæ gerebantur. Nam et missæ matutinæ et vespertinæ appellatæ sunt liturgiæ, seu solemnia officia, quæ matutinis aut vespertinis horis celebrantur. Quod sane mirum eo minus videri debet, quod vice versa syntaxis et collectæ vocabula, quæ proprie conventum et congregationem ad divina officia significant, pro ipsis quoque divinis officiis tum matutinis, tum vespertinis passim usurpata meminimus.

(^d) Hilarius in Matthæum cap. v: *Raca vacuitatis opprobrium est, et qui sancto Spiritu plenum convicio vacuitatis insimulat, fit reus concilio sanctorum, contumeliam Spiritus sancti sanctorum judicum animadversione luiturus.*

(^e) Et Spiritum divinum creatorem non creaturam, et spiritum nostrum non sempiternum credendum esse, sed creatum, liquido et abunde probat adversus sacerdotes Gundobadi. Quod vero istos, dum causæ indulgent, pro eo quod *inspiravit Deus* in Genesi legimus, *insufflavit* dixisse criminatur, non satis apparet quid illorum causam juvet hæc mutatio: aut cur reprehendi hoc nomine possint, cum Græci codices *ἐνεπνεύσαν*, quod est *insufflavit*, legant, atque hanc lectionem exhibeant Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius et Augustinus, ne alios recenseam. Adde quod Sapientiæ capite xv, ne argutari liceat, utrumque copulatum est, *τὸν ἐμπνεύσαντα ἀδρῶ ψυχῆν, καὶ ἐνεπνεύσαντα πνεῦμα ζωτικόν, et qui inspiravit animam et qui insufflavit ei spiritum vitalem.*

pro Scripturæ cœlestis interposito, quo dictum est: *A* *Insufflavit Deus spiritum in animam vitæ* (*Sap. xv, 41*). Primum ergo conjicite quid in expositione facturi sunt qui de testimonio mentiuntur: aut qualiter adventiones suas fallaciæ tumoribus impleant, qui dicta divinæ auctoritatis immutant. Nam quod dixerunt, *insufflavit Deus spiritum in animam vitæ*, artificiosorum fraude confectum est. Quem locum si recensendum sibi pietas vestra decernat offerri, sic inveniet scriptum: *Et fecit Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ: et factus est homo in animam viventem* (*Gen. ii, 7*). Perpendite nunc quanta sit in sermone distantia. Illi dixerunt, *Insufflavit in animam*, cum scriptum sit: *Inspiravit in faciem*. Inspirare enim incorporeus potest, insufflare nisi corporeus non potest. Deus autem non quasi animæ jam viventis spiritum legitur insufflasse quem addiderit; sed materiæ nondum viventis, sicut antiqui codices habent, *spiramentum vitæ* quo in animam viventem sublimaretur, *infudit*. Ergo si inspiratione hac anima hominis facta est, et non est aliud anima humana quam spiritus, restat spiritum principio non carere. Quod obijurgati a vobis senserunt sibi protinus opponendum, nisi per insufflationis carnale commentum spiritum ipsum animæ potius quam corpori inditum mentirentur. Nam cum quærant intentione lethali, non quomodo quæ sunt scripta cognoscant, sed qualiter scripta putentur esse quæ prædicant, quid putamus Imperitis faciunt, qui instructionis vestræ reverentiam non pavescunt? Tractemus, si propositi sinitis, quanta ineptia proponatur, quod si Dei spiritus creatura non est, ac sic nec in homine creatura poterit dici spiritus, quem Deus insufflasse perhibetur. Nihil omnino esse præter duo, id est creatorem creaturamque, sæpe definitum est. Dei porro spiritus factor, hominis vero factura accipi debet. Unde spiritus qui in nobis vivit, potentia Dei intelligitur, non natura. Nam si vegetandis nobis substantia sancti Spiritus credatur immixta, placabilis sit Dei et vester auditus, blasphemiam talis, ut etiam convincatur, vix sine peccato repeti potest. Quoniam si præventus carnaliter peccat spiritus humanus, Spiritus sanctus peccare in eo dicendum est: vel certe Spiritui sancto remissionem dari poscimus, cum pro defunctorum spiritibus supplicamus. Parumne rogo hactenus fuit, ut alter Spiritus sanctus, alter *D* *Paracletus* diceretur: nisi addatur hæc pro ultima per fugii necessitate numerositas, ut mancipati insuper contagio delictorum tot divini spiritus quot homines computentur? Et perite scilicet decrevit sacerdotalis auctoritas, uno modo cunctis generaliter

^a Gundobadum narrat Gregorius Turonensis, libro ii, Aviti episcopi dissertationibus convictum, Trinitatisque æqualitatem confessum, clam ut chrisma-retur expetiisse; metu autem populi deterritum, ne conceptam fidem publice, quod episcopus suadebat, profiteretur, usque ad exitum vitæ in insaniam perdurasse.

^b De hac epistola et sequenti, aliisque ejusdem argumenti, quæ in Flori Excerptis memorantur, cum

PATROL. LIX.

spiritum divinitatis infundi. Perinde se fortasse Judæo, hæretico, gentilique, ut catholico, Spiritus sanctus insinuat, an forsitan Patris vel Filii jussione invitatus in criminorum membra contruditur? Sed quid facimus, quod Spiritus ubi vult spirat? Qui si absque arbitrio suo corpora indigna sanctificat, revincit prophetam dicentem, quod non habitavit in corpore subdito peccatis (*Sap. i, 4*). Quocirca humanus spiritus creatione inchoatur, divinus autem benignitate conceditur. Non enim absque vitæ suæ spiritu erant, quibus in apostolorum gestis imponitur manus ut accipiant Spiritum sanctum (*Act. viii, 17; xix, 6*). Quod si ipsum quoque Spiritum sanctum, pro eo quod creatorum fidelium mentes introeat, volunt fieri creaturam, de suprascripta videlicet conclusione, qui peremptorie nihil dicentes, si Dei, aiunt, spiritus creatura non est, ac si nec in homine creatura poterit dici: quid nunc de Patris vel Filii divinitate censurabunt, quam et creatam comminisci non poterunt, et lectione perterriti habitare sanctorum corpora non negabunt, Apostolo fidelibus protestante: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (*I Cor. iii, 17*)? Sed cum incomparabiliter plura sint quæ sub præsentia gloriæ vestræ suggeri queant, illud in fine sermonis, qui non solum tribuitis sed injungitis libertatem, Deum vosque, divina vestraque promissione fretus, obsecro ne diutius sacerdotes vestri dicantur, qui sancto Spiritui contradicunt: ne deinceps coram vobis permittantur docere qui renuant discere: ne ^a ad perfectionem vestram aliquatenus differendam persistant blasphemare quod audiat, qui nolunt sentire quod creditis: ne tolerando imperitorum versutias et ineptias callidorum, suspendamini a professione, cum jam dudum in confessione teneamini. Vobis per epistolam suam sanctus apostolus Paulus in clamat: *Quæ pax fidei cum infidelibus? quæ societas luci cum tenebris? Propter quod, inquit, exite de medio eorum, et separamini* (*II Cor. vi, 15, 17*); id est, ne communicaturos ultra peccatis alienis lævæ partis vicinitas maculet, quos dexteræ veritas acquisivit.

^b EPISTOLA II.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO GUNDOBADO REGI.

Unicum simul et multiplex donum sæculo nostro nutu Divinitatis indultum est, ut inter regias ordinationes gloriosissimi principatus vestri, principaliter de tuenda catholicæ partis veritate curetis. De cujus studii pietate processit, quod dimissa nuper clementis præcepti auctoritate jussistis, ut contra Eutythiani dogmatis redivivum furorem, velut ab extincto resurgentis incendii fomite pullulantem, de sacro

laude meminit idem Gregorius eodem loco. *Insurgente, inquit, hæresi apud urbem Constantinopolitanam, tam illa quam Eutythys quam illa quam Sabellius ducit, id est, nihil divinitatis habuisse Dominum nostrum Jesum Christum, rogante Gundobado rege Avitus contra eos scripsit. Exstant eziinde ipsius apud nos epistolæ, quæ sicut tunc hæresim oppresserunt, ita nunc Ecclesiam Dei ædificant.*

Scripturarum cœlestium fonte exemplorum flumina A
 deriventur. O res dignissima, quam tantus præsul ju-
 beret, si eligeretur qui jussionem dignus exciperet :
 si virtus faciendæ thematis responderet auctori : si
 ad multiplicandam populorum salutem sic nostra sa-
 tisfaceret lingua proloqui, ut abunde sufficit beni-
 gnitas vestra præcipere : cum devincti vobis impera-
 toris patriam personamque, non, ut regibus cæteris
 moris est, tantummodo ad commodum mundanæ pa-
 cis amatis : sed dum coram vobis præveniri timetis
 errore, omnem quæ inter vos est amicitiam in eo illi
 vultis prodesse ne peccet. Quem quidem et præconio
 attollitis, et fidelem Deo devotumque laudatis. De
 qua præcipue ad triumphalis veniam plenitudinis veni-
 niant quis digne meretur. Ego tamen Deum pro viri-
 bus quæso, ut is ipse de quo loquimur, Cæsar Græ-
 corum, si fidelis vobis, etiam nobis honorabilis, per-
 suadeatur a principe nostro quod suadeat populo
 suo : et cum se ad tenendam veritatem vobis reddi-
 derit docilem, ad expugnanda propriæ regionis con-
 tagia prædicationis vestræ factum se gaudeat adju-
 torem ^a Eutyches ergo, perniciæ cuius mentio est,
 funestus incensor, Constantinopolitanæ Ecclesiæ qui-
 dem presbyter, sed copiosus monachorum multitudi-
 nis præpositus fuit : cuius officii personas episcopi
 orientales archimandritas appellant. Hic ergo ad
 summum sacerdotium famæ suffragio comparandum,
 intromittendæ cujuscunque novitatis studio appe-
 tenter ardescens, istud quod in sectatoribus ejus hor-
 remus, susurris dicitur magis invexisse quam litteris.
 Siquidem nihil existit claræ eruditionis in viro, C
 quod in aliqua recti similitudine sensum conceptæ
 animositatis astrueret. Infectis primitus monachorum
 animis hoc veneno, quos nefario docens sub colore
 gubernaculi naufragiis exponebat, numerosi, ut su-
 pra diximus, comitatus hæresiarches effectus, mül-
 torum antistitum judicante concilio, nec non et pres-
 byteris urbis Romæ in id ipsum directis, discussus,
 detectus atque damnatus est. Sed quia nullum schis-
 ma sic unquam cum auctore suo potuit abrogari, ut
 ex integro depelleret perniciem magisterii ; mox ma-
 lum quod digna pontificum fuerat provisione succi-
 sum, contagio susceptorum jam pridem semina ser-
 vans, velut ab infecta loliis tellure surrexit. Hinc
 nunc hæreseos contra quam loquimur, audite propo-

situm. Filium Dei, cum Patre ante sæcula permanen-
 tem, quem idcirco ad salutem nostram descendisse
 de cælo ut corpus assumeret fides recta confitetur,
 negant in alvum femineam potuisse contrudi ; cum
 Dei Filius, utique Deus, qui dixerat per prophetam :
Cælum et terram ego impleo (*Jer. xliii, 24*), non po-
 tuerit venire quo erat, nisi per susceptionem carnis
 acquiesceret esse quod non erat. Quam conclusionem
 metuens Eutyches ille quem loquimur, cum in synodo
 superius designata studiose ab auditoribus urgeretur,
 ut ^b Mariam virginem * *Ἐστωτόκον*, id est quæ Deum
 peperisset, pronuntiaret atque subscriberet, ad inge-
 nium nequitiam fraude conversus, *Χριστοτόκον*, quæ
 Chrisum tantummodo videretur edidisse, confessus
 est : ut scilicet divisa credatur persona quæ servat
 divinitatis naturam, ab ea quæ sustinuit passionis
 injuriam. Refrenandam a prærupto ancipiti lævam
 fugiens, dexteram non præsumens, ac perinde latus
 utrumque formidans, sub temperamenti medio via
 tutior, in qua duplicem substantiam Redemptoris dis-
 cerni dicimus posse, non dividi. Neque nos nitimur,
 ut inviolabilis Divinitas dolores corporeos perpessa
 credatur, cum omnis cunctorum corporum dolor se-
 curam mortem naturali quodam præcedat officio.
 Unde sicut et ipsa caro nostra, resurrectionis dono
 impassibilis futura post mortem est : sic Deus, qui
 sentire obitum non potest, suscepto corpori cui uni-
 tus adhæserat, sine patiendi acerbitate compatiens,
 nec deficit in salutis nostræ glorioso agone, nec do-
 luit. Contra hujus distinctionis sensum hæresis ad-
 versa se subrigens, veris cruciatibus nec Christum
 patitur inclinari : cum in ipsa Divinitate in qua in-
 veniri non potest afflictio corporalis, interdum tamen
 pietatis reperitur affectio, sicut legimus dici de
 Israelitis : *Exclamaverunt ad Deum, qui doluit super*
miseriis eorum (*Jud. x, 15, 16*) ; et Apostolus jubet
 ut non contristemus Spiritum sanctum Dei (*Ἐphes.*
iv, 30) ; et si qua his sententia similis in sacris volu-
 minibus recensita, bonitas potius misericordiæ quam
 necessitas est naturæ. Interim in consequentibus duo-
 rum assertionem dilata, unitas mihi in Christo sub-
 stantiæ duplicis astruetur. Ubi sunt enim tanta in
 Scripturis cœlestia mysteria veritatis, quæ nibl
 aliud moliantur, nisi ut nobis incarnationem Verbi
 cum hominis divinitate persuadent ? *In principio,*

^a Celeberrimo Constantinopoli monasterio præ-
 fuisse testatur Liberatus in Breviario ; sed monaste-
 rii nomen, nec ipse nec alii produunt. Hic nominis
 sui hæresim condere adorsus anno Christi 447, dam-
 natus est primum in synodo Constantinopolitana
 Flaviani, deinde in œcumenica Chalcedonensi.

^b Eutychi tribuit quod Nestorio congruebat. Nes-
 torii enim error fuit, sanctam Mariam *Ἐστωτόκον* non
 esse dicendam, sed *Χριστοτόκον*. Tota igitur epistola,
 etsi habet quæ Eutychi adversentur, præcipue tam-
 en adversus Nestorium dimicat, qui duas in Chris-
 to personas statuebat, unam Dei, alteram hominis,
 Mariamque aiebat non Deum peperisse, sed homi-
 nem qui divinitate postea in baptismo sit donatus.
 Avitus, contra, unicam docet in Christo duplicis sub-
 stantiæ personam, æque Dei Filium et hominis fuisse
 quem Pater sine matre genuit, genitrix sine patre

D concepit, Deum denique in Christo esse natura, non
 gratia.

^c Horum alterum tantum admittebat Nestorius,
 neutrum Eutyches, utrumque Ecclesia catholica.
 Nestorius enim, ut dictum est, Deiparam negabat,
 Christiparam confitebatur, sed hæretico sensu, Chris-
 tum asserens hominem tantummodo ex Maria pro-
 disse. Eutyches vero, cum carnem de cælo habuisse
 Christum, nec illi a Maria ministratam doceret, nihil
 causæ habuit cur Dei aut Christi matrem appellaret.
 At fides orthodoxa utrumque sic amplectitur, ut utrum-
 que in utroque tacite profiteatur. Nam cum in Chris-
 to Deum ab homine non divellat, nec hominem in
 Deipara excludit, nec Deum in Christipara : propter
 singularem personæ unitatem, qua Verbum in carne
 caro, homo in Deo Deus est, ut loquitur Vincentius
 Lirinensis.

inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. 1, 1). Ecce agnovimus quid erat quod non coeptum est; nunc studeamus videre quid coeptum atque secutum sit. Et Verbum, inquit, caro factum est. Quod Deus in principio erat apud Deum, et initio caret et termino; quod Verbum carne vestitur, caret fine, sed constat a capite. Adsit nunc sermoni nostro Emmanuel ille prisca prophetalis oraculi voce prædictus, qui ut Nobiscum Deus esset, sicut dixit Esaias: *Puer natus et datus est nobis Filius Dei* (Isai. ix, 6). Incassum corporalitas a divinitatis dividitur sacramento, si veraciter propheta Dei Filium processisse confirmat in puer. Et vocabitur, inquit, puer ipse *admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis*. Quantum pertinet ad vocabuli proprietatem, sufficit Emmanuel puerum nuncupari. At vero cum dicat, *vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus fortis*, vel cætera quæ sequuntur, quæ, rogo, tot vocabulorum ratio reperitur, nisi ut agnoscamus veridicum vatem, in una eademque persona quæ divinitati humanitati que competere exprimentem, ex operibus secularis beneficia Mediatoris potius enumerasse quam nomina? Cogam tamen hic hæreticum respondere, quis vocandus possit intelligi *Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis*. Si Filius Dei ante sæcula manens, cur adhuc in futuro sic vocabitur qui semper hoc exstitit? Si filius hominis qui nascetur, servat copulandæ diversitatis mysterium temporum plenitudo. Quam cum utique consequenter Apostolus replicaret: *Postquam, inquit, autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere* (Gal. iv, 4). Quod mater peperit, Pater misit: hoc est, nasci corporeum, quod venire divinum. Noluit Deus latere quem destinat: capiat mundus dominici adventus indicia. Quem Pater sine matre genuit, genitrix sine patre concepit, hic æque Dei filius et hominis erit. Super sacramento tamen isto Gabriele archangelum consulamus: principem videlicet ministrorum, cui ineffabilia perspicuæ majestatis arcanæ, ut pote qui indefessæ obsecutionis ministerio conspectibus perpetuæ claritatis assistat, non intelligendæ tantummodo, sed contemplanda monstrantur. Hic quippe primus legationem cælorum terris attulit; hic verbo virginem fecundatam divini germinis promissione dotavit; hic unius mulieris salutatione omnem mundum salute complevit. *Spiritus, inquit, sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* (Luc. 1, 35). Cum ratio nulla reperiat ut solus homo credatur de Spiritu sancto conceptus, cum omnem hominem Psalmista in iniquitate concipi, et in peccato asserat nasci (Psal. L, 6); ostenditur hic per angelum, ob Spiritus sancti virtutem feminæ membris infusam, sanctum

¹ Vulg., *factum*: cui concivit Gr. *γεννησεν*. Hic tamen var a fertur exemplarium tum Græco tum latinorum lectio. Quemadmodum Avitus, *natum* quoque legit Irenæus lib. iii, cap. 18, et Cyprianus

quod de tali ministerio esset dicendum: quod nunc separatione connexa intelligit Apostolus, ac deficit quod ad redemptionem nostram Deus esset in Christo. Sed callidus forsitan contradictor sic apostolici sermonis hujus testimonio veli abuti, ut acquiescat Deum esse in Christo, sed gratia, non natura: sicut est in corde sanctorum, quorum mentes a peccato liberæ habitatio Divinitatis illustrat. Videamus nunc pareatne commentum, si sententia compleatur. *Deus, inquit, erat in Christo mundum reconcilians sibi* (II Cor. v, 19). Eligat hic doctor adversus, quis mundum inter ipsa pene sui exordii rudimenta, benignissimo Creatori peccato primi parentis offensum, sibi met ipsi in sæculorum fine conciliet. Si solus Deus, quid excuset sibi met quod sufficit remisisse? **B** si autem solus homo, quo effectu sibi mortalis reconciliat quod Divinitas non relaxat? Unus est ergo Deus et homo, qui sibi mundum ipse commendat: qui pro sæculi vita sibi patris filio supplicet filius matris. Unde non dixit Apostolus, mundum reconcilians Deo, sed sibi: ne forte pro redemptione humani generis solum hominem orasse sentires: qui utique nisi in divinitatis naturam transiret assumptus, non solum obnoxietatem humani generis nulla intercessionem dissolveret, sed et ipse communis debiti sarcinam parentali chirographo sustineret. Hoc ergo remedium idem Apostolus dicit (Gal. iii, 19) dispositum esse per angelos in manu Mediatoris. Et ostendens causam qua medium se præberet, assumptus ab infirmis, inclinatus a summis: *Mediator, inquit, unius non est: Deus autem unus est* (Ibid., 20). Quæ cum ita sint, sicut nisi inter duos agat, incongrue mediatio nominatur: ita ipse quem mediatorem dicimus, si solam quam velis ex duabus substantiam reciperet, ad subeundum medium nihil haberet. Quod uno quidem, et tali qui nulla calliditate fucetur, sermone concludit dicens: *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum* (Ephes. ii, 14). Ipse videlicet pax humilium atque celsorum, unus factus ex utroque unum reddidit ex utrisque. Certe sicut supra posuimus, aut expositione testimonium, aut argumento egero videtur exemplum. Quid vel illo Apostoli sermone lucidius, quo cum diversis hominum generibus se coaptans, omnibus omnia se factum referret, ut omnium animas talentorum cælestium cupidus duplicator: **D** *acquireret: Factus sum, dixit, his qui sine lege erant quasi sine lege essem, cum sine lege Dei non sim, sed in lege sim Christi* (I Cor. ix, 21)? Nunquid est quisquam tam in profunda demersus, qui istud censeat explanandum, si in lege Christi est sine lege divina? Pater nempe quod unus est lator legis, qui unus idemque, ut significat psalmus (LXXXIII, 8), præterita futuraque complectens, benedictionem dabit in baptismo, qui legem dederat in præcepto. Offendit quidem mentes carnalitate depressas, et

lib. ii ad Quirin. Neque aliter Augustinus. — Nota numero præsignatæ Gallandii sunt; cæteræ Sirmundo debentur, cujus editionem Gallandius exscribit. Edit.

conjecturis humanæ consuetudinis hebetatas, tantæ disparilitatis in unum coacta proprietates : ut scilicet divina plenitudo et humana conditio, ut servi humilitas Dominiq̄ue majestas, ut creatoris virtus et servitus creaturæ, unam ex his omnibus videantur reddidisse personam. Sed nec ratio soliditatis istius a sapientem soliditate longinqua est, quæ videtur maximum tenere in hæredibus : quod ille solus hominis statum potuit reformare de perduto, qui formavit e cœno. Unde beatissimus Paulus : *Primus*, inquit, *homo de terra terrenus, secundus de cœlo cœlestis* (I Cor. xv, 47). Verum quidem hominem dixit, sed terrenum cum contagio pollutionis, cœlestem cum consortio divinitatis. Rogo nunc, cum Apostolus dicat hominem descendisse de cœlis, quis est qui negare audeat Deum rediisse de terris? Adhuc si parum est, quod vas electionis asseruit, consulamus illum qui mentem electi pretiosissimi vasis implevit : *Nemo*, inquit, *ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo* (Joan. iii, 13). Si ita i, se Deus veritas cum sua incarnatione concordat, ut ante omne sæculum uniret præscientia quod in sæculorum fine assumere disposuerat in natura : videte utrumnam Deus sit qui conscendit post resurrectionis triumphum, si cum Patre Filius fuisse dicitur ante carnis exordium : aut quanta facta sit soliditas [*Alia lectio*, quanta sit soliditas] in præteritis, cujus tanta unitas prædicatur in futuris. Sed ne aliquid de hac immutabilitate cunctemur, adhuc addit Apostolus de psalmo testimonium ponens : *Propter quod dicit : Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit*, inquit, *quid est nisi quod etiam descendit in inferiora terræ* (Ephes. iv, 8)? Parum est quod Deum dicit in terram venisse, nisi confirmet eum propter unitatem personæ quam susceperat in interna descendere [*Alia lectio*, in infernum descendisse].

* Certe circumfremantibus Judæis, et in Dominum nostrum blasphemiarum tela vibrantibus, quid respondisse credimus : *Amen dico vobis, ante Abraham ego sum* (Joan. viii, 58), nisi quia per concordiam genitoris et geniti, ipse per traducem matris parentum descendit ex Abrahæ semine, qui sine annorum numero Abraham prævit æternitate? Qui maximus patriarcharum, cum videret illum diem in quo sine fine permanet Deus, concupivit tamen illum videre quo homo unitus est Deo. *Vidit*, inquit *et gavisus est* (Ibid., 56) : quia sicut cernebat illum in quo erat genuina majestas, ita et istum desiderio conceperat in quo adoptata illustrabatur humilitas : *Tulerunt ergo*, inquit, *lapides ut jacerent in eum* (Ibid., 59). Quid porro miramur Eutythianos contra catholicam fremere, cum videamus caput nostrum a suis ad quos venerat pertulisse, redditurumque perfidiam indignatione una cum fine? Eo contumeliæ sensu hic Judæus sævit, quo hic hæreticus livet. Parricidialis quidem illic fuit in Dominum cœli lapi-

* Hunc locum profert Agobardus adversum dogma Felicis sub finem. *Beatus quoque Avims, Photiniano-*

A dum jactus; sed putes et istos tempore suo veritati perspicuæ cum duris mentibus saxa jaculari. Ne Deus et homo unum credatur, conjurat furor duorum. Liceat rogo quod facti sumus in melius provehi : liceat compactam luto materiam supernorum honore sustolli. Quid tantum contra te homo niteris, ne in Deum posse transire credaris? Vocat te ad participationem sui superna majestas : cur offerentem renuis? quid despicias ingerentem? Excolo pro adipiscenda similitudine veritatem, diligo pro sectanda imitatione doctrinam. Si caput nostrum est Christus, in sublimatione sument quantulæcunque sublimitatis consortium membra de vertice. Poscant igitur alii destructores de utriusque Testamenti corpore exemplorum similitudinem, quibus proposita tueantur : negotio huic sic adnissu bibliothecæ utriusque constat, ut si confirmare quod loquimur testimonio astipulante velimus, cuncta videantur in unum opus canonicorum voluminum oracula congerenda. De quorum multitudine juste, ad declinandam prolixitatem, electa quæque ac deflorata ponuntur. Quia sicut minimi effectus sunt, quæ tantum de nostro prolata, nullo Scripturarum cœlestium adminiculo fulciuntur : ita qui recipere pauca fastidit, non virtute, sed mole rem conjicit : quoniam vinci metuens, instrui nolens, ad deserendam veri cognitionem volumen potius quam documenta desiderans, non causas putat rerum magnitudine constare, sed paginis. Dominus itaque ac Redemptor noster, adventum gloriæ suæ discipulis specialius inter præcepta omnia manifestans, *Cum*, inquit, *venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc congregabuntur ante illum omnes gentes, et separabit eas ab invicem, et statuet justos quasi agnos a dextris, impios autem sicut hædos ad lævam. Tunc dicet rex illis : Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum quod paratum est vobis a constitutione mundi; et eis qui a sinistris sunt, ut discedant ab eo in ignem æternum, quem præparavit Deus Pater diabolo et angelis ejus* (Math. xxv, 31, 34, 41). Quid, rogo, hic contemptibile in Christo superbia humana fastidiat? quid tam metu dignum, tam honore conspicuum, tam terrore venerandum? Excogitet hæreticus, utrum istuc Patris gloriæ adjungat, an Filii. Ad negotium quod gerimus, audire mihi sufficit. *Cum venerit Filius hominis in majestate sua*. In præsentem sæculo : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (Math. xi, 29). In futuro, prænoscite quia celsus et terribilis claritate in gloria sua veniet cum angelis sanctis suis. Dicat nunc divisor mediatoris uniti, in corpore contumeliis inclinato unde sit quæcunque majestas, si non est ulla divinitas : ut taceam quod a Patre seu regnis seu gentibus per singulorum merita destinatur. Formidabilis videri potest, hominem retributiones congruas judicando decernere, quam Deum Patrem sentiat Filio hominis instrumenta iudicii præparasse. *Filius enim hominis venturus est in majestate rum hæreticorum validissimus expugnator, scriptus dicens : Certe circumfremantibus Judæ. etc.*

Patris sui cum angelis suis sanctis, et tunc reddet unicuique secundum opera sua (Math. xvi, 27). Non dixit, cum Patris angelis veniet, sed cum suis : quia quæcunque habet Pater, et sua sunt. Unde cum filius matris recipiat in celsitudine quod patris filius contemptus est in humilitate : quis unquam sit hæreticus tam rebellis qui Deum, cui immortalem angelorum substantiam videt subijci, ipse mortalis in mortem mortuus nollet inflecti? Dixit quodam Evangelii loco (*Luc. xvi, 31*) Abraham ille cuius supra fecimus mentionem, cum a quodam pro remedio æstuantis incendii cassis sero precibus oraretur, quod si quis Moysem vel prophetas noluisset recipere, utique nec venientem a mortuis audire. Quis est autem prædicator ex mortuis suscitatus, nisi Christus Jesus, in cujus duplicem quam loquimur substantiam duplicis Testamenti unitas ex diversitate colligitur? Ea siquidem referuntur in Evangeliiis quæ prædicata sunt in prophetis, et sit ex viribus Testamenti, non diversitate, sed tempore. Recens quippe quod hodie completur : quod autem diu exspectabatur Antiquum est. Nam quia de Abraham oportunitas sermonis exorta est, qui auctor utriusque Testamenti legitur institutos, Vetusti [*Alia lectio, Veteris*] scilicet intromittendo circumcisionem, Novi vero placendo per fidem, in illo Judæorum tantummodo, in isto autem multarum gentium pater : experiamur utrum Evangeliiis de Christi generatione concordet in quo se patrem gentium recognoscat, an æternitatem hujus ipsius sobolis quam erat geniturus, intelligat. Utrum se juniorem nepote cognoscat : utrumnam redemptori, quod se ante Abraham ponit, et ipse consentiat : utrum sine supercilio parentali, reverenter impenderet ministerium semine corporali exorto creatori. Inserat se paulisper loco præsentis illa obtestatio, juramenti fidem poscens, sed sacramenta patefaciens, qua dispensatorem domus suæ non sine mysterio gratiæ subsequenti adjurans, *Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, et jura mihi per Dominum cæli quod non accipias uxorem filio meo de filiabus Canaan (Gen. xxiv, 2).* Dicat mihi, quæso, quæ jurisjurandi reverentia putetur in femore. Quod si personaliter

A tantummodo fieret, facilius caput tangeret adjuratus Aut quæ causa femoris, interposita Dei ac Domini mentione jurandi ; nisi quia per illum Deum ac Dominum cæli quem inde sæcula videbantur prolatura, juratum est? Scit ergo nimirum, cui prosapiæ non tam præemineat ipse quam serviat. Novit quippe quid in corpore suo debeat adorare : intelligit membra, quæ contra humanam consuetudinem speciali honore veneretur. Post quæ præcedentum indicia, miracula subsequenti, licet plurima testimoniõrum de Evangeliiis apostolisque promamus, metuo ad ultimum, quod cum Eutyebiiani nec patriarchalibus factis, nec dictis prophetalibus excitentur, si Moysem et prophetas non audierint, nec ei qui ex mortuis reversus est credent.

EPISTOLA III.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO GUNDOBADO REGI.

Puto nunc non parvi operæ pretium esse momenti, si occasionem quæ præsentis tempore in abruptæ diversitatis lætabundum virus erupit, pagellæ præsentis mentione contingam. Quieverat ergo post ^a Acacii quondam Constantinopolitani sacerdotis excessum, mali ejus quod expugnandum suscepimus, pullulus ab Eutychete persuasio. Cujus idem Acacius, ut celsitudo vestra potest habere compertum, amator magis trepidus quam assertor publicus erat : laudans quidem quæ ab illo repererat, sed prædicare ea devoto tunc itaque impolluto populo non præsumens. Pro cuius obumbratione signi simulati, ob gratiam imperatoris sæculi sui, non impunitus tantummodo, verum et indiscussus interiit. Hinc se de impendenda defuncto communionem in contrarium vulgi, imo, quod asperius fuit, et sacerdotum studia diviserunt. Et ut qui-que recte aut prave de fidei ratione conceperat, ita etiam de prædicatoris præteriti memoria sentiebat. Tracta est interim, non per manifesta sed subita, nec tam separatione quam similitate dissensio. Actum est igitur ^b cum rege Orientis anno superiore, ut hinc cum episcopo urbis suæ quasi leni colloquio et blanda meditatione conferret. Est autem illic ^c con-

^a Primis hic annis sapere visus est, et pro synodo Chalcedonensi decertare contra Eutychianos. Mutato postea consilio, quam graves in Ecclesia turbas excitavit, vel occulte, vel aperte iisdem adhærens adversus synodum ejusque defensores, declarat pontificum epistolæ, tum Simplicii, qui eum ad meliorem mentem revocare conatus est, tum Felicis, a quo tandem ob pervicaciam damnatus et anathemate percussus est. Episcopatum tamen, favente Zenone Augusto, ad obitum usque retinuit. Defuncti porro Acacii nomen Felix e diptychis deleri jusserat : de quo varia rursus inter episcopos studia fuerunt, et vix tandem ut Constantinopoli expungeretur sub Hormisda impetratum est.

^b Cum Anastasio imperatore anno Christi 512, ut sequentia demonstrabunt.

^c Trisagium hymnum prima omnium usurpare cepit Theodosii Minoris ævo Ecclesia Constantinopolitana, sed sine illis verbis, *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἰδέσθων ἡμᾶς*, quæ tunc temporis ignorabantur. Additionis enim auctor Antiochiæ postea fuit Petrus Gua-

phæus episcopus, qui ut Theopaschitarum hæresim qua laborabat, induceret, clausulam hanc adject Trisagio : qua scilicet Deo trino ad quem superiora spectabant, ascribi passio videbatur. Cui malo ut mederetur Calendio, Gnaphei in exsilium pulsus post aliquot annos successor, clausulæ illi præmisit *Χριστὸ βασιλεῦ, Christe rex*, errorisque ansam duobus verbis præciderat, nisi Gnapheus ab exsilio reversus sedique restitutus, iisdem sublatis pristinam labem reintegrasset. Theophanes in Chronico de Calendione : *τῷ Τρισαγίῳ προσέθηκε ΧΡΙΣΤΕ ΒΑΣΙΛΕΥ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Πέτρος δὲ πάλιν ἀνελεῖν περιεῖλε τὸ Χριστὸ βασιλεῦ. Hæc Antiochiæ Constantinopoli vero Anastasius imper. una cum Timotheo patriarcha, idem Gnaphei additamentum in Trisagium inferre conatus, post varios tumultus, cædes et incendia, reclamante populo orthodoxo, consequi nihil potuit, ut docet Marcellini comitis Chronicon Paulo et Muschiano consulibus, id est anno Christi 512, in quem incidit annus Anastasii 22, cui hæc eadem assignat Theophanes in Chronico : ubi et Timothei quoque*

suetudo in ecclesiis nobilium civitatum, supplicationem cum laude divina inter missarum initia celebrari: quam tanta devotione atque alacritate consonæ plebis clamor attollit, ut credant non immerito, omne suffragium sacrificii subsequenti præmissio hujus devotionis obsequio placiturum. Supplicationis vero ipsius imam partem, licet pietati ves'rae notissimam, in loco, sicuti res postulat, suggerendum putavi. Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς. Itaque sicut in-usuratum fuerat principi, et ipse insinuat sacerdoti, nil in querelam venire, nullam fieri de schismate mentionem, si hoc quod in ipsa oratione animos aliquantulorum movebat, a principe obsecratus antistes aut juberet aut permetteret abrogari. Illud moleste quospiam ferre, quod in ima prædicationis ipsius parte clametur, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς: quod Latine intelligitis dici: *Qui crucifixus es propter nos, miserere nobis*. Persuadetur episcopo negligenti, nec usque sic docto, ut tantæ urbis, perindeque totius Orientis patriarcham decet. Concipit igitur atque disponit, solemnium hujus præconii incaute defuisionem facturum: eo maxime effectu, quo res, nec de canonicis Scripturis tradita, nec ap'olorum temporibus instituta, etiã contra vota populorum facile videretur posse mutari. Sed ubi primum hymnus in Ecclesia cantari solitus, ultima orationis parte truncatus, minus audientibus satisfecit, quidquid putabatur ab Eutychianis hæreticis concipi, patuit totum hoc ab episcopo prædicari. Quis enim fidelium non jure moveretur, audiens crucifixo pro nobis, ut miseretur, minime supplicandum? Quid multis? crescente seditionum procella, dum insistit populus, nec obsistit Augustus, antiqua sacerdos, quodque magis dolendum est,

Commonitorium commemorat, quo id ipsum ecclesiis omnibus imperabat: Ἐνίκα καὶ Τιμόθεος δι' ἐγγράφου ὑπομνηστικοῦ πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις προσέταξεν τὸ Τρισάγιον ἐν ταῖς λειτουργίαις μετὰ τῆς προσθήκης εἰπεῖν. Eodem habet Anastasius in Historia ecclesiastica. Quæ a nobis omnia idcirco præmittenda fuerunt, ut ex his Avito qui diversa narrat, impositum fuisse deinceps agnoscamus.

^a Non offendeat orthodoxos, ut vidimus, pars hæc ima Trisagio detracta, sed addita: neque Eutychianis favere poterat, si truncaretur, cum illam Gnapheus ipse idcirco adjecerit, ut Eutychianam hæresim stabiliret. Nec propterea hymno hanc addi non ferebant orthodoxi, quod Crucifixo supplicandum negarent, sed quia Deum crucifixum per hanc asruent Theop'schitæ Eutychiani.

^b Macedonium ab Anastasio sede Constantinopolitana pulsum, eique suffectum Timotheum constat, Secundino et Felice consulibus, hoc est superiore anno quam de Trisagio additamento Anastasius et Timotheus turbas cierint. Aliæ igitur exsillii causæ fuerunt, et Aviti hac etiam in parte nutat narratio.

^c Christo pro nobis crucifixo supplicandum neminemquam recte sentiens negavit: sed supplicationem hanc Trisagio subijci non probabant. Qua de re in Excerptis Photianis cap. 228 disserens Ephræmius patriarcha Antiochenus in epistola ad Zenobium scholasticum, ut Orientales suos excuset, Constantinopolitanos atque Occidentales ait, quia Trisagium ad Trinitatem referunt, propterea ὁ σταυρωθεὶς δι'

A nec innocens, sede propellitur: sicut legimus quodam loco Scripturæ: *Si peccaverit vir in virum, orabit pro eo sacerdos; quod si peccavit sacerdos in Deum, quis exorabit pro eo* (1 Reg. 11, 25)? Super omnia vero delicta specialius in Deum peccat, qui doctrinæ apostolicæ contradicens, a regula veritatis exorbitat: sicut nihil est gravius, quam si circus, præsumpto ducatu, ex prædicatore fidei incipiat esse destructor. Vos modo perpendite amentiam totius hæresis in unum reprobandum sermonis. In quo parum est quidem quod auribus patetur ablatum: sed totus cum verbo illo catholicæ veritatis sensus excluditur. Nolunt enim a nobis ei qui crucifixus est supplicari, ut videatur tam nihil posse præstare persona hominis, quam nihil poenæ pati potuit substantia majestatis: quod quid est aliud quam odium pro dilectione reponere, et convicia pro beneficiis repensare? Inserta est namque humano corpori dignitas supernorum. Deus quidem non subjacet cruciatui, sed divinitas interest passioni. Dei injuriam crucis tempore mundus diurnis fuscato tenebris expavit: in cælum peccare Judæos testata est terra quæ tremuit. Caret conjectura quæ per necessitatem veritas fulget: nec se affirmari a nobis expectat, cum salva sibi auctoritate sufficiat. Audiamus ex his Apostolum protestantem: *Qui si, inquit, cognoscerent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent* (1 Cor. 11, 8). Sed dixerat hoc prius etiam ille propheta qui ob præsentiam futurorum cognomento Angelus nuncupatur: *Si affiget homo Deum suum, quoniam vos affigitis me* (Malach. 3, 8)? Rogo quis contentionis obstaculo tam aperta sibi obstruat? Si Dominus majestatis pendit vel affixus est patibulo, dicat adversarius, cur hominem non rogemus in cælo? Adhuc quippe celestem potentiam in corporis seceto reposuerat,

ἡμᾶς, qui crucifixus es pro nobis, addi non sustinere, ne Trinitati attribui passio videatur. Orientales vero, cum Trisagium ad Christum referant, culpa vacare cum subjiciunt, *Qui crucifixus es pro nobis*. Quæ ille quanquam falso, ut apparet, de Orientalibus scribit, cum ex Damasceni epistola *περὶ Τρισαγίου* comperit sit, veteres omnes semper de Deo trino, nunquam de Filio solo hymnum hunc accepisse, quem et *Τραδικόν* ea de causa nuncuparunt: et Gnapheum certum sit, cum *προσθήκην* istam adjecit, non Filium in mente habuisse, sed Deum, quem crucifixum cum Theopachitis astruere studebat. Quanquam hæc, inquam, ita se habent, inficiandum tamen non videtur, in Gnaphei additione, si pravum ejus consilium deinas, incommodi nihil futurum: ita nimirum, ut post Trinitatis laudationem, converso ad Filium sermone, his illi verbis supplicetur: *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*. Quod et Calendi nomen episcopus sensisse manifestum est, quando Gnaphei additioni τὸ *Χριστὶ βασιλεῦ* præmisit, et ab Ecclesiæ usu non abhorretere agnoscit Damascenus, cum post Trinitatis doxologiam quæ his verbis continetur, Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, subjungi sæpe solet, τῷ σταυρωθέντι βουλήσει, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι, *ei qui voluntate crucifixus est, et qui resurrexit a mortuis*, quæ ad Filium proprie spectant.

^d Duplex deinceps contra duas hæreses argumentum trahat. Prius hoc loco, Christum videlicet Deum pariter et hominem fuisse contra Nestorii vesaniam, qui ψδὸν ἀνθρώπων, hominem tantummodo aiebat fuisse.

adhuc obitum ex ventre debebat; adhuc ad informationem nostram exercebat humilitatis studia etiam in opere claritatis. Cum Cananæa quædam, credulitatis quidem Israeliticæ, sed gentis alienæ, virtute virili, petitione laudabili, obstinatione victrice, Christo pro filia supplicaret: *Miserere, inquit, mei, fili David (Matth. xv, 22)*; vicit hic sensus interiore sapientia sexum carnis, supra humanum sentit in homine. Non acquiescunt Eutycheiani doctores ei qui propter nos crucifixus est supplicare. Ista in crucifigendo et divinitatem precatâ est quæ non poterat mori, et humanitatem quæ poterat suscitari. *Fili David* carnem resonat; *miserere mei* Deum declarat. Dominus cæli invocatus est in virtute: auctor hominis vocatus est in genere. Longe jam, ut opinor, post mortem David, de cuius semine terris per Mariam Christus effulsit, temporum serie stemmatis regit prosapia ducebatur. Posco nunc, his proavorum successivibus ac nepotum, ex memorato patre usque ad virgineum fetum toto derivatæ hæreditatis accessu, phantasmatis linea ducatur, an traducis. Porro autem ambiguo caret, quod et de genere caro vera processit, et phantasma genus habere non potuit. Experiamur tamen, utrum spreverit Christus præfatæ Cananitidis in oratione sermonem, an fortassis exasperet ineptiam supplicantis. *O mulier, ait, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Si ista fides est, utique magna si constat, non erit recta; altera certe fuerat ad matrem illa responsio, cum comitante discipulorum choro festis nuptialibus invitatus, deficiente vino ad faciendum miraculum posceretur; atque ille: *Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea (Joan. ii, 4).* Velut si dicat: Cur illud tantummodo quod peperisti esse me credis? Si hoc solum mihi putas constare quod carnis est, non possum complere quod exigis. Sublimia hæc quæ a me requiris de Patre attuli, non in matre suscepi: formato in te corpori, debita infirmitatis institutione, opera virtutis injungis. Bene me putas posse quod petis, si te, sicut mei corporis, sic matrem tui intelligas Creatoris. Quod si solum te edidisse hominem velis, *nondum venit hora mea.* Nemo autem sic ineptus reputandus est, ut istud quod dixit, *nondum venit hora mea*, velut errore gentili, constitutis velit fatalibus applicare. Ad intelligendum horæ illius mysterium discretionem potius requiri convenit, quam decretum: quod cum ipsa quoque nostræ mortalitatis conditio non eligatur, sed omnis status nostri necessitas gubernatoris perpetui sit voluntas: quanto magis Christus, qui potestatem habebat ponendi animam suam, et iterum sumendi eam (*Joan. x, 18*), nullo se fati voluit implicare præscripto? Sed cum venerit subeundi hora patibuli, apparebunt cælestia quæ pater genuit, et corporea quæ alius effudit. Ergo cum ipse Dominus hic, perficiendo miraculo actus divini, non repulerit genitricem, sed instruxerit ignorantem, videamus quid hinc cum Apostolis suis tractatu impensiore contulerit. Interrogabat autem eos quodam Evangelii loco, quæ de persona

A sua vulgi variantis sentiret opinio. Cumque diversitate sententiæ populum, aut unum ex vatibus prisciis, aut Moysen, vel certe Heliam, illum credere suggessissent: *Vos autem, inquit, quem me esse dicitis (Matth. xvi, 15)*? Tum princeps discipulorum, principium responsionis assumens, *Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi.* Sufficere plane poterat quod constitetur hic Petrus, etiamsi hoc non tam manifesta responsione confirmasset Christus. *Beatus es, inquit, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est (ibid. 17).* Beatus es, inquam, quia ut Deum cerneret, non carnem tantummodo, sed et sanguinem censuisti: nec revelandam tibi gloriam meam lineamenta sumpti corporis obtulerunt. Non avertisti generosæ mentis aspectum, quod et carne prolatum est. Sed Pater meus, qui est in cælis, revelavit tibi Filium, cui adhæret in terris: cujus gloria paupertate nunc tegitur, cujus honor contumeliis nunc celatur. Pendebat siquidem in ligni salutaris excelso triumphali præminencia, mediatoris nostri corpus altatum, et uniuscujusque sententiam de cordis penetralibus virtus salutiferi stipitis exigebat. Injuriam ille debebat. Ecce qui destruebat, inquit, templum Dei, ut illud triduo suscicaret; alter acetii potionem serino felle corruptam spongiam poculo porrigebat (*Matth. xxvii, 48*). Ipse tamen servans inter pœnas hominis misericordiam Creatoris, dolens eos pro quibus venerat adhuc sub tempore ipsius redemptionis errare, clamabat: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt (Luc. xxiii, 34).* Quid est, *nesciunt quid faciunt*, nisi quia credunt se solum hominem adduxisse judicio? Ignorat quid faciat, qui non sentit in cruciato corpore majestatem. Et si illi solius matris filium interficere se credentes quid facerent ignorabant, cur adhuc hodie Eutyches ignorare se simulat, quod si illi tunc scissent, Christo et apostolo protestante, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent? Unde quod hic Dominus nescientibus optat ignosci, constat expertorum conscientiam non posse concedi. An forte miramur, quod tam evidentem Christus passionis suæ mysterium dignatur exponere? Ausim dicere, habemus hic adhuc amplius quod mirari. Comitata est, ut legitis, dominicam mortem circumpendentium latronum conjuncta crucifixio; quos tamen temeritas crudelis iudicii, non servilis culpæ meritum, corquæverat innocenti. Non enim poterat sancti germinis incorruptum nitorem vicinæ pollutionis horror aspergere: sicut et sol, si radium in sæculenta dimittat, intactum prorsus nescit sentire contagium. Horum igitur unus latronum, longi sceleris vitam brevis compendii sine permotans, ex interfecore medicus, martyr ex fore, nexus aëmbri, criminibus absolutus, fixus clavo, liber affectu: *Domine, inquit, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* O felicitas beatiudo testimonii! o ineffabilis fortitudo credendi! Non istum, ut divinitatem in homine sentiret, signa vicerant; sed virtutis dilectionem infirmitatum collegit indicio. Concupivit in-

vocare similiter vinctum; et adhuc Eutyches orare despicit sublimatum. Obeuntem ille contremuit: regnantem iste fastidit. Iste mortem non timebata iudicatur, cum ille vitam requirat a mortuo. Sed redemptori suo squalentis veteris mortificatione compassus, iunxit dominicæ propriam crucem. Adoravit expertem culpæ particeps pœnæ: dudum invadendi cupidus, mutavit vota prædandi: armatus trabalibus clavibus vim intulit regno cœlorum. Intellexit in Christo pauperem locupletem, vicinum invenit quod tolleret nudo, sumpsit veniæ plenitudinem, rapuit innocentie portionem. In ligno Deum contuitus, in cœlo hominem consecutus. ^a Jam porro, quoniam transacta passio docet hominem verum, cruciatum doloribus, latronibus comparatum, confectum supplicio, tumultum sepulcro; per hæc omnia phantasmatis assertoribus assumpti corporis veritas contradicit. Quos cum in Christo unitas utriusque substantiæ perspicua testimoniorum luce convincit, omnem quæ in consequentibus replicatur, dominicæ seriem passionis phantastica honoris contumeliosi molitione perturbat: asserentes quoddam nebulosi corporis exstitisse filamentum, quod pro redemptore nostro injuriis pœnarum dolorumque videatur oppositum, et per inanis hominis similitudinem, pœnis quas majestas incurrere non possit, addicta quoque vera caro non exstiterit, quam exsecratur populus, cruciat iudex, pulsant verbera, quam contumeliæ illudunt, spinæ transpungunt, cui calamus illiditur, figitur clavis, sanguis excutitur. Adhuc cum omne quod spei est in solo redemptionis nostræ mysterio collocemus, nec sit aliud nostrum reviviscere, quam Dominum necem pertulisse: falsum est quod sua incarnatione nos salvat, si et hoc in dubium venit, quod tolerandum pro nobis in carne susceperat. Veni potius, sancte Isaiâ, propheta quidem tui, sed evangelista temporis nostri: veni celeriter ad tuendam contra Eutychetis mendacia Christianorum salutem. Dicere te de Christo, imo etiam jurare non pigeat: *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit* (Isai. LIII, 4). Et: *Livore ejus sanati sumus*: non medendi facultate secunda, sed voluntarie pro nobis dolendi veritate suscepta. Si veraciter dolores nostros ipse portavit, jam et nos securi sumus, quod veros dolores commentitium phantasma non pertulit: et si livore ejus sanati sumus, incassum collatam mihi sanitatem invidet falsiloquus livor. Cæterum recte omni definitione concluditur, quod si potuit esse

^a Hoc alterum caput disputationis, Christum vero et consubstantiali nobis corpore præditum fuisse contra quam sensit Eutyches, qui scititium illi corpus, et phantasmati simile tribuebat. Unde his quoque Aviti epistolis quæ delirium hoc refutant, titulus olim *Contra Phantasma*. Par itaque, sed contraria, ut Leontius monachus observat, in Christum impietas Nestorianorum et Eutychianorum, *Οἱ μὲν γὰρ τὴν θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα δοκίμασι λέγουσιν εἶναι ἐν Σωτῆρι*. Illi enim, inquit, divinitatem, hi humanitatem opinione tenent et phantasia Servatori asserunt. Quare scite utrosque Nonnus abbas *Ἐναντιδοκίτας* appellabat. Nam et Docitas quoque illos qui id genus phantasma inducebant, vocat Theodoretus noster lib. v Hæreti-

commentitium, non potuit livore simulatum. Sed etiam in hoc prophetæ sermone evidens geminata substantiæ proprietas invenitur. *Vere, inquit, languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit*. Duo sunt ista, quorum aut Deus solus, aut homo solus, utrumque non fecerit, sed unum Deus, aliud possit homo. Dicendo autem propheta: *Ipsè languores tulit, ipse dolores portavit*, unum evidenter expressit, qui ex divinitate constaret et corpore. Languores enim quos Adæ sauciata progénies ex vulnere corruptæ originis atrahebat, ille solus sanavit qui sanum ante considerat. Dolores vero nostros portavit, qui desudare prælia passionis, nisi cruciatibus ac labore, non potuit. Quocirca quod in natura malum habuimus, tulit Deus: quod in corpore malum patimur, pertulit Christus. Unde respiciendum est hic, quantum Eutychiani ^b Bonosiacis barathro profundiore mergantur. Illi Christo divinitatis honorem tantummodo adimunt, isti et corporis veritatem. Photinus hominis personam nos adorare deridet, hic nebulam. An forte hæretici hujus ipsius illusionis exordium ab ipsis in Christo sacræ nativitatæ crepundiis ordiuntur, ac perinde falsum erit, quod jacuit in pannis, quod apparuit magis, quod planxit in cunis? Taceo reliquos in succidua ætate profectus, quibus divinam pariter humanamque naturam complectens, lassitudinem refectio pertulit, consolatio lacrymas effudit, lux dormivit, panis esuriit, fons sitiit. Taceo planctum illum quem super defunctum Lazarum habuit (Joan. XI, 35), antequam effectum resuscitandi ostenderet Deum præmississe humanæ conditionis affectum. Quod si in dubium vocatur qui tanta præstitit, necesse est ut ambigua incipiant esse quæ gessit: ac perinde falso se putat sanatum paralyticus, claudus erectum, circumscribendus solis radius, quem cæsus ab utero post nativi carceris tenebras intuetur: aut hoc phantasmate Lazarus ipse delusus est, ut cum inter mortuos dormiret, jam resurrexisset se crederet. Quod si hæc omnia vera esse recipiant, et solius passionis injuriis contradicunt; respondeant ubi tunc fuerit Filius Virginis, cum umbram tenui nube fallentem pro se offerens, quem pro nobis putamus offerri, vana sui specie et persequentes falleret et fideles. Patrem quoque faciens hac illusionem mendacem, de quo Apostolus ait, quod *Filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum* (Rom. VIII, 32). Quem filium, si non verum? quomodo tradidit, si collusit? qualiter non pepercit, si dolore prohibuit? Vel certe, qua Dominus carum Fabularum. Ubi eundem de Christi corpore locum tractans, iisdem quibus Avitus argumentis docet, pati et mori, esurire et defatigari corpus suum permisisse: *ἵνα μηδεμίαν λάβωσιν ἀφορμὴν οἱ δοκίται κρατύναι τοῦ ψεύδους τὴν αἴρεσιν: Ne quam ansam haberent Docitæ, quo falsam hæresim confirmarent*. ^b Bonosus Naissitanæ in Dacia sedis, ad nostra est conjectura, episcopus, catholicam deserens, ad eorum transiit hæresim qui Photini venena sectabantur, et Christum Deum negabant, hominem tantum prædicantes. *Bonosiacos* ejus discipulos vocant etiam concilia Arelatense II et Aurelianense III; Gregorius vero magnus *Bonosianos*, libro IX, epistola 61, ad Quirinum et alios episcopos Iliberticæ.

noster morte finitus sit, qui non potuit non aliquantulum mortem pro matris mortalitate debere, solutus conditionem obaudi legitimam, sed corruptionem pro resurgendi instantia non visurus? Quam legem utriusque naturæ significavit fel istud, quod gustatum noluit bibere, dum mortem quam ex Adam parente omnes debemus, pro divinitate noluit bibere, sed debuit pro dispensatione gustare. At vero cum factum est quod Apostolus dixit, quod *resurgens Christus jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* (Rom. vi, 9); audeat nunc, si quid valet hæreticus, aut Christum, sine Deo, aut sine homine Deum confiteri. Absuerat sanctus Thomas (Joan. xx, 24 seq.), cum reversus Salvator a mortuis præsentia visibili præstolantium discipulorum vota repararet, et vacillantem quodammodo fidem suorum revalescens a mortuis vita componeret. Referunt ergo discipuli Dominum se vidisse. Negat ille se credere, nec se adhibiturum ullatenus fidem promittit, nisi contemplatione percepta. Transacto temporis intervallo, superveniens secundo Jesus, sed jam omnibus simul, pacis salutatione præmissa, arguit increpatione mitissima cunctantis Apostoli tarditatem: et jubente Domino, ne adhuc parum sit quod visus judicat, fidem tactus explorat. *Infer, inquit, digitum tuum in latus meum, et noli esse ambigens, sed fidelis* (Joan. xx, 27): qui utique inexcusabiliter jam perseverabis incredulus, cum palpando reddaris expertus. Scrutatur ille digito vestigia passionis. Permanebat ut inflictum fuerat medicum vulnus, et hiulcum transpuncti lateris aditum felici indicio vitalis plaga servabat. Tunc demum in semetipsum reversus, et sancto illuminatus corpore, *Deus meus, inquit, et Dominus meus*. Quid, rogo, sacer apostolus de celestibus intellexit in carne? quid curiosæ manus attactu divinum sensit in vulnere? nisi quia jam pridem didicerat, Christum sine Deo esse non posse, et hæc ipsa vulnera quæ palpabat, prævaluisse quidem homini, sed cessasse victori: tamen nec afflicto morte nisi hominem, nec vinci a Deo nisi resuscitante potuerunt. Hic itaque, magno miraculorum stupore conclusi, cum audiunt Dominum nostrum recepti corporis situ, visibilem oculis, digitisque palpabilem, locum quo Apostoli consueverant clausis foribus intrasse, ad familiare commentum asserendi phantasmatis, et per fallaces inanium nebulæ fraude præstigiis, illos humanæ caliginis queruntur obtutus. Sentiant enim in facti magnitudine quiddam divinum, vigoremque illius subtilitatis, quo foribus obseratis penetrabile secretum sine aditu corpus intraverit, ne cogantur facere mirificum, comminiscuntur incertum. Quod videte ad quantam spectet Divinitatis injuriam, si veritatis magister, qui nobis etiam verborum mendacia interdicit, ipse factis credatur potuisse mentiri. Procul dubio enim mendacii genus foret, si quod ipse non fuerit, se credi a suis velit, et putaretur factum a Christo, quod non licet facere Christiano. Qui ad cognoscendam mysterii dispensationem et visu instructus, quod sufficit

A sano: et tactu convictus est, quod additur cæco. Sed caret remedio sponte petita debilitas: quidquid libet medicaminis oculis lippientibus imponatur, curari non potest qui cæcatus ire delectat. Aut quis in tali obstinatione usus oculorum est, qui verum esse renuit quod annuit visum? quæsi non minus sit Deum penetrasse conclusa, quam homini patuisse cælestia: qui tamen suis post resurrectionem sæpe testatus est: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* (Luc. xxiv, 39). Quid Eutychi tam clausum? quid contra phantasmata tam apertum? velut si dicat, molem ossium carniisque species ventura non recipit. Noluit se, vel solum quemlibet virum, hoc est sine corpore, spiritum dici: sed ut talem recognoscat in judicio, qualem B redisse conspicitis e sepulcro. Unde jam post passionis certamina triumphator nihil quidem habuit, quod mundanum indigentia redivi corporis postulare. Non illi quippe aut fames cibum, aut potum sitis, aut requiem labor, aut somnum poposcit operatio. Quæ omnia non solum in capite nostro, quod est Christus, exigua illa parvi temporis morte decocta sunt: sed etiam in nobis sic usque ad obitum valebunt, quod resurrectione finientur: et tamen, ut dicere cœperam, cum membra illa dominica, nulli jam indigentia obnoxia tenerentur, ad suspicionem phantasmatis suorum cordibus eximendam, cum apostolis visus est, cibum jussit apponi, quibus convesci commissa benedictione dignatus est. Quod faciebant illi adhuc pro redemptione corporis, fecit C bonus magister pro testimonio veritatis. Nisi forsitan dicat phantasmatis prædicator, caliginem illam, membrorum speciem seductricem, quæ apponebantur assumere, nec escam illam pignoris sancti in dominicum corpus sine onere corruptionis intrare, sed inanem ventrem incerti esus gravare ponderibus. Quem certe pastum fallens imago, aut futura est si subripuit, aut non est aëria, si comedit. Scio tamen quod non alter quam Christus, inter suprema cibi illius monumenta testatur: *Quia oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege et prophetis et psalmis de me* (Ibid., 44). Et nos pauca exemplorum quærimus, cum ille omnino Scripturam in sua dicat unitate compleri. *Et post hæc, inquit, cum benediceret suos, ferebatur in cælum* (Ibid., 51). Recede procul, Eutyches, cum præstigiis quas animo concepisti. Solus hæc benedictione careat, qui se a phantasmate aut benedici lætatur aut redimi. Interim ferebatur in cælum Filius hominis, qui erat in cælo dudum præscientia, nunc natura. Nec aliquo angelicæ manus auxilio, quanquam portari dicatur, indiguit; sed ferebat matris filium filius patris; ibat quod Deus erat, quod homo, ferebatur. Patebat redeunti porta cælestis, et Deum suum cum accessu corporis revertentem originalis patriæ claritas invitabat. Quo recepto, *Duo, inquit, angeli asciterunt, Apostolis sic loquentes: Viri Galilæi, Jesus hic qui receptus est a vobis* (Act. i, 11), id est, quem in sede Patris, seu quem vos recepistis in fide, *sic veniet, quemadmodum vidistis eum*

enitem in cælum. Habent ergo in hoc sermone quod sperent quibus phantasma videtur esse quod gestum est, si sic veniet quomodo v' distis eum enitem in cælum. Ubi videbunt catholici quem ambiunt, adversarii quem confixerunt; ubi ad eadem clavorum vestigia quæ cernunt, vel illos ignes Eutyches simulatos putare desinat, quibus post phantasmatum fumum sera pœnitentia perpetuo torris ardebit. Ad cuius pristinum dogma denotandum, vel corrigendos aliquantisper, sicut optandum est, sectatores, pauca hæc dixisse sufficiat: ut ex similitudine testimoniorum quæ posuimus, etiam ipsi sibi necessarie numerosiora perquirant. Quod si forte pristino sceleri dogmatis sui, aut infidelitatis perseverantiam servant, aut aliquid novæ molitionis accumulunt: siquidem peculiaris errantibus mos est, in obstinatione perversa semper dicere velle quo pereant: dabit Deus, ut jussu vestro, meoque famulatu, pravitas quæ adhuc augmento accenditur, uno et semper æquali Scripturarum cœlestium magisterio propulsetur.

EPISTOLA IV.

Avitus Viennensis episcopus domno Gundobado regi.

Sciscitatio vestra plena religionis atque pietatis est. Sed quia inquisitione proposita, consultiis vel respondentis nomina præmisistis, suggerendum puto, fuisse in Africa quemdam Faustum^a episcopum sectæ Manichæum, opusculorum quorumpiam conditorem, exscrutabilem sane, et in nonnullis etiam sermone turpissimorum. Hic autem, quantum ad frontem pertinet, quasi abstinentissimam vitam professus; et non secretam crucem, sed publicam vanitatem jactantia ventosi tumoris exaggerans, quantum potuit, auditoribus venenatam disputationem velut indeclinabilis virtutum servator indixit. Et quia legistis, consulenti cuidam Paulino Burdegalensi, ab episcopo supradicti nominis fuisse responsum: cujus temporibus Paulinus quidam, Deus viderit utrum is quem memoratis, tamen perinde Burdegalensis, non pauca stylo catholico et irreprehensibili fide conscripsit: præfati hæretici mentionem idcirco præmisi, ne Manichæi ipsius Fausti opus infastum, vel alterum quem etiam gloria vestra noverat, ortu Britannum, habitaculo Regiensem, titulo nominis accusaret: simul et qui aut consilere supra

^a Adversus quem existant libri sancti Augustini, cuiusque in aliis ejusdem operibus frequens mentio. Cæterum et Paulini ad Faustum epistola, et Fausti ad ejus quæsitæ responsio, quæ nunc inter Faustum Rhegiensis opera leguntur, quo de Faustio hic agatur ambigi non sinunt. Britannum hunc ortu fuisse docet Avitus: quod non de Insulanis, sed de Armoriciis Britannis accipiendum monuimus in notis ad epistolam Facundi ad Mutianum scholasticum. Paulinus hic autem Burdegalensis qui ad Faustum scribit, cum de Paulino episcopo Nolano accipi nequeat, de Paulino Eucharistici auctore intelligendus videtur, qui et ipse ortu Burdegalensis fuit, et Massiliæ larem relicta patria cum fixisset, Faustum Regiensem consuetudine uti potuit.

^b *Momentaneam* Faustus quoque appellarat, Paulinus subitam. *Percunctor*, inquit, *accedo. Sum peccatis carnalibus involutus; omnia quæcumque potest cri-*

ambiguo quæstionum, aut digno rescripto posteris reservando potuerit inveniri. Cujuslibet tamen eorum in manus vestras dicta pervenerint, sancte, sollicite, regie vos moverunt. ^b Pœnitentiam, quam proprie momentaneam nominastis; id est in ægritudine quasi sub momento mortis acceptam, nihil aut nulli prodesse, adversa veritati et admodum cruda definitio est. Apud divinam quippe misericordiam vel ipsa humilitas contentis dici non debet fructu carere. Quia cum legimus, quod qualitate vitæ anterioris abolita, quia plerumque contingit et peccare justos, et respicere peccatores, in ea quis via judicetur qua obitus sui tempore fuerit deprehensus, incunctanter credenda est vel ipsa correctionis voluntas placere, si vera sit. Sed totum apud cœlestem

^B clementiam fidei qualitate pensatur. Unde et inter illos operarios quos in Evangelio (*Math. xx, 9*) legitis esse conductos, pro devotionis ardore, mercedem prioribus exæquatam etiam qui tardius venerant sortiuntur. Sicut et Ninivitarum brevissima pœnitentia, omnem indulgentiæ summam triduo fervente mercata, gladium peccatricis urbis cervicibus imminentem quem jam ictui destinato per manum Jonæ prophætæ (*Jonæ iii, 10*) dies statuta vibraverat, repagulo consonæ satisfactionis obtudit. Contradicant autem exemplis hujusmodi, quos verius reddit appetita superbia turgidos, quam conscientia illibata securos. Hoc tamen loco quid sæpe doleam, quia fandi licentiam dignamini præstare, confiteor. Contristamur nonnunquam in hac nostrorum facilitate, quod rem tam pretiosam pro levi accipere grave discrimen est. Cum enim videntur pœnitentiam precibus ac lacrymis poscere, impium dicimus denegare. Sin igitur contingat interdum, ut acceptam quicumque pœnitentiam, si sanitatem corporis recipit, aut negligat, aut factus sit, ut apostolus ait (*II Petr. ii, 22*), canis reversus in vomitum, qui veniabilibus onerabatur fragilitate peccati, plectibilibus opprimetur abusione remedii; et dicetur illud quod Anania in Actibus apostolorum: *Nonne manens tibi manserat, et de promittendo in tua potestate pendebat* (*Act. v, 4*) *Melius est autem, ut ait propheta, non vorare, quam vorare et non reddere* (*Eccles. v, 4*) Unde contraxit consuetudo sermonis, ut donec quisque nostrum votum

^D *minusus, exerceo; cum diem humanæ sortis implevero, pœnitentiam subitam sum consecutus; si excludat pro parte peccatum, an ad integrum, opto cognoscere.* Hanc Faustus inutilem esse respondit. Quod falso dici docet Avitus, et ante Avitum in eadem Galliæ provincia docuerat Gennadius Massiliensis Ecclesiasticorum Dogmatum cap. 48. *Pœnitentia*, inquit, *aboleri peccata indubitanter credimus, etiamsi in ultimo vitæ spiritu admissorum pœniteat, et publica lamentatione peccata prodantur: quia propositum Dei quo decrevit salvere quod perierat, stat immobile. Et ideo quia voluntas ejus non mutatur, si remedia vite, si tempus conceditur, sive supplicii confessione, si continuo vita exceditur; venia peccatorum fideliter præsumitur ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione pœnitendo, et salvatus miseratione Domini vivat. Si quis aliter de justissima Dei pietate sentit, non Christianus sed Novatianus est.*

compleat, voti reus dicatur. Quocirca fateor, in necessitate positus non sine metu dari debere pœnitentiam : quos si absque capitalibus culpis, ^a in usu conjugalis copulæ dies suprema reperiatur, ut pote rem licitam præsumentes, nec damnatione dignos putamus, nec a sacrificio commemoracionis excludimus, E contra, si professam compunctionem sæculo retrahente vacuaverint, quasi jam apostatas, id est abstandi firmitate deciduos, necesse est a communione suspendi : cum melius sit manere intra quantulumcunque salutem humilitate mediocrium, quam ipsam salutem ex toto destrui violatione summorum : et tutius inveniatur cum honestate in matrimonio vivere, quam castitate mentita illicitis licita maculare. Quod prævicens Apostolus (*I Tim. v, 12*), et viduus quæ primam fidem irritam fecerint, majorem damnationem denuntians subituras, ^b et personas legitimi atque irreprehensibilis tori pace devinctas, vacare orationi ad tempus, ac rursus in id ipsum regredi sinit : ne Satanæ, inquit (*I Cor. vii, 5*), per incontinentiam illorum, tentet in promissione perfidos quos in carne non vicerat conjugatos. In secunda quoque questione, quod negamus est, ^b fidem solam homini prodesse non posse, hoc minime probo ; neque ab illorum parte profiteor, qui, sicut ait Dominus (*Matth. xxiii, 4*), grave super humeros discipulorum pondus imponunt, quod ipsi tamen uno digito movere detrectant. Propter quod, tam rigidam de fide sententiam aut extraneum potuit præsumere, aut noster debuit temperare. Quod si dignanter admittis, conjectura breviter exemplis patefaciam. Fidem esse omnium bonorum spiritualium fundamentum, per hanc primitus informata Christianorum rudimenta testantur. Nam si baptizatus, aut etiam translatus ab hæresi qualibet parvulus, vel forsitan ævo longiore proventus, celeri post lavacrum sine rapiatur, nec ipse operis jactitator abruerit, hominem sola fide salvatum. Extra quam quod nihil quælibet bonæ profuerint actiones, de sæculi philosophis æstimemus : quos contemptores mundi amatoresque sapientiæ, castitate proposita, facultate despecta, quidquid hodie catholici prædicamus, quia fides deficit, non profuit operatos. Adeo machina vanitatis, nutabundis exculta fastigiis, quia sine fundamento surrexit, per se sola constare non potuit. Quid si nunc diversorum in Scripturis cælestibus fidem retexam, quam semper desiderii compotem reddidit laudata credulitas? Abraham quod solum credidit Deo, repu-

A tatum est illi ad justitiam (*Rom. iv, 5*). Raab meretrix vitam præteritam prostitutione sordentem, Israelitarum populum per fidem præstolata purgavit (*Jos. ii, 5*). Sic illa Evangelii Cananitis (*Matth. xv, 27*), quanquam repulsa convicio, dari tamen catulis suis filiorum panem perseverantia petitionis elicuit. Alia fluxum carnalitatibus obscenæ tactu fideliter medente ^c restrinxit (*Matth. ix, 20*). Suadetur tamen et bonorum operum jungenda devotio, quam negligere non pertinet ad fidem. Sed cum dicat Apostolus : *Quidquid non est ex fide, peccatum est* (*Rom. xiv, 23*), videtis ipsam quoque quam rectam credimus operationem, nisi fidei suffragio fulciatur, in peccatum posse mutari. Expertus est hoc nimirum Pharisæus ille in Evangelio (*Luc. xviii, 10-14*), qui gratias se referre, quod non esset sicut cæteri homines, raptores, injusti, adulteri, elemosynas subinde facere, bis in sabbato jejunare, tumido ac resupino pectore jactitabat ; cum Publicanus, fronte cernuus, fide rectus merita bonorum sola humilitate præripitens, domum suam de qua non justus exierat, justificatus intraret. Quid plura commemorem? Adhuc unum patienter accipite. Latio ille (*Luc. xxiii, 40-43* cujus assuetum sceleribus corpus, juxta crucem dominicæ puritatis servili patibulo criminum vindicta suspenderat, sentiens in morientis Christi corpore majestatem, pro præmissa crudelitate addictus supplicio, pro subsecuta confessione additus paradiso, per injustum deductus est ævum, ut de justa raperet morte martyrium. Ecce sunt virtutes ex fide : ostendat quisque, si potest, sine fide virtutum. Dominus in Evangelio (*Matth. xiii, 31* ; *Luc. xiii, 19*) exiguitatem fidei grano sinapis comparatam, quæcunque voluerit valituram promittit. Sic fit ut, cum opera sine fide possint esse, fides sine operibus esse non possit ; quia si corde credatur ad justitiam, et ore fiat confessio ad salutem (*Rom. x, 10*). Apud sensum Spiritus sancti, promissiones sequentem, principium est boni operis integre credidisse ; si tamen, ut Apostolus ait (*Rom. viii, 16*), ipse spiritus testimonium reddat spiritui nostro : non, ut super auditis assertum, qui creatura nobis, sed qui creator infusus, auctor et testis est nostri spiritus, non natura. Ecce ad epistolam Fausti episcopi, nec interest cujus : quæ veritati arbitror convenire suggesti. Mihi et eis quorum salutem sitio, fidei plenitudo donetur ; illis opera sua, si fide fuerint vivificata, sufficient.

^a Conjugium opponit pœnitentiæ, quia pœnitentiam professi abstinere a conjugio. Unde et conjugalis, nisi ex mutuo consensu, pœnitentiam dari concilia vetant, Arelatense ii, can. 22 ; et Aurelianense iii, can. 24.

^b Quod Paulino responderat Faustus, fidem nudam meritis ad salutem non proficere, de iis videlicet affirmabat qui auditam ad ætatem perveniunt. Avitus autem contra illum sic disputat, quasi etiam parvulos comprehendat : quod abhorret a Fausti sententia, qui utrosque distinguit, et apud Deum distingui docet

libro i de Gratia et Libero Arbitrio cap. 7 : *Fidem* inquit, *expectat a parvulis, opera cum fide a consummatia requirit*. Neque aliter accipiendus S. Augustinus cum, iis respondens qui sine fide non posse, sine operibus autem posse perveniri dicerent ad æternam vitam, fidem ipse solam non sufficere ad salutem, sed opera cum fide requiri docet in libro de Fide et Operibus. De iis enim sermo est qui grandiores sunt post baptismum.

^c An restrinxit ?

^d Conjunctio et, quam contextus requirit, deest in edito Si mond.

EPISTOLA V.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS * DOMNO GONDOBADO REGI.

Si gratiam priscae pietatis expertus, rite artificium sanctae dignationis interpretor, ad consolandum me, dominos et conservos meos sacerdotes vobis jubentibus puto venisse. Quod ecce sub divino testimonio loquar, pro debiti famulatus reverentia p̄rcelsis-imo domno dependere non p̄sumpsi. Virtuti enim vestrae derogat, si quis super casu qui contigit, consolationis aliquid scripto verboque suggererit. Neque porro cedit in regiam quidem, sed philosophicam mentem mœroris abjectio, Lacessivit, verum est, cunctorum lacrymas amor vester. Sed si ambenti sæculo salus vestra conceditur, parum est quod perdidit unum pignus omnium pater. Temporalis luctus est, ubi tam innocens quis obiit, cujus mortem nullus putavit. Judicet unusquisque quod sentit: nihil unquam vestris temporibus contingere potest, quod non semper arbitri profuisse. Unde nihil hic casuale p̄sumo, nihil asperum. Ordinavit hunc potius occulta dispensatio, quam inflixit, angorem. ^b Flebatis quondam pietate ineffabili funera germanorum, sequebatur sctum publicum universitatis afflictio, et occulto Divinitatis intuitu, instrumenta mœstitiæ parabantur ad gaudium. Minuebat regni felicitas numerum regalium personarum, et hoc solum servabatur mundo, quod sufficiebat imperio. Illic repositum est, quidquid prosperum fuit catholicæ veritati. Et nesciebamus illud tunc frangi tantummodo, quod deinceps nesciret inflecti. Aut quid de fraterna sorte dicamus? Ipse quem vocitari parvum vestra natura circumdedit, bonis vestris absque omni malitia militavit, cum serviret vobis nescientibus periculum gentis, cum futuram pacem disponderet turbatio regionis. Experto credite, quidquid hic nocuit, hic profecit; quidquid tunc flevimus, nunc amamus. Non valentibus ista p̄scire potest equidem durum videri, vicinam thalamis virginem tædio incumbente p̄ceptam: quæ tamen ambita est ut regina, defuncta est incontaminata. Quanquam revera majorem causam luctus sui reliquisse dixerim, si diem ultimum post recentia vota clausisset. Ibi enim forte potuerit inveniri, ubi mihi post invidiæ nodum, insultationis dentem fixisset æmulus livor. At vero nunc, quæ mens tam barbara non misereatur virginitatem felicitatem-

* Consolatoria in obitu filiae, quæ regi desponsa, et regina mox futura, paternis in ædibus decesserat ante nuptias. Quod vero illi vel sponso nomen fuerit, non explicat.

^b Funera flevisse ait, quorum auctor ipse fuerat. Ex tribus enim fratribus, duos Gundobadus principio regni sustulit, Chilpericum Clotildis nostræ patrem, et Godomarum: cum tertio Godegisilo regnum partitus, complures annos cum eo regnavit. Tandem et hunc quoque injuria lacessitus interfecit, solusque deinceps integro regno per sedecim annos potitus est, usque ad Petri consulatum, sub quo defunctum Gundobadum notat Chronicum Marii, hoc est anno Christi 516.

* Gratianopolitano. Hunc enim esse arbitror qui cum Avito ipso interfuit et subscripsit concilio Epauonensi, atque in vulgatis editionibus conciliorum

A que in paterno regioque sinu receptam? Nec mutavit sedem, nec contigit peregrinationem: ubi non diu esse potuit domina, nec breviter exstitit peregrina. Unde cum lætitiâ vestram, quasi serenitatem cœli, exspectet universitas, reddite vos gaudiis populorum: quia nunquam republica orphanitatis incurrit perniciem, quandiu sustentantibus vobis mater Ecclesia non senserit orbitatem.

EPISTOLA VI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS * VICTORIO EPISCOPO.

^d De hæreticorum oratoriis non recipiendis.

Petisti, imo potius p̄cepisti, frater piissime, ut datis ad beatitudinem tuam litteris indicarem utrum hæreticorum oratoria sive basilicæ ad usus possent nostræ religionis aptari, cum conditores earum ad catholicam se legem erroris correctione transtulerunt. Digna profecto res de qua tu consulis, si respondendi idoneum reperisses. Quia jussisti tamen, reserabo in subditis quid consequens putem: ea scilicet definitione, ut locum succensendi aliis non reservem, si modo id quod statuendum crediderunt, vel ratione perspicua vel prolata de canonicis voluminibus auctoritate confirment. Istud quod de oratoriis vel basiliculis privatis interrogasti, perinde ut de ecclesiis eorum, difficile definitur. Hoc namque suadendum est catholicis regibus, quod de subjectis eorum fuerit constitutum. Unde primum, quæso, si a principe regni nostræ cuius nobis Deus p̄stitit in vera religione consensus, sortis suæ antistites consulatur, utrum respondere possimus, fabricas a patre suo hæreticis institutas catholicis debere partibus applicari. Quod si aut nos suademus, aut consentiat, persecutionem in se commotam hæretici non immerito causabuntur, cum catholicam mansuetudinem calumnias hæreticorum atque gentilium plus deceat sustinere quam facere. Quid enim tam durum, quam si illi qui aperta perversitate pereunt, de confessione sibi aut martyrio blandiantur? Et quia post nos, nostrique regis, Deus tribuat, felicissimum longævitatem, siquidem nihil de processu temporum immutabili credi debet, poterit forsitan hæreticus quicumque regnare, et quidquid persecutionis Ecclesiis personisque commoverit, non sectæ suæ studio, sed ex vicissitudinis retributione fecisse dicetur, et nobis etiam post mortem gravandis ad peccatum reputabi-

D Victurius, in codice autem Lugdunensi Victorius appellatur, ut hoc loco.

^d Qui hanc epistolam contulerit cum canone 53, concilii Epauonensis, *De basilicis hæreticorum*, facile animadvertet, canonem non solum ex mente Aviti, qui p̄erat concilio, sed ipsius quoque verbis conceptum atque expressum. Sic enim se habet: *Basilicas hæreticorum quas tanta execratione habemus exasas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despiciamus*. Diversa paucis ante annis fuerat sententia concilii primi Aurelianensis, cui basilicas Gothorum recipi, et simili quo nostræ innovari solent placuit ordine consecrari. Quod ubique gentium in more usuque jam olim fuisse, tum Græcæ, cum Latine passim historiæ declarant.

tur, quidquid fuerit perpessa posteritas. Et forsitan A adjiciet divina miseratio, ut proles principis de quo loquimur, per receptam fidei plenitudinem catholicum sequatur auctorem. Quid tamen, si nunc quisquam de vicinis regibus legis alienæ ulcisci in regione sua similiter velit, quod hic sacerdotibus suis doluerit irrogari? At si quis hujusmodi me deridens in hæc verba prorumpat, utar gloria temporis mei, prospiciat statui suo subsequens ætas. Sed qui talia secum tractat, paulisper mihi redtribeat quam postulo rationem, utrum hæretici a nobis cum veritate recipi debeant, recipiantur: lucidissima salus est, quia sicut scriptum est: *Credidi, propter quod locutus sum (Psal. cxv, 4)*. Præcedit fides locutionem, et sequitur confessio credulitatem; et per impositionem manus sacerdotalis fit pravitate amissio, fidei redditur plenitudo. Res autem insensibilis quæ primum innovata polluitur, ignorare me fateor qua deinceps sanctificatione purgetur. Dico certe, si potest pollutum ab hæreticis altare sacrari, posse et panem qui super illum positus est, ad sacrificia nostra transferri. Idem primitus hæreticus conditor fecit. Transit ad reprobationem divinam: libertate gaudens dimittat *Ægyptum*. Ad fidem rectam felici mutatione transmigrans, reliquit potius maculam quam attrahat: cum aliquid non legitimum impurgabili errori, gravant magis polluta contactum quam capiant a tangente remedium. Unde et in Aggæo propheta: *Hæc dicit Dominus exercituum, interroga sacerdotes legis dicens: Si sustulerit homo carnem sanctificatam, et tetigerit de summitate ejus panem, aut quodcumque aliquid, nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt, Non. Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus ex omnibus his, nunquid contaminabitur?* id est, ille panis qui dudum sanctus exstiterat: *Et dixerunt sacerdotes, Contaminabitur (Agg. 11, 12)*. Quapropter conjiciendum est, si potest ille panis in his altaribus consecrari, quem si consecratus panis tetigerit, redditur inquinatus. Malachias quoque propheta sic dicit: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? et si offeratis claudum, nonne malum est (Malach. 1, 8)?* Et paulo post: *Maledictus, inquit, dolosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolat debile Domino (Ibid., 14)*. Quid hoc judicio sincerius? quid tali auctoritate manifestius? Fabrica quam iterata cupis innovatione præsumere, si sana est, quid benedicatur? si languida, cur offertur? Quantumcumque munera a malis oblata in bonum trahere concupiscas, sequi te ad sanctitatem clauda non poterunt. Dicit Apostolus, suscepisse *virginem castam exhibere Christo (II Cor. xi, 2)*, id est Ecclesiam. Ecclesia porro quæ hæreticorum fuit, etsi licet meliori nubere, non erat virgo. Cur ergo appetat sacerdos illicitam, qui prorsus a contactu repudiatur ac viduæ prohibetur? Post incesti nexum vera conjunctio est. *Qui sociatur, inquit, meretrici, unum corpus efficitur: nec tollam membra Christi, et faciam membra meretricis (I Cor. vi, 15)*. Vide si possit junctis sibi Christi membris meretrix redintegrari,

in cujus corpus unita Christi, id est Christiani, per pollutionem membra vertantur. Unde et alio loco Apostolus dicit (*Ephes. v, 27*), talem se Ecclesiam velle, quæ non habeat maculam aut rugam aut aliquid hujusmodi. Nunquid ullo pacto poterit istud de hæreticorum fabricis dici? Benedictio quæ rebus sensu carentibus ac pollutis impenditur, nec purgat maculam, nec explicat rugam. Imo magis, si paulo attentius intuemur, caret macula quod symbolum est novitate rugosum. Porro quod iteratione duplicatum est, ruga tegitur: talem nequaquam sancta sinceritas, et Adam veterem exuens, novo quod offertur homini comparetur. Quam novitatem nobis auctoritas Testamenti Novi Evangeliorum voce commendat (*Matth. xix, 30*). Unde etiam ipse sibi Dominus sterni pullum præcepit, cui ante ipsum nullus incederat (*Marc. xi, 2*): quem totius sæcularis usus expertem, feliciter redderent non imposita flagella subditum, sed exordia sancta mansuetum. Et ut ipsum quoque dominicæ mortis mysterium novitatis honore non careat, in monumento novo quod in petra excisum est, redemptricem nostram dominicam carnem legimus quievisse (*Matth. xxvii, 60*). Quis ergo mihi persuadere conetur, post errores funerum sepulcrum posse mundari? Quamvis putredinis humore sicca, consumptis jam carnibus, albis tumulis attollantur, remanet immunditia recordatione, etiamsi abesse putetur aspectu. Expulisti quidem morticinum dogmatis alieni, et fortitudinem ejus emortuam de sepulcro suo quasi ossa honore carentia projecisti. Sed C putro quod imponi in fetores sacri corporis membra non debeant. Et diceas forsitan hæreticos, si eis potestas detur, altaria nostra temerare. Verum est, nec refello. Sævium quidem cum possunt fœdis unguibus alienarum ædium pervasores. Sed vim intendere, loca pervadere, altaria commutare, non pertinet ad columbam. Specialius ergo fugiendum, quod licere sibi hæreticus putat. Ab exemplo magis vitare convenit quod hostis amplectitur. Nec mirum est si dedicationes geminare audeant, qui baptismata confrequentant. Quod circa non quid statuam, sed quid optem breviter indicavi. Hæretici cultus loca pervadi nollem, cuperem prætermitti is morem ergastulorum. Semper optandum est, non ut mutata transeant, sed infrequentata torpescant. Salubri populorum correctione defertis maneat æterna viduitas: nec unquam recipiatur a nostris, quod conversionis studio repudiatur a propriis. De ministeriis hæreticorum quæ illis sacra, nobis execrabilia judicantur, id est patenis paterisque, quia quid censeam perinde rescribero me jussisti, validæ quidem observationis exemplum est, quod legitur in Heptatycho (*Num. xvi*), de thuribus peccatorum, qui ignem illicitum præsumentes, incendio temporalis gehennæ æternam signante consumpti sunt. Jacobant namque cineri prunisque permixta, ad mortuorum judicium terroremque vivitium, vasa quæ diximus, et odoribus thuris assueta, abominabilem immunditiam perversi usus fetora contraxerant. Tunc duci legifero consulenti præcep-

tum est sermone divino, ut hæc infusa fornacibus, et distenta per laminas, sacro altari affligeret. Vides ergo, quod illie pariter erudimur, usum execrabilem metallorum, ad bonum, si ignibus careat, non posse transferri. Adeo ad catholicam comparationem hoc præstat metallis ignis, quod sensibus fides. Unde et in psalmo Propheta sic orat: *Ure renes meos et cor meum (Psal. xv, 5)*. Reprehendat certe quispiam, pro sensus sui discreione, quod sentio. Fateor ministeriis illis minime delectari, quæ superioris Galliæ partibus ad ecclesias legis nostræ captiva venerunt: quæque nil voluntarium, nil innocens præferentia, si dolentibus rapiantur, offerentibus prodesset non poterunt. Cur mihi dicat victor, quod altaribus tuis exhibeo, quoquolibet ordine meo factum, si jubetur: *Honora Dominum de tuis justis laboribus (Prov. iii, 9)*? Parum est de laboribus, nisi de tuis; parum est de tuis, nisi de justis. Nunquam oblata pronuntiem, quæ antequam offerrentur, ablata sunt. Sed talia semper munera gratulor sanctis altaribus superponi, qualiter religiose si non solum proprie, quia eis sua videtur ubicunque catholica est. Cur de thesauris suis lectissima quæque producens, haud omni impendio curat, ut in his quæ ad sanctum ministerium pertinebunt, non magis pretiositas possit placere quam novitas? Orate quod restat, ut longo tempore post votorum opes sibi a Deo ceditas, non in secretis molibus, sed in publicis muneribus possessuras, cum populo sibi subdito gaudens usibus sacris semper habeat quod donabit.

EPISTOLA VII.

AVITUS VIENNENSIS ^a EPISCOPUS PAPÆ CONSTANTINOPOLITANO.

Dum dominus meus, filius vester, patricius ^b Sigismundus gloriosissimum principem officio legationis expevit, nobis quoque deferendi ad vos famulatus

^a Joanni Cappadoci patriarchæ, qui relato in dptycha concilio Chalcedonensi, expunctaque ex iisdem nomine Aracii, longum dissidium quod Orientalis ab Ecclesia Romana sejunxerat, redintegrata pace et concordia terminavit. Exstat Joannis ipsius ad Hormisdam papam epistola, rei gestæ tempus subscriptione sua denotans, *data mense Martio, die xxviii, indict. xii, consulibus domno Justino imp. Augusto et Eutharico V. C. ara mlvii, id est anno Christi 519*. Cedrenus anno primo Justiniani, *Ἐπιστολῶν διὰ τὸν Ῥώμης ἐλθόντων διὰ τὸν Ὁρμισδοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, τῆ Βιταλιανῶ σπουδῆ, ἐπὶ ζῶντος Ἰωάννου τοῦ Καππαδοκίου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδὼν τετάρτην σύνοδον πρὸς ταῖς ἄλλαις τρισὶ σύνοδοις τοῖς διπτύχοις συντάξας. Cumque Roma venissent episcopi ab Hormisda Romano episcopo missi Vitaliani studio, cum adhuc viveret Joannes Cappadox episcopus Constantinopolis, quartam sacram synodum Chalcedonensem ad tres alias in dptychis adscripsit*. Liqueat ergo, quemnam principem hoc loco intelligat, quem Rom. antistitem, quem denique papam Constantinopolitanum.

^b Rex Burgundionum qui Gundobabo patri quarto abhinc anno successerat. Solebant his sæculis imperatores Romanarum dignitatum titulos exterarum gentium regibus honoris causa impertiri. Unde et Theodericum regem Gothorum et alios, magistros militum sæpe appellatos legimus; atque, ut hoc loco patriciatum Sigismundo delatum intelligimus, et pa-

aditum dupliciter sancta opportunitate prospexit. Cum enim, ut præcipuum sacerdotem, justo vos desiderio sitiremus, adjecit vir illustis Laurentius honorem vestri animis nostris, indicans apicibus suis omnino nihil quod quietem Orientalium populorum ambiguo caligante fuscaverat, redintegratæ pacis serenitate detersum: et eam cum Romano antistite vos habere concordiam, quam velut geminos apostolorum principes mundo assignare conveniat. Quis enim, qui vel catholicus dici potest, de tantarum ac talium Ecclesiarum pace non gaudeat, quas velut in cælo positum religionis signum pro gemino sidere mundus expectat? Quis non merito delectetur infirmantium reditu, incolumium statu, cum aliis ovibus intra claustra salvatis, illa quæ vitio errantis arbitrii fuerat evagata, cœlestibus caulibus lætitia plaudente revocatur? Custodite igitur, quasi patres, traditam vobis etiam super nos Ecclesiæ disciplinam. Concordiæ vestræ tantum opus est magisterio, quantum et exemplo. Quam caritatem populis suadebimus, si hanc in nostris rectoribus nesciamus? quid in corpore firmum videri poterit, quid nutat in vertice mancum? Ergo piam redeuntibus date, ne quis intentione pereat, prædicationem. Prospicite ne speculata signa tam fera bestia populetur, si ab unitate sensus vestri Roma dissulet. Memores vero nostri, quia si super dissensionem vestram sol occidat, damnus orientis est, prosperrimum quem supra dixi nuntium per fidelissimum virum ad notitiam nostram firmate rescripto: ut exspectans occidentalis ^c Ecclesia in sermonibus vestris donum cœlestis oraculi, quod se lætatur accepisse per condiscipulum, multiplicari sibi gaudeat per magistrum.

EPISTOLA VIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c EUSTORGIO EPISCOPO.

Adventu præsentium portitorum ecce jam secundo

triticium Theodericum eundem a Zenone creatum proditum est, sic ad Clodoveum regem Francorum, post victoriam Gothicam, codicillis de consulatione Anastasio missos testatur Gregorius Turon. lib. ii, cap. 38.

^c Mediolanensi, ut docet epistola Theoderici regis, quæ est nona lib. i Variarum apud Cassiodorum, et lib. ii, epistola 29, ad Adela comitem, his verbis: *Beatis imi viri Eustorgii episcopi sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ petitione permoti, præsentibus te asfutibus admonemus, ut prædis vel honoribus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis tuitionem studeas, salva civilitate, præstare*. De hoc Ennodii quoque interpretati sumus epigramma 149 de fonte baptisterii S. Stephani, et aqua quæ per columnas venit.

En sine nube pluit sub tectis imbre sereno,
Et cœli facies pura ministrat aquas.
Proflua marmoribus decurrunt flumina sacris,
Atque iterum rorem parturit ecce lapis.
Arida nam liquidos effundit pergula fontes,
Et rursus natis unda superna venit.
Sancta per æthereos emanat lympha recessus,
Eustorgi vatis ducta ministerio.

Id est, episcopi. Græcum ortu sunt qui Eustorgium faciunt ex nominis conjectura. Quod vero addunt Joannis Damasceni discipulum fuisse, absurdum est, cum tempora discrepent.

a te desiderandi reverendique affatus vestri dona venerunt; quæ tamen plus fierent prosperitate secunda, si fierent numerositate copiosa. Revera duplex in litteris vestris materia gratulationis accessit. Primum quod salvam mihi gratiam, sic etiam in vestro, sicut in vestrorum exstitit animo decessorum, hæreditario monstratis affectu. Deinde quod in eorum famulari negotio præcepistis, quo, dum tuendæ vel reparandæ libertatis curam geritis, etiam me non indignum tali ministerio censuistis. Impletum est igitur beatitudinis vestræ sanctum ac spiritale præceptum. Cumulastis oratione mercedem: interventu vestro pretiosius factum est pretium quod misistis. Victa est per reverentiam vestri in rigore barbarico humilitate inhumanitas, intercessione crudelitas, illatione cupiditas. Conjicimus qualiter illis prædicationibus duriores animos edomatis, cum interveniendi viribus absentia vobis sæxa sic frangitis. Visitatur opere vestro nostrarum ærumna regionum; et emanans ex largiendi thesauro irrigui fontis ubertas, cum Italiam rigaverit, aspergit et Galliam. Quapropter de penso salutationis honorificæ famulatu, me vestro intercessui vel favori votis præfusa supplicatione insinuo: optans licet in cunctis, mihi tamen specialibus causis litteras; in quibus sic vobis per misericordiam competat, ut etiam me per obedientiam vestrorum operum fructus attingat.

EPISTOLA IX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b CÆSARIO EPISCOPO.

Licet ipsa sese venerandi portitoris persona animis fraternæ caritatis insinuet, sanctus tamen Maximianus ^c autistes hanc peculiariter ad vos officii mei paginam petiit destinari; per quam me potius ab illo, quam illum a me commendari debere manifestum est. Et quia jubere dignatus est ut necessitates suas sermone meo panderem, nihil dicendum de peregrinationis labore suscepi; quia quantalibet vel temporum longitudine, vel itineris vastitate, genialis patriæ linquat habitaculum, peregrinus sacerdos dici non potest, ubi catholica reperiri Ecclesia potest. Quanquam nec illa vobis regionis suæ subversio quasi incognita exaggerari debeat; cum pietatem vestram, quærentem ubique misericordiæ aditus, non lateat ubi est miseræ locus. Principalis tamen ei, quantum

dignatur asserere causa veniendi est, ut peritiorum medicum quocunque perquirat, qui imbecillitati corporeorum luminum cujuscuque remedii arte succurrat. Quanquam religiosæ mentis intuitus, contemplandis magis spiritalibus occupatus, nec nimium exterioris hominis cæcitate perterritus, eo temperamento hanc, quantum comperi, curam requirat, ut amatoribus potius suis satisfacere in hujus studii necessitate contendat. Simul et ne videatur, per neglectæ sanitatis culpam, facultas in eo sacerdotalis officii reprehensibiliter minorata. Spem vero recipiendi obtutus, quantum arbitror, et ab exemplo requirit: quod scilicet Tobiam nostrum (*Tob. xi, 13-15*) caligantem quidem terrestribus, sed quæ mundo erant invisibilia contuentem, attentum æternæ luci, et jam pene dici mortalis immemorem, latens in angulo medicina reduxit per collyrium fellis ad dulcedinem sanitatis. Quocirca suscipite fratrem sinceritate solita reverentia digna: et si quid consolationis sancto debetur, impendite. Impletur autem commune desiderium, si etiam qualiscunque infirmitati medela provenerit. Quod certe si minus, saltem incorruptibilem vultum pietatis alternæ, nulli obnoxius cæcitati sacerdotalis conscientie oculus recognoscat.

EPISTOLA X.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^d MAGNO EPISCOPO.

Licet nulla quibus ad præsumendum hoc ipsum officium provocaret, vestri apostolatus scripta promeruerit, offerre me tamen paginam debiti famulatus, cum compellatione non jusseritis, opinione compellit. Siquidem ad occurrendum animis vestris, si non meremur aspectibus, fama trahimur, etiam dum absentia cohibemur. His additur, quod ita ærumnas infelicitum Gallorum consolatione consilii et largitate palpatis, ut sub specie ejus quam comperi misericordiæ, ad agnoscendam suorum necessitatem in Italiam festinantes, post longam peregrinationem, cum dnce Christo vestram meruerint videre personam, merito propriam credant intrare se patriam. Commendo quod superest regionis nostræ presbyterum, præsentis scilicet obsequii portitorem. Qui licet pro redimenda cujusdam propinqui sui filia laborem fatigationis aggressus sit, a quodam tamen nobili viro provinciali cum mea prosecutione directus est, ut præfati filium a comite Betanco, nomine Avulum,

^a Referenda hæc videntur ad reliquias captivorum, quos Gundobadus bello Ligustico ex Italia in Galliam abduxerat, ad quos redimendos missi a Theoderico rege Epiphanius Ticinensis, et Victor Taurinas legationem obierant; quem Ennodius in Epiphanii Vita describit.

^b Arelatensi, de quo ad ea quæ alias notavimus ad Ennodium præclarum addi potest elogium Floriani monachi in epistola ad Nicetium Trevirensem. *Sed et coronæ vestræ socium, inquit, beatæ memoriæ dominum Cæsarium Arelatensem episcopum, qui vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orphanorum, pastor egentium, qui tanti census effusione nil perdidit, catholicæ regulam disciplinæ dictis factisque demonstrans.* De hujus quoque in pascendis captivis avaritate ac fiducia in Deum, navibusque tritico plenis a Gundobado et Sigismundo regibus Burgundio-

num opportune, cum panes deessent, ad illum missis, narrat Messianus presbyter in libro II Vitæ S. Cæsarii.

^c Cujus sedis episcopus fuerit non liquet. Fuit quidem per hæc tempora Maximianus Perusinus antistes, cujus nomen legitur in synodis Romanis Symmachi papæ. Verum an in eum convenire possint quæ de Maximiano episcopo, ejusque patriæ, et oculorum incommodo hic dicuntur, ambiguum est.

^d Mediolanensi, Eustorgii, de quo proxime dictum, successori, Datiique decessori. Nam quod Datium nonnulli, dum Mediolanenses episcopos recensent, Magno præponunt, ordo est præposterus, qui ex hac ipsa epistola revincitur.

^e Theoderici regis Italiæ. Avulus vero, sive Avolos, præter hunc, nobilis, ut ait, viri provincialis filium, alios eodem sæculo habuit eadem provincia, ut

ante hos circiter quatuor annos pro pignore obsidatus assumptum, sub auxilio vestrae intercessionis requisitus ac revocet. Quod superest obsecro, ut digni illi beatitudinis vestrae rescripto, et illic exultantibus ingenuitatis statum reparabilem, et hic desiderantibus scribendi aditum doceatis esse communem.

EPISTOLA XI.

APOLLINARIS ^a EPISCOPUS AVITO VIENNENSI EPISCOPO GERMANO.

Satis licet jam poenarum dederit sera poenitudo, tamen ad diem festum ante alios nobis colendum, ne vicario quidem famulatu adesse merui. Qui devotionem non ostendi, vel satisfactionem deferre curavi. Ad quod vere ut confido ipso sum, beate et reverentissime domine, spiritu visitante communitus. Nam in ipsa sancta nocte, in visione nescio quid manibus meis hæserat, quod consedens juxta me fulgentissima, sed inusitato colore rubea columba vellebat. Cumque expergefactus, quotidianum quidem manuum mearum horrorem recognoscerem, sed purgari me immerito nihilominus meminisse, dum ipsum ambiguum mœstus mecum atque anxius volvo, repente quasi stimulo percussus, illico sum reliquati fenoris recordatus. Jam quæ me hinc confusio, quæve preserit amaritudo, pietas sancta perpendit. Aliquatenus tamen hac spe solatus sum, quod ignoscat quæ commonere dignata est, ut miserto mihi non omni sancti obsequii opportunitas fraudaretur. Unum tantum mixta debitis commemorationis ejus officiis supplicatio deposcit, ut hanc quoque indulgentiæ suæ partem sensibus vestrae, quæ in me plus jam justa est, imputationis inspiret.

EPISTOLA XII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS APOLLINARI EPISCOPO.

Apparet liquido quanta sit in vestro merito gratia Dei, aut quantus conjici debeat virtutum cumulus, ubi error ipse tam sanctus est. Nam dum justus accusator sui conatur in se convincere quod peccare non potuit, contentis humilitas crescit ad meritum, non confessionis veritas ad reatum. Excessisti fateor consuetudinem: sed pietatis augmento semper diei hujus meminisse dignamini. Dulcis a vobis venit sollicitudo; sed non incomparabiliter prævenit oblivio. Minus enim procul dubio salva observatione apparet effectus: sed ostendistis quanta spiritualitate vos exercere delectet, quod præterisse sic doluit. Vere secunda est dignitatem delicti vestri sancta re-

Avulum Segestericensem episcopum, et Avolum Aquarum Sextiarum, quorum ille in synodo IV Aurelianensi subscribit, hic in quinta.

^a Valentiniæ sedis antistes, Avito fratre natu major, de quo Agobardus ad Ludovicum imp. de Judaicis superstitionibus: *Sanctus Apollinaris episcopus Ecclesiæ Valentiniæ, quantus fuerit et sit, non solum gesta de eo scripta, sed et crebra ejus miracula usque hodie sublimiter testantur.* Epistolæ utriusque ideam est argumentum. Somnium nempe Apollinaris, quod ea illi nocte oblatum est, qua defunctæ sororis anniversarium Viennæ ipso absente celebrabatur.

^b Reiorum in provincia II, ut docent subscriptio-

velatio: et tale repertum est in dormiente supplicium, quale fuerat in vigilante peccatum. Ecce veritatem dico in Christo, non mentior, cum parturientibus lacrymas oculis legissem somnium quod vidistis, omnis mentem meam subiit necessitudinis recordatio præmissarum, quibus per visitationem vestram honorem dependere nos admonitos intellexi. Porro autem de ipsa revelatione quid senserim, in simplicitate depromo. Sic ergo inquis: Nam in ipsa nocte sancta in qua scilicet germanæ communis depositio celebrabatur, nescio quid manibus meis hæserat, quod consedens juxta me fulgentissima, sed inusitato colore rubea columba vellebat. At vero, cum juxta te pietas tua, nec longe avolans, celeri recordatione consedit, debitum quod sanctissime tu, piissime propinquorum, tu, inquam, merito hæc columba sentires, fulgentissima, cum simplicitate sic luceas, inusitato colore rubrata, cum innocens singulariter quasi propriis compuncta stimulis erubescas. Ampliastis ergo quidem, ut supra dictum est, fenus assuetum: nec illud tamen consuetudini defuit quod putastis. Nam nocti ipsi quam vos excitante Christo non licuit oblivisci, adhuc de abundantia superioris anni vestra nihilominus luxit oblatio. Sic ex quodam supernæ benedictionis irriguo, quod impenditis annis singulis, sufficit multis. Deum quæso ut hoc etiam mihi pietas vestra quandoque dependat.

EPISTOLA XIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b CONTUMELIOSO EPISCOPO.

Quantum, vobis apud Deum suffragantibus, qualiscunque voti mei dies propinquatur, tantum animi mei desiderium pudorque decertant. Benedictionem quippe flagito operi imperfecto. Esset quantalacunque excusatio, si in eo inertæ meæ noxam velaret ac tegetet magnitudo. Nunc vero exiguo pariter atque impolito quid potest esse deformius? Unum igitur est, quod trepidantem animum audaci solatur hortatu, vestro scilicet, si nos Deus exaudire dignatur, adventu cuncta in melius esse vertenda. Neque enim est quod non possitis aut orantulo componere, aut perorando excusare. Tantum sicut de compertæ pietatis voto certi sumus, ita prævio præstolæ visitationis nuntio gaudeamus.

EPISTOLA XIV.

VICTURIUS ^c EPISCOPUS AVITO EPISCOPO.

Ad separandum a tritico lolium in area Domini

nes synodi Arelatensis IV, Carpentoratensis et Vassensis II. Doctrina excultum hominem fuisse argumentum est, quod Avitus hunc inter librorum suorum censors et arbitros delegerit. Mores autem illaudatos probavit, tum Cæsarii ejusque synodi, tum sedis apostolicæ judicium, cujus sententia Contumeliosus episcopatu ob flagitium dejectus, atque in monasterium retrusus est, ut in primo tomo conciliorum Galliæ videre est.

^c Gratianopolitanus. Nec enim dubito quin is sit qui in epistola 6 dictus est Victorius, atque ita quoque nominatur in epistola 16 et in aliis. Hic ergo Avito Viennensi, tanquam suffraganeæ provinciæ

ordinationis vestrae ventilabra poscenda sunt: quia A ille qui vobis constituit tenere loci principis principatum, nos voluit exsequi quod praeceperitis in opere, quod autem operandum est vos jubere. Quidam enim civium, ut nunc delatum est, ante quamplures annos sorori se defunctae conjugis in matrimonio se sociavit, quod ego nunc sub multorum praesentia aditus audivi. Accusator tanti criminis, non occulta susurratione atrocis facti disseruit qualitatem, sed ipso coram qui gessit ista proposuit. Quique eodem quo illicita praesumpsit ausu, qui studio a vobis dispensantibus miserabilis propemodum non negavit. Proinde qua sit abstinendus conditione praecipite: sive ut pariter lugeant, vel si est indicenda sequestratio, vel qui modus poenitentiae, edocete. Nam non est, ut puto, minus in conjugio germanam conjugis, B quam uxorem fratris asciri. Vos tamen, ut suggessi, statuite quod videtur: quia praeter ordinationem vestram, de tali causa quid pronuntiari conveniat vix decerno. Communioni nempe eum trepide subtraho, vel permitto, nisi auctoritate vestra roboratus extitero.

EPISTOLA XV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VICTORIO EPISCOPO.

Probatæ summæque pietatis est, ut de causis ad pontificium vestrum pertinentibus meum quoque consilium consulendum esse ducatis. Quod facere vos non, ut dixistis, ambiguitatis animo, sed dilectionis ostenditis. Quapropter contra culpam quam litteris indicastis, arbitror merito vos moveri. Quis enim vel laicus non advertat, non sine grandi macula fieri C de affinitatis propinquitate conjugium? Unde licet sollicitudini vestrae justissimus dolor de necessitate ipsius districtiois incumbat, salubriter tamen exasperatur in temporaneis, quem salvari cupimus in æternis. * Oportet ergo hominem maritum duarum scilicet germanarum, non irrevocabili anathemate percanti, sed propositis observationibus, interim ab Ecclesia sequestrari. Et quia indicatis, laboriosum ipsum ante multos jam annos illicitam secundæ uxoris copulam fuisse sortitum, sufficiat impune bacchatum longo tempore crimen incesti. Nihil hic quasi

suae antistiti respondet, quid de illo statuendum qui defunctæ uxoris sororem sibi in matrimonio sociarat. Civis hic erat Gratianopolitanus, ut patet ex epist. 14, Vincomalus nomine, ut est in 16. Par porro eodem tempore eodemque in regno Burgundionum, incestus fuit Stephani, ex officio Sigismundi regis fisco præpositi, qui Palladium defunctæ itidem conjugis sororem sibi copularat. Qua de re in concilio Lugdunensi et in Vita sancti Apollinaris Valentiniæ sedis episcopi.

* Græcorum olim Latinorumque in coercendis incestis par disciplina. De duarum enim sororum maritis Græcorum morem qui legis vim obtinebat, exponit S. Basilii epistola 197 ad Diodorum, Ἐάν τις πάθει ἀκαθαρσίας ποτὶ κρατηθῆς ἐκπέση πρὸς δύοιν ἀδελφῶν ἀθεσμον κοινωνίαν, μήτε γάμον ἡγείσθαι τοῦτο, μηδ' ὄλωσ' εἰς ἐκκλησιαστικὸν πλήρωμα παραδίχισθαι, πρότερον ἢ διαλύσαι ἀπ' ἑλλήλων. Si quis affectu immunditiæ correptus, in illicitam duarum sororum communicationem exorbitaverit, id neque conjugium esse censendum, neque talem ad ecclesiasticum cætum admit-

PATROL. LIX.

timore divortii dubitetis, sed merito censetur separatio legitima, ubi exstitit conjunctio criminosa. Utrique si videtur ergo, dum in tam infelici obstinatione persistunt, notam excommunicationis indicite, donec a consortio criminali publica poenitentiae professione dissuescant: et tum, miserantibus vobis, ad timoris et correctionis exemplum, gratiam reconciliationis accipiant. Ego certe sinceritati vestrae quod rationabile credidi, quia tanti habuistis jubere, suggessi. b Auctoritatis vestrae est, errantium compunctione perspecta, severitatis ordinem temperare. Quos tamen æstimo, si veraciter compunguntur, supra scriptis conditionibus parituros.

EPISTOLA XVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VICTORIO EPISCOPO.

Cautelæ et caritati satisfacitis, dum me aliquid interrogando, non minus onerare quam honorare dignamini. Sed cum noveretis recte vos, si non de peritiâ mea, saltem de amicitia judicare: nec aliquid vobis unquam responsione mea suggeri, nisi quod volo a Viennensi Ecclesia custodiri. Secutus est ergo, ut indicastis, filium nostrum diaconum Vincomalus: quem Deus tribuat ut in bono vincatis malum. Vidî hominem nimie crudum cujus miseris constat vix quemquam posse misereri. Juvenis virtute, senex fide, ævo friget, adulterio calet. Quid multis? optandum est ut per voluntatem disparabilem, non quam libet perire, tam liceat. Nam cum adhortatorie plus quam aspere, pro incesti facinore culparetur, severitatem nostram sola præscriptione tarditatis accusans, sero nos illicitæ jurgationis tricennale consortium damnasse causatus est. Ad hunc locum cessi, fateor, impudenti: quod scilicet sui dilectione sententiam differentes, maluissemus correctionem viri compunctioni ipsius voluntatique servare: ac perinde justum esse, ut post spatia tot annorum vel criminalia restringeret, qui refrænare jam longævitas accessu etiam legitima debuisset. Ad hæc, ut sentire me credidi, non compunctus, sed confusus ingemuit, promittere aliquantisper aggressus, mulierem cohabitationis indignæ ab accessu speculæ suo protinus coercendam. Suasi respondens

tendum, prius quam ab invicem dirimantur. Apud Latinos vero qui mos fuerit, multorum instar, quia omnes consentiunt, canon est 30 concilii Epaonensis: *Incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint.* Inter incestos autem numerat, *Si quis germanam uxoris suæ acceperit.* Avitus ergo in hoc genere quatuor distinguit, excommunicationem, separationem, poenitentiam publicam et reconciliationem: ita ut excommunicationis nota inurantur donec segregentur, et segregati poenitentiam agant, ut reconciliationis gratiam accipiant.

b In potestate enim et arbitrio est episcopi, erga poenitentes, perspecta eorum compunctione, humanius atque indulgentius agere, et severitatis ordinem temperare, ita ut maturius illos ad communionem recipiant. Synodi Ancyranæ canone 2, et concilii Arelatensis II, canone 10. At contra, negligentiores poenitentes tardius reconciliandos sancit Carthaginense IV, canone 75.

ut vobis ista promitteret, et facti pœnitens eo se solvi quo ligatus fuerat posuisset. Tamen, quia iussistis ut quicquid sensui meo videatur aperiam, a sufficiat censuræ vestræ separatio personarum: sciudatur infelix conjugium innocentiore divortio: sufficiat dis-
 trictionis fructui terminus mali. Nec sane promissio ejus fidelis putetur, cujus vita existit infidelis. Ipsi fidei-jussoribus emendatio secutura credatur, quibus intercedentibus prior culpa laxabitur. De cætero autem, quod ad pœnitentiam exspectat, moneatur interim agere, accipere non cogatur. Sufficiunt infelici crimina sua; nec ingeratur laborioso cum respuit, quod tam instabili animo vix committi debuerat si petisset. Cesset a fragilitate perfidia: nec subeat in carnalitatibus cumulum rebellionis augmentum. Si jubetis, breviter ad ultimum suggero. Excussus ab scelere, suscipiatur ad veniam; patiat pœnitentiam, cum perdit peccandi occasionem: profiteatur, cum amiserit voluntatem.

EPISTOLA XVII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b VIVENTIULO PRESBYTERO.

Dupliciter pietatis plenum est quod fecistis, dum veniendo Lugdunum, hucque mittendo, studuistis de duobus fratribus illic requirere infirmum, istic visitare sollicitum. Nec a vobis propositum intermissum esse putabitur, cum vos religioso fratri plus in affectu atque honore debentibus spiritualis officii hujus conversus, etiamsi non poposcisset ægrotus: quippe cum sacerdotis germani jure vel adhortationem novitas quæreret, etiamsi consolatione anxietas non egeret. Proinde laborem justa fatigatione susceptum prorsus excusare desistite, ne videamini ad hunc arripiendi vel definiendi ambiguitate peccasse. Jam vero qualiter dignas pro transmissio munere gratias agam, votis me magis sentio, invenire quam litteris. Illud quoque ut de eremo talia proferri posse dicatis, elegantia quadam desideria hominum ad locum vestræ cohabitationis attrahitis. Qui procul dubio, personæ vestræ sollicitudine, institutione, doctrina, etiamsi inventa sit eremus, fieret paradisos. Quapropter pro sella quam transmisistis, cathedræ vicisitudinem imprecans, quæso ut nutantem ^c scholam cari communis Eugendi, et non minimum, quantum ad statum suum attinet, præsule viduatam, spirituali solatio, et sacerdotali magisterio foveatis. Neque

^a Superiorem sententiam suam temperat, et mitius decernit. Duo enim superius exigebat, separationem et publicam pœnitentiam: nunc separatione sola contentus, de pœnitentia suggerit, ut eam agere moneatur, accipere non cogatur.

^b Qui Lugdunensis postea fuit episcopus, ut docet epistola 52. Nunc cum Lugdunum ex Jurensi eremo venisset, Apollinaremque Aviti fratrem, novum episcopum ibi ægrotantem visitas et, Avitum quoque ipsum Cæstinao nuntio consolari studuit. Quo nomine gratias illi agit, simulque pro transmissa sella: cujus vice cathedram ipsi, hoc est episcopatum imprecatur, quem Lugduni postea sortitus est.

^c Quod nunc est monasterium sancti Claudii in Jura monte. Eugendi nomen, quod in codice nostro desiderabatur, supplevimus ex schedis Thuaneis. Quo tempore autem vita fuuctus sit, hæc epistola nos do-

illud ab impendenda caritate vos retineat [Al. lect. retrahat], quod simplicitatis magis, ut arbitror, quam abusionis animo, minus digne ab eis cura vestræ ordinationis ambitur: ut ad majora, et præstante Deo cupimus, gubernacula provehendi, et ad duplicanda quinque talenta de duobus additis assurgentes, probati in secundo gradu fideles, et maximus hanc secreti conscientia feratis ad populos, ut quo in aliis fraterna dissensio potuisset eremum facere, in vobis studuerit paterna dilectio monasterium continere.

^d EPISTOLA XVIII.

* * * * *

Unde, etiamsi pignus reliquiarum sacræ crucis putamus esse vobiscum, a sancto tamen Æliæ urbis antistite hanc specialiter munificentiam credimus expetendam. Qui revera sacramenti istius veram et inviolabilem puritatem loci administratione conservans, sic desiderabili potens est impertire nos dono, ut ab omni cunctationis absolvat ambiguo. Qua de re plurimum pagina famulante depono, ut ad prælatæ ecclesiæ sacerdotem litteras apostolatus vester tribuat portitori: quatenus gemina nobis veniat benedictione firmamentum, quod ecclesiarum præminentium mundo, vel consulta sedis vestræ auctoritas respondebit, vel humanitas illius obsecrata porrexerit.

EPISTOLA XIX.

DOMNUS ^a GUNDOBADUS REX AVITO VIENNENSI EPISCOPO.

De prophetica lectione sanctitatem vestram censi consulendam, cujus lectionis exemplar subter adje. i. Et ideo utrum jam tempora ista fuerint, an futura sint, scripto vestro declarare dignemini: *Ex Sion procedet lex, et verbum Domini ex Hierusalem; et iudicabit inter plebes multas, et redarguet gentes validas usque longe; et concident gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces; et jam non extollet gens super gentem gladium, et jam non stabunt belligerare (Isai. 11, 3, 4). Et: Requiescet unusquisque sub vinea sua, et sub ficu sua; et non erit qui in timorem mittat eos (III Reg. 19, 23).*

EPISTOLA XX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a DOMNO GUNDOBADO REGI.

Licet de lectione prophetica scitis magis, inter quos ipse profiteri non audeo, debueritis consulere

et. Vacuam ergo et rectore destitutam scholam Eugendi Viventiulo suadet ut capessat, ut in secundo gradu presbyteri probatus, ad majora gubernacula provehatur, hoc est, ad primum gradum episcoporum.

^d Quam multa hoc loco desint statui non potest. Titulum vero epistolæ conjicio fuisse ad Symmachum papam. Æliæ autem, id est Hierosolymorum, antistitem Heliam intelligi, qui sedem illam tunc regebat. Ad hunc eret, pro impetrando sanctæ Crucis munere eum scriberet Avitus, Symmachi quoque intercessionem qua voti compos fieret, expetit. Sed Aviti ad Heliam epistola desideratur.

^e Solebat Avitus, ut Azobardus testatur, et exemplo manifestum est, cum rege Gundobado frequenter de fide, non solum coram disserere, sed absenti quoque per epistolas respondere.

sacerdotes : opto tamen Jussioni vestrae satisfacere A vel obedientia, etsi nequeo respondere doctrina. Ita quod indicari vobis jubetis, etiam textu, ne dicam expositione prolixum est : et majorem disputationis vacationem postulat, quam succincta celeritas rescripti epistolariis admittat. Et idcirco quanta possum brevitate respondeo, quod ex propheta Isaia directae ad me termino paginae subdidistis, jam dudum, id est tempore dominicae incarnationis impletum. Nam cum dicat : *Ex Sion egredietur lex, et verbum Domini ex Hierusalem (Isai. ii, 3)*, tractate diligentius, an quae adhuc expectari debeat promulgandae legis resisteret auctoritas : a certe post Verbum Dei quod caro factum est, ut per nativitatem corporis habitaret in nobis, si adhuc ex Hierusalem aliud verbum sperandum est, istud quod supra diximus unicum non est. B Unde incunctanter in eo quem proposuistis loco sermo patris Christus, et lex Christiana praedicata est. Quia cum duae leges sint, id est Judaica, quae praecessit, et nostra, quae sequitur, et illa vetusta jam etiam prophetarum temporibus diceretur, videtis ab Isaia istam tantummodo nuntiari, quae vocatione gentium magisterio Christi ducentis exorta est. Unde sequitur, *et judicabit inter medium gentium, et increpabit populos multos*; quos ex cunctis cognationibus terrae intra unam Ecclesiam Dominus noster judicando instituit, et arguendo convertit. Quod vero ait, *concidit gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces*, licet possit de corporea aetate Domini in qua per orbem quietum inconvulsa pax floruit, aliquantisper intelligi, evidentius hoc tamen Christianis fidelibus coaptatur, quorum cum majori numero desitae defuerit usus, quem in perniciem hominis malitia primae nativitatis armaverat, ad usum salutis vitalemque culturam nativitas secunda convertat. Nam cum in Evangelio de fine saeculi praedicetur : *Exsurget gens contra gentem, et regnum contra regnum (Marc. xiii, 8)* : et ex ipsis malorum indicia inminere jam pene mundi terminum colligamus, nisi quod supra dixi de catholicis figuratiter accipiatur, nescio ut quid post saeculi finem obtusa telorum acies in ligones et vomeres commutetur. Illud vero quod innolectionis jussistis adjungi, id est, *requiescet unusquisque sub vite sua et sub ficu (III Reg. iv, 25)*, nec esse in eadem lectione, nec ad causam de qua consuluitis suggero pertinere. Quod tamen temporibus prius C Judaeorum populo, meriti alternante distantia, frequenter, aut pro peccati emendatione concessum, aut rursus pro succedentium culparum castigatione sublatum est.

^a Verbum Domini pro Deo Verbo sumit : quae interpretatio ab Isaiae sensu hoc loco aliena est, et a Theodoro nostro refellitur. Λόγον γάρ ἑνταῦθα οὐ Λόγον Θεῶν καλεῖ, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγον διδασκαλίαν. Οὐ γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ Σιών ἐκλήθη, ἀλλ' ἐν τῷ Σιών τῶν ἀληθινῶν ἐξεπαίδευσεν. Sermonem enim hoc loco vocat, non Deum Verbum, sed Dei Verbi doctrinam. Neque enim ex Sion exivit Deus Verbum, sed in Sion veritatem docuit.

EPISTOLA XXI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b DOMNO SIGISMUNDO.

Quod me de colloctione regali ad notitiam vestram non detulisse culpatis, occursum meo exacta festivitate servaveram : quia revera indicari vobis literario famulatu cuncta per ordinem, disceptationis prolixitas perplexitasque non patitur. Nam quantum in animis domini mei, patris vestri, sensisse me puto, fervet in ejus studio conflictata otii fronte certamen. Nam quod credebamus animositate deposita, silentio temperante, subitam opportunitatem potius quam quietem requirens, non cessavit praeterita induciarum brevitate, sed latuit. Adeo ut nec ipsa contentionis arma quae quasi jam in nostra regione defecerant, poscantur extrinsecus, vel usque ad reditum legatorum suorum fervor meditationis expectat. Redeunti igitur mihi de eo quod notis itinere, nec aliquid interim de hujusmodi propositionibus opinanti, quidquid per implicatissimos quaestionum mendacium nodos longo spatio sagax industria potuit arare, commotum est. Fervet validus prolixa disputatione tractatus : placidus tamen, nec aliquid a supercilio dominandi turbulentae commotionis interserens; sed curavit consulte, necessitatis opportunitate provisa et rei, ut quicumque contentionis fasset eventus, nec superatum pateretur erubescere. Quid multis? sine jactantia vobis libere dico, ad proposita, quantum mihi videtur, quod si audissetis potuit placere suggestum est. Quod sane vereor audientis plus judicio satisfacere quam studio placuisse. Sed cum praesentiam vestram, Deo largiente, meruero, per me seriem totius altercationis exponam. Interim sermonis cursum de fine colligite, et ex eo quod discedenti mihi praecipit, utrum ad responsa motus fuerit aestimate. Jussit namque, ut quodcumque de Scripturis nostris testimonium ad interrogata protuleram, seu si forte occurrisset et aliud, ad singula quae tempore colloctionis aptaveram, subnotata ei ordinataque transmitterem. Quod cum sibi ex maxima parte pronuntiaret incognitum, adjecit simpliciter sic scriptum misissem [*forte misisse*] sacerdotibus, imo magis seductoribus, ut adhuc verius dicamus sectatoribus suis. Unde conjicere pietas vestra potest, quanquam intento contradictori, tamen arbitro sapienti, non invalida vel absque viribus visa quibus intentionem suorum, etsi non optat corrigi, desiderat fatigari. Ego autem, licet sciens, quantum potestibus divino quoque jussu, frequenter et regibus, pro veritate non ceditur, utrum parerem diu dubius fluctuavi : sciens, certe hominis animum timens,

^b Hic unus est ex illis d'alogis et colloctionibus quas cum rege Gundobado frequentatis ab Avito ex Agobardi verbis didicimus. F ebant haec porro tunc cum rege ipso, tunc illo praesente cum ejus sacerdotibus Arianis episcopis, ut hoc loco. Qua de re autem instituta fuerit haec disputatio non significat. Pauca enim de contentionis exitu commemorasse contentus, totius altercationis seriem coram, cum ad Sigi mundum venerit, expositurum se promittit.

nunquam me per hæc satisfactorum, nec minus ab eo cavendum, quam ab hoste, dum adversa acies odia privata publica obsidione circumdat. At quo Deo præstante polletis, fastigio culminis, studio religionis, privilegio auctoritatis, vallatam muris discordiam propulsete; et furentia in castris, velut per campos Æmathiæ, plus quam civilia bella dispergite. Quia cum jam dudum simus pondere duplicato, et clamantium querimonia, et non audientium duritia fatigati; æquum est, si dignamini, vestram quoque severitatem, aut illic castigandis consulere, aut hic erubescens condolare.

EPISTOLA XXII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a APOLLINARI
ILLUSTRISSIMO.

Fecit pietas vestra rem sollicitam, sollicitudinem tam porrigendo de nobis, quam de vobis nostram credendo. Nam revera nuntio vestri discessus accepto, in summo metu trepidatione perpendimus: quia nobis diversis nuntiis dicebatur, vos dominorum quibus observatis accitu, cunctos pariter evocatos. Unde faciebat hoc meorum conscientia peccatorum, ut quantum mihi pauciores remanserant, tanto intelligerem remanentibus plus timendum. Sed Deo gratias, qui prospero reditu, in lætitiâ vestros, vosque revocavit in patriam. Servet Christus hanc, quod superest, desideriis communibus libertatem, ut nobis et consolari absentiam vestram sit possibile, et ad præsentiam pervenire.

EPISTOLA XXIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b PAPÆ HIERSOLYMITANO.

Exercet apostolatus vester concessos a Divinitate primatus, et quod principem locum in universali Ecclesia teneat, non privilegiis solum studet monstrare, sed meritis. Ornat pariter legem nostram cathedra vestra, cathedramque persona. Unde obligatus dignationi vestræ debito largitatis, per ipsum de-

^a Huic jungenda est epist. 44 ad eundem, ut opinor, Apollinarem Sidonii filium scripta, tametsi vir illustris in ea nuncupetur, in hac illustrissimus. Parebant autem Arverni hoc tempore Wisigothis, eorumque regi Alarico, filio Eurici, cui dediti a Nepote Augusto fuerant ex fœdere. Domini ergo quibus observabant, hoc loco Wisigothis, pro quibus et in pugna Voclodensium, cum a Clodoveo cæsus est Alaricus, dimicasse cum Arvernensibus suis ducem Apollinarem, testis est Gregorius Turonensis.

^b Helicæ, qui Helicæ urbis antistes dictus in epistola 18. Gratias huic agit pro accepto munere quod superioribus litteris ambiebat: pro sacræ nimirum crucis particula, non mole, ut inquit, sed salutis pretio æstimanda. Sic enim et Paulinus Nolanus epistola 15 cum de crucis ejusdem particula quam Hierosolymis per Melaniam acceperat, modicum segmentum mitteret ad Severum et Bassulam: *Accipite, inquit, magnum in modico munus, et in segmento pene atomo hastulæ brevis, sumite munimentum præsentis et pignus æternæ salutis.*

^c Lugdunensi, qui, ut antiquæ tabulæ docent, Rusticio episcopo successit, successoremque habuit Vientiolium. Lupicium enim, qui Stephano subijci a recentioribus solet, ante Rusticum in iisdem tabulis post Patientem collocatur Ad Stephanum hunc, ut alias monui, scripta exstat epistola Ennodii lib. III, 17. Eidem scribit item, ut fallor, Ruricius Lemovi-

pendo gratiarum vota, per quem ad munera pervenerunt, non quantitatibus pretiis, sed salutis præmiis æstimanda. Ditastis namque sanctificationis opibus pauperiem orbis extremi, et obscuritatem solis occidui participato nobiscum fulgidi ortus lumine contigistis. Tersit a provinciis nostris torpentis religionis rubiginem claritas doni: quæ boni semper currentis irriguo, fidem nostram contemplatione munerata est, cum patefactis a pietate vestra penetralibus cœlestium thesaurorum, quidquid catholici credere jubemur inspeximus. Orate quod superest, ut dignis talia miseritis: commendate nos mysteriis, quæ nobis committere duxistis. Ædificetur his devotio nostra, regio defendatur: ut indulto nobis pignore salutari, quos terrestribus Hierosolymæ non censuistis indignos, supernæ a cœlestis habitaculo reddatis idoneos.

EPISTOLA XXIV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c STEPHANO EPISCOPO.

Quamlibet attentis culturæ dominicæ famulis, inter assidua plantandi studia, semper etiam quæ succidi expedit oriuntur. Ergo perjugibus sollicitudinis vestræ studiis opportunissimum his operibus acquirendæ salutis fenus accrescit. Sed ^d inter lolium Ariani germinis, numerosa quod pejus est corruptione diffusum, conjicere neque, unde sese facies seminis inimici, non quidem nova, sed satis rara, monstraverit, quis transmarina contagia orbi nitido ventus attulerit. Sed Deo gubernante vos, nullo futa solamine, parum labes ista metuenda est. Non habet de multitudine tempestas profectum, nec tenuis perficit aura naufragium. Quocirca Donatistarum nomen, ne diu in loco vivere possit alieno, benedictione protinus sepelire vitali. In ipso fomitis sui ortu peregrinantis igniculi frigescat incendium. De quo ne vel famæ fumus narem Gallicæ innocentis aspergat, manus impositionem personæ de qua scriptis adhi-

censis lib. II, epist. 51, etsi episcopi nomen in titulo est omissum.

^d Arianorum hæresim his temporibus in Gallia fovebant Wisigothi et Burgundiones, utriusque ea labe infecti. Unde et Avito crebra cum Arianis de fide certamina, et libri contra Arianos ab eodem editi. At Donatistarum nomen unius fere Africæ in qua natum erat, finibus se continuit, et vix unquam ad alias gentes pervasit, si Romam excipias, ubi Montenses vocabantur.

^e Conversis ab hæresi manus imponebatur, ut Spiritum sanctum acciperent, quem ab hæreticis accipere non potuerant. Concilium Arelatense I, can. 8: *Si ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, et perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum.* Leo Magnus ad Rusticum Narbonensem inquis. 18 de iis qui parvuli ab hæreticis baptizati sunt: *Rebaptizandi non sunt, sed per manus impositionem, invocata virtute Spiritus sancti, quem ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.* Idem ad Nicetam Aquileiensem cap. 7: *Qui baptismum ab hæreticis acceperunt, sola invocatione sancti Spiritus per impositionem manuum confirmandi sunt, ut quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur:* quia Spiritus sanctus, ut est apud Augustinum lib. III de Baptismo contra Donatistas, cap. 16, in sola catholica per manus imposi-

betē, interdicta nominis ipsius in posterum, si ex corde convertitur, mentione: ^a quam constat, si revera in supra dicti schismatis professione versata est, ^b cum ministerio baptismatis etiam chrismate consignatam. Hoc certe eos in regione illa observare manifestum est. In qua primum Deus tribuat, ut quicumque hujus erroris fuerint corrigantur: tum deinde a nobis tam secunda distante quam patria, jam ad partem nostram, qui salvandi noluerint, agnosendi transire non possint.

EPISTOLA XXV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c APOLLINARI EPISCOPO.

Jubetis, et voti est, ut cultibus novis pariterque consuetis studiis geminæ dedicationis occurrā. Sed vereor ne nos hoc teneat, quod potestates diutius tenuistis. Orate tamen ut par desiderio succedat effectus. Nisi forte illam magis expensam numeras, quæ penū adhuc frigente animis tuis calet. Quocirca licet paucos rogasse te dicas, licet laxato aulico conventu, relevatum esse te gaudeas: si qua tamen mihi excurrendi copia fiet, vel invitos qui supervenerint invitabis. Providebit Deus epulas multitudini tibi convivæ. Ibi pauperum cibus, olei cado et farris hydra persistente, cumulabitur. Ibi si vel quinque panes fuerint, geminum piscem providisse sufficiat. Illud autem sicut post hæc miraculorum experimenta promitto, quod Christo pauperum suorum conventui minime defuturo, quanto plura populorum millia collegeris, pures copiosos reportabis. Apud filium nostrum vero qui, sicut scribitis, reconciliationem mutuam dignatur ambire, vos estote vadimonio, quod si ille pacifico voto agere cupit, ego et amico: si ille discordiam poscit tolli, ego cupio concordiam

tionem dari dicitur. De hac igitur manus impositione qua datur Spiritus sanctus, hic sermo est, ne quis de alia fortasse interpretandum putet.

^a Quasi dicat chrismandum etiam fuisse, nisi chrismatus jam esset. Adhibebatur enim in recipiendis hæreticis, præter impositionem manuum, chrismatis quoque consignatio. Cujus moris apud Gregorium Turon. illustra sunt exempli, in Lantilde Clodovei regis sorore, quæ ex hæresi Ariana conversa chrismata est, lib. II Historiæ Franc. cap. 31, in Brunichilde et Gosuvinta sororibus lib. IV, cap. 27 et 28; in Hermenichildo rege Gothorum in Hispania lib. V, cap. 39; in Chararico denique Suevorum rege in Gallæcia, de quo Gregorius idem de Miraculis S. Martini lib. I, cap. 6: *Rex, inquit, unitatem Patris et Filii et Spiritus sancti confessus, cum omni domo sua chrismatus est.* Cæterum chrismato conversis tum adhibebatur, cum in hæresi chrismati non fuerant.

^b Chrismatis consignationem more antiquo cum baptismate conjungit, eandemque ab impositione manuum qua datur Spiritus sanctus, divellit ac separat. Qua de re alias fuse disputatum est, cum canonem Arausicanum explanarem. Quod vero affirmat Avitus, cum baptismate chrismate solitos Donatistas, ex Optato et Augustino perspicuum est. Trium enim cum apud illos, perinde ac in Ecclesia catholica celebrantur, baptismus, chrismato et manuum impositio; horum duo priora, quando ad Ecclesiam redibant, non iterabantur, sed intacta permanebant, contra quam fieri ab ipsis soleret, qui catholicorum et baptismum et chrisma exsecrabantur, et utrumque iterabant. Optato lib. VII: *Quod a vobis unctum est,*

confirmari. Tamen homo ordinis mei, quem nec falli nec fallere decet, crediturus catholico senatori, non ad hoc solum securus incipiat fieri, ut incautus valeat inveniri.

EPISTOLA XXVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^d CUIDAM.

Epistolas vestras post longum tempus accepi, in quibus me servandæ caritatis, quamlibet noveritis tristem, nec sic debeatis credere negligentem. Nam vere testis Deus est quod ex magnitudine vestri affectus sit animo meo major et gemitus. Nec valeo sine grandi vobis dolore suggerere quam gravi sanctitas vestra, date veniam, facilitate præventa sit. Instruxistis adversarios armis vestris, prodidistis imperfectis secreta nostra, cantastis canticum Domini in terra aliena (*Psalm. cxxxvi, 4*). Protulistis velut vasa dominica (*Dan. v, 3*) spectaculo convivali quæ irident; exposuistis velut nudatum Noe (*Gen. ix, 22*) cachinnis nunquam opprobrio carituris. Si retinent aut sequuntur, periculose subrexit qualitas veritati. Certe si pretiosum vobis erat quod publicari debere putatum est, terrere vel Ezechie regis culpa (*IV Reg. xx, 13*) vos debuit, quem jactantiæ odore peccantem propheta redarguit (*Isai. xxxix, 5, 6*). Sed cum trepidationem istam dicatis animo convertentis abstersam, justum est ut cum exultatione dicamus. *Hæc est mutatio dexteræ Excelsi (Psalm. lxxvi, 41)*. Nam quod vobis inaniter contradicunt belluæ sic minaces, Deo protegente, quod debiles, quasque plus mirum est carere dentibus, et furoribus pasci: qui cum gemerent perditionis suæ perire discipulos, perdere incipiunt et magistros. Salubriter coram Deo vel hominibus lucra talia conquiruntur. Nihil in re-

male servamus quale suscepimus. Et post alia: *Seduxistis homines, rebaptizastis, iterum unxistis.* Tertium tantum, id est, impositionem manuum, ob eam quam diximus causam repetebant, quod Spiritum sanctum hæretici dare non possint. Sanctus Augustinus de baptismo Donatistarum lib. III: *Manus autem impositio, non sicut baptismus repeli non potest. Quid est enim aliud, nisi oratio super hominem? quia per orationem videlicet manusque impositionem, baptizati a præpositis Ecclesiæ Spiritum sanctum apostolico more accipiebant.*

^c Fratri, Valentiniæ urbis, ut ad epistolam II dictum est, antistiti. Cum hac epistola comparanda est Sidonii epist. 15, lib. IV ad Elaphium, a quo pariter invitatus ad novæ ecclesiæ dedicationem, pari elegantia se adfuturum spondet, hospitumque undique affluentium multitudinem prædicat.

^d Episcopo, ut apparet, cujus nomini parit, de nimia illum facilitate reprehendens, quod secreta nostra imperfectis, hoc est hæreticis prodiderit. De episcopo autem ab hæresi converso, respondet posse in ecclesia nostra, si aliud nihil officit, ad quemlibet sacerdotii gradum assumi. Quo quidem exemplo, et Symposium atque Dictinium hæreticos episcopos, Priscilliani hæresim damnantes, retenta dignitate receptos legimus in concilio primo Toletano, et de clericis hæreticis qui ad fidem catholicam veniunt, universim eantem est in concilio Aurelianensi can. 10: *Ut si fideliter convertuntur et fidem catholicam integre confitentur, officium suscipiant suo eos episcopus dignos esse censuerit.*

et piendo expetente violentum est : ut volentis devotionem benedictio præstanda confirmet, non est rapina, sed gratia : quod Christus dignatur accipere, dici non possumus invasisse. De reliquo autem, quod me super conversi statu creditis consulendum, definitio inspiratione divina, ad quemlibet sacerdotii gradum hominem posse consurgere, si non est aut in ratione conjugii, aut in quacunque regula moribusque quod prohibeat clericatum. Cur enim non pascat Christi gregein, qui sapienter advertit oves non esse quas paverat? quique quia non fur latroque, merito pastor futurus per ostia ingressus elegit altaria? Quare non fiat in sacerdotio nostro erectus, qui amore humilitatis a suo voluit esse deciduus? Sit verax sacerdos ex laico, qui fieri laicus ex fallace sacerdote contentus est. Teneat in Ecclesia nostra plebem suam, qui in sua contempsit alienam. Datura est tantis bonis augmentum coelestis gratiæ plenitudo, ut et ille consecutus incipiat gaudere quod doluit, et hic quotidie fructuosior, præisse se magis intelligat quos reliquit.

EPISTOLA XXVII.

AB AVITO EPISCOPO DICTATA SUB ^a NOMINE DOMNI SIGISMUNDI REGIS, AD SYMMACHUM PAPAM URBIS.

Dum sacra reliquiarum pignora, quibus per me Galliam vestram spiritali remuneratione ditastis, negare petentibus non præsumo, me quoque sanctorum patrocinia postulare ab irriguo vestri apostolatus fonte necesse est. Quanquam etsi est adhuc apud nos de dono vestro, quod catholici religionis debeat studio celebrari, etiam illud tamen convenit justæ devotionis intelligi, ut directis litterarii sermonis officiis alloquia illa captemus, quibus me pontificatus vester, vel præsentem monitis docuit, vel absentem intercessionibus acquisivit. Nec nunc paginæ præsentis obsequium reperta opportunitas complectitur; sed destinato ad vos diacono portitore, viro venerabili Juliano, ad universalis Ecclesiæ præsulem spiritu representante concurrimus. Crescit quippe beneficiorum recordatione desiderium : nec unquam meis

^a Per Julianum diaconum sacras reliquias Sigismundus rex petiit a Symmacho papa, a quo alias jam priorem acceperat. Symmachi porro papæ obitus incidit in Senatoris consulatum anno Christi 514. Gundobadus Sigismundi pater biennio post occubuit, Petro consule. At Sigismundus in epistolæ inscriptione rex appellatur. Constat ergo patre adhuc superstitie regis nomen obtinuisse. Fredegarus in Epitomo cap. 34 : *Gundobadi filius Sigismundus apud Genavensem urbem villa Quadrivio jussu patris sublimatur in regnum; quod Marii quoque Chronicum confirmat his verbis, Florentio et Anthemio (id est anno qui inter Symmachii et Gundobadi obitum intercessit). His consulibus monasterium Agauno a rege Sigismundo constructum. Atqui his consulibus pontifex Romæ jam erat Hormisda Symmachi successor. Quare non illo primum anno rex dictus Sigismundus, quem Symmachi antea temporibus nomen hoc gessisse arguit epistolæ inscriptio.*

^b Librum de Christi Divinitate vocat Florus diaconus, quandoque epistolam hanc citat in Pauli verba ad Romanos, Galatas et Hebræos. In ea enim Gundobadi quæstioni respondens, ostendit in Christo

A elui sensibus possunt, quæ nobis apud Italiam vestram, vel pontificalis benignitas, vel civilitas regalis impendit, cum post familiaritatem totius munificentiæ commodis præferendam, quia istic liberius laxavit reditum, illinc tenacius vinxit affectum. Attentionior pro vestris quod superest incumbat oratio. In augmento namque ovium crescit custodia pastoralis. Sacris nos apostolorum liminibus commemoratione assidua præsentantes, speciali dum vixero prædicatori vestro, ubi obtinuistis initium, impetrata profectum. Litteris nos, in quantum possibilitas patitur aut libertas, quibus nobis doctrina et incolumitas vestra floreat, frequentate. Et ut supra speravimus, ambienda nobis venerabilium reliquiarum conferte præsidia : quarum cultu, et beatissimum Petrum in virtute, et vos semper habere mereamur in munere.

EPISTOLA XXVIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b DOMNO GUNDOBADO REGI.

Rediens ab urbe Lugdunensi sanctus Chartenius episcopus, in qua, nobis ^c de concilio discedentibus, ad privata quædam negotia expedienda resederat, quæstionem sibi, imo magis omnibus nobis, proposuisse vos retulit. Quæ si fuisset coram positus indicata, subministrante sancto Spiritu, facile sciscitationi vestræ quæ ad causam pertinebant suggeri potuerunt. Sed quia tam sanctam sollicitudinem nulla debemus responsi dilatione fraudare : sciens mihi Christo propitio in fide fratrum meorum concordare sententiam, præsentis paginæ famulata respondere ^C ad consulta præsumo. Jubetis igitur, ostendi vobis rationem vel potius auctoritatem, qua patet Deum habuisse in divinitate substantiam, priusquam sumeret de incarnatione naturam; et per hoc perniciosissima hæresis illa vincatur, quæ Dominum nostrum ex Maria cœpisse contendens, etiam Deum Patrem in Filii execratione blasphematur. Necesse est enim, quantum ad illos, imperfectioni divinæ aliquid accrevisse, si tantis retro sæculis sine filio manens, pene jam in termino mundi labentis, cum Maria prolem,

Domino, priusquam homo fieret, æternam fuisse divinitatem, adversus hæresim illorum qui ex Maria cœpisse contendebant. De quibus Augustinus hæresi 44 : *Pauliani, inquit, a Paulo Samosateno, Christum non semper fuisse dicunt, sed ejus initium ex quo de Maria natus est asseverant; nec aliquid amplius quam hominem putant. Ista hæresis aliquando cujusdam Artemonis fuit; sed cum defecisset, instaurata est a Paulo, et postea sic a Photino confirmata, ut Photiniani quam Pauliani celebrius nuncupentur.* Photinianos autem, seu Paulianistas, per hæc tempora Galliam infestasse indicat concilium Arelatense II, cap. 16, et Sidonii epistola 12, lib. IV, ad Patientem episcopum Lugdunensem. Unde et beatus quoque Avitus Photinianorum hæreticorum validissimus expugnator dicitur ab Agobardo.

^c Diversum est hoc concilium a primo Lugdunensi, quod inter concilia Galliæ tomo I edidimus, in quo discussa est sub Sigismundo causa Stephani, qui duas sorores duxerat. Hoc enim sub Gundobado jam præcesserat : sed in eo quid actum sit nescimus, nisi quod se interfuisse Avitus significat cum Carthæni incertæ sedis episcopo.

tum ille habere incœperit paternitatem : ac a semet-
 ipsis assertionis suæ necessitate constricti, quem nomi-
 nant filium, denegant Deum. Sentiant enim, sanas
 a res ferre non posse ut ante non multos adhuc an-
 nos Deus cœpisse credatur ex homine. Sed nescio
 in quem effectum redemptio nostra surrexit, si non
 creaturæ suæ pretium Deus exstitit. Nec enim redi-
 mere homo solus hominem poterat; aut qui in su-
 pernis et Deus est, eguit redemptione. Jubetis ergo
 ut hæc quæ ratione colligimus auctoritate doceamus.
 Sufficiat ergo acrimoniæ vestræ paucitas exem-
 plorum, quæ sumpta de pluribus abundant cognoscere
 cupienti: cæterum renitentibus animis et in sua in-
 credulitate durantibus, si aliqua non satisfecerint,
 cuncta non proderunt. Esaias conclamantissimus
 prophetarum, nativitatem Christi Spiritu revelante
 prospiciens: *Parvulus, inquit, natus est nobis, filius
 datus est nobis; et vocabitur nomen ejus admirabilis,
 consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps
 pacis (Isai. ix, 6)*. Intuemini, quæso, verbi vigorem.
 Parvulus datus est nobis, filius datus est nobis. Par-
 vulus natus est, et filius datus: natus est nobis ho-
 minis filius, datus est Dei; et vocabitur Deus fortis.
 Ac si diceret, Deus et homo, Deus qui creaverat vi-
 tam, fortis qui vinceret mortem. Cujus divinitatem,
 sub verbis scribæ ac discipuli sui propheta Hiere-
 mias ostendens sic ait: *Hic est Deus noster: non
 estimabitur alius ad eum. Invenit omnem viam disci-
 plinæ; dedit Jacob puero suo, et Israel dilecto suo;
 et post hæc in terra visus est, et inter homines conversa-
 tus (Baruch. iii, 36)*. Quod si est forte, cui hæc quæ
 de antiquis ponimus, obscura videantur, legat aposto-
 lum Paulum, qui cum corporeos parentes Domini
 commemoraret, *Quorum patres, inquit, et ex quibus
 Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus
 benedictus in sæcula (Rom. ix, 5)*. Nam et Thomas
 apostolus, cum in resuscitati mediatoris corpore fi-
 xuras clavorum, hiulecum transpuncti lateris signum,
 digito tentante palpasset, virtutis experimenta inter
 infirmitatis indicia colligens, sic clamavit: *Dominus
 meus, et Deus meus (Joan. xx, 28)*. Ecce quibus testi-
 moniis, velint nolint, hæretici ipsi, Judæorum in
 perditione confines, de Filii divinitate vincuntur:
 quorum verbo credas Judæos in Evangelio Joannis
 Dominum discussisse dicentes: *Quadragesima annos
 nondum habes, et Abraham vidisti (Joan. viii, 57)*.
 At ille inquit: *Amen dico vobis, ante Abraham ego
 sum (Ibid., 58)*. Est hic, rogo, quod obscurare vel
 volens queat? Quid nunc restat, nisi ut qui senior
 ab Abraham cognoscitur, junior vel mundo dicatur?
 Et istud, quamlibet contentiosum sit, vinci potest,
 ipso Domino inter passionis contumelias proclamante:
Pater, clarifica me ea claritate quam habui apud

te antequam mundus fieret (Joan. xvii, 5). Sed forte
 et hoc putatur addendum, ut eum filium nominatum
 cujuscumque exempli auctoritate doceamus. In psalmo
 ait: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie
 genui te (Psal. ii, 7)*. Hodie hic æternitas significatur,
 quæ termino atque principio perinde caret: cui non
 pariunt crastina tempora futurum, nec rapiunt he-
 sterna transactum. Penes nos ergo, per tenebrarum
 vices ista mutantur; apud Deum vero, cui nox non
 est, semper hodie est. Quod tamen si hæretici aliter
 volunt intelligere, nostra non refert. Nam cum de
 solo nomine filii Dei agamus, quale volunt *hodie* ac-
 cipiant, concessuri sunt, ut ante genuerit filium
 pater, quam mater ediderit. Certe vel Salomon cui
 maximam in scrip'turis veteribus auctoritatem singu-
 laris sapientia facit, planissime filium in Proverbiis
 et lucidissime nominat dicens: *Quis colligavit aquas
 quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos ter-
 ræ? quod nomen ejus, et quod nomen filii ejus, si no-
 sti (Prov. xxx, 4)?* De præteritis ista sufficiant.
 Apostolus autem dicit: *Postquam venit plenitudo
 temporum, misit Deus Filium suum (Gal. iv, 4)*. Enim-
 vero qui mittitur, erat antequam mitteretur. Qui si
 ante Mariam non fuisset, hunc similem cæteris adop-
 tio fecerat Dei Filium, non natura. Nec in Evange-
 liis ipse dixisset: *Tantum Deus dilexit mundum, ut
 Filium suum unicum daret (Joan. iii, 16)*. Non elec-
 tum ergo ab ipsa ineffabili paternitate, sed genitum:
 cui tam Deo quam homini vero, in utraque natura
 fideliter proprio, in divinitate mansisse de Patre, in
 corpore cœpisse de matre est. Hæc ergo, quia jussi-
 stis, quædam responsionis nostræ ludicula, et ad
 elucidandam veritatem pauca testimoniorum semina
 transmissi: quæ possit quidem acrimonia vestra vel
 eloquentia in frugem salutis Christo irrigante nutrire.
 Sed si sit quisquam de his contra quos agimus, quem
 his vestro judicio ad totum respondisse credatis,
 licet sint vigilantissimi in catholica et fidelissimi
 tractatores; dabit tamen Deus, ut ego quoque possim
 vobis et numerosorum exemplorum numerum, et
 rationem quæ satisfaciat, præsumpta scribendi ve-
 catione suggerere.

EPISTOLA XXIX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS * DOMNO SIGISMUNDO.

Omni quidem vitæ meæ tempore de illo em me
 asserendi famulatus agnosco; sed impensius festivi-
 tate præsentis, quæ sollicitudinem vestram non minus
 explorandis hæreticorum conatibus, quam nostræ
 partis occupat cultibus celebrandis. Siquidem per
 annum quoddam contagium congregatis adversis,
 attento vobis labore curandum est, ne alienæ calli-
 ditatis fraude pullulet, quod in Dei nomine jam vestra
 victoria celebrandi virtute succidit, quamlibet Chri-

* Utriusque epistolæ eadem fuit occasio, aposto-
 fica nimirum, id est beati Petri festivitas, quæ Ge-
 navæ annuo cultu celebrabatur. Genavensis enim
 ecclesiæ tutela et patronus beatus Petrus; et Genavæ,
 opinor, diviso cum patre regno, larem fixerat Sigis-
 mundus: quod et de Godegisilo Gundobadi fratre,

sto propitio presentibus vobis obstat [*alia lectio assistat*]. Hinc illa sollicitudine pressior, constipatio Genavensis, quæ in more originis primæ, virilibus animis virus angulum sibilu feminei sermonis insonuit. Unde illud, si mereor, quamprimum scire desidero, utrum cum domino clementiæ vestræ patre mentio illius ordinationis acciderit, quæ bonorum pestem ab infernalibus latebris excitatam, catholicis Arianisque certantibus intromisit : vel si servatur adhuc credulitatis, imo simulationis illius dolus, quem non impressum animis, sed chartulis exaratum, paulatim in antiqua sui dogmatis a crudelitate revocat litterata promissio. Quæ certe si adhuc, ut cœperat, societati Arianæ communiōne immixta est, claret gloriosior sub principatu vestro noster triumphus ; cum duabus hæresibus in unum redactis, tam acqui-

sentia vestræ delicti quo arguor emendatione fraudavero.

EPISTOLA XXXI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS A FAUSTO ET SYMMACHO SENATORIBUS URBIS.

Primum fuerat talis status rerum desiderandus, ut ipsi per nos Urbem orbi venerabilem pro dependendis divinis humanisque expeteremus officiis. Sed quia istud jam dudum per rationem temporum fieri posse cessavit, velimus quod fatendum est, vel eo securitatis accedere, ut quæ in causa communi supplicari oportet, amplitudo vestra congregatorum Galliæ sacerdotum relatione cognosceret. Sed quoniam hujus quoque nos voti non potes reddit provinciæ præfixis regnorum determinata limitibus : quamprimum supplici prece posco, ne celeberrimo ordini vestro pagina hæc aliquod moveat quasi ab uno dictata fastidium : quoniam a cunctis Gallicanis fratribus meis, ad hoc ipsum non minus per mandata, quam per litteras oneratur, quæcunque a vobis omnes ambimus, unus suggerenda suscepi. Dum de causa Romanæ Ecclesiæ anxianimi ac trepidi essemus, ut pote nutare statum nostrum in lacesito vertice sentientes : quos omnes una criminatio utique sine invidia multitudinis percusserat, si statum principis obruisset : perlata est sollicitudini nostræ ab Italia in exemplaribus sacerdotalis forma decreti, quam de papa Symmacho apud Urbem collecti Italiæ antistites ediderunt. Quam constitutionem licet observabilem numerosi reverendique concilii reddat assensus, intelligimus tamen, sanctum Symmachum papam, si sæculo primum fuerat accusatus, consacerdotum suorum solatium potius asciscere quam recipere debuisset iudicium. Quia sicut subditos non esse terrenis potestatibus jubet arbiter cœli, staturos nos ante reges et principes in quacunque accusatione prædicens : ita non facile datur intelligi, quæ vel ratione vel lege, ab inferioribus eminentior iudicetur. Nam cum celebri præcepto Apostolus clamet (*1 Tim. v. 19*), accusationem vel in presbyterum recipi non debere, quid in præcipuum generalis Ecclesiæ criminacionibus licere censendum est? Quod synodus ipsa venerabilis laudabili constitutione prospiciens, causam quam, quod salva ejus reverentia dictum sit, pene temere susceperat inquirendam, divino potius servavit examini : perstringens tamen, prout breviter potuit, nihil vel sibi vel gloriosissimo viro Theoderico regi, de his quæ papæ dicebantur objecta pa-

EPISTOLA XXX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO SIGISMUNDO.

Nuper cum officia culmini vestro semper debita pro apostolicæ festivitatis consuetudine destinavi, non minus civilitate pretioso, quam declamatione conspicue sermone dixistis, idcirco vos tardius dedisse rescriptum, ut humilitas sui conscia quæ a scribendi audacia jure temperat, eo diutius ariditatis supplicia penderet, quo fontem splendidum vestri alloqui plus sitiret. Vindictæ, sicut dignamini scribere, genus esse censentes, ut portitor a me segnius destinatus vobiscum diutius moraretur. O retributio ultionis blandissimæ! o sententia crudelitatis optandæ! Quis scilicet tam intolerabilem pœnam æquanimitè ferat, ut paradiso vestri conspectus inclusus mora beatiore vos videat? Timeo plane, ne frequenter me jubeatis scribere, si disponitis tarditatem taliter vindicare. Aut si ego certus fuerim hujusmodi me animadversione plectendum, ipse procul dubio scripta porrigerem, quæ justo rarius exarasset. Et utinam mihi vobiscum posito negaretur celeritas revertendi : et verba quæ post longum tempus legere, diutius in ipso meatus sui tramite donarer audire. Certe Deus viderit, quid ego apud iudicium vestrum, vel audacia servitii, vel trepidatione promerear : tamen officii mei portitoribus reus ero, si eos prolixitate præ-

^a Non senatores modo, sed patricii ambo, et ordinarii consules fuerant : Faustus anno Christi 483 biennio post Symmachus, uterque sine collega. Ad hos ergo, tanquam præcipue in Urbe dignitatis proceres, suo et Gallicanorum omnium antistitem nomine, scribit de synodo Romana, et iudicio in ea adversus Symmachum papam Theoderici regis auctoritate constituto expositulans, Italiæque episcopos perstringens, quod de eminentiore iudicio inferiores repererint.

^b Exstat hoc decretum in synodo Rufio Magno Fausto Avieno consule habita anno Christi 502. De-

cernimus, inquit, ut Symmachus papa, sedis apostolicæ præsul, quantum ad homines respicit, quia totum constat divino arbitrio fuisse dimissum, sit immunis et liber, et Christianæ plebi, sine aliqua de objectis oblatione in omnibus ecclesiis suis, ad jus sedis suæ pertinentibus, tradat divina mysteria. Quare dubium non est quin synodus istam Avitus intelligat, quæ in codice Narbonensi aliisque vetustioribus, quarta et palmari recte inscribitur. Falso enim recentiores palmari nomen synodo alteri tribuunt, quæ Avieno juniore consule celebrata est; cum in ea nec decreti hujus sit mentio, nec absolutionis Symmachii quam in palmari editam constat.

tuisse. Quibus cognitis, quasi senator ipse Romanus, A quasi Christianus episcopus obtestor, sic divinitatis cœlestis dono temporibus vestris prosperitas optata succedat, sic dignitas in qua floretis, universo orbi speciem Romani nominis mundo labente contineat, ut in conspectu vestro non sit Ecclesiæ minor quam reipublicæ status; quodque vobis Deus posse præstitit, prosit et nobis; nec minus diligatis in Ecclesia vestra sedem Petri, quam in civitate apicem mundi. Si profundo illo tractatus vestri consilio rem videtis, non ea tantummodo quæ Romæ geritur causa cogitanda est. Sed et in sacerdotibus cæteris potest si quid forte quod vocaverat reformari; at si papa Urbis vocatur in dubium, episcopatus jam videbitur, non episcopus vacillare. Nostis bene inter quas hæresum tempestates, veluti ventis circumstantibus, fidei puppem ducamus. Si nobiscum hujuscemodi pericula formidatis, expedit ut gubernatorem vestrum participato labore tueamini. Alias autem quæ ultio est, si nautis in magistrum furentibus, non sine illorum periculo cedatur isto discrimine? Reddet rationem qui ovili dominico præest, qua commissam sibi agnorum curam administratione dispenset: cæterum non est gregis pastorem proprium terrere, sed iudicis. Quapropter reddite nobis principalem, si tamen necdum est restituta, concordiam: quoniam clienti vestro, venerabili Symmacho presbytero, idcirco laborem hujus fatigationis injunximus, ut nobis in vestrarum oraculo litterarum per reintegratæ pacis nuntium supplicationis nostræ referret effectum.

EPISTOLA XXXII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a LIBERIO PRÆFECTO.

Postquam multiplices Galliarum labores felicissimus potestatis vestræ visitavit adventus, nullum sum antehac in affectibus vestris desiderii mei expertus effectum. Unde licet etiam nobis prodesse credamus beneficia, quæ jam dudum provincialibus spargitis, mihi tamen hactenus sitienti litteras vestras quasi primum modo venistis. Enimvero ut me offerendis ultro epistolaribus officiis non offerrem, illis occupationibus obstrepere timui, quibus me credebam tanto temporum spatio a votiva lectione suspendi. Sed quia etsi tarde, compellantibus vobis, meque ad præcelsos apices rescribente, ordo alternantis commercii in litterario sermone servatus est, qui fecistis ne absque verecundia respondentem, reddite ut cupio frequentia debitorem. Nec desunt si annuitis causæ jubendi;

^a Prætorii primum Italiæ, tum deinde Galliarum, viro multiplici laude conspicuo, post etiam Patricio. Cassiodorus libro xi Variarum, epist. 4: *Respicere patricium Liberium præfectum etiam Galliarum, exercitualement virum, communionem gratissimum, meritis clarum, forma conspicuum, sed vulneribus pulchriorem, laborum suorum munera consecutum, ut non præfecturam quam bene gessit, amitteret, et eximium virum honor geminatus ornaret.* Ennodius Liberio eidem lib. ix, epist. 25: *Mecum Galliæ in hac astipulatione conveniunt, ut Christo Deo viso disponente, ordinatis illis quibus civilitatem post multorum annorum curricula intulisti, quos non ante contigit saporum de Romana libertate gustare, ad Italiam tuam et poscentibus nobis et illis tenentibus reducaris.*

abundant quæ possitis injungere cupientibus obedire: major siquidem potestate civitas, nec minor est dignitate dignatio. Nam hæc ipsa causa cujus vobis scribendi materiam merces ingressit, quibus inter tribunalia operibus magis studeatis florere perdocuit. Unde quod nobis a ^b viro spectabilis, vicario vestro, pro quorundam captivorum liberatione suggestum est, ad præceptionem culminis vestri lætus implevi, pretio tamen quod portitores attulerunt, non recepto. Quia si aliquid præfato viro magnifico, filio meo Gemello, conditionis personæ ipsæ per originem debent, potest hoc quod mihi obtulerat, pro redimendis ingenuis distribuere. Si vero istos agnoscitis liberos natos, sufficit pretium profuisse.

EPISTOLA XXXIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIS ^c APOLLINARI.

Scio quod revertens ad devinctissimos mihi domnos Domnolus noster, coram me vestræ piæ sollicitudinis ambiguitatibus æstantem, aliter quam voluit relaturus, aggravavit magis redeundi festinatione, quam minuit. Siquidem me apud Lugdunum in adventu ejus gravis oculorum dolor impotem luminis contuendi impetu ingruente reddiderat. Unde quia nec ipse fuit eliciendi rescripti efficax, nec ego idoneus redhibendi, omnem gratiarum, quæcunqve vel pretio munerum, vel animo munerantur deberi potuit, actionem verbo potius referendam portitoris auribus alligavi. Licet minime dubitans, apud sanctæ dulcedinis aviditatem parvipendendam mandatorum seriem desiderio litterarum. Sed cum primum, rare-scentibus tenebris cubicularis ergastuli, aliquantisper ordinandi officia copia fuit, solutionem debiti non moratus, præsentem bajulum destinavi: cui ultra quam dici potest verbosis salutationibus onerato, quantum pertinet ad mandata loquacia, perbreve paginam dedisse me computo. Nam ecce mihi Deus testis est, quanto lumine præfatus carissimus noster in ipsa contenebrati recessus nocturnal habitatione respersit, cum dulcissimi pignoris nostri reditu quem ante nescieram, nuntiato, resolidatam Christo propitio familiam meam ab eo quem misissem inveniendam esse firmavit. Quocirca nec vos jam de vobis aliquid semiplenum putetis: quorum contubernio, divinitate propitia, etiam oculi mei per præsentem paginam satisfaciunt accrescunt. Tum videlicet sinceritate perfecta hilares diei gratia re-

^b Gemellum mox nominat: quem Provincia potitus rex Italiæ Theodericus vicarium præfectorum creavit. Sic enim ad eum scribit apud Cassiodorum lib. ii, epist. 16: *Hinc est quod præsentis tempore in Gallias, nobis Deo auxiliante subjectas, vicarium te præfectorum nostra mittit auctoritas.* Cæterum, ut Avitus hoc loco Liberii rogatus captivos liberat, sic Liberium Ennodius lib. ix, epist. 39, pro Camilla consanguinea sua rogat, ut casellulas ejus intra Gallias fisci oneribus releveret.

^c De Sidonii filio ut conjiciam, monet sub finem nomen Archadii, quem Apollinari filium innumerat. Apollinari autem, Sidonii filio, filium fuisse Archadii, in notis Sidonianis ostendimus lib. iii, epist. 13.

ceptor, si me rescribere hactenus vestra dulcedo sic ignoscens, quamlibet infirmum atque anxium, ad votivam tamen frequentiam litterarum in Dei nomen, Archadio jam dictante, solis subscriptionibus occupanda compellat.

EPISTOLA XXXIV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIBUS
AURELIANO.

Indicium quidem quantalæcunq̄ue prosperitatis esse manifestum est, quod amicorum affatu tantisper interlucente temporariæ pacis colore visitamur. Verumtamen æstus ille diluvii quem procellis temporalibus comparastis, humanis rebus, dum per mundanum pelagus curritur, fluctu assiduae perturbationis insistit. Quandoquidem hoc ipsum quod inter adversitates temporum respiramus, discriminum quæ patiamur interval a magis debemus putare, quam terminum. Nam Idcirco tantum inter incommoda calamitatum, circumscribendis potius quam sanandis, lux quædam videtur alludere, ut mentes fallaci securitate laxatas, instaurato gravius metu succiduos angor afficiat. Quocirca desiste, vir optime, mala ferventia credere finem malorum: et cum sereno motu dissimili tempestate molita, facies tantillæ serenitatis alternat, varietate proventuum non delectare, sed utere. Nec sic te aut prosperitas erigat, aut frangat adversitas, ut in animis tuis tam amicorum mutetur causa, quam temporum. Mementote semper propositæ caritatis, si licet scribere: sin alias, quod prohiberi non potest, vel amate: et post gurgites quos litteris descripsistis, in eo magis sæculo sperate portum, quo timere non poterit tranquillitas rata naufragium.

EPISTOLA XXXV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS b ELPIDIO DIACONO.

Per quosdam clericos legis alienæ divinum munus in nuntio tuæ incolumitatis accepi: nec minuit diligentis gratiam qualitas portitorum: sicut nec Eliæ (III Reg. xvii, 6) nostro transmissi cœlitus cibi inter horrida volatilium bajulorum rostra viluerunt. Ipsam tamen quam satis avidus sumpsi, tuarum dulcedinem

^a De hoc vero difficilior est conjectura, cum Aureliani hac ætate insignes fuerint non pauci. Vide aut ad Aurelianum patricium referri queat, cujus servum Massiliæ ad basilicam S. Victoris a dæmonio liberatum ait Gregorius Turon. lib. 1 Mirac. cap. 77. Certe, nisi tempora discrepant, dignitas non repugnat, cum illustres fuerint omnes patricii.

^b Medico Theoderici regis, cujus ad Elpidium ipsum, cum diaconi quoque titulo, exstat epistola lib. xiv Variarum Cassiodori, et apud Ennodium complures. Eo alludens Ennodius idem lib. ix, epist. 30. Scio, inquit, quia Deus tibi sic gratiam invicti principis contulit, ut humilitas ecclesiastica non periret. Carum enim imprimis Theoderico fuisse testatur Cyprianus diaconus in Vita S. Casarii lib. 1: *Elpidius diaconus et medicus, regiæ potestati sedulis officiis cum primis familiaris et intimus.* Quo in loco Elpidium narrat ab infestatione diaboli qua domi vexabatur, S. Casarii opera liberatum.

^c Quis hic major, aut quænam domus Tullii a qua libi nomen, non liquet, nisi quis fortasse ad Servii Tullii

A litterarum, illud aliquantæ amaritudinis asperitate respersit, quo ad te scripta quæ prius reddidi, abnegas pervenisse. Nam per majorem domus Tullii, qui amorem tuum, dominum meum Sigismundum, a patre suo in legatione directus, in Viennensium civitatem repperat, epistolam tuam me accepisse lætatus; per ipsum rursus officia profundissimæ caritatis exsolvi, et affectum tui quem corde conceperam, studio paginæ famulantis excolui. Quo eventu in manus tuas perlata non fuerit, major quem supra dixi, non potest ignorare. Et ego quidem moleste tuli, et tibi molestum fuisse gavisus sum, in tam idonea opportunitate desiderii duorum unius officii perisse commercium. Verumtamen cum de iustitiæ dilectionis proposito pars altera secuta est, nonnunquam casibus oportet ignosci, quibus colloquia nostra potius quam vota frustratis, sollicitudini damnum potest contingere, non amori. Neque tu putes, seu negatis occasionibus, seu repertiis, ullum esse negligentiam tempus, quo apud me inter quaslibet alias actiones frequentandæ sospitatis tepeecat ambitio. Illud igitur in mentibus amicorum conseo esse pretiosius, in quo constat fortuitis nil licere, quod nec itineris dissipat longitudo, nec oblivionis frustratur abusio. Compenso tamen in præsentis caritatis verbum, si pro damno dignatus es putare silentium. Simul et specialius adolescentem si dignaris insinuo, filium scilicet viri illustris Celeri, qui post Deum ut unicæ soboli vitam incipiat sperare tu facies. Nam ita lacrymabili pignoris infirmitate cōstringitur, ut incertus optandi, cujus quasi pater mortem imminere compellitur, vitam quasi orbatus dedere cogatur. Quapropter opitulaturæ Divinitati junge tua quantum conjicimus de peritiâ singulari: vestrum promissæ jam ex parte fecisse est. Tribuat Christus, ut exultando atque impensius laudando in hac cura magisterio tuo, simul tibi et Italia medicinæ opinionem, et Gallia pueri debeat sanitatem.

EPISTOLA XXXVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS d VIRO ILLUSTRIBUS SENARIO.

Magnificentiæ vestræ gratiam frequenter expertus,

regis domum, quam P. Victor in quinta Urbis regione collocat, referendum putet, quod multis non facile persuaserit. Ad Celerem autem, cujus filii sanitatem hoc loco Elpidio medico commendat, scripturus est epistolam 43.

^d Comes hic fuit patrimonii Theoderici regis, et patricius, de quo multa jam diximus ad Ennodium. Nunc addendum est ejusdem epitaphium, quod non insulsis versibus conditum, a Petro Pitheco relatam est in libro iv Poematorum.

SENARII V. I. COMITIS PATRIMONII ET PATRICII EPITAPHIUM.

Ille ego sum mundi quondam sine fine via or
Senarius, membris tumulo non nomine clausus,
Principis invicti semper sublimis amore,
Cujus in orbe fui vox regum, lingus salutis,
Fœderis orator, pacis via, litibus hostis.
Novit et hoc Oriens, hoc ultimus axis Iberi,
Hoc scit bruma rigens, scit et Africa solibus usta.
Bis denas et quinque simul legatio nostra
Signat in orbe vias, et nunquam struta labore.
Cursus erat volucer; nunc quoque pervigil uno

quia dignanter accepitis, salutationis officium pagina A
famulante direxi. Et quia scitis synodaliū legum
esse, ut in rebus quæ ad Ecclesiæ statum pertinent,
si quid fuerit dubitationis exortum, ad Romanæ
Ecclesiæ maximum sacerdotem, quasi ad caput no-
strum membra sequentia recurramus; ex consensu
antistitum provinciæ Viennensis * ad sanctum Hor-
misdam, seu quicumque nunc ille est, papam debitæ
venerationis ob-equium cum sollicitudine destinavi:
audire a præfatæ sedis auctoritate desiderans, quid
de effectu directæ a se ad Orientem legationis agno-
verit. Cum ergo, ut dixi, a provincialibus meis con-
sulator, respondere etiam ego, ni priorem consulam,
non præsumo. Adminiculo igitur ordinationis vestræ
opus est, ut istud ab utraque parte per ordinem
compleatur, ut vel a nobis interrogatio perveniat, B
vel ad nos redeat ab exponente responsio. Non ad
solos sacerdotes Ecclesiæ pertinet status: cunctis
fidelibus sollicitudo ista communis est. Quicumque
vel quocumque videmur Ecclesiā regere, vestram
in catholica religione rem gerimus. Cum de fidei
regula vel ægrotat aliquis vel sanatur, nobiscum
vos aut gaudere oportet aut gemere. Unde nec vos
aliquid de causa quam consulo, latere credendum est.
Si mihi soli agerem, satis interrogationi meæ notitia
vestra sufficeret: nil plus a papa quam a vobis pos-
sumus veritatis audire. Sed Ecclesiarum poscit uti-
litas, ut quæ vos nostis doctor insinuet. Ego tamen
peculiaris vester rescriptum, si dignamini, a vobis
peculiaris præstolabor: quo revera, ut dixi, tantum
mihi veritas innotescere poterit, quantum se Romanæ
urbis antistes auctoritatis privilegio expetentibus
respondisse gaudebit.

EPISTOLA XXXVII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b PETRO EPISCOPO.

Fiamasi alia causa non esset qua beatitudinem
vestram litterario famulatu occursus meæ devotionis
expeteret, justum esset vos ab omnibus excoli, qui
opinione sancta desiderium vestri omnibus intimatis.
Dignum quippe est vos expeti non minus sede Ro-
mana, quia non magis potestate illa, quam vos
caritate fulgetis. Cujus reverentiæ ut debitum est
salutatione præmissa, fateor apostolatui vestro, et
si cum verecundia, ignorantiam Gallicanam. Nec
melius esse puto quemquam simulare quod sciat. D

Bis maris Oceani, bis Pontica litora vidi,
Europamque Asiamque sequens, duo limina mundi.
His etiam meritis sociavimus agmen honorum.
Aulica quippe comes rexi patrimoniam clarus,
Et mea patricio fulserunt cingula cultu.
Me pietas, me sancta fides, me fovit honestas.
Sæcla canant titulos: nam moribus astra tenemus.

* Aviti ad Hormisdam epistola, itemque Hormisdæ
ad Avitum responsio, postremo loco a nobis editæ
sunt numero 87 et 88, ex quibus epistolæ hujus et
proxime sequentis interpretatio petenda est.

^b Ravennati, ut opinor. Eodem pertinet epistola
quo superior. Missis enim ad Hormisdam legatis, ut
de Orientalis Ecclesiæ statu certior fiat, ab episcopo
Ravennate, qua iter illis futurum erat, petit ut igno-
rantiam Gallicanam erudiat. Petri hujus in synodo
Romana palmari subscriptio legitur his verbis: *Petrus
episcopus Ecclesiæ Ravennatis huic statuto nostro, in*

quam didicisse si nesciat. Quæ inter Romanam et
Constantinopolitanam Ecclesiam res agantur, non
quacunquē auctoritate cognoscimus, sed de rumo-
ribus magis ac nuntiorum varietate captivimus. Et
iden, ne forte quam rustici tam negligentes credamur,
perinde sanctum papam et beatitudinem vestram,
* per Viennenses clericos provincia tota nunc con-
sultat, ut quæ vobis de statu fidei cum Orientis parte
definita sint, rescripti salubris lumine declaretis.
Quis cum magistros etiam procul positos ultro debeat
prorogare doctrinam; curandum est soliditati cor-
poris, ut semper prosperitatem capitis sui membra
cognoscant. Quocirca si servis vestris filis meis
quos in id ipsum direxi, tribuatur accedendi usque
ad Romam facultas, per duos Ecclesiæ principes
abundabit Gallias erudiri. Quod si forsitan a sede
vestra quos misimus revertantur, vestri apostola us
fida responsio fiet nobis totius instructionis quæ ad
cunctos perveniat, plenitudo.

EPISTOLA XXXVIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^d EUFRASIO.

Jam quidem per pueros meos litteras dedi, quibus
scire vos facerem quantum fratri Imeterio apud me
commendatio vestra profecerit. Tamen non dubitans
eum inter initia pontificatus sui, senioris germani,
sicut dignum est, officia curaturum; has etiam per
ipsum libenter adjeci, quibus opusculi mei jam diu
quæsitum prædonem in manus meas venisse plus
gaudeo. Et quia libellum ipsum, quantum mihi in-
dicaverat, vobis reportat, spero ut qualecunque est
opusculum ipsum, nec vacanter editum, nec omni-
modis emendatum, viro sublimi ac piissimo, si di-
gnamini, fratri nostro Apollinari publicare atque
excusare dignemini. Cui impium fuerat non hæc
a me primum jure caritatis offerri, si non rus
fuisset absurdum, me domni Sidonii filio, inter fa-
cundiæ paternæ delicias, meis temporibus nauisat-
urum, offerre etiam de præsumptione fastidium.
Quocirca volumen per vos temperatius ingerendum,
si supradictus frater vel infantibus legi debere cen-
suerit, possum per quæcunque magnificentiæ suæ
scripta cognoscere. Si autem post flumina fontium
paternorum, ut potius reor, paupertatem venæ te-
nuissimo rore manantis abjecerit, sine verecundia
mea suaque impietate, sufficiet me reprehensionis

quo totam causam Dei judicio commisimus, subscripsi.
Ad eundem etiam pertinere conjicimus Theoderici
regis epist. 27, libri in Variarum, Petro episcopo
inscriptam Felice consule, id est, anno Christi 511.
Quod si verum est, errant qui Petrum Ravennatem
ante id tempus defunctum tradunt.

* Alexium presbyterum et Venantium diaconum.
Sic enim appellantur in Aviti litteris ad Hormisdam,
et in Hormisdæ ad Avitum.

^d Etsi episcopi nomen non est appositum, epi-
scopum tamen fuisse dixerim Arvernorum, ad quem et
binæ sunt epistolæ Ruricii, quarum in altera digne-
tatis quoque nomen omissum est. Synodo Agathensi
per vicarium subscripsit anno 506; interfuit ipse
Aurilianensi anno 511. Hunc itaque rogat ut librum
suum qui in ejus manus venerat, Apollinaris Sidonii
filio recensendum ingerat et excuset.

suae censuram hinc tantummodo intellexisse, si A
taceat

EPISTOLA XXXIX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS * DOMNO
GUNDEBADO REGI.

Quod servum cui discussio necessaria credebatur, de Viennensi ad Lugdunensem basilicam sub custodia destinavi, timoris et obedientiae fuisse manifestum est. Nam sicut eum hic inaccusatum tradere non praesumpsi, ita illic interrogationibus quas audientia postulabat, vivum fieri procuravi. Cum vero et regula ubique una sit, et eadem seu impossibilitas seu facultas, pro communis ministerii observatione nos maneat; non ego proprietatem Lugdunensis et Viennensis basilicae, sed reverentiam Ecclesiae utriusque tractavi: unde Intercessioni b facilius de proximo suggerendae, quod utrumque nostrum tangere poterat, praesens episcopus allegaret. Siquidem in omnibus locis sanctis, sicut ministerio nostro eadem caritas, ita imperio vestro aequa potestas est. Ut taceam quod servus ipse, a Domini colloctione digressus, non debuit pro concitanda mihi offensa Viennensem expetere, qui illic positus intra Lugdunensem se potuit Ecclesiam continere. De causa vero, in qua coram examine celsitudinis vestrae callidus depositi negator arguitur, talis conscientia mea est, qualis Deo et vobis in omni actu meo et conversatione monstratur. Quanquam etiam me testante interpellantis simplicitas, quae ut pii domini dicatis non devitarer operatione diffiteri, qui in ejus consolatione vulneram, si Christum cogitare putaretur, profiteri. Quod etiam praesenti testificatione de servis vestris, civibus nostris, aliqui cognoverunt. Pulsatis autem laboriosis extra ordinem suum omnem parum siabilis dicitur esse responsio. Utrum de me erit, suggerat Deus vobis; declaret et veritas; quia qui castigatus a me, eo forte spiritu falsitatis irascitur quo contra simplicem de depositi inficiatione mentitur, licet Deo vobisque propitiis parum ad defensionem suam proficiente commento, dum se a me dicit admonitum ne redderet, diffiteri non potest quod accepit. Quae professio sua, etiamsi censeatis quod

* Causam reddit cur servum depositi negatorem qui Lugduno Viennam venerat, Lugdunum ad disquisitionem remiserit purgatae quod ille se ab Avito dicebat admonitum ne redderet.

b Solemni episcoporum more, qui et pro servis apud dominos, et pro reis quibuscunque, miseris vel oppressis, apud iudices aut apud principes entis intercedere solebant. Ennodius in vita Epiphani episcopi, tum adhuc diaconi: *Intercessionum etiam tunc certamina proludebat. Nam ubicunque pro remediis miserorum episcopi mittebatur imprio, tanta exigebat beneficium arte supplicandi, ut sentirent sibi in causis profuisse complurimi, ipsum per se episcopum non venire.* Plenae sunt exemplis sanctorum antistitum historiae, et illustre imprimis est S. Augustini, cum pro circumcellionibus Donatistis, atrocia facinora confessis, apud Marcellinum iudicem, et apud Aprinium proconsulem, ut citra mortis supplicium puniantur, intercedit epistola 159 et 160, qui et de intercessionum istarum aequitate ac religione ambigenti Macedonio accuratissime rescribit epist. 54.

A gravare me debeat, illum non potest sublevare. Ego tamen praecipuum vestrae pietatis opperior. Quidquid habet ecclesiola mea, imo omnes ecclesiae nostrae vestrum est, de substantia quam c vel servastis hactenus vel donastis. Quod inspirante Deo praeeperitis, in quantum vires habuero, parere conabor. Caeterum divinae majestatis aspectus nihil potest offensam suam, quam vestram semper timuissimam aeternam. Hoc suppliciter quaeso, ut infelix ille ad cuius accusationem satis sufficit quod excusat, apud justitiae vestrae animos non me faciat suae infidelitatis socium, etiamsi viderit pro vestra commotione multatum.

EPISTOLA XL.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS d DOMNO
SIGISMUNDO.

B De festivitate ad quam profectus fueram summa quidem festinatione reversus sum. Sed quia jam duce Christo processeratis, laetificandus, ut de Deo credimus, reditu vestro, immodice tamen attonitus reddor abscessu: quod scilicet in ipso successura prosperitatis regressu, advolvi genibus domini mei, permulcere osculis manus, et in sancto illo pectore sedem fidei nostrae adorare non merui. Nec tamen dicere audeam, istud mihi peccato fraudante cessisse: ne divinae gratiae quae mihi taliter vestram praesentit, reddar ingratus. Nam cum omnibus generale justumque sit, in gloriae vestrae cultum quod debemus ambire, illud singulariter accepisse me gaudeo, ut cum pro effectu voluntatum tenere secum a me servitii debitum impossibilitas non ferat porrigi, apud vos pietas censeat impendi. Sed ego solus damno percellor, quoties consolationi meae interesse non mereor: quoties accensus tribulationum aestus intra me solum, a sermonis vestri refrigerio excusus, includitur: quoties mihi dolores internos medici illius manus experta non confovet. Qui pro tuendo inter talia famulo suo pietate studens, virtute persistens, cum satis esset si favorem vellet offerre, laborem dignatur apponere. Sed praesumo majestate divina, hinc respectu mei sensibus vestris tenacius adhaerendum, quo eum nobis amor catholicae legis infudit. Sub cuius occasionis sancto praeventu, tum penes vos im-

c Libera et ingenua professio. Principibus accepta D feruntur bona ecclesiae, quae vel donarunt ipsi, vel ut donare liceret, concesserunt, ex lege Constantini Magni. *Habeat, inquit, unusquisque licentiam sanctissimo catholicae venerabilique concilio decedens bonorum quod optavit relinquere.* Cod. Theod. de episcopis, etc. Defensionem quoque bonorum subditis suis omnibus principes cum debeant, praecipuum debent ecclesiasticis. In quo regum olim Francorum pietas enituit, qui res et mancipia ecclesiae eodem se loco ac res et mancipia fisci habere in Capitulis suis professi sunt.

d Missa cum Sigismundus ad bellicam quamdam expeditionem se accingeret, incertum quo et quos in hostes. Quod vero illum insinuat fidem catholicam, cum haec scriberet amplexum jam fuisse, facit ut ea quae sub finem epistolae de materia pretiosioris triumpho sermocinaturum se pollicetur, ad homiliam alludere videantur, quam ab Avito in Sigismundi regis conversione, sensuum suavitate plenissimam, et verborum compositione dulcissimam, ad populum habitam auctor est Agobardus.

possibile erit quem suscepistis servum rejicere, quem A cognovistis dominum non amare. Quod superest, egressi felices, ite sospites, redite victores. Fidem vestram telis inserite, provisionem divinam promittendo admonete, auxilia cœli precibus exigit, jacula vestra votis armate. Dabit Deus ut bellorum tropæa quæ vobis ipse præstiterit, cujusenque sermonis obsequio sub materia ejus quem dudum exsequor, triumphî pretiosioris exaggerem.

EPISTOLA XLI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a CHLODOVECO REGI.

^a Vestræ subtilitatis acrimoniam quorumcunque schismatum sectatores sententiis suis, variis opinione, diversis multitudine, vacuis veritate, Christiani nominis visi sunt obumbratione velare. At dum status B nostros æternitati committimus, dum quid recti unusquisque sentiat futuro examini reservamus, etiam in præsentibus interlucentis radius veritatis emicuit. Invenit quippe tempori nostro arbitrum quemdam divina provisio. Dum vobis eligitis, omnibus judicatis, vestra fides nostra victoria est. Solent plerique in hac eadem causa, si pro expetenda sanitate credendi, aut sacerdotum hortatu aut quorumcunque sodalium suggestionem moneantur, consuetudinem generis et ritum paternæ observationis opponere. Ita salutem nocentem verecundiam præferentes, dum parentibus in incredulitatis custodia inutilem reverentiam servant confitentur se quodammodo nescire quid eligant. Discedat igitur ab hac excusatione, post talis facti miraculum, noxius pudor. De toto prisæ originis stemmate sola nobilitate contenti, quidquid omnis potest fastigium generositatis ornare, prosapia vestræ a vobis voluistis exsurgere. Habetis bonorum auctores, voluistis esse meliorum: respondetis proavis quod regnatis in sæculo, instruitis posteros quod regnatis in cœlo. Gaudeat ergo quidem ^b Græcia habere se principem legis nostræ: sed non jam

^a Francorum ad quem Theoderici quoque regis Italicæ duplex apud Cassiodorum est epistola, libro II Variarum, 61, et libro III, 4, sed utraque Luduvinum vocat. Prior autem huic nostræ suppar, si tempus spectetur; scripta videlicet post victoriam Alamannicam, quæ Clodoveo fidei Christianæ occasio fuit, et baptismi, cujus hic pompam Avitus elegantissime describit. Docet porro, quod hactenus ignorabamus, D in vigilia natalis Domini celebratum, non in vigilia Paschæ; quod Hincmarus Remensis falso sibi et rerum nostrarum scriptoribus persuaserat.

^a Avitus in hac epistola Clodovei baptismum graphicè describens, haud meminit ampullæ cœlitis demissæ sacro chrismate oppletæ, quo Clodoveus a sancto Remigio perunctus fuisse fertur. Neque vero ullam hujusce rei admirabilis mentionem factam fuisse Gregorio Turonensi, Fredegario aliisque vetustioribus Francorum historicis comperimus. Quo quidem argumento negativo utuntur nonnulli critici recentiores ad hujusmodi prodigii veritatem infirmendam. Verum his occurrit V. C. Dn. abbas de Vertot in dissertatione sic inscripta: *De la sainte Ampoule conservée à Reims pour le sacre de nos Rois*. Exstat autem hæc dissertatio in *Mém. de l'Acad. des Inscript.* tom. II, pag. 619, in-4. *Disquisitionem quoque de Ampulla Remensi* antea ediderat Jo. Jac.

quæ tanti muneris dono sola mereatur illustrari, quod non desit et reliquo orbi claritas sua. Siquidem et occiduis partibus in rege non novo novi jubaris lumen effulberat. Cujus splendorem congrue redemptoris nostri nativitas inchoavit: ut consequenter eodie ad salutem regenerari ex unda vos pareat, quo natum redemptioni suæ cœli Dominum mundus accepit. Igitur qui celebrer est natalis Domini, sit et vestri: quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus et mundo: in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecratis. Quid jam de ipsa gloriosissima regenerationis vestræ solemnitate dicatur? cujus ministeriis etsi corporaliter non accessi, gaudiorum tamen communionem non defui. Quandoquidem hoc quoque regionibus nostris divina pietas gratulationis adjecerit, ut ante baptismum vestrum ad nos sublimissimæ humilitatis nuntius perveniret. Unde nos post hanc expectationem jam securos vestri sacra nox reperit. Conferebamus namque nobiscumque tractabamus, quale esset illud, cum adunatorum numerus pontificum, manu sancti, ambitione servitii membra regia undis vitalibus confoveret: cum se Dei servis inflecteret timendum gentibus caput: cum ^a sub casside crines nutritos salutari galea sacræ unctionis indueret; cum intermisso tegmine loricarum immaculati artus simili candore fulgerent. Faclet, si quid creditis, regum florentissime, faciet, inquam, indumentorum ista mollities, ut vobis deinceps plus valeat rigor armorum; et quidquid felicitas usque huc præstitit, addet hinc sanctitas. Vellem C vero præconiis vestris quiddam exhortationis adnectere, si aliquid vel scientiam vestram vel observantiam præteriret. Nunquid fidem perfecto prædicabimus, quam ante perfectionem sine prædicatore vidistis? an forte humilitatem, quam jam dudum nobis devotione impenditis, qui nunc primum professione debetis? an misericordiam, quam solutis a vobis adhuc nuper populus captivus gaudiis mundo insi-

^b Anastasium imp. Christianum illum quidem, sed non satis orthodoxum. Romæ vero et in Italia rex Theodericus, et in Gallia Wisigothorum Alaricus, et Gundobadus Burgundionum, Ariani prorsus erant, itemque Suevi, et si qui alii in Hispania; in Germania autem et in Britannia, adhuc pagani. Ut non injuriæ sint, qui post Clodoveum, qui primus omnium in Ecclesia catholicus rex fuit, regibus Francorum primum inter Christianos principes locum vel hoc nomine deberi asseverant.

Chiffetius. Hac item de re verba facit Hadrianus Valesius tom. I *Rer. Franc.* lib. vi, pag. 260 et seq.

^a Francorum reges intonsos perhibent historici. Gregorius Turonensis *Hist. Franc.* lib. vi, cap. 24, de Gundovaldo: *Hic, inquit, cum natus esset in Gallia, et diligenti cura nutritus, ut regum istorum mos est, crinium flagellis per terga demissis, etc.* Et lib. viii, cap. 10, de Clodoveo interfecto quemdam ista narrantem inducit: *Cum ignorarem ait, quisnam esset, a cæsarie proluxa cognovi Clodoveum esse.* His consona refert Agathias Scholasticus lib. I *de Imper. et Reb. gest. Justinii imp.* pag. 14 edit. Paris. Qua de re videsis *Mém. de l'Acad. des Inscript.* tom. VIII, pag. 487, 488, edit. in-4.

nuat, lacrymis Deo? Unum ergo, quod vel'emus au-
geri: ut quia Deus gentem vestram per vos ex toto
snam faciet, ulterioribus quoque gentibus quas in
naturali adhuc iguorantia constitutas nulla pravorum
dogmatum germina corruperunt, de bono thesauro
vestri cordis fidei semina porrigatis; nec pudeat pi-
geaque, etiam directis in rem legationibus, astruere
partes Dei, qui tantum vestras erexit. Quatenus ex-
terni quoque populi paganorum, pro religionis vobis
primitus imperio servituri, dum adhuc in alios viden-
tur habere proprietatem, discernant potius gentem
quam principem. Nulla igitur patria quasi speciali
sede sibi vindicet totis quos honorum gradibus attol-
litis: constat vos esse, quo communis uno solis ju-
bare omnia perfruuntur. Vicina quidem plus gaudent
lumine, sed non carent remotiora fulgore. Quapro-
pter radiate perpetuum praesentibus diademate, ab-
sentibus majestate. Successus felicium triumphorum
quos per vos regio illa gerit, cuncta concelebrant.
Tangit etiam nos felicitas: quotiescunque illic pu-
gnatis, vicinimus. Inter haec tamen catholicae religio-
nis affectum servat in vobis cura miserandi: et in
apice rerum omnium gubernacula continente, non
minus eminent sanctitas quam potestas. Ex qua utique
factum est, ut dirigi ad vos servi vestri a viri illu-
stris Laurentii filium principali oraculo juberetis.
Quod apud dominum meum, suae quidem gentis re-
gem, sed militem vestram, obtinuisse me suggero.
Nihil quippe est in quo servire non potest. Commen-
dat directum: congaudio misso, invidi vos visuro. Cui
minus compatandum est ad utilitatem, parenti pro-
prio restitui, quam patri omnium praesentari.

EPISTOLA XLII.

AB AVITO EPISCOPO DICTATA ^b SUB NOMINE DOMNI C. S.
^c AD VITALIANUM SENATOREM.

Quantum pertinet ad dignam iudicii vestri inte-
gritatem, quoscunque honorum privilegiis erigitis,
Romanos putare debetis. Ex hac ergo fiducia, non
convenit ut ex toto credantur absentes, quos etsi
patria separat, militia repraesentat. Unde quod solum
valeo, sed utilitate officii animum devotionis osten-

^a De quo iterum in duabus proximis epistolis.
Hunc ad patrem redire cum cuperet Anastasius,
Clodoveum intercessorem adhibuit, ut eum a Gun-
dobado repeteret, apud quem captivus obses, ut reor,
pro patre tenebatur.

^b Sic et in epistola 84, sub nomine domni regis
C. S., id est comitis Sigismundi. Sigismundi enim
regis nomine dictatam, atque in ea loqui Sigismun-
dum, hinc apparet, quod Gundobadum patrem suum
vocat, a quo Anastasii, ut dictum est, de Laurentii
filio impleta fuerat iussio. Quare, si comitem hoc
loco dixit, ut in epistola 7 patricium Sigismundum,
inter caeteros honores quibus externos reges ornabant
Romani, comitivam quoque deferri solitam intelli-
gendum est.

^c Patricioli filium, Asparis nepotem, qui fidei or-
thodoxae, synodique Chalcedonensis tuendae studio,
ut auctor est Victor Tononensis, hostem se Anasta-
sio palam exhibuit; et cum is de Trisagio insaniret,
pro eo imperator acclamatus est. Theophaues in
Chronico, τοῦ ὄχλου καταβώντων Ἀναστασίω, καὶ
ἄλλοι βασιλεῖα αἰτούντων, Βιταλιανὸς δὲ αὐτῶν εὐφημοῦν-
των κυριώτατος, quanquam hoc posterius Marcelli-

dens, quid assidue cuperem, vel cum possibili-
as permittit allego. Vos nunc clementissimo communi
principi quid vellemus asserite. Insinuate attentius
obedientiae famulatum, quem nunc in obsequio, sem-
per habemus in voto. Suggeste ac pariter commen-
date, ab amatore vestro domno et patre meo imple-
tam, me intercedente, principalis reverentiae iussio-
nem. Clientis vestri viri illustris Laurentii filius
studio meo redditus additur regioni. Miseramus du-
dum in parente famulum: ecce adjicimus in filio
famulatum. Quo uno vobis directo, qualiter cum aliis
agatur advertite. Superest ut praefatus miles vester,
cujus proles et illic gratiae vestrae porrigitur, et hinc
patriae reservatur, commendatus vobis studio meo,
ipse commendet quod vel de illius sobolis adeptione
jam compos, vel de istius quae nobiscum redit prospere-
ritate securus est.

EPISTOLA XLIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^d CELERO SENATORI.

Constat non minus desiderii mei esse quam debiti,
ut officia quae merito inclinatae magnitudini orbis devo-
tus impendit, a me qui gratiae ejus jam dudum videor
obligatus, specialius excolantur: maxime cum oppor-
tunam nunc occasionem favor divinus obtulerit, in
qua imperio celsitudinis suae plena meruerim devo-
tione servire. Quapropter cultoris vestri viri illustris
Laurentii filium, quem ad mundum suum dirigi iussio
reverenda praecipit, magnificentiae vestrae praesto
largissimae sospitatis honore commendo. Augete
studio defensionis quod voluistis animo pietatis. In
C regione expeit patrem, in vobis reperiat paternita-
tem. Tuimini etiam cum prole susceptum. Qui vobis
licet satis sit debitor per honorem, plus tamen inci-
piet debere per sobolem: quod per vos potestior pro-
prietatis affectus solatio, compensaturus erga vos affe-
ctionis experimento. De caetero autem, quantum ad
fideles vestros pertinet, expectatam semper cupimus
iussioem, optamus obedientiae facultatem. Vos pro-
pitia divinitate praestate, ut Romanam sub gloriosis-
simo principe nostro prosperitatem, in cuius apice
digna honoris arce fulgetis, tam serenitate sermonis

nus comes Areobindae tribuit, non Vitaliano. Qui
mortuo tandem Anastasio Constantinopoli ab Justino
revocatus, ac magister militum et consul collega
Rustico creatus, septimo mense sui consulatus vul-
neribus confossus in palatio interfectus est, indict.
XIII, ut Marcellinus idem notat, hoc est anno Christi
520.

^d Eadem inflexione qua Celeri ejusdem filium epi-
stola 35 dixit pro Celestis, quod Graeci quoque κελρος
dicunt. Fuit hic magister officiorum, notus expedi-
tione Persica, cui, ut Procopius lib. II scribit, inter
caeteros duces praefuit τῶν ἐν παλατίῳ ταγμάτων ἀρ-
χηγὸς Κέλερος. μαγιστρὸν Ῥωμαίων τὴν ἀρχὴν καλεῖν νε-
νομίασιν. Notus et discrimine quod ad it, cum ad
placandum populum Trisagii causa efferatur, mis-
sus est ab Anastasio, ut Marcellinus comes in Chron-
ico narrat, Paulo et Muschiano cons. Sed et consu-
latum cum Venantio Liberii filio Celerem gessisse
Fasti fidem faciunt, et bonarum partium fuisse testa-
tur, tum Hormisdæ ad Celerem epistola 34, tum al-
tera Celeris ipsius ad Hormisdæ de pace inter Ec-
clesias composita.

augusti, quam dignitatis vestrae rescripto mereamur agnoscere.

EPISTOLA XLIV.

VITUS VIENNENSIS EPISCOPUS A DOMNO SIGISMUNDO.

Si ut dignamini credere loqui possem, importune tum obstreperet Graecis auribus sermo Latinus. At cum in lingua nostra hoc magis abiturum sit intelligibile, quod minus fuerit expositum; in litteris quas per conservum meum offerri praecipistis, possunt et vitia cum securitate dictari. Ipsi certe quid velimus dicere quocumque scrutentur interprete, ego in affatu consueto dignatione plus, si dici potest, quam piissimi domni experimento interpretante cognovi. De reliquo, Christus vobis pro perseverantia gratiae quam peculiaribus servis servatis, vicem rependat. Quod etiam in hoc ipso adolescente quem dirigitis tale monstratur, dum cogitantes in neutro quidem committunt, sed in utroque mercedem, quasi vobis vultis filium, et quasi patri redditis nutritum.

EPISTOLA XLV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS B VIRO ILLUSTRIS APOLLINARI.

Diu est si aut verbo meo creditis, aut de affectu nutu digna sentitis, quod litteras aliquas vestri sumere desiderans, plus tamen officii mei offerre cupiebam, quod in persona vestra, dilectioni primum, deinde necessitudini, ad ultimum dignitati a me debentur. Non semper debemus occasionibus commentum solvenda committere: quia licet et ipsa nobis opportunitas portitorum propter frequentiam debeat esse votiva, necesse tamen est ut illa sollicitudo praecellat, quae se appetitu proprio, sine intervenitu alienae necessitatis insinuat. Huius obsequii me obnoxium sciens, intercludi redhibitionem justam injusto obstaculi praepedientis obice jamdudum tacitus ingemiscebam. Pervenerat quippe, non ad notitiam tantummodo, sed ad maestitiam nostram, dispositi fumus incendii, quod sanctam ac simplicem innocentiam vestram, velut de effetiis cineribus, conjuratio procellosa ventis mendacibus sufflans, in cassum movere tentaverat. Ub quam causam verebamur anxietatis vestrae sarcinam voto libaminis aggravare, et mœroris augmentum pro consolatione transmittere. Sub huius ergo ambiguitatis nubilo confusa expectatione pendentibus, litteras vestras, serenitatis pristinae, pietatis expertae, inopinanti mihi Deus obtulit. Recognovi illic, qua satis delectatus

^a Dictarat, opinor, Avitus nomine Sigismundi, non solum superiores litteras ad Vitalianum, sed proximas etiam ad Celerem. Ad has ergo in Graeciam, ut Graecis auribus obstreperant, abiturus alludit, et Laurentii filium patri redditum gratulatur.

^b Sidonii filio, si recte ad epistolam 22 conjecimus, cum is ab Alarico rege apud quem delatus fuerat, illaesa gratia rediisset.

^c Mox, appeti visa est familia nostra. Tanta erat Aviti familiae cum Sidoniana conjunctio, ut eandem faciat, vicissimque nomina transferat et commutet. Cur ergo Sidonium patrem suum dicat Avitus, apertum est, quia is pater fuit Apollinari. Archadius vero quem Apollinari patrem affingit, quis fuerit,

aut quae obloquia passus sit, quaerendum est. Nam de Sidonio ex ejus vita et epistolis patet.

^d Placuisse Apollinari poematum suorum libros gaudet, de quibus trepide in epistola 33 illius iudicium exspectabat. Nec immerito: Sidonio enim patre non indignus filius, ad quem scribens Ricivus lib. II, epist. 25, *Cujus vos, inquit, esse filios non solum generositate prosapia, verum etiam et eloquentiae flore, et omni virtutum genere comprobatis. Et post alia: Quem si divina clementia usque ad hoc tempus superesse voluisset, sicut jam tum de vestra imitatione laetabatur, ita nunc de perfectione gauderet; cum spem ad rem cerneret pervenisse, nec sibi invideret aequalem, quem optaverat esse meliorem.*

sum, manum vestram, qua pius, paternam declamationem, qua maxime, haereditariam benignitatem. Scripistis igitur, Christo praestante, jam reduceas, omnia tuta esse, circaque vos dignationem domini regis Alarici illaeram et pristinam permanere. Quamquam ego censeam, quod post quaecumque mutationem, gratia talium personarum ita sine augmento non redditur, sicut sine periculo non finitur. Volunt enim quasi satisfacere innocentiae lacessitae, tumque eligunt credidisse cum cernunt: et sic eis conscientia nostra sufficit, si scientia sua testis accedit. Ego tamen nuntio vestrae, imo nostrae securitatis accepto, ecce Deo teste loquor, in lacrymas mixtas laetitiae praeteritorum recordatione prorupi. Animum namque, ut ait vester poeta (*Aeneid.* II), subiit cari genitoris imago, ut memoria retractavi, usque ad nostras quamlibet dispari professione personas, quamdam parentum communium sortem parilitate laborum invidia exsequente perduci. Illa tamen in Dei nomine etiam nobis suppetit, quae illis consolatio fuit: quod toto aemulorum nisu, toto circumlatrantis undique livoris dente tentata, quotiescunque appeti visa est, criminationi subjacuit familia nostra, non crimini. Quoniam si vos a patre vestro Archadio didicistis, virum saeculo militantem minus inter arma quam inter obloquia periclitari; nec ego parum exempli a Sidonio meo quem patrem vocare non audeo, quantum clericus perpeti possit assumo. Quocirca illud Divinitas tribuat, ut nobis quam novum non est talia objici, tam nos nulla novitas merito faciat accusari.

C Sed desistat nunc laetitiae tempore, amaritudinis ex opportunitate sermo perstrictus: quin potius ineptia vacantis audaciae unde rideatis exhibeat. Ante aliquot menses datas ad amicum quemdam communem magnificentiae vestrae litteras vidi, quibus salutatione praefata, in epistolae declamantes parte succidua, scribebatis placuisse vobis libellos, quos inter occupationes seria et magis necessaria conscribendi, nihilominus tamen de spiritalis historiae gestis etiam lege poematis lusi. Hic nunc nihil falso, nihil assentatorie me loqui, coram sinceritate vestra imprecor testem Deum, tantum me tuo iudicio delectatum, veluti si auribus domini mei patris tui meditata confessus, cujuscumque laudis momento sub censore donarer.

D vestrum huic liberius quam alteri pandebatis. Deinde quod agnovi, vos aliquod bonum de conatu fraterni

aut quae obloquia passus sit, quaerendum est. Nam de Sidonio ex ejus vita et epistolis patet.

^d Placuisse Apollinari poematum suorum libros gaudet, de quibus trepide in epistola 33 illius iudicium exspectabat. Nec immerito: Sidonio enim patre non indignus filius, ad quem scribens Ricivus lib. II, epist. 25, *Cujus vos, inquit, esse filios non solum generositate prosapia, verum etiam et eloquentiae flore, et omni virtutum genere comprobatis. Et post alia: Quem si divina clementia usque ad hoc tempus superesse voluisset, sicut jam tum de vestra imitatione laetabatur, ita nunc de perfectione gauderet; cum spem ad rem cerneret pervenisse, nec sibi invideret aequalem, quem optaverat esse meliorem.*

operis non minus velle quam credere : certe meritis dictionis non quantum volebatis inventis, supplere vos voto quod non poteratis implere iudicio. Libellum tamen amicus, qui ut puto ad vos pervenire fecit, non de librarii, sed adhuc ex notarii manu, adeo mihi inemendatum crudumque præripuit, ut non facile denotes, auctoris magis scriptorisve vitii irascaris. Quapropter opusculum ipsum in membranis redactum, nec adhuc quanta volueram correctione politum, ne moram desiderio meo facerem, celeriter destinavi. Si revera non solum amantibus, sed et iudicantibus vobis placet, quoniam apud extraneos forte non deerit quem audacis conatus tangat invidia, abunde mihi sufficit, ut vos quod cupio sentiat, quia sicut non minus ad meam quam vestram gloriam pervenit, communis Sollii opus illustrare : ita vobis, favente Christo, militari actu magis magisque florentibus, si in minimis subtilius aliquid dignum lectione confecerit, etiam sine me quodcumque Archadium non puderet.

EPISTOLA XLVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a VIRO ILLUSTRARI
APOLLINARI.

Communi quidem sed veraci sermone vulgatum est, quod sese mutux dilectionis intuitu concordantium cernunt motus animorum. Patet namque, tam unam nobis sollicitudinem nostri esse, ut litteris quas harum portitor filius meus attulit, ante si bene metiamini responderem, quam venirent. Nam in pagina famulatus quam per meos ex causa direxeram, et gaudium de vestra prosperitate conceptum plus affectionibus quam sermonibus exhalavi, et necessitatem nostram patrumque communium, mixta lacrymis exultatione perstrinxit. De cætro autem, tribuat divina miseratio, quæ spem reparandæ prosperitatis in personæ vestræ honore constituit, et securitæ posteritatis nostræ te uno genitore etiam nos patres esse concessit, ut calcatis jugiter, prosperante successu, inimicorum conjuratione et perfidorum livore, primus victoriæ vestræ gradus sit, integritatem in conscientia reponere, secundus cum discutitur in audientia comprobare, tertius criminantibus post sententiam pepercisse. Torqueatur animus etiam pro indulgentia sibi collata hostis oppressi, et duplici nostro bono, supplicio suo, cum vos genuerit non posse decipi, doleat posse miserari. Sic potestati vestræ ad hoc tantum redditus ne periret, dum oblata ultro veniæ amarus irascitur, vitæ quodammodo suæ invidere cogatur. De reliquo, domine semper piissime frater, cura pectoris mei, pompa generis tui, fer paulisper trepidantem fraternæ admonitionis ineptiam. Cavete attente a malis,

^a Eidem Sidonii filio, de re eadem, id est, de prospero exitu discriminis quod apud Alaricum regem adierat : monetque porro, ut inimicorum dolos et invidias jam expertus, eas diligentius caveat in posterum.

^b Senatori, non in Italia, vel in Græcia, ut plerique superiorum, sed in Gallia, et in aula regis Burgundionum, nobili oratori, cui pro suscepta fidei ca-

et linguarum mordacium dolis sibilantibus, blandimenta venenæque machinantibus, doctius post experimenta non credite. Nec minus vos solertia faciat cautos, quam innocentia præstat securos. Siquidem intercluso probis explorandi nocendique aditu, vel ob hoc gratius debetis debellandis eorum conatibus laborare, quod ultionem divino iudicio reservantes, debellatis semper statuistis ignoscere. Quanquam, ut supra jam fassus sum, non ex toto impunitus abeat quem gloria lacesistis.

EPISTOLA XLVII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b VIRO ILLUSTRARI
HERACLIO.

Dum incessabilis de amicorum fide ac salute cura mihi est, nuper prosperitatis vestræ inter prima sollicitus agnovi, quod cum familiari catholico episcopus tacere non debeam : fructum tamen in vobis mercedis taliter acquisitæ, non tam verbis valeo exaggerare quam gaudiis. Nam nisi vos a præconio vestro maturitate senatoria temperatissimi pudoris frena coliberent, effectum certaminis gloriosissimi forsitan lingua digne laudaret apud proprios, quæ mirabiliter convincit adversos. Habuistis igitur, ut audio, cum rege tractatum, de quo, quantum comperi, quia non se ducebant lenibus, transistis ad prælium. Discussus est nutu divino, qui cœlis dudum notus, iam et hominibus appareret religionis assertor. Os sæcularis eloquentiæ pompis assuetum, et fluentis exundantibus Romulæe profunditatis irriguo, alacritate debita missam sibi de supernis materiam dignæ disputationis arripuit : et facundiam quæ cum interfuit, aut describendi mundi jucunditatibus, aut regalium triumphorum præconiis patrocinebatur, ubi primum melior pars poposcit, astruendæ veritati servire non puduit. Itaque sicut alias laudando regem reddidistis Cæsari quod Cæsaris erat, ita hic inter redderetis Deo quæ Dei sunt, nec Cæsari pepercistis. Quapropter habet hic in vobis, etiam non sequitur, potestas regia quod miretur, quæ se aliquoties declamantibus vobis, nunc evidentius sentit ornatam. Siquidem nescire vos assentationis illecebram, cum res admonuit, etiam resistendo monstratis. Illos igitur denotet sapientia potestatum, facile humana fidem posse mutare, quos divinis vident terrena præponere. Cæterum cognosci in promptu est, custodem primarum partium etiam quæ sunt residua servaturum. Hæc igitur dicta sunt cum de sæculari parte tractamus. Si vero ad sacerdotum causam venitur, quorum adhuc non augetis scholam, sustinetis injuriam, atque ornandam contubernio prius informati exemplo ; quis horum vos, quis, inquam, nesciat, ad certamen hujus spiritalis palæstræ, non rudes aut

tholicæ coram Gundobado defensione, episcopalem cathedram vacinat. Quod si vanum augurium non fuit, Heraclium hunc opinor episcopum illum Tricastinensem, cujus nomen in conciliis aliquot subnotatum cernimus, ut in Carpentoratensi et in Arausicano, et Vasensi II, ac denique in IV Aurelianensi. Ad eundem scripta item epistola 86, cui subdita est ipsius responsio.

ignaros legis, sed sub longo salutarium meditationum gymnasio pervenisse? Quocirca novum sit aliis, vos necessitatem belli hujus a perfectione virtutis ordiri; ego autem in cuius animo caritatis arcem tenetis, jam dudum incunctanter agnoveram, ad catholicos sensus intuendos per studium, tuendosque per verbum, probato in vobis devotionis ardori non tam desideria deesse quam tempora. Quapropter famulatu salutationis oblato, pastu quo mentem vestram jejuno corpore satiastis, significans etiam me relectum, unde paucula hæc saturitatis meæ gratulatio eruat, Deum quod restat exposco, ut cui prædicatoris officium jam imposuit, honorem subjungat, et quod exercetur actu, ostendatur et habitu; nec docilem sed doctum, nec discentem sed doctorem cathedra suscipiat. In qua, velut triumphatore conspicuo seris gloriæ victricis evincto, inter acclamantium gaudio consonas voces, quantus in clypeum assurges, etiam nolens astipuletur hostis expertus, nunquam inventurus quod de qualitate meriti contradicat, sed habiturus semper de prælii inæqualitate quod timeat.

EPISTOLA XLVIII.

RESRIPTUM VIRI ILLUSTRIS HERACLII.

Utinam mihi subinde contingat ut alloqui vestri fecunditate augear, eruditione corrobore. Duplicis si iudem gloriæ fructus tali succedit eventum, dom et fides tepore marcida ferventis hortaminis calescit affatu, et ingenium naturali paupertate jejunum perspicui cultoris ope ditescit. Unde si dignamini, comitante salutationis officio, maximas gratias referre præsumo, quod responsio mea apud principem habita, et ad vos ut indicastis rumore perlata, competens iudicium, non ex meo ore, sed ex vestro amore promeruit. Quamquam præcellentissimus princeps, cum sit ad inventendum igneus, profluvius ad dicendum, ita sensus scrutatur humanos, ut semper conventibus mitissimo pareat auditu; tamen laboris mei seriem amputato æquore proclixitate insinuo. Laborem inquam dico, quia procellas inopinatis flatibus irruentes imperitus nauta vix sustinet. Ergo cum, Dei beneficio tandem cessante tædio, tranquillitas publica rediisset, quasi mutatis diu castris destinatum certamen inveni. Semper enim ignavas imbellesque personas petulantior conflictus aggreditur. Primum quidem e diversa parte proprii luctaminis sermo prælusit. Deinde velut ab insidiis repentinis fusus est vomitus transmarinus. Denique incidi in chartam

^a Nomen hoc vero plane Celticum, ac fortasse hoc loco Burgundicum: cuius generis inter comites qui Burgundionum legibus subscripsere, Ansemundus, Andemundus, Fredugundus et Godemundus. Ansemundo eidem inscriptæ sunt etiam epistolæ 71, 72.

^b In eos qui sibi sacras virgines in matrimonium jungunt, Gallicanorum antistitum, ne alios memorem, apertæ sunt sententiæ. In concilio Turon. 1, can. 6: *Qui se sacratis virginibus per conjunctionem refundam misuerint, vel propositum professe religionis dereliquerint, utrique a communione habeantur alieni: quia si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus, donec resipiscentes ad auxilium penitentiae revertantur.* Et in concilio Parisiensi III, can. 5: *Sacratarum virginum neque per raptum, neque per com-*

PATROL. LIX.

vacuam, veteri oblitterata, quæ ita se circumductis irridebat erroribus, ut salva respondentis libertate, propositionis pravitas exitum non haberet, et ex propriis instrumentis in jugulum suum resistenti arma suggereret. Quid multis? pagina quæ legi cœperat, ad silentium conferre se maluit: ut omnibus probabiliter innotescat, quam sit divisa, quam facilis, quam spernenda persuasio, quæ excogitatis multiplicibus argumentis divinæ instructionis inopem turbare non valuit. Hæc itaque replico, ut quidquid est quod in causa Dei placeat, vobis procul dubio sentiam ascribendum. Enimvero in propatulo habetur, quod me sic olim colloctionis vestræ lima componit, omnisque in commune prædicationum vestrarum cultus inuberat, ut sedes illa cui vos contulit cœleste iudicium, multum administratori muneris præstituisse, sed non minus in administrantis persona meruisse videatur. Incumbe ergo orationi, domine pectoris mei, et auxilium Dei, quantum pro te tam pro omnibus, sicut facere consuesti, pius et pervicax tutor implora, ut fidei murus nulla oppugnatione quassetur. Procurandum autem est ut filios alumnosque tuos vulgata indesinenter castigatione tuearis, et validissimis doctrinæ armis, sicut legimus, tecum vincere cogas.

EPISTOLA XLIX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a VIRI ILLUSTRIS ANSEMUNDO.

Plurimum miror quod persona pro qua intercedere dignamini, mihi Lugduni posito sola negaret crimen quod universitas conclamabat, et post ad hoc respiciens pervenit, ut vobis pro venia supplicaret. Quod si simpliciter petit, constat hominem etiam reatus ordinem confiteri. Quocirca licet in omnibus causis, pro dignatione quam mihi impenditis, liberum non habeam aliud facere quam jubetis: non possum tamen, quia sic vobis visum est, remissurus nisi prius exagere quod doleo. Scit enim pietas vestra, et in ecclesia legi frequenter audivit, in ipso adulterii malo quantos Scriptura divina gradus exprimat. Primo fornicandi lapsu peccavit, qui feminam conjugio carentem libidine inflammatus appetiit. Secundo quo pejori, qui furto super cuncta damnabili simplicis tori pudicitiam violavit. Cumque nihil gravius hac injuria humanus animus putet, vos conjicite qualiter cœlestis justitiæ castitas moveatur, ^b si sponsam Christo devotam, et in sancti altaris thalamo benedi-

petitiones aliquas, quisquam conjugia sortiatur. Quod si contra interdicta quis venerit, et sacerdotem suum audire neglexerit, et in presenti a communione catholice Ecclesie habeatur extraneus, et in perpetuum anathemate feriat. In Turonensi denique II, canone 20, similiter statutum, Ut nullus sacratam Deo virginem, quæ in honorem Christi vestem mutavit, aut rapere, aut competere, aut sibi conjugio sociare præsumat. Quod si pastorem suum audire, et se de vetito conjugio separare despererint, perenni excommunicatione damnentur. Hactenus leges ecclesiasticæ. Nam jure civili etiam apud nos, qui sacratam virginem sibi in matrimonio sociarat, capitali sententia feriatur, ex Clotarii II regis constitutione, quæ inter concilia Galliarum subnexa est concilio v Parisiensi.

etione dotatam, ut nihil amplius dicam, vel petulanter aspexerit. Audio tamen dicere juvenem ipsum, non se virginem temerasse, cujus turpibus votis prior multorum carnalitas sit abusa. Quapropter, cum reum facinoris manifesti, nisi satisfactio sua et intercessio vestra non liberet, dici non potest quantum miserum sit, pro reconciliatione sua aliorum crimina confiteri. Accuso in hac parte nostri temporis negligentiam sacerdotalem. Non nos ista perquirimus: offert se nobis inexplorata criminum magnitudo. Quis in malis socium quærat? quis in aliis maculis se inserat? Atque utinam et ipsius vel sic se temperasset obscenitas ut lateret. Deinde ex duobus eligat utrum velit. Si primus in puellam carne peccavit, adhuc expectat quod prædicit Apostolus: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus (I Cor. III, 17)*. Si autem corruptionem quam non inchoaverat, gravavit augmento, quid excogitari turpius, quid horribilius potest, quam ut illum nec hoc prohiberet a meretrice, propter quod solum Deus separari virum permittit a conjuge? Nec solus, si respicitis, ex hac parte commoveor. Gemunt religiosi parentes scelus admissum, et quasi perditam prolem lugentes, orbitatem in plandibus profitentur. Quid de matris mœstitia loquar, quam prædicit jam dudum mariti omni morte deterius turpis vita viduavit? Et quantum coitu moveri solitus, tamen patienter hæc tulerat, filius sine pietate, maritus sine sobole, pater sine hærede: et nutritum insuper ejus studio quamlibet ortum ex generosis adulteris nobile malum; sic tamen quod in desiderati nativitate portenti, non est augmentum prosapiæ, sed infamiæ documentum. Et quidem salva quam mihi Deus in vobis præstitit defensione, plus culpam præfati quam pœnitentiam pertimesco. Sed rogo ne irascatur ista dicenti. Speculator sum, tubam teneo, tacere mihi non licet. Atque utinam peccans humano animo fuerit, cui solitum est labi per facilitatem, et per satisfactionem reverti: cæterum iracundia calere, tumere superbia, lascivia fetere taurinum est. Quocirca licet diversas in me iterum flammæ evomat, et ad Romanæ forsitan Ecclesiæ audientiam vocet, et si adhuc placet, etiam filios habere me dicat, nec minas suas assentatione placabo, nec fatigationes itinerum verebor, qui civis criminibus in patria plus fatigor, nec multos filios habere me negabo, qui unum ex eis

^a Hinc patet persuasum adhuc illis temporibus in Gallia fuisse, propter fornicationem separari virum ab uxore, et aliam ducere, Christi permissu licuisse: quod ex concilio quoque Venetico canone 2 manifestum est: *Eos qui relictis uxoribus suis, sicut in Evangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sine adulterii probatione alias duxerint, statuimus a communione arcendos.*

^b Quod in Galliæ quoque provinciis usitatum docet Leo Magnus, ad episcopos provinciæ Viennensis. *Nobiscum, inquit, vestra fraternitas recognoscat, apostolicam sedem pro sui reverentia, a vestræ etiam provinciæ sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, et per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum, aut retractata aut confirmata fuisse judicia.*

A peperisse jam doleo. Et quidem mihi hæc paucula error extorsit. Sed vos quibus summæ potestatis privilegio major facultas suppetit castigandi, hominem violenter arguite. Conciliationem illi meam, quia ita præcipitis, indicate: meque, ne malum hoc vel mandatis aut nuntiis renovetur, curaturum esse prædicite: ut ei, si non corrigendo per voluntatem, certe vel per custodiam reprimendo, saltem facultas culpæ possit erui, si pœnitentiæ salubritas non possit persuaderi.

EPISTOLA L.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c VIRO ILLUSTRARI MESSIANO.

Maximus desiderio nostro cumulus optata gaudiorum libertate confertur, si magnificum vestræ pietatis statum florenti prosperitate pollentem avida sollicitudinis nostræ vota cognoverint, quia hoc profectibus nostris compendio Indubiæ felicitatis accrescit, quidquid eminentiæ vestræ cœlestium beneficiorum pietas diffusa contulerit. Nam in eo metimur felicitibus incrementis nostrorum propagationem successuum, in quo actionis vestræ crescit sine fine suffragium. Quapropter honorificum salve persolvens, rogo quod si, ut cupimus, felicia erga vos cuncta gerantur, magnitudo vestra occurrentis paginæ elocutione perdoceat.

EPISTOLA LI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^d VIVENTIULO RHETORI.

Audivi quod in homilia qua nuper ad populum Lugdunensem in dedicatione basilicæ videor concionatus, barbarismum me incurrisse dicatis, palam scilicet castigantes quod publica oratione peccaverim. Fateor istud potuisse contingere, præsertim mihi, cui si qua in annis viridioribus fuerunt studia litterarum, omnia fert ætas (*Virg. ecl. 6*). Ambieram tamen hoc ipsum a vobis coram positus audire, etsi jam sciendi in me facultas minuitur. Sed quia vos absentes dicere comperi, quamquam absens respondere curavi. Igitur culpasse vos ferunt, quod *Potitur* media longa syllaba dixerim, Virgilium in hoc verbo scilicet non secutus, qui syllaba ipsa correpta usus est dicens *vi potitur* (*Æn. III*). Sed istud remissibile est poematis necessitate, quod in opere suo sæpe invenimus Virgilium præsumpsisse, ut scilicet metri legem, sicubi opus est, barbarismo contentus expediat, et syllabarum naturam certis quibusque locis artem minime secutus invertat: quale est illud, *Non erimus regno indecores*

^c Messiani per hæc tempora duo præter istum in Galliam noti. Unus Aviti imp. patricius, quem Ricimer, cum Avitum Placentiæ spoliaret imperio, e vita susulit; alter S. Cæsarii episcopi notarius, postea presbyter, qui una cum Stephano diacono posteriori ipsius vitæ librum conscripsit. Inter utrumque hic noster, omnibus antiquior Messianus proconsul Africæ post consulatum Bautonis, de quo S. Augustinus libro 1 contra litteras Petilianæ cap. 23.

^d Refellit hominis imperiti inscitiam, qui vitiosum Avito accentum objecerat in homilia quam Lugdunum in basilicæ dedicatione pronuntiavit. Homilia hæc interiiit. Laudat vero etiam Fausti Reiensis episcopi, in ejusdem ecclesiæ Lugdunensis dedicatæ festis prædicationes Sidonius lib. II, epist. 3, quæ ipsæ pariter interierunt.

(Æn. vii), vel *Fervere Leucatem* (Æn. viii), vel illud, *A*quisitum diligentius repertumque pandatis : quod sine argumento artis, nec oratorio, invenietur pater et communis filius, quorum ingenia malle presentem tempore ut primus quam solus imbueris, hoc uno tantum vitio esse contentus. Qui tamen ex illo quo profuit uberi fonte doctrinæ jam nunc inter initia sua non minus quam litteras bibant, quod amicum attrahere magis studiis quam detrudere, et oratorem eloqui potius quam obloqui decet.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b VIVENTIOLO EPISCOPO.

Festivitate sanctæ cumulus, quam prospere vestra intercessione transegimus, caritatis apicibus quos direxistis accrevit : et ob id multipliciter reddidit lætiores, quod Ecclesiam quæ ubique una est, unitas complectitur gaudiorum. Tribuat Christus, ut sicut anno presentem desideria nostra felicibus completis iudiciis, ita quoque tempore secuturo visitationem semper optandam Viennensi Ecclesiæ conferatis.

EPISTOLA LIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c GEMELLO EPISCOPO.

Litteras beatitudinis vestræ quas diuturnitas temporis fecerat desiderabiles, vicina festivitas reddidit gratiores, quam in Dei nomine prospere celebravimus, et a vobis commode transactam esse gaudemus. Orate illud semper Ecclesiæ catholicæ sanctorum suffragio provenire, quod Divinitas regulæ novit ac paci, salva in omnibus fraternitatis caritate congruere.

EPISTOLA LIV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS APOLLINARI EPISCOPO.

Post sancta dominicæ Nativitatis officia quibus ægerimus et vere plus quam fessus interfui, quod mihi post Deum primum ac singulare est, nuntium vestrum exspecto; quem si meruero sumere, quæ-

^a Sequentes aliquot epistolæ ex genere sunt earum per quas episcopi olim, solemnissimis diebus Natalis Domini et Resurrectionis consulatise se invicem, et quam prosperè festivitatem celebrassent, nuntiari solebant. Hujusmodi complures inter Theodoretum epistolæ in lucem nuper editas passim aspersæ leguntur, quæ morem hunc morisque causas, mutua scilicet benevolentia caritatisque studium, repræsentant : ut epistol. 4 : *Ἐορταστικοῖς συνήθως κειρήμεθα γράμμασι* : *Festivas de more litteras scripsimus*. Et epistol. 5 : *Τῆς φιλίας τὸ μέτρον ἐτινομεν, κατὰ νόμον τῆς ἑορτῆς* : *Amicitia officio fungimur, ut festi lex postulat*. Et epistol. 26 : *Τοῦτο γὰρ ὁ τῆς ἑορτῆς καὶ ὁ τῆς ἀγάπης παρακλιθεῖται νόμος* : *Hoc enim et festi et caritatis lex suadet*. Denique hoc unum illarum fuit argumentum, quod ex epistola 56 videre est, quam integram, quia brevior, subjicimus. *ΕΟΡΤΑΣΤΙΚΗ. Ἀκμάζει μὲν ἔτι τὰ τῆς λύπης καὶ χαλεπῶς αὐτῆ προσβάλλει τῷ λογισμῷ, τὸν δὲ τῆς ἑορτῆς πληρῶσαι νόμον ὑπέλαβον δικαίον. Αὐτίκα γούν καὶ τοῖς γράμμασι κειρήμαι, καὶ τὴν εὐλαβείαν σου προσφθίγγομαι, καὶ τῆς ἀγάπης ἔκτινω τὸ χρεῖος. Urget quidem adhuc me tristitia, et mentem graviter concutit : atamen festi legem implere justum existimavi. Nunc itaque, et scribo, et reverentiam tuam saluto, et caritatis debitum exsolvo*. Ex his patet, *ἑορταστικῶς*, hoc est festivas sive festales, ex eo dictas, quod festis diebus scriberentur : quo modo apud Alexandrinos *ἑορταστικαί* item nuncupatae sunt epistolæ Paschales, Theophili, Cyrilli et aliorum pa-

triarcharum. quibus proximi Paschæ diem cæteris ecclesiis denuntiabant. Sed illæ Paschales ideo appellatae, quia de die Paschæ omnes : has vero partim etiam Natales dicere licuit, quia per utramque festivitatem mittebantur, ut in Natali Christi epistola 54 et 56 Aviti, in Resurrectione 58, 63, 64 Theodoretum.

^b Lugdunensi, cui adhuc presbytero episcopatum auguratus est Avitus epistola 17, Lugdunensi cathedræ præfuisse ostendunt concilia quibus subscribit, Epaonense et Lugdunense sub Sigismundo. Quam exquisitæ autem doctrinæ vir fuerit, ex Agohardo discimus in libro de Judaicis Superstitionibus. *Viventiolus*, inquit, *Ecclesiæ Lugdunensis episcopus, cujus doctrinæ fuerit, non solum ipsius, sed et aliorum de eo scripta testantur*.

^c Vasionensem episcopum fuisse docet ejus subscriptio in concilio Epaonensi. Ut d' versus autem ab eo Gemello credamus, quem in eadem provincia præfectorum vicarium vidimus in epistola 32, facit quod in ea synodo quæ paucis post annis secuta est, veteranus episcopus jam erat, principemque inter collegas locum obtinebat. Qua etiam de causa hoc loco Apollinari, Victorio, Claudio et Gregorio anteponitur, qui eodem ordine in eadem synodo subscribunt. Apollinarem Valentinum episcopum novimus ex epistola 11, Victorium Gratianopolitanum ex 16. Claudius vero et Gregorius, illustris ambo nominis et famæ, alter Vesuntinam rexit Ecclesiam, alter Lingonensem.

cunque illa qua dignus sum fuit, ut ego confido temperabitur, ut vos meremini detergetur asperitas.

EPISTOLA LV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VICTOBIO EPISCOPO.

Prospera Deo propitio festivitatis exordia, quia obtinueratis suffragio, visitastis affectu. Nam dum et curam patri solito geritis, et de incolumitate vestra quæ votis convenient nuntiatis, quod gaudemus offeritis, et quod debemus exigitis. Tribuat Christus hujus ipsius pietatis ac dignationis vestra uberem commeatum, in quo a vobis munere magisterii geminati, et persollicitudinis beneficium confortentur senes vestri, et per caritatis exemplum posteri doceantur.

EPISTOLA LVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS CLAUDIO EPISCOPO.

Pro consuetudine desideria nostra votivis iudiciis pietatis studio cumulatis; quorum visitatione suscepta, Nativitatis dominicæ nobis festa prosperitatis vestræ geminantur augmento. Pro qua gratia quam erga nos beatitudo vestra assidua dignatione multiplicat, præsentiam vestram succedentium annorum numerositate Divinitas propitiata longævitet.

EPISTOLA LVII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS GREGORIO EPISCOPO.

Magnæ quidem et nimis admirandæ sunt deliciae quas misistis, copia, tempore, dignitate; sed tamen affectui, pietati, sollicitudini non æquantur. Per quæ probatur, non tam dignatio vestra nobis quam præsentia defuisse. Expedita est suffragiorum vestrorum prosperitate festivitas: cui quantum accessit corporali, tantum a consuetudine spiritalium defuit epularum: quas mihi Deus si in futuro tribuit commeatu, sicut nunc per vos transmittere, ita tunc vobiscum exhibere dignetur.

EPISTOLA LVIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a VIVENTIOLO EPISCOPO.

Nisi frequenter vota communia peccatorum impedirentur objectu, jussioni consuetudinariæ caritatis solito volueram parere servitio. Nam cum festivitati vobisque occurrere duplicis compendii res fuisset,

^a Invitatus ad Lugdunensis ecclesiæ festivitatem excusatus, quod Vienna propter adventum principum abesse non possit; eodemque spectat et sequens epistola. Nam S. Justi solemnitas Lugduni celeberrima: de qua et Sidonius lib. v, epist. 17: *Conveneramus ad S. Justi sepulcrum; processio fuerat antelucana, solemnitas anniversaria, populus ingens, quem capacissima basilica non caperet.* Hoc vero ad aliud pertinet genus epistolarum, quibus solebant episcopi vicinarum sedium collegas episcopos ad urbem suarum celebritates invitare. Cujus moris exemplum insigne est apud Basilium Magnum epist. 291, ubi ad Caesariensis martyrum diem anniversarium, non vicinos modo, sed totius Ponticæ diocæsis episcopos advocat.

Ἐπι ὄν ἐπιστομῶτατοι μαρτύρων, Εὐψύχιος καὶ Δάμας καὶ ὁ περὶ αὐτοῦς χορὸς, ὧν ἡ μνήμη δι' ἔτους παρὰ τῆς πόλεως ἡμῶν, καὶ τῆς περιουχίδος δι' πάσης τελεῖται, ὑπομνηστικὴ ὑμᾶς, τὸν ἴδιον ἰαντῆς κόσμον ἡ ἐκκλησία, διὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς παρακαλοῦσα, τὴν ἀρχαίαν ἀπολαβὴν τῆς ἐπισκέψεως ἡμῶν συνίθιαν. Quocirca cum inter martyres nobilissimi sint Euppsychius et Damas sociique ipsorum, quorum anniversaria memoria in urbe nostra totaque vicinia celebratur, admonet vos peculiare decus suum ecclesiae, voceque nostra hortatur.

videtis ad mei solius pertinere dispendium, quod neque implere præceptum. Ita namque apud nos per momenta singula potestatum speratur adventus, ut nisi illis venientibus præsens esse curavero, ab eis qui solent in nobis etiam leviora culpæ, quamlibet simplex abscessus meus, non solum negligentiae, sed etiam contumaciæ deputetur. Quapropter, communi necessitate perspecta, impossibilitati meæ clementer ignoscite, et ut desiderii nostris, si non jugiter, vel interdum satisfacere possimus orate.

EPISTOLA LIX.

VIVENTIOLO AVITO EPISCOPO.

Ad similitudinem divinæ benignitatis deliberatio vestra cultorum suorum petitionibus temperetur, ut in solemnitate sancti Justi plebeculam suam apostolatus vestri visitatio benedicat.

EPISTOLA LX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIVENTIOLO EPISCOPO.

Ad firmitatem promissionis divinæ, sit quod antea concessistis Est, Est, quod postea repetistis Non, Non; quia si bene occupatione præsentium qualitas pertractatur, conditionem inter vos habitam, etiam si tunc non debuisset interseri, modo specialiter deceret impleri.

EPISTOLA LXI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b CONSTANTIO EPISCOPO.

Litteras sanctitatis tuæ in Pascha quidem, sed non paschales accepi, nihil utique de caritate aut sollicitudine præferentes; sed quibus jubebas ut fratrem et consacerdotem nostrum Candidianum, quem ego quasi peculiarem commendaveram, non solum ad clericorum, verum etiam ad laicorum audientiam destinarem, a quibus constat diaconum ejus pro civili causa servili custodiae mancipatum. Et ideo, si censetis omnia de clericis vestris laicorum testimonio credenda, rescribite. Consequens erit ut dum sæcularium notitiam ex omnibus quæ in rumorem veniunt consulamus, clericorum libertatem prodamus. Illud tamen quasi amor tuus suggerere ac monere præsumo, ^d ne propter leves causas, et

ut antiquam visitandi nos consuetudinem repetatis.

^b Duo hujus nominis episcopi sub hoc tempore concilio Epæonensi subscripserunt, unus Octodorensis, alter Vapincensis. Quorum alteri quin ascribenda sit epistola dubium non videtur; utri autem incertum.

^c Clericorum quippe libertati repugnat, et antiquissimo eorum privilegio, quod a Valentiniano Cæsare post extinctam Joannis tyrannidem renovatum est, lege ultima cod. Theod. De episcopis, etc.: *Clericos etiam, quos indiscretim ad sæculares iudices debere deduci infaustus præsumptor indixerat, episcopali audientiae reservamus. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.*

^d Quod canones passim inculcant, ac diserte inter Gallicos postea sanxit secundus concilii Aureliensis v: *Ut nullus sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis et levibus causis a communionem suspendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab ecclesia arceri jusserunt committentes.* Quocirca ut hoc loco Constantium Avitus, sic Hilariam Arelatensem hoc nomine taxat Leo Magnus epist. 89, quod communionem facile deuegaret.

non ad Deum, sed ad sæculum pertinentes, ne laici A
quidem, non dicam clerici, sancta communione pri-
ventur: quia nescit cujus dignitatis sit ipsa commu-
nio, qui non eam, omni animositate seposita, et cum
magno dolore suspendit, et cum maxima festinatione
restituit.

^a EPISTOLA LXII.

APOLLINARIS EPISCOPUS AVITO EPISCOPO.

Cogitans atque pertractans, inofficiositatem ve-
stram qua ultione percellerem, nil dignius judicavi,
quam si declinata injuria nihil segnius intentarem.
Ne quam igitur in posterum vereamini, qui cernitis
præsentem noxam protinus expiari.

EPISTOLA LXIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS APOLLINARI EPISCOPO.

Ne festivitati occurrerem necessitas obstitit; ut B
mibi festivitas occurreret, humanitas procuravit.
Scribitis ergo indevotionem meam marinis vos copiis
luisse. Dignum scilicet genus supplicii, quod me
faciat.... cum desiderio gulæ conflictum. Satis vobis
præsentari cuperem, si non taliter puniretis ab-
sentes. Utinam censuræ vestræ in contumace pœna
non desinat. Nihil magis timeo quam quod me jube-
tis in posterum nil vereri. Indulgentiam illi qui ro-
gaverit date, cui avari esse volueritis ignoscite.
Cæterum me, qualitatem distractionis expertum, of-
fensam magis vestram constat desiderare quam ven-
iam. De cætero, orationibus vestris tribuat Deus
noster, ut qui festivitati hujus præsentis anni officiis
magis quam deliciis absui, in tempore futuro vestris
me orationibus affectu non simili præsentetis, et cum C
rediero, severitate simili absentasse credatis. Octo
palustres quis quia se duo paria solearum, quæ den-
tibus maceretis, aliquatenus commotus, non tamen
ex integro malum pro malo reddens direxi.

EPISTOLA LXIV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIVENTIULO EPISCOPO.

Servatis dulcedinis morem, imo, ut verius dicatur,
augetis. Refecistis sollicitudinem nostram de vobis
prospera nuntiando: visitastis festivitatem de nobis
quæ optabatis agnoscere cupiendo. Inter has tamen
multiplices epulas animorum, etiam corporalibus
quoque deliciis ornastis et mensam, qui spiritalibus
paveratis Ecclesiam. Quapropter impar ad gratias,

^a Fratrum amore dignus confictus. Apollinaris D
Aviti fratris inofficiositatem, sive, ut Avitus ipse
vocat, indevotionem, quod ad Valentiniæ ecclesiæ
festivitatem non venerit, ulciscens, supplicii loco
munera miserat: Avitus, fraterni supplicii genus
laudans, pari eum studio remuneratur.

^b Genavensi. Cujus nomen inter episcopos qui
Epaonensi concilio adfuerunt. Ab hoc eulogius seu
monera, opimas epulas cum accepisset, in harum
latore Maximi famulum lepide jocular.

^c Sigismundo rege, quem Genavæ in sorte sua la-
rem habuisse in epistola 29 conjiciebamus.

^d De quibus Sidonius lib. vii, epist. 17: *Flu-
ctuantem regulam fratrum destitutorum secundum sta-
tuta Lirinensium vel Grinincensium festinus informa.
Grinincensium monachorum familiae prope Viennam
magno olium numero fuerunt, sub cura et disciplina
episcopi Viennensis: quibus proinde visitandis oc-
cupatum s: hoc tempore fuisse significat.*

converter ad preces, divinam misericordiam rogans,
ut caritas cujus profectum studio asseritis, vobis ad
præmium, mihi ad gaudium, cunctis proficiat ad
exemplum.

EPISTOLA LXV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b MAXIMO EPISCOPO.

Quantum ad infernum spectat et finem, aliquan-
tulis corpusculi viribus vigeo, anxius tamen, quod
de domno ^c filio vestro, vel absolute colloquii
nil agnosco, quod nec eo loci fuerim ut agnoscere
potuissem. Nam monasteriis ^d Grenencensibus occu-
patus, aliquandiu jam habitaculo civitatis abfueram.
Siquidem deliciæ quas dignatione solita direxistis,
in itinere me et adhuc ab urbe remotius positum re-
pererunt. Quasque, quod multipliciter mirum, ser-
vus vester Leonianus, multum gemens, minimum
sumens, avido quidem, sed vacuo ventre transmisit.
Putasses eulogias vestras tenaci corvorum rostro ad
Eliæ (*III Reg. xvii, 6*) pastum bajulis unguibus
exhiberi. Adeo ab insultatione mea in vos justius
exercenda, misit esuriens, quod vorare non potuit
concupiscens. Vellem nunc scire quid prosit quod
gulæ peculiaris famuli sic studetis, cui ne mihi datas
a Deo vobisque epulas de ore vel manibus raperet,
optabilis absentandi causa me rapit. Cæterum ^e de
recentibus, quia præcipitis, et meas partes cedo, et
multiplices suas. Utatur paterarum capacitate pro
capis: atterat labris phialas, quas circumdet pita-
ciorum densitate pro circulis. Nam curabo ego
quoque, quod eum velle cognosco, cum simile ali-
quid de vestra benedictione eruerò, ad multiplican-
das recentes gulæ calenti, si non excogitatur modus
in calicibus, ponatur in piscibus.

EPISTOLA LXVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VICTORIO EPISCOPO.

Factum quod litteris indicastis, levi ad me ante
affatum vestrum rumore pervenerat. Cujus per sanc-
tum Archidiam acerbitate comperta, si credere
dignamini, non minus quam vos dolorem vestræ
commotionis ingemui. Siquidem satis gravis exempli
est, ut nunc sacerdotalis ordinatio a populis regenda
dicatur: cum idcirco tantum in consecrandis episco-
pis plebibus servetur electio, ut assiduitas constitu-
tionis velut per quoddam mandatum electis liceat

^e Recentes appellat recentis aut recentati, id est
ad rigorem redacti, vini potiones, quas Leonianus
calente gula frequentabat. Sic epistola 77: *Summa
importunitate perago, ut tres recentes aliis plus præ-
sumam.* Eo itaque spectat quod sequitur, *utatur pater-
arum capacitate pro capis*: quasi dicat, pro vasculis
exiguis, pateris bibat capaciioribus, ubi *capis* nova
inflexione posuit pro capidibus. Capides enim et
capulæ apud Varronem, pœuli genus quo deplere
vasa oleariæ solebant. Eodem quoque pertinet quod
subjungit, *atterat labris phialas, quas circumdet pita-
ciorum densitate pro circulis.* Quo loco cui usui forent
pitacia, Petronii Arbitri in satirico verba declarant.
*Statim allatæ sunt, inquit, amphoræ vitreæ diligenter
gypsata, quarum in cervicibus pitacia erant affixa cum
hoc titulo, Falerum Opimianum annorum centum.* In
vasis ergo vinariis, affixi pitaciorum tituli, vini cu-
jusque patriam, ætatem, pretium et dignitatem indi-
cabant.

legere quod videtur. Non autem vos pro novo debetis accipere, quid tribulandis nobis valeat comminisci clericalis nequitia, fulta subsidio insolentiae saecularis. Puto sane districtioni ecclesiasticae filii vestri expeti debere consensum, propter illos quorum abusione consuetudinariae parum de excommunicationibus curare decretum est. Litteras quoque quas ad presbyterum illicita praesumentem non minus pie quam regulariter direxistis, inspexi: in quibus vere plus quam persona meruit patientiae reservastis. Quapropter, licet satis diabolo in tam horribili rebellione licuerit, vos tamen sine aliqua animi perturbatione Dei ac vestram injuriam castigat. Et ne quid in posterum similis ausus arripiat, impensa districtione perspicite.

EPISTOLA LXVII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a DOMNO SIGISMUNDO.

Dum alii sanctis ac serenis praesentiae vestrae eulantur, ego sterilitatem desiderii mei sustento magis pauperis officii tenuitate quam ratione. Unde post festivitatem, cunctis quidem semper amabilem, sed nunc Cabilonensibus singularem, famulae sollicitudinis litteras destinavi. Quae si quantulumcunque particulam laudum vestrarum niterentur attingere, nec hoc quidem sufficienter excolerent, quod eas vel humilitati meae licet porrigere, vel dignationi vestrae sumere libet. Coniciens ergo de tantorum laetitia multipliciter vos Deo propitio laetos, peto paschales nobis dies felici reditu faciatis: quia cum in absentia vestra quaedam nobis Quadragesimae perduret austeritas, omnibus catholicis principem Christianum, peculiari servulo piissimum domnum, etiam per solemnitate vidisse solemne est.

EPISTOLA LXVIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO SIGISMUNDO.

Celebravimus vobiscum, divinitate propitia, vobiscum, inquam, non loco, sed animo, pauperculi Viennenses vestri paschale festivum. Si autem interrogetis et qualiter: quia vicinum quemquam, quia adesse facilius poterat, plus doleat defuisse. Nec tamen, cum ista defleximus, discrepare nos a vestra voluntate dicatis. Jam dudum ab illo, sancte credimus, affectus illic cohibet, non hinc despectus excludit. Unam in utraque civitate vestra ecclesiam perinde diligitis; sed pio patri, in quantum expedit, donec vos ad quamlibet sequi consentiat, adhaeretis. Unde sicut jussum est, primum Deo de solemnitate, tum quod debetur solvimus Caesari. Vos de laetitia

^a Scripta utraque post dies paschales non uno tamen anno. Prior, cum Sigismundus festivitatem illam Cabiloni transeisset; posterior, cum Lugduni eandem Gundobado patri adhaerens celebrasset.

^b Anastasium: ab Avito Sigismundi nomine tum scripta, cum Sigismundus officii causa legatos cum litteris mitteret ad imperatorem. Quod vero militiae fascibus, aulaeque contubernio, et Romani nominis participatione ornatum se scribit, comitivam opinor militarem et patriciatum designat, de quibus dictum est superius. Quo item alludens epistola 83: *Conjicite nunc, inquit, quantum debeant quos honoribus fastigatis, quos socios triumphorum omnium successuum-*

vestra et incolumitate sollicitis, licet Caesares sitis, quod domnis exigitis, reddite pietati.

EPISTOLA LXIX.

AB AVITO VIENNENSI EPISCOPO DICTATA, SUB NOMINE SIGISMUNDI, ^b AD IMPERATOREM.

Si devotionem nostram qua vobis animo militamus, etiam corporaliter praesentari obex temporum regionumque non patitur, quod tamen habemus in votis, exserere tentamus officii. Credimus enim toties coram sacris gloriae vestrae obtutibus intronitti, quoties sollicitudinis debitum studio paginae famulantis offerimus. Nam licet mundum latere nequeat vestra prosperitas, et orbem suum radiis perspicuae claritatis illustret, dulce tamen est, si hi: quos militiae fascibus et peculiariae gratiae pietate sustollitis, quos in extremis terrarum aulae pollentis contubernio et veneranda Romani nominis participatione ditatis, specialiter gaudia vestrae perennitatis agnoscant quae generaliter cunctis fama concelebrat. Ornat quippe imperii vestri amplitudinem longinquitas subjectorum, et diffusionem reipublicae vestrae asserit quod remotius possidemur. Unde suscipite propitii cum obsequio portitorem. Et quanquam universis expetentibus ad honoris apicem sufficiat, si vos merentur aspicere; et nos tamen insinuent quos praesumpsimus commendare. Quorum etiam carorum familiariumque personas, hoc intercurrendi commercio nobis quoque profore judicantes, desiderii prosiliente compendio in his quos destinamus occurrimus. Illud super omnia deprecantes, ut quia dignatio celsitudinis vestrae oblivisci non potest beneficia sua, pro gratiarum actione qua fungimur, quam primum serenissimi oris responsa mereamur.

EPISTOLA LXX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c DOMNO SIGISMUNDO.

Praesentia domni patris gloriae vestrae biduano occupatione detentus aliquatenus portitorem tardius ordinavi, per quem annum de sancti Vincentii solemnitate servitium consuetudinariae sollicitudinis cura dependerem: et inter actiones quibus vester pro salute nostra labor invigilat, debitus semper animus cultum meritae devotionis offerret. Sufficit ergo ad consolationem desiderii mei, si omnium nostram sauitas in vestra post Deum prosperitate consistit. Caeterum non absque scrupulo potest accipi, quod ^d de Sapaudia itineribus exquisitis videmur ad provinciam praeteriri.

que vestrorum, dignitatum titulis applicatis.

^c Cabilonem frequentasse Sigismundum ex epistola 67 colligere licuit. Idem nunc confirmat annua solemnitas S. Vincentii martyris, quem praecipuo in cultu et honore, ut patronum, habent Cabilonenses. Sed et concilium Cabilonense quod, Clodoveo II regnante, convocatum est, in ecclesia S. Vincentii celebratum synodi docet praefatio.

^d Non quod in provinciam de Sapaudia proficiscentibus rectum iter sit per Viennam, sed quia non magnum est divortium, studio praeteritam videri conquiritur.

EPISTOLA LXXI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^a VIRO ILLUSTRIBUS ANSEMUNDO.

Tantum servulus vester domni nostri recenset, quantum sentio: nondum plene deteresa inæqualitate, attentos reddit et anxios: ut pro contemplatione pietatis illius quam festis specialius optare consuevimus, sufficere nobis comoditatem vestram pro omni solemnium jucunditate credamus. Unde servans post cultum Natalis dominici solitæ sollicitudinis servitutum, tota nosse vos voti ambitione desidero, si decus commune quod Viennensis ecclesiola præsentis vice non meruit, vel Lugdunensium populorum gaudia duplicavit. Nam si vos, Christo favente, ut ad ecclesiam potuisse procedere aut devotionem consuetudinariam rescripseritis implese, participes redditi lætitiæ vicinorum, epulatuos nos prostemur auditu, si illos quibus præsentia vestra donata est, refectos cognoverimus intuitu.

EPISTOLA LXXII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIBUS ANSEMUNDO.

Cum peculiarium vernularum absentando suspenditis vota, facitis nos non ad plenum consequi vel nuntiare votiva. Festis ergo Natalis Domini, in quantum sine vobis potuit, solemniter celebratis, prosperitatem piissimi domni nostri, quam justo desiderio optaveramus videre, tam dignabili alloquio præstolamur agnoscere. Illam plebem refecistis gaudia, istam ditate rescripto: quam per me vester illustret affectus, donec vobis ejus servitium meus præsentet occursum.

EPISTOLA LXXIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIBUS VALERIANO.

Consuetudinem sollicitudinis suæ pietas vestra custodit, nos dignatione pariter ac litteris visitando. Addidistis solemnitati quam gaudent Deo præstante susceperimus, et quod spectabatur in votiva cultus consummatione supplestis. Mihi autem de lætitiâ, in quantum eam cognovero, gratulanti non minus dulce est, post longum tempus absentia prospere vos redisse, quam festa paschalia cum exultatione transigere.

EPISTOLA LXXIV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIBUS CAERTIO.

Ad domnum communem litterarum servitio desti-

^a Aulæ regie Burgundionum principi, ad quem epistola 49. Scriptæ ambæ post dies Natalis Domini, cujus solemnitati quia rex Viennæ non adfuerat, scire avert an Lugduni adfuerit. Quo post priorem comperto, posteriorem epistolam adjecit.

^b Diversi ab hoc, ætate non multo inferiores, Sapaudus episcopus Arelatensis, Placidi patricii filius, et Sapaudus abbas qui concilio Aurelianensi v subscripsit pro Albino episcopo Andegavensi. Leonianus vero, nunc archidiaconus, idem videtur cum Leoniano famulo Maximi episcopi, in cujus gulam ludebat epistola 65. Convenit enim hominis ingenio et moribus epistola ejus nomine composita. Sed longe diversus et dissimilis, quamvis nec ætate, ut fama est, nec habitatione disjunctus, Leonianus abbas, cujus sepulcrum Viennæ nuper observavimus in sub-

A nato, etiam devinctæ mihi sublimitati vestræ officia semper debeunda persolve: suadens, imo quia tantum obduruistis et supplicans, ut stomachos multos Saxoniæ delictis nausiantes tandem parioribus iatriæ vestræ jejuniis atteratis. Quod si adeo nescitis desiderii vicissitudinem repensare, ut nondum vobis videatur absentia vestra sufficere, injuria coactus hoc opto, meque baculo hujus imprecationis ulciscor, ut mutentur præsentia vices, et quod Vienna abundat, Cabilonis obtineat. Ut si hic non habemus quod debeat expeti, illic mittamus quod libeat declinari. Et quia quod dico in via est, si adhuc in loco retardatis, excipite: si jam redire disponitis, præterite.

EPISTOLA LXXV.

B AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIBUS HELLADIO.

Cum ad officium vestræ magnitudini deferendum perpetua semper causa suppetat caritatis, et specialem devotionis observantiam jure debeam obnixæ impensius pietati: nunc tamen desideratam mihi necessitatem ratio festivitatis iudixit, ut affectui vestro vel litterarum præsentarer officio, qui cuperem et occursu. Idcirco reverentia supplicans debita, quam ex voto festa celebraveritis inquiri, Redemptoris nostri inexhaustam deprecans largitatem, ut usque ad ætatem centenariam sua protectione vos provehat, et ad ornatum nostrum, sicut hactenus fecit, bonis omnibus remuneratos attollat.

EPISTOLA LXXVI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIBUS RICONI.

Post festivitatem in qua de præsentia vel incolumitate domni nostri vota vestra et merita claruerunt, paginis ad ipsum officia destinatis, jure vobis peculiaribus pectoris mei etiam præsentium litterarum famulatus offertur: per quem nos inter tantos, ut fieri potuit, rerum rumores Pascha prospere transigisse significo: sic mihi judicans ejus plenitudinem divini muneris beneficiis proventuram, si vestri quoque colloquii dignationem cum simili prosperitatis agnitione meruero.

EPISTOLA LXXVII.

AB AVITO VIENNENSI EPISCOPO DICTATA, SUB NOMINE LEONIANI ARCHIDIACONI, ^b AD VPRUM SPECTACILEM SAPAUDUM.

Licet pompam convivii principalis, marinis delictis

D urbana æde S. Petri, cum epitaphio, rudi quidem, sed sancti viri gratia haudquaquam spernendo, in hæc verba.

EPITAPHIUM S. LEONIANI.

Hic vir sanctitate conspicuus in hac urbe Viennensi abbas exstitit Sabbaria Pannoniæ ortus, a barbaris captivatus, Gallorum finibus devenit: Augustoduni primum, deinde Viennæ claustro peculiaris cellæ conclusus, quadraginta plus annis tali ordine Christo militavit, tantæ districtiois, ut pene vultu omnibus undequaque venientibus ignotus introvicerit, cum esset verbo doctrine multis ad salutem notissimus. Ita ut juxta cellulam suam quamplurimos monachos rexerit, monachos vero ambitu monasterii infra urbem inclusos ad sexagenarium numerum mirabili ordinatione paverrit, et disciplinabiliter custodierit.

terrestribusque fulgentem, luculento sermone descriperis, incunctanter tamen declarare tuam amorem consuetum est. Securus enim taliter recitas, postquam datam tibi materiam non versibus, sed dentibus expediti: cum in uno prandio, quod vix duobus burdonum terga detulerant, unus venter inclusit: cum in pransu negligens crimen, alvum nimietate concretam pectinibus pexuisti. Quod licet ad insultandum mihi exaggerasse te pateat, ego tamen constanter affirmo, nullum similem nostri, seu esuriant ille, seu comedat, beatum merito nuncupari. Nam ut de primo quod exposuisti ferculo colloquar, parvum tibi pœnæ genus putabas afflictum, quod appetitum interioribus inhiantem devorabit tegmine pavus^a isicio conclusus exclusit, et trepidans accensis faucibus gula aliquantula temporis mora sub^b docti incisoris pendit arbitrio. Sicque factum est, ut bibendo cibos, pocula ruminando, primam prandii partem esuriens quarellis, mediam comedens rapinis, ultimam satur lacrymis exegeris. Nec tibi dixerim profuisse quod defui. Vel id nobis, quantum tibi superfuit, omnibus satisfecit. Nam cum tu in tanta convivii beatitudine deliciatus maxime, tardissime satiatus, vix te possis probare felicem; quid de me misero censeas interrogare præsumo, qui a regalis mensæ abundantia non permittor, et in ecclesiastica frugalitate non saturor: qui sub honoris nomine custodiae mancipatus, quasi ad primam vocatus et a meliore prohibitus, ne possim fugere jacere compellor: impleor oleribus, et in flor naps; abundo leguminibus, sed quæ tellus, non pontus emisit. Inter hæc qualia fuerint bonæ memoriæ quondam ostrea nec recordor. Si modicum quid vasculo uno minimo semipieno vini pallentis apponitur, et hic modus vel regula custoditur. Jam de cibis taceo: in accipiendis recentibus major est pœna; musta deposcens, aut

^a Aut sicut ficedula inclusa ovo pavonino apud Petronium, aut pavum dicit isiciatum, sicut pullum isiciatum Apicius minutatim concisum, et in isicium conversum. Apicius lib. viii, cap. 7, de porcello farsili, *Porcellus hortulanus exossatur per gulam in modum utris: mittitur in eo pullus isiciatus particulatim concisus, turdi, ficedulæ, isicium de pulpa sua*, etc.

^b Qui scindendi obsonii magister Senecæ, scissor Petronio, Juvenali autem chironomus, a gesticulatione qua obsonia scindens utebatur: de qua et Petronius. *Processit, inquit, statim scissor, et ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putres Davium hydraulæ cantante pugnare*. Quamvis ergo celerime, et volanti cultello, ut loquitur Juvenalis, dapes erudita manu secaret, lentus avidis Leoniani faucibus videbatur.

^c Fratri, Valentiniæ sedis antistiti, ad quem alia complures.

^d Seplesiariorum officinis notum vocabulum. Magdaleones enim hodieque vocitant teretes cylindros, in quos composita emplastra redigere solent. Scribonius Largus de chirurgi Tryphonis emplastro subviridi: *Dum desinit fervere, manibus subigetur, et redactum in rotundas ampliores quas μαγδαλίδας dicunt reponetur*. Rogat itaque ut cum magdaliolis quæ promittit, indiculum mittat, qua observatione singulis uti oporteat.

^e Annulum signatorium, seu sigillum: cujus for-

in ediam patior, aut aliquid rapuisse confingor; summa importunitate perago ut tres recentes aliis plus præsumam. Ipsæ etiam pateræ, quas conflictis casibus frango, quotidiana reparatione decrescunt. Quapropter laborioso in his tantum insultare desiste: quia cum utrique nostrum quotidianum fatum sit quod quisque sortitus est: tum familiaris miseræ oblivisci poterō, si epulo suo domnus noster sic adesce me jubcat, ut te decesse contingat.

EPISTOLA LXXXVIII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c APOLLINARI EPISCOPO.,

Confido plane, nec dubito, divino munere communem lætitiā communi præsentis nuntiatam. Nam quod et ad vos jam suspicor pervenisse, etiam illi qui vastare limitem dicebantur, reversi sunt. Unde causa sollicitudinis has direxi, ut quæ ad vos postea de cujuscunque securitatis augmento pervenerint iudicetis; aut si jam ad civitatem liber recursus a consuetudine vos, imo potius ab amore obsidionis extraxit. Præterea^d magdaliola illa quæ promisistis, posco ut cum observationis breviculo dirigi jubeat. Hactenus familiariter: hinc quod restat, quia jam libet, paulo hilarius indicabo. ^e Signatorium igitur quod pietas vestra non tam promittere quam offerre dignata est, in hunc modum fieri volo. Annulo ferreo et admodum tenui, velut concurrentibus in se delphinulis concluden^o, sigilli duplicis forma geminis cardinulis inseratur. Quæ ut liberit vicissim, seu latitabunda, seu publica, obtutibus intuentium alterna vernantis lapilli vel electri pallentis fronte mutetur. Nec quidem talis electri, quale nuper, ut egomet hausi, in sancto ac sincerissimo impollutæ manus nitore sordebat, cui corruptam potiusquam confectam, auri^f nondum fornace decocti crediderim inesse mixturam: vel illam certe, quam nuperrime^g rex

mam ac materiam, cum omnibus ornamentis, qualem sibi fieri velit, elegantissime describit.

^f *Omni auro, ut Plinius docet, inest argentum vario pondere. Ubique quinta argenti portio est, electrum vocatur*. Id cum in metallo reperitur, nativum dicitur. Fit autem et cura electrum argenteo addito: quod si justum modum excesserit, corrumpitur mixtura, qualem in sigillo suo respuit Avitus.

^g Alaricus, a Clodoveo prostratus: in hoc enim corruit Wisigothorum regnum in Gallia, cujus ruinæ prænantiam Avitus adulterinam monetam vult fuisse. Visuntur sane nunc etiam Gothici ex electro veteres nummi, adeo pallentes, ut auri minus habere putes quam argenti. Cæterum impressam habent regum suorum effigiem; quod ignorasse, aut tanquam illegitimum dissimulasse videtur Procopius, cum solis Francorum regibus id licuisse, barbaris aliis regibus nefas fuisse, scribit libro III Belli Gothici. De Francis enim loquens, eorumque rege Theodeberto, qui provinciæ partem obtinebant, *Νόμισμα δὲ χρυσῶν*, inquit, *ἐκ τῶν ἐν Γάλλοις μετάλλων πεποιήται*: οὐ τοῦ Ῥωμαίων αυτοκράτορος, ἤπερ εἶδηται, χαρακτῆρα ἐνθήμενοι τῷ στατήρι τούτῳ, ἀλλὰ τὴν σφετέραν αὐτῶν εἰκόνα. Καί τοι νόμισμα μὲν ἀργυροῦν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἢ βούλοιο ποιεῖν εἶθε, χαρακτῆρα δὲ ἴδιον ἐμβάλεισθαι στατήρι χρυσῶ, οὔτε αὐτὸν θέμις, οὔτε ἄλλον ὄντινῶν βασιλέων τῶν πάντων βαρβάρων. Nummum autem aureum ex metallis quæ sunt in Gallia fabricarunt, non Romani.

Getarum, secutoræ præ sagam ruinæ, monetis publicis adulterium firmantem mandaverat. Sed sit ejusmodi color, quem æqualiter ac modeste, ruborem ab auro, ab argento candorem, pretiositatem ab utroque, a cæteris rapientem fulgorem, artificiosa siquidem medioxima viroris commendet amœnitas. Si quæras quid insculpendum sigillo: ^a Signum monogrammaticis mei per gyrum scripti nominis legatur indicio. Medium porro annuli, ab ea parte qua volæ clausæ vicinabitur, delphinorum quorum superius capita descripsimus, caudæ tenebunt. Quibus lapisculis ob hoc ipsum quæsitus, oblongus scilicet et acutus capitibus formatus indetur. Ecce habes quoddam tantummodo speculum dogmatis exsequendi. Nec tamen amplitudinem elegantiae tuæ sic ad memoratum exemplar coacto, quasi liberum non sit addere quod videtur. Licebit porro supercurrenti ingenio vestro terminos præscriptæ demandationis excedere. In fine autem epistolæ, luteo operi sine quo tamen non transigetur, fæculentus sermo deposcit, ut artificem sigulum brevi tenendum e vestigio dirigatis, qui nobis, qualibus strui mensuris crebrati cœnaculum furni, vel intra quod spatium fossilis glebæ serobis sordibus septa animalium pedibus cocillis cœni glutinum lentari possit instituat.

EPISTOLA LXXIX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^b APOLLINARI EPISCOPO.

Inuexis pariter ac gravatus vestræ dignatione sollicitudinis, magnitudine muneris, consuetudine pietatis, qua digna vel gratiarum actione, non dicam obsequii sedulitate, respondeam? Nisi forte multipliciter invalidus eadem in hoc sustentet gratia vestra, quæ nos onerat. Concedat vos ornatui ecclesie, consolationi et refecioni nostræ omnipotens Deus, ut quia revera non solum vobis vivitis, per alio-

ut mos est, imperatoris effigiem huic stateri, sed suam ipsorum imaginem imprimentes. Et vero nummum argenteum rex Persarum pro arbitrio cudere solet: effigiem porro suam auro stateri apponere, neque ipsi fas est, neque alii cuiquam regum barbarorum. Est apud nos Theodeberti regis de quo Procopius, nummum aureum, mole quidem exiguum, sed probæ notæ, cum ipsius effigie ac nomine, D. N. THEODEBERTUS C.

^a Quod in sigillo suo fieri jubet Avitus, hoc idem in denariis suis præcepit Carolus Calvus rex in edicto Pistensi anni 864, cap. 11: *Ut in denariis novæ nostræ monetæ ex una parte nomen nostrum habeatur in gyro, et in medio nostri nominis monogramma, nempe ut implicitæ et confusæ monogrammaticis litteræ ascripti per gyrum nominis indicio legerentur, quomodo in antiquis regum diplomatis cum monogrammate ipsum quoque regis nomen adjectum videre est. Caterum regis edicto in denariis monetarii, quod mirum est, non paruerunt. Obvii enim sunt, tum ipsius Caroli, tum filii ejus Ludovici denarii, in quibus per gyrum monogrammaticis non nomen, sed regia dignitas expressa: in Carolo, GRATIA DEI REX: in Ludovico, MISERICORDIA DEI REX.*

^b Eidem, gratias agens de muneribus quæ ad ornatum Viennensis ecclesie miserat, cum ejus festivitati adesse ipse non posset.

^c In confesso est Quintianum hoc tempore Arvernorum episcopum fuisse. Quare falsa videtur epistolæ inscriptio. Cum enim ad provincie Viennensis episcopus scripta sit, ut ad concilium Epaonense ve-

rum solatia vestra meriti cumuletis. Fecerunt quidem peccata mea non qualemunque necessitatem, qua nos in die susceptæ festivitatis nostræ, corporali vestræ pietatis præsentia fraudaremur. Sed reddidistis ac repræsentastis nobis vicissitudinem vestri aspectus in lumine, oris in sermone, tactus in opere. Spero in Dei nostri misericordia, quod non meo tantum tempore, sed etiam secuturo, donum vestræ oblationis ecclesiola nostra venerabitur. Quod sicut ego dum vivo in testimonium inexhaustæ largitatis servare desidero, ita mihi Deus præstet, ut etiam ei quem post me, cum Deus jusserit, electio vestra decreverit, peculiariter auctoritas vestra commendet.

EPISTOLA LXXX.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS ^c QUINTIANO EPISCOPO.

Diu est quod rem valde necessariam, et non sine divina inspiratione a Patribus institutam, aut oblivione aut occupatione descriimus. Sed rumpenda sunt interdum vincula necessitatum, ut aliquando impleri possint a præceptore. ^d Conventus ergo quos bis per annum a sacerdotibus fieri seniorum cura decreverat, si bene perpenditis, utinam vel singula post biennia faceremus. Nam et venerabilis papæ Urbis, nobis hanc negligentiam succensentis, mordacia mihi nunquam scripta perlata sunt. Unde supplicat per me, si dignamini, ecclesia Viennensis, poscit intermissæ consuetudinis rediviva salubritas, quod hactenus infrequentatum torpuit, excitari. Justum est, quantum reor, ut constitutis prioribus sub communis presentie opportunitate tractatis, nostris simul nobisque, prout ordo collocationis invenerit, vel insinuemus vetera, vel, si necesse est, etiam nostra jungamus. Idecirco cunctos simul poscimus, fratres, ut Deo favente octavo iduum Septembrium ^e in parochia Epo-

niant, quis locus foret episcopo Arvernorum, qui non modo extra Viennensem provinciam erant, sed extra ditionem quoque Burgundionum? Nam ut Aga-thense concilium eorum tantum fuit qui Wisigothorum imperio parebant, et Aurelianense primum eorum duntaxat qui sub Francorum erant pretestate: sic ad Epaonense ii tantummodo convenerunt, qui Burgundionum finibus continebantur. Hinc apparet deesse hoc loco epistolam ad Quintianum, cujus sola restat inscriptio: hujus vero, quam ad episcopos provincie scriptam diximus, inscriptionem desiderari.

^d Hoc decreverat synodus Nicæna, can. v: *καθὼς ἔδοξε, ἐκάστου ἐναντιοῦ καθ' ἐκάστην ἵπαρχίαν δις τοὺς συνόδους γίνεσθαι. Recte habere visum est in singulis annis, per unamquamque provinciam, bis in anno concilia fieri. Quo spectans concilium Regense can. 8: Statuit ut secundum antiquam consuetudinem, si quies temporum erit, bis in anno conventus agant. Et Arausicanum I, can. 29: Qui Patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est concurrere. Ob hanc opinor difficultatem, placuit deinceps synodos singulis annis celebrari: quod apud nos in concilio i Agathensi statutum, in aliis postea multis repetitum est.*

^e Pro Epaonensi. Epaon enim plerumque dicitur, quæ alias Epauna. De hoc enim concilio agi certum est; sed incertum hactenus quis locus, et quod illi hodie sit nomen: de quo multi varia conjiciunt. Qui sancti Firmati vitam conscripsit, auctor est illum, Turonibus relictis, pervenisse ad locum cui nomen

nensi adesse dignemini : qui locus, omnium fatigatione perpensa, conventui satis opportunus electus est; sicut et tempus, in quantum potest, ab instantia ruralis operis vacuum, liberiore cunctis permittit excursus : quanquam ecclesiae potior causa intermittere quilibet terrarum posceret actiones. Supplicamus ergo et quaesumus, testamur, obtestamur, ne quem a dispositione tam sancta obex ullius excusationis abducat, ne quem a tali caritatis vinculo nexu temporanae necessitatis impediatur. Sed si forte, quod Deus avertat! tanta cuicumque ^a acerbitas corporeae infirmitatis ingruerit, ut spiritali desiderio carnali vincatur incommodo; ^b duos presbyteros magis ac probabilis vitae, mandati instructione firmatos, fratribus pro se praesentare procuret. Sed tales dignetur eligere, quos episcoporum concilio non minus scientia quam reverentia jure faciat interesse, cum quibus delectet summos pontifices conferre sermonem, quos ad definitiones pro episcopo suo sanciendas subscribendasque, cum fuerit solertia eligi, sit auctoritas legi. Sed istud non extorqueat nisi summa necessitas. Caeterum dilectionis fraternae ac pastoralis diligentiae magnitudo, nisi laboris magnitudine, non probatur. Coniicit enim sanctitas vestra, post hoc longum abusionis nostrae silentium, qualiter aut definiti debeant quae Deo praestante tractanda sunt, aut quae definita fuerint, universi ecclesiarum provinciae nostrae ministri debeant imitari.

EPISTOLA LXXXI.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO SIGISMUNDO.

Scio quidem curis atque occupationibus quibus sub ope caelesti pro salute patriae fideliter excubatis, importuna suggeri servitium litterarum. Sed cum praecelsa pietatis vestrae dignatio adeo peculiaris famuli non sit oblita, ut in ipso susceptae expeditionis prociuctu, sensibus meis desiderium sui sancto duplicaret alloquio; quis non intelligat quam patienter ineptiam tolerabitis, quam clementia provocatis? Unde qualiter sani confortante Deo sitis, sollicitus esse praesumo, aut quomodo coeptis spes voti communis arrideat. Illud autem non solum rogo, sed per illam quam a Deo accepistis mihi quae praestatis, gratiam

Eona super Rhodanum, ibique consedis. Quod si Eonam ab Epona deflexisse annuimus, ut absurdum certe non est, qui S. Firmati sepulcrum nactus fuerit, a concilii fortasse loco non aberrabit.

^a Excusationem quominus episcopi ad synodum veniant, praeter infirmitatem corporis, canones Gallicae nullam agnoscunt. Itaque in hoc ipso Epaonensi concilio, can. 1 decretum est, *ut nisi causa tedium evidenter extiterit, nullus excuset*. Et in Aurelianensi II, can. 1, *Ut nullus episcoporum, nisi certa tedium causa detentus, ad concilium venire penitus ulla excusatione detrectet*. Quare excusationes alias excludere solent, ut divisionem regiae sortis, concilium Aurelianense III, can. 1 : *Hanc excusationem sibi noverint esse sublatam, si absentiam suam divisione sortis crediderint excusandam*. Alias omnes concilium Turonense II, can. 1 : *Praeter infirmitatem certissimam, nullius occasione velaminis, neque per impedimentum ordinationis regiae, neque sub occasione utilitatis aut causae propriae, debeat a concilio separari*.

^b Quibus ad concilium venire infirmitatis causa

A precor, ut quanquam merito de indictae fidei firmitate securis nobis, magis impenso cautela vestrae nutre trepidationi nostrae et ignaviae consulatis : neque plus cogitetis quod universitas pro vobis devota supplicat, quam quod suspensa formidat. Sed licet pavidi ex conscientia peccatores, incunctabili tamen fide praesumimus, quod etiam si vobis, protegente Christo, hic metus noster risum moverit, vel divinas aures ad donandam nobis felicitatis vestrae laetitiam permovebit.

EPISTOLA LXXXII.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS DOMNO SIGISMUNDO.

Videtur quidem de divina promissione diffidere, quicumque minus de vestra prosperitate securus est. Sed si animum meum solida dignatione perpenditis, facilem intelligitis veniam ignaviae meae pro nimia trepidatione deberi. Quippe cum quicumque veraciter catholicorum nomen usurpant, pervigili prece Deo supplicare nunc debeant, ut vobis vota nostra illibata atque integra relaturis, et fideliter vicina jungat, et feliciter adversa subjiciat. Sicque in rerum necessitate multiplici ambifariam vobis Christo propugnante contingat, et pars quae capitur, et victor a qua debetur. Quapropter si memoriae meae gratiam de animo vestro nutantem anxietatis tempus imminuit, famulus specialis salutationem quidem deferre non ausus, sed salutem vestram a Domino praestolaturus, satis suspenso attentoque animo servitium praesentis paginae destinavi, primum de vestra, post de exercitus sanitate sollicitus. Unde, licet in Dei nomine per quoscunque transeuntes prospera cognoscamus, potestis tamen, piissimi domni, coniecere, quantum mihi dulcius erit, sicut me quibuscunque referentibus pascit illa sancti affectus cognitio, sic me rescriptio laetificet, in qua ad quamdam praesentiae vicem verba vestra pro conspectibus adipisci, et subscriptionem pro manu merear osculari.

EPISTOLA LXXXIII.

AB AVITO EPISCOPO DICTATA SUB NOMINE DOMNI SIGISMUNDI REGIS, ^c AD IMPERATOREM.

Notum est omnibus, celsitudinem vestram non impedimenta temporum, sed subjectorum vota me-

non licebat, hi legatos vice sua mittebant. Concilium Arrelatense II, can. 18 : *Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat*. Et Carpentoratense in epistola ad Agracium episcopum, *Licet ad synodum aut per vos, aut per personam vicariam debueritis adesse*. Quanquam ergo duos hoc loco exegat, et duos pro uno episcopo vicarios in concilio Arrelatensi v subscripsisse compertum sit; singulos tamen sat fuisse superiora demonstrant. Neque presbyteros omnes mitti necesse fuit, cum ex conciliorum subscriptionibus liqueat, nunc abbates et presbyteros, nunc archidiaconos vel diaconos legari consuesse.

^c Anastasium, ut posterior epistola declarat : quam cum initio regni Sigismundi, post obitum Gundobadi patris, exaratum significet, confirmat in digerendis epistolis Aviti ordinem temporum observatum non fuisse. Conqueritur autem de rege Italiae, qui legationem quam mittebat ad imperatorem, progressi non permisit.

iri. Sub ejus fiducia securitate atque latitia, gloriosissimo principi nostro, qui corpore absumus animo presentamur. Et quanquam istud famula vestra prosapia mea ex devotione persolverit, me tamen gratiæ debitorem non magis parentalibus debita, quam beneficia mihi impensa fecerunt. Vester quidem est populus meus, sed me plus servire vobis quam illi præesse delectat. Traxit istud a proavis generis mei apud vos decessoresque vestros semper animo Romana devotio, ut illa nobis magis claritas putaretur, quam vestra per militiæ titulos porrigeret celsitudo: cunctisque auctoribus meis semper magis ambitum est quod a principibus sumerent, quam quod a patribus attulissent. Cumque gentem nostram videamus regere, non aliud nos quam milites vestros credimus ordinari. Impartit nos gaudiorum munere vestra prosperitas: quidquid illic pro salute omnium curatis, et nostrum est. Per nos administratis remotarum spatia regionum: patria nostra vester orbis est. Tangit Galliam suam lumen orientis, et radius qui illis partibus oriri creditur, hic refulget. Jubar quidem conspectus vestri contemplatione non capimus: sed lucem serenitatis quam ubique diffunditis, desiderio possidemus. Dominationem vobis divinitus præstitam obex nulla concludit, nec ullis provinciarum terminis felicitum sceptrorum diffusio limitatur. Salvo Divinitatis honore sit dictum. Non minuit majestatem vestram quod accurrere non omnes valent: satis ad reverentiam vobis debitam sufficit, quod omnes e propriis sedibus vos adorant. Virtute orbi eoo, felicitate regnatis occiduo: licet vos ubicunque diligunt, etiamsi non datur omnibus intueri. Sed cum jure istud de universitate dicatur, conjicite nunc quantum debeant quos honoribus fastigatis, quos socios triumphorum omnium successuumque vestrorum dignitatem titulis applicatis; ut sic virtutis vestræ decora nostra sint, et ad honoratorum ornamenta pertineat quidquid gesserit fons honorum. Offero igitur, principum inclyte, litterarum obsequia, vota gratiarum; præstolor oraculum sermonis augusti; ambio si quid sit quod jubere dignemini. Quia etiam si indigere se famulatu nostro perennitas vestra non credat, quisquis tamen felici meruerit servire, sibi militat. Offerat ergo supplex Orientalium quoque gentium distantia crudelitatem; exposcat principi præsuleni nostrum. Parthicus ductor, propter pacis commodum, in Romanum imperium gaudeat transire. Indus ipse, post experimenta mansueti oris, stridula voce compressa, leges quibus servire jubeatur Græco agnoscat inter-

^a Comitibus Sigismundi.

^b Theodericus, qui pacem hanc per legatos ab Anastasio expetiit, ut est in epistola 4 Variarum Cassiodori: *Oportet nos, clementissime imperator, pacem querere, qui causas iracundiæ noscimus non habere.* Et post alia: *ut sinceritas pacis, quæ causis emergentibus cognoscitur fuisse vitata; detersis contentioneibus, in tua deinceps firmitate restituta permaneat.* Ad hanc pacem alludens senatus Romanus, Anastasium sic affatur in litteris suis, quæ intextæ sunt epistolæ Theoderici: *Proinde, inquit, piissime imperator, hæc senatus adjunxit, ut qui animo quam*

A prete. Si quis fervor est quo axis meridianus exaestuet, refrigerio temperate, et edomate per reverentiam quidquid ante vos indomitum fuerat per naturam. Incumbentia sibi scepra religionis invictæ quisquis non optat excipiat. Prorogetur per vos non minus potestate religio, quæ famulantibus populis ad cœlestia pariterque veneranda, et veritatem astruat, et porrigat libertatem: quaque meditante, vobis culmine æternæ salutis ininis, non humano tantum ordine, verum etiam divino amore, longum servire nos deceat.

EPISTOLA LXXXIV.

AD AVITO EPISCOPO DICTATA SUB NOMINE DOMNI REGIS
^a C. S. AD IMPERATOREM ANASTASIAM.

B Quam piæ majestatis judicio serenitas vestra, vel parvipendat impedimenta temporum, vel censeat corda famulorum, nullo indicio meliore cognoscitur, quam quod in sacris apicibus longinquius porrigendis, implet desiderantur vota, et supplicum non exspectat officia. Appetunt occursum vestri omnium mentes, nec tam gloriosum est quod pauci possunt, quam quod cuncti videre vos cupiunt. Quod autem nunc augustæ compellationis affatus debiti vobis paginæ prævenit obsequium, nihil indevotioni pius arbitri, nihil imputet tarditati. Nisi aditum conatibus nostris obex interjecta suspenderet, jam nunc profecto verbum mundo venerabile responsus potius quam oracula destinasset. Nec tamen remorando mihi tantum nocuit, quantum invidit æmulus livor. Non me quidem legis officii mei compotem, sed reddidistis pii oris compellatione felicem. Nec inter excipiat nos sermo augustus, an exspectet: a celsissima dignatione tantum est nostra non despici, quantum vestra concedi. Igitur post obitum devotissimi fidelissimique vobis patris mei, proceris vestri, cui ad felicissimos integra prosperitate successus, id quoque contigit divino favore votivum, ut lætam florentemque rempublicam vobis orbem regentibus sciret, vosque dominos nationum placido receptus sine dereliqueret: ad hæc intimanda vobisque commendanda quin etiam meæ militiæ rudimenta, quæ genitore quidem meo superstitute nutritis, sed magis inagisque post eum cumulo sacræ dignationis augebitis, sicut debebam vel optare par fuerat, unum de consiliariis meis, qui quantum ad ignorantiam Gallicanam, cæteros præire litteris æstimatur, venerandi comitatus vestri auribus offerebam, specialius securitate concepta, quod ^b rector Italiæ de pace vestra publice

benigno in utraque republica concordanda fuisti, tam esse pio in ecclesia redintegranda unitate noscaris. Hujus quoque pacis exemplo, pacem Totilas expetit ab Justiniano apud Procopium lib. III Belli Gothici, *ἀιτούμεθα τὰ ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ, σίτε προσίθουαι αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔγγυρωσὴν ὡν περ μνημεῖα τε καὶ παραδείγματα κάλλιστα ἔχομεν, Ἀναστάσιον καὶ Θεοδέρχον.* Bona pacis ut tute amplectaris nobisque concedas, deprecemur: quorum monumenta et exempla pulcherrima habemus, Anastasium et Theodericum. De hac denique cum sibi plauderet Theodericus, eandem hæredi, ut cum principe Orientali habere studeret, commenda-

plauderet, et rumore disperso redditam sibi Orientis gratiam coloraret. Interclusum est ergo atque prohibitum relationibus destinatis iter arreptum. Certe ipsa viderit quid hinc apud augustam lætitiā spectet series veritatis; parvum tamen amicitiae videtur indicium, eum quem te colere asseras, nolle a cæteris honorari: cum omnes qui vos digno cultu suscipimus, id ipsa cunctis fieri velle debeamus. Parum enim propriae devotionis ostendit, si quis occurrendi libertate damnata, alios quoque facere studeat indevotos: cum tamen sanctitas cœlestis ingenii nequeat censere culpabilem, quem vel sola voluntas reddiderit innocentem. Unde evidenter ipsum videtis allegare quid cuperem, qui tam sollicitè conatus est impedire ne possem. Itaque quoniam divino vestroque munere et sacri apices et opportuni proveniunt quam discrepat: orant augmentum regni vestri quibus nova profertis, optant custodiam quibus consueta servatis. Sic pii moderamine gubernaculi, remedia quidem altera conquirit, et si repulsam neutra pars pertulit. Inter hos tamen peculiariter illud ego debeo, quod hujus petitionis effectum respectui meo præstitam supplicantes. Quantum peculiari servo impenditis gratiæ, gratis præstando monstratis: solaque ob hoc commodum in thesauris vestris merce de reposita, quod pauperibus donabatis, non pretio voluistis constare, sed præmio. Et hoc ipsum qua elegantia digne meretur, reddere quod a famulis oblatum fuerat, quam spernere maluistis, et quo lætius fieret donum, contristare voluistis obsequium? Et licet quicquid ad manus vestras pervenit, vergatur in pauperes, atque idcirco ille vos forsitan dehortetur accipere qui invidet erogare: subministrare tamen retributionis divini, unde et dispensetis cum egent inopes, et concedatis cum supplicant debitores. Currite quapropter piissimi via gemina vestri operis unitate. Nunquam si creditis sufficientia deerit animo tali: ipso possibilitatem largiente, unde præstetur habeatis, a quo voluntati infusum est ne aliquid negare possitis.

EPISTOLA LXXXV.

AVITUS VIENNENSIS EPISCOPUS VIRO ILLUSTRIS HERACLIO.

Nisi dolendum amici casum animo concussus gementem, multa profecto exaggerarem, quod vos in lectulo, mendacis podagræ metu, medico vegetante de arte consueta, plus quam poeticiæ pedibus innitentes, montium scandendorum magis moveat, cura, quam versuum. Mœstus vero hæc et cum festinatione dictavi, revocatus videlicet ad sepulturam communis filii quondam Protendi: si tamen vel hoc ipsum patri

vit. Jornandes de Rebus Geticis: *Athalaricum, filium filiae suæ Amalasuentæ, regem constituit, eisque in mandatis dedit, ac si testamentali voce denuntians, ut principem Orientalem placatum semper propitiumque haberent.*

^a Hanc epistolam codex Aviti quo usi sumus, non habuit. Intexta olim fuerat epistolis Hormisdæ, unde huc illam transtulimus, cum Hormisdæ ipsius responso: qui eandem præterea, in epistola ad Anastasio scribens, designat his verbis: *Pendent, inquit,*

aliquid consolationis impendat. Vobis porro si cordi est facta de nobis ex asse jactura, ab incursibus formidandis Rhodano limitante muneri tenete adhuc dum redeo, et Ceratium nostrum, de meo habentem aliqua, de vestro nonnulla, qui a me scholasticum, a vobis asserit bellicosum: sumens de matris sapientia quod libenter barbaros fugit, de virtute paterna quod litteris terga non præbuit.

EPISTOLA LXXXVI.

RESCRIPTUM VIRI ILLUSTRIS HERACLIO.

Indicastis quidem tantum doloris causam, qua epistolæ officii responsio clauderetur, et durissimo nuntio vulnus inflictum plus me lacrymis cogeret servire quam litteris: tamen metuens silentii culpam, vel pauca spiribus meis, ut potui verba furatus sum. Probant igitur tempora, cui rectius ascribatur nota formidinis, quem magis trepidum provisio claustris commissa designet. Ergo urbis caveas dedignatus, inter vicina discrimini constantiam pectoris planis exposui, et jam diu ad patentium locorum æquora perveni, rem ut virtutis audaciam libertate habitationis ostenderem. Vos autem, rumore comperto, ad septa urbis tanquam venturo æmulo convolastis: et quem pacis diebus jugiter rura tenuerunt, nunc de mortuorum latebris non educunt. Enimvero quam vos tunc civitas flagitabat, tam nunc intra mœnia collocatos quærit relicta possessio.

EPISTOLA LXXXVII.

DOMINO SANCTIS MERITIS PRÆCELLENTISSIMO, IN CHRISTO GLORIOSISSIMO, ET APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO, PAPÆ HORMISDÆ AVITUS.

Dum religionis statui et plenè catholicæ fidei regulis perspicitis convenire, ut gregem per tota vobis universalis Ecclesiæ membra commissum pervigil cura vestræ adhortationis informet; Viennensem provinciam superiore anno, si meminisse dignamini, datis ad humilitatem meam litteris visitastis, quæque ad me, secundum quod opportunitas oblata contulerat, per Arelatensis Ecclesiæ clericos pervenerunt, et quidem plenissimæ sollicitudine pastoralis. In quibus nos, sicut per conversionem provinciarum, id est Dardaniæ, Illyrici vel Scythiæ, ad communionem gaudiorum provocatis, sic admonitione cautissima quid nos per ignorantiam prævenire possit, instruitis. Eutychetis igitur Nestoriique damnatio, quos jam dudum per beatissimos decessores sanctæ sedis vestræ calcavit auctoritas, ad notitiam jam pridem nostram apostolicæ ad nos diligentæ provisione perlata est. Sed illud nos modo suspensos multum redigit et anxios, quod cum pendere nos ad effectum ^b lega-

anzia corda cunctorum: ab ultimis ad nos Gallias directa legatio, si quid de unitate reintegrationis sollicitudo nostra promovisset forma secuta consuluit.

^b Bis quidem Constantinopolim ab Hormisdæ missus est Ennodius, sed unica, cum Avitus hæc scriberet, legatio præcesserat. Ideo illi respondens Hormisdæ: *Legationis, inquit, nostræ, quam semel, non secundo sicut scribitis, misimus, si votibus contigisset cventus, alacres illico vobiscum furramus desiderata partituri.* Prior enim legatio Ennodii Florentio con-

tionis secundo Constantinopolim destinatae omni A expectationis studio jusseritis, nec quid filius vester sanctus frater meus Ennodius retulerit, nec utrum secuta redierit indicastis, et promissionem vestram tanta silentii diuturnitate suspenditis, ut non minus modo praedicatoris taciturnitas reddat attonitos, quam antea feecrat legationis mora suspectos. Unde sola haec causa servos vestros filios meos, Alexium presbyterum et Venantium diaconum, totius provinciae Viennensis nomine, quae ecclesiae ad me pertinenti ab universis decessoribus vestris et apostolica sede commissa est, cum praesentis famulatus pagina destinavi; per quos oraculo beatissimae responsonis agnoscam, utrum fervor schismatum praefatorum qui intra Constantinopolitanam urbem vitio perniciosae obstinationis exarserat, cuique, quod magis dolendum est, Alexandrinam vel Antiochenam Ecclesias dicitis illigatas, vobis Christo favente docentibus, digna fuerit correctione restinctus, aut si reversa legatio in paginis evidentibus quod simplex legeretur exhibuit, an forte nuntio magis retulit, unde de vobis ad hoc qualiscunque suspicio reservetur. Veremur

sule contigit, anno Christi 515, quam cum irritam fecisset Anastasii imp. perfidia et dissimulatio, posterior adjecta est in nonas Aprilis, Agapito consule, anno Christi 517, quo ipso anno Aviti epistolae mense

A enim ne pontificale iudicium, dum non indicat prospera, sensisset adversa. His adjicitur, quod diversorum fida relatione comperimus, de reconciliatione vel concordia Ecclesiae Romanae jactitare se Graeciam; quod sicut amplectendum, si veraciter dicitur, ita metuendum est ne callide simuletur. Quaesumus ergo servitio meo cuncti [In Labbei edit. Concil., juncto], ut quid filiis vestris fratribus meis, id est Gallicanis, si consulari respondere debeam instruat; et quia securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Galliae devotione polliceor, omnes super statu fidei vestram captare sententiam: orate ut sic nos perditorum professio fucata non fallat, sicut ab unitate quam regitis veritas comperta non separat. Accepta in calendis Februarii, Agapito consule, per B Alexium presbyterum et Venantium diaconum.

EPISTOLA LXXXVIII.

HORMISDAE AVITO EPISCOPO, VEL UNIVERSIS EPISCOPIBUS PROVINCIAE VIENNENSIS, SUB TUA DIOECESI CONSISTENTIBUS.

Qui de his quae ad disciplinam catholicam pertinent maxime sciens instrui cupit, quid studii...

(Hanc epistolam dabimus ubi et Hormisdæ.)

Februario responderat Hormisdæ. Quare secundam legationem, quae tum adhuc parabatur, jam profectam in Orientem falsa Viennam fama pertulerat.

ALCIMI AVITI

HOMILIA DE ROGATIONIBUS.

UNDE CONSUETUDO ROGATIONUM PROCESSERIT.

Currit quidem tramite vitali, non per Gallias tantummodo, sed pene per orbem totum rogationis observantiae flumen irriguum, et infectam vitii terram uberi fluxu annuae satisfactionis expurgat. Peculiarior tamen nobis in hac ipsa institutione servitii et gaudii causa est, quia quod hinc modo ad cunctorum utilitatem defluit, ex nostro primitus fonte manavit: et forte nunc pertineat ad cujuscunque privilegii ornatum sumptae primitus institutionis exordium. Caeterum cum ad huiusmodi humilitatem ineffabilis necessitas rigida Viennensium corda perdomuit, sentiens ecclesia nostra causam aegritudinis suae, non sibi quasi maxime praee omnibus, sed quasi soli ex omnibus existimans opus esse instituenda observatione praesenti, sollicitus captavit remedium, quam primatum. Et quidem terrorum temporis illius causas multos nostrum recolere scio. Siquidem incendia crebra, terrae motus assidui, nocturni sonitus,

C cuidam totius orbis funeri prodigiosum quoddam bustuale minitabantur. Nam populosis hominum concursibus domestica silvestrium ferarum species observabatur, Deus viderit an ludificans oculis, an adducta portentis. Quidquid tamen ex iis diobus foret, perinde monstruosum intelligebatur, seu sic veraciter immania bestiarum corda mansuesceri, seu tam horribiliter conspectibus territorum falsae visionis phantasmata posse conflagri. Inter haec diversa vulgi sententia, dispariumque ordinum variae opiniones. Alii quod sentiebant dissimulando, quae stulti nolebant dare, casui dabant; alii spiritu salubriore, abominabilia nova quoque (In edit. Gagnei, quaeque) congrua malorum proprietatis significationibus interpretabantur. Quis enim in crebris ignibus imbres D Sodomiticis non timeret? quis tremantibus elementis, aut decidua culminum, aut disrupta terrarum immingere non crederet? quis videns, certe videre se pu-

* De hac homilia Gregorius Turon. lib. II Historiae, cap. 34: Refert Avitus in quadam homilia quam de Rogationibus scripsit, has ipsas Rogationes quas ante Ascensionis Domini triumphum celebravit, a Mamerto ipsius Viennensis urbis episcopo, cui et hic eo tempore praerat, institutas fuisse, dum urbs illa multis terretur prodigiis, etc. Multas huius argumenti ab Avito habitas homilias fidem faciunt Flori diaconi

Excerpta, in quibus sententiae proferuntur ex sermonibus die primo, secundo et tertio Rogationum. Quin et his plures numero fuisse crediderim, sed a Floro propterea neque hanc in qua versamur, neque alias commemorari, quod in illis nulla Pauli Epistolarum fieret mentio. Quae in hac editione nostra discrepant a Gagneiana omnium prima, veteri exemplari debentur ex quo deprompta sunt.

tans, pavidos naturaliter cervos per angusta portarum usque ad fori lata penetrantes, non imminentem solitudinis sententiam formidaret? Quid multis? Tracta sunt hæc inter timores publicos et rumores privatos usque ad imminentem solemnium vigiliarum noctem qua celebrari festum dominicæ Resurrectionis annua consuetudo posebat. Siquidem hæc omnes, laborum opem, malorum finem, metuentium securitatem, communibus animis opperiebantur. Adfuit ergo ror illa venerabilis quæ ad spem publicæ absolutionis votivum solemnè patefecerat. Sed mox illic multo vehementior strepitus ictu flagelli gravior ferientis intonuit: utpote quem jam emensis gradibus, superlativum nihil sequi aliud quam chaos intelligeretur. *Ædes* namque publica quam præcelso civitatis vertice sublimitas immensiter fastigiata prætulerat, flammis terribilibus conflagrare crepusculo cœpit. Interpellatur itaque nuntio discriminis jucunditas solemnitatis: pleno timoribus populo ecclesia vacuatur. Omnes namque similem facultatibus vel domibus propriis casum de quadam præminentis incendii arce metuebant. Perstitit tamen coram festivis altaribus invictus antistes, et calorem fidei suæ accendens flumine lacrymarum, permissam ignibus potestatem incendio abscedente compescuit. Desperatione deposita rediit ad ecclesiam, et restincta flammarum luce clarescit luminum pulchritudo. Nec sane ulterius trahitur de arripiendo compunctionis medicamine mora. Prædecessor namque meus, et spiritalis mihi a baptismo pater, Mamertus sacerdos, cui ante non paucos annos a pater carnis meæ accepto, sicut Deo visum est, sacerdotii tempore successit, totas in ea quam supra diximus vigiliarum nocte saucto Paschæ concepit animo Rogationes; atque ibi cum Deo tacitus definivit quidquid hodie psalmis et precibus mundus inclamat. Revoluta ergo solemnitate paschali, non jam quid, sed quomodo aut quando fieri debeat, secreta primum collatione tractatur. Putabatur a quibusdam Viennensis senatus cujus tunc numerosis illustribus curia florebat, inventis non posse addici, cum vix acquiesceret legitimis inclinari. Sed pius ac sollicitus pastor, sapientiæ salibus largus, mansuetiendarum ovium prius orando animum, quam perorando mollivit auditum. Pandit igitur dispositionem, indicit ordinem, exponit salubritatem; et viro tam religiosi quam solertis ingenii parum fuit, si obedientibus propositum tantummodo institutionis promeret, nisi inter initia etiam vinculum con-

uetudinis assignaret. Inspirante igitur compunctionum cordibus Deo, auditur a cunctis, confirmatur, attollitur: eligitur tempori triduum præsens, quod inter Ascensionis sacræ cultum diemque dominicum, quasi quodam opportunitatis propriæ limbo circumpositis solemnitatibus marginatur. Explore autem episcopo fervorem inchoationis, et maxime verente ne, ob tardam populi sequacitatem, paucioribus eJuctis observatio ipsa confestim in sui novitate revilesceat; ad basilicam quæ tunc mœnibus vicinior erat civitatis, orationem primæ processionis indicit. Itur celebri alacritate, copiosa multitudine, maxima compunctione: ut revera populilacrymis laboribusque brevis atque angusta processio videretur. Ubi vero sanctus sacerdos de minorum effecta majorum indicia collegit, sequenti die institutum est, quod nunc primo, id est crastino, si Dominus annuit, die laboraturi sumus. ^b Secutæ sunt succiduo tempore quædam ecclesiæ Galliarum rem tam probabilis exempli; sic tamen, quod hoc ipsum non apud omnes iisdem diebus quibus penes nos institutum fuerat, celebraretur. Nec porro magni intererat quod triduum eligeretur, dummodo psalmodiarum officia lacrymarum functionibus annuis persolverentur. Tamen cum dilectione rogationum, etiam sacerdotum crescente concordia, ad unum tempus, id est ad præsentem diem, universalis observantiæ cura concessit. Porro autem eo attinuit ista præfari, ut, seu recolentibus hæc, seu ignorantibus forte retulimus, omnes tamen attendant, quod Ecclesia quæ misit aliis formam institutionis, multipliciter est debitor ostendendæ alacritatis, et prima debet esse compunctionis officio, quæ in re tam necessaria omnibus facta est mater exemplo. Unde imminere nunc, si Deus annuit, rogationum nostrarum operosissimam festivitatem, non quasi nescientibus indicimus, sed quasi expectantibus commendamus. Quia licet non absque labore constet servanda professionis ipsius consuetudo, delectat tamen asperitas medicaminis, in quo frequenter inveniri probata est spes salutis. *Si dixerimus, inquit Apostolus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus (1 Joan. 1, 8).* Et si confiteri debemus assidue nos peccare, opus est constituendi officio, humilitate penitendi. Præsertim cum plebis adunatæ compunctio sic ad incitamentum boni operis possit aptari, ut rebellis magis convenientius erubescat, si cunctæ multitudi propriæ mentis solitudine contradicens, peccata sua vel vitia cum populo flente non defleat. Necessaria

^a Is fuit Isicius sive Hesychius. Ado Viennensis in Chronico: *Avitus, inquit, Viennensis episcopus, eloquentia et sanctitate præcipuus, cujus frater Apollinaris Valentis episcopus, miraculis insignis, Isicii senatoris primum viri, postea Viennensis episcopi, duo lumina clarissimi filii.* Senatorem se Romanum Avitus quoque filius, et in episcopatu successor, professus est in epist. 51. In eadem Viennensi cathedra postea sedit Isicius alter, qui in concilio Aurelianensi v et in Parisiensi iii subscripsit.

^b Prima omnium, aut inter primas Ecclesia Arvernorum, teste Sidonio lib. vii, epist. 1 ad Mamertum ipsum Rogationum auctorem. Mox tota Gallia impe-

rata et observata; tum in regno Francorum, quod Gothicum jam regnum occuparat, decreto concilii Aurelian. 1, can. 27: *Rogationes, id est Litanias, ante Ascensionem Domini ab omnibus ecclesiis placuit celebrari.* Tum in regno Burgundionum, quo reliqua fere pars Galliæ continebatur: quod patet ex can. 6 concilii Lugdunensis ii: *Placuit etiam universis fratribus, ut in prima hebdomada novi mensis, hoc est ante diem dominicam quæ prima in illo mense illuxerit, Litanias sicut ante Ascensionem Domini sancti Patres fieri decreverunt, deinceps ab omnibus ecclesiis seu parochiis celebrentur.*

est igitur boni operis conspiratio. Sumit alter ex altero, aut de humilitate exemplum, aut in confessione solatium. Periculosius agitur singulare certamen, in quo vires altrinsecus experiri posse paucorum est. At vero, cum contra hostem communem multitudinis pugnat assensus, trahit etiam timidum militem virtus aliena. Robustis bellantibus infirmitas delitescit, et quodam unitatis suffragio laus sit invalidis, in exercitu fortium computari. Denique cum victoria contigerit, totis acquiritur; et cum paucorum dextra pugnaverit, omnium gloria triumphavit. Hoc dico de infirmitate communi, quæ si se rogantibus non subtrahat etiam cum ipsa per se minus fecerit, non tamen ad integrum fructu carebit. In illa gloriosa et admodum singulari historia Niivitarum, contra exsertum commotæ Divinitatis gladium, juncta seniorum viribus etiam infantilis ætas pugnare compulsæ est. Humani quoque mercedem et gratiam jejunii pecorum fames adauxit. Quin et ipsa irrationabilis creatura quæ offensam timere non potuit, quodam modo veniam postulavit. Et quia homines in morem animalium vivendo peccaverant, rursus animalia sua quasi homines jejunare coegerunt. Propter hanc ergo discretionem, in Evangelio Dominus ait: *Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis* (Matth. vii, 7). Petere enim docti est, quærere devoti; petit sciens, quærit nesciens. Cum petis, vis accipere quod intelligis; cum quæris, adhuc conaris invenire quod petas. Ideo qui jam superiores sunt, orando petant; qui infirmi, laborando quærant. Porro autem pulsare commune est. Nullus quippe obstructum aditum vocibus pulsat: istud ad manus pertinet, et corporis actus est. Petat ergo scientia, quærat amor, pulset operatio, maxime in observatione præsentis. Festivitas siquidem est, cujus jocunditas tota sola sobrietas, cujus epulæ lacrymæ, cujus pastus esuries est: cujus principium ex necessitate, perseverantia in dilectione, actus in requie, requies in labore: cum tota ista observantia confessio pœnitendi pro culpa sit, et rogandi pro venia. Etiam vero evangelica præsens lectio utilitatem supplicationis exposuit, dum ipse navi Dominum dormientem chorus discipulorum sub tempestatis strepitu trepidus suscitaret (Matth. viii, 24). Neque porro aliud fuit in tanto repugnantium sibi in vicem ventorum fluctuumque conflictu, sopitum

A profundius Dominum nostrum interrita quiete jacuisse, nisi ut ad eum inter discrimina quæ patimur, timoris nostri causa confugeret. Assiduo nos icu tempestas ista fatigat, impulsu terribi contra nos tonitrus sæculi clamat, scintillantibus ad punctum radiis mundana commotio non illuminat sed coruscet. Ecclesia est navis quæ nos per varios casus velut inter marinos gurgites ducit. Aures quidem nostras obretationibus et blasphemiarum stridore, quasi laxata laterum compage, reverberat; sed puppim veritatis soliditate constructam penetrare non potest quod fatigat. Et quia promisit Dominus noster Ecclesiæ, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Matth. xxviii, 20); in navi quidem est in qua sumus, sed metuere jam non potest quod timemus. Post resurrectionem enim ascensionemque suam totus inter pericula nostra requiescit. Alienæ magis formidini opus est, ut qui securus jacebat evigilet. Clametur ergo vocibus supplicationis; et, si ingravante periculo necdum audit, pulsetur manibus largitatis, et dicatur ei: *Exsurge: quare obdormis, Domine, oblitus inopie et tribulationis nostræ* (Psal. xliiii, 23, 24)? Dicturus est quidem expegefactus, *Cur timidi estis, modicæ fidei* (Matth. viii, 26)? Reddat salutem, et increpet infirmitatem. Et si parva fides est, quia timemus sæcularia, est tamen aliquantula, si recurramus ad Dominum. Non autem timeretur coram ipso, si ipse timeretur. Sed minima conscientia recti maxima causa trepidandi est, in nostra præcipue vita, cui criminum continuatio sit discriminum multitudo. Quocirca si non diximus Christo, *Vigila nobiscum*, saltem dicamus, *Evigila propter nos*. Non rogavimus ne discederet, obtineamus ut redeat, nec deserat cursum navigationis infirmæ, donec vento et mari silentium jubeat, et furorem insanientis sæculi celerrimo fine comescat, et fiat in retributione judicii tranquillitas magna quæ in hoc mundo esse non potest. Quia si de mundo essetis (Joan. xv, 19), mundus quod suum erat diligeret. Sed devincto mundo perveniatur ad supernam quietem: ubi quoniam possibilitas pereundi aberit, nec periculi causa nascetur: ubi semper nobiscum Dominus, semper cum illo, si dederit, nos erimus: et qui hic aliquoties negligentibus dormit, illic perpetuo fruētibus sine fine vigilabit.

QUORUMDAM S. AVITI OPUSCULORUM FRAGMENTA.

ADMONITIO.

Præter homiliam superiorem et alteram in conversatione Sigismundi regis habitam cujus meminit Agobardus, restant in vetustissimis schedis Thuaneæ bibliothecæ tituli aliarum octo, cum primis cujusque verbis, in hunc modum:

HOMILIARUM OCTO TITULI ET INITIA.

- I. *Dicta in dedicatione superioris basilicæ: « Dispariter patientia taciturnitatis hodiernæ. »*
- II. *Dicta in basilica sanctæ Mariæ: « Statueram, dilectissimi, et quantum arbitror. »*

D III. *In restauratione baptisterii in civitate sua Vienna: « ... Temporum perturbationes quibus. »*

IV. *Dicta in dedicatione basilicæ Geneva: Novimus et miramur ex evangelica lectione divitem. »*

V. *Dicta in dedicatione.... « Pertinet ad locum.... »*

VI. *Dicta in basilica S. Petri, quam sanctus episcopus Tarantasiæ condidit: « ... Par est decreseat facultas virium, crescente materia gaudiorum. »*

VII. *Dicta in basilica sanctorum Agaunensium, in innovatione monasterii ipsius, vel passione martyrum: « Præconium felicitis exercitus, in cujus congregatione. »*

VIII. *Homilia dicta in conversione domni Segisrici, postriedie quam soror ipsius ex Ariana hærese est re-*

cepta : « *Sæpenumero divinitate quod dilecto suo principi nostro.* »

FRAGMENTA EARUMDEM HOMILIARUM.

(Ex schedis iisdem.)

I.

Sic quondam Petrus apostolorum caput (*Matth. XIII, 29*), id est principum princeps, quamlibet commotum ventis pelagus formidaret, adreptum lamen fluviidi tenens callem victor explicuit; atque undis ponti furentis, velut hostilium turbinum molibus eluctatis, flatum tentationis adversæ, priusquam sede contingeret, fide contrivit. Secuta est illic serenitas iter peractum. Hic quoque non minus ad habitationem quam ad imaginem, Petri ædem fide fundatam securitas quæ non præcesserat insequitur. Innovet autem idem nunc apostolus dignam sui nominis sedem. Iisdem clavibus pandat hic locum, quibus aperit regnum. Solvat nunc quæ sibi ostensæ fuerint compedes criminum. *Et paulo superius.* Soliditas quæ faciendis fabricis in principiis quæritur, hic et culmen obtinet. Firmissimo aliarum ædium fundamine cacumina nostra tutiora sunt.

II.

Quid mihi laudet antiquus (*Exod. xv, 23*) Moysem suum aquas ab ævo asperas ligno castigante dulcasse? quid Elisæum (*IV Reg. iv, 41*), virtute non imparem, agrestis cibi amaritudinæ plenum lebetem medici farris infusione condisse? Hæc quidem gesta exempli admirabilis fuisse quis nesciat? Sed non minus hodie vestro datum est sacerdoti, quem par diversitas felicis eventus parem paribus approbabit. Cum minoris pene virtutis sit creaturas orando convertere, quam hoste depulso creatorem ædibus invitasse. Implet hic porro gentilium vices vicinantium Arianorum turbidus livor. Et si paganus hic forte jam deest qui plures deos velit excoli, gemit hæreticus qui unum conspicit exorari. Diligit quippe Trinitatis divisor numerositatem deorum; et consanguineo separationis affectu, pariter soliditate perrupta, multos deos fieri a consentaneis acquiescit, sub quorum favore quasi excusabiliter ipse tres numeret. Quid ingeniscat Christi vacuus nominator, locum numinibus interclusum paruisse virtutibus? Nullus a salutis consortio prohibetur. Sit eis pariter commune cum salvis, quod hactenus nostrum nolimus esse cum perditis. Profanis cultibus claustra damnamus, conversuris cultoribus templa patefacimus. Expetat ergo hic solidum, quisquis amaverat ante divisum; recognoscat nunc Christum petram, quisquis hic dudum saxa veneratus est. Sacrilegiis ara perit, venit ara sacrificiis. Nomen unum, causa diversa est. Medetur serpens æreus, quo momordit ignitus.

III.

Generali exultatione gaudendum est, quod florentibus sceptris catholicæ potestatis, orationum loca, martyrum templa, liminum sacra, ornantur oppida non minus ædibus quam patronis: imo potius, illustratæ patrociniis sunt urbes ex oppidis. Quod si et specialis festi gaudium præconio corrente tangamus,

A est equidem fabrica præsens jucunda loco, imminens fluvio, et confragosum vicini torrentis tumultum, velut impendentis reverentiæ terrore castigat. Colibetur venerabilibus ripis amnis arctatus, et pendulam interjecti pontis semitam, ad altrinsecus expetenda sacrorum culminum loca substernit. Ædes sufficiens diffusioni, facta est angusta conventui: quæque sic jocunditate habitaculi tam terrestria quam superna sollicitans, cum populo suo vix sufficiat, sufficit de fabrica. Multiforini opificum ingenio nitens, expulit noctem, appulit lucem, qui diu tristibus tenebris artificio proturbatis, lætior intra quoddam claritatis ergastulum, felici custodia clausus est dies. Sic quondam carcer retificis Petri (*Act. XII, 7*) pretiosorum ligaminum radio illustrante resplenduit: cum ferrum supplicii coaptatum, metallis pretiosioribus plus luaceret, serræ fugerent patente aditu catenæ caderent perstreperente tinnitu.

IV.

Gaude igitur, invicte mercator, dispensatione commissa; profer de thesauro tuo nova et vetera (*Matth. XIII, 52*), institutor rudium, labentium restitutor; sit una in multiplici consecratione solemnitas. Erexisti lacrymarum machinis quod hostis alliserat: rediit quæ perierat forma templorum, recurrat et sanctitas. Non tu (*Luc. XIX, 43*) traditam tibi minam, damnantæ sudario, terrenis scrobibus suffodisti; nec hoc tantum contentus reddere quod dudum fuerat consignatum, illa referens, offerens ista, ut frugem primitiarum melius porrigas, prius studuisti solvere quod debeas. C Quocirca, dilectissimi, orate quod superest, ut si quid sacrum furatur adversitas, Deo ulciscente sic redeat. In multiplices fructus granum tritici quod maturum putabatur, excrescat. Velut Job (*XLII, 10*) nostri opes, inter prælia tentationis amissas, victoriæ meritum, patientia duplicante, restituat. Et ut breviter cuncta concludam, agnoscat præsentibus præteritisque successibus, tam perpetrans, quam tolerans, quam in æternis salubres lacrymæ nostræ erunt tribuere, quas videmus fidelibus etiam in temporancis non perire.

V.

In gloria præsentis ævi parum est, si permitti ad hæc fabricanda dicamur: illud supra est, quod ad tales conatus, si otiosi vellemus, impellimur. Noverrunt siquidem sceptræ sæculi nostri, in quo sit virtus temporis sui: quorum inexpugnabiliter, recte ut confidimus, plus hæc basilicis quam propugnaculis urbs munitur. Cingitur undique tutamine sacrarum ædium dives accessus, et ad portarum quamvis patentium limina tutiora, nisi sanctis janitoribus, non venit. Desistat hinc plane nutu superno usus armorum. Ne hostilis conatus hic valeat, hos sufficit providisse custodes. Sic iste, meritum vigore discretus, aut indigenas deducat aditus, aut insidias repellat objectus. Has sibi per circuitum, velut Hierusalem quæ ædificatur ut civitas (*Psal. cxxi, 3 seq.*), turres attollat: ubi lætaturis, quoties in domum Domini ibimus, hæc sanctorum cultibus turres, hæc populorum abun-

dantia contingat in turribus; sicque ei fiat pax in virtute, virtus in pace: virtus scilicet rectoribus, pax regendis; præsidentibus illa, ista famulantibus; quarum tamen principibus nostris utramlibet optantibus, utramque meritis conventus subjectionis devotæ pax confoveat, virtus adjiciat. Ad te nunc sermo liberior, o præsens, si quæ sunt uspiam, catholicarum gentium pater, religionis lumen, column regionis, exemplorum virtus, Ecclesiarum pignus, temporum decus, civilitate sublimis, communiione terribilis, reverentia..... quam cum adoraris a populo. Qui in tribunali unus præ omnibus, in altari unus ex omnibus, stipatus cœtibus subjectorum, non fulgore diadematis, sed mentis luce discerneris. Jam recognoscas tempus est in manibus nostris munera tua. Paremus quidem jubenti tibi, ut secreta sint cum donantur; sed tu clamas, talia conferendo, quæ nisi princeps habere non poterat. Gloriosissimum quippe in his quoque ædibus quod fecisti: sed in quiddam sublimis tuorum gaudia se reservant. Commune hic quidem hodie lætitiæ oblatio vestra peperit: sed adhuc major est quam præstolatio nostra concepit. Porrhigitur hic, præludens per conjecturam præsentium, contemplatio subsequentum. Juste æstimatur tantum in nobis, quantum per te potior eris in summa. Certe sicut rationem illic operum perpendimus, hic donorum; non quidem solus in præsentibus aspicias quod delectet, sed solus in futuris poteris proferre quod superet.

VI.

Præconium felicitis exercitus in cujus congregatione beatissima nemo perierit, dum nullus evasit, cum injustam sanctorum martyrum mortem quasi sortis justitia judicaret, qua bis super aciem dispersa manuetam, centuplex decimatis fructus accresceret, et odore prosperum suffragante, eatenus eligerentur singuli, donec simul colligerentur electi, ex consuetudinis debito series lectæ passionis explicuit.

VII.

Cujus aditus nocte non clauditur, quia non habet noctem; cujus fores semper paratas, justis patulas, impiis inaccessas, non alternant claustra, sed merita. Cujus fundamentum Christus est, fides machina, murus corona, margaritum porta, aurum platea, agnus lucerna, chorus Ecclesia. Cui inter divinas laudes, omnis operis necessitate seclusa, sola erit requies sinceritas actionis. Multa sunt, piissime præsul, in tribunali aliquibus junior, in altario omnium prior, multa sunt, inquam, in operibus tuis, quibus nos hactenus gratias debuisse dicamus. Ditati donis, pauperes verbis, percepimus magna, pauca persolvimus. Ornasti ecclesias tuis gazarum cumulo, numero populorum. Struxisti sumptibus quæ muneribus cumulares altaria. Nunquam quidem contulimus verba

De hoc fragmento Ruinartius in Actis Martyr. sinc. pag. 233 edit. Veron., in admonitione ad passionem sanctorum Mauricii et sociorum ejus martyrum hæc habet § 2: « Fragmentum hujusmodi ex antiquissimis in cortice exaratis schedis bibliothecæ

PATROL. LIX.

A virtuti: sed cum ad præsens psalmisonum solemnè perventum est, parum puto si dicam verba nostra, vicisti hodie insuper et opera tua. *Et post alia.* Gallia nostra florescat. Orbis desideret quod locus invexit. Incipiat hodie exustioni æternitas, dignitas regioni. Laudantibus in præsentem sæculo Deum, laudaturis pariter in futuro renovet magis obitus quam terminet actionem. Recognoscatis in cælo quam de hac tellure portabitis consuetudinem præmium: tantusque perseverantiæ vestram honor sequatur, ut quod vobis in exercitio erit operis, hoc solvatur in præmio pro retributione mercedis.

ALIA FRAGMENTA.

(Gregorius Turonensis libro II Historiæ Francorum.)

B Cum autem cognovisset Gundobadus assertiones hereticorum nihil esse, a sancto Avito episcopo Viennensi, Christum Filium Dei et Spiritum sanctum æqualem Patri confessus, clam ut chrismaretur expetiit. Cui ait sacerdos: Si vere credis hoc quod nos ipse Dominus edocuit, exsequere. Ait autem: Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Sic et ipsos sanctos ac dilectos suos beatos apostolos cum de futuræ persecutionis tentationibus doceret, insinuavit dicens: Attendite vobis ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos, et ante reges et præsides stabis propter me in testimonium illis et gentibus. Tu vero cum sis rex, et a nullo apprehendi formides, seditionem pavescis populi, ne Creatorem omnium in publico fatearis. Relinque hanc stultitiam, et quod corde te dicis credere, ore profer in plebe. Sic enim et beatus Apostolus ait: Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sic et propheta ait: Confitebor tibi, Domine, in Ecclesia magna, in populo gravi laudabo te. Et iterum: Confitebor tibi in populis, Domine; psalmum dicam nomini tuo inter gentes. Metuens autem populum, o rex, ignoras quia satius est ut populus sequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faveas populari. Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si enim ad bellum proficiscaris, tu præcedis catervas hostium, et illæ quo abieris, subsequuntur. Unde melius est, ut te præcedente agnoscant veritatem, quam te pereunte permaneant in errore. Nam Deus non irridetur. Non enim diligit illum qui propter terrenum regnum eum non constitetur in sæculo. *Ista ille rati. ne confusus, usque ad exitum vitæ suæ in hac invidia perduravit, nec publice æqualitatem Trinitatis voluit confiteri.*

(Agobardus in libro de Picturis et Imaginibus.)

His ita se habentibus, est modus divinæ, sive angelicæ, vel etiam humanæ gloriæ, sicut Alcimus Avitus episcopus Viennensis in dialogo, ubi cum Gundobado rege

Thuanæ descripsit vir sacræ antiquitatis studiosissimus Jacobus Sirmondus. Has autem schedas quæ in bibliotheca Regia modo asservantur, videntur Avito, aut saltem paulo post ipsius obitum scripta fuisse affirmant qui eas inspexerunt viri peritissimi.

loquitur, dicit : Illud tamen quod ab æqualitate cœlestis gloriæ Patrem et Filium, perinde ut creaturam angelicam secludentes, quamdam mihi invidiam illi-
cite supernis virtutibus delati honoris obtenditis, dicentes : Ergo et angelis atque archangelis, et quæcunque in excelsis sunt, gloriam ferre debemus : licet minime pertinent ad causam, etiam ad præsens non omnino sic renuo, quasi creaturæ sublimes atque præstanti gloriam ferre timeamus. Est quippe divinæ, est angelicæ, est etiam humanæ gloriæ modus, quem in multis Scripturarum locis invenimus, et sanctorum meritis, et apicibus regum sine vitio assentationis ascribi. Quæ enim inter homines prima gloria, gloria hæc est omnibus sanctis ejus; et in Evangelio Domini dicit, quod nec Salomon in omni gloria sua sic vestitus est sicut lili flosculus specie naturali (Matth. vi, 29).

(Agobardus idem in libro adversus legem Gundobadi.)

Qui! is e venerandus et sanctus vir sæpe dicto Gundobado de supradictis certaminibus responderit, audiat si placet benignitas vestra. Cum de his inter utrumque sermo esset, et beatus Avitus talia certamina reprehenderet, respondit ei Gundobadus : Quid est quod inter regna et gentes, et etiam inter personas sæpe singulas, dirimendæ præliis causæ divino judicio committuntur, et ei maxime parti cui justitia competit, victoria succedit? Ad quod beatus Avitus intulit dicens : Si divinum, inquam, judicium, regna et gentes expecterent, illud prius quod scribitur formidarent, dicente Psalmista : *Dissipa gentes quæ bella volunt* (Psal. lxxvii, 31). Et illud diligerent quod perinde dicitur : *Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus* (Rom. xii, 19). An forte sine telis et gladiis causarum motus æquitas superna non judicat, cum sæpe, ut cernimus, pars aut juste tenens, aut justa deposcens, laboret in præliis, et prævaleat iniquæ partis, vel superior fortitudo, vel furtiva subreptio?

(Agobardus idem libro de Picturis.)

Sicut Avitus Aviti episcopus Viennensis dialogo, ubi cum Gundobado rege loquitur, dicit : Est quippe divinæ, est angelicæ, est etiam humanæ gloriæ modus.

LECTORI.

Alia post hæc diversorum Aviti operum plurima et illustra fragmenta suppeditavit nobis ex Carthusiæ Majoris bibliotheca, a codex Flori diaconi Ecclesiæ Lugdunensis, in quo beati Pauli Epistolas ex veterum aliquot Patrum scriptis exponere aggressus, post Cypriani, Hilarii, Fulgentii aliorumque sententias, quas

* Magnas huic codici gratias debemus, cujus beneficio tot Aviti librorum reliquiæ ad nos pervenerunt. Hæc porro Flori magistri, sic enim appellatus est, expositio in Epistolas S. Pauli ex decem omnium Patribus delibata est, Cypriano, Hilario, Ambrosio, Paciano, Hieronymo, Ephrem diacono, Paulino, Leone papa, Fulgentio et Avito. Post hunc librum, sequitur in eodem codice Carthusiæ, liber II Flori ejusdem, de Missa et de aliis quibusdam ecclesiasticis institutionibus. In alio vero ejusdem bibliothecæ volumine, operibus Irenæi præfixa est Flori præfatio, cum epistola Agobardi. Ejusdem præterea

A singillatim ordine describit. Aviti quoque operum, eorum duntaxat qui Pauli locum aliquem tractant, segmenta ultimo tandem loco d'gerit in hunc modum.

SENTENTIÆ

EX EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS, A SANCTO ET ILLUSTRISSIMO DOCTORE ECCLESIAE AVITO EPISCOPO VIENNENSIS EXPOSITÆ ATQUE EX EJUS OPUSCULIS IN ORDINEM DIGESTÆ.

I. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem.

II. Ut sit pater circumcisionis et sit pater credentium per præputium.

III. Igitur sicut per unum hominem in omnes homines in condemnationem, ita et per unum hominem in omnes homines in justificationem.

IV. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus.

V. Qui etiam proprio Filio suo non pepercit.

VI. Item de eodem.

VII. Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis.

VIII. Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, etc.

IX. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei!

X. Omne quod non est ex fide peccatum est.

XI. Ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.

I.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Ideo in capite dominicæ generationis toties David Scriptura commemorat, ut cum patuerit veritas de auctore, nulla possit dubitatio esse de sobole. Nam ut taceamus illud, quod in Evangelii duo cæci una consonantis fidei voce clamabant : *Miserere mei, Domine, fili David* (Matth. xv, 22), scientes de patriarcha genitum recte hominem credi, et nihilominus fructuose miserenti Deo pro sanitate luminum supplicari : quis evidentius quam sanctus Paulus hoc explicat? *Segregatus in Evangelio, inquit, Dei, sicut ante promiserat in Scripturis sanctis per prophetas suos de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem* (Rom. i, 1, 2). Asseruit duplicem plenam descriptionem naturam. Unam in qua secundum divinitatem factor est omnium, et alteram in qua factus est ex semine David secundum carnem. In quarum neutra substantia suspicio potest phantasmatis inveniri; quia sicut per se invisibilis erat divinitas quæ inclinabatur e cœlo, ita de David stirpe descendens nihil ludificatorium habere potuit veritas carnis Christi : quæ non solum usque ad David per proavos

Flori est liber adversus Joannem Scotum, qui Ecclesiæ Lugdunensis nomine est editus, et sermo de prædestinatione, quem integrum recitat Hincmarus in præfatione posterioris operis contra Gothescalcum. De Floro demique, ne cætera persequar, Walafridi Strabi exstant versus ad Agobardum eundem episcopum Lugdunensem, et inter Agobardi opuscula, Agobardi ipsius et Flori nomine inscripta epistola ad Bartholomæum episcopum. Erat enim diaconus Ecclesiæ Lugdunensis, et Agobardo, ut apparet, familiaris.

suos, sed per ipsum David usque in Adam, expressa parentum nominatione revolvitur. Et ideo dicit Apostolus, esse ex semine David secundum carnem, ut eum consubstantialem exponeret matri, de qua utique sumpsit et mortem; cum phantasmata nec nasci, nec mori possit, sed principium ejus deludere, finisque vanuisse sit.

II.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Abraham auctor utriusque Testamenti, etc., ut in epistola 2 (col. 209, b), usque ad multarum gentium pater.

III.

(Ex libris Contra Arianos.)

Abraham, Moyses et prophetas, non solum salvos, sed et beatissimos esse pronuntio, eosque non nisi per Christum salvatos esse convinco, dicente in Evangelio ipso Domino, *Abraham pater vester concupivit ut videret diem meum; vidit et gavisus est* (Joan. viii, 56). De Moyses, *Si crederetis Moysi, utique crederetis et mihi. De me enim ille scripsit* (Ibid. v, 46). Etiam de prophetis similiter: *Quanti prophetæ cupierunt videre quæ videtis, et audire quæ auditis* (Matth. xiii, 17)! Et alio Evangelii loco ipse Dominus, ista quæ singillatim memoravi cuncti perstringens, *Ut impleantur omnia quæ scripta sunt in lege, et prophetis, et in psalmis de me* (Luc. xxiv, 42). Vos porro conjicite utrum crediderint Christum, quos tam manifeste constat scripsisse de Christo. Nam et Paulus apostolus, qui ante ortum Christi salvati sunt, in Christo redemptos exponens, sic omnem causam definit: *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificantur* (I Cor. xv, 22). Unde sicut nemo perit nisi per Adam veterem, ita nullus acquiritur nisi per novum.

IV.

(Ex libris Contra Arianos.)

Quia *Quid oremus, sicut oportet, nescimus* (Rom. viii, 26), firmum debet apud nos fixumque teneri, quod quidquid Omnipotens non fecerit, restat ut nolit.

V.

(Ex sermone die sexto Paschæ.)

Post lucidæ nubis coruscationem, sic Patris æterni super Filium dulcis terribilisque vox intonat, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipsum audite* (Luc. ix, 35). Omnes quidem, sicut ait Apostolus, *filius Dei sumus* (Gal. iii, 26), et in oratione clamare præsumimus, Pater noster, qui es in cœlis. Sed aliter filius est de quo clamatur, *Hic est Filius meus dilectus*. Illum ut habeat pater filium, non præcessit voluntas generationem: nos autem per quam efficitur filii, in lavacro accipimus natiuitatem. Et ideo quicumque homo potest filius Dei esse, potest et non esse. Unde dicit Joannes evangelista, quod *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus* (Joan. i, 12); ut aut permaneat filius bene vivendo, aut certe per carnalem conversationem rejiciat paternitatem. Christus au-

tem, quem Dei Patris Filium non fecit gratia, sed natura, nullo modo potest non hoc esse quod genitus est: adeo ut sub-tantiæ illi quæ ex Deo procedit, nec ipsa quæ ex homine nata est præjudicaret.

VI.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Si hæc omnia vera esse recipiunt, etc., ut in epistola 3 (col. 216, c), usque ad qualiter non pepercit, si dolore prohibuit?

VII.

(Ex sermone de Natali calicis.)

In affectu quarumcunque rerum non facta, sed vota cogitanda sunt; et abominabili eo qui invitatus profuerit bonis, Deo magis gratia referenda est, quam promptissime pius bene utitur malis. Nam licet Joseph nostrum sola peregrinatio fecerit principem, non tamen laudat pietas venditorem. Sanctus autem Paulus apostolus (Rom. ix, 3), simpliciter contentus a Christo anathema esse pro fratribus, præter labores proprios, etiam pro fratribus quos lucratus fuerat, coronatur; Judas econtra, quia non fratrum dilectione persequens Christum, anathema est factus a Christo.

VIII.

(Ex libro de Christi Divinitate.)

Esaias conclamantissimus prophetarum, etc., ut in epistola 28 (col. 215, b), usque ad quam habui apud te, priusquam mundus fieret.

IX.

(Ex libris Contra Arianos.)

O, inquit, *altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judiciis ejus, et investigabiles viæ ipsius! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit ei, ut retribuatur illi? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula sæculorum* (Rom. xi, 33-35). Non ergo altitudo sapientiæ et scientiæ solius Patris, sed Dei, in quo et Filii annuitis esse personam; cujus nec consiliarius quisquam fuit, nec sensum ullus scrutator agnovit: quanto minus qui summo nec augmentum recipienti, convicium etiam minorationis intendit? cum ipse Apostolus inscrutabilem Dei altitudinem pro corporea infirmitate suspiret. Quis autem prior dat Deo, ut retribuatur illi, nisi qui dat initium Creatori, ut et ipse quasi ab inchoata substantia Dei inchoationem sui recuperasse videatur? Unus hic nempe nominatur, unus exponitur Deus. Certe si secus, quam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia, si hæc ut vultis trium sunt, dicite nunc cui ipsi gloria in sæcula sæculorum. Si tribus, quare non ipsis? si ipsi, cui de tribus? Certe, sit ut vultis, tripartita est substantia majestatis: cur non dixit, ex ipso per alterum in tertio, nisi quatenus nominatus ipse unus in tribus est? de quo et Apostolus alio loco: *Et ipse est, inquit, ante omnia, et omnia in ipso* (Coloss. i, 17). Porro autem, si, ut dixistis, omnia in Spiritu sancto constant, et ipse est ante omnia, ne post multa esse incipiat; non erit creatura, et cum crea-

tura non fuerit, servitium non debet, restatque ut sit Deus, si non est servus : et qui famulari ratione non colligitur, dominari veritate credatur.

X.

(Ex epistola Contra Faustum.)

Fidem esse omnium honorum spiritualium fundamentum, etc., ut in epistola 4 (col. 221, c), usque ad testis est nostri spiritus, non natura.

XI.

(Ex libris Contra Arianos.)

Libera responsione profiteor, quod Deo suorum animos inspirante, longe fulget claritas veritatis. Illud namque apostolicum, quod sæpe repetitis, sufficit in redemptore cognosci : quia si confitearis Dominum Jesum, et quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris (Rom. x, 9). Sic tamen ut intelligatur divinitas sua cum Patre, vitam crucifixo homini reddidisse. Sicut ipse in Joanne evangelista testatur : Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam (Joan. x, 18). Porro nequaquam salvat, de homine Christo tantummodo rectum credere, nisi jungas etiam catholico intellectu de Divinitate sentire. Nam et Phœnicians mortuum ac resuscitatum asserunt Christum. Et quoniam sceleratissimam in hoc eorum blasphemiam, perinde etiam vestrae ut nostrae legis sententia detestatur ; si tantummodo assumptum hominem interiisse, ac sola patris virtute resuscitatum esse dicitis, quæso quid in supradictæ pestis professionibus arguatis, cum ipse Dominus noster, ut legitur, suo nutu suscitaret templum ab adversariis dissolutum ? Quod certe de templo dicatur, in promptu est, cum reparatio templi, inter biduum, in statum pristinum revertentis resurrectionem dominicæ carnis quam divinitas sua templi vice habitaverat, evidenter exponat. Idem ergo Filius Dei Deus qui mori non potuit, defunctum hominem suscitavit, et templum inimicis manibus dissolutum, in unitatem personæ solidata rursus divinitati quam assumpserat carne restituit.

XII.

(Ex sermone die 2 Rogationum.)

Dicit beatissimus Paulus, quod per patientiam et consolationem Scripturarum firmam spem habere debeamus (Rom. xv, 4) ; cum omnes Christiani, tum specialius illi quibus datur in hoc mundo, aut pro Deo persecutionem pati, aut pro veritatis amore tribulari, aut pro vitæ hujus peregrinatione compungi.

AD CORINTHIOS PRIMÆ.

I. Et ignobilia et contemptibilia mundi elegit Deus, etc.

II. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

III. Item de eodem.

IV. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

V. Ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

VI. Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis ?

VII. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

VIII. Cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi.

IX. Caput autem Christi Deus.

X. Nam oportet et hæreses esse, etc.

XI. Item de eodem.

XII. Deus, qui operatur omnia in omnibus.

XIII. Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

XIV. Cum tradiderit regnum Deo et Patri.

XV. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, etc.

XVI. Primus homo de terra terrenus, secundus de cælo cælestis.

XVII. Item de eodem.

I.

(Ex sermone in ordinatione episcopi.)

Ad magisterii testimonium nascendi causa non pertinet; neque ille cælorum janitor Petrus, quem piscatorem hominum (Matth. iv, 18) retia contempta fecerunt, origine p'acuit natalium, sed sine meritorum; sicut Matthæus (ix, 9) cum de teloneo assumptus est, illic inchoavit lucrum, ubi jussus est terminare negotium. Quid de singulis loquor? talis omnium assumptio fuit, in quorum personis (I Cor. i, 28) ignobilia et contemptibilia mundi eligens Deus, præposuit pauperes spiritu divitibus censu, illum jure locupletissimum probans, qui ad veram et integram nobilitatem, non susceptis honorum, sed depositis criminum fascibus pervenisset.

II.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Nolunt enim a nobis ei qui crucifixus est supplicari, etc., ut in epist. 3 (col. 212, a), usque ad non rogemus in cælo. Et mox (col. 215, c), Veni potius, sancte Isaia propheta, etc., usque ad quod in corpore malum patimur, pertulit Christus.

III.

(Ex libris Contra Arianos.)

Dominus majestatis crucifixus exponitur, cum si alternæ substantiæ respicias proprietatem, divina celsitudine ab omnibus crucis contumeliis sequestrata, sola suscepti corporis humilitas senserit passionem. Nam postquam (II Cor. v, 19) Deus in Christo mundum reconcilians sibi, creaturæ quam assumpsit unitus est, significatur plerumque homo per Deum, Deusque per hominem, sicut est illud : Cum venerit Filius hominis in majestate sua (Matth. xxv, 31), cum majestatem Deo potius quam homini nemo convenire dubitet; quod et Psalmista de Deo exponens, Et ridebitis, inquit, in majestate sua. Et Malachias propheta, ob dictorum perspicuitatem Angelus cognomento, de cruciaria Domini passione. Si affigit, inquit, homo Deum suum, quia vos configitis me (Malach. iii, 8). Cum tamen, quod nullus inficiabitur, non Deus, sed homo confixus sit.

IV.

(Ex sermone de symbolo.)

Audite quid veritas dicat: *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius* (Matth. xi, 27). Et si nemo assequitur hanc in sæculo isto notitiam, unde Arianus assumit in substantiæ ipsius divisione mensuram? Si solus Pater novit Filium, solus Filius Patrem; unde dux cæcus majorem intelligit, vel minorem? An forte respondet, et si sibi notitiæ hujus reservat Divinitas sola secretum, unde is æqualem Patri Filium cognovisti? At ego inquam, paternitatem filius loquitur, omnipotentiam creatura testatur: de substantiæ autem intimo, si nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius; ubi æqualis est consilio alternante notitia, una est procul dubio in substantiæ perfectione natura. Neque enim major aut minor est, qui nec minus nec amplius notus est. Quid nunc de Spiritu sancto dicemus, quem credere consequente symboli parte in Trinitate præcipitur? Neque enim, si Patrem et Filium sibi invicem confert ista notitia, alienus ab ea erit Spiritus sanctus, de quo scribitur quod *Spiritus omnia scrutatur, etiam altitudines Dei* (I Cor. ii, 10). Ergo non tantummodo se Pater et Filius, sed Spiritum suum norunt; cui ideo nihil omnino celatur, quia nihil sine illo in veritate cognoscitur. Quocirca sic est cognitio, sicut cooperatio Trinitatis. Nam post istud generationis diviniæ mysterium, si in Christo cogitemus humana, quod celebramus Virginem peperisse, Pater misit, Filius venit, Spiritus sanctus infudit. Quapropter nec in humilitate minorationis absconditur claritas æqualitatis.

V.

(Ex libris contra Arianos.)

Nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam altitudines Dei. Quis enim hominum novit quæ in homine sunt, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic et quæ in Deo sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei (Ibid., 10, 11). Rogo suppliciter, locum istum, ut pote illuminati a Deo arbitri, judicate; et utrum æqualis sit Patri vel Filio Spiritus sanctus, ex ipsa scientiæ suæ profunditate perpendite. Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius. Sed quia nec Pater, nec Filius, sine Spiritu aliquid novit, ideo quæ in Deo sunt nemo scit, nisi Spiritus Dei; quia nec Spiritus scire aliquid sine Patre vel Filio potest. Quid est, nemo novit præter Patrem, nemo præter Filium, nemo præter Spiritum sanctum, nisi quia in Trinitate præter unitatem nihil possumus invenire? Legimus alio loco, *Qui Filium non habet, nec Patrem habet* (I Joan. ii, 23). Itemque alio loco, *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (Rom. viii, 9). Quod non potest non simul totum haberi, quomodo poterit dividi?

VI.

(Ex sermone de Pentecoste.)

An nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei

A habitat in vobis (I Cor. iii, 16)? Ecce ergo et spiritus Deus est, si habitat templum, quod præter Deum nullus inhabitat. Unde inquit, *Membra vestra templum in vobis est Spiritus sancti, quem habetis a Deo* (I Cor. vi, 19). Ergo si habetis a Deo Deum, et templum Dei estis, et corpus vestrum templum est Spiritus sancti; quocumque non receptus fuerit Spiritus, non capitur Deus. Igitur cum talia dicimus, non nobis obirascantur quibus sanctum Spiritum persuadere conamur: quia nisi Deus creditur, ignoro quid de præseni festivitate dicatur, aut quid in ejus adventu honoris hæreticus excolat, quem quantum ad se est, etiam nomine servitutis inclinat: cum licet, si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi sitis (Joan. viii, 36), ubi tamen Spiritus Domini ibi libertas (II Cor. iii, 17).

VII.

(Ex sermone de Natali calicis.)

Eo superstitionis ritu plectitur impietas rebelantium Judæorum, ut animal corruptibile, id est agnum, cum veneratione comedant, qui veri et immaculati Agni escam periculosissima fame contemunt. Unde sibi videntur paschalis festi agere sacramentum, ejus hodie omnis Ecclesia initium sumit, mysterium intelligit, præmium concupiscit, quod sermo Domini discipulis suis evidenter insinuat dicens: *Scitis quia post biduum Pascha fiet* (Matth. xxvi, 2)? Aliud sonat, erit aut celebrabitur, aliud autem Pascha fiet. Numeret ergo mihi Judæus, usque nunc ab exitu Israel, quantos vult annos: cæterum Pascha primum adhuc post biduum fiet, cum præteritis implens figuras, sicut Apostolus ait, *Pascha nostrum immolatus est Christus* (I Cor. v, 7).

VIII.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Quid vel illo Apostoli sermone lucidius, etc., *ut in epistola 2* (col. 206, c), *usque ad qui legem dederat in præcepto.*

IX.

(Ex sermone de Jona.)

Pelagus, inquit, *operuit caput meum* (Jon. ii, 6). Nec istud frustra de solo capite dicebat, quem absque dubio pelagus omni ex parte contexerat; sed celavit contumelia mundi Dominum cœli. Caput viri Christus, caput autem Christi Deus (I Cor. xi, 3). Velavit humilitas mea gloriam meam, et Deus (II Cor. v, 19), qui quasi caput inerat Christo mundum reconcilians sibi, ab eis qui hominem patibulo confixerant, non potuit pervideri.

X.

(Ex sermone 3 Rogationum.)

Præsentis sæculi actio, dilatis causarum eventibus, omnium operum perversitate confusa, non est tempus, sed causa judicii. Da porro in præsentibus evidentem bonorum malorumque distantiam, et examini quid remansit? Da ut hic malum nulli liceat facere, quid æternitas plus habebit? Da ut hic a fide nullus exorbitet, et hæreses esse (I Cor. xi, 19) qualiter oportet? Neque enim possumus dissimulare quin

oportet quod oportere veritas clamat. Oportet vero esse hæresem, non quia ejus commentis Christianus minuitur, sed quia ejus insidiis Christianus augetur. Sic sunt etiam, præter fornicationem quæ sola in corpus proprium peccat, cætera mala, si non vestias nudum, si punitas innocentem, si rapias proximo, si parato etiam pallium cedere tunicam tollas, si malam dexteram verberes etiam lævam offerenti, si per mille passus onustum dirigas, et per alia duo servire meditantem. Aut quid diutius violentiæ generæ peræquar? In omni imperio fortioris superbia temporalis habet jubendi fructum, æternum vero innocentia patiendi.

XI.

(Ex libris Contra Arianos.)

Dicit Apostolus, quod oporteat hæreses esse (*Ibid.*). Oportet autem, non hæreticis quod sunt esse, sed catholicis sustinere quod non sunt. Sicut de Juda traditore suo Dominus dixit, quod bonum fuerat homini illi non nasci (*Matth. xxvi, 21*). Inde enim ait illi, quia suum nasci illi malum erat qui tradidit, nobis bonum, ad quos solus ex traditione pervenit.

XII

(Ex libris Contra Arianos.)

Cum apparuissent angeli in terra, clamaverunt: Gloria in excelsis Deo (*Luc. ii, 14*). Si Pater et Filius et Spiritus sanctus in excelsis est, bene dicimus, Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto; nec possumus Patri sine Filio gloriam honoremque dare, cum ipse in Evangelio jubeat, *Ut omnes sic honorificent Filium, sicut honorificant Patrem (Joan. v, 23)*. Et Apostolus dicit, quod nemo honorat Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto (*I Cor. xii, 3*).

XIII.

(Ex epistolis Contra Arianos.)

De divinitate Spiritus sancti, quem nec factum legimus, nec genitum, nec creatum, Apostolus ait: Deus, qui operatur omnia in omnibus (*Ibid.*, 6). Et eodem loco: Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (*Ibid.*, 11). Et Petrus in Actibus apostolorum: Quid convenit, inquit, inter vos mentiri Spiritui sancto (*Act. v, 3, 4*)? Et post, Non es mentitus hominibus, sed Deo. Item alio loco: Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis (*I Cor. iii, 16*). Et alibi: Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus (*Rom. viii, 9*).

XIV.

(Ex sermone de ascensu Heliæ.)

Et si multa sunt dona: omnia tamen hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (*I Cor. xii, 11*). Non in paucioribus minor, nec in majoribus amplior; per quem etiam si alius alio minus accipit, intelligat donum potius posse minus quam donantem.

XV.

(Ex libris Contra Arianos.)

Quia posucram de Evangelio: Data est mihi omnis

potestas in cælo et in terra (*Matth. xxviii, 18*), ut potestatem illam, quam sibi dicebat datam, semper in natura divinitatis suæ salvam fuisse monstrarem, commemoravi apostolicum illud quod de Filio dictum est: Cum tradiderit regnum Deo Patri (*I Cor. xv, 24*), cum utique Pater nullo tempore sine regno esse poterit: nec ideo Patrem, qui potestatem Filio dedit esse majorem, cum et ipse Filius regnum Patri traditurus esse dicatur. Ubi enim quis beneficio aliquid confert, jure censetur major accipiente qui donat. In divinitatem autem, ex qua quod ineffabiliter filio datur non est gratia, sed natura, restat dantis et accipientis æqualitas.

XVI.

(Ex libris Contra Arianos.)

Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc etiam ipse Filius subjectus erit illi qui sibi subjectus omnia, ut sit Deus omnia in omnibus (*Ibid.*, 28). Istud Apostolus ab octavi psalmi posuit exemplo. Sic namque scriptum est: Minorasti eum paulo minus ab angelis; omnia subjecta sub pedibus ejus (*Psal. viii, 6*). Ergo ejus pedibus omnia subdit, quem paulo minus ab angelis minoravit. Nec mirum est, ut in ea creatura Patre dicatur minor, in qua ei etiam beatitudo angelica existit major.

XVII.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Ille solus hominis staturæ, etc., ut in epistola 2 (*col. 207, a*), usque ad quam susceperat, in inferna descendere.

XVIII.

(Ex libris contra Arianos.)

Apostolus Paulus ad Galatas, personæ inseparabilitatem designans, ipsum dicit natum de muliere quem misit Deus Filium suum; sicut alio loco, Primus, inquit, homo de terra terrenus, secundus de cælo cælestis (*I Cor. xv, 47*); cum unus idemque mediator, de cælo Deus, homo de terra sit; qui de utero Virginis editus, ante quam cælos ascenderet, cælestis congrue dictus est; quia celsitudini substantiæ cælestis immixtus, cæli Dominus factus est.

AD CORINTHIOS SECUNDÆ.

I. Ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus.

II. Item de eodem.

III. Quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino, etc.

IV. Quoniam quidem Deus est in Christo, mundum reconcilians sibi.

V. Audivit arcana verba quæ non licet homini loqui.

I.

(Ex sermone Natali calicis.)

Videamus comparatam Moysi et multo præcellentem, eam quæ nostri est gratiam redemptoris. Nam ut nova paululum veteribus conferamus, ille ad hunc populum venit velata facie, iste aperta divinitate, ille sublimitate cornutus, iste humilitate mansuetus; illius vultus radiis et decore luminosus, istius sputis

et cæde sædandus : illius humanam faciem conservus A ut in epistola 28 (col. 246, b), usque ad, in corpore videre non meruit, istius divinam leprosus aspexit. cœpisse, de matre est.

II.

(Ex sermone die sexto Paschæ.)

Cum caro (Sap. ix, 15), necdum mortis fornacibus defæcata, aggravet sensum multa cogitantem, et impediatur visum pauca cernentem, interlucet tamen in aliquibus gestis dignitas futurorum, et secretorum immortalium splendor etiam mortalibus oculis rara revelatione subradiat. Sed hoc illis tantum, quos sola caro, non etiam carnalitas tenet, et cordibus mundos mundana cohabitatione non polluit. Sicut præstatur quondam vati legifero celeste colloquium; et eo usque divinæ gloriæ quodam intuitu donabatur, donec quiddam in levi fronte cornutum, non asperitas videretur produxisse, sed claritas.

III.

(Ex sermone de symbolo.)

Legimus quodam loco, quod dum sumus in corpore peregrinamur a Domino (II Cor. v, 6). Quidquid enim nobis de cœlestibus mysteriis traditur, quamlibet indubitabili veritate subsistat, credere debemus, quia videre non possumus. Nam in isto sæculo, nostrum nosse tantummodo credere est. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum (Matth. v, 8); non dixit vident, sed ridebunt. Unde qui in præsentibus habuerit fidem, ipse in futuris accipiet contemplationem.

IV.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Intelligit Apostolus ac definit, etc., ut in epistola 2 C (col. 206, a), usque ad parentali chirographo sustineret.

V

(Ex sermone die sexto Paschæ.)

Insonuit Pauli apostoli auribus, quod non licet homini loqui (II Cor. xii, 4), quodque ille permitteretur dicere, si nos mereremur audire. Si enim in modico fideles non fuistis, quod majus est, quis credet vobis (Luc. xvi, 12)?

AD GALATAS.

I. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est.

II. Misit Deus Filium suum, factum ex muliere.

III. Item de eodem.

IV. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.

I.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Hoc remedium Apostolus dicit dispositum, etc., ut in epistola 2 (col. 206, b), usque ad unum reddidit ex utrisque.

II.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Adsit nunc sermoni nostro Emmanuel, etc., ut in epistola 2 (col. 205, a), usque ad hic et Dei filius et hominis erit.

III.

(Ex libro de Christi nativitate.)

Apostolus dicit, Postquam vero venit (Gal. iv, 4), etc.,

IV.

(Ex sermone die 3 Rogationum.)

Sicut enim Judæorum lex, ita gentium gloria, gratia est. Et ideo apostolus Paulus ad unam partem dicit, Non bona gloriatio vestra (I Cor. v, 6), ad aliam vero, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi (Gal. vi, 14).

AD EPHESIOS.

I. In quo signati estis in die redemptionis vestræ.

II. Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

III. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos.

IV. Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus B et de ossibus ejus.

V. Et erunt duo in carne una, etc.

I.

(Ex libris Contra Arianos.)

Unum nomen est Trinitatis. Neque enim est aliud nomen ut in Actibus apostolorum legimus, in quo oporteat nos salvos fieri (Act. iv, 12). Si sequestrato Filio, de solo istud nomine Patris creditur, dicendus est non salvare salvator; rursusque si Patre secluso, id solius redemptoris nomine acquirimur, cessavit ab hac redemptione Pater, de quo scriptum est, quod redemptionem miserit populo suo (Psal. cx, 9); cum et de Spiritu sancto Apostolus dicat: In quo signati estis in die redemptionis vestræ (Ephes. iv, 30).

II.

(Ex libris Contra Arianos.)

Ubi plurale aliquid in divinitate subresonat, non dualitas videtur intelligenda, sed Trinitas, sicut in ipso Sodomiticæ urbis refertur exitio. Apparuit, inquit, Dominus Abraham sedenti in ostio tabernaculi, in ipso fervore diei; cumque levasset oculos, apparuerunt ei tres viri; quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum, et adoravit in terram, et dixit: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum (Gen. xviii, 1, 3). Certe non in aliquo horum trium, aut cultior habitus, aut eminentior forma præstabat. Et tamen Abraham, sacramentum indivisæ Trinitatis intelligens, uno nomine tres precatur, quia trina in unitate persona, et una est in Trinitate substantia; de qua et Apostolus dicit: D Unus Dominus, una fides, unum baptisma (Ephes. iv, 5). Quis præsumat contra vas electionis unitatem istam pluralitate confundere? Noverat namque cum Patre vel Filio dominari Spiritum sanctum, cui quasi domum corpora nostra sacrabat dicens: Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis (I Cor. iii, 16)? Quo unquam magis testimonio Deus probabitur Spiritus sanctus, quam quod habitaculum ipsius sumus, et Deus habitat in nobis? Sed jam dudum hujusmodi credulitatem divinæ vocationi Paulus debebat. Si quippe in apostolorum Actibus scribitur: Deservientibus autem illis et jejnantibus, dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum et Barnabam ad opus ad quod vocavi eos (Act. xiii, 2). Non ex supe-

rioris præcepto, sed spontanea est, ut opinor, ista vocatio. Sibi sequestrari præcipit, sibi dicit assumi. Deus est sine ambiguo qui inspirat, eligit vel mittit apostolos. Et tamen idem sanctus Paulus, cum distincte aliquoties Patrem, Filium vel Spiritum sanctum Dominum esse doceat, fidei culmen ea qua supra dixi definitione consummat: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma* (*Ephes. iv, 5*). Sic ergo non possumus duos Deos, sicut nec duas fides, nec duo baptismata dicere. Deos nominare gentilitas appetit, crebro se lavacro a peccatis ablui Judæus credit, fides plurali numero quasi multas dici veritas prohibet, nec Latinitas sinit. Unus Dominus est, non dividimus; una fides, non scindimus; unum baptisma, non iteramus. Cui honorem suum etiam in Bonosiacorum aliorumque receptione servantes, si se in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizatos esse respondeant, quod bene confessi sunt, servando recipimus; quod perperam crediderant, benedicendo sanamus; et quod minus fuerat nominatione præmissa, suppletur credulitate firmata.

III.

(Ex libris Contra Arianos.)

Psalmus dicit: *A summum cæli egressio ejus, et recursus ejus usque ad summum ejus* (*Psal. xviii, 7*). Nemo porro recurrit, nisi quo fuit; sed ascendente Christo, Filius hominis recurrit in cælum, qui erat prius in cælo. Sic etiam sanctus Paulus exponens ait: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* (*Ephes. iv, 8, 9*). Et paulo post: *Qui descendit, inquit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia*. Cumque per omnem cloquii sui locum Deum venisse prædicet, hominem rediisse concludens, hic tamen ipsum dicit ascendere qui descendit; quia in Christo Deus et homo; non alter, sed ipse; non duo ex diversis, sed idem ex utroque mediator. Gemina quidem substantia, sed una forma est.

IV.

(Ex sermone de passione Domini.)

Apostolus (*Ephes. v, 31, 32*) somno Adæ dominicam mortem coaptans, in ipso mundi principio ædificationem mulieris de costa dormientis viri, nascentis ecclesie dicit signasse compagem. Namque cum formato de terra homini, si lecta recolimus, conjux decesset, et quanquam inexperti, tamen solatii contubernium rudis animus flagitaret, ligatur Adam sensu, solvitur somno, celebratoque hujus similitudinis sacramento, tam pressum novi soporis pondus incubuit, ut merito mortem significasse ex ipso immobili atque insensibili quiete videatur. Taliter autem jacenti detrahatur una costarum, atque inde formata muliere, reviviscanti admodum viro, pro dispendio membri, repensantur lucra conjugii. Ecce et hic hodie Adam novum, culpas veteres sanaturum, oppressum somno impactæ crucis auscipit quietes. Nunc videndum est quid sit, quod de solo ejus latere Ecclesia formari dicitur, cum totus ipse homo pro Ecclesie salute moriatur. Refert Joannes evan-

gelista (*Joan. xix, 31, 32*) quomodo crucifixio Domino cum duobus latronibus, scilicet sexta sabbati circa vesperam, uti ne pendentium corpora feriata diei solemnitas inveniret, fractis pro acceleranda morte latronum cruribus, cum jam exspirasse Dominum cognovissent, adverterunt a supplicii similitudine temperandum; quia etiam si prematur veritas inimicorum conjuratione, non frangitur: maxime cum et de Agni esset immolatione prædictum, *Os non confringetis ex eo* (*Exod. xii, 46*). Et tamen hic circa Dominum, sic quoque quod non fuit necessarium fieri pro exitio, pro sacramento perfectum est. Unus namque de militibus arrepto missili, ut sermonem ipsum ponam, *latus ejus aperuit* (*Joan. xix, 34*). Ergo non rupit, non transfodit, non jugulavit ad ultimum, sed inquit, *aperuit*; ut patentis plagæ portam vitalem, non tam vestigium vulneris, quam salutis esse intelligamus ingressum. Nam et arcam illam (*Gen. vi, 14*) cujus clastro tutus Noë tumentes sæculi fluctus mortemque bacchantem, impune solus cunctis per-euntibus enatavit, ostium quo ve. ad salutem ingressus, vel regressus ad lucem est, in latere legimus habuisse. Agnosco igitur et hodie in Domino, qui surgit per crucem (*Psal. cxviii, 8*) in requiem suam, ipse et arca, id est caro, sanctificationis suæ: agnosco, inquam, in latere arcæ istius aditum nostrum. Videamus primum quid inde procedit, advertamus postea quomodo ibi Christianus introiit. Patefacto ergo latere Domini, processit ubertim manantibus rivis aqua vel sanguis. Quid admirabilius tali facto? quid lucidius indicio? quid mysterio plenius? Certum est quidem quod doluit Christus, quod interiit certum; sed servat in eo dignitatem suam etiam veritas mortis. Quæ conditio unquam humani corporis habuit aquæ vel sanguinis fluxum? Esto, quod tamen vix consuetudinis ratione permittitur, ut continerit cruorem suum caro defuncta; ubi latuit viventis aquæ fonticulus in corpore morientis? Ude procedit duplex rivus arentem mundum fecundaturus, purus laticis, pretiosus cruoris? Unde sancti fluminis unda prorumpit, sola restinguendis gehennæ satisfactura vaporibus? Ecce videtis de latere Adam nostri conjugem suam strui. Ecce sponsam victuro, dum moritur, præparari. Ecce dormienti præcipi quod lætifacet vigilaturum; omnis autem Ecclesia duo sunt genera hominum. Unum est, quod fidei morte, aliud quod sublimi passione salvatur; unum quod pro Christo occubuit, aliud quod Christo vixit. Nos ergo excipiamus aquam de latere Domini, martyres sanguinem. Illos pretiosa sanguinis purpura vestiat, nos nivea baptismatis unda respergat.

V.

(Ex libris Contra Arianos.)

Consultus in Evangelio Dominus, quid de vinculi matrimonialis soliditate decerneret, *Non sunt, inquit, jam duo, sed una caro. Propter quod dico vobis, Quod Deus junxit, homo non separet* (*Matth. xix, 6*). Ecce quod ait Apostolus de conjugio, *Sacramentum hoc magnum; ego autem dico vobis, in Christo et in Ec-*

rtesia (Ephes. v, 32). Nascitur nempe ab humilitate A exempli altitudo mysterii. Si ex duobus dicitur unum facere copula corporalis, quare totam Trinitatem non solidaverit una substantia? aut cum dicamus, in terrenis separari non licere quod Deus junxit per concordiam, quanto periculo in supernis separari velimus quod Deus junctus est per naturam? Jam ut illud taceam quod scriptum est, quod *multitudinis credentium erat anima una, et cor unum* (Act. iv, 32): quorum singula corda unum cor reddebat unanimitas, sicut proprias in Trinitate personas solidat et exunat æqualitas.

AP PHILIPPENSES.

I. Qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit.

II. Factus obediens usque ad mortem.

III. Propter quod Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.

IV. Ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

V. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris.

VI. Item de eodem.

I.

(Ex libris Contra Phantasma.)

Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, et humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis (Philipp. ii, 6-8). Verus Deus est qui dignatur inclinari; verus homo est, qui potuit mori. Propter quod, inquit, et Deus pater exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Inter eum qui dat, et eum qui accipit honorem, trium est omne nomen. Imum est homo, medium angelus, summum Deus. Hoc nomen donavit quod super omne nomen est, non ei quem genuit, sed illi quem misit, qui factus est obediens usque ad mortem. Aut quid novum est, credi in eo formam servi, qui nec maledicti opprobria ferre despexit? Apostolo protestante, eum qui non noverat peccatum, pro nobis maledictum fecit (II Cor. v, 21). Quia scriptum est, inquit, *Maledictus omnis qui pendet in ligno* (Gal. iii, 13). Propter quod exaltatus est, ut in nomine Jesu, omne, id est non solum hominis, verum etiam angeli, genu flectatur: ei scilicet qui secundum ejusdem Apostoli dictum, *propter vos pauper factus est cum dives esset* (II Cor. viii, 9), dives ab æternitate, pauper ex ventre; dives in cælis, pauper in pannis.

II.

(Ex libris Contra Arianos.)

Non per hoc minuit æqualitatem Filii Dei, quod filius hominis obediit. Quomodo enim non obediret Patri, qui subditus erat matri? dicente evangelista de parentibus ejus: *Et venit Nazareth, et erat subditus illis* (Luc. ii, 51). Sic enim factus est, dicente Apostolo, *obediens usque ad mortem* (Philipp. ii, 8), sicut ipse Dominus dixit, *Tristis est anima mea usque ad mortem* (Matth. xxvi, 38).

III.

(Ex libris Contra Arianos.)

An forte solus Pater dicendus est Dominus? In Evangelio Christus discipulis ait: *Vocatis me Magistrum et Dominum, bene dicitis; sum enim* (Joan. xiii, 13). Et Apostolus ait (Philipp. ii, 8, 9), quod post mortem Christi, mortem autem crucis, exaltaverit eum Pater, et dederit ei nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium et infernorum, id est adoret, dicente alibi ipso Domino, *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (Matth. iv, 10).

IV.

(Ex sermone de Pentecoste.)

Cruz illa in qua vita pendente mors periit, sicut B in passione evangelista Joannes enarrat (Joan. xix, 20), quia multiplicem capere non potuit, triplicis linguæ pagina fuit: ut a toto mundo incunctabiliter crederetur, quod Hebraicis litteris, nec non Latinis Græcisque conscriptum, quasi in ore trium testium firmaretur; ac deinceps *omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris* (Philipp. ii, 11), id est in una cum Patre. Quod quamlibet aliquorum intentio negare persistat, et si non omnium sermo, certe omnis lingua proclamatur.

V.

(Ex libris Contra Arianos.)

Dixi cum Patre Filio æqualem gloriam honoremque nos dicere: quia legimus, *Ut omnis lingua confiteatur quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris* (Ibid.). Si tantummodo dixisset in Dei, forte putaretur, esto in Dei, certe minoris; at cum in Patris gloria, quid inæquale? quid exiguum? quid divisum? Non enim in angelica vel humana, sed in gloria est Dei Patris. Alias autem, nisi æqualis gloria ista credatur, contra ipsius Domini jussionem (Joan. v, 23), non omnes sic honorificabunt Filium, sicut honorificent Patrem. Nulla enim ratione sic honorari poterit major ut minor. Sed quicumque non sic honorificaverit Filium sicut honorificat Patrem, quidquid gloriæ dempserit, contumeliæ deputavit.

VI.

(Ex sermone in dedicatione ecclesiæ archangeli Michaelis.)

Iste sit ille, quam dulcis, tam terribilis locus, in quo Jacob (Gen. xxviii, 17) cernens Dominum scalis innixum, perque eas ascendentes descendentesque angelos videns, domum Divinitatis intelligit: ubi parato mysteriis lapide caput effultus, futurorum cæcis aptavit unguentum: sive cum passuri Mediatoris pendulum crinem, justificatæ peccatricis obsequio, fragrantis alabastrum unda perfudit: ut quod lapidibus vivis in spirituale fabricam congruenter necessarium fueret, ex irriguo angularis lapidis fonte manaret, sicque Abraham filii per lavacrum ex lapidibus suscitati, ut ariditatem contagii naturalis evadant, odoriferi chrismatis munere gratia secundante pinguescerent. Istud Jacob sopitus vidit in spiritu, expurgatus gessit in signo. Cum nobis inde oratio

consecrantis inclamat, nobis ibi somnium dormientis A invigilat. Scilicet vero quas vidit, gradus sunt supplicationis humanæ, quibus quisque pro viribus in divinas aures precum qualitate mittatur. Ascendunt autem per eas angeli, cum vota nostra in cœlum porrigunt: descendunt, cum de cœlis obtenta transmittunt. Assistunt hi precibus nostris, non pennarum flatu, sed donorum spiritu, quorum volasse voluisse est. Interque hos sibi vindicat Michael princeps principem locum, quem Daniel (x, 13) ille sublimis vir desideriorum, visionum potens, dissolutor ænigmatum, expositor figurarum, hebdomadæ triplicis fervente jejunio, parum fuit ut haberet visibilem, nisi acciperet adiutorem. Quocirca etiam hic Michael noster, sinceritate voti, jocunditate loci, devotione populi, provocatus adstat, conferendo inagna, maxima obtinendo, conspectum Divinitatis quo semper illustratur, huc attrahat. Ad quem, quia multis Scripturarum locis agnovimus, subvehentibus angelis, sive quod pium poscitur, sive quod rectum geritur pervenire, acceptabilium operum salubriumque votorum prospiciamus in studio beatitudinem, qui providimus in archangelo portitorem.

AD COLOSSENSES.

I. Qui est principium primogenitus ex mortuis.

I.

(Ex sermone die primo Paschæ.)

Fit Christus in hodierna festivitate non unigenitus, sed, sicut Apostolus dicit, *primogenitus ex mortuis* (Coloss. 1, 18). Video tamen posse aliquos hic moveri cur Christus primogenitus ex mortuis nominetur, cum factum sit, sicut plerumque nos sacer cœlestium lectionum cursus instruxit, ut aliquos mortuorum, etiam sanctorum intercessione redivos, laxatis naturæ vinculis, lux secunda susciperet. Quod admirabiliter quoque ac triumphaliter ipse Dominus fecerat (Matth. ix, 24; Luc. vii, 12; Joan. xi, 45), cum prohibitis prius duobus spiritibus de inferno, corporibus de sepulcro, Lazarum novissime suscitans, jussione tertia, die quarta, non de fauce, sed quodammodo de ventre mortis, vincias funere, putredine relaxatas, feteqtes tempore, jussione viventes retraxit exsequias. Sed quicumque sic temporaliter resurrexerunt, ut deinceps morerentur, hos mortuorum primitias, id est primogenitos ex mortuis, quod de solo Christo dictum est, appellare non possumus. Siquidem isti de morte cum mortis vinculis revertentes, nec sub remedio, sed ad huc sub chirographo, non sunt a conditione liberi, sed pro opportunitate laxati. *Christus autem resurgens*, ut Apostolus ait, *jam non moritur, mors ei ultra non dominabitur* (Rom. vi, 9). Ergo hactenus ipse solus est, qui non moriturus resurrexerit; hoc etiam suis postmodum largiturus, cum eos a morte perpetuo victuros resuscitabit. Quocirca illa jam secunda primitia erit, qua fideles resurgent. Cæterum primum resurgendi gaudium primogenito ex mortuis jure debetur.

AD THESSALONICENSES PRIMÆ.

I. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei, etc.

II. Rapiemur in nubibus obviam Christo in aera.

III. Item de eodem.

I.

(Ex sermone de Ascensione Domini.)

Vas electionis gentium doctor, in quo adhuc mortali homine angelicus sermo vivebat, cum resurrectionem mortuorum non mortuo sermone describeret, Dominumque nostrum in jussu, id est cum imperio, et in voce archangeli adfore, quasi cum præconis terrorem monstraret, tum deinde, inquit, etiam nos rapiemur in nubibus obviam Christo in aera (I Thess. iv, 15). Tunc erit possibile quod modo arduum. Quod nunc in Christo veritas divinitatis, tunc in nobis poterit similitudo. Tunc etiam nostris aera pedibus subjugato, levibus elementis defæcatorum corporum membra ponemus: si tamen veniente eodem rege nostro, non in præteritum timida differendi conscientia retrahat, sed fida securitas ad percipiendam citius dignitatem gloriæ cœlestis occurrat.

II.

(Ex sermone die primo Rogationum.)

Præparare in occursum Dei tui, Israel (Amos. iv, 12). Dicit quidem Paulus apostolus, ubi Redemptoris (I Thess. iv, 15) describit adventum, qualiter rapiemur ad nubes obviam Christo in aera. Hic tamen puto occursum istum ad alium pertinere. Nam et hic viventes quasi occurrimus Deo, si præceptum quod porrigitur amplectimur: et quia paratus est ille ad ignoscendum, occurrat ei correctio ad poenitendum. Sed et quicumque propter amorem æternæ vitæ, non solum ab illicitis abstinet, verum etiam a licitis se coerces, sponte occurrisse judicandus est. Nam, ut exempli gratia unum quodcumque dicamus, adulterio generaliter interdicto, simplex conjugium lege permittitur; cui tamen virginitatis nitor sine comparatione præferitur: unde qui dat nuptum virginem suam bene facit, et qui non dat melius facit (I Cor. vii, 38). Hoc ergo de omni debemus observatione sentire. Qui male facit, fugit; qui bene, expectat; qui melius, occurrit.

III.

(Ex libris contra Arianos.)

Intelligendum est, quod dicente filio, *Nemo ascendet in cœlum, nisi qui de cœlo descendit* (Joan. iii, 13), divinitatis tantum potestas unde venerat ascensura dicatur, non eo modo quo ascensum sanctis vel tribuit idem Dominus, vel promisit. Ex quibus Enoch (Hebr. xi, 5) propter meritum translatus a terris, Helias (IV Reg. ii, 11) curru elatus est cœlis. Taceo illum qui (II Cor. xii, 2, etc.) in corpore an extra corpus nescio Deus scit, in triplicibus supernorum secretis audivit verba quæ non licebat hominibus eloqui, quia videbat arcana quæ non licuerat mortalibus intueri. Sed forte parum videtur de ascensu fidelium personalia replicari. Noverat videlicet Apo-

stolus præmia futurorum, cum sponderet illis ad quos scribebat (*Philipp. III, 20*), quod recte viventium conversatio jam nunc esset in cœlis, quo utique post resurrectionem corporis et habitatio servaretur: sicut et Dominus noster discipulis suis in Evangelio Joannis insinuat dicens: *Vado parare vobis locum. Et si abiero, et paravero vobis locum, iterum venio, et accerso vos ad me, ut ubi ego sum et vos sitis (Joan. XIV, 2)*. Juxta quam promissionem sancti in cœlo futuri sunt. Nunquid sine ascensu celsitudinem regni cœlestis intrabunt? Et quomodo *Nemo ascendet in cœlum, nisi qui de cœlo descendit (Joan. III, 13)*? Sed quia incommutabilis veritas, tam de se falli cum protestatur, quam de nobis fallere non potest cum pollicetur; quamlibet illic cum illo futuri sint qui fuerint glorificandi, ille solus ascendit qui levari alterius ope non indiget. Cui cum voluit solide substratus est aeris gradus. Cujus quo venerat revertentis, de superno vigore vibratum, de terrestri substantia corpulentum, viæ famulata pendenti sustinuit aura vestigium. Præter hunc ergo solum, cui, ut sæpe jam dixi, per duplicem generationem suppedit hæc potestas, multi in cœlo futuri sunt, sed nullus ascendet. Quia ut impleatur fidelibus divina promissio, non ascensuris, sed assumendis dabitur altitudo. Quod prævidebat Apostolus (*I Thess. IV, 15*), cum sociandos nos Domino, et apud ipsum semper futurus, per nubem rapiendos in aera præmoneret. Porro intelligi promptum est, quod alieno subiectus arbitrio non graditur propria libertatis sponte qui rapitur. Nec semper invitos rapi rearis: frequenter raptos suos monstrat et gratia. Siquidem teste Evangelio (*Joan. VI, 44*), et Pater trahit qui ad Filium veniunt, et a violentis rapitur regnum cœlestis (*Matth. XI, 12*). Quæ sic rapina desiderii sui sancti efficit compotem, ut Dei cui hoc violenter eripitur, magis provocet largitatem.

AD TIMOTHEUM PRIMÆ.

I. *Unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.*

II. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, etc.*

III. *Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere velunt, etc.*

IV. *Nihil intulimus in hunc mundum, etc.*

I.

(Ex libris contra Arianos.)

In Christo Deus et homo, non alter, sed ipse: non duo ex diversis, sed unus ex utroque mediator. Gemina quidem substantia, sed una persona est. Quam soliditatem si quis scindere dualitate præsumat, primum est quod publice contra Apostoli sententiam profitetur, dicentem: *Unus mediator Dei et hominum Christus Jesus (I Tim. II, 5)*. Deinde eligat necesse est de duobus, id est divina humanaque, quam naturam mediationis hujus velit mysteria suscepisse. Si solus Deus mediator, non est alius apud quem intercedat: si solus homo, non est qui recon-

iliare prævaleat. Junge porro ut sit (*II Cor. V, 19*) Deus in Christo, et est mundum reconcilians sibi. Ipse videlicet penes quem agendum est, ipse qui agat: sic idem missus, et idem regressus; sicut ipse judicatus, et ipse judicaturus.

II.

(Ex sermone de ordinatione episcopi.)

Superest nunc, ut lectionis hujus sæmper meminerit, quæ peculiariter ei nunc lecta est, inclamante Apostolo, acclamante populo, conclamante judicio, *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat (I Tim. III, 1)*. Solent autem plerique propriæ ambitionis incendium dicti hujus apostolici quasi refrigerio temperare, quod jam et libertate permissa res boni operis concupiscatur. Sed statim cessaret tale desiderium, si sequentia tractarentur. *Oportet, inquit, hujusmodi irreprehensibilem esse (Ibid., 2)*. Illic secum rogo crescens ambitus et animosa honorum vota decertent: hic permissam sibi desiderii securitatem merita semetipsa scrutata considerent; si ab omni interdictæ reprehensionis nævo candida divinæ imaginis integritas custoditur; si quæcunque mentis impetus moderationis limitem non excessit; si quibuscunque indigentibus superfluum quispiam manus non tenuit; si nunquam sermonis petulantia honestatem silentii salubrioris irrupit; si (*Ephes. IV, 26*) calentem diei ferventis iracundiam limes occidui solis absolvit; si nunquam corde duplici diversum sonantis cogitantisque aliud verba quam vota moliantur; si ad ultimum digna observantiæ cura, ut de juramenti taceam, vel perjuriam formidantur. Non quod ab his omnibus liberi esse omnes possimus, sed quod periculosum sit unumquemque merita sua non recolere, et quod solis irreprehensibilibus debetur, ambire. Jam quid de illis dicatur, quos pretiositatem gratiæ pretii vilitate mercantes, usque ad jacturam pecuniæ verecundiæ jactura producit? Quorum acclamationibus militant conducta mendacia, quorum prurientes scalpentibus præconiis aures mercenarius clamor inflammat; qui que non reminiscetes Simonem Magum (*Act. VIII, 18*) divini muneris dispensationem pretio voluisse mercari, cum pecunia sua non in sacerdotium, sed in interitum deputantur. Libere ergo hæc coram ambitu electo compulsoque detester: placere Deo penitus nequit, qui usque ad sui electionem sibi ipse placuerit. Quin potius de innocentum antistitum labore dicamus. Neque enim levis est administraturi causa pontificis, quem manet dupliciter, sermo ut populi magistrum, actus ut Christi discipulum: qui plebem non minus pietate quam severitate rector est. Quem timere convenit dispendiis suis, quem communicare non convenit criminibus alienis. Qui alium onerat se contestante, qui damnum patitur alio per-eunte. Quando audit, *non turpis lucri cupidum*, temperaturus est ut sit cupidus, et quidem lucri, nec tamen turpis: id est, ut studeat commissa sibi talenta assidue prædicationis sermonibus expolire, et acquisita multiplicataque gregis sui salute geminare.

Jubetur esse *ornatus*; nec istud corporaliter accipiendum est. Episcopum cui injuncta merito ornamenta suppeditent, non comit pompa, sed gratia. Sic itaque sacerdotalis locus, arctam illam et contribatam Evangelii seinitam tenens, perque angustias ejus post se etiam populum trahens, sinistram fugiens, dexteram non præsumens, periculosum ex utraque parte lubricum pertimescat, et sermonis apostolici libram æqualitate considerationis appendens, si districtus esse voluerit, legat *non percussorem*; si humanus, *non violentum*; si sobrius, *non avarum*; si subditus, *non abjectum*; si servus, *non elatum*; si misericors, *non remissum*; si terribilis, *non cruentum*; si *domum suam bene regentem*, utique ordinantem omnia, negligentem nulla, acquirentem multa, plurima dispensantem. Ergo et huic ex administratæ domus probato rectoque judicio, super evangelici illius nummularii mensam pecunia multa committitur, quæ multiplicato reddenda compendio vos eritis.

III.

(Ex epistola contra Faustum.)

Fateor in necessitate positus, etc. ut in epistola 4 (col. 221, a), usque ad in carne non vicerat conjugatos.

IV.

(Ex sermone die 2 Rogationum.)

Age nunc, in quantum potest fieri, videamus quæ nostra quæve aliena sint. Ait Paulus apostolus: *Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre possumus* (I Tim. vi, 7). Et quid nostrum dici potest, quod non intulimus, quodque non relaturi sumus? *Nudus*, inquit Job, *exivi de utero matris meæ, nudus revertur in terram* (Job i, 21). Patet quam infidelis sit usus divitiarum, qui nos nec in principio nostro, nec in fine comitatur. Quid aurum et argentum avare multiplicas? quid tuum dicis, ad quod nudus venisti? Mundi est facultas quam tuam, communis est quam propriam putas. Via itineris cujuscunque quam gradimur, breviter dici nostra potest, dum a nobis ambulatur: nobis vero prætergressis, illorum est qui sequuntur. Quomodo potest nostra esse facultas caduca atque terrena, si non pascat egenum, cum possit pascere violentum? Quomodo nostrum est, in quo nec capiendo innoxii, nec continendo justii, nec possidendo certi, nec conservando securi sumus? Et quam pro certo tenemus, nos nudos in terram venisse, tam certo sciamus, de terrestribus nos auferre, nihil posse. Apostolus se recolit nihil intulisse, nihil ablaturum esse. Job fatetur nudum se natum, nudumque moriturum. Salomon omnibus parem clamat interitum et similem exitum. Quantumlibet ambitione velit quisque discerni, principio et fine conjungitur. Nam quod dixit, *Unus innotuit omnibus ad vitam, et par egressus ad mortem* (Sap. vii, 6), non meritorum æqualitatem, sed æqualem docuit conditionem. Unde si apparet, ut opinor, nec infida fidelium, nec peritura esse salvorum, quæ sint nostra paululum discernamus. Ecce, ut supra dixi, cum in hunc mundum venientes nihil terrenæ facultatis in-

ferimus, animam tamen arbitrii compotem eapacemque rationis, ad eligendum bonum, si Deus inspiraverit, exhibebimus. Cumque processu temporis voluntatis nostræ qualitas confirmatur, Dei voluntas est ut bene faciamus, sed nostrum est quod fecerimus. An forte dicit aliquis, et hanc ipsam boni actionem potest homo insidiante diabolo perdere. Verum est, quod amittere homo bonum proprium furante adversario potest. Sed hinc magis nostrum conjici debet, quia non violenter auferitur. Non enim taliter perdimus mercedem, qualiter facultatem. Quod enim extra nos est, carnalis inimicus rapiendo auferre potest: quod vero intra nos, non potest spiritualis nisi insidiando furari. Et ideo, si sciret paterfamilias quæ hora fur venit, *vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam* (Luc. xii, 39). Illa ergo est domus nostra, quæ, si vigilamus, non potest dirui: illa vero propterea aliena est, quæ potest vigilantibus nobis occupari.

AD TIMOTHEUM SECUNDÆ.

I. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia.

I.

(Ex sermone die 3 Rogationum.)

Quomodo si, inquit (Isai. lxxvi, 20), inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini; legimus in Apostolo, in domo magna non solum argentea vel aurea, sed etiam lignea vasa et fictilia (II Tim. ii, 20) reperiri. Quæ in ipsa graduum diversitate omnia possunt esse usui, etiam si non sunt æqualia dignitati. Cuilibet distantie nitor opus est. Potest in fictilibus vasculis, dummodo munditia non desit, divinæ domui munus offerri, si vas ex eadem massa fictum, quia peccando ceciderat in contumeliam, pœnitendo redeat ad honorem. Habemus enim thesaurum istam in vasis fictilibus (II Cor. iv, 7). Hæc ergo vascula, ut dixi, pœnitentium teneant compunctionem. Porro lignea legitimam conjugatorum præferant simplicitatem: cruce martyris aurea rubeant; virginitalis radio argentea perlucescant. Vasorum talium capacitas est, quod rationabilis naturæ conditi sumus. In hæc modo provideat de suo quisque quod offerat: pro qualitate munerum sit pretiositas vasculorum. Istis credo vasculis Heliseus (IV Reg. iv) quondam liquorem olei vivacis infudit, quod cum duceret irriguum, non e fluxit impletum.

AD HEBRÆOS.

I. Filius meus es tu, ego hodie genui te.

II. Minorasti eum paulo minus ab angelis.

III. Ubi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris.

IV. Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur.

V. Lapidati sunt, secti sunt.

I.

(Ex libro de Christi divinitate.)

Filius meus es tu, ego hodie genui te (Psal. ii, 7). Hodie hic æternitas, etc., ut in epistola 28 (col. 246, a), usque ad nomen filii ejus, si nosti.

II.

(Ex libris contra Arianos.)

Minorasti eum paulo minus ab angelis (Psal. viii, 6). Quod Apostolus de Christo exponit dictum, cum in natura divinitatis suæ major esse angelis a nemine dubitetur. De quo dicit Apostolus ad Titum scribens, *ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, pruden-ter et juste et pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit pro nobis semetipsum (Tit. ii, 12).* De quo alio loco Scriptura nostra dicit: *Qui est, qui erat, quique venturus est omnipotens (Apoc. xi, 17).* Si omnipotens, unde minor? Nam et illud omnipotens dicit jam post resurrectionem suam secundum Matthæum, *Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra (Matth. xxviii, 18).* Quod si quis minorem putat accipientem eo qui dat, legat et de Christo per Apostolum dici: *Cum tradiderit regnum Deo et Patri (I Cor. xv, 24);* cum sic non possit esse pater sine regno, quod ei filius dicitur esse traditurus, sicut nec filius sine omni potestate quam sibi dicit datam in cælo et in terra. De quo S. Paulus ad Colossenses, prohibens ne cre- lamus secundum traditionem hominum, secundum elementa hujus mundi, et non secundum Christum: *Quoniam, inquit, in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter (Coloss. ii, 9).*

III.

(Ex sermone de Natali calicis.)

Impleturus Redemptor noster sacramentum carnis assumptæ, sicut æternus et piissimus pater, creatus a se redemptisque filiis spem indulgentiæ adoptionis aperiens, substantiamque nobis cœlestem ante diem suæ mortis assignans, testamentum fecit, quo nos hæredes ab his quæ largiebatur instituit, humana quidem comparatione, sed non humana necessitate, non amissurus quod filiis deputabat, sed habiturus magis filios cum hæreditate quam scripserat. Testamentum hoc appellamus testamentum novum. In quo ex hæredatis omnibus, solus hæres instituitur populus Christianus. Non autem juxta terrenum morem hæreditas ista dividitur, nec corruptibili distributione in plures dispersa tenuatur. Omnes recepit, omnes invitat: nec de portione tenentum tollitur quod aliis nascentibus deputetur. Crescat quantum vult, et multiplicetur renascendi cupida filiorum voluntas, omnibus se incontaminatam reservat hæreditas. Sed istud testamentum novum vetere suppleto ordine suo agitur, et totius firmitatis mysteriis celebratur. Quod ipse ineffabilis redemptor noster, adhi-

bitis valde idoneis testibus, discipulis suis, conscripsit traditus, signavit passus, aperuit suscitatus. Et quia cuncta rite peracta sunt, merito apostolus Paulus dicit: *Quod hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit, aut superordinat (Gal. iii, 15),* id est mutat. Agnoscamus nunc fideliter summam hæreditatis indeptæ. Illud est videlicet quod cœnantibus apostolis æterni libaminis ordinem consecravit. Itaque videmus, quod nihil nobis de substantiæ plenitudine minui, qui quod pro nobis assumpsit, totum nobis reliquit. Alii hæredibus suis sua tribuunt, ille semetipsum, id est carnem vel sanguinem corporis sui.

IV.

(Ex sermone die Paschæ.)

Universis igitur ferte quæ sumitis. Quod mensæ apposui, mundo transmissi: calix quem vos gaudetis gustasse, cunctorum est. Novi et æterni testamenti paucos testes adhibuit, multos hæredes. Nulla tamen sortis conditio admittit alienum. Certos quosque recipit cœlestis cognitio: populus est quidem adoptione, sed unicus.

V.

(Ex sermone de Ezechia rege.)

Ille quondam patriarcharum maximus pater (Gen. xxi), qui immolandum filium jussus offerre, viriliter præsumpsit, nec majestati hominem posse resistere, nec pietati præceptum homicidii convenire. Et tamen, cum mysterii ignoraret eventum, altari filium quasi jugulaturus imposuit: unum certissime tenens, si hujus hostiæ Deo irrevocabilem libi set tenere sententiam, non homicidium, sed sacrificium fore quod obedientia commisisset.

VI.

(Ex sermone die 2 Rogationum.)

Nos magis instrunt isti prophete, et infirmitatem nostram quasi sub suæ impatientiæ sermonibus consolantur. Illorum porro patientiam testantur multiplices in infirmitate virtutes. Quorum ut vel paucissimos, propter istum qui dolet justum ab impio devorari, exempli gratia proferamus, probat hoc de Jeremia gloriosior in captivitate libertas, neque per ligamen corporis licentia vincita sermonis. Probat Esaias, quem ob præconium veritatis, divaricante serra obtusis dentibus, doloribus acutis, sæviens civicus furor, quantum ad pœnam mortaliter torsit, tantum ad gloriam vitaliter occidit. Cumque victore defuncto, victus superstes doleret, per laniatam carnem mentem nequivisse lacerari, cum multas membrorum partes quas disjunxerat numeraret, plus quam unam fidem invenire non potuit.

(Ex veteri codice.)

Ex dictis Patrum diversis catholicorum. Hæc Lugdunensis Florus collegit in unum.

ALCIMI ECDIGII AVITI

' POEMATUM

DE MOSAICÆ HISTORIÆ GESTIS

LIBRI QUINQUE.

PROLOGUS.

^a *Domino sancto in Christo piissimo ac beatissimo Apollinari episcopo Alcimus Ecdigius Avitus frater.*

Nuper quidem, paucis homiliarum mearum in unum corpus redactis, hortatu amicorum discrimen editionis intravi. Sed adhuc te majora suadente, in eothurnum petulantioris audaciæ edurata fronte procedo. Injungis namque, ut si quidquam de quibuscunque causis metri lege conscriptum est, sub professione opusculi vestro nomini dedicetur. Recolo equidem nonnulla me versu dixisse: adeo ut si ordinarentur, non minimo volumine stringi potuerit epigrammatum multitudo. Quod dum facere servato causarum vel temporum ordine meditarer, omnia pene in illi notissimæ perturbationis necessitate dispersa sunt. Quæ quoniam singillatim aut requiri difficile, aut inveniri impossibile foret, abjeci ea de animo meo, quorum mihi vel ordinatio salvorum, vel dispersorum reparatio dura videretur. Aliquos sane libellos apud quemdam familiarem meum postea reperiri: qui licet nominibus propriis titulisque respondeant, et alias tamen causas inventa materiæ opportunitate persringunt. Illi ergo, quia jubes, etsi obscuri sunt opere meo, tuo saltem nomine illustrantur. Quanquam quilibet acer ille doctusque sit,

^a De his libris Avitus ipse ad Apollinarem Sidonii filium scribens epist. 45: *Magnificentiæ vestræ, inquit, litteras vidi, quibus scribebatis placuisse vobis libellos quos de spiritalis historiæ gestis etiam lege poematis lusi.* Titulus hic libris omnibus communis. Nam singuli peculiare suos habent. Pro spiritali autem historia quæ latius patet, Mosaicæ nomen a nobis substitutum, nec Avitus opinor ipse improbaret. Quæ operis hujus primæ fuerunt editiones, princeps videlicet omnium Argentoratensis anno 1507, et quæ altero ac tertio post anno Coloniae et Parisiis proliere, cum manuscriptis consentientes, nihil admodum inter se discrepant, nisi quantum variare diversa solent exemplaria. At longe dissimilis quæ has anno

^a Hanc epistolam minus emendatam antea ediderat Sirmondus inter notas ad Ennodii opusculum de

A si religiosi propositi stylum non minus fidei quam styli lege servaverit, vix aptus esse poemati queat. Quippe cum licentia mentiendi, quæ pictoribus ac poetis æque conceditur, satis procul a causarum serietate pellenda sit. In sæculari namque versuum opere condendo, tanto quis peritior appellatur, quanto elegantius, imo, ut vere dicamus, ineptius falsa texuerit. Taceo jam verba illa vel nomina, quæ nobis nec in alienis quidem operibus frequentare, ne dicam in nostris conscribere licet: quæ ad compendia poetarum, aliud ex alio significantia plurimum valent. Quocirca sæcularium iudicio, qui aut imperitiæ aut ignaviæ dabunt, non uti nos licentia poetarum, plus arduum quam fructuosum opus aggressi, divinam longe discivimus ab humana existimatione censuram. Quoniam in asserendis quibusque rebus, vel etiam prout suppetit explicandis, si quacunquæ ex parte peccandum est, salubrius dicente clerico non impletur pompa quam regula, et tutius artis pedem quam veritatis vestigio claudicatur. Non enim est excusata perpetratio peccati libertas eloquii. Nam si pro omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, rationem redhibere cogentur (*Math. xii, 36*), agnosci in promptu est, illud periculosius lædere, quod tractatum atque meditatatum et antepositum vendi legibus, loquendi lege præsumitur.

1536 secuta est, Lugdunensis Joannis Gagneii. Innumeris quippe locis, ut præfati sumus, depravata, et quingentis prope verbis, inaudito, ac nisi auctor ipse proderet, incredibili facinoræ interpolata. Quæ et in cæteras deinceps editiones passim recepta, sic eas infect, ut fucum pati necesse fuerit viros litteratos, et pro Aviti versibus Gagneianis haud raro legere et usurpare. Hoc igitur contagio ut liber sit Avitus in posterum, suæ illum origini genuinæque nitori reddere conati sumus, ope nati veterum aliquot exemplarium, cum quibus hos libros religiose contulimus, varias lectiones nullas aspernati, præter inutiles, aut quas aliorum codicum consensus referret.

vita B. Epiphani episcopi Ticinensis.

LIBER PRIMUS.

DE INITIO MUNDI.

Quidquid agit varios humana in gente labores,
Unde brevem carpunt mortalia tempora vitam,
Vel quod polluti vitiantur origine mores,
Quos aliena premunt priscorum facta parentum,
Addatur quanquam nostra de parte reatus,

Quod tamen amisso dudum peccatur honore,
Ascribam tibi, prime pater, qui senine mortis
Tollis sucidæ vitalia germina proli.
Et licet hoc totum Christus persolverit in se,
Contraxit quantum percussa in stirpe propago:

Auamen auctoris vitio, qui debita lethi
Instituit, morbosque suis ac funera misit,
Vivit peccati moribunda in carne cicatrix.

Jam Pater omnipotens librantis pondere verbi
Undique collectis discreverat arida lymphis,
Littoribus pontum constringens, flumina ripis :
Jam proprias pulchro monstrabat lumine formas,
Obscuro sedente die, varioque colore
Plurima distinctum pingebat gratia mundum.
Temporibus sortita vices tum lumina cœlo
Fulsere alterno solis lunæque meatu.
Quin et sidereus nocturno tempore candor
Temperat horrentes astrorum luce tenebras
Actutum suavi producens omnia fetu,
Pulchra repentino vestita est gramine tellus.
Accepere genus sine germine jussa creari,
Et semen voluisse, fuit. Sic ubere verbi
Frondescunt silvæ; teneris radicibus arbor
Duravit vastos parvo sub tempore ramos.

Protinus in varias animalia multa figuras
Surgunt, et vacuum discurrunt bruta per orbem ;
Elata in altum volucres, motu que citato
Pendentes secure vias, et in aere sudo
Præpetibus librat membrorum pondere pennis.
Post etiam clausi vasto sub gurgite pisces
Respirant lymphis, flatusque sub æquore ducunt.
Quæque negant nobis, illis adit humida vitam.
Nec minus in pelago viviscunt grandia cete,
Accipiuntque cavis habitacula digna latebris :
Et quæ monstra solet rarus nunc prodere pontus,
Aptat ad informes condens solertia formas.
Quodque hominum falso credit mens nescia fœdum,
Per propriam speciem natura iudice pulchrum est.

Ergo ubi completis fulserunt omnia rebus,
Ornatuque suo perfectus constitit orbis,
Tum Pater omnipotens æterno lumine lætum
Contulit ad terras sublimi ex æthere vultum,
Illustrans quodcumque videt : placet ipsi tuenti
Artifici factura suo, laudatque Creator
Dispositum pulchro quem condidit ordine mundum.
Tum demum tali sapientia voce locuta est :
En præclara nitet mundano machina cultu ;
Et tamen impletum perfectis omnibus orbem
Quid juvat ulterius nullo cultore teneri ?
Sed ne longa novam contristent otia terram,
Nunc homo formetur, summi quem tangat imago
Numinis, et nostram, celso donatus honore,
Induat interius formosa in mente figuram.
Hunc libet erectum vultu præponere pronis,
Qui regat æterno subjectum fœdere mundum,
Bruta domet, legem cunctis ac nomina ponat,
Astra notet, cœlique vias et sidera norit ;
Discat et iuspectis discernere tempora signis :
Subjiciat pelagus sævum, ingenioque tenaci
Possideat quæcumque videt ; cui bestia frendens
Serviat, et posito discant mansueta furore
Imperium jumenta pati, jussique ligari
Festinent trepidi consueta in vincla juveni.
Quoque magis natura hominis sublimior exstet,

A Accipiat rectos in cœlum tollere vultus -
Factorem quærat proprium, cui mente fideli
Impendat famulam longævo in tempore vitam.
Hæc ait, et fragilem dignatus tangere, terram,
Temperat humentem consperso in pulvere limum,
Moliturque novum dives sapientia corpus.
Non aliter quam nunc opifex cui artis in usu est
Flectere laxatas per cuncta sequacia ceras,
Et vultus implere manu, seu corpora gypso
Fingere, vel segni speciem componere massa.
Sic Pater omnipotens victurum protinus arvum
Tractat, et in lento meditatur viscera cœno.
Hinc arcem capitis sublimi in vertice signat,
Septiforem vultum rationis sensibus aptans,
Olfactu, auditu, visu, gustuque potentem.

B Tactus erit solus, toto qui corpore judex
Sentiat, et proprium spargat per membra vigorem.
Flexilis aretatur recavo sic lingua palato,
Pressus ut in camera pulsantis verbere plectri
Percusso resonet modulatus in aere sermo.
Exin succiduum porrecto in corpore pectus
Spargit ramosas post brachia fortia palmas.
Succedit stomacho medius, qui tegmine molli
Inter utrumque latus foveat vitalia, venter.
Dividuum partem femur excipit, aptius ut se
Alternus moveat duplicato poplite grassus.
At parte ex alta, fingit quam conditor unus,
Occipiti submissa suo descendere cervix
Incipit, et vastos compagibus addere nervos.

C Spina rigens crebris inter commercia nodis
Diffundit duplicem costarum ex ordine cratem.
Pars interna novos vitæ forma ur ad usus,
Naturale parant tegmen vitalia cordi,
Massaque congestis pendens absconditur extis.
Addi ur his tenui pascendus ab aere pulmo,
Qui concepta trahens lenti spiramina flatus,
Accipiat reddens, reidat quas sumpserat auras,
Inque vicem crebro pellatur anhelitus haustus.
Dex ra tenet jecoris vegetandum sanguine fontem,
Quo clausum venæ spargunt per viscera flumen.
Lienis levum sortitur regula partem,
Qua crines perhibent unguesque recrescere sectos,
Nec concisa dolent : hinc nunc augmenta resumunt
Quæ vivunt sensuque carent in corporis usu.

Postquam perfectæ jacuit novitatis imago,
D Formatumque lutum speciem pervenit in omnem :
Vertitur in carnem limus, durataque molles
Visceribus mediis traxerunt ossa medullas.
Inseritur venis sanguis, vivoque colore
Indicit ora rubor : toto tum corpore pallor
Pellitur, et niveos depingit purpura vultus.
Inde ubi perfectis consuescit vivere membris
Totus homo, et sumant calefacta ut viscera solam
Expectant animam, puro quam fonte creator
Pronat, et erectos recturam mittat in artus.
Lenem perpetuo flatum profundit ab ore,
Inspiratque homini : quem protinus ille receptum
Attrahit, et crebri discit spiraminis auras.

Postquam nascentem solers prudentia seusum

Inbuit, et puro rationis lumine falsit,
 Surgit, et erectis firmat vestigia plantis.
 Tum varias mundi species, cœlique figuras
 Mirantem, tali compellat voce Creator :
 Ilæc quæ mundanis cernis pulcherrima rebus
 Incrementa novis, ornatum tensa per orbem,
 Solus habe, totisque prior dominare fruendo.
 Tu mihi, cuncta tibi famulentur : maximus ordo est,
 Te parere pio qui subdidit omnia patri.
 Non species ullæ, nec numina vana colantur,
 Non si quid cœlo sublimè novumque coruscat,
 Non quæ vel terris vivunt formata, vel undis,
 Nec quod forte premens prohibet natura videri.
 Usibus ista tuis, non cultibus, esse memento :
 Præcellens factis factorem pronus adora.

Interea sextus noctis primordia vesper
 Rettulit, alterno depellens tempore lucem ;
 Dumque petunt dulcem spirantia cuncta quietem,
 Solvitur et somno laxati corporis Adam,
 Cui Pater omnipotens pressum per corda soporem
 Jecit, et immenso tardavit pondere sensus,
 Vis ut nulla queat sopitam solvere mentem.
 Non si forte fragor securas verberet aures,
 Nec si commoto cœlum tunc intonet axe,
 Sed nec pressa manu rupissent membra quietem.
 Tum vero cunctis costarum ex ossibus unam
 Subducit lævo lateri, carnemque reponit.
 Erigitur pulchro genialis forma decore,
 Inque novum subito procedit femina vultum.
 Quam Deus æterna conjungens lege marito,
 Conjugii fructu pensat dispendia membri.

Istius indicium somni mors illa secuta est,
 Sponte sua subit sumpto quam corpore Christus.
 Qui cum passurus ligno sublimis in alto
 Penderet nexus, culpas dum penderet orbis,
 In latus extensi defixit missile lictor.
 Protinus exsiliens manavit vulnere lympha,
 Qua vivum populis jam tum spondente lavacrum,
 Fluxit martyrium signans et sanguinis unda.
 Inde quiescenti gemina dum nocte jaceret,
 De lateris membro surgens Ecclesia nupsit.

Principio rector tanti sacrare figuram
 Disponens vincli, nectit connubia verbo :
 Vivite concordi studio, mundumque replete,
 Crescat longævum felici semine germen :
 Non annis numerus, vitæ nec terminus esto.
 Progeniem sine fine dedi, quam tempore tuto
 Aspicias, generi primus qui poneris auctor.
 Pronepos eductos spargens per sæcla nepotes
 Viventes numeret proavos, inque ora parentum
 Ducant aunos natorum pignora nati.

Tum lex conjugii, toto venerabilis ævo,
 Intemerata suo servabitur ordine cunctis.
 Femina persistat de viscere sumpta virili,
 Conjugio servare fidem ; nec separet alter
 Quod jungit sociatque Deus ; patremque relinquat
 Et matrem justo constrictus amore maritus.
 Ista parentales non rumpant vincula curæ,
 Vita sed amborum carnem teneatur ad unam.

A Taliter æterno conjungens cœdere vota,
 Festivum dicebat hymen, castoque pudori
 Concinit angelicum juncto modulamine carmen.
 Pro thalamo paradisi erat, mundosque dabatur
 In dotem, et lætis gaudebant sidera flammis.

Est locus eoo mundi servatus in axe
 Secretis, natura, tuis, ubi solis ab ortu
 Vicinos nascens aurora repercutit ludos.
 Hic gens ardentem cœli subterjacet axem,
 Quam candor fervens albenti ex æthere fuscet.
 His semper lux pura venit, cœloque propinquo
 Nativam servant nigrantia corpora noctem.
 Attamen in tetrus splendentia lumina membris
 Captivo fulgore micant, visuque nitente
 Certior accrescit pullatis vultibus horror :

B Cæsaries incompta riget, quæ crine supino
 Stringitur, ut refugo careat frons nuda capillo.
 Sed magnum nostros quidquid defertur ad usus,
 His totum natura dedit telluris opimæ.
 Quidquid odoratum pulchrumque allabitur, inde est
 Concolor his ebeani piceo de fomite ramus
 Surgit, et hic, eboris munus quæ porrigit orbi,
 Informis pulchros deponit bellua dentes.
 Ergo ubi transmissis mundi caput incipit Indis,
 Quo perhibent terram confinia jungere cœlo,
 Lucus inaccessa cunctis mortalibus arce
 Permanet, æterno conclusus limite, postquam
 Decidit expulsus primævi criminis auctor,
 Atque reis digno felici a sede revulsis,
 Cœlestes hæc sancta capit nunc au' a ministros.

C Non hic alterni succedit tempori, unquam
 Bruma, nec æstivi redeunt post frigora soles,
 Excelsus calidum cum reddit circulus annum,
 Vel deusante gelu canescunt arva pruinis.
 Illic ver assiduum cœli clementia servat :
 Turbidus Auster abest, semperque sub creta sode
 Nubila diffugiunt jugi cessura sereno.
 Nec poscit natura loci quos non habet imbræ,
 Sed contenta suo dotantur germina rore.
 Perpetuo viret omne solum, terræque tepentis
 Blanda nitet facies ; stant semper collibus herbæ,
 Arboribusque comæ ; quæ cum se flore frequenti
 Diffundunt, caleri confortant germina succo.
 Nam quidquid nobis toto nunc nascitur anno,
 Menstrua maturo dant illic tempora fructu.

D Lilia perlucent nullo flaccientia sole,
 Nec tactus violat violas, roseumque ruborem
 Servans perpetuo suffundit gratia vultu.
 Sic cum desit hiems, nec torrida ferveat æstas,
 Fructibus autumnus, ver floribus occupat annum.
 Hic quæ donari menti quæ fama Sabæis
 Cinnama nascuntur, vivax quæ colligit ales,
 Natali cum sine perit, nidoque perusta
 Succedens sibimet quæsita morte resurgit :
 Nec contenta suo tantum semel ordine nasci ;
 Longa veterinosi renovatur corporis ætas,
 Incens imque levant exordia crebra senectam.
 Illic desudans fragrantia balsama senectam
 Perpetuum promit pingui de stipite fluxum.

Tum si forte levis movit spiramina ventus,
 Flatibus exiguis, lenique impulsa susurro,
 Dives silva tremit foliis, ac flore salubri,
 Qui sparsus late suaves dispensat odores.
 Hic fons perspicuo reasplendens gurgite surgit.
 Talis in argento non fulget gratia, tantam
 Nec crystallæ trahunt nitido de frigore lucem.
 Margine riparum virides micuere lapilli,
 Et quas miratur mundi jactantia gemmas,
 Illic saxa jacent: varios dant arva colores,
 Et naturali campos diademate pingunt.
 Eductum leni fontis de vertice flumen
 Quattuor in largos confestim scinditur amnes.
 Euphratem, Tigrimque vocant, qui limite certo
 Longa sagittiferis faciunt confinia Parthis.
 Tertius inde Geon, Latio qui nomine Nilus
 Dicitur ignoto cunctis plus nobilis ortu;
 Cujus in Ægyptum lenis perlabitur unda,
 Ditatura suam certo sub tempore terram.
 Nam quoties tumido perrumpit flumine ripas
 Alveus, et nigris campos perinundat arenis,
 Ubertas taxatur aqua, cœloque vacante
 Terrestrem pluviam diffusus porrigit amnis.
 Tunc inclusa latet lato sub gurgite Memphis,
 Et super absentes possessor navigat agros.
 Terminus omnis abest, æquatur iudice fluctu
 Annua suspendens contactus jurgia limes.
 Gramina nota videt lætus subsidere pastor,
 Inque locum pecorum viridantis jugere campi
 Succedunt nantes aliena per æquora pisces.
 Ast postquam largo fecundans germina pota
 Lympha maritavit sitiientis viscera terræ,
 Regreditur Nilus, sparsasque recolligit undas:
 Fit fluvius pereunte lacu: tum redditur alveo
 Pristinæ riparum conclusis fluctibus oleæ,
 Donec dividuum spargens per devia sinem
 Gurgite septeno patulum percurrat in æquor.
 Sed cur dicatur tantum mundana latere
 Vertex Nile tuus? nam qui nesciris ab ortu,
 Non solus, sed quartus eras, diffusus ab illo,

A Despicit excelso qui flumina cuncta meatu,
 Ipsius atque pater pelagi supereminet omnes,
 Quas montes, quas plana vomunt, quas nubila, lym-
 [phas.

Quartus Physon erit, quem possidet India Gangem,
 Motus odorifero quoties qui vertice crevit,
 Deciduis pulchro quas spargunt flumina luco
 Prælabens furatur opes, et gurgite nostrum
 Ducit in exsilium. Nam ripa largus utraque,
 Annibus ut nostris enodes ferre papyrus,
 Aut scirpos algasque leves deducere mos est,
 Excrementa trahens magnus sic ditia Ganges
 Hoc etiam donat mundo, quod projicit alveo.

Interea primi, summus quos junxerat auctor,
 In paradisiaca ponuntur sede parentes.

B Tum rector tibi proponit præmia lege:
 O summum factoris opus, quos sola creavit
 Nostra manus, nasci cum cætera voce jub rem,
 Aspicitis quanto pulcherrimus ubere lucus
 Per multas famuletur opes? hæc cuncta dabuntur
 Ad vestros sine sine cibos, hinc esca petatur:
 Sumite concessas fruges, et carpite poma.
 Illic operis dulci studio secunda quiescat
 Deliciisque fruens longævo in tempore vita.
 Est tamen in medio nemoris quam cernitis arbor
 Notitiam recti pravique in germine portans:
 Hujus ab accessu vetitum restringite tactum.
 Nec vos forte prenat timoræria discere cura
 Quod doctor prohibet: melius nescire beatis
 Quod quæsisse nocet; testor quem fecimus orbem,
 C Quod si quis vetitum præsumperit arbore pomum,
 Audax commissum mortis discrimine pendet.
 Non immensa loquor; facilis custodia recti est:
 Servator vitam, finem temerator habebit.
 Accipiant juvenes dictum, lætique sequuntur,
 Spondentes cuncto servandam tempore legem.
 Sic ignara mali novitas, nec conscia fraudis,
 Incautas nulla tetigit formidine mentes.
 At pater instructos sacra in sede relinquens,
 Lætus in astrigeram cœli se sustulit aulam.

LIBER SECUNDUS.

DE ORIGINALI PECCATO.

Utitur interea, venturi nescia casus,
 Libertas secunda bonis, fruiturque beata
 Ubertate loci. Largos hinc porrigit illis
 Tellus prompta cibos: fructibus quin altor opimi
 Sumitur assiduus tenui de cespite fructus.
 At si curvati fecundo pondere rami
 Mitia submitunt sublimes ex arbore poma,
 Protinus in florem vacuus turgescere palmas
 Incipit, inque novis fetum promittere gemmis.
 Jam si prædulces delectat carpere somnos,
 Mollibus in pratis, pictaque recumbitur herba.
 Cumque voluntati sacrum nemus offerat omnes
 Delicias, opibusque novis se præbeat amplum:
 Sic epulas tamen hi capiunt, escamque requirunt,
 PATROL. I.IX.

Compellit quod nulla fames, nec lassæ fovendo
 Indigus hortatur compleri viscera venter.
 Et nisi concessum libuisset noscere pastum,
 D Esuriens ignota cibos non posceret ullos,
 Nullaque constantem fulcissent pabula vitam.
 Corpora nuda vident, et mutua cernere membra
 Non pudet, atque rudis sedum nil sentit honestas.
 Non natura hominis, vitium sed causa pudori est;
 Nam quæcunque bonus formavit membra Creator,
 Ut pudibunda forent, carnis post compulsi usus.
 Tunc mens intactos servabat candida visus,
 Angelicæ qualis narratur gloria vitæ
 Sidereas habitare domos; qualemque redemptis
 Spondet reddendam mortis post tempora Christus:

Quis neque conjugium curæ nec fœdere turpi
 Miscet calidos carnalis copula sexus.
 Cessabit gemitus, luxus, metus, ira, voluptas,
 Fraus, dolor, atque dolus, mœror, discordia, livor.
 Nullus egens, nullus cuicquid, sed pace sub una
 Sufficiet cunctis sanctorum gloria Christus.

His protoplastorum sensum primordia sacra
 Continuere bonis, donec certamine primo
 Vinceret oppressos fallacem culpa per hostem.
 Angelus hic dudum fuerat, sed crimine postquam
 Succensus proprio, tumidos exarsit in ausus,
 Se semet fecisse putans, suus ipse Creator
 Quod fuerit, rabido concepit corde furorem,
 Auctoremque negans, Divinum consequar, inquit,
 Nomen, et æternam ponam super æthera sedem,
 Excelso similis, suminis nec viribus impar.
 Talia jactantem præcelsa potentia cœlo
 Jecit, et ejectum prisco spoliavit honore.
 Quique creaturæ præfulsit in ordine primus,
 Primas venturo pendet sub iudice pœnas.
 Quandoquidem gravior talem sententia punit,
 Quem mirum cecidisse putas? nam crimen acerbatur
 Auctor, in ignaro minor est peccante reatus,
 Durius atque malum quod major fecit habetur.
 Sed quod vivaces prætentid in abdita sensus,
 Quodque futura videt, rerumque arcana resignat,
 Angelici fervens superest natura vigoris.
 Horrendum dictu, signisque notabile monstrum.
 Nam quidquid toto dirum committitur orbe,
 Iste docet, scelerumque manus ac tela gubernat,
 Pugnat et occultus per publica crimina latro.
 Et nunc sæpe hominum, nunc ille in sæva ferarum
 Vertitur ora, novos varians fallentia vultus.
 Altis interdum subito mentia volantis
 Fit species, habitusque iterum confligit honestos,
 Apparens nec non pulchro ceu corpore virgo,
 Pertrahit ardentes obscena in gaudia visus.
 Sæpe etiam cupidis argentum immane coruscatur,
 Accenditque animus auri fallentis amore,
 Delusos fugiens vano phantasmate tactus.
 Nulli certa fides constat vel gratia formæ
 Sed quo quemque modo capiat, teneatque nocendo
 Opportuna dolis, clausæque accommoda fraudi,
 Sumitur exterior simulata fronte figura.
 Major adhuc etiam sævo permissa potestas,
 Ut sanctum vincat; dudum collata creato
 Sic natura valet, rectam quam condidit auctor,
 Sed post ad pravos subversor transtulit usus.

Vidit ut iste novos homines in sede quieti
 Ducere felicem nullo discrimine vitam,
 Lege sub accepta Domino famularier orbis,
 Subjectisque frui placida inter gaudia rebus :
 Commovit subitum zeli scintilla vaporem,
 Excrevitque calens in sæva incendia livor.
 Vicinus tunc forte fuit, quo concidit alto,
 Lapsus, et innexam traxit per prona catervam.
 Hoc recoitens, casumque premens in corde recen-
 Item,
 Plus doluit periisse sibi quod possidet alter.

A Tunc mixtus cum felle pudor sic pectore questus
 Explicat, et tali suspiria voce relaxat :
 Proh dolor, hoc nobis subitum consurgere plasma,
 Invisumque genus nostra crevisse ruina !
 Me celsum virtus habuit, nunc ecce rejectus
 Pellor, et angelico limus succedit honori.
 Cœlum terra tenet, vili compage levata
 Regnat humus, nobisque perit translata potestas.
 Non tamen in totum perit : pars magna retentat
 Vim propriam, summaque eluit virtute nocendi.
 Nec differre juvat ; jam nunc certamine bando
 Congrediar, dum prima salus, experta nec ullos
 Simplicitas ignara dolos, ad tela patebit.
 Et melius soli capientur fraude, priusquam
 Fecundam mittant æterna in sæcula prolem.

B Immortale nihil terra prodere sinendum est :
 Fons generis pereat, capitis dejectio victi
 Semen mortis erit ; pariat d' scrimina lethi
 Vitæ principium ; cuncti feriantur in uno ;
 Non faciet vivum radix occisa cacumen.
 Hæc mihi dejecto tandem solatia restant.
 Si nequeo clausos iterum conscendere cœlos,
 His quoque claudentur : levius cecidisse putandum
 est,

Si nova perdatur simili substantia casu,
 Si comes excidii subeat consortia pœnæ
 Et quos prævideo nobiscum dividet ignes.
 Sed ne difficilis fallendi causa putetur ;
 Hæc monstranda via est, dudum quam sponere cu-
 [curri

C In pronum lapsus ; quæ me jactantia regno
 Depulit, hæc hominem paradisi limine pellet.
 Sic ait, et gemitus vocem clausere dolentis.
 Forte fuit cunctis animantibus altior astu,
 Æmulus arguto callet qui pectore serpens :
 Hujus transgressor de cunctis sumere formam
 Eligit, aerium circumdans tegmine corpus,
 Inque repentinum mutatus tenditur anguem :
 Fit longa cervice draco, splendentia colla
 Depingit maculis, teretisque volumina dorsi
 Asperat, et squamis per terga rigentibus armat.
 Qualis vere novo, primis cum mensibus æstæ
 Præmi tit lætos post frigora pigra tepores,
 Evadens veterem reparatis motibus annum,
 Et siccum nitido discingens corpore tegmen,
 D Procedit coluber, terrarumque abdita linquens,
 Præfert terribilis metuendum forma decorem.
 Dira micant oculi : tum lumine visus acuto
 Lætior optatum discit consuescere solæm.
 Nunc simulat blandum, crebro ceu carmine fauces
 Ludunt, et trifidam dispergunt guttura linguam.
 Ergo ut vipeream malesuada fraude figuram
 Induit, et totum fallax processit in anguem,
 Pervolat ad lucem ; nam forte rubentia læti
 Carpebant juvenes viridi de palmite mala.
 Tum veritus serpens, firma ne mente virili
 Non queat injecto subvertere corda veneno,
 Arboris erectæ spiris reptantibus alto
 Porrigitur, tractumque suum sublimibus æquans,

Auditum facilem leni sic voce momordit.
 O felix, mundique decus pulcherrima virgo,
 Ornant quam roseo præfulgens forma pudore,
 Tu generi ventura parens, te maximus orbis
 Expectat matrem: tu prima et certa voluptas
 Solamenque viri, sine qua non viveret ipse,
 Ut major, sic jure tuo subjectus amori
 Prædulcis conjux, reddes cui fœdere prolem.
 Vobis digna datur paradisi in vertice sedes,
 Vos subjecta tremuit famulans substantia mundi:
 Quod cœlum, quod terra creat, quod gurgite magno
 Producit pelagus, vestros confertur in usus.
 Nil natura negat, datur ecce in cuncta potestas.
 Non equidem invidéo, miror magis: ut tamen una
 Contineat liber dulci super arbore tactus.
 Scire velim quis dira jubet, quis talia dona
 Invidet, et rebus jejunia miscet opimis.
 Hæc male blanditam sinxerunt sibi voce.
 Quis stupor, o mulier, mentem caligine clausit
 Cum serpente loqui? vebum committere bruto
 Non pudet, ut vestram præsumat bellua linguam,
 Et monstrum pateris, responsurumque insuper addis?
 Ergo ubi mortiferum seductilis Eva venenu
 Auribus accipiens cladi consensit iniquæ,
 Tunc ad serpentem vano sic ore locuta est.
 Suavibus o pollens coluber dulcissime dictis,
 Non, ut rere, Deus nobis jejunia suasit,
 Nec prohibet largo curari corpora pastu.
 Ecce vides epulas totus quas porrigit orbis:
 Omnibus his licito genitor promptissimus uti
 Præstitit, et totas vitæ laxavit habenas.
 Hæc sola est memoris mediis quam perspicias arbor
 Interdicta tibi, hæc tantum tangere poma
 Non licitum, dives præsumit cætera victus.
 Nam si libertas temerari noxia legem,
 Jurans terribili prædixit voce Creator,
 Quadam nos statim luituros morte reatum.
 Quid vocitet mortem tu nunc, doctissime serpens,
 Pande libens, quoniam rudibus non cognita res est.
 Callidus inde draco, et lethi tum sponte magister,
 Interitum docet, et captas sic fatur ad aures.
 Terroris vacuum formidas femina nomen.
 Non veniet vobis rapidæ sententiæ mortis:
 Sed pater invisus sortem non contulit æquam,
 Nec vos scire dedit, sibimet quæ summa reservat.
 Quid juvat ornatum comprehendere aut cernere mundum,
 Et cæcas misero concludi carcere mentes?
 Corporeos pariter sensus, oculosque patentes
 Sic brutis natura creat, sol omnibus uncs
 Servit, et humano non distat bellua visu.
 Consilium mage sume meum, mentemque superni
 Insere, et erectos in cœlum porrigite sensus.
 Namque hoc quod vetitum formidas tangere pomum;
 Scire dabit quæcumque pater secreta reponit.
 Tu modo suspensus tantum ne contine lactus,
 Ne captiva diu frenetur lege voluptas.
 Namque ubi divinum libaveris ore saporem,
 Mox purgata suo facient te lumina visu
 Æquiparare deos, sic sancta ut noxia nosse,

A Injustum recto, falsum discernere vero.

Talia fallaci spondentem dona susurro
 Credula submisso miratur femina vultu.
 Et jam jamque magis cunctari ac flectere sensum
 Incipit, et dubiam letho plus addere mentem.
 Ille ut vicino vicinam discrimine sensit,
 Atque iterum nomen memorans arcemque deorum,
 Unum de cunctis lethali ex arbore malum
 Detrahit, et suavi pulchrum perfundit odore,
 Conciliat speciem, nutantique insuper offert.
 Nec spernit miserum mulier male credula munus.
 Sed capiens manibus pomum lethale retractat.
 Naribus interdum labiisque patentibus ultro
 Jungit, et ignorans ludit de morte futura.

B O quoties ori admotum compuncta retraxit,
 Audacisque mali titubans sub pondere dextra
 Cessit, et effectum sceleris tremefacta refugit!
 Diis tamen esse cupit similis, serpitque venenum
 Ambitione nocens; rapiunt contraria mentem,
 Hinc amor, inde metus; pulsat jactantia legem,
 Interdumque etiam lex subvenit; æstuat anceps
 Dividui cordis dura inter prælia fluctus.
 Nec tamen incensor desistit fallere serpens;
 Ostentatque cibum dubiæ, queriturque morari.
 Et juvat in lapsum pendentis prona ruinæ.

Ut tandem victæ gravior sententia sedit,
 Æternam tentæ famem per criminis escam,
 Serpentem satiare cibo quem voraret ipsa,
 Annuit insidiis, pomumque vorata momordit.
 Dulce subit virus, capitur mors horrida pastu.

C Continet hic primum sua gaudia callidus anguis,
 Dissimulatque ferum victoria sæva triumphum.

Ignarus facti diversa parte revertens
 Adam diffusi lætus per gramina campi
 Conjugis amplexus atque oscula casta petebat.
 Occurrit mulier, cui tunc audacia primum
 Flabat femineos animosa in corda furores.
 Et sic orsa loqui, semesum namque gerebat
 Asservans misero pomum exitiale marito.
 Sume cibum dulcis vitali ex germine conjux,
 Quod similem summo faciet te forte Tonanti,
 Numinibusque parem; non hoc tibi nescia donum
 Sed jam docta fero; primum mei viscera gustus
 Attingit, audaci dissolvens pacta periclo.

D Crede libens, mentem scelus est dubitasse virilem
 Quod mulier potui; præcedere forte timeba;
 Saltem consequere, atque animos attolle jacentes.
 Lumina cur flectis? cur prospera vota moraris?
 Venturoque diu tempus furaris honori?

Hæc effata dabat victuræ fercula mortis,
 Intereunte anima lethum dum crimina pascunt.
 Accipit infelix malesuadi verba susurri,
 Inflexosque retro dejecit ad ultima sensus.
 Non illum trepidi concussit cura pavoris,
 Nec quantum gustu cunctata est femina primo;
 Sed sequitur velox, miseræque ex conjugis ore
 Constante rapit inconstans dotale venenum,
 Faucibus et patulis inimicas porrigit escas.
 Vix uno pomum libarat succida morsu

Ingluvis, summumque dabat vix esca saporem :
 Ecce repentinus fulgor circumstitit ora,
 Lugendoque novos respersit lumine visus.
 Non cæcos natura dedit, nec luminis usu
 Privatam faciem peperit perfectio formæ.
 Nunc imago cæcus eris, cui jam non sufficit illud
 Noscere, quod tantus voluit te nosse creator.
 Ad vitam vobis cernendi facta facultas :
 Vos etiam lethum vestra sed sponte videtis.
 Tum patuisse gemunt oculos ; nam culpa rebellis
 Fulsit, et obscenos senserunt corpora motus.
 Tunc primum nudos (dubium quid dicere possim
 Exstinctus natusne) pudor circumspicit artus.
 Erubuit propriæ jam mens sibi conscia culpæ,
 Regnavitque suis carnis lex indita membris.

Namque hinc posteritas vitiatum germine duxit
 Artibus illicitis cognoscere velle futura,
 Arcanisque sacris tardos mittere sensus,
 Edita vel cælo, vel tetra mersa profundo
 Rimari, et cautas naturæ irrumperet leges.
 Querere nunc astris quo quisquam sidere natus,
 Prospera quam ducat restantis tempora vitæ,
 Dissimilem paribus proventum discere signis.
 Nec non et geminos uno sub tempore fusos,
 Quos indiscretus luci produxerit ortus,
 Motibus adversis varia sub sorte notare.
 Indigetes quosdam stellis ascribere divos,
 Junior antiquis ætas quos prætulit astris ;
 Atque infernali jam dudum nocte sepulchris
 Vana per immensum disponere nomina cælum.

Jam magicam digne valeat quis dicere fraudem,
 Occultas tacito tentantem pectore vires,
 Divinis jungi virtutibus et cupientem?
 Legifer ut quondam vates, sub rege superbo,
 Dum nova monstraret jussi miracula signi,
 Commovit livore magos ut talia tentent,
 Accumulentque suas zelo fervente ruinas.
 Illis suppeteret recta si forte potestas,
 Demere, non etiam festinent addere monstra.
 Æmula sed signis tantum, non viribus æqua,
 Quod removere nequit, duplicavit justius ira.
 Hinc est laudato quod possunt carmine Marti,
 Cum tacita sævos producunt arte dracones
 Absentes et sæpe jubent conflagrare secum.
 Tunc ut quisque gravem bello præsensent hydram,
 Aspidis aut duræ clausas cognoverit aures,
 Concutit interius secreti carminis arma :
 Protinus et lassis verbo luctante venenis,
 Mox impune manu coluber tractatur inermis
 Et morsus tantum, non virus, in angue timetur.
 Interdum perit incantans, si callida surdus
 Adjuratoris contempsit murmura serpens.
 Hoc quoniam de matre trahunt, et origine prima,
 Anguineæ fraudis quod sic lingueque periti,
 Mutua per speciem reddunt commercia fandi.
 Nec minus his pulsat contraria cura salutis,
 Angit præscitus ducti quos terminus ævi ;
 Cum tamen eductus infernis sedibus umbras
 Colloquium miscere putent, et nota referre.

A Spiritus erroris sed qui bacchatur in illis,
 Ad consulta parat vanis responsa figuris.
 Et ne porrecto dicantur singula verbo
 Præsenti illusus, damnabitur ille perenni
 Judicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.

Nec jam sola fuit scrutatrix Eva malorum :
 Dicam nunc aliam, tali que peste laborans,
 Et conjuncta viro, proprium non vicerit Adam.
 Peccanda quasdam fervor succenderat urbes,
 Civica permittens laxatis crimina frenis,
 Incestus pro lege fuit, totumque libido
 Jus habuit, regni sedem metata voluptas
 Indigenas populos domina sub carne tenebat :
 Et scelerum studio, fida quod plebe locali
 Dudum parendi promptis respublica jussit,

B Abstinnisse nefas, et non peccasse pudendum
 Certe edebant omnes, facinus quos junxerat unum.
 Talibus offensus iudex atque arbiter orbis
 Cum fureret, flammæque loco lineumque pararet,
 Quendam dissimilem cunctis, tectumque latentem,
 Qui tunc forte fuit propria peregrinus in urbe,
 Atque inter multos solum sic alloquitur Loth :
 Oppida lascivo jam dudum plena furore
 Respergunt cælum maculis, nostrasque fatigant
 Quamvis obstructas scelerum clamoribus aures.
 Imminet exitium, tellus succensa reatu
 Ignibus ardebit, restinguet fulminis iuber
 Quæ non exstinxit ferventia crimina stetus.
 Ipsa in perpetuas solvetur terra favillas,
 Quæ vivos cineres et post incendia servans,

C Sicque solum fligens, leviter si calce tectur,
 Ad minimum fugiens discedet pallida tactum.
 Tu nunc linque domum, periturus desere terras
 Et rea cum dignis subsident arva colonis.
 Nec te impendens lethum conjunxerit illis,
 Non junxit quos vita. Tibi solatia conjux
 Præbeat, hac tantum socia contentus abito.
 Accelerate fugam, tenditur tramite recto,
 Ne subvertendas quisquam respexerit urbes.
 Vos nescite malum ; perinas quicumque subibit
 Aspiciat, mortisque suæ spectacula secum
 Qui meruerit ferant : salvandis terror abesto.
 Hæc Pater ; ast illi properant abscedere terra,
 Inciduntque moras, crudelique arva relinquunt.

Cæperat obduci vicem caligine densa,
D Atque ignota prius demittere murmura cælum.
 Nec sic ut tonitru crebro cum percitus æther
 Ostentat pavidis innoxia fulmina terris.
 Sed prorsus fluale malum stridore minaci
 Tetra per aerios mittebant signa tumultus.
 Tendebant moniti simul, et mandata tenentes
 Concessam rectis ad sedem vultibus ibant.
 Callidus alta petens sed qui subverterat Evam
 Serpens, femineam consuetus tangere mentem,
 Illic quoque formidans animum tentare virilem,
 Conjugis inspirat votis, ut nosse ruinas
 Vellet, et evasas visu deprendere clades.
 O demens animi, cui jam non sufficit unam
 Succubuisse dolo : caruit jam parte bonorum

Quæ mala cognovit : si non exempla priorum
 Terrent, exemplum fies ; nostroque timori
 Vel post te pereat secreti dira cupido.
 Illicitum quod scire fuit, veitutumque tueri,
 Respicias tantum nec narratura videbis.

Ergo ubi majorem vicina ex urbe tumultum
 Accepit mulier, vultum deflexa retorum,
 Vix primo in visu restrictis motibus hæsit,
 Cernere desistens cum cœperat ; inde gelato
 Sanguine marmoreus perfudit viscera torpor ;
 Diriguere genæ, pallor novus inficit ora.
 Lumina non clausit, non saltem concidit illo
 Pondere quo pulsant demissa cadavera terram ;
 Sed stetit horrendo perlucens massa nitore,
 Servavitque suam species decepta figuram.
 Nec facile ut nosset, vitrum, lapis, anne metallum
 Succedens homini, si non sal fauce notetur.
 Ex tunc insipido mulier præventa rearu
 Plus salsum sine mente sapit, quæ pungere sensus,
 Exemplique potest salibus condere videntes.
 Hæc tamen hic magnum, quod non inflectitur iste,
 Nec sequitur sociam, fortis nec vincitur Adam.

A Credo equidem melius, quod non occurrerit uxor
 Enarrare viro : nam si comperita referret,
 Forsan et hunc visu suasisset temere jussa,
 Ceu proprium gustu facit primæva virago :
 Quæ postquam sese pariter comitemque sefellit,
 Et nondum natam percussit vulnere prolem ;
 Tum victor serpens certamine lætus ab ipso,
 Puniceam crispans squamoso in vertice cristam,
 Jam non dissimulans quem presserat arte triumphum,
 Acrior insultat victis, et talibus inflit :
 En divina manet promissæ gloria laudis.
 Quidquid scire meum potuit, jam credite vestrum est,
 Omnia monstravi, sensumque per abdita duxi,
 Et quodcunque malum solers natura negabat,
 Institui, dextrisque dedi conjungere lævam.

B Isthinc perpetua vosmet mihi sorte dicavi.
 Nec Deus in vobis, quanquam formaverit ante,
 Jam plus juris habet ; teneat quod condidit ipse,
 Quod docui mecum est : major mihi portio reat.
 Multa Creatori debetis, plura magistro.
 Dixit, et in media trepidos caligine linquens,
 Confictum periiit linquens per nubila corpus.

LIBER TERTIUS.

DE SENTENTIA DEI.

Tempus erat quo sol medium transcenderat axem,
 Pronus et excelsi linquens fastigia cœntri,
 Vicina jam nocte leves præmiserat auras.
 Illis sed major curarum volvitur æstus,
 Ferventesque tenent male conscia corda dolores.
 Utque pudor capto detorsit lumina sensu,
 Reppulit et miseros alterno a corpore visus,
 Nec jam secura præstatur luce tueri
 Signatam fixo peccati stigmatate carnem,
 Indumenta petunt, foliis ut mollibus ambo
 Membra tegant, nudumque malum de veste patescat.

Umbrosis propter stabat ficulnea ramis,
 Frondentes diffusa comas, quas protinus Adam,
 Lumentem capiens raso de cortice librum,
 Assuit, et viridi solatur veste ruborem.
 Induitur simili mulier lacrymabilis arte, et
 Quos pavit misero fallax insania pomo,
 Vestivit folio ; sæva quos arbore nudos
 Reddidit, hos gravius tenui super arbore textit.
 Et tamen adveniet tempus, cum crimina ligni
 Per lignum sanet, purgetque novissimus Adam,
 Materiamque ipsam faciat medicamina vitæ,
 Qua mors invaluit : leho debere lethum.
 Æreus excelso pendebit stipite serpens,
 Cumque venenatum simulaverit, omne venenum
 Purget, et antiquum perimat sua forma draconem.

Interea genitor viridis per mollia luci
 Rorantes sudo capiebat ab aere ventos.
 Protinus attonitis senserunt auribus ambo
 Præsentem Dominum : isti tum luce perosam
 Expavere diem detecto in crimine testem.
 Illos nam vastis specubus si forte harathrum
 Panderet, aut subitum tellus monstraret hiatum,

Non pigeat prono trepidos descendere saltu ;
 Et si suppeteret jam tum sententia lethi,
 Ilanc etiam repararet solandi cura pudoris.
 C Seu flammis lymphisve darent, vel pectora ferro
 Appeteret vindex crudeli vulnere dextra.
 Sic miseri mortem, nondum discrimine notam,
 Cum primum meruere, volunt ; exordia finem
 Signant, et similes prædicunt adfore luctus,
 Ultima cum mundi senium consumpserit ætas,
 Cumque repentinus percusserit omnia fulgor
 Cœlorum, clangente tuba, qua nuntius ante
 Judicis adventu concussum terre: orbem :
 Tunc cum sinceros pastor discreverit agnos,
 Hædis disparibus diversa in parte locatis,
 Per medium dirimente chaos, quod fluctibus implet
 Sulphureis volvens undosa incendia gurges,
 Flammarum stagnante lacu, quo fervida quondam
 Dicitur attracto nubes Sodomitica nimbo
 Guttatim sparsum fuisse in crimina fulmen,
 D Cum plueret nox tetra focos, cœloque caducæ
 Aera per calidum stillarent undique mortes.
 Taliter ignifero missi de fonte gehennæ
 Fluxerunt tristes aliena in sæcula rivi.
 At quos terribili judex decreverit hora
 Vivere post mortem, poenæque ardore perenni,
 Subtrahet optato gravior sententia letho :
 Cumque foret melius, dispersis corpora membris
 Carpere perpetuum dura sub morte soporem,
 Invitos tamen urna vomet, queis sola voluntas
 Rursus posse mori, sensuque carere dolendi.
 Sed sic accipiet ferventis flamma camini,
 Ambustura suas ut nunquam finiat escas.

At primi interea juvenes conamine casso

Per deserta ruunt, tutoque abscondita furto
 Facta putant, cæcis optant latuisse tenebris.
 Quid juvat, infelix, oculos a iudice flecti?
 Te iudex cernit: nolis cur ipse videre,
 Cum videre palam? solem non fuscet amœnum,
 Si depressa gravem formidant lumina lucem,
 Debilis et clarum visus non sustinet orbem.
 Tum sic terribili primum Deus increpat ore,
 Atque ubi sit miserum noscens interrogat Adam.
 Qui trepidum pavido producens pectore vocem,
 Vix hæc pauca refert. Tuus, o Celsissime, terror
 Mentibus insidens latebram tentare coegit.
 Nam quia nuda forent inopertis corpora membris,
 Erubui fateor, cælumque per abdita fugi.

Et quis, ait, subditum concussit corde pudorem?
 Visus et unde novus? Nam te nec vellera dudum,
 Nec contexta prius velavit tegmine vestis.
 Forma rudis, proprio melius contenta decore,
 Iudice se placuit: sed postquam fœdere rupto
 Interdicta tuus perstrinxit germina gustus,
 Naturale tibi tegmen non sufficit unum.
 Hactenus et nudis nunc denudata patescunt,
 Arguit obscenus quia turpia corpora motus.

Ille ubi convictum claro se lumine vidit,
 Prodidit et totum discussio justa reatum,
 Non prece submissa veniam pro crimine poscit,
 Non votis lacrymisve rogat, nec vindice fletu
 Præcurrit meritam supplex confessio pœnam.
 Jamque miser factus, nondum miserabilis ille est.
 Erigitur sensu, timidisque accensa querelis
 Fertur in insanas laxata superbia voces.
 Heu male perdendo mulier conjuncta merito!
 Quam sociam misero prima sub lege dedisti,
 Hæc me consiliis vitæ devicta sinistris,
 Et sibi jam notum persuasit sumere pomum.
 Ista mali caput est, crimen surrexit ab ista.
 Credulus ipse fui, sed credere tu docuisti,
 Connubium donans, et dulcia vincula nectens.
 Atque utnam felix, quæ quondam sola vigebat,
 Cælebs vita foret, talis nec conjugis unquam
 Fœdera sensisset, comiti non subdita pravæ.

Ille igitur rigidi commotus mente Creator,
 Mœrentem celsis compellat vocibus Evam.
 Cur miserum labens traxisti in prona maritum?
 Nec contenta tuo deceptiix femina casu,
 Sublimi sensum jecisti ex arce virilem?
 Illa pudens, tristisque genas suffusa rubore,
 Auctorem sceleris clamat decepta draconem,
 Qui pomum vitæ persuasit tangere morsu,
 Post hæc finalem promittit sententia legem,
 Serpentemque reum prima sic voce notavit.
 Tu coluber, cujus peccavit femina fraude,
 Errorisque virum consortem reddidit ipsa,
 Propter utrumque reus, pendes quod fecit uterque.
 Nec tibi sublimi constabit pectore vertex,
 Callida sed pronus per terram pectora volves:
 Utque fuga trepido sinuosa volumina currant,
 Non gressus sed lapsus erit, teque ipse sequeris
 Flexibus, et spiras viventia vincula uentent.

A Tum propter suasam miserorum cordibus escam,
 Tellurem captans, pastu vesceris inani;
 Mensibus et certis supero depulsus ab orbe,
 Inclusus terris communi sole carebis.
 Inter cuncta replent quæ nunc animantia mundum
 Auctor mortis eris, fles gravis omnibus horror.
 Præcipue infelix mulier, cum prole futura,
 Sic inimicitias odio currente reponat,
 Semina seminibus mandent ut vota nocendi.
 Insistens semper pavidæ sectabere calcem;
 Conterat illa caput, victoremque ultima vincat.

Post hæc attonitam Iudex commotus in Evam,
 At tu, quæ primam violasti femina legem,
 Accipe succiduum vitæ quod restat in ævum.
 Imperium patiere tori, dominumque timebis

B Quem socium dederam: parebis subdita jussis.
 Et curvata caput libitus assuesce viriles.
 Moxque ubi concipiens fetum præsenferit alvus,
 Ventris onus gemitu testaberis, ac tibi clausum
 Anxia crescentem portabunt viscera fascem;
 Donec transacto fastidia tempore complens,
 Naturale malum partu sub vindice pendat
 Producentem vitam proles sic pœna parentis.
 Quid diversa loquar post jam discrimina matris?
 Nam cum præduro mulier confecta labore
 Optatam sobolem tali produceris ortu,
 Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.

Interea trepidus jam dudum sustinet Adam,
 Quid sibi terribilis tandem sententia servet.

Cui pater, Attentis, inquit, nunc auribus et tu
 C Accipe quid mereare, levis quem femina vicit.
 Impolluta prius pulchro sub germine tellus,
 Non jam fida satis, nec puro semine simplex,
 Pristina monstrabit corruptum terga per orbem,
 Exemploque tuo semper tibi terra rebellans,
 Vepribus ac tribulis armata resistere discet.
 Aut si frangenti cedens succumbet aratro,
 Vomeris et flexo mordaci gente subacta est,
 Pinguia decipient mentito gremine culta.
 Nam pro triticeo liliū consurgere fructu,
 Et fictas segetes, vacuasque dolebis avenas,
 Sic vix extortum producent jugera panem,
 Sudore asiduo nitens quem sumat egestas,
 Illecebramque cibi pœnalis vindicet esca.
 Æqualem brutis facient tibi pabula vitam,

D Et simul herbarum succos pastumque requirens,
 Stercore consimili depressa gravabitur alvus.
 Ærummosa diu volvetur talibus retas,
 Donec præseriptum ponant tibi sæcula finem,
 Et compacta luto solvantur tempore membra.
 Limo formatus rursus redigeris in arvom.
 Ante tamen proprium nati præcurrere lethum
 Conspicies, pœnasque tuas in prole videbis,
 Ut metuenda magis cernatur mortis imago;
 Peccasse agnoscas quid sit, quid mortua fieri,
 Quidve mori. Ac ne quid desit tibi forte malorum
 Quæ castigandis corruptus parturit orbis,
 Acrior immenso miscabitur ira dolori:
 Nam cum prima tibi producent tempora nato,

Livor edax arcto certabit limite mundi :
 Nec jam sufficiet vacuus qua tenditur orbis,
 Totaque germanis stringetur terra duobus.
 Alter in alieris consurgit funera frater,
 Telluremque novam cognato sanguine tinget.
 Exin posteritas, varios passura labores,
 Casibus in multis mortalia debita pendet,
 Dum veterem ductus dissolvat terminus orbem,
 O cidat omne vigens, finisque redarguat orta.
 Audierat, motumque dedit conterrita tellus.

His Pater exactis hædorum pellibus ambos
 Induit, et sancta paradisi ab sede rejeci.
 Tunc terris cecidere simul, mundumque vacantem
 Intrant, et celeri perlustrant omnia cursu.
 Germinibus quanquam variis, et gramine picta,
 Et virides campos, fontesque et flumina monstrans,
 Illis fœda tamen species mundana putatur
 Post, paradisi, tuam, totum cernentibus horret,
 Uique hominum mos est, plus quod cessavit amatur.
 Anxustatur humus, strictumque gementibus orbem
 Terrarum finis non cernitur et tamen instat.
 Squalet et ipse dies, causantur sole sub ipso
 Subductam lucem, cœlo suspensa remoto
 Astra gemunt, tactusque prius vix cernitur axis.

Tunc inter curas permixti felle doloris,
 Affectus sentire novos, et pectora pulsans
 Nondum compertas prorumpit fletus in undas,
 Attentisque genis injussus defluit humor.
 Haud alter vivax deceptus mole caduca
 Spiritus, impleto venit cum terminus ævo,
 Post obitum peccata dolet; tum quidquid iniquum
 Gesserit ad mentem revocat, tum pœnitent omnino
 Errorum lapsus, semet quos iudice damnat;
 Et si præteritæ reddatur copia vitæ,
 Sponte ferat quoscunque dabunt mandata labores.

Sanctus namque refert de quodam divite Lucas,
 Quem nimio luxu dissolvens vita fovebat.
 Ipse cohurnatus gemmis, et fulgidus auro,
 Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.
 Inde ut bacchantem suasissent tempora mensam,
 Currebant epulæ, totus quas porrigit orbis.
 Cumque peregrinus frugem misisset acervus,
 Fervebat priscum crystallo argente Falernum.
 Uvida quin etiam miscabant cinnama thuri,
 Et suffita domus pingui fragrabat amomo.
 Quod pelagus, quod terra creat, quod flumina gignunt,
 Certatim mensis cedentibus undique lassus
 Portabat pallens auri cum fasce minister.
 Languidus ante fores pauper tunc forte jacebat
 Divitis, obstrictis resoluta corpore membris,
 Et supplex poscebat, operam, non munera captans,
 Reliquias tantum sed si quas copia jecit,
 Has tunc opperens alvus jejuna rogabat.
 Sed proclamanti dives non addidit aurem,
 Nullaque languentem pietas respexit egenum.
 Nec quæ completis ceciderat superflua mensis,
 Pauperis ad victum quisquam dedit: insuper ægri
 Despicitur facies, et putria vulneris horrent.
 Cuique canes miti perlambant ulcera lingua,

A Blaudior et fesso feritas medicabilis adit,
 Sola hominum nescit mens semper dura moveri
 Hæc, sed diversa penitus dum sorte geruntur,
 Impendens obitus pariter pulsavit utrumque,
 Divite prævento, nunquam qui credidit istud:
 Pauper ad optatam longo vix tempore morte
 Post venit, et victor morbos artusque relinquit.
 Ille quidem, celsa qui dudum floruit arce,
 Fletibus ad tumulum stipato funere fertur,
 Auratoque datur conditus membra sepulcro,
 Et pretiosa tegunt elatum lintea marmor.
 Spiritus abstruso sed mox demissus averno
 Incidit æternas per sæva incendia pœna:
 E quarum medio sublimi in sede locatum
 Haud procul (hoc certe censetur, nam procul inde,

B Ut docet eventus) sinibus conspexi: o antem
 Abrahæ justi mutatum in paupere vultum,
 Nec ejus similem, quem dudum luce receptum,
 Quarto forte die vix quisquam largus humandi,
 Ne cito dispersum nature lege cadaver
 Dira frequentatæ contagia mitteret urbi,
 Obiectum lacris tenui velamine pannis,
 Naribus astrictis nuda tellure locavit.
 Angelicis manibus tunc in sublime levatus,
 Jam dives, jam sanus erat: contraque superbi,
 Qui congesta tenens opibus diffluxerat amplis,
 Arida sic flammis mendicant guttura guttas.

O pater, electas animas qui sede beata
 Colligis, et meritis dispensas præmia justis,
 Hæc ego non mereor; sed saltem deprecor unum,

C Lazarus ut missus veniat digitoque levatum
 Afferat huc labris ardentibus inde liquorem,
 Quique refrigerio, si non exstinxerit omnes,
 Ad tempus saltem tantos vel mitiget æstus,
 Donec fessa brevi respirent membra quiete.
 Taliter immixto lacrymis stridore rogamem
 Magnanimus tandem compellat sic patriarcha.
 Desine jam feras incassum fundere voces,
 Et vacuas miscere preces; haud talia dudum
 Dicta dabas, foribus cum te prandente jaceret
 Ipse ignotus, egens, æger, jejunos, inanis,
 Cum tua non caperet congestos mensa paratus
 Pauperis atque tuas non iret clamor ad aures.
 Quapropter tandem, librato examine veri,
 Præteritæ vitæ sortem dependit uterque,
D Permutatque vices; et te jam sufficit amplis
 Exundasse bonis; lætetur sine malorum
 Qui doluit cœptis: non est jam terminus ultra.
 Insuper horrendo cingit qui tramite limes,
 Et chaos objectum lato distinguit hiatus,
 Non sinit abjectas misceri fœdere partes,
 Accessumque negat, sic vobis semper, ut istis.

Ille gemens vanum repetita voce precatur.
 Si nil post obitum prodest commissa fateri,
 Nec tua mutatur fixis sententia verbis,
 Hoc concede mihi, nulla quod lege vetatur.
 Fratres quinq; modo discedens luce reliqui:
 His peto mittatur qui vivos corrigat, ante
 In tormenta cadant quam talia carne soluti.

Nam quamvis duro persistent corde rebelles,
 Si tamen obstructa quisquam de morte rediret,
 Credent experio, pœnasque intrare timebunt.
 Ille quidem poscens effectum non capit ullum;
 Nos autem, dum vita manet, dum luce vigemus,
 Olim defuncti perterret nuntius Adam.
 Dum locus est flendi, dum non injusta petuntur,
 Nec obturatis pulsatur janua serris.

Novimus en cuncti, quid primus planxerit ille,
 Qui pulsus prisca nescivit sede reverti.
 Namque obitum quemdam casu tum pertulit ipso,
 Perdita ne precibus lacrymisve reduceret ullis.
 Ex tunc paulatim retro sublapsa referri
 Vita prior, cœpitque malis laxata potestas.
 Tum tristes morbi, et varii subire dolore,
 Et corrupta satis dira pinguedine tellus
 Lethali quædam suffudit germina succo.
 Inde truces sævire feræ, dudumque timentes
 Excitat ad pugnam tum primum conscia virtus,
 Reddit et armatas unguis, dens, ungula, cornu.
 Ipsa etiam leges ruperunt tunc elementa,
 Et violare fidem mortalibus omnia certant.
 Inflatur ventis pelagus, volvuntur et undæ,
 Excitusque novum turgescit pontus in æstum.
 Tunc primum tectis tetra caligine cœlis,
 Ingratos hominum castigatura labores,
 Grandineos pavidis fuderunt nubila nimbos,
 Atque polus discors invidit germina terris.
 Quin magis ipsa sibi tellus adversa negavit,
 Seminis excepti vertens mentia nitorem.

Hæc gemini primum senserunt tunc protoplasti.
 Posteritas nam quanta ferat dispendia rerum,
 Non, cui vel centum linguæ, vel ferrea vox e. t.,
 Enumerare queat; nec si quem Mantua misit,
 Mæoniusve canant diversa voce poetæ.
 Quis tales referat motus? quis denique fando
 Evolvat totos qui volvunt sæcula fluctus?
 Arma fremunt, crebra quatitur formidine mundus,
 Funditur irriguus sanguis, majorque sititur.
 Quid dicam celsas præclaris cœtibus urbes
 In deserta dari? populos populante ruina
 Dispergi, et lacerum vacuari partibus orbem?
 Servitio subdi dominos, famulosque vicissim
 Præferri dominis, et belli sorte perire,
 Sors generis claro quondam quos sanguine misit?
 At si forte brevi requiescant tempore bella,
 Legibus armatas furere in certamina lites,
 Jus anceps pugnare foro, quo jurgia fratrum
 Non levius votis feriunt, quam prælia telis?
 Sed quis vota notet, clament cum facta nocentum?
 Quis fraudes et furta gemat gaudente rapina?
 Quisve minora fleat? stringi nec maxima possunt.
 Inde minora tamen, si summis juncta notentur:
 Nam per se nullum facinus sub iudice parvum est.
 Nec refert cunctas percurri carmine causas.
 Hoc parvo sermone loquar: post damna priorum
 Nil superesse mali, quod non vel perpetret orbis,
 Vel tolcret, plenus scelerum, pariterque laborum,
 In casu discrimen habens, et crimen in actu.

- A** Sed tu, Christe potens, cui semper parcere promptum est,
 Tu sigulus massam potis es reparare caducam,
 Et contracta diu resolutaque fingere vasa.
 Qui dudum multo latitantem pulvere drachmam
 Invenis accensis verbi virtute lucernis.
 Linquentem caulas, turpique errore vagantem,
 Pastor ovem celeri dignatus quærere gressu,
 Subvehis, utque suo gaudens reddatur ovili,
 Sarcina fit quæ cura fuit. Sic filius ille
 Junior, exhaustos postquam dispersit acervos,
 Vitaque consumpto mutata est prodiga censu,
 Turpia porcorum digne convivium sectans,
 Optavit siliquis compleri vilibus alvum,
 Donec sæva fames longo discrimine victum
- B** Cogeret offenso tandem se reddere patri,
 Confessumque reum laxato crimine solvi
 Denique prostratum mitis pater allevat ultro,
 Et trepidum blanda solatur voce pudorem.
 Ornatus reduci vestis dat prima secundos,
 Lætaque solemnibus celebrat convivium cœtus,
 Quod rediviva suis quodam de funere proles
 Surgat, et orbato redeant nova lumina patri.
 At tu, præpollens hominum rerumque Creator,
 Quanquam cuncta velis fidæ constare saluti,
 Nulla tamen pateris nostræ dispendia mortis,
 Nec quoquam pereunte tuis contingere damnum
 Divitiis poterit; nescis decrescere, nescis
 Augeri, et pleno perstat tibi gloria regno.
 Sed famulis tu redde tuis quod perdidit Adam;
- C** Quodque tulit primum vitiatæ stirpis origo,
 Ortu restituat melior jam vita secundo.
 Sorduerit nimium lacero circumdata peplo
 Forma vetus, scissam ponens cum crimine vestem,
 Pallia prima pater redeunti porrigere proli.
 Seminecem quondam miserans qui forte repertum
 Projectumque via, quem sævi cæde latrones
 Impositis cuncto spoliarent tegmine plagis,
 Sed tu, sancte, viam sumpto dum corpore curris;
 Invenis allisum, nec præteris: insuper ægrum
 Jumento carnis propriæ sub tecta reportas.
 Nos fuimus quondam rabido data præda furoris;
 Sed si nunc medico percurrat vulnera fotu
 Gratia producens oleum, sapientia vinum,
 Commendet stabulo Samaritidis extera cura,
- D** Pelletur validus medicato corpore languor.
 Suscipe, qui non vis moriendi crescere causas,
 Quos confessa tibi gemitus pia pectora fundunt.
 Ut quondam tecum, passæ sub tempore carnis,
 Proximus immani dependens stipite prædo,
 Quem non culpa tibi similem sed pœna tenebat;
 Ille tamen nexus membris, nec corde ligato,
 Et si confixas clavis extendere palmas
 Non potuit, liber mentem cum voce tendit.
 Sicque reus scelerum dum digna piacula pendit,
 Martyrium de morte rapit: cui sine sagaci
 Maxima cura fuit tales non perdere pœnas,
 Præripuit scandens aditum, cœloque levandus
 Ardua sublimi tenuit compendia saltu.

Porri, sic nobis celsam, pater inclyte, dextram.
Nos quoque perpetuæ conquirat vita salutem,
Atque profanati deceptis fraude latronis,

A Ceu tibi compasso miserans succurrere latroni.
Livida quos hostis paradiso depulit ira,
Fortior antiquæ reddat tua gratia sedi.

LIBER QUARTUS.

DE DILUVIO MUNDI.

Infectum quondam vitis concordibus orbem,
Legitimumque nefas laxata morte piam
Diluvio repetam; sed non quo fabula mendax
Victuros lapides mundum sparsisse per amplum
Deucaliona refert, durum genus unde resumpti
Descendant homines, cunctisque laboribus apti
Saxea per duram monstrent primordia mentem.
Sed veri compos, fluctus nunc prosequar illos,
Per quos immissus rebus vix pene creatis
Lactentem velox prævenit terminus orbem.

Extulerat mortale genus crudelibus ausis
Inpetentes animos: licitum quod cuique liberet
Credidit; et propria valuit pro lege voluntas.
Jus adeo nullum, sic nil distare putatum
Fasque nefasque inter, recti custodia nusquam.
Non iudex, non testis erat, non denique rector,
Arbiter aut morum, vel qui suaderet honestum;
Sed princeps sibi quisque fuit virtutis nocendi:
Nec meritis sed mole potens, qui fortior esset
Ilic melior sibi met, sed se censore, placebat.
Sic hominum vitam brutorum more tenebat
Motibus addicens mens inclinata ferinis.
Sanguine potus erat, cæzorum viscera passim
Indomitis laceras præbebant faucibus escas.
Sævior aut certe quem vincens bestia cepit,
Pastus erat, quem nulla fides, lex nulla vetabat.
Ut vero precorum ritu permissa voluptas,
Et diffusa palam ruptis lascivia frenis,
Luxuriæque forum, atque obsceni nundina mundi
Ferveret, casto fas non est dicere cantu.

Talibus ac tantis hominum gens improba gestis
Silvestres animos, naturæ fœdere rupto,
Induerat, pulsaque simul ratione furebat,
Et deserta jacentis Domini cœlestis imago
Omne decus mentis turpi dejecerat actu.
Haud secus ac pulchri cum fertilis area campi,
Quam succisa dedit purgato robore silva,
Dum colitur, justo paret fecunda labori,
Subjicitur rastris, respondit frugibus, ac se
Servat composito ruralis gratia vultu;
Agricola oblitus si brachia forte remisit,
Laxavitque manus, fessoque quievit aratro,
Pigrescit primum durato cespite tellus,
Mox rudibus ramis atque aspera palmite crebro
Disciplinatos dissuescit promere fructus,
Effundit frutices varios, silvamque minatur:
Quam si nec sera succisor falce repurget,
Non jam virgultis, sed denso stipite locus
Textitur, et steriles diffundit in æra frondes;
Donec conclusa ramis currentibus umbra
Mox opportunæ, depulso sole, tenebræ

Jam secura feras invitent credere lustra:
Taliter humani generis, non ordine recto,
Perdita mandata: jam post primordia legis,
In pravum labens paulatim vita tetendit,
Proficiens pejore via, constantior ipso
Jam paribus studiis nutriti criminis usu.
Et tamen auctorem vitii, culpæque magistrum,
Doctior errorum, lapsuque peritior omni,

B Succidæ prolis crescens audacia vicit.

Ut fluvius parva primum diffusus ab urna,
Perspicuum leni promit cum gurgite fontem,
Tramite quem summo facili transmittere salu
Quisque potest, mox irriguo deductus ab ortu
Viribus augetur subitis, ripasque retrorsum
Pellens, crescentes tendit per plana liquores,
Occupat et spatium, pereuntique imminet arvo,
Tum circumfusos vicinis vallibus amnes
Sorbet præteriens, externasque incipit undas
Augmento finire suo, mixtasque sub uno
Nominæ, corrasis diffuso gurgite terris,
Cum trabibus, stabulisque boum, lustrisque ferarum,
Sævior accessu, longoque furore potitus,
Tandem desistens pelagi transportat in undas.

C Hos inter motus, similisque ad turbinis instar,
Humanum vitii ibat genus: et tamen ipsa
Longior insanas mentes dissolverat ætas.
Centenos novies crebro cum duceret annos
Vita tenax, tanto suspensi tempore lethi
Nullus terror erat: sors si quem sera tulisset,
Ceu qui nec natus fuerit, nunquamque levandus.
Morte putabatur: sic cunctis nulla futuri
Spes inerat, solusque sibi fundaverat omnem
Sensibus in cæcis periturus mundus amorem.

Tempore quin etiam peccatrix terra sub ipso
Nutribat sævos immania monstra gigantes.
Nec tamen effari licitum quo semine cretos,
Communem cunctis ortum de matre ferebant,
Qui genus, unde patres, prohibent arcana fateri.

D Si speciem quæras, humani corporis illis
Plus vultus quam forma fuit; sic linea membris
Conveniens hominem monstrabat, dissona molem.
Quam propter deinceps commentis Græcia fictis
Dedecus infandum massis informibus auxit,
Et portentosis descripsit corpora membris;
Pube tenus quod forma viris, cum corporis ima
Supplerent vasti mixto pro crure dracones.
Artus semihominum patulis qui faucibus atri
Ferrent, et verso præberent vertice gressus.
Tunc etiam solitos, jussu terrore tonanti,
Blasphemis cælo convicia mittere plantis,
Mordacesque pedes motu fremuisse veneni.
Iis similes mendax Phlegræi fabula belli

Excussas finxit jecisse per aera rupes,
Pro telis spatiosa manus quod turbine montes
Sparsit, et missis cœlum quassaverit arvis.

Hæc sunt prisceorum quæ de terrore gigantum
Carmine mentito Graii cecidere poetæ,
Et tamen audaci voluit contendere pugna
Quisque rebellis erat: qui cum configere telis
Non potuit, sævis concepit prælia votis.
Montibus impositos fas non est credere montes,
Hoc tamen et deinceps illos tentasse putabo,
Qui coctos lateres, lentoque bitumine junctos,
In sublime rati manibus sic posse superbis
Sustolli, et celsas in sidera surgere moles:
Cum fureret mortale genus, cassoque labore
Irrita transcensis cœmenta inferret in altum
Nubibus, et refugium sequeretur machina cœlum,
Non prius assistens, subditas discordia linguas
Quam daret, et varius confunderet omnia sermo.

Hinc sparsum fœdus, scissa sic lege loquendi
Consensum scelerum turbata superbia rupit,
Dum se quisque suis, possit quæ noscere, verbis
Aggregat, atque novas sequitur gens quæque loquelas.
Sic interruptæ perierunt culmina massæ,
Effectuque carens cessavit in æthere turris.
Hæc post diluvium. Nam quantas quæ tem, ore prisco
Pressa gigantæas tellus produxerit arces,
Atque lacessitis contemptum in miserit astris,
Abstergente Deo sat nostra silentia damnant.

Cernebat patiens jam dudum insana frementis
Terrarum populos hominum rerumque Creator,
Expectans si quem vani consortia mundi
Linqwentem melior moneat respiscere cura.
Sed conjuratus postquam percurrere cœptum
Perditionis iter statuit, sensumque per omnem
Obtinuit victor peccati insignia mundus,
Nec revocare gradum quisquam, gressumque referre
Præcipiti jam mente potest, exhorruit auctor,
Pœnituitque videns totum quod fecerit orbem.
Tum tales tonuisse minas commotus ab alto
Fertur, et excitas laxasse his vocibus iras.

O nullis attracta bonis, nullisque repressa
Legibus; antiquo tantum submissa draconi,
Efferat gens hominum, ducto corruptior ævo.
Non Evam cecidisse sat est; transcenditur omni
Inventor lethi lapsu: nec sufficit illud,
Vicit inexpertum quod serpens pristinus Adam.
Non contenta suo fœdari vita parente,
Affectat mortem propria virtute mereri.
Expectasse diu non profuit; insuper omne
Concessum venia rapuerunt crimina tempus.
Jam nimium longas patientia presserit iras:
Vindictæ jam tempus adest. Non fulmina cœlo
Flammeus ardor ager; vasto nec cedit biatu
Quæ premitur nimio succumbens terra tumultu:
Sed sordens vitis fluctu delebitur orbis.
Ad chaos antiquum species mundana recurrat,
Inque suas redeant uadarum pondera sedes.
Arida decedat lymphis, rursusque sepultas
Terrarum species informis contegat humor.

A Hæc clades vivis, carnique licet terminus esto.

Sic pater æternus disponens funera rerum,
Diluvium dextra terras vibrabat in omnes.

Interea pleno vivebat justus in orbe
Unus homo, et mentem solus servabat honestam.
Nullus vota Deo donis precibusque ferebat
Hunc præter, dignum quem summus laude Creator
Nosset, et exceptum vitæ servare pararet.
Stemmatibus sancti; nam claro nobilis ibat
A proavo, quem prisca fides et conscia virtus
In cœlum sine morte tulit: sic celsa petenti
Successit magno non impar pronepos actu.
Nec plus est illum salvi cum corporis usu
Terrenas liquisse domos, intrasse supernas.

B Denique quo prius quondam condescenderat Enoch
Elias curru post tempora longa secutus,
Scribitur ignitis scandens penetrasse quadrigis,
Cum suspensa leves transmitteret orbita ventos,
Ungula vel premeret calcatas pondere nubes.
Vallatumque ferens sanctum non ureret ignis,
Et motus servans nec ciret flamma calorem.
Hos igitur satis est cœlum potuisse mereri
Membrorum sub lege sitos; sed non tamen illud
Segnius admirer, sancti quod tempora Noe
Unus ob meritum, natis nuribusque tuendis
Orbis in exitio potuerunt ferre salutem.

Est ille in cœlis, numero præstantior omni,
Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni
Conclamat celebratque Deum, famulantia suctus
Ferre ministeria, et jussis parere supernis.

C Ii nunc quod rectum mortalia corda precantur,
Concipitur dignis sacro quod pectore votis,
Quidquid largi manus collectio sparget egenis,
Excipiunt, sanctoque ferunt super astra volatu.
Quin etiam justos, fragilis dum vita fatigat,
Tutantur, mundi que inter discrimina servant.
Sed tamen in cunctis præcellit clarior ille,
Maxima quæque Dei quo dispensante ministro
Res geritur, summisque parat mysteria causis.
Hic Dominum cœli venturum corpore sumpto
Virginis intactam jussus prædixit in alvum,
Sacraque dotali complevit viscera verbo,
Hic et Baptistæ præcurrrens nuntius ortum,
Desperata diu dum ferret germina patri,
Inter sacra virum conterruit, et dubiantes
D Protinus ingrato restrinxit in ore loquelas,
Donec prædicto fecundam redderet ortu
Prolis anum, multo sterilis quæ tenta per annos,
Fudit diffidens effeta puerpera fetum.

Hic rerum solers summusque archangelus, alto
Aerea per liquidum, levibus circumdatus auris,
Vibratasque movens ignito in corpore penuas,
Nulli conspectis ad terram motibus ibat.
Et tum forte gemens cunctorum crimina Noe
Inflexis stratus genibus, cum supplice planctu
Mundanis veniam, mundo nolente, petebat.
Cum subito clausis foribus tunc aliger intrat
Conspicuus, claro resplendens nuntius ore.
Horrescit visu tanto perterritus heros,

Mortalisque oculus personam ferre supernam
 Vix valet, et pavidi detorquet lumina vultus.
 Ille salutaris primum mulcere timentem
 Aggrediens verbis, cœli mandata ferebat.
 Pax tibi, juste virum, pacem tibi missus ab alto
 Imprecor, ut pulso capias mea dicta pavore.
 Hæc mandat summus terræ pelagique Creator.
 Insuperata quidem cunctis sententia lethi
 Imminet; hanc solus sed qui transire mereris,
 Et præscire potes. Nam te calcata voluptas
 Jam pridem rectum toto discrevit ab orbe.
 Unica sed quoniam sævum depellere lethum
 Vita tibi poterit, tantos evadere casus
 Qualiter incipias, paucis ex ordine labor.
 Finis erit rerum, permissis undique lymphis,
 Atque relaxata vastabitur orbis abysso.
 Nunc æge, congestis crescat fortissima lignis
 Machina, quæ surgens fluctus superenatet omnes.
 Ter centum cubitos per longum ducta tenebit,
 Bis quinque late claudetur, bisque vicenis.
 In triginta illi constabit culminis altum.
 Per medium per ter longo cœnacula tractu
 Edita suspensis domibus tabulata levabunt:
 Ut generis proprii servans consortia mansor
 Componat parvis dispersa cubilia cellis.
 Tum ne rimosi compagum forte meatus
 Accipiant inimicum imbrem, linire memeno
 Juncturas laterum, pigrumque infunde bitumen.
 Taliter affectam cum consummaveris ædem,
 Protinus ingredere, ac mundum dimitte cadentem;
 Excusit quem culpa frequens, includere vita
 Incipiat, circumque fremant te sospite mortes.
 Quin etiam lateris sociam succedere tecto,
 Et cum conjugibus natos intrare jubeto.
 Tuque secundus eris deleti germinis auctor,
 Ut te post primum replentur terra parente.
 Sed quia perfectio divinis viribus orbe,
 Post operis finem, post leges, postque sacra
 Sabbata, formari quidquam non convenit ultra:
 Ne penitus cessans intercidat omne creatum,
 Spirantum e cunctis pecorum, celerumque volucrum,
 Silvarumque feris, et quæ jumenta vocantur.
 Vel quæ per tacitos reptant labentia motus,
 Bina cape, et tecum claustro victura reconde.
 Sic tamen ut proprios teneant sua vincula sexus,
 Unde genus rursus tellus implenda resumat.
 Ne timeas ne forte feros animantia motus
 Servent, aut subitis præsumant rictibus iras.
 Fœdus erit totis, quæ discordantia profert
 Per varios natura modos, et pace fideli
 Parebit jussis quicquid concluderis illic.
 Serpentis tantum semper figmenta caveto.
 Vertice submisso blandum licet ille trisulcis
 Finxerit abscondens per dulcia sibila linguæ
 Immortale odium, nunquam tu credulus illi,
 Quem nimis expertus vitandum præmonet Adam.
 Hostis namque semel voluit quicumque nocere,
 Illic semper suspectus erit, penitusque cavendum est,
 Ne jam mentito conjungat fœdera prudens.

A Tu post exemplum jussis servire memento.

Hæc fatus, vacuum levibus secat aera pennis,
 Mortalem fugiens aciem, cœloque relatus
 Heroem trepidum mandata lege reliquit.
 Ipse tamen tali manibus cum voce levatis,
 Quisquis, ait, nobis tantam spondere salutem
 Seu missus, seu sponte tua, super æthere celso
 Venisti, et placidum sacrasti fœdere pactum,
 Sis fautor, firmentque tuas promissa loquelas,
 Auxiliumque tuum conatibus insere nostris,
 Ut tenuis tantam valeat manus edere molem.

His breviter dictis, vitæ spem corde reponit,
 Aggrediturque celer sacri præcepta laboris.
 Quis tantos capiat sensus? quis denique sermo
 Explicet, advectis fuerit quæ copia lignis?

B Nudati colles, spoliatae robore silvæ,
 Mons ut quisque fuit, famulo placere paratu.
 Pelion immensas cum mittat vertice quercus,
 Insuper exponit multa virtute recisum
 Ossa nemus, Pindoque abies subducitur alta.
 Atlas ipse novas ictu resonante secures
 Sensit, et annosas dedit ad navalia pinus.
 Invictum tunc surgit opus, contexta levatur
 Porrectis trabibus præcelsi culminis ædes.

Hæc inter, discors varii sententia vulgi.
 Nam multi lymphis obstacula tanta parantem
 Irrisere virum, moles quod clausa moveri
 Fluminibusque dari nequeat, quam forte vel ampli
 Euphrates Nilusque queant vix claudere ripis.
 Humani generis quid mens incredula reris

C Mortalem non posse manum conjungere ponto
 Ædem longinquam? pontus namque obvius ultro
 Curret, et adductum tangent stans fabrica litus.
 Ast alios celsam compacto robore massam,
 Ignaros quanquam cladis, causæque latentis,
 Mirari novitas et formidare cogit.
 Haud aliter studium jam tunc dividerat omnes,
 Quam nunc mundus agit. Sunt qui compuncta fideli
 Corda dicant operi, rebusque instare supremum
 Discrimen norunt, corpus quo concidat omne,
 Bacchatamque diu consumant sæcula carnem.
 Effugiet tunc ille malum, quicumque paratus
 Construat ut validam præduri tegminis arcem,
 Per lignum vitale crucis servatus ab undis,
 Tunc cernet quanto contempserit otia fructu.

D Haud procul attentum contemplans hunc operan-
 tem,

Nonne piger quisquam lucri, tædensque laboris,
 Insanire putet, cura quod solus inani
 Æstuet, et rebus nolit pereuntibus uti?
 Sic epulans parcum, sic largum quisquis avarus,
 Sic nudum raptor, sic castum ridet adulter,
 Sic circumscribens illuso simplice gaudet.
 Sic sapuisse dolet dives, cum congregat aurum,
 Spargentem nummos, ultroque in paupere censu
 Consumptis opibus miserum ratus esse beatum.

Inde repentinum Judex cum cerneret orbi
 Adventare diem: Finis sic protinus, inquit,
 Imminet, ut justis quondam sub tempore Noe,

Diluvium varios mundi cum repperit actus,
Et carnem consumpsit aquis, opifexque salutis
Evasit pario diffusa pericula claustro.
Hæc evangelicis sunt inclamata figuris.

Providus interea consuminat conditor arcam.
Tunc jussæ accurrunt volucres, tunc bestia quæque,
Consuetum linquens silvoso tegmine lustrum,
Deposita feritate venit, seseque tenendam
Ingerit occurrens, et libertate relicta
Includi gaudet: tantum decreta futuri
Vis valet; occultus brutis in sensibus ardet
Terror, et exspectans agitat formidine vitam.
Ast homines quos sors certi discriminis urget,
Vicina nec morte pavent, satis undique constat
Vitali indicio præcedere sæpe timorem.
Securos lætosque reos tellure Gomorrhæ
Jam prope sub flammis sententiæ dicta videbat.
Ninivæ contra populis terrore salubri
Prævaluit pro pace metus. Nam venerat illuc
Jussus, multum ille et terris jactatus et alto,
Qui clamaturus tantæ discrimina plebi
Diluvium timuit mundo constante propheta.
Hauserat huc valido pervadens bellua rictu,
Immersumque mari ventris concluserat arca.
Deglutire virum, faucesque implere capaces,
Ardenti monstro cum sit permissa potestas,
Non licuit mordere tamen, nil dentibus actum.
Intravit cupidum deludens præda vorantem,
Invasusque cibus jejuna vixit in alvo.

Dum tres luce dies una sub nocte prophetæ
Sol ageret, litusque novum vacuanda vidrent,
Et castigatum vomerent ergastula pastum.

Ut monstro exutus vates, cælumque recepit
Contingens terras, magnam tunc percitus urbem
Terribili cum voce petens: Quid criminis, inquit,
Ardetis flammis? restringent omnia pœnæ.
Jamque venit finis, lentum est hoc dicere, venit.
Non plus fatus erat: totus conjurat in omne
Lamentum populus: procurruunt undique fletus,
Pectora tunduntur, cælum suspiria pulsant.
Mollibus abjectis Cilicum dant tegmina setæ,
Inque cibos cinerem, lacrymasque in pocula fun-

[lunt,

Ipsæ etiam, dignus tali qui tempore princeps
Ante aciem stentum portet vexilla salutis,
Atque novum dictu metuens discrimina vincat,
Projicit hinc sceptrum, linquit sublime tribunal,
Pallia blattarum spreto diffibulat auro,
Serica despiciens, atque aspera tegmina sumens.

At pius ex alto contemplans talia Rector
Exsertas revocat sedatis motibus iras,
Vibratumque tenens restinxit missile fulmen.
Temporibus propriis justus sic conditor arcæ
Securo solus timuisse pericula mundo
Gaudebit, finem cunctis, sibi ferre salutem,
Diversam cerneus meriti discrimine sortem.
Ergo ubi silvestres sexu collegit utroque
Inclusitque feras, pecudum tunc eligit illa
Sumere, quæ licitum est mandis, vel munda vocantur,

A Hinc tantum septena dedit viventia claustro,
Ut ternis paribus servato semine salvis,
Septima quæ fuerint sacris quandoque litentur.
Et jam vitalis concluserat omnia carcer.
Tunc justum, cunctosque suos, natosque, nurusque,
Accipit exspectans claustrum, vitæque reponit.
Nam servos nondum dederat natura vocari,
Nec dominos famulis discernere noverat ordo.
Primus enim maculam servili nomine sensit
Hujus natorum medius, qui forte cæchinno
Distectum petiit misero spectamine patrem,
Materiamque sui risit deformior ortus,
Et plus jam turpis nudato simplice nequam.
Quod postquam sanctus potuit cognoscere Noe,
Natum germanis famulum dedit; inde repertum

B Tale jugum; cuncti nam semine nascimur uno.
Servitii certe causam fecisse reatus
Cernitur, et liber peccans sit crimine servus;
Si rursus nexu famulus stringatur honesti,
Natales faciens sibi met, jam nobilis hic es!

Nuntius interea, dudum qui missus ab alto
Detulerat justo cælestis munera verbi,
Protinus ut clausum vidit, rebusque paratis
Expectare diem, rursus descendere cælo
Festinans, laxos firmavit cardine postes,
Inclusitque viros, atque ostia fortia traxit,
Confestimque levans supero se rettulit axi.

Ævo sexcentos senior transcenderat annos,
Lunaque bis plenos addebat mensura cursus,
Septimus et decimus qui post illuxerat orbi,

C Ultimus ille dies jam nunc dabit omnia letho.
Ilicet obtegitur cælum, nimiisque tenebris
Victa repelluntur fuscâ lumina solis.

Insanas hominum mentes vix tangere terror
Cœperat, insuetus mox profluit æthere nimbus,
Et valido primum similis demittitur imbri.
Arida terrarum pariter maduere per orbem,
Una fuit toto facies et nubila cælo
Ægyptus tunc ipsa novas expavit ad undas,
Alsit et infusus Garamas, dudumque calentes
Humida Massylas tetigerunt frigora Syrtes.

Nec longum pluvie species, non denique guttæ
Stillant, sed rupto funduntur flumina cælo.
Non aliter Tanais, nivibus cum pascitur albis,
Riphæo de monte ruens illiditur amni,

D Præcipitatque simul longo quod tramite ducit.
Undarum tali quatitur certamine tellus,
Fitque lacus instar compressus fluctibus aer.
Nec tamen hic lymphas tantum fudere superna,
Terrestres etiam mundus consurgit in iras.
Rumpitur omne solum, crebros dant arva meatus,
Prosiliunt fontes ignotaque flumina manant.
Vergitur in sursum mutato pondere nimbus,
Inde cadens cælis, hinc terris undique surgens,
Occurrit mox unda sibi, junctoque furore
Conjurant elementa neci; transcendit omnis
Riparum limes fluvii, atque obice rupta
Sævit laxatis discurrens humor habenis.
Sed cum diffusæ spatium concludere terræ

Omnia certarent, mundumque implere capacem,
Suspendi forsā potuit sententia lethi,
Atque mora majore trahi, quo tardius omnem
Concedens spatium rapiat sors ultima carnem;
Oceanus vertex rerum ni servidus uno
Littore, quo tantum terras atque æquora cingit,
Exiret, rumpensque fidem perfunderet arva.

Dissipat æternas leges, et sede relicta
Regna aliena petens naturæ fœdera turbat.

Ut diros primum pelagi sensere furores
Illu- tres fluvii, magnos quos inclyta cursu
Fama refert, motusque novos stupere parumper,
Ut credas capuisse fugam, sic versa retrorsum
Per terras spargunt sublata volumine ponto.
Insequitur tamen Oceanus, refugisque fluentis
Imminet, et salsis impellit molibus amnes.
Tunc major strepitu tanto mortalibus agris
Fit metus, ascendunt turres, et celsa domorum
Culmina, præsentemque juvat vel tempore parvo
Sic differre necem: multos dum scandere tentant
Crescens unda trahit, quosdam montana petentes
Consequitur, lethoque fugam deprædit inanein.
Ast alii longo jactantes membra natatu,
Defessi expirant animas, aut pondere nimbi
Ubruta flumineas commixta per æquora lymphas
In quocunque bibunt morientia corpora monte.
Ædibus impulsis alii perire ruina,
Inque undas venere simul dominique domusque.
Il fragor in cœlum sonitu collectus ab omni,
Quadrupedumque greges humana in morte cadentum,
Augent confusos permixta voce tumultus.
Ilac inter miseræ ferventia funera mundi,
Prægravis insanis pulsatur motibus arca,
Compagesque tremunt, stridens junctura laborat.
Non tamen obstructam penetrat vis improba, quan-

[quam

Verberet, et solidam fluctu feriente fatiget.

Non aliter crebras Ecclesia vera procellas
Sustinet, et ævis sic nunc vexatur ab undis.
Hinc gentilis agit tumidos sine more furores,
Hinc Judæa fremit, rabidoque illiditur ore,
Provocat inde furens hæresum vesana Charybdis;
Turgida Graiorum sapientia philosophorum,
Inter se tumidos gaudet committere fluctus.
Obloquii vanos sufflant mendacia ventos,
Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

Jam melius crescens Arcæ contexerat unda,
Commovitique cavam suspendens undique mo'em.
Et melius tutam facili portante natatu,
Quoque vocant undæ, sequitur jam mobile pondus.
Cedamus mundo, dum ducimur: omne resistens,
Si flecti nescit, metuat vel pondere frangi.
Sed si cedamus, fluxum ne sentiat iutus,
Peccatumve trahat mens impenetrabilis ulum.
Navigat interea clauastro commissus eunti
Fons vitæ, servatque furens super omnia pontus
Orbis depositum, fido quod tegmine promat,
Cum pax terrarum reddi sibi debita poscet.

Ergo ibant undæ, tellus subducitur omnis

A Collibus impositæ vicerunt edita lymphae.
Delituit tectis ponto tum pinifer Othris,
Paruassi vertex caute non protulit altam,
Ipsa cupres-iferi latuerunt saxa Lycæi,
Subductæ rupes, æquatæ fluctibus Alpes,
Omnibus exclusis totus jam denique mundus
Axis et unda fuit. Nam cunctis morte subactis
Regnabant pelagi silvoso in gurgite monstra.
Et jam vicinum pulsabant humida cœlum,
Jamque quater denis manabat noctibus imber,
Compleratque necem, nec jam quod tolleret ultra
Mors habuit, pressitque natantia funera pontus.
Frenantur tandem pluviam, resplenduit æther,
Redditur et cœlis vultus. Sol ipse reductus,
Sed non inventis queis reddat lumina terris,

B Tan-um luxit aquis: tristis videt æquora fulgor,
Quamque breves radios admotas frangit in undas,
Tum consumendis fervens ac proximus instat.
Nec minus et patuli terræ clauduntur hiatus,
Quæque prius vomuit lethali ex ore fluentia,
Obicibus propriis constricta resorbet abyssus.
Nec tamen ut venit, breviter sic unda recedit;
Siccant non pauci longo sed tempore menses,
Quod pauci fudere dies: jam ducta natatu
Armeniam celsis instabat montibus arca,
Et nondum nudis fundo consedit in arvis.

Ut stabilem sensit senior, motuque carentem,
Nec fluitare natans ventosa per æquora lignum
Credidit abductis nituisse liquoribus orbem:
Tunc reserat summam sublimi a fronte fenestram,

C Emissa refluxos exploret ut alite fluctus.
Illa volans longo diverberat aera plausu,
Atque quatit vacuas pennarum motibus auras,
Cumque diu fessis undas perstringeret alis,
Nec locus optatam requiem concederet ullus,
Consuetum repetit prospecto ex æquore claustrum.
Exceptam senior manibus tunc colligit intus,
Advertens nullas patuisse per humida terras.

Interea magna pontus se mole movendo
In chaos antiquum linquens mundana redibat.
Excelsi tandem proferre cacumina primum
Incipiunt, post quos tenues crebescere montes.
At vero ut pelagus cinxerunt littora prisceum,
Oceanusque sacer, notas collectus in oras,
Contentus solito labentia flumina tractu

D Sorbuit, et cunctis distinxit frena fluentis,
Torrentesque suæ clauscrunt undique fossæ,
Liberâ subductis nituerunt arida lymphis.
Tunc interposito producentis tempore corvum,
Scire cupit senior, vacuumque interrogat orlem.
Ales ut extensis vitidum petit aera pennis,
Aspiciens plenis stipata cadavera terris,
Carnibus incumbens, et mox oblita reverti,
Rectorem placidum communi in sede reliquit.
Sic nescis, Judæe, fidem servare magistro,
Sic carnem dimissus amas, sic gratia nunquam
Custodi vitæ Dominoque rependitur ulla.
Mente vaga sic laxus abis, sic fœdera legis
Rupisti, et primum violasti, per fide, pactum.

Temporis ut spatio senior cōllegit inertem
 Jam potuisse satis corvum se reddere claustris,
 Ignarus tardi reditus, causæque morandi,
 Ne fors innexis fessum consumpserit alis,
 Junxerit et cunctis pereuntibus unda recurrens :
 Protinus albentem mittit de sede columbam.
 Illa memor jussi rapido petit arva volatu,
 Paciferæque videns ramum viridantis olivæ,
 Decerpit, mitique refert ad condita rostro.
 Tali legatus firmavit fœdera simplex
 Indicio, purumque pius sic comperit orbem.

Integer emensum vertebat circinus annum,
 Quo felix claustrum spirantia cuncta tenebat,
 Tum pater ablatis obducta repagula serris
 Pandit, et inclusis desuetum red lere solem
 Incipit, effeto redeant ut semina mundo.
 Ante tamen Justus jubeat quam sparsa vagari,
 Singula de septem, quæ dudum claudere munda
 Curavit, natis pariter, nuribusque vocatis,
 Cespite constructa disponens immolat ara,
 Ascendens sanctos his primum altaribus ignes.
 Plurima dum magnis adolentur corpora flammis
 Et numerosa levat præpinguem victima fumum;
 Suavis odor lætium tetigit trans æthera cœlum,
 Primaque purgati suscepta est hostia mundi.
 Tunc igni permixta sacro vox intonat ista.
 Hactenus infectus contagia traxerit orbis,
 Sufficiat regnasse nefas, mundata lavando
 Perpetuo niteat tellus, vultusque reductos
 Contineant elementa suos : haud amplius ullis
 Perturbata malis moles mundana fatiscat.
 Vos quoque, quos lethi salvavit tempore vita,
 Intactosque tenens casu defendit ab omni,
 Ducite securum servatis legibus ævum :
 Vosque caput generis fecundo semine prolem
 Spargite, diffusum late quæ compleat orbem,
 Deletum instaurem numerum, dominetur et orbi.
 Fertile quin etiam reddent animantia germen,
 Quod tamen inflexum famulabitur ordine prisco :
 Insuper et terris ex hoc jam non erit ultra
 Diluvium regnans, carnem quod conterat omnem.
 Unum quod fuerit, signo monstrabitur uno.
 Nec similem repetita necem peccata videbunt ;

A Et si crimen erit, terror non deforet alter.
 Sic unum genitor jurans baptismæ sacrabat,
 Ut semel ablutum lymphis purgantibus orbem,
 Sic sperare reos lavacrum non posse secundum
 Vix tribus exactis cœli jam partibus ibat
 Pronus in occasum radius, cum forte remotam
 Axe sub eoo jussus contingere nubem,
 Protulit excussum madefacto ex aere signum,
 Arcus et emicuit, quæ nunc Thaumantida Graio
 Irim Romuleo vocitant sermone poetæ.
 Pendulus obliquum solem cum senserit humor,
 Ancipites vario mittit splendore colores :
 Nec numerare queas, sic mixtos lumine visus
 Illudunt dubii diversis vultibus orbes,
 Sapphirusque virens, maculosus, cæruleus, albus,

B Purpureum de nube trahit, de sole coruscum
 De cœlo nitidum, de terra sumit et atrum,
 Et tamen abjunctis quæ constant hæc elementis,
 Sic diversa putes, ut concordantia cernas :
 Hanc formam signo trepidis mortalibus arcus
 Præstitit esse Deus, promittens nube serenum,
 Nullaque jam terris debere pericula cœlum
 Nunc quicumque cupis veram servare salutem,
 Illud suspicies signum, quod signa figurant.
 Namque dator vitæ præmisit talia Christus,
 Et geminata dedit substantia salvatorem.
 In terris sumptæ nitida de virgine carni
 Naturalis inest patrio de germine fulgor :
 Et medius quidam mediator in æthere celso
 Monere multimodo varius, sed fulgidus omni,

C Vitalem monstrat sacrati pignoris arcum.
 Istum corde vide, quisquis baptismate lotus
 Ad cœlum liber culpæ pereuntibus exis.
 Num legis forma vos, inquit Apostolus, ista
 Salvabit lavacrum, prisci cum tempore Noe
 Conclusas lignis animas describeret octo.
 Comparat ille datum, tu servans dilige donum,
 Hoc votis precibusque gerens, hoc fletibus optans,
 Ne redeant peccata tibi, ne mersa levantur,
 Mortua ne surgant, ne debellata rebellent,
 Ne post ablutum valeant discrimina crimen,
 Et flammam timeas, quia jam non suppetit unda.

LIBER QUINTUS.

DE TRANSITU MARIS RUBRI.

Hactenus in terris undas patuisse canenti
 Terram inter fluctus aperit nunc carminis ordo.
 Illic diluvium quos perderet ante petivit,
 Nunc ad diluvium pleno succensa furore
 Sponte sua current perituræ millia gentis.
 Si non ut dignum tanti præconia facti
 Eloquium captent, divina in laude voluntas
 Sufficit, et famulo monstrari munere votum.
 Quod si quis nequeat verbis persolvere grates,
 Non minimum virtutis habet vel credere gestis,
 Signa per electos quæ perrexere priores.

D In quibus excellit longe præstantius illud,
 Quod pelago gestum Rubro celeberrima perfert
 Scriptorum series, in cujus pondere sacro
 Causarum mage pignus erat, pulchramque relato
 Pulchrior exsuperat præmissæ forma salutis,
 Historiis quæ magna satis, majorque figuris,
 Conceptam gravido peperit de tegmine vitam.
 Susinuit duos externa in sede labores,
 Dum Pelusiæ serviret subdita genti,
 Plebs oppressa diu : densi quam pondere cœni,
 Et laterum numeris, operis mensura diurni

Afflictam sibi vexabat fraude tyranni.
 Iovisam sibimet frendens qui crescere turbam,
 Augeri doluit famulos. Nam jusserat, ut lux
 Vidisset quoscumque mares, mox docta necaret
 Omnis anus, natumque premat solertia sexum.
 Sed tamen aversæ fugerunt talia matris,
 Atque interdictos detrectant perdere fetus,
 Persistente Deo plebem diffundere sanctam :
 Quoque magis mens cæca trahit crudelia vota,
 Illoc plus accrescunt teneræ primordia gentis.

Viderat interea Genitor de sede superna,
 Afflictamque manum placido prospexerat cre.
 Jam sacer innocuus dederat de fomite flammam,
 Et rubus in rubeo viridis permanserat æstu ;
 Quo signo spinas nostræ fervere mentis,
 Et lucere pio qui non consumeret igne,
 Devotus nosset sanctis in cordibus ardor.
 Illicet electi vates mandata ferabant,
 Depromit regi cum primus talia Moses :
 Servitii longo lassatam pondere plebem,
 Oppressos cophinis humeros, attritaque colla,
 Quasque opus assiduum fecit descendere palmas.
 Laxandi jam tempus adest : dimitte preces
 Tandem cælesti Domino persolvere vota,
 Et complere datos patrio moderamine ritus.

Ille fremens inquit : Quæ tanti causa tumultus,
 Quisve novus populum Deus exigit omine misso ?
 Scilicet hæc vacuæ tangunt cælestia curæ,
 Ut Dominus dominis famulos nunc tollere priscos
 Vellet, et ad tumidos mittat mandata rebelles.
 Quis Deus iste foret, cui me parere necesse est ?
 Aut sceptris celso quid formidabile regi ?
 Sed vestras nimium seducunt otia mentes ;
 Et nisi laxatos requies concessa foveret,
 Nulla supervacuis tererentur tempora verbis.
 Quæ si castigans restringet sarcina major,
 Illicitum velutum conari desinet ausus.
 At vos signifero qui talia vota ducatu
 Instruitis, vano et plebem subvertitis ore,
 Conspicuas vitate meos, vultumque cavete.
 Deum namque Pharon, vel pollentissime cursus
 Testor, Nile, tuos, et divæ vocis Anubem
 Cum rabidus latrat, jam non impune futurum,
 Si iterum rursus repetant hæc dicta tribunal.

Virgam forte manu gestabat legifer heros,
 Quo baculo nitens gressum dum dextra regebat,
 Executit hanc valido projectam cominus ietu.
 Tum mirum dictu, commotum serpente lignum,
 Non insensibiles ceu pronit palmite ramos
 Vitæ movens tantum quos præstat crescere fructus :
 Sed flexu reptans, mutati et corporis usu
 Sensus animamque gerens, cæpit decurrere virga,
 Mox anguem formata refert. Conterritus hæsit,
 Æternunque niger tum palluit ore tyrannus.
 Sed ne confusum tali succumbere signo
 Cerneret assistens vultu nutante satelle,
 Dissimulat summo rem gestam credere jussu,
 Nec divina volens, hominum sed facta putari,
 Tum mandat quoscumque magos, vel carmina doctos,

A Illicitam diris tentantes fraudibus artem
 Ægypti, longinqua darent bastilia, cogens
 Murmure funereo faciat monstrata minister.
 Undique tunc jussi concurrunt, et medicatis
 Armant quique suas noto medicamine virgas,
 Dant jactæ vanas species, anguesque putati
 Illusos terrent oculos fallente figura.
 Nec longum tumuere magi; consumitur omne
 Quod fecisse rati; fictos namque arte dracones
 Primus adhuc mortax absorbit ore cerasta.
 Postquam virtutis clausit spectacula Moses,
 Victorisque tenens caudam tellure levavit,
 Decedit serpens ligno, vultusque recedit,
 Diriguere vagi durato corpore flexus.

Quid multis? sit virga prior, qua deinde sacerdos
 B Plurima succiduo monstravit tempore signa.

Hinc dirum frendens Pharaonis conscius ardor,
 Divinæ incipiens per cuncta resistere dextræ,
 Et quæ cognoscens, molens tamen ipse fateri,
 Protinus expulsos jussit discedere vates.
 Illi divinas pulsant eam siletibus aures,
 Ut fremitus gentis tandem frenetur iniquæ,
 Quam gravius sævam monitus fecere sujerui,
 Ipsis quin etiam cælestibus arma minantem.

Tum pater, accipiens gemitus lacrymasque precantum
 Taliter hortatu blando solatur amarus :
 Ne tantum vacuo submitte corda timori,
 Plebs mea, quam toto mundi de corpore sumptam
 E'egi, et propria solam mihi sorte dicavi.
 Jam nunc cernitis quanto primordia vestra

C Prosequar auxilio, sævos ac persequar hostes.
 Ducam sublimem portenta per omnia dextram,
 Nec volet in paucis Pharius rex cedere signis,
 Longius ut duram vincant miracula mentem.
 Post hæc laxatos quin et discedere coget,
 Expelletque solo : quod tunc negat, ingeret ultro.
 Ibitis ad magnas post fortia prælia sedes,
 Quo vocat expectans præteritis ubere terra,
 Et claras victis condetis gentibus urbes.
 Vos modo promissis tantum confidite donis,
 Et quos deposcent ingenia facta labores
 Læta ferat virtus, seseque ad prospera servet.
 Talibus auditis, melior spes accipit illos.
 Attollunt animos, palmasque ad sidera tendunt,
 Conciuntque fidem votis, gratesque rependunt.

D Postera lux dubios primum præmisera ortus,
 Et successorem depulsa nocte ferebat
 Insistens aurora diem : tum flumina sanguis
 Imbuit, et subito maderunt arva cruore.
 Sed non hoc minimis portentum contigit undis,
 Fluviorum rex ipse rubet, nec lumine prisco
 Nilus agit proprium quem sumpsit fonte nitorem.
 Quin magis, averso ne tangat pristina limo,
 Sanguis in externum certans monare canalem,
 Carnosus non carnis erat, nec corpore fusus,
 Aut strages quæ multa simul, quo vulnere possit
 Lympharum damnum proprio supplere cruore.
 Naribus obstructis pressi, victorque natalu,
 Interiere simul peregrini in gurgite cra,so,

Auxeruntque suo saniem de funcre jisches.
 Et fortasse rear cladis mortisque futuræ
 Sanguinis indicio jam præcessisse ruinam,
 Ille ipsum ni pœna foret. Nam scilicet omne
 Ægypti spatium, vel quo patet ampla Canopus,
 Mox inter pingues sitiens defecerat undas,
 Si non Omnipotens celerem super arva medellam
 Spargeret, et nitidos revocaret vallibus amnes.

Tum vero ut requiem pestis subducta reduxit,
 Effertur rursus dilata morte tyrannus,
 Et vix evasum contemnens mente flagellum,
 Innocuam flagris persistit subdere gentem.
 At quid per cunctam stylus æstuet ire superbi
 Perfidiam, cæsi numerans perjuria regni?
 Sed tamen extorquent varium mendacia monstrum,
 Undaque vicino vixdum purgata cruore,
 Ranarum fœdis textit cantatibus urbes.
 Complentur cellæ, strati penetrabilia, mensæ,
 Sustinet innumeros regalis purpura saltus,
 Atque premens homines fremdet succumbere ranis,
 Quarum mox cumulis flamma tonitruque subactis
 Congestisque, sonans muscarum nabis ad auras
 Exiit, infectum corrumpens aera flatu.
 Illic quas scinifus vocitant, quantosque volatus
 Pendula ermittunt levibus corpuscula ventis,
 Pennarumque vicos peragunt stridentibus alis?
 Fundunt se pariter, turbataque mœnia complent.
 Et licet immersis desigant vulnera rostris,
 Plus horror quam pœna movet; sed tollit et istam
 Ventus agens, cessat laxata molestia paulum
 Confestium cessante metu, nec longius ira
 Sentitur quam plaga calet. Sed peste remota
 Succedunt aliæ gravius: consumitur omne
 Jumentum, cunctosque greges nox abstulit una,
 Nec tantum damnosa reos portenta fatigant:
 Vertitur ad carnem quæ suscitatur ira dolores.
 Insidunt peccatis turgentia vulnera membris,
 Et sacer incubuit percussus artubus ignis.
 Creditur hic etiam casu contingere languor:
 Sed morbis mentis discrimina corporis urget.
 Præterit ille dies; tum demum luce secuta
 Concutitur cælum tonitru, nubesque coactæ
 Terribili splendore micant; ferit omnia fulgur
 Fulmina agens; totas uno sub tempore mortes
 Æthere turbato terris elementa minantur.
 Ignibus insemitur prægrandis corpore grando,
 Non ut nube solet terris nimbose venire:
 Sed quocunque cadens ut deprimat, atque ruinam
 Pondere vel solo faciat; conjungitur ergo
 Grandineum flammis ferventibus aere frigus,
 Et natura neci servans assignat utrumque.
 Illic primus stragem sparsis dat mortibus imber;
 Exin restantem surgit consumere fructum
 Bruchus, et excusso confidens crure locusta.
 Hoc sed docta malis, et jam discrimine crebro
 Tanquam lene satis callosa superbia duxit.
 Insequitur velox gravius quæ vindicet ira.
 Cæcas mane novo surgens sol sparserat umbras,
 Et lætus jubaris splendebat fronte sereni,

A Cum surgens mediani nubes se porrigit atra,
 Nascentemque diem depulso lumine claudit.
 In molem nox densa coit, perit obrutus aer,
 Palpantesque manus densas sensere tenebras,
 Atque repercussus vexatur anheliuss æger;
 Et si sopitos flando quis suscitaret ignes,
 Aut flammam excire velit, compressa necantur
 Lumina, nec vibrant restricti pondere motus:
 Quo quemcumque loco tenebrosus repperit horror,
 Continuit, vidit nullum, nec visus ab ullo est.
 Squalentes pariter viventia millia credas
 Infernas intrasse domos, aut forte revulsa
 Obice terrarum patriam sordentis abyssi
 Migrasse in superos, ac mundum luce fugata
 Sub leges misisse suas. Tres perdidit ista
B Nocte dies, digne pendens perjuria tellus
 Isthæc damna tulit; nam cætera fulgidus orbis
 Continet, et solitos distinguunt tempora cursus.
 Moses interea lacrymas, jejunia, vota
 Continuat, precibusque frequens ac pervigil instat,
 Majoris natu fultus solamine fratris.
 Instruit hos sacris simul, informatque Creator
 Mystica solemnem qua pandat victima ritum.
 Cernitis ut multa desudans clade reatum
 Ægyptus contrita gemat satis undique tacta,
 Sed tamen inmota perstans cervice rebellis?
 Nec portanda diu præcedunt ista ruinam.
 Ægrotat quodcumque tumet, nec sana superbo
 Causa subest, junctum monstrat mens turgida lethum.
 Unus adhuc restat qui vindicet omnia lucius,
C Postque novem decima percellat cæde merentes.
 Vos modo perpetuos sacrorum discite mores,
 Cultibus et propriis manura lege tenete.
 Mensibus in cunctis, orbis quos circinat anni,
 Iste caput princepsque foret, quem nomine belli
 Gentiles vocitant, vos tantum dicite primum:
 Luceaque bis septem cum fecerit addita noctes,
 Vespere tum sero dabitur primordia sacris.
 Sumite mansuetum perfecti temporis agnum,
 Qui careat macula, et purum det corpore vellus.
 Hoc animal festis mactabitur; hujus utrumque
 Signabit sanguis nitido de corpore postem.
 Hoc dabit indicium servandæ curæ salutis.
 Cum percussor aget tacitam sine vulnere cadem,
 Perspiciet sacro limen maduisse cruore,
D Hoc tantum transire volens distantia talis
 Custodit vestras sparsis a mortibus ædes.
 Sic nos, Christe, tuum salvet super omnia signum
 Frontibus impositum: sic sanguis denique sanctus,
 Tunc præmonstrati dudum qui funditur agni,
 Oribus infusus postes lustrasse tuorum
 Inter labentis ferventia funera mundi
 Credatur, casuque tuos discernat ab omni.
 Dum non signatos percurrit funere mucro,
 Tu cognosce tuam salvanda in plebe figuram.
 Ut quocunque loco sanctus mactabitur agnus,
 Atque cibo sanctum porrexerit hostia corpus
 Rite sacrum, celebret vitæ promissa sequentis
 Fermento nequam duplici de corde revulso,

Sincerum nitidæ conspergant azyma menses.

Finierat rector leges et fœdera festi
 Pascbalis mandare viris, quod protinus omnes
 Arripere simul; peragunt convivia læti,
 Solemnisque novo cultu disponitur esus,
 Trauseat ad seros quæ condita forma nepotes.
 Nox erat, et mediam carpebant cuncta quietem,
 Umbraque libratas jam jam diviserat horas:
 Ecce venit tacito per dira silentia motu
 Angelus exserto missus qui sæviat ense:
 Nec confusa datur subiti sententia lethi,
 Omne malum sed sorte cadit, longeque videtur,
 Quem petat in tenebris præfixi funeris ordo:
 Majores natu pereunt, solique leguntur
 Ad mortem primos luci quos edidit ortus.
 Cum dominis famuli pereunt, natiq̄ue potentum
 Permixta cum plebe cadunt: sic vilis, ut ille
 Quem celsi tenuit morientem purpura fulcri.
 Hæc nuda tellure jacent, hæc serica velant,
 Disparibus stratis sternuntur corpora letho.
 Non quemquam mors æqua timet, non excipit ullos
 In vivis tantum qui discernuntur honores.
 Pauperis ad fletum nul' a pietate movetur,
 Diti'bus ut parcat nullo corrumpitur auro.
 Ægrotum sanus, longævum junior ante
 Migrat: huic soli debet confidere nemo.
 Hoc tantum tamen est sibimet quo mortua distent,
 Vivant ut meritis qui complent tempora sorte.
 Hæc nunquam penitus morti licet auferat, et si
 Jure potestatis lutea compage creatum,
 Semine mortali genitum, terræque reductum,
 Justorum in factis letho nil creditur ulli.

Ergo ut percussas soboles confusa repente
 Aula videt, currunt flentes ad funera matres,
 Pectora contudunt pugnis, crinesque revellunt
 Unguibus, et nigras festinant scindere malas.
 Nec dominos planxere diu, mox occupat omnes
 Luctus quemque suus, sonat unus in æthere clamor
 Non uno ex fletu, confundit voce tumultum
 Nulla vacans a morte domus; tum lumine multo
 Omni curatur populorum funus in urbe.
 Judicium justum cogit mœrere merentes.
 Et dum quis proprio servat lamenta dolori,
 Exsequias tardant luctus, inhumataque turba
 Dilata jacuit tantisper sorte sepulcri;
 Et nisi jam tandem vacuos et honore carentes
 Vel nuda tellure locet, vel concremet igni,
 Vix collecta manus quæ tantos clauderet urna.

Tum regem circum commoto murmure sistit
 Mœsta cohors, humi e depromens voce querelas.
 Heus! nimium nostris adversa potentia rebus
 Hebraei populi, toties cui vindice dextra
 Militat omne malum, totus cui denique mundus
 Pugnât, et irato succedunt prospera cœlo.
 Vix quædam secreta Dei, majorque potestas
 Hæc in sceptrâ ferit, gentemque ulciscitur ipsam
 Urbis jactura; solos pereuntia salvant
 Victores elementa suos, redimuntque cadendo.
 En jacet Ægyptus, nec jam reparabilis ultra.

PATROL. LIX.

A Atque utinam pœnas vivis, damnumque per arva
 Ferret adhuc divina manus, nec funere tanto
 Deceptam subita vacuasset cæde Canopus!
 Tandem parce solo, causasque expelle ruinæ,
 Dum levior strages; dum quisquam luce tenetur,
 Dum superest qui terga premat, qui limite trudat,
 Et ne quem, si forte velint ex corde morari,
 Non sinat ejecto depellens hospite cladem,
 Permoveat noster natorum funere luctus,
 Permoveat te forte tuus; vel pauca superstent
 Pignora, quæ tantos tergant servata dolores,
 Et detruncatæ reparent dispendia gentis.
 His dictis lacrymas populus dedit; ipse superbus
 Frangitur ad fletum princeps, victumque fatetur.

Hæc perturbata sed dum tractantur in aula,
 B Hebræi vatam studio, monitisque supernis
 Optima quæque sacris singunt, epulisque requirunt,
 Vasaque solemnes quæ poscunt plurima cultus.
 Ornamenta etiam, vestesque, monilia, gemmas,
 Ut reddenda petunt: nec tardus commodat hospes,
 Ditat et ignorans trepidam manus æmula plebem.
 Quæ jam digna tuis pandantur laudibus ora,
 Summe pater, qui tam sævo sic uteris hoste?
 Annuit adversus, largitur munera nolens,
 Quæ secum dimissa ferant; nec solvere tantum
 Sufficit oppressos, opibus ditantur euntes,
 Thesaurusque novos libertas reddita sumit.
 Inter serventes inimica in sede furoris
 Prædatur dominum fugiens, fallitque videntem,
 Præsentem vacuat, ne tam discedere pulsos
 C Quam lætos migrasse putes; portantur avari
 Sic Pharaonis opes, quom tunc mercede soluta
 Servitii longum credas taxasse laborem.
 Nonnunquam rectis et quæ contraria prosunt,
 Et quæ læva malus voluit, mutata recurrunt,
 In dextram vertente Deo, solosque nocentes
 Vis odii perimens meditata in vulnera ducit,
 Et partos fratri laqueos incurere cogit.

Egressi interea tepido de rege ministri
 Compellunt celare fugam, coguntque volentes,
 Præcipitant alacres, et festinantibus instant,
 Pellendasque putant pulsa cum gente ruinas.
 Jam prope centenum compleverat advena lustrum
 In regnis, Ægypte, tuis, ex tempore quondam
 Quo priscus patriarcha Jacob perduxerat illuc

D Bis seua cum prole domum, carosque nepotes,
 Quo per fecundum creverunt millia patrem.
 Procedit tandem populus, moxque agmine juncto
 Dram linquit humum tenebris ac luctibus orbam.
 Nam vicina dies nondum produxerat ortus:
 Hæc nox festa Deo redeuntibus annua sacris
 Hæc gentis solemnis erit, quæ solvitur hoste.
 Primo conspicuus fulgebât in ordine ductor
 Legifer, adjuncto præcedens agmina fratre.
 Post quos belligeræ disponunt armæ cohortes,
 Ducunt et validas instructo robore turmas.
 Arma ferunt humeris, enses per singula lævo
 Dependunt lateri, presso tum vertice cassis
 Fulget, et albenti certat lux fe rea lunæ.

Nituntur jaculis alii, clypeosque sinistris
 Volvunt, et rapido meditantur bella rotatu.
 Gaudet pars etiam pharetris, volucresque sagittas
 Hostis in occursum mittendis moribus aptat.
 Aut si forte virum fugientia terga sequatur,
 Ut pennata leves transmittant spicula ventos.

Incedit pavidum postrema per agmina vulgus,
 Non impar numero, cœlum cum pingitur astris,
 Æstuat aut motus pelagi crispantibus undis,
 Littore vel quantas convertit fluctus arenas,
 Vel quantis stillant humentia nubila guttis.
 Mirantur Pharii satrapæ, nec credere tantum
 Se potuisse vident : placet ejecisse tot hostes.
 Sed non hac acie duri salvabere ferri.

Quamlibet innumeris peditum st' pere catervis,
 Unus pugnabit cunctis pro millibus auctor.
 At populus lento moderatus tramite gressum
 Arreptum carpebat iter, præcedere tantum
 Aggressis ducibus, quantum vel tarda senectus
 Vel rudibus reptans infantia sustinet annis,
 Ne præmaturis fragilem contristet eundo
 Ætatem sexumque labor. Sic cuncta supernus
 Di-pensat nutus, plebique assistit ovanti.

Ergo ubi signatis sederunt millia castris,
 Armatusque pedes vulgus vallavit inerte,
 Vespere tum primo stanti assimulata columna
 Insistens puro resplenduit æthere flamma :
 Non tamen ut noto dirum micat ignis in axe,
 Proditæ cum terris cœli portenta minantur,
 Seu morbis tristem, bellisque aut cladibus annum ;
 Sed radiis fulgens, et lumine candida læto,
 Ostendit nitidum castris mirantibus ignem.
 Diffugiunt tenebræ, vicinaque sidera cedunt.
 Obstupuere viri primum, perterruit omnes,
 Incussibus metum novitas, tum luminis usus
 Paulatim cœleste jubar commendat amori.

Maxima nocturnas jam pars exegerat horas,
 Et volvenda dies instabat sorte propinqua ;
 Cunctorum ante oculos per cœlum visa moveri,
 Arripuitque viam populo spectante columna.
 Protinus hanc patres sancti sensere sequendam,
 Esse duemque ducum ; læti mox præsule tanta
 Abrupere moras, castris excedere certant.
 Tunc ut quæque tribus primum sortita laborein
 Ordine carpit iter, sequitur tum cætera pubes.

Ilæc inter clarum sediens lux pandit olympum,
 Flamma pallescit conspecto sole columna.
 Vertitur in nubem totus qui fulserat ignis,
 Sed specie perstat tensæ super æthera formæ.
 Tertia nocturnos deterserat hora liquores,
 Et matutinas scandens sol vicerat umbras :
 Ecce novum dictu, cœlo servata sereno
 Frigida ferventi jussa est opponere nubes
 Se radio, densumque parat tenuissima tegmen.
 Sic circumjectis, teilus quis ardet coa,
 Æstibus ignorat genuinum turba calorem,
 Vesperis ut credas leni respargere flatu,
 Blanda vel humentes diffundere frigora ventos.
 Nec tamen hanc nubem tetro suffusa calore

A Forma dabat, nec concreto sic horrida vultu,
 Ut terrent validos cum promunt nubila nimbos ;
 Sed qualis madidus solem cum viderit arcus,
 Tanta fuit pulchræ species extenta columnæ.
 Noctibus ignis erat, lumenque accensa ferebat ;
 Cum sol torreret, gelidi dabat humida roris.
 Has alternantem ducens cum tempore sortem
 Mutavit natura vices, substantia discors
 Muneribus propriis concordem reddidit usum.
 Si mansit, mansere viri ; si mota, secuti.
 Si multis etiam visa est pendere diebus.
 Sublita defixo tardabant agmina vallo.

Ista quaterdenis pietas per rebuit annis,
 Dum vastos eremi curris, Judæa, recessus,
 Vincula pedum firmante via, dum tempore tanto

B Non attrita suum servarent tegmina pondus,
 Mollitieque nova prisca durantur amictus.
 Sic longæva foret, quod non damnosa vetustas.
 Dum sacrum populo victum candentia manna
 Ferrent, et cœli frugem terrena viderent.
 Per quam sublimis præliceret ante figura
 Edendum ex utero purum sine semine corpus.
 Quo caperet pascenda salus de sede superna
 Illabente Deo sanctis altaribus escas.
 Hoc signo summus percussa rupe sacerdos
 Protulit irriguis populis sitientibus haustus.
 .. Chrisum namque vides stabilem consistere petram,
 Percussus jaculo largas qui præbuit undas,
 • Porrexitque suis sacro de vulnere potum.

Hebræi interea læti ducente columna
C Per terras gressu, per cœlum visibus ibant.
 Ecce iterum Phariis insedit mentibus ira,
 Et populus sine more ferox his vocibus armat,
 Tandem postremos vicina morte furores :
 O nimium s' ultis i ludens mentibus error,
 Præstigæque satis nebulosa in fraude peractæ.
 Nonne pudet famulam nullo certamine gentem
 Sic impune rapi, quod nemine præsule tantus
 Deseruit vacuas discedens accola terras ?
 Rura vacant, cœptis desistunt oppida muris.
 Non solitum consurgit opus, nec cultor in agris
 Exercet validos attrito dente ligones.
 Turbidus exactus s' luit, nulloque tumultu
 Fervida consuetos repetunt suspensia census.
 Quin potius sumptis exercitus irruat armis,

D Imbellemque manum, profugosque reducat alumnos.
 Quos si servilis tantum succenderit ausus,
 Ut telis certare velint, mox occidat omnis
 Confusa cum plebe manus : ferventibus armis
 Permixtæ pereant confosso pectore matres,
 Uberibus junctos configant spicula natos.
 Prolem quisque suam cernens ante ora cadentem,
 Oblatis optet jugulis succurrere mortem.
 Orbatum nostros faciat libare dolores
 Ultima sors populum : sic vivens omnia perdat,
 Tum pereat ; densa campi sub strage jacentes
 Tristii committant inhumata cadavera cœlo.
 Inde ubi jam totos satia verit ense furores,
 Th sauros revocet fugientes Jextera victrix.

Talibus excitas acuebant flatibus iras,
Irridente Deo, solus qui despicit omnem
Conatum rigido meditantem vana timore,
Consiliumque ducum cassato dissipat actu.
Ergo bella rogant, fervens rapit arma juvenus,
Spumantes ducuntur equi, phalerisque potentes
Suspendunt alacres splendentia frena jugales.
Pugnax pompa nitet, subjectos curribus axes
Aurato temone trahunt; tum cætera pubes
Induitur calybe, aut fulvo circumdatur ære.
Illi loricarum vasto sub tegmine gaudent,
Intexit creber sibimet quas circulus hærens,
Atque catenosi crepitant per corpora panni.
Ast aliis tenai concurrans lumina ferro,
Qua se succiduas junctim scandente per oras
Flectitur, assuti crates compacta metalli
Horrentes habitus diversa fecerat arte.
Et tamen ardentum cuncta inter tela virorum
Terribilis plus forma fuit: quis namque furentes
Spectet, quos lætos vix possit cernere vultus?
Inclusæ galeis facies, et ferrea vestis
Cinxerat iratas armorum luce tenebras.
Progreditur collecta manus; rex ipse frementes
Curru cogit equos; telis tamen undique septus
Delituit, densam reddunt hastilia silvam.
Concutitur pulsata rotis et pondere tellus,
Angustavit humum latam stipata juvenus,
Conclussitque vias; quidquid virtutis habere
Ægyptus potuit, totum mors proxima ducit.

Junxerat interea, ponto qua Magdala instat,
Hebræus populus rubranti castra profundo,
Evasos credens securis mentibus hostes.
Dum resident, fixoque parant requiescere vallo,
Cernunt pulvereas in cælum surgere nubes.
Cunctatis primum mox agmina sæva patescunt,
Non tamen infensas patitur committere partes
Sole sub occiduo vicinus prælia vesper.
Distulit in lucem vallatus bella tyrannus,
Et fors ardentis nondum compesceret iras,
Nec servare furor potuisset fœdera nocti,
Anroramque velit motis præcedere signis,
Flammea ni retro subsistens forte columna
Objectu medio gentes discerneret ambas.
Contemplans rex ipse tamen mirabile lumen,
Sic ignem metuit, quod sensu fervidus ardet.
Paulatimque mori non profuit: itur ad unam
Quæ claudat cunctos pelago pendente ruinam.

Plebs trepidat conclusa loco, finemque sequenti
Expectat pavefacta die, non tela, nec ulla
Bellorum molita vices, sed voce levata
Vatibus insistens: O terque quaterque beati,
Ægyptus quos morte tulit, tellure vel ampla
Urnam defunctis suprema sorte paravit!
Digni qui tantos nequeant sentire dolores,
Nec stragem prolis, vel pignora capta videre.
Aliis nos esca dati, nec sede sepulcri
Condita deserto solventur corpora vasto.
Talia voce viri; respondit luctibus omne
Vulgus, et accenso per: ulat turba tumultu.

A Tum sancti cœpere duces promissa referre,
Solarique metum, fletusque abstergere dictis.
Quæsumus ingratos deponite mentes timores,
Experti multum nec desperanda putetis
Quæ tantis spondent cœlestia munera signis.
Infidisne potest elabi eordibus unquam
Ægyptus tot cæsa malis, interque flagella
Succumbens quæ sensit humus, vos, cunctæque vestra
Afflicto regno salvos vixisse sub hoste?
Quid de transactis dicatur? Nempe videtis
Ut mediaticis curet tutela columnæ,
Ne quid ab adversa liceat nos fraude vereri.
Quin magis erectas firma spe tollite mentes.
Ultima namque dies defixa est crastina genti,
Quæ nunc bella crepans sumptis condidit in armis,
B Non sic pugna feret, nec telis tela feretis
Obvia, nec vestro vobis sudore triumphus
Hac vice proveniet; cœli pugnabitur ira,
Qua vobis placido peragentur prælia nutu.

Talibus intenti vates dejecta levabant
Corda virum, sancta sedantes voce timorem.
At pontum validus ferventi flamine ve:ntus
Urebat, tota consumens nocte profundum,
Contra naturam Genitor dum fulminat undas,
Ardet et afflatus percusso in gurgite fluctus.
Jam matutinum pervenerat horrida tempus
Vix acies, primosque nitens aurora rubores
Spargebat mundo, tetris dum protinus omnes
Erumpunt castris, fremit undique mota juvenus.

At pavida plebis postquam pervenit ad aures,
C Clangentisque tubæ percussit pectora terror,
Arripiunt carpuntque viam, qua proxima ponti
Littora sollicitant rubro insignita liquore.

Ut summas pelagi populus pervenit ad oras,
Cessit confestim ducti reverentia fluctus,
Expanditque viam, cui terram clauserat hostis.
Machina, pendenti struxit quam scena liquoris,
Frenatas celso suspenderat aere lymphas.
Aggreditur medium fugiens, vincensque sequentes
Gens electa Dei, figens vestigia terris
In regione maris, calcantur saxa profundi,
Conterit et nudum percurrens orbita limum.
Torridus aspectum scissis sol inserit undis,
Ignotamque novo contigit lumine terram;
Longior et radius spatium descendere tantum

D Certavit, fessumque jubar vix intulit imis.

Credidit exclusos primum, fluctuque repulsos
Inque fugam versos Phærius dare terga tyrannus.
Præcipitare moras tali jubet agmina verbo:
Ecce iterum fugitiva cohors pendencia bella
Deserit, auxilioque pedum confisa recedit;
Vos, armis premite, et clausis insistite tantum;
Cætera pontus aget. Vix hæc perdixerat, illi
Prosiliunt, cursuque ruunt attingere litus.
Ut venere, vident aëntis vasa profundi
Insolitam præbere viam, pansoque recessu
Ceum trepidas fugisse piis calcantibus undas.
Hos quoque per siccum tutos descendere callem
Securos pelagi, atque sui; non arma, nec ipsam

Formidare satis patientem vincula pontum.
 Substitit ad modicum restrictis motibus agmen,
 Frenaque suspensos tenuerunt ducta jugales.
 Atque aliquis, cui vel tenuem mutata calorem
 Tunc scintilla dabat cordi, sic forte locutus:
 Quis Deus a prisco detorquet cardine mundum
 Lege nova, mutatque vices, et condita turbat?
 Nam si servatur rebus natura creatis,
 Monstriferæ quæ causa viæ? quid denique restat,
 Si mare transitur gressu, nisi navibus arva
 Sulcentur, cælumque se decurrat ab axe,
 In superos inferna levent, plaga fervida cœi
 Algeat, afflatam succendat scorpius ursam?
 Hæc nisi confusus rerum subverterit ordo,
 Non duce me quisquam sævum descenderit æquor,
 Sit suspecta mihi qua semita dirigit hostem.
 Nam si bella velit librans æqualia numen,
 Obice servata fugitivum clauserat agmen.
 Nunc abeant, tantumque vagos sua monstra sequantur.
 Nec satis amplector, sicum circumvenit alte
 Quod pelagus, nudo celans discrimina fundo.
 Excipit hæc ardens cum seditio tumultus,
 Instantisque latens urget sententia lethi.

Vicerat æquoream iedibus plebs incluta vallem,
 Gurgitis et vacui convexa volumina linquens,
 Post barathrum superas scandebat littore terras.
 Effertur nigri dux agminis, et Pharaonem
 Ira subit proprio vocitatum nomine Cenchrem.
 Arripiunt pariter re-erati concava ponti,
 Invaduntque viam. Quid non furor audeat amens?
 Illic equum tum pars agmen agit, pars inde citatis
 Ire jubet sinu is rapidas super arva quadrigas.
 Ut medium venit frendens equitatus in æquor,
 Accusatque moras tam lati gurgitis ardens
 Ira virum, tremis arctato pars altera mundo:
 Tum per sublimem s, leidenti nube columnam
 De cælo vox missa tonat, verbique superni
 Interpres, sanctum compellans nomine Mosem,
 Venit, ait, tempus mea quo mandata probentur;
 Ægypto jam finis erit, jam clade suprema
 Tot castigatam vicibus sententia mentem
 Puniet expugnans: ensis succede flagellis.
 Tu modo divinum virga jam percute fluctum,
 Atque reducta suos assumant æquora vultus.

Ille genu fixo siccati marginis oras,
 Et litus cui fluctus abest, mox jussus adesse
 Percutit, insgni credens mysteria ligno.
 Hinc subitus crepitare fragor, tonat undique circum
 Lympha ruens, primumque illic committitur unda,
 Qua monstrabat iter Phario sors ultima regi.
 Postquam clausa via est, fluctusque repellit enntem,
 Pœnitet intrati jam gurgitis, et fuga serum
 Molitur reditum: trepida dant terga cohortes,
 Armaque projiciunt; pontus fugientibus instat,

A Occurritque sequens; perit undi, ne circumjectus
 Decurrentis aquæ laxatis murus habenis.
 Ille ferus semper, jam mitis morte sub ipsa,
 Non hæc humanis cedit victoria bellis,
 Expugnamur, ait, cæloque evertitur hoste.
 Effuge quisque potes, victusque evade satelles,
 Nec jam tela Deo conatibusingere cassis.
 O si compunctas humana superbia mentes
 Ante obitum mutare velit! Quid denique prodest
 Tunc finem posuisse malis, cum terminus urget,
 Presentis vitæ spatium cum cæditur ævo?
 C. nstearis, ait, sanus, scriptura, valensque,
 Si tunc peccatum quisquam dimittere vovit
 Cum peccare nequit, luxu dimittitur ipse.

B Ergo exaltatis pendens sustollitur undis
 Mox mergenda phalanx: lympharum monte levata,
 Pondere telorum premitur, fundoque tenaci
 Indutum revehunt morientia corpora ferrum.
 Pars exarmatis cum primum libera membris
 Implicuit nantes miseris complexibus artus,
 Auxilio decepta perit, pariterque enentes
 Æterno sub fasce ruunt, nexique necantur.
 Ast alii, lassata diu dum brachia jactant,
 Incurrunt enses, jaculisque natantibus hærent,
 Concolor et rubro miscetur sanguine pontus.

Quin et conspicuus princeps Memphitidis autæ,
 Candentes ducens nigro rectore jugales,
 Inspector cladis propriæ, gentisque superstes
 Ultimus ingressis per currum naufragat undis.
 Bella vacant pugnante salo, vincitque quietus
C Israel solo peragens certamina visu.

Tum vallis completa perit, fluctuque reverso
 Ducitur extantum planati gurgitis æquor.
 Littore jactantur tum tetra cadavera toto,
 Exposnitque suum pelagus super arva triumphum.

Inelytus egregium solemnique carmine ductor
 Describit factum, toto quod psallitur orbe,
 Cum purgata sacris deletur culpa fluentis,
 Emittitque novam parientis lympha lavacri
 Prolem, post veteres quos edidit Eva reatus.
 De qua sermonem præmisso carmine sumpsit,
 Luctificos replicat tenuis dum pagina lapsus.
 Si quid triste fuit, dictum est quod paupere versu,
 Terserit hoc sacri memorabilis unda triumphi,
 Gaudia quo resonant, crimen quo tollitur omne

D Per lavacrum, vivitque novus pereunte veterno:
 Quo bona consurgunt, quo noxia facta necantur,
 Israel verus sacris quo tingitur undi,
 Consona quo resonat persultans turba tropæum,
 Quo præcurrentis complentur dona figuræ,
 Quæ pius explicuit per quinque volumina vates,
 Nosque tubam stipula sequimur, numerumque te-
 [nentes
 Penimus hoc tenui cymbæ nunc littore portum.

PRÆFATIO IN LIBRUM SEQUENTEM.

Domino sancto, beatissimo et piissimo germano,
 Apollinari episcopo, Avitus frater.

Post consummationem libellorum quos non sicut vo-

luerat edidit dispositio mea, sed tua sodaliumque quo-
 rumdam pia festinatio, affectuosa quidem, sed incon-
 sulta præripuit; cogis insuper tibi specialius dari versus

illos quos ad venerabilem Fuscina sororem nostram A de consolatoria castitatis Laude conscripsi. Quos tunc cum ego post denuntiatum poematis finem, epigramma rectius dicerem, tu primum libri nomine vocitasti, hoc scilicet vocabulum prolixitati ejus asserens convenire. Quapropter habe me etiam in hac parte famulantem judicio, imo potius affectui tuo; quoniam profecto iniquum est, ut cui parvi in majoribus, in exiguis contradicam. Meminerit autem pietas tua, hunc ipsum quia sic vocas libellum, vel de religione parentum communium, vel de virginibus nostræ familiæ familiariter disputantem, illis tantummodo legendum dare, quos revera nobis, aut vinculum propinquitatis, aut propositum religionis adnectit. Potes enim ex materiæ qualitate

metiri, quod de germanæ sanctimonialis affectu secreta meditatione compositum, vix vel tibi crebra victus jussione confiteor, quando aut qualiter venire in extraneorum manus velim: sane a faciendis versibus pedibusque jungendis pedem de cætero relaturus, nisi forte evidentis causæ ratio extorserit olicujus epigrammatis necessitatem; cujus tantam exiguitatem fore polliceor, ut ei aliud nomen assumere nec ipse præsumas. Decet enim dudum professionem, nunc etiam ætatem nostram, si quid scriptitandum est, graviori potius stylo operam ac tempus insumere, nec in eo immorari quod paucis intelligentibus mensuram syllabarum servando canat, sed quod legentibus multis mensurata fidei astruptione deserviat.

LIBER SEXTUS.

DE CONSOLATORIA LAUDE CASTITATIS, AD FUSCINAM SOROREM DEO VIRGINEM SACRATAM.

Suscipe, complectens, Christo dignissima virgo,
Alcimus ista tibi quæ mittit munera frater,
loque levi calamo causarum respice pondus,
Et tenuis fortem commendat cantus anorem.
Nam quoties sanctum compleverit ordine cursum,
Alternos recinens dulci modulamine psalmos
Quos vivens in corde chelys, virtute canora,
Interiore sono castis concentibus aptat:
Tum licet excusso libeat tibi ludere versu,
Atque fatigatam meditando absolvere mentem.
Non hic fallaci tingetur barbitos unda,
Pegasus unde leves prævertens motibus auras
Fingitur assumpto pendens hinnisse volatu,
Dum ferretur equi gravis ungula præpete penna.
Sed nec Pierio ducent hic cantica ludo,
Quas sibi ter ternas mentitur fama sorores.
Dat tibi germanum, sed verax musica plectrum,
Et Christum resonans claudetur fistula Phæbo.
Edidit ut quartam genitrix Audentia prolem,
Teque dedit generi partu secunda supremo;
Confestim parcam promittit ducere vitam.
Ac deinceps paribus castum servare cubile
Constituit votis carorum cura parentum.
Et quia principium tam sancti fœderis esses,
Tu simul offeris Christo, qui protinus ipsis
Accipit in unis lactentia membra dicatis.
Sic quondam, cum prima novo splenderet ortu
Terra nitens, pulchrasque darent sua semina fruges,
Viventem ducens ad sancta altaria fetum,
Innocuis sonuisse Deo balatibus agnum,
In-inoante fide justus cognoverat Abel,
Et capite oblato placuit grex totus ab uno.
Ergo ubi vitalis fovit te lympha lavaeri,
Jamque suum peperit cœlestis gratia pignus,
Non tibi gemmato posuere monilia collo,
Nec te contexit, neto quæ fulgurat auro,
Vestis ductilibus concludens fila talentis.
Nec te Sidonem bis cocti muricis os:rum
Induit, aut rutilo perlucens purpura fuce,
Mollia vel tactu quæ mittunt vellera Seres.
Nec tibi transfossis fixerunt auribus aurum,

B Quo dependentes ornarent vulnèra baccæ,
Et pretiosa quidem mala sed saxa gravarent.
Latius hæc vero sanctus describit Esaias,
Ornatusque refert varios qui membra venustant,
Quæ mox pascendis præbebunt vermium escam,
Et forsàn dum vita manet, percurrere verbis
Morborum tot sæva potest discrimina nemo,
Ante obitum cuncti quæ formidare docemur.
Singula vel totis obnoxia mortibus esse,
Omnia dum proprio solvantur corpora line,
Atque unus præstet reliquos desistere casus.
Et quid quisque cupit periturum comere vultum,
Interior dum sordet homo, ac se crinine turpat?
Sed tibi cum geminum tetigerunt tempora lustrum
Mox stola sincero velat te candida cultu,
C Virginis os habitumque decens, et concipit omnem
Floribus imprimis jam mens matura pudorem.
Haud secus exsultans sterilis, post damna juventæ
Fecundata novum cum ferret femina fetum,
Vestem læta suo parvam texebat alumno,
Disceret ut Samuel jam tum pueresse sacerdos.
Sic te læta domus sanctis altaribus aptans,
Assueto docuit dignam concrecere templo,
Scribens in thalamos ac magni fœdera regis.
Et cupit electam speciem sibi jungere Christus,
Ornato vario ditat quam gratia pollens.
Hæc ubi respirans prævenit gaudia mater,
Ac tibi collatum parvo conspexit in ævo
Grande bonum, teneris dum virtus creditur annis,
Teque reparturiens melius quam corporis alvo,
D Spemque metumque inter, quanquam iam libera
[voto,
Fert tamen attonitas sic læta quod anxia curas,
Insinuans causam lacrynis, tum talia mandat:
Ortu quarta quidem, sacro sed munere prima,
Dulcis nata mihi, cœlo quam carne fideque
Bis genui, Christoque rudem de ventre dicavi,
Hactenus hoc nostrum fuerat, sed tempore ducto
Jam decet esse tuum; nam quod servabere, virgo,
A me principium, tibi pervenit; omnia posse
Incipies, cum velle subest: vestigia fervent,

Per que sectato conscendas tramite cœlum;
 Nec desunt exempla domi. Nam respice quantas
 Virginibus florens jam nostrum stemina coronas
 Miserit in cœlum, sancto quas dogmate mater
 Severiana levans, et te conjungier opat.
 Nec multo senior, nunc gaudens Aspida, quondam
 Sacratum velata caput, tua mun' a sumpsit,
 Bissenos jungens sanctis altaribus annos.
 Quam licet hinc celeri tulerit sors ultima letho,
 Nil tamen est subitum semper migrare paratis.
 Aspice nunc columen, gemina quod virgine fulget,
 Eximiumque decus, cujus tu jure propinqua
 Fuscina Fuscina refers; nec segnius illam,
 Quæ pietate potens, a Graia si voce sonetur,
 Significat propriam sumpto de nomine mentem.
 Queis licet emeritum cedant sua sæcula culmen,
 Vitaque sublimi cunctis præpolleat arce;
 Has generosa tamen matres si corde sequaris,
 Gaudebunt vinci dum proficis, ac tibi summam
 Sponte dabunt palmam superanti vota magistræ.
 Hæc dicens teneros sancto exhortamine sensus
 Impulit, accendens ad virginitatis amorem.
 Sic mater fecunda utero, fecundior actu,
 Machabæa potens, et prolis funere felix,
 Orbari gaudens, animo vincente senectam,
 Edocet hortando sobolem non cedere mundo,
 Inflammatque pios ad fortia facta furoros.
 Quid tua nunc repetam, tenero quæ fortior ævo,
 Ante annos animumque gerens, responsa dedisti?
 Non hæc parva tuam suscepit pagina laudem.
 Exitus impleto veniet cum tempore victor,
 Laus melius canitur, cum jam clamante triumpho,
 Consummata tuis reddentur præmia factis.
 Nunc decet attonitos cauta te voce monere,
 Sollicitas tecum partiri ac volvere curas,
 Atque juvare tuos hortantia dicta labores,
 Dum pugnat varius per crebra pericula casus,
 Lubrica dum fragili currit sub tramite vita,
 Dum tua calcatus eaptat vestigia serpens,
 Ascendens dextro quem conerat aggere planta.
 Nil non intentum præsentia sæcula ducunt,
 Nec securâ datur requies in carne caduca.
 Vertuntur nam sæpe boni, perit obruta virtus,
 Partaque transactæ decedunt præmia laudis:
 Ac plerumque solet, subito succensa calore,
 Frigida quæ nuper fuerat, mens linquere mundum,
 Atque repentino restringere crimina freno.
 Sic alternantem commutant fata rotatum,
 Impus ut speret veniam, justusque timendo
 Proficiens, cumulum magnis virtutibus addat.
 Nam studium sancti laxet si forte laboris,
 Pigraque consuetas dissolvant otia curas,
 Labitur in præceps damnosæ gloria vitæ.
 Stare nequit meritum, si non acquirit eundo,
 Amittit redias; nitendum est viribus amplis,
 Ut satis angustum observent vestigia callem.
 Nam qui diffusam spatio laxante plateam

* Euphrosine.

A Mundanis ludens facili nunc aggere currit,
 Strictior hunc carcer crudeli sorte ligabit.

Tu modo da veniam, qui te exhortatur, amori,
 Currentemque monet, cum vix tamen ipse sequatur:
 Suadet veloci tardus compendia gressus.
 Namque ad doctrinam, canimus quam paupere versu,
 Tu melius jam docta venis, quæ junior ortu,
 Religionem prior, vivendi jura dicasti.
 Annorumque sequens, meritorum sorte superstas.
 Quod si consequimur, jam nostrum forte putetur;
 Quod sequimur, tamen hocce tuum est: conversio

[fratrum

Exemplo debenda pio, te respicit auctor,
 Primitiasque in te sacris de fructibus offert;
 Indicit sed sancta fides, ut corde propinquo

B Participata levet fraternum sarcina pondus.

Tu germana, piæ quæ ducis ab ubere fascem,
 Non carnis, sed legis habes cervicem fideli
 Subdita ferre jugum, nec vincla in conjugis ire:
 Mundanas odisse vias, percurrere mundas;
 Illinc nolle toros, hinc sponsum quærere Christum,
 Sic tædas tempuisse, pio quod amore calere,
 Pigra voluptati ferverescere corda labori,
 Ignorare virum, fetus tamen edere tales,
 Quos tristis nunquam possit tibi tollere casus.

Non orbata genes fecundæ pignora vitæ,
 Nec viduam sponso metues superesse perenni,
 Expers ipsa mali; nec te sententia tanget
 Qua prolis mortisque parens compellitur Eva,
 Occisam pariens sobolem vivente reatu.

C Quæ subjecta viro dominum passura cubilis,
 Servit in obsceno tolerans connubia lecto.

Sic captiva tori, cum portet nomen inane,
 Conjugis et vana dicatur imagine consors,
 Sola jugo premitur non æquam ducere sortem.
 Et cum longa decem tulerint fastidia menses,
 Perfectoque gravis fetu distenditur alvus,
 Semina quæ patris fuerant, hæc pondera matri
 Infigunt duos utero turgente dolores.
 Nam cum luctato solvuntur viscera partu,
 Una luit, tanto carnis discrimine pendens
 Quod coiere duo; spes palpat forte dolentem,
 Editus in lucem si vivat filius; atqui
 Contingit plerumque gemens ut mortua fundat.
 Sæpe etiam soboli nec mortis tempore natæ

D Dant geminum matris commortua membra sepul-
 [crum.

Illud jam levius quoties Interventit, ipsa
 Ut pereat tum sola parens, ac pondere fuso
 Emittat cum prole animam? Quid forte levatum
 Nutritumque diu rapitur si funere pignus,
 Unica quod crebro spes respicit, et perit omne
 Quod sibi conceptis spondebant gaudia votis?
 Omnibus his illud gravius, si forte carentem
 Cœlesti lavacro tenerum mors invida natum
 Præripiat dura generatum sorte gehennæ.
 Quique, genitricis cessat cum filius esse,

Perditionis erit; tristes tunc edita nolunt,
 Quæ flammis tantum genuerunt, membra parentes.
 Quis memorare queat tanti discrimina casus,
 In quæ pertrahitur dilectæ gloria carnis?
 At late longæque tuam discernere sortem
 Libertas cum lege potest qua neceris, ut te
 Impia fallentis non stringant vincula mundi.
 Tu Mariam sequeris, dono cui contigit alto
 Virginis et matris gemina gaudere corona,
 Conciperet cum carne Deum, cœlique Creator
 Intraret clausum reserans mysteria ventrem.
 A genitrice satus, sed quam formaverat ipse,
 Elegit nitidam de qua procederet alvum,
 Solus qui carnis proprium disponderet ortum,
 Præsciretque diem longe, tempusque videret
 Quo pariendus erat: præcessit membra voluntas.
 Ipse Deus Verbum, vestitum, viscere sumpto,
 Qui cum Patre jubet, materno in corpore servit,
 Suscipit et famulum Dominus, qui jusserat ævum.
 Tempora per patrem, per matrem semina nescit.
 Illa quidem fecunda fuit, quæ pondere casto
 Factorem portare suum, Dominumque perennem
 Edere promeruit; sed nec tibi gloria tanti
 Defuerit facti, Christum si credula corde
 Concipiens, operum parias pia germina cœlo.
 Si quis, ait, nostram compleverit ordine legem,
 Illic mihi semper erit frater, materque, sororque.
 Aspicias ut sexu careat cœlestis imago,
 Interior sortitus homo quam mente retentat?
 Præbuit exemplum surgens a morte redemptor
 Famineum maribus cum sic præponit honorem.
 Gustavit sumptam nostro pro crimine mortem,
 In crucis excelso pendens sine crimine Christus.
 Atque animam, vios quæ mox remearet in artus,
 Fixus adhuc sancto clavus efflaverat ore.
 Deseruit populi spectacula talia cœtus,
 Signaque ferre nequit, cœlum quæ triste minatur.
 Nam sol obductus, vultumque retortus ab orbe,
 Cesserat injustas nocturnis luctibus horas,
 Atque peregrinis aditum dedit ipse tenebris,
 Temporibus magno mutatis ordine rerum.
 Nox erat in superis, lucemque interna videbant
 Contremuit tellus, et nisu mœnia magno
 Concussis summo nutabant vertice cristis.
 Senserunt motum priscis descendere saxa
 Jussa locis, sonitusque novos collisa dederunt.
 Hos inter strepitus, cunctis fugientibus, illæ
 Decernunt, quanquam trepide, persistere matres,
 Pervigil ut sancto sic vivens cura sepulcro
 Serviat, et voto præsens persolvat honorem.
 Pinguia fragranti componunt illita succo,
 Quæ salvans salvum servarent lintea corpus.
 His amor expensis lugubria dona parabat,
 Supremum credens semet persolvere munus.
 Et cum sic breviter præveniret ista resurgens,
 Quod credebatur servandum poscere munus.
 Quo non indiguit, placatur munere Christus.
 Pro quo respondens confestim gratia, præstat
 Angelicos cernant humana ut lumina vultus.

A Splendida candebat cœlesti in corpore vestis,
 Et vultum rutilus resperserat undique fulgor,
 Matribus ut dignis verbum cœeste sonaret,
 Angelus alloquitur sancto quas taliter ore.
 Femineo sexu mentes transite viriles,
 Nec tripidate novo fortissima corda tumultu.
 Adversos hæc signa petunt, vos nulla timendi
 Causa manet, quas cura pii confirmat amoris.
 Quæritis, agnosco, pretiosa in sede sepulcri
 Solemni nuper tumulatum funere Jesum.
 Sed meminisse decet quid præscius ore fideli
 Dixit ante obitum, duplici non amplius ulla
 Servandum se nocte, et jam jam tertius hic est
 Qui complet promissa dies: patet ecce sepulcrum

B Deseruit vacuum victa quod morte resurgens.
 Taliter excelsus jusso sermone minister,
 Sparsurus mundo vitalis dona triumphi,
 Has primum gaudere dedit, luctuque levavit.
 Ibant impavidæ læto jam pectore matres,
 Credula conceptæ servantes corda saluti,
 Cum medium sese Christus gradientibus offert,
 Agnoscique jubet, blando et sermone salutis.
 Ite, ait, et nostris hæc jam mandata referre
 Discipulis, norint ut surrexisse magistrum.
 Illæ complexis defigunt oscula plantis,
 Atque ad discipulos alacri cum mente recurrunt,
 Doctoresque docent, et quæ spargenda per orbem
 Primum femineis instructi discere verbis,
 Agnoscunt animam potius quam vivere sexum.

C Communis virtus igitur, commune periculum
 Matribus atque viris; nulla est distantia cordis:
 Rectum velle subest, si gratia constat utrisque,
 Cui tamen attento desudet vita labore.
 Aut quid dona juvant hominem, si mente soluta
 Turpia collatum disperdant otia munus?
 Auxilium conatus amat: quis nanque vacantem
 Adjuvet, aut somno virtutem jungat inertem?
 Cœlestis rex ille, parans discedere terris,
 Argentum famulis, ut quis virtute valebat,
 Quinque minas primo, duplicem dat sorte secundo.
 Atque impar magnis suscepit tertius unam.
 Tunc sic discedens famulos simul instruit omnes.
 Nunc si quis vestrum devota mente fidelis

D Experiar fuerit, quæstu noscendus ab isto
 Qua quis sit virtute potens, qua præditus arte.
 Thesaurus geminate meos, usuque polite,
 Livida ne facies pulla rubigine tingat
 Accipitis nitidum pura quod fronte metallum.
 Si redeam, meritis addentur præmia justis
 Dixit, et abscessu cœlestia regna petivit.
 Incubere duo studii certamine vernæ.
 Fenerat ille citus partem splendentis acervi,
 Pauperibus largo dispensans plurima dono,
 Crescit et in cumulos quidquid confertur egenis.
 Exponens alter sacri mysteria verbi,
 Usuras sancto gaudet concreescere lucro,
 Et cupidus recti vitam dum prædicat addit.
 At solus minimo sumpsit qui pondere libram,
 Defossis acrobibus marsupia mersa locavit,

Degenerique fluens elegit vivere luxu.
 Sed iudex tandem finito tempore mundi
 Regreditur, cujusque moram despexerat, excors
 Contemnit servus reditum; tunc omnibus ille
 Ut doceant ratione jubet, quem tempore tanto
 Poscenti reddant operata negotia fructum.
 Argentum gemini geminata mole ministri
 Promunt, et læto referunt commercia vultu.
 Tertius ille piger drachmam tellure latentem
 Promit, quæ juncti sorbens contagia cœni
 Perdiderit proprios incluso lumine vultus.
 Illum terribili dominus tunc increpat ore :
 Tantane te nostri tenere obliviam segnem,
 Serve piger, reditusque mei sic cura refugit?
 Argentum, nitida quod purum lucē tulisti,
 En tetrum pressumque refers. Nam cognita quondam
 Delituit, nec respondens, ut sæpe solebat,
 Forma mihi, vultusque mei non paret imago
 Assignata tibi; sed si ferrentur ad usus,
 Altarisque mei tetigissent credita mensam,
 Cresceret inscriptus nostro de nomine nummus.
 Nunc igitur famuli vos totum ferte fideles,
 Addat ut utilibus sors ultima, tollat inertem.
 Improbus in paucis hic dignus non erit ullis :
 Quisque voluntatem noscens contemnit herilem,
 Cæditur hic multis, paucis qui nescius errat,
 Ergo age, succinctis ad fortia prælia lumbis
 Armata cum mente veni, nec femina bellum
 Formides quod mens peragit : nam gloria dudum
 Sexus ista tui nota est tibi sæpe legendo.
 Nec dubiam te nosse reor, cum Debora quondam
 Duceret instructas post fortia classica turmas,
 Et mulier sumpto præcederet agmina signo,
 Mirantes hortata viros, quos ipsa ducatu,
 Exemplo verboque monens accendit in hostem.
 Sed postquam ducens princeps animosa catervas
 Impulit accendens vegetata furoribus arma,
 Barbaricæ cecidere manus; dissolvitur omnis
 Hostilis virtus, et qua se femina monstrat,
 Palantes dant terga viri, latebramque petentes
 Si vivant, vicisse putant. Tunc maximus ipse,
 Forma gigantææ junxit quem corpore molis,
 Immensamque levans produxit verticis arcem,
 Rex Sisæra fugam, telorum fasce rejecto
 Incomitatus agit, metuens sublime notari
 Corpus, et excelsa fugitivum prodere massa.
 Sed postquam latuisse putans, tectoque receptus,
 Mollia perpetuo dimisit lumina somno,
 Hunc etiam sternit mulier, terraque jacenti
 Malleus infixio transfodit tempora clavo.
 Feminæ sic ille fuit per cuncta triumphus.
 At tu, virgo Dei, sanctis quam moribus ornant
 Hinc pudor, inde fides, internis fortior armis
 Bella geris, justis sævus quæ commovet hostis
 Spes tibi fida foret felix in vertice cassis,
 Contineat lumbos pretiosi zona pudoris,
 Justitiæ lorica tuos constringat amictus,
 Pro gladio verbum semper tueatur acutum.
 Has virtutis opes, hæc sic solatia belli

A Describens, mentis varias cum corpore pugnas
 Prudenti quondam cecinit Prudentius ore.
 Namque ibi bellatrix, et p'eno robore potius
 Virginitas armata venit; quam fœda libido
 Appetit, et easse vocat in certamina nisu.
 Sic bellatricem te sentiat armulus anguis,
 Cumque lacebat concedent prælia palmam,
 Læta feras summum calcato ex hoste tropæum.
 Nam quidquid sacræ divina volumina legis
 Eloquio sensuque docent, quod prædicat ipse
 Antiquus mundi replicans exordia vates,
 Sive ille historias texat, seu forte figuras,
 Quod diversa retro multorum tempora regum
 Post Ruth succidat gesserunt ordine magnum.
 Vel quos post reprobum Davidica regna Saulem
B Ter quinquageno scripserunt carmine psalmos.
 Pacificus quidquid latet inter sceptræ Salomon
 Obscurum sensu per clara proverbialia dixit :
 Quodque bis octoni post se videre prophetæ,
 Quod clausum Job mitis ait cum vulnere aperto.
 Esther quid memorem, et castæ mendacia Judith,
 Ornati cum fraude satraps accenditur oris,
 Cum meat illudens obscenum femina lectum,
 Desectoque seros compescit vertice visus?
 Quod melius cernens cæcato in corpore Tobi,
 Quæ secreta videns perscripsit conditor Esdras.
 Quidquid post priscam succedens gratia legem
 Intonat, atque Novi miracula Testamenti
 Hinc hominis clamat facies, vos inde leonis,
 Et pernix aquila, et fortis certamine taurus.
C Inde quater terni puris quod mentibus agni
 Egerunt toto spargentes semina mundo.
 Bis septena pii quod spargit epistola Pauli,
 Quod Petrus Jacobusque docent, quod Judas, et ipse
 Qui conspecta refert cœli secreta Joannes.
 Quin et veridici quæ plurima tractatores
 Exposuere suis mysteria digna libellis,
 Hæc tu cuncta tenens animo sitientem bibisti.
 Nec si quid sacrum nostri cecinere poetæ
 Te latet, agnostique legens, et condita servas,
 Atque aliena tuo commendas carmina cantu,
 Quid totum replicem? Tu sensibus utere doctis,
 Et quæ nota tibi, vel quæ percurta legendo,
 Ad virtutis opus studio converte virili.
D Nam nisi doctrinæ jungatur vita fidelis,
 Agnoscere gravius non observanda nocebit.
 Esuriit postquam Dominus, cum forte vianti
 Conspicitur diffusa levi ficulnea fronde,
 Nec jam maturum prædicta ex arbore fructum
 Carpere tempus erat, quam mox ut reperit ille
 Indutam tantum foliis, sed germine nudam,
 Prorsus inane virens ornatus inutilis horret;
 Percutitur subito radix afflata calore,
 Aruit et posito ramorum tegmine truncus.
 Instruimur tali legem cognoscere signo,
 Ne Christi famulo, solo sermone fatenti,
 Nomine confesso vivens operatio desit.
 Nam si Christicolos nosmet sanctosque putamus,
 Aggravat hoc etiam, ni dictum facta sequantur.

Sic et virginitas sacro devota pudori,
 Indiget adjunctis virtutibus; et nisi mentem
 Intactam servans casto cum corpore jungat,
 Succumbit vitii; nec castam dicere carnem
 Jure potest, animus quam sic corrumpit adulter.
 Ira, furor, mœror, livor, discordia, luxus,
 Lingua duplex, constricta manus, laxata voluptas,
 Mœchantur cum corde hominis, tum semine mortis
 Fetus mortis alunt. En quo perducitur omnis,
 Nomine virgineo quæ se dum jactitat, intus
 Criminibus gravidam nescit turgescere mentem.
 Ecce tibi e multis unum, quo cætera noscas,
 Exemplum. Dominus plebem cum forte doceret
 Pervigili cura supremum noscere tempus,
 Exspectare diem quo iudex imminet orbi,
 Virginitus sancto signatus chrismate confert,
 Hasque decem nobis documentis in vertice monstrat,
 Quarum quinque tamen sapientia dives adornat,
 Ast aliis stolidum lentavit inertia sensum.
 Sopitas priter requies complectitur una,
 Atque obitum signans depressit lumina somnus.
 Transierat medium vix forte quietis, et illud
 Tempus erat noctis, quo Christus carne recepta.
 Fregerat obstructas, perrupto cardine lethi,
 Jam portas, inferne, tuas, spretoque sepulcro
 Devictis læta remeabat luce tenebris.
 Perstrepuit subitus rumpitque silentia clamor,
 Tandem sponsus adest, nocturnus corpore torpor
 Abscedat, sapidiæ raptim prope ratæ puellæ.
 Protinus exsiliunt omnes, stratisque relictis,
 Aptavere suas quesito lumine flammæ.
 Tunc sed quinque, quibus cordi solertia major,
 Quamvis festinant, oleum tamen addere sumptis
 Sollicitudo fuit vasis, pinguique liquore
 Ignibus armatis squalentem rumpere noctem.
 At quæ neglectum liquit pars altera succum,
 Sumens flammigeras nequicquam sustulit bastas.
 Emirat exiguus commoti luminis ignis,
 Sed virtute carens languentem lampada fervor
 Deserit, et siccam percurrit flamma papyrum,
 Atque inter picæi nebulosa volumina fumi
 Vanescunt pigra crescentes mole favillæ.
 Ut sese indignas tali videre paratu,
 Occurrant sponso quæ cominus advenienti,
 Tarda movet lentis pudibundum cura laborem.
 Quæ prece submissa stultis tum vocibus orant,
 Ut porrecta manus torpentes suscitaret ignes,
 Dividat et proprium sapientiæ pinguis olivum.
 Respondent pariter tali sermone sorores:
 Est miseranda quidem vestrorum causa malorum,
 Sed tamen hic oleam non plus quam sufficit affert
 Unusquisque sibi, constat quia copia vasis,
 Et perfecta suum servat mensura liquorem.
 Nec fas quesitum partiri aut perdere succum,
 Ne dispersa cavis desint fomenta lucernis,
 Cumque lucrum vobis dispendia nostra parabunt,
 Tota simul fessis torpescant lumina flammis.
 Talibus abjectæ dictis, tristisque repulsa,
 Perlustrat quocunque loci commercia fervent,

A Vena'esque manus; sed dum disceditur, ecce
 Introiit sponsus thalamum, induxitque paratas,
 Atque vagas linquens exclusit porta sorores.
 Cernis virginei pereat quod nomen honoris,
 Ni fertur sanctus thalamis cœlestibus ignis.
 Felix illa manus, largis quæ provida donis
 Accensum pura fovit pinguedine lumen.
 Tantum namque olei vasis diffunditur amplis,
 Quantum poscenti miserans porrexit egeno.
 Hinc Dominus palmis ardentem ferre lucernas
 Admonet: hoc opus est, hæc claræ gloria vitæ.
 Suppetat ergo tibi pietas, patientia, virtus,
 Sed virtus animi; fragiles nam carne puellas
 Pretulit interdum cœlo constantia mentis.
 Eugeniam dudum toto celeberrima mundo
B Fama fuit, dum dat Christi pro nomine vitam.
 Ante tamen mulier fortes processit in actus,
 Cum stipante choro sanctorum fleret abbas,
 Atque patrem complens celaret tegmine matrem.
 Sed postquam sancto cunctis perclaruit ore,
 Et meritis annisque graves, longaque verendos
 Religionis senes juvenili rexit in ævo;
 Impatiens recti, toto qui tempore serpens
 Mille nocendi artes, stimulisque inflamat amoris
 Quo famam violare cupit, dedit inde coronam.
 Commovet insano qui fingat amore puellæ
 Accendi Eugeniam, motuque ardere virili.
 Turba senum turbata coit, quod crimine tanto
 Tam rigidam nuper coisset solvere vitam
C Mens dejecta viri, viduatæque præsule summo
 Nil non posse dolet titubans perfectio carnem.
 Ducitur iste foro juvenis, sævumque tribunal
 Intrat adhuc monachus; vincit concordia fraudis,
 Et jam jamque reum secreti ignara tenebat
 Publica vis, odio tantum flammata sinistro.
 Conscia tum sexus proprii, cordisque pudici,
 Vincitur ut vincat jam prodens femina fraudem,
 Quamvis exterius carnem compulsæ fateri,
 Interiore tamen servato permanet heros
 Semper tuta fuit casti custodia voti,
 Quamlibet impugnet miseri fraus callida mundi,
 Extendatque dolis laqueos, mendacia nectat,
 Non venit ad pronam mens culpæ ignara ruinam.
 Quosque fremens hostis fallaci tribulat astu,
 Purgandos sancto patientia discutit igni.
D Vendiderat quondam juvenem manus æmula fratrum,
 Et famulum Joseph tellus Memphis habebat;
 Pertulit ille quidem dominum, cum crimine falso
 Confictus voluisse nefas, quod triste refugit,
 Sustinuit tolerans ergastula, vincla, catenas,
 Dum spatium replicans geminos sol junxerat annos.
 Oblivus jam lucis erat, jam crine luxuri
 Nutritus macie tangebat terga capillus.
 Sed vegetante Deo mens nullis clausa tenebris
 Prævidet arcanum quidquid post exitus implet.
 Denique producto certatim gloria fertur,
 Non tantum venia; et precibus tunc ipse rogatus,
 Ut diadema libens captivos in vertice sumat,
 Exsiliū regno commutat, principe servum.

Præmia servati cordis sic percipit iste.

Susannam post hunc dignis quis laudibus unquam
 Excolat, infirmis quondam quæ vicit in annis
 Improbata vota senum, conjuratosque furores?
 Primum disjuncto quos cepit causa viritum
 Consilio, solusque sibi promisit uterque
 Spem culpæ, sed turpe calens in cordibus ignis
 Conflavit mentem sceleris fornace duorum.
 Conveniunt, nam forte die sic contigit una,
 Abscessu ficto diversa ut parte redirent.
 Inque nemus venere simul, vulgata vicissim
 Panditur alterno flagrans in corde voluptas.
 Illic incautam fallentes fraude puellam
 Appetiere simul; poscunt consentiat ante
 Deducoris tantum moveat quam fama rebelli,
 Moxque retorquendum facinus, ni cedat, in ipsam
 Confessi ardorem pariter mendacia produunt
 Disposita, et laqueos pandunt, quos neclere vel-

[lent.

Anceps illa diu secum luctatur, et hærens
 Fluctuat incertæ quo vergant pondera mentis:
 Lex peccare vetat, rursusque infamia terret
 Illic iterum duos precibus mollire furores
 Tentat, et obscenas lacrymis restinguere flammæ.
 Sed postquam nullis precibus monitisque remotos
 Obstrictosque senes vicit cognata libido,
 Femina præclaro mentem succensa pudore
 Decrevit tunc casta mori, ne crimine tanto
 Ambirent miseram carnis commercia vitam
 Cælum tes:e vocat, famamque recusat inanem
 Judicio contenta suo: cum conscia corda
 Commendat superæ fidei, servatque futuris.
 Maluit ille tamen secreti inspector apertum
 Examen præstare loco, facinusque reclusum
 Pandere, et objectas laqueis producere fraudes.
 Spectabat vanis commotam fletibus urbem
 Junior ille puer, pueris tribus ipse futurus
 Post comes, undanti quos jecit Parthica flammæ
 Contempto imperio flammis ferventior ira.
 Arsit contracto pariter crescente calore
 Illic furor, inde fides, sanctis dum mollior ignis
 Servivit, et tepido conclusit pruna rubore;
 Donec miratus cessare incendia satrapæ
 Jus-it, et astantes flammæ copia cinxit.
 Nos meritis æquans Danielis proxima virtus
 Horrida frendentum compescuit ora leonum,
 Dum prius accensis stimulis famis atque furoris,
 Frenatoque simul sternentes corpora rictu,
 Incolumem lambunt inter jejunia pastum,
 Cum sumat tamen iste cibos, quos vertice pen-

[dens

Angelica librante manu per inane citatus,
 Subjectas calcans immotis gressibus auras,
 Intulit illatus fascis cum fasce propheta.
 Exceptit Daniel transmissas desuper escas.
 Fercula longinquis migrant ferventia terris,
 Asservantque suos peregrina in sede saporos.
 Ille ergo impubes Susannam forte yidebat
 In tormenta rapi, veri quam nescius ante

A Vulgus inauditam damnaverat, et simul omnes
 Insonantis sontem certabant cernere mortem;
 Cum subito in medium juvenis se proripit agmen,
 Accensum tenera castigans voce tumultum,
 Cur tanto ex cœtu nullus rem judicat, ac se
 Liber ad injustum clamat non currere lethum?
 Protipus ad verbum pueri permota repressit
 Turba sequax animos; judex decernitur ipse,
 Consultorque senum, per quem via vera patescat.
 Consulit avulsos quisnam sit criminis ordo,
 Sed dum discordans responsum præbet uterque,
 Coniunctum facinus disjuncta voce fatentur.
 Tunc omnes pariter timor accipit: undique cla-

[mor

Tollitur, auctores sceleris plebs obruit omnis,
B Laudaturque Deus, qui nunquam vota bonorum
 Deserit, auxiliumque suum pro tempore monstrat.
 Et tamen his prior est quæ virginitate pudica
 Intactum præfert ad vota perennia corpus.
 Nam si terrena nubentem lege puellam
 Asservasse toros, atque unum nosse cubile,
 Mortali tantum laudatur judice cœtu,
 Conjice virgineis quantum disponitur illic
 Quo Christus vocat hinc meritis, ubi sede superna
 Humanum in partes dirimet genus arbiter orbis.
 Agnos dextra levans, lævos contemnet ut hædos,
 Stabant angelici mirantes facta bonorum
 Laudantesque chori: cunctis commune patebit
 Decursæ carnis meritum; fraus nulla tenebris
 Abdere, vel notas poterit subducere culpas.

C Illic nota tibi subsistens vita petatur,
 Quo justus ditat dispensans præmia iudex.
 Quondam succinte quod dictum est ore magistri,
 Dum viget officio famulans solertia Marthæ,
 Attentamque tenet verbi virtute sororem,
 Cura cibo melior, pastu quædigna perenni.
 Tunc vacuas Domino depromens Martha querelas,
 O doctor, non cernis, ait, quod sola paratu
 Vexor, et hæc nullum confert germana levamen?
 Cui Christus sic forte refert: Sunt plurima quæ te
 Obstrictam retinent, melior sed causa quietis,
 Lectaque nec poterit Mariæ pars optima tolli.

Sic, germana, suis dum flagrant sæcula curis,
 Electam servare tibi non desine partem.

Te meruit primam cognatio tota patronam,
D Jam te signiferam sequimur, vexillaque Christi
 Te portante libens sectatur stemma parentum;
 Quos licet antiquo mundus donasset honore,
 Et titulis monstret generoso semper ab ortu;
 Plus tamen ornavit divinum insigne gerentes,
 Ordine quod proprio sanctas meruere cathedras.
 Non atavos jam nunc tibimet proavosque retexam,
 Vita sacerdotis quos reddidit inclyta dignos:
 Pontificem sacris assumptum respice patrem.
 Cumque tibi genitor vel avunculus undique magni
 Post fasces placeant populorum sumere fascem,
 Suscipe quos humiles patrum ad consortia fratre
 Officio similes nectens Ecclesia junxit.
 Pro quibus assiduas Christo persolvere grates,

Fundere vel fletus non tædeat; ut tibi nullus
Fratrum de numero desit, cum præmia sumes

* Labbeus in Nova Bibliotheca mss. librorum, edit. Paris. 1653, pag. 226, ex ms. codice Naudeano tres sequentes versus descripsit, qui in omnibus editis desiderantur :

A Factis digna tuis, materque effecta parentum
Virginæ victrix sociabere læta coronæ .

Alchimus hæc lubrico texti quæ carmina versu
Binis jam brevibus sex senu volumina pennis
Conscripsi, en celeris deno sub lumine solis.

GALLANDII ADNOTATIO

DE ALIIS AVITI POEMATIS EJUSDEM ARGUMENTI, NON EDITIS.

Præter hos quinque libros, et sextum, qui attexi solet ad Fusciam sororem, carmen hæctenus Aviti nullum prodiit; nec plura his olim Gregorio Turonensi et Isidoro cognita fuisse Aviti poemata constat. Sed alia tamen non pauca diversis de rebus ab eo versibus scripta docet epistola ad Apollinarem fratrem. De quibus sermo nobis hoc loco non est; sed de iis tantum libris qui Mosaicam historiam continuantes, Exodum, et reliquas Heptateuchi partes persequuntur, atque Alcimi Aviti nomine in nonnullis bibliothecis reperiuntur. Quos ego ut ad Avitum pertinere non abnuerim, adeo tamen rudes passim et impolitos, ac mendis scatentes in tribus quæ vidi exemplaribus animadverti, ut religionis sit, opus quod auctor ipse, ni fallor, hoc habitu premi mallet, in lucem evulgare. Singulorum autem librorum initia, si cui animus est cognoscere, ex subjecto indice deprehendet.

(a) ALCIMI AVITI METRUM IN EXODUM.

Versus continet 1327.

Interea varios agitant dum tempora cursus,
Et nova succiduos surgit de germine proles.

IN LEVITICUM.

Versus continet 508.

Postquam conspicuo longinqua in devia templo

(a) Pauca hæc Aviti quæ sequuntur, post Sirmundum ab aliis edita, desiderari nolumus, ut Avitus qua licet integer hic exstaret. Epistolam quoque Symmachii papæ ad Avitum adjicere visum est, nec

Extrema est imposita manus, mox cura sacrorum
Vatibus incubuit.

IN NUMEROS.

Versus continet 689.

Verterat interea solitis se cursibus annos
Mensibus explicitis sua per vestigia currens.

IN DEUTERONOMIUM.

Versus continet 287.

Hæctenus informis eremi vexatus arenis
Jordanem ad fluvium populus promovet arma.

IN LIBRUM JESU NAVE.

Versus continet 432.

Hæc in'er Dominus Jesum dignatus adire
Pronittit validis sublimem confiore donis
Admonitum transire vadum Jordanis amœni.

IN LIBRUM JUDICUM.

Versus continet 693.

Postquam conspicuo Jesus decesserat actu,
Ruddideratque Deus famulum post bella quieti,
Confestim Judæa tumens sibi poscere regem
Incipit, et Dominum quæ sit sententia poscit.

C non episcoporum coram rege Gundebaldo collationem, in qua primas partes habet Avitus, imo catholicorum antistitum ipse unus sermonem habet.

AD SIRMUNDIANAM AVITI EDITIONEM AUCTIONARIUM.

S. AVITI VIENNENSIS EPISTOLÆ QUATUOR.

(Primum a Joanne Ferrando presbytero societatis Jesu anno 1661 ex veteri codice ms. clariss. viri Petri Marnæi senatoris Gratianopolitani, rursus a viro clariss. Stephano Baluzio ex eodem codice ms. emendatioribus editis anno 1678 in libro primo Miscellaneorum.)

* EPISTOLA PRIMA.

AD GUNDOBARDUM REGEM BURGUNDIONUM.

Avitus episcopus domno regi.

Quæstio quam pietas vestra disserendam proposuit, tota prorsus ad interiorem figuram spiritali consideratione referenda est. Neque enim illud centuplicato fenore promittitur reformandum, quod unusquisque animo miserendi alimonix pauperum pia professione contulerit; quia et in hac ipsa elemosynaria largitate, in qua operantis sensus potius quam census aspicitur, non est doni quantitas pensanda, sed stu-

* Hanc epistolam antea evulgaverat Baluzius in Appendice actorum veterum ad Agobardum, tom. II, pag. 156.

D dii. Quo factum est per evangelicam lectionem, ut infinitis auri argenteique donariis paupertina nummi duplicis præferatur oblatio. Quæ si utique viduæ donatrici ad mensuram centupli redderetur, sine dubio cunctis minus reciperet quæ minus omnibus intulisset. Unde et sanctus Petrus cum dixisset: *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te (Matth. xix, 27)*, qui certe, sicut lectio docet, nihil aliud quam retia reliquerat quibus tenuem victum piscandi artificio transigebat, responsum illi est: *Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem*

Appendice actorum veterum ad Agobardum, tom. II,

aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, aut centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. Namque cum in Scripturis sanctis centenarius numerus omni perfectione sacratus sit, discernite quod reddantur in centuplum, non quæ tribuuntur Christi nomine, sed quæ pro Christi nomine relinquuntur: quia licet magna salutaris prosit merces eleemosynæ, incomparabiliter tamen majus est omnia dimittere, quam plurima dispensare. Quocirca desinat gloria vestra de solo istud martyrio prædicari, cuius coronæ nulum penitus meritum humani operis exæquatur. Iste est centesimus fructus qui in futuro quidem vitam æternam expectat, sed in præsentī quoque sæculo illatas martyribus contumelias mirificato honore compensat. Unde et alio Evangelii loco dominicus sermo testatur quod ad centenariam frugem cadens in terram bonam nutritæ sementis germen exierit. Parentes ergo, uxorem, vel filios, sive fratres pro Christi tantum consecrat nomine relinquendos, id est, cum pro asserenda nominis confessione, non tantum hujusmodi necessitudinum, sed animarum quoque nobis corporumque faciendæ jactura sit. De qua divisione idem Dominus alio loco: *Veni, inquit, separare filios adversus parentes, nrum adversus socrum* (*Math. x, 35*): id est, ut quorumlibet affectuum personæ, tendentibus nobis ad Christum, sic comitari noluerint, deserantur. Excepto autem hoc sensu, propinquitates istas non semper nobis ut præjudicatas debere dimitti, et exemplis et ratione colligitur. Nec enim et illi propinqui dimittendi sunt, qui ad cælestes coronas contemptu sæculi calcata morte festinant; neque suadere fidelibus possumus ut conjugia vel parentes abjiciant, cum Dominus clamet quod non liceat homini dimittere uxorem. *Et quod Deus, inquit, conjunxit, homo non separet* (*Math. xix, 6; Marc. x, 9*). Et Apostolus protestatur (*I Tim. v, 8*) quod qui suis et maxime propinquis providet, fidem neget, sitque deterior infideli. Dominum Petrus, Petrum conjux propria sequebatur. Cessante carnali usu, manebat spiritale solatium. Et comitante se Andrea germano, nec fratrem nec uxorem dimiserat, in quorum contubernio Christi vestigiis adhærebat. Quapropter personas hujusmodi non obesse nobis, sed impedire timendum est. Nam cum omnino hominum generi, ordini, dignitati obtinendum cæleste regnum divinus sermo proponat, est temerarius prædicator, necessitati principum quæ regnum divinis nutibus administrat, si omnia quæ supra diximus relinquenda suaserit; cum tamen etiam personis hujus culminis contemptis mundi suggeri, et cælorum regnum repromitti, Apostolo, sicut recolitis, protestante locupletibus (*I Tim. vi, 17-19*), ut divites sint in operibus bonis, et thesaurizent sibi fundamentum bonum, ut apprehendant veram vitam. Quibus secundum hanc sententiam agrorum sive reddituum et prodesse usus poterit, si non nocuerit appetitus. Est tamen et aliud sanctitatis genus, in quo si tempus persecutionis assistat, martyrii quoddam plena confessio queat imitari. Si quis enim antiquam pa-

rentum consuetudinem sive sectam melius credendo commutet, nec teneatur privilegio consuetudinis, cum veritas provocat ad dilectionem salutis, utiliter hic parentes, fratres, sororesque dimittit: velut Abraham dives, qui cunctis cœlestibus donis fruens, filiis, famulis, auro, argento, patrimonio, matrimonio recte usus, patriæ se tamen et cognationi suæ voto mutandæ religionis excussit, et imminente jam senio, signum circumcisionis quo Christianitas figurabatur, accipiens, profectos jam per ætatem conversione pueros fieri posse præmonuit. De quibus et propheticus sermo: *Puer, inquit, centum annorum morietur* (*Isai. Lxv, 20*): id est centuplum accipiet quod puer factus est; quem præfata sacrati numeri pluralitate præstantem, sicut ætate matura vivendi novitas fecit puerum, sic custodita renovatio immortalis faciet longævitate profectum.

EPISTOLA II.

BEATI AVITI EPISCOPI AD ILLUSTRUM VIRUM ARIGIUM.

Avitus episcopus viro illustrissimo Arigio.

Scio quidem quantæ devotionis affectu ire me ad festa communia voluistis, verumtamen ita ut quem gavisurum tantummodo vobiscum, non aliquid profuturum, credere debuistis. Nam cum vobis sacerdotes et magni merito et multi numero digne atque ambier occurrerint, ego solus damno percellor, qui singularis patroni gaudiis interesse non mereor. Quibus si præsentia mea secundum desiderium provenisset, sicut optaveram de laude tanti operis quocunque digni sermonis audirem, qui omnibus membris fabricæ sublimis inspectis, congruenter possent ascribere conditori in dispositionum qualitate elegantiam, in expensarum profusione jacturam, in dimensionum ratione concordiam, in spatiis diffusionem, in cæminibus celsitudinem, in humilitate firmitatem, in explorare præconiis marmorum dignitatem, quibus gemmarum nodam sola magnitudinis tollat invisidiam, collectum quoniam modo atque inclusum industria diem, emolumento metallorum splendentium luce vegetari, hisque omnibus pompis digne inferri reliquias, quibus mundus indignus est. Hæc igitur exaggeranda melioribus jure concesseram. Verumtamen peculiarem sibi mercedem suam sermo meus fuerat vindicaturus, recolens utique tempus illud quod inter sævissimas perturbationum procellas, cum facti operis firmam soliditatem quasi gubernatores invicti ad dedicationis portum circumstridentibus undique naufragiorum casibus impune duxistis, me, ut ex communi necessitate recolitis, pro gaudiis lacrymas dependente: cui cum ipsum præmaturæ innovationis ardore, causarum ratione librata, non minus congerere suadeo quam plangere: quia non ut nuptæ tali sponso cui pacta fuerat, qualitercunque jungendæ, etsi satis desiderabantur strumenta cultuum, plus tamen formidari oportuit tela raptorum. Quocirca his omnibus consilio pensatis, mutastis viri fortis constantiæ genus, et deponentes quo ad pessime [*Fortè aptissime*] floretis sæcularis ducatus audaciam, quidquid ab adversa parte discriminis incuberat, timore

vicis. Quapropter omnis qui viderit coram positam A
 iocunditatem, laudet præteritam festinationem. Con-
 venit dispositionibus vestris rapta de adversitate se-
 curitas. Ante decuit nostrum fieri, quod taliter libe-
 rat ornari. Ego autem ut horum modo visione non
 perfruar, et quæ causa faciat, et nobiles patroni, et
 quales arbitri, etiamsi taceatur, advertitis. Aposto-
 lorum namque festivitas Viennensibus quidem vestris
 inter annum martyrium dies peculiari studio vivit.
 Habeo præsentiam temporis, quo diei passionis fa-
 briculæ quam nostis videtur inuncta esse dedicatio
 virorum, quia nihil est ad quod animum meum ves-
 ter destinare non possit affectus. Excusans plebi-
 culæ absentiam, meam anteponebam consuetudini
 singularitatem, nisi, ut nostis, in ip-sis penitentibus
 nostris fervor appetens vitium vicinum diu formaret B
 atque strepitum; cum e nostris ambitio aliquos, alios
 sollicitudo adolescentior, multos gula tractura sit.
 Veritus sum ne forte si vel paucos qui forent quos
 aliena declinantes, suæ magis festivitati studium
 mansuetudinis aggregaret, apud aliquos animus, ut
 solet in tali turbatione, motus isti quasi per absentiam
 meam, eo die cursus nostræ devotionis putaretur
 omitti, quo diversæ partes videbantur institui. Unde
 excusationem meremur. Si rationem rite agnovistis,
 ignoscite, communem festivitatem præteritorum re-
 cordatione, præsentium plenitudine cognoscite, tam

absentium est quam præsentium officiis celebrate (sic).
 Confido de misericordia Dei nostri quod etiam mihi
 in hoc loco quodcumque opportunus verbi præsta-
 bit aditum, quibus geminatæ consecrationis oratio-
 nem concessit effectum.

EPISTOLA III.

BEATI AVITI EPISCOPI AD STEPHANUM EPISCOPUM.

Avitus episcopus Stephano episcopo.

Post sanctam festivitatem, quam licet avidi atque
 anxii, vestro tamen interventu divinaque tuitione
 transivimus, debito famulatus obsequio ac sedulæ
 sollicitudinis devotione servimus, quidquid illud no-
 biscum meritæ asperitatis est, solari vestræ, quam
 Deus semper augeat, prosperitatis agnitione cu-
 pientes.

EPISTOLA IV.

AVITI EPISCOPI AD GREGORIUM EPISCOPUM.

Avitus episcopus Gregorio episcopo.

Meis potius ascribo peccatis, quod vos ad dispo-
 sitionem piissimæ voluntatis corporis inæqualitas im-
 pedivit, quanquam consueta dignatio oratione nos et
 oblatione comitata sit. Unde salutationis officia pa-
 gina famulante persolvens, supra quam sermone va-
 leo gratias ago, quod festivitatem nostram pleno vos
 desiderio sitientem, etiam si non sætiastis præsen-
 tia, refecistis expensa. *

* FRAGMENTA LIBRI DE DIVINITATE SPIRITUS SANCTI.

Sanctus Avitus in illo libro quem de Divinitate Spi- C
 ritus sancti contra Gundobadum Arianum regem scri-
 psit, processionem Spiritus sancti a Patre et Filio ita
 declarat.

^b De divinitate Spiritus sancti, quem nec factum
 legimus, nec genitum, nec creatum, Deus est, Deus
 qui operatur omnia in omnibus. Et eodem loco :
 Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus,
 dividens singulis prout vult (I Cor. xii, 11). Et Petrus
 in Actibus apostolorum : Quid convenit, inquit, inter
 vos mentiri Spiritui sancto (Act. v, 3) ? Et post : Non
 es mentitus hominibus, sed Deo (Ibid., 4). Item alio
 loco : Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei
 habitat in vobis (I Cor. iii, 16) ? Et alibi : Si quis Spi-
 ritum Dei non habet, hic non est ejus (Rom. viii, 9).
 Nos vero Spiritum sanctum dicimus a Filio et Patre D
 procedere.

IDEM AVITUS IN EODEM LIBRO.

Ipsæ certe per se Dominus, Spiritum, inquit, veri-
 tatis qui a Patre procedit (Joan. xv, 26). Enimvero

non dicendo *processit*, sed *procedit*, non tempus pro-
 cedentis docuit, sed præterito futuroque submoto,
 sub interminabilis æternitate præsentis virtutem pro-
 cessionis ostendit; ut sicut est proprium Spiritui
 sancto a Patre Filioque procedere, istud catholica
 fides, etiamsi renuentibus non persuaserit, in suæ
 tamen disciplinæ regula non excedit.

ITEM AVITUS.

Spiritum sanctum æque Patris et Filii esse confi-
 teor, eumque a Patre vel Filio similiter mitti : quod
 mecum prolata quoque Apostoli sententia videtur
 approbasse. Nam legimus : *Paraclitus, quem mittet*
Pater in nomine meo (Joan. xiv, 26). Et alio loco :
Quem ego mittam vobis a Patre (Joan. xv, 26). Nec
 tamen ut nuper habita collatione tractavimus,
 scinditur una personarum discretione Divinitas. Quia
 si Spiritus, ut acquiescitis, a Patre Filioque vel mit-
 titur vel procedit, non potest missus mittensque
 misceri, et ex quo procedit procedensque confundi.

* Vir clariss. Stephanus Baluzius in Miscellan. lib. i
 hæc fragmenta edidit ex veteri codice ms. monaste-
 rii Sancti Galli in Helvetia.

^b Vide supra Alcimi operum fragmenta num. 13.

^c Ea collatio est quæ sequitur.

**COLLATIO EPISCOPORUM,
PRÆSERTIM AVITI VIENNENSIS EPISCOPI,
CORAM REGE GUNDEBALDO ADVERSUS ARIANOS.**

Providente Domino Ecclesiæ suæ, et inspirante pro salute totius gentis cor domni Remigii, qui ubique altaria destruebat idolorum, et veram fidem potenter cum multitudine signorum amplificabat, factum est ut episcopi plures non contradicente rege congregarentur, si fieri posset, ut Arianis, qui religionem Christianam scindebant, ad unitatem possent reverti. Quod ut melius fieret, videreturque id non consilio accidisse sed occasione, domnus Stephanus scripsit ad episcopos multos, et invitavit illos ad festivitatem S. Justii, quæ instabat, in qua ob frequentiam miraculorum fiebat concursus plurimus populorum. Venerunt itaque de Vienna Avitus, de Arclate Æonius, de Valentia, de Massilia ius, et plures alii, omnes catholicæ professionis et laudabilis vitæ in Domino. Qui omnes ad salutationem regis cum domno Stephano ad Sarbiniacum, ubi tunc erat, profecti sunt. Erant quidam inibi de potentioribus Arianis cum eo; qui si potuissent, prohibuissent nostrorum accessum ad regem; sed Domino cooperante, nihil profecerunt.

Post salutationem factam, domnus Avitus, cui, licet non esset senior nec dignitate, nec ætate, tamen plurimum deferebatur, dixit ad regem: Si excellentia vestra vellet procurare pacem Ecclesiæ, parati sumus fidem nostram tam clare demonstrare esse secundum Evangelium et Apostolos, quod nulli dubium erit illam quam retinetis non esse secundum Deum et Ecclesiam. Habetis hic de vestris qui sunt instructi in omnibus scientiis: jubeatis ut nobiscum colloquantur et videant si possint respondere rationibus nostris, ut parati sumus respondere rationibus eorum.

Ad quæ rex respondit: Si vestra fides est vera, quare episcopi vestri non impediunt regem Francorum, qui mihi bellum indixit, et secum inimicis meis sociavit ut me destruerent? Nam non est fides ubi est appetentia alieni et sitis sanguinis populorum: ostendat fidem per opera sua.

Tunc humiliter respondit dominus Avitus faciem habens angelicam ut et sermonem: Ignoramus, o rex, quo consilio et qua de causa rex Francorum facit quod dicitis; sed Scriptura nos docet quod propter derelictionem legis Dei sæpe subvertuntur regna, et suscitantur inimici omni ex parte, illis qui se inimicos adversus Deum constituunt. Sed redite cum populo vestro ad legem Dei, et ipse dabit pacem in finibus vestris; nam si habetis pacem cum illo,

A habebitis et cum cæteris, et non prævalebunt inimici vestri.

Cui rex: Nonne legem Dei profiteor? sed quia nolo tres Deos, dicitis quia non profiteor legem Dei. In Scriptura sancta non legi plures esse Deos, sed unum.

Ad quæ domnus Avitus: Absit, o rex, ut plures Deos colamus: *Unus est Deus tuus, o Israel* (*Deut. vi, 4; Marc. xii, 29*); sed ille unus Deus in essentia, est trinus in personis; et Filius et Spiritus sanctus non sunt alii Dei, sed unus Deus, cujus prima persona est Pater, secunda Filius, tertia Spiritus sanctus; sed Patri non est alia substantia quam Filio, et Spiritui sancto non est alia quam Patri et Filio; et ille Deus qui olim locutus est per prophetas, novissime locutus est in Filio, et adhuc loquitur quotidie in Spiritu sancto. Et quamvis olim per prophetas, mox per Filium, nunc per Spiritum, unus idemque Deus loquitur; sed sic dicitur ad distinctionem personarum, cum revera sint coæternæ et consubstantialia. Hoc profiteamur et parati sumus ostendere.

Et cum videret regem pacifice audientem, protelavit sermonem et dixit: O si vellet sagacitas vestra cognoscere quam bene fundata sit nostra fides, quantum boni vobis et populo vestro inde proveniret: nam et cælestis gloria vobis non deesset, et pax et abundantia in turribus vestris (*Psal. cxxi, 7*). Sed vestri cum sint inimici Christi, super regnum vestrum et super populum iram desuper accendunt; quod, ut speramus, non esset, si velletis audire monita nostra, et jubere ut vestri sacerdotes de his nobiscum colloquantur coram sublimitate vestra et populo vestro: ut sciatis quia Dominus Jesus est æterni Patris æternus Filius, et utriusque coæternus Spiritus sanctus, unus Deus benedictus in sæcula, simulque ante omnia tempora et absque ullo initio.

Cum hæc dixisset procidit ad pedes regis, et amplectens eos flebat amare; procubuerunt et omnes episcopi cum eo: unde rex valde commotus est, et inclinans se usque ad eos, erexit domnum Avitum cum cæteris, quibus amicaliter dixit se responsum daturum illis super petitionibus illorum.

Quod et crastina die factum est: nam rex per Sagonam rediens ad urbem, misit ad domnos Stephanum et Avitum, ut venirent apud illum. Qui cum venissent, rex dixit ad illos: Habetis quod postulatis, nam sacerdotes mei parati sunt vobis ostendere quod nullus potest esse coæternus et consubstantialis Deo.

* Hanc vir clariss. Lucas Dacherius ex schedis Hieronymi Vignercii congregat. Orat. D. J. edidit in tom. V Spicilegii.

Hieronymi Vignercii congregat. Orat. D. J. edidit in

Sed nolo ut id fiat coram omni populo, ne turbæ excitentur; sed tantum coram senatoribus meis et aliis quos eligam, sicut vos eligetis ex vestris quos volueritis; sed non in magno numero, et id fiet die crastina in hoc loco. Quo dicto episcopi salutato rege discesserunt, et reversi sunt ut omnia intimarent aliis episcopis. Erat autem vigilia solemnitate S. Justi. Et licet optavissent quod hoc fieret die solemnitate sequenti, noluerunt tamen propter tantum bonum amplius procrastinare. Sed unanimiter decreverunt apud S. Justi sepulcrum pernoctare, ut illo intercedente obtinerent a Domino petitiones cordis sui.

Evenit autem ut ea nocte cum lector secundum morem inciperet lectionem a Moysæ, incidit in illa verba Domini: *Sed ego indurabo cor ejus et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Ægypti, et non audiet vos* (Exod. vii, 3, 4). Deinde cum post psalmos decantatos recitaret ex prophetis, occurrerunt verba Domini ad Esaiam dicentis: *Vade et dices populo huic: Audite audientes et nolite intelligere; et videte visionem et nolite cognoscere. Exæca cor populi ejus, et aures ejus aggrata, et oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, et auribus audiat, et intelligat suo corde, et convertatur, et sanem eum* (Isai. vi, 9, 10). Cumque adhuc psalmi fuissent decantati, et legeret ex Evangelio, incidit in verba quibus Salvator exprobat Judæis incredulitatem: *Væ tibi, Corrazaim; væ tibi, Bethsaida! quia si in Tyro et in Sidone virtutes factæ essent quæ sunt factæ in vobis, jam dudum in cilicio et cinere penitentiam egissent* (Matth. xi, 21). Denique cum lectio fieret ex Apostolo, pronuntiata sunt verba illa: *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam sustinentia Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impænitens cor thesaurizas tibi iram in tempore iræ* (Rom. ii, 4, 5). Quod cum ab omnibus episcopis observatum fuisset, cognoverunt lectiones illas sic occurrisse volente Domino, ut scirent induratum esse cor regis, Deumque illum in sua impœnitentia relinquere, ad ostendendum divitias justitiæ suæ; unde valde tristes effecti, noctem in lacrymis transegerunt. Non destiterunt tamen veritatem nostræ religionis contra Arianos asserere.

Igitur tempore quo rex jusscrat, conveniunt omnes episcopi, et simul ad regiam vadunt cum multis sacerdotibus et diaconibus et quibusdam de catholicis, inter quos erant Placidus et Lucanus, qui erant de præcipuis militiæ regis. Venerunt etiam Ariani cum suis. Cum ergo sedissent coram rege, dominus Avitus pro catholicis, Bonifacius pro Arianis, sermonem habuerunt. Sed postquam dominus Avitus proposuit fidem nostram cum testimoniis sacræ Scripturæ, ut erat alter Tullius, et Dominus inspirabat gratiam omnibus quæ dicebat, tanta consternatio cecidit super Arianos, ut qui satis amice audientiam præbuerat Bonifacius, nihil omnino respondere posset ad rationes domni Aviti, sed tantum quæstiones difficiles pro, oneret, quibus videbatur velle regem fatigare. Sed cum ab Avito urgeretur ut responderet ad ante-

dicta, promittens se etiam responsurum ad ea quæ proposuerat, non potuit respondere ad unam de rationibus quæ fuerant a domno Avito propositæ, neque ullam pro defensione suæ partis allegare; sed tantum os suum in conviciis aperiebat, et dicebat catholicos esse præstigiatores, et colere multitudinem deorum. Quod solum cum diceret, videretque rex confusionem suæ sectæ, surrexit de sua sede, dicens quod in crastinum responderet Bonifacius. Discesserunt ergo omnes episcopi; et quia adhuc dies non erat inclinata, iverunt simul cum cæteris catholicis ad basilicam domni Justi, consistentes Dominum quoniam bonus, et laudantes eum, qui dederat illis talem victoriam de inimicis suis.

Sequenti vero die iterum ad regiam profecti eunt his qui in præcedenti aderant; cumque ingrederentur, invenerunt Aredium, qui eis persuadere volebat ut regrederentur; dicebat enim quod tales rixæ exasperabant animos multitudinis, et quod non poterat aliquid boni ex eis provenire. Sed dominus Stephanus, qui sciebat illum favore Arianis ut gratiam regis consequeretur, licet fidem nostram profiteretur, respondit ei quod non timendum erat ne rixæ procederent ex inquisitione veritatis et amore salutis fratrum suorum, imo nihil esse utilius ad jungendos animos in sancta amicitia, quam cognoscere apud quos esset veritas; quia ubicunque est, amabilis est, et professores ejus reddit amabiles.

Addidit insuper omnes huc venisse secundum jussionem regis, contra quod responsum non est ausus Aredium amplius resilire. Ingressi sunt ergo; et cum rex eos vidisset, surrexit in occursum eorum, mediusque inter dominum Stephanum et dominum Avitum, adhuc multa locutus est contra Francorum regem, quem dicebat sollicitare fratrem suum contra se. Sed cum responderent præfati episcopi, quod non esset melior via ineundi pacem quam concordatæ in fide, et operam suam, si gratiam haberet, pollicerentur pro tam sancto fœdere conciliando, nihil amplius locutus est, sed unusquisque locum quem præcedenti die tenuerat, occupavit.

Cum itaque sedissent, dominus Avitus tam lucide probavit quod catholici non plures deos adorabant, ut sapientiam ejus tam catholici quam adversarii cum stupore mirarentur. Id autem fecit ut responderet conviciis quæ Bonifacius in nostram fidem jecerat. Postquam ergo conticuit, ut locum daret responsionibus Bonifacii, nihil aliud potuit ille dicere, quam quod præcedenti die fecerat, et conviciis addens convicia, tanto impetu clamabat, ut præ raucitate non posset amplius loqui et quasi suffocaretur.

Quod cum rex vidisset, et satis diu exspectasset, tandem surrexit vultu indignationem prætendens contra Bonifacium. Tunc dominus Avitus dixit ad regem: Si sublimitas vestra vellet jubere ut hi responderent propositionibus nostris, ut posset judicare quænam fides esset retinenda. Sed nihil rex respondit, neque cæteri Ariani qui erant cum illo; adeo stupefacti erant de doctrina et sapientia domni Aviti.

Qui cum videret eorum silentium, subjunxit : Si vestri non possunt respondere rationibus nostris, quid obstat cur non omnes simul conveniamus in eadem fide? Tunc murmurantibus illis, de sua fide securus in Domino addidit : Si rationes nostræ non possunt illos convincere, non dubito quin Deus fidem nostram miraculo confirmet : jubeat sublimitas vestra ut tam illi quam nos eamus ad sepulcrum hominis Dei Justi, et interrogemus illum de nostra fide ; similiter et Bonifacius de sua : et Dominus pronuntiabit per os servi sui in quibus complaceat. Rex attonitus annuere videbatur ; sed inclamare cœperunt Ariani, et dicere se pro fide sua manifestanda facere nolle ut fecerat Saul, et ideo maledictus fuerat ; aut recurrere ad incantationes et illicita ; sufficere sibi se habere Scri-

pturam, quæ sit fortior omnibus præstigiis, et hæc semper repetentes, et boantes potius quam vociferantes, rex, qui jam surrexerat, accipiens per manus domnum Stephanum et domnum Avitum, duxit eos usque ad cubiculum suum ; et cum intraret amplexus est eos, dicens ut orarent pro eo. Cognoverunt quidem illi perplexitatem et angustias cordis ejus, sed quia Pater eum non traxerat (*Joan. vi, 44*), non potuit venire ad Filium, ut veritas impleretur : *Non est volentis, neque festinantis, sed miserentis Dei* (*Rom. ix, 16*). Et ex ea die plurimi Ariani ad pœnitentiam venerunt, et post aliquot dies baptizati fuerunt, et magnificavit Dominus fidem nostram per intercessionem domni Justi in conspectu omnium.

SYMMACHI PAPÆ AD AVITUM VIENNENSEM EPISCOPUM EPISTOLA.

(*Hanc epistolam edemus cum et Symmachi papæ opera.*)

SERMO BEATI AVITI,

FERIA TERTIA IN ROGATIONIBUS.

(*Ex mss. majoris Carthusiæ.*)

Legimus in historia Regum quemdam celebrem prophetarum, exiguo superni pastus alimento, multis diebus iter longissimum sine ullo adminiculo cibi terrestri egisse ; adeo divini beneficii virtus in corpore humano sequestrata infirmitate prævaluit. Comparatio autem modo hæc in sermone non causa est. Sic ergo etiam nobis annum quoddam iter actionum, casuum, timorum diversitate currentibus, quidam qui nos inter ista confortet Rogationum veluti cœlo porrectus sumitur panis : cujus fortitudo atque salubritas non solum inopiam præteritæ sterilitatis suppleat, verum etiam periculum famis ab spiritu nostro non in pane solo, sed in verbo Dei vivente secludat. Quod si quisquam Rogationes nostro sæculo institutas miretur, quas tantis ante temporibus Ecclesiarum multitudo nescivit, constat hunc posse et muneribus redemptionis, quæ mundi ævo jam pene consumpto in sæculorum fine adfuit, derogare. Vidit quis certe quid sentiat, qualitatem medicaminis rideat furibundus, nesciat desperatus, cæterum frequenter expertus. Sed quis est iste sic ad integrum sanus, ut medicinæ non egeat, ut nulli ægrotantis animæ morbo succumbat, ut non aut cupiditate ardeat, aut avaritia palleat, aut invidia liveat, aut superbia tumeat, aut iracundia caleat, aut obloquio pruriat? Si quis ergo ex his alicujus tædii sibi conscius est qui cuncto

tempore pœnitentiam debet, non renuat triduum quod etiam pleno ordine atque digesto prophetia quæ lecta est, si gradibus suis replicetur, insinuat, sic a principio sermonis exorsa : *Vos, inquit, cognovi ex omnibus cognationibus terræ* (*Amos iii, 2*). Hic statim se Judæorum populus, in quamdam rapinam non amore, sed ambitione præcipitat, ut ad divinæ familiaritatis notitiam præ omnibus videatur ascitus. Sed desistat hinc opportunitas obstrependi, quia potius sub judicio rationis de proprietate sermonum causarum certa metienda sunt. *Vos cognovi, non dixit Inter omnes, sed Ex omnibus cognationibus terræ.* Qui sunt autem qui acquiruntur ex omnibus cognationibus terræ, nisi qui ab universitate gentium in unum redacti sunt ex diversis mundi partibus unus populus, et de multis membris sub Christo capite unum corpus? Cui postmodum vocationi agnoscendæ atque prædicandæ beatissimus Petrus per mentis stuporem defixus vidit linteum quoddam cœlo descendere, quod quatuor angulis sinu turgente submissum, omne genus animalium cum volatilibus atque reptilibus continebat, commonitusque ut necessariæ refectio quod vellet ipse mactaret ; appetitum quidem talem, cum talis ciborum modus præcipiebatur, per observantiam legalem exhorruit ; sed mox ad eum sermo divinus, *Quæ Deus, inquit, mundavit, tu immunda ne dixeris*

^a Forte is.

^b Hic locus manifeste depravatus, tametsi sensus sit obvius. Dicit Avitus falli Judæos, qui verba Amos de se interpretarentur, cum ex judicio rationis potius

quam ex vocum proprietate ea metienda sint. Nam si litteram sequamur, hæc quidem de filiis Israel ; si judicium rationis, de Christianis vere et proprie dicuntur.

(Act. x, 15). Atque ille, *In veritate, inquit, compari, quia non est personarum acceptio apud Deum; sed in omni populo et gente qui timet Deum et voluntatem ejus facit, acceptus est illi (Ibid., 34)*. Tunc ergo qui cogniti sunt ex omnibus cognationibus terræ vides, nempe prophetis atque apostolis, qua unitate conveniat. Hoc est profecto, quod etiam nunc lectio ait: *Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis (Amos iii, 3)*? Convenit autem duobus, Christo et Moysi, quia de isto ille scripsit. Convenit legi et gratia, quia..... illa districtius imposuit, ut pretiosius ista laxaret. Convenit veritati et prophetiæ, quia ista peperit quod illa concepit. Apud Judæos ista duo non pariter ambulant, ideo non concordant. Inter ipsa enim duo Testamenta quasdam minutias ponunt. Ad unum verum Deum nisi uno itinere non itur. Certe si propter quascunque alias causas potest diverso, adverso non potest. Apud nos vero ista duo pariter junguntur atque conveniunt. Est tamen in hoc prophetæ verbo etiam quod personaliter accipi queat, si dualitas ipsa quam convenire necesse est, sit primum in homine uno, sit deinde in genere humano. Spiritus enim noster et corpus nostrum ex disparis substantiæ qualitate compacta sunt. Quæ duo viam hujus sæculi currere nullatenus queunt, nisi inter se custodia divini ordinationis lege consenserint. Si enim non subjaceat spiritus carnis, sed ad refrenandam concupiscentiam cedat potius menti caro, ducit duos pariter concordia rationis per viam legis ad patriam æternitatis. Si autem dum per hujus sæculi iter curritur, spiritu retardante, animam caro prævenit, et facultatem viæ, permissa sibi peccati libertate, præcluserit, deserit ipsa currendi æqualitas, quæ homini a Creatore præcipitur, et incipit impedita lege mentis perire, et superexaltare lege corporis, nec jam duo pariter pergunt, ibi unum jacet et aliud premit. Et hæc, quod magis dolendum est, non tam ignavis subrepunt, quam dominantur allisis. Docet hoc sermo qui sequitur: *Leo, inquit, irruit, quis non timebit? Dominus locutus est, quis non prophetabit (Ibid. 4)*? Peccatum longe apparet, quare non fugimus? Scriptura prope clamat, quare non credimus? Quis est leo rugiens, nisi de quo apostolus dicit, quia *adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens devorare vos (I Petr. v, 8)*? Facit furoris incontinentia, ne tacens discubitet qui rugitum longe præmittit: sed audit rugitum, et non cavet qui præcepti conscientiam secum fert ad exordia peccati, confestimque rabido invaditur morsu, nisi præmisso terretur auditu; quod revera nec absurde conjicimus, nam statim in consequentibus qualitas ipsius morsus ostenditur: *Quomodo, inquit, si eruat pastor de ore leonis duo crura ovis, aut extremam partem auriculæ (Amos iii, 12)*. Pastor nobis procul dubio ille est bonus qui, relictis nonaginta novem ovibus, unam

vagantem non desepit inquirere. Opera præmium autem est diligentius intueri, quod illas nonaginta novem quas iste pastor in montibus reliquit, manifestatus in carne, non deseruit permanens in natiuitate. Angelorum enim in cælesti altitudine gloriantium, qui utique jam errare non possunt, evidenter gerunt figuram. Leo enim de quo supra diximus, post illam proprii casus ruinam qua consortium Divinitatis affectans, etiam homine miserior factus est, dum dedignatur esse inferior Creatore, omnis archangelicæ potestatis dignitate nudatus est. Sed huic tamen quantumcunque potestatem cælestium ministrorum, ne solus perire, casui suæ dejectionis innexuit. Et his hoc tamen de illo eminentis creaturæ vigore nunc superest, ut damnationem futuram jam patientes dum præsciunt, cum vivendi meritum perdididerunt, et ipsum saltem moriendi remedium habere non possint. Ab illo itaque, ut dixi, casu quisque in amore conditoris sui et angelicæ beatitudinis honore permansit, ulterius seduci non potuit, ac proinde nec periclitari; et factum est in principio de angelis quod de hominibus in fine faciendum est, ut evolutus scilicet salutis et perditionis cursus exacto impletoque numero terminetur. Istas ergo supernæ celsitudinis oves reliquit pastor bonus, et venit ad illam unam ovem perditam, in cujus signatione jacebat genus humanum, et illam quæ ab isto leone corrosa per se ascendere ad illas nonaginta novem non poterat, suis humeris vexit, quia in suo corpore sublevavit: et quando cum homine carnis assumptæ ad superna cælorum rediit, eandem utique quæ de paradiso erraverat, angelis retulit. Quocirca jam patet qui sit pastor qui liberat duo crura et partem auriculæ, et qui sit leo qui reliquum devorat: hoc est, iste Christus, ille diabolus. Omissa vero utcunque consideratione carnali, videamus quæ sit minima pars corporis quæ devoranti legitur remansisse. Neque enim puto quod ille pastor bonus rem tam dilaceratam et pene consumptam tanto studio vellet eruere, nisi particulæ ipsi adhuc aliquid palpitantis vitæ inesse cognosceret. Ovis ista, sicut jam prolocuti sumus, quicumque peccator est utique, si de caulis se protegentibus evagatus suoapte vitio incursum bestiam, cum a pastore declinavit. Dum enim ambulat per deserta, hoc est, dum cogitat inania perituraque, occurrit illi diabolus, et cogitationem ejus morsu pestiferæ persuasionis invadit. Qui cum jam concupiscentiam captivi hominis in potestate habere cœpit, priorem quodammodo ejus partem vorax laniator absorbit. Et tamen si concupiscentiam et definitionem peccati non sequatur effectus, liberantur quasi duo crura, hoc est, pars posterior quæ adhuc comesa non fuerat. Nam etsi quasdam priores suæ cogitationis pedes per concupiscentiam in fauce leonis amisit, et residuos quos ad effectum non deduxit operis gressus a misericordia pastoris eripuit.

* Hic respexisse videtur Avitus ad illum canonem concilii Neocæsariensis: *Si quis concupita muliere, etiam concubitus ejus desiderium habeat, non autem subsequatur effectus, manifestum est eum per divinam*

gratiam fuisse liberatum. Ita in vetusta canonum versione quæ Aviti ævo Latinarum Ecclesiarum in usu fuit.

^a Animadvertendum est tamen quod illius se miscuit corporis portionem ^b extremi auriculæ quæ videtur superesse liberaverit. Postquam enim dixerat, *quomodo si eruat pastor duo crura, addidit et extremam partem auriculæ*. Auris ergo nostra est obedientia nostra: nam cum precamur et respiscimus, primam istius auris partem leo devorat, novissimam pastor ^c solvat. Prima pars auriculæ est *Non concupiscas*. Ista jam deglutita est, quia cogitatio concupivit. Sequens pars est, *Post concupiscentias tuas non eas*. Itaque si malum quod concepimus cogitatione, opere non impleamus, priore parte obedientiæ vulnerata, et illa quæ extrema est ab ore leonis eruitur. Quomodo? Utique per pœnitentiam et correctionem.

^d Quæ multipliciter lectio ipsa per totum a Domino revolvente, quæ et qualia passi necdum respiscamus: *Misi in vos indigentiam panum, s'uporem dentium; percussi vento urente* (Amos iv, 6). Indigentia panis est, ut sciamus quod cum a Domino receditur, non est unde vivatur. Stupor autem dentium unde contrahitur? puto convenire illud quod Salomon quodam loco ait, dum comparationem poneret dicens: *Sicut uva acerba denti'us noxia est*. Uva autem acerba est præmature occupata promissio et contenta cum differtur temporis plenitudo. Nam ut dulcedinem et suavitatem quæ nobis in æternitate promittitur, in hoc mundo habere velimus, immaturum:atis atque acerbum est. Hujus uvæ adhuc asperæ viridisque non vinum, sed virus intra paradisum Adam in suotriquo perniciem gustavit; et quia parentes comederant uvam acerbam, dentes filiorum obstupuerunt. Sed prævidens Ezechiel originale debitum Christo solvendo vacandum, sic ait: *Vivo ego, dicit Dominus, si erit ultra proverbium illud in Jerusalem: Patres comederunt uvam acerbam; obstupescent dentes filiorum* (Ezech. xviii, 2). Jam tibi non nocet quidquid esset Adam quod concupivit superbe, quod præsumpsit illicite, quod desideravit incaute; tu tibi de tuo esu stuporem dentium metue, tu tactum appetitus ab inutili aviditate restringe. Desideras uvam acerbam, sed sustine maturitatem promissionis. Non tuo sæculo delectatio ista debetur. Si dulcem quæris, expecta cœlestem; si humanam appetis, patieris immitem. Quæ est autem mundi gloria, nisi ipse quem infra dicit, ventus urens? cujus etiam si lenitas delectat homines, terror tamen percudit anatores: *Et quia nec sic redistis ad me, dicit Dominus, nunc* ^e *(præparare in occursum Dei tui Israel* (Amos iv, 10). Dicit quidem Paulus apostolus (1 Thess. iv, 16) ubi Redemptoris describit adventum, qualiter raplemur ad nubes obviam Christo in aera; hic tamen puto oc-

^a Locus corruptus.

^b Forte *extremæ*.

^c Forte *servat*.

^d Locus corruptus.

^e Hic ansulus inclusa retulit Florus magister Ecclesiæ Lugdunensis diaconus in Expositione in Epistolâ S. Pauli, quam ex scriptis decem sanctorum Patrum concinnavit, sed ea citat tanquam ex sermone die primo Rogationum, cum titulus in manuscripto

cursum istum ad alium pertinere. Nam et hic viventes quasi occurrimus Deo, si præceptum quod porrigitur amplectamur; et quia paratus est ille ad ignoscendum, occurrat ei correctio ad pœnitendum. Sed et quicumque propter amorem æternæ vitæ non solum ab illicitis abstinere, verum etiam a licitis se coercent, sponte occurrisse judicandus est. Nam ut exempli gratia unumquodcunque dicamus, adulterio generaliter interdicto, simplex conjugium lege permittitur; cui tamen virginitatis nitor sine comparatione præfertur: unde qui dat nuptum virginem suam bene facit, et qui non dat melius facit (1 Cor. vii, 38). Hoc ergo de omni debemus observatione sentire: qui male facit, fugit; qui bene, exspectat; qui melius, occurrit). Jam vero post multas et piissimas admonitiones quæ profectui nostro

^B etiam secundum litteram constant, convenienter Rogationes nostras in ipsius lectionis fine describit, dicens: *In omnibus plateis et viis sit planctus* (Amos v, 16). Viæ istæ et plateæ actus nostros significant, per quos humanam conversationem mortalitate decurrimus. Viæ minora delicta, plateæ vero latiora peccata sunt, quæ ad illam amplam et spatiosam mittunt quæ ducit ad perditionem; et multi sunt qui inveniunt eam. Per angustam vero semitam itur ad illum de quo prædixit propheta, quod vocem ejus in platea nemo audit, cujus utique verbum in peccati libertate non sonuit. Ergo in ista platea quia est noster actus, sit noster et planctus: quem tamen planctum non confusum et tumultuarium esse debere testatur sermo subjectus, *Vocabit, inquit, agricolam ad luctum, et ad planctum eos qui sciunt plangere* (Ibid.). Cernis nempe quod istud plangere non omnes sciant, sed illi tantum vocandi sunt qui noverunt. Agricola est, qui isto pœnitentiæ luctu et compunctonis affectu terram, id est substantiam suam spinis purgat, præceptis edomat, lacrymis rigat, humilitate secundat, semine ditat, fruge multiplicat. Enimvero secundum statum calamitatis humanæ, nullus est qui plangere nesciat, quippe est ita generatio, ut etiam ille qui non noverit aliud, istud noscat, ut ipsi quoque intrans hunc mundum nova ætas infantium primam vocem flentu erumpens, quasi quodam vaticinio calamitatum careat omni sensu, planctum quem adhuc non habet in scientia, jam tamen afferat in natura, et sine ullo doctrinæ adminiculo ipsa inchoatio discriminum pariat magisteria lacrymarum. Quæ cum ita sint, quæramus secundum spiritum quæ distantia sit inter eos qui sciunt et illos qui nesciunt flere. Nam prout sunt genera et ordines hominum, istam scientiam flendi habere singuli debent. Alia regi, alia subjecto, alia peccatori, alia justo causa lacrymarum. Quemdam Parthicum regem ^f sæcularis nostro præferat feriam 3 Rogationum.

^f Id de Xerxe Persarum rege refert Herodotus lib. vii, sed paulo aliter: *Et cum intueretur Xerxes, inquit, omnem Heleapontum navibus obductum, omnia littora atque Abydenorum pl. na hominibus referta, ibi se beatum esse jactavit, et post hæc lacrymas sudat. Quod animadvertens Artabanus ejus patruus..... his verbis interrogavit: Quam diversa, rex, inter se nunc facis et dudum dizisti, qui te beatum dixeris nunc la-*

historia relert, inspecta ^a post victoriam de eminentiore loco numerosissima sui exercitus multitudine, lacrymasse; qui mox a satrapis, quæ in tali beatitudine causa fendi esset interrogatus; istam, inquit, multitudinem lugeo, quæ quamlibet victrix, intra non multos annos omnino naturæ lege finienda est. Si ad sæcularem sapientiam ^b ecce lacrymas dignas rege mundano, quam libet etiam Christiano principi conveniret post triumphos de morte magis quam de culmine cogitantem non timere, sed plangere: quid si causa præsentis istum ^c religiosi principis fletum testem sciamus, cum David ille virtute magnus, potestate præditus, pietate præcelsus, inter aurea sarta gemmataque diademata, cælestis magis regni coronam instantissimo æstu ferventis desiderii suspiraret, *Quando veniam, dicens, et apparebo ante faciem Dei mei (Psal. xli, 3)?* Nunquid non lacrymas suas habuit panes die ac nocte, dum dicebant illi per singulos dies: *Ubi est Deus tuus?* quod ei certe dicebat, non negare compellens persecutor externus, sed videre concupiscens animus suus. Loquebatur enim sibi spiritus cælestibus intentus, *Ubi est Deus tuus?* Quando veniam et apparebo ante faciem ejus? Si decuerunt igitur regem sanctum lacrymæ tales, quid nunc de ipso sanctorum Sancto dicamus, qui quadriduano funeri antequam resuscitandi virtutem ostenderet, fendi impendit infirmitatem? In summo itaque gradu conveniunt tales lacrymæ Redemptori. Multum namque illic ipse deflevit. Ibi Adæ peccatum; ibi peccati stipendium, mortem; ibi Lazarum, hoc est genus humanum; ibi defunctum lapide obiectum, id est duritiam qualitatis; ibi lacrymosos consolatores, id est incredulitatem resurrectionis; ibi quartam diem venisse defuncto: quæ quatuor accidunt peccatoribus in animarum funere conclamatis: prima cogitandi malum, definiendi secunda, perpetrandi tertia, quarta in crimine perma-

nendi. De quarto omnes nos per Lazarum recurrentes, ut resuscitemur, non solum miserendi dulcedo, sed etiam fendi opus est amaritudo. Post hæc quia tali magisterio etiam nos docuit plangere, discernamus scientiam imperitiamque lacrymarum. Ecce hodie ad ecclesiam conveniunt multi, si quicunque semetipsum in oratione prosternens cœpit quanto libet fletu aliquid quod ad sæculum pertineat orare, aut conversationis mundanæ felicitatem, aut inimicorum mortem, aut divitiarum amplificationem, aut vitæ hujus longitudinem, aut honorem sæcularium dignitatum: nunquid non hujusmodi lacrymæ docent hominem nescire quid plangat, quas inutiles satis imperitasque procul dubio perdidit, quoties sic profudit? Quod non tam miserum, quam si ea fendo ille sibi petat tribui, quæ multi Deum nescientes sine ullis precibus peccando videntur adipisci. Econtra vides alium ingemiscens et clamantem: Domine, propitius esto mihi peccatori, plangere vitam malam, quærere bonam, iisdem lacrymis quibus irrigat stratum, lavare delictum, ostendere Deo in genitibus imbecillitatem carnis, ardorem mentis, horrorem mortis, amorem resurrectionis. Illic plangendi peritus, hic doctissimus fendi est. Non cadit in terram lacryma talis, quia commendata est Deo, cui dicitur: *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo (Psal. lv, 9)*. Postremo quoniam si Rogationes nostræ rite solvantur, sine planctu nequeunt expediri, scientiam plangendi quam potero brevissime discernam. Maxima peritia est hic impendi fletum, ut sanari possit quem supra diximus dentium stupor, quam illic servari ubi nunquam finiendus est dentium stridor. Nam illis dicitur: *Væ qui nunc rident, quia lugebunt flebuntque; istis autem: Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis et gaudebitis, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

crymas fundis! Et ille, reputantem me, inquit, quam brevis sit omnis humana vita, subiit horum miseratio; quorum cum tot sint, nemo ad centesimum annum supererit.

^a Imo nondum pugnaverat Xerxes, nec trajecerat in Europam.

^b Deest hic aliquid verbum, forte *respiciamus* aut

quid simile.

^c Religiosum principem hic vocat, quem paulo ante regem mundanum appellaverat, quod sane mirum videri non debet, cum Gallienus imperator *δσιώτερος και φιλοθεώτερος*, religiosissimus Deique amantissimus magno Dionysio Alexandrino sit dictus apud Eusebium lib. vii Hist. eccles., cap. 23.

ANNO DOMINI CCCCXCVI.

JOANNES DIACONUS

(Ex Bibl. Galland.)

PROLEGOMENON.

J. Joannis S. R. E. diaconi epistolam ad Senarium virum illustrem eculgavit Mabillonius (a). « Illustris est, inquit cl. editor (b), epistolæ scriptor Joannes diaconus sed quis sit ille Senarius ad quem scribit,

ignoramus. Hanc epistolam eruimus ex vetusto codice Christianæ reginæ, qui olim fuit monasterii nostri Ferrariensis. In ea quædam occurrunt observatione digna de ministro confirmationis; de septem altaribus, sab-

(a) M. bill. Mus. Ital. tom. I, part. 2, pagg. 69-76.

(b) Id. ibid. pagg. 76 seq.

bato sancto in Ecclesia Romana erigi ac consecrari A solitis; deque immistione lactis et mellis in calicem eodem die: cujus utriusque postremi ritus nullam in- v. ninimus mentionem etiam in Ordine Romano. Nisi si benedictionem etiam in Ordine Romano. Nisi si benedictionem lactis et mellis, quæ post benedictionem agni in die sancto Paschæ præscribitur, huc referenda est. Quod attinet ad Joannem, vir fuit pro sua ætate doctissimus atque accurato judicio præditus, ut probant libri quatuor ab eo conditi de Vita sancti Gregorii papæ I, qui recentioribus scriptoribus ritus sanctorum ex propriis eorum scriptis contexendi exemplum præbuerunt. Hactenus vir doctissimus tum de epistolæ pretio, tum de ejus auctore. In Mabillonii sententiam, ad hujus epistolæ scriptorem quod attinet, concessit vir eruditissimus Edmundus Martenius (a). Neque aliter Fabricius (b) aliique.

II. At vero multo antiquiorem existisse auctorem quo de agimus, pervidit nostro quidem judicio doctissimus Muratorius: cujus proinde verba hic describere haud otiosum existimamus. Sic igitur ille in præclara de rebus liturgicis dissertatione, quam ad Liturgiam Romanam veterem præmissam exhibet (c): « Assentiri non possum, inquit, doctissimis viris Mabillonio et Martene, dum epistolam ad Senarium tribuunt Joanni illi diacono, qui sæculo Christi ix ex Vita Gregorii Magni aliisque libris non mediocrem nominis celebritatem sibi acquisivit. Num in Romana Ecclesia unus fuit Joannes diaconus? Intelligissent ii, longe nimis retustiorum fuisse altero illo auctorem epistolæ hujus, si quæ idem scribit de confirmatione per presbyteros collata, attentius animadvertissent. En ejus verba (d): « Sed nec illud tangat animum, quod sibi aliquando quædam vis necessitatis assumit (quod nunc per Africam fieri dicitur) ut presbyteri sanctum chrisma conficiant: quod merito moveret, si istam pontificæ lis auctoritas licentiam non dedisset. » Sæculo Christi ix excisa omnino erat in Africa Christiana religio, circumquaque ibi diffuso imperio et superstitione Arabicæ gentis. Quæ igitur hic legis, Joannem hunc diaconum referendum monent ad finem sæculi v, quo tempore in catholicos barbaricam persecutionem excitavit

(a) Marten. de Antiq. Eccl. ritib. lib. 1, cap. 4, art. 15, § 16, tom. 1, pag. 156 edit. Antwerp. 1736.

(b) Fabric. Bibl. Lat. med. tom. IV, pag. 197 edit. Hamb.

(c) Murat. de Reb. liturg. dissert. cap. 3, pag. 32.

(d) Joan. diac. epist. § 8, infra col. 404.

(e) Conc. Carthag. III, can. 24.

Hunericus Arianus Africæ rex. Hæc cœpta anno Christi 485, acrius deinde efferebat. Tunc in exilium actis episcopis catholicis, ex necessitate presbyteris chrisma conferre permissum fuit.

« III. Fieri etiam potest ut ante eadem tempora floruerit Joannes ille diaconus. Repetere hic liceat quæ habentur in Carthaginensi concilio anni 397 (e): « Ut in sacramentis corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est panis et vinum aqua mixtum. Primitivæ vero, seu mel et lac, quod die solemnissimo in infantum mysterio (nempe baptismo) solet offerri, quamvis in altari offeratur, suam tamen habent propriam benedictionem, ut a sacramento corporis et sanguinis distinguantur. » Cum Joannes diaconus non improbarit commixtionem lactis et mellis cum sanguine Domini, a Patribus Carthaginensibus improbatam, suspicio suboritur illum eodem sæculo Christi iv floruisse. Hactenus V. C.

IV. Porro ex duobus allatis viri docti conjecturis de tempore quo vixit epistolæ auctor, priorem quidem admittimus, posterior vero nobis minus probatur. Illa enim sententia qua noster Joannes sub finem sæculi v existisse perhibetur, ex eo potissimum astruitur, quod epistola Senario viro illustri comperitur inscripta. Scilicet Senario illum quem prorsus ignoravit Mabillonius, ut ipsemet proficitur, præteritque Muratorius, desinente demum sæculo v admodum claruisse comperit habemus. Neque enim ullus dubitandi locus jure suppetit quin Senarius ille vir illustris ad quem epistolam suam scripsit Joannes S. R. E. diaconus, idem sit cum Senario, et viro quidem illustri, cui tum Aviti Viennensis (f), tum Ennodii Ticinensis (g) varietate noscuntur epistolæ inscriptæ. Patricius namque hic fuit, et comitiva patrimonii a Theoderico rege auctus anno 511, ut docet Cassiodorus (h), de quo etiam idem senator alibi plura (i). Præclaras illustris hujus viri laudes exhibet epitaphium a Petro Pithæo in libro iv Poematio um relatum, quod recitat et Sirmundus (j).

(f) Avit. epist. 36, supra col. 252.

(g) Ennod. lib. 1, epist. 23; lib. III, epist. 11; et lib. v, epist. 15.

(h) Cassiod. lib. IV Variar., epist. 3.

(i) Id. ibid. epist. 4 et 7.

(j) Sirmond. ad Avit. epist. 36, supra col. 252, not. d.

JOANNIS DIACONI

EPISTOLA

AD SENARIUM VIRUM ILLUSTREM.

De variis ritibus ad baptismum pertinentibus, et aliis observatione dignis.

I. Domino merito illustri, semperque magnifico D filio Senario, Joannes diaconus.

Sublimitatis vestræ paginam filio nostro spectabili viro Renato deferente suscepimus, in qua et antiquæ

gratiæ nobis jucundam fecistis memoriam, et quantum pectori vestro divini cultus ardor insideat, catholica sollicitudinæ non celastis. Nam, ut vestræ loquuntur litteræ, quædam vobis scribi, quædam dirigi transcripserunt. Sed in transcribendo curam nostram utcumque notariorum labor adjuvit; in his vero quæ scribenda sunt, multum fateor laboris indicitis, et superaddere hoc mensuram meam adducta fronte respondeo. Primum, quod ea, sicut opus est, disserere, non ita, ut credit amici æstimatio, meum valet ingenium. Fallitur enim amantium sæpe iudicium, cum plus dilectioni tribuit quam meritis dilectus ostendit. Accedit deinde quod infirmus corpore, ut alia taceam, ecclesiastico jugiter astringor officio. Postremo otiosum tempus res postulat, ut majorum volumina recensentibus quid de unaquaque re dici debeat, illorum iuta juvamine procedat oratio. Quid igitur in hæc possumus, nisi forte quod me posse voti desideriaque vestra præstiterint? Idcirco quæ sita breviter conabor attingere, ne si omnino taceam, infructuosi silentii pœnas excipiam. Confido enim orationibus tuis me posse juvari, qui ut hæc auferem tam ardua compulisti. Unde quæso ut nihil in me eloquentiæ, nihil summæ doctrinæ desideres; quia nec illi plene studui, et doceri adhuc malo, quam doctoris nomen audire. Igitur si in hac inquisitione, mea, qualiscunque est, placet aut expectatur oratio, jam nunc de singulis quæ sunt proposita videamus. Illud interea prudentiæ vestræ prædico, quia inquisitionum ordo, non ita, ut vestra legitur pagina consequetur; sed ut se unaquaque suggerent, absolute congrua terminabitur. Itaque inquisitionis tuæ verba ita se habent.

II. *Requiro, inquis, a vobis, quare antequam baptismum quis consequatur, catechumenus fuit; vel quid sibi habeat hoc vocabulum aut hæc catechizatio, aut qua regula in Veteri Testamento præmissa sit; aut certe, si novella regula est, et magis a Novo Testamento sumptis exordium. Simul etiam scrutinium quid sit, aut quare tertio ante Pascha scrutinentur infantes; aut quid sibi hæc distinctio vel sollicitudo scrutaminis vindicet, etc.*

III. Ad hæc ita respondeo. Studium vestrum nosse confidimus: quia omne genus humanum in ipsis, ut ita dicam, mundi cunabulis prævaricatione primi hominis in morte fuerit jure collapsum; nec ab ea posse redimi, nisi affuerit gratia Salvatoris: qui dum ante sæcula genitus esset ex Patre, propter nos ex solâ matre fieri non est designatus in tempore. Non est ergo dubium quod priusquam aliquis renascatur in Christo, diabolicæ potestati teneatur astrictus: cujus laqueis nisi inter ipsa primitus fidei rudimenta veraci professione renuntians exuatur, ad salutaris lateris gratiam non accedit. Et ideo hunc oportet prius catechumenorum auditorium introire. Catechesis enim Græcè instructio dicitur. Instruitur namque ecclesiastico ministerio per benedictionem imponentis manum, ut intelligat quis sit, quisve futurus sit; hoc est, quia ex damnabili sanctus fiat, ex injusto

A justus appareat, ad postremum filius fiat ex servo: ut qui in primo parente perditus fuerat, secundi reparatus beneficio, hæreditatis paternæ possessor existat. Exsufflatus igitur exorcizatur, ut, fugato diabolo, Christo Deo nostro pareat introitus; et a potestate erutus tenebrarum, transferatur in regnum gloriæ caritatis Dei: ut qui dudum vas fuerat Sathanæ, fiat nunc domicilium Salvatoris. Exsufflatur itaque, quia tali dignus est ignominia deseret antiquus. Exorcizatur autem, id est conjuratur, ut exeat et recedat, illius agnoscens adventum, cujus erectam in paradisi felicitate imaginem prava suasionem deiecerat. Accipiet jam catechumenus benedictum sal, in quo signatur, quia sicut omnis caro sale condita servatur, ita sale sapientiæ et prædicationis verbi Dei mens fluctibus sæculi madida et fluxa conditur, ut ad soliditatem stabilitatis atque permansionis digesto penitus corruptionis humore divini salis suavitate perveniat. Hoc ergo agit frequens impositio manus, et reverentia Trinitatis, et invocata super caput ejus tertio benedictio Conditoris.

IV. Dehinc quodam profectu atque propectu, ille qui dudum exsufflatus diabolicis laqueis pompisque renuntiaverat, symboli ab apostolis traditi jam meretur verba suscipere: ut qui paulo ante solum catechumenus dicebatur, nunc etiam vocetur competens vel electus. Conceptus enim est in utero matris Ecclesiæ, et vivere jam incipit, etiam si nondum sacri partus tempus explevit. Tunc fiunt illa, quæ ab ecclesiastica consuetudine scrutinia dicitantur. Perscrutamur enim eorum corda per fidem, utrum mentis suæ post renuntiationem diaboli sacra verba defixerint; utrum agnoverint futuram gratiam Redemptoris; utrum se credere fateantur in Deum Patrem omnipotentem. Et cum hæc ita esse illorum responsione claruerit, quia scriptum est: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit in salutem* (Rom. x, 10); tanguntur sanctificationis oleo aures eorum, tanguntur et nares; sed aures ideo, quia per eas ad intellectum fides ingreditur, Apostolo dicente: *Fides autem per auditum, auditus vero per verbum Dei* (Ibid., 17); ut quasi quodam sanctificationis muro aures instructæ, nihil noxium, nihil quod retro revocare possit admittant.

V. Cum vero tanguntur nares eorum, admonentur sine dubio, ut quoad spiritum vitæ hujus naribus trahunt, in Dei servitio mandatisque perdurent. Unde ille vir sanctus dicebat: *Vivit Dominus, qui abstulit iudicium meum, et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec superest halitus in me et spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea medietabitur mendacium* (Job. xxvii, 2-4). Aliud quoque in narium unctione signatur: ut quia illud oleum in nomine benedictum est Salvatoris, ad spiritalem ejus odorem quadam ineffabili interioribus sensus suavitate ducantur, ut delectati contentent: *Unguentum effusum est nomen tuum; post odorem unguentorum tuorum curremus* (Cant. 1, 2, 3); quo mysterio sensus narium

præmunitus, nihil voluptuosum sæculi, nihil quod a mentem resolvere queat, possit admittere.

VI. Dehinc pectus eorum oleo consecrationis perungitur, in quo est sedes et habitaculum cordis : ut intelligat firma se conscientia et puro corde debere promittere, quod jam relicto diabolo Christi mandata sectentur. Hi etiam nudis pedibus jubentur incedere, ut depositis morticinis et carnalibus indumentis, agnoscant se illius viæ iter arripere, in qua nihil asperum, nihil potest inveniri nocivum. Hæc igitur ecclesiastica sollicitudo per successiones temporum cauta dispositione constituit : quamvis horum vestigia vetus pagina non ostendat. Proinde cum istis quasi veliculis spiritalibus clericus sive catechumenus in fide processerit, tunc et necesse est unci lavacri baptismate consecrari, in quo sacramento baptizatus trina demersione perficitur. Et recte. Nam qui in nomine Trinitatis baptizandus accedit, ipsam utique Trinitatem trina debet mersione signare, et illius se agnoscere beneficiis debitorem qui tertia pro eo die resurrexit a mortuis. Sumptis dehinc albis vestibus, caput ejus sacri chrismatis unctione perungitur ; ut intelligat baptizatus regnum in se ac sacerdotale convenisse mysterium. Chrismatis enim oleo sacerdotes et principes ungebantur, ut illi offerendo sacrificia, illi populis imperarent. Ad imaginem quippe sacerdotii plenius exprimendam, resurgentis caput lintei decore componitur. Nam sacerdotes illius temporis quodam mystico velamine caput semper ornabant ; cuncti vero regenerati albis vestibus induuntur ad ministerium resurgentis Ecclesiæ, sicut ipse Dominus et Salvator coram quibusdam discipulis ac prophetis ita in monte transfiguratus est, ut diceretur : *Replenduit facies ejus velut sol ; vestimenta vero ejus facta sunt candida sicut nix* (Matth. xvii, 2). Quo facto splendorem ut dictum est, resurgentis in futurum figuravit Ecclesiæ, de qua item scriptum est : *Quæ est ista quæ ascendit dealbata* (Cant. iii, 6 ; viii, 5) ? Utuntur igitur albis vestibus, ut quorum primæ nativitatis infantiam vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus secundæ generationis gloriæ proferat indumentum, ut ad mensam sponsi cælestis nuptiali veste circumdatus homo novus occurrat.

VII. Illud autem ne prætermissum videatur, ante prædicimus, quod ista omnia etiam parvulis fiant, qui adhuc pro ipsius ætatis primordio nihil intelligunt. Unde scire debetis, quia dum a parentibus aut a quibuslibet aliis offeruntur, aliena eos professione salvari necesse est, qui fuerant alieno errore damnati. Ac proinde adjungis ut dicam, cur sanctum chrisma soli pontifici liceat consecrare, quod presbytero non videtur esse concessum. Et merito : quia episcopus summi pontificis gradum obtinet, presbyter vero secundi sacerdotii locum retinere cognoscitur. Omnis enim pontifex est sacerdos, non omnis sacerdos pontifex dici potest. Nam in Veteri Testa-

mento, ut alia taceam, etiam indumentorum habitus differebant : ita ut sacerdotes quatuor quibusdam mysticis vestibus uterentur quæ illis cum pontifice videbantur esse communes ; at pontifex quatuor aliis utebatur, quibus indui sacerdotibus penitus non licebat. Adjicitur etiam quod in sancta sanctorum semel in anno solus pontifex habebat accessum. Unde jam in novo populo episcopus ordinandi presbyteros meruit potestatem. Recte igitur benedictionis et unctionis quodammodo potestas apostolica huic traditioni servatur, quam constat ecclesiasticorum ordinum tenere principium.

VIII. Illud quoque non prætereundum videtur, qui nec eadem benedictionis verba presbyterii consecratio promeretur, quæ pontificalis apex consuevit audire. Nam si nihil speciale reservatum esset episcopo, gradus indifferens esse videbatur : nec opus esset diverso vocabulo, quod eadem benedictio consecraret. Sed nec illud tangat animum, quod sibi aliquando quædam vis necessitatis assumit, veluti (quod nunc per Africam fieri dicitur) ut presbyteri sanctum chrisma conficiant : quod merito moveret, si istam pontificalis auctoritas licentiam non dedisset. Unde constat etiam nunc a pontificibus quodammodo fieri, quod in tanta rerum necessitate, ut a presbyteris effici possit, superior ordo constituit.

IX. Illud etiam vultis scire, quos Ecclesia catholica redeuntes non baptizet hæreticos ? Quod ego pro meo modulo brevi responsione concludam : illos venientes baptizari quos non constiterit in nomine Trinitatis æque suscepi se mysterium. Nam sive Patrem solum quis confiteatur, negans Filium et Spiritum sanctum, baptizandus omnino est ; sive Filium confitens, neget Patrem vel Spiritum sanctum, sine dubio consequi debet baptismatis sacramentum ; vel si Spiritum sanctum denegans, Patrem fateatur ac Filium, æque, ut meminimus, mystico fonte purgabitur, juxta illam Domini regulam dicentis : *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 19). Verum si Trinitatis nomen accepit, inæqualitatis quolibet modo faciens differentiam, veluti qui illo in tempore Arium sunt secuti, baptizari omnino non possunt : quia illam dominicam consecuti sunt regulam, licet videantur errare. Unde hujusmodi docendi sunt potius quam baptizandi, et incorporandi matris Ecclesiæ visceribus benedictione succedente pontificis : ut per caritatem qua Deus proximusque vere diligitur, quid minus habuerint, quidve in eis completum fuerit, recognoscant. De Pelagianis autem, Eutychianis sive Nestorianis aperta et vulgata sunt omnia, quæ in libro de Hæresibus cum legeritis, plenius poteritis advertere.

X. Acolythy autem exorcistis hoc ordine differunt, quod exorcistis portandi sacramenta, eaque sacerdotibus ministrandi negata potestas est ; tantumque manus impositioni vacent, propter quod exorcistæ

* Legendum videtur quia.

dicuntur; vel cætera quæ intra acolythorum ordinem esse probantur, explere festinent. Acolythes vero sacramentorum portanda vasa suscipiunt, et ministrandi sacerdotibus ordinem gerunt. Ideoque exorcista fieri potest acolythus; iste vero ad exorcistarum officium nulla penitus promotione descendit; qui si optime suum officium ministraverint, ad subdiaconatus gradum poterunt pervenire: cujus hic apud nos ordo est, ut accepto sacratissimo calice in quo consuevit pontifex dominici sanguinis immolare mysterium, subdiaconus jam dicatur. Qui si rursus nullo fuscatus vitio inculpabilis perseverat, ad diaconii vel presbyterii sacratissimas dignitates poterit pervenire.

XI. Quod de septem altaribus inquisisti, quæ in urbe Roma sabbato Paschæ moris est consecrari, hoc dico, quia majores nostri, sive in septiformis gratiæ Spiritu decreverint faciendum, sive quia septem regionibus ecclesiastica apud nos militia continetur a qua hæc ipsa parantur altaria, ut singulis benedictio præstaretur: an quia septenarius ipse numerus mysticus et sacratus est, quia in Trinitatis nomine orbis credit universus, qui quatuor partibus ab Scriptura sæpe describitur; ac per hoc ternarius quaternario junctus septenarium efficiat, qui quasi inter illa sacra terribilia totius mundi representat imaginem; an alia quadam ratione constitutum sit, certe mihi habetur incognitum. Illud tamen firma mente custodio, quod non a majoribus tradita custodiret Ecclesia, nisi certa sui ratio populo cisset. Nec ea possumus dicere inania videri ac frivola, quia eorum minime rationem accepimus. Nam multa qui proxime ante nos fuerunt, et nos, ut nobis ratio persuadet, in ecclesiis quædam nova sancimus: quæ dum ad posteros transmittimus observanda, etiamsi qua id ratione a nobis factum sit, longe posterior ætas ignoret, non putabit tamen inania, si in Deum piam præcedentium intelligat voluntatem. Hoc ergo modo etiam nos quod... majorum ratio ipsa non venit: nam quorum pervenit, et ipsa tenentur et res; quorum autem causa late, et res fidei non resultat, observari ac teneri necesse est.

XII. Quod autem quæsisisti, cur in sacratissimum calicem lac mittatur et mel, et Paschæ sabbato cum sacrificiis offeratur? Illud in causa est, quia scriptum est in Veteri Testamento et novo populo figuraliter repromissum: *Introducā vos in terram repromissionis, terram fluentem lac et mel (Levit. xx, 24)*. Terra ergo repromissionis terra est resurrectionis, et in illa felicitate semper permanentis, quæ nihil est aliud quam terra corporis nostri, quæ in resurrectione mortuorum incorruptionis pacisque gloriam consequetur. Baptizatis ergo hoc sacramenti genus offertur, ut intelligant quia non alii, sed ipsi qui participes sunt corporis et sanguinis Domini, terram repromissionis accipient, cujus iter inchoantes, tanquam parvuli lacte nutriuntur et melle, ut incipient

decanare: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, super mel et favum (Psal. cxviii, 103; xviii, 41)*. Lac ergo et mel^a portantur novi homines post amara delicta: ut qui in prima nativitate corruptionis lacte nutriti sunt, et amaritudinis lacrymas inchoarunt, secunda generatione lactis ac mellis dulcedinem in Ecclesiæ visceribus sumant, ut nutriti talibus sacramentis incorruptionis perpetuæ mysteriis consecrentur.

XIII. Illud etiam quod interrogare dignatus es, cur Alleluia usque ad Pentecosten in Ecclesia decantatur, scire vos convenit alia esse in fide catholica, quibus per totum mundum omnis Christianus astringitur, veluti est auctoritas Novi ac Veteris Testamenti; alia rursus esse instituta Patrum, a quibus nulli licet catholico deviare, veluti Nicæni canones, et si quid hujusmodi est; itemque alia esse quæ unaqueque Ecclesia tanquam propria retinet, et a suis majoribus tradita sibi custodit, quæ salva fide et pace catholica cum alterius regionis non observat Ecclesia, ut est Romana, quæ sabbatis omnibus jejunit, quod Orientalis facere non videtur; vel quod hic septem altaria componuntur, quod alibi nullus attentat; et rursus sicut alia alibi, quæ hic fieri non probantur. Hæc autem omnia ita diversis Ecclesiis diverso modo fiunt; ut tamen omnes illius regionis vestem faciant de qua dictum est: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate (Psal. xlii, 10)*. Nihil ergo moveat, cum videntur hic aliqua in Dei laudibus fieri, quæ alibi alio modo fieri comprobantur. Sive enim usque ad Pentecosten Alleluia cantetur, quod apud nos fieri manifestum est; sive alibi toto anno dicatur; laudes Dei cantat Ecclesia. Sed reservatur aliquid apud nos paschali reverentiæ, ut majoribus gaudiis, et quasi mentibus innovatis ad laudem Dei recurrat affectus; propter quod Alleluia, Latino sermone *Laudate Dominum* dicitur. Quanquam et aliis verbis id quotidie populorum vox dicentium resonet: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis (Psal. cxlviii, 1)*. Itemque: *Laudate Dominum, omnes angeli ejus (Ibid., 2)*. Et iterum: *Laudate Dominum omnes gentes (Psal. cxvi, 1)*. Semper ergo cum Deus quoquo modo fidei corde laudatur, Alleluia cantatur.

XIV. Restat nunc illud quod interrogandum putastis: Si baptizatus sine chrismatis unctione ac benedictione pontificis ex hac vita migraverit, utrum ei obsit aliquid, an non? De qua re magis a doctis plenius audire vellem, quam ipse aliquid dicere. Quid tamen mihi videatur, salva meliore intelligentia et majorum plena sententia, quod in omnibus prædictis volo tenere; quia ita vestræ voluntati parere studui, ut tamen de omnibus quid melius (quod non dubito) a majoribus dictum est, hoc uterque servemus. Quid ergo videatur breviter dicam. Ducatur ergo similitudo ab hac prima nativitate in qua orti sumus, ut intelligamus illam secundum ex

^a An potantur?

qua vere vivimus et in qua justificati sumus. Cum natus fuerit infans, et lucis hujus participationem contigerit, perfectum hominem natum esse dicimus, et est ejusdem substantiæ cuius est ille qui genuit, hoc est, animal rationale mortale; quanquam ille

A grandis, hic parvus; quæ sunt accidentium vocabula, non naturæ. Si ergo accidant adjumenta ad ætatis provectum, nunquid adjectum est aliquid definitioni substantiæ? Absit: quia non extenditur aut minuitur naturæ proprietas..... Cætera desunt.

EXEUNTE SÆCULO QUINTO.

SANCTUS FAUSTINUS.

EDMONDI MARTENE ADMONITIO.

Quis fuerit ille S. Faustinus necdum certo scire mihi licuit. Equidem reperio apud Gennadium libro de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus Faustinum presbyterum, qui scripsit ad personam Flaccillæ reginæ adversum Arianos et Macedonianos libros septem, editos in Bibliotheca Patrum; et alterum librum quem Valentiniano et Theodosio et Arcadio imperatoribus pro defensione suorum cum Marcellino presbytero obtulit. Verum hic Faustinus non fuit sanctus, imo schismati Luciferiano aperte consensus. Fuit et alter Faustinus

B episcopus, cujus homiliam dominica ante quadragesimam Aeneas Parisiensis in libro adversus Græcos Spicilegii tom. VII, pag. 86, citat: quam homiliam integram reperit noster Acherius in manuscripto Corbeiensi, eumque eundem esse cum Fausto Rhegiensi episcopo, arbitratur ex conjectura tantum. An vero idem fuerit cum Faustino sequentis homiliæ auctore, nec affirmare, nec negare audeo. Cujuscunque tandem illa sit, sane antiquissimi auctoris esse extra aleam est.

SANCTI FAUSTINI

HOMILIA

DE PASSIONE DOMINI.

(Edidit Martene Ex ms. S. Illidii Claromontensis.)

Beneficia Dei nostri cum magna ac mirifica sint, tamen nec nova probantur esse nec subita; sed ab initio sæculi, et prædicta oculis, et præfigurata mysteriis. Sacram Domini passionem ab ipsius mundi coalescentis exordiis Veteris Testamenti responsa eecinerunt, et ideo Christum Dominum prædicatum atque nuntiatum Judæis aperte ex ipsorum libris et voluminibus asserimus, validis absque dubio nititur privilegiis, qui causam de adversariis asserit instrumentis. Speciosa victoria est contrariam partem charitulis suis velut propriis laqueis irretire et testimoniorum suorum vocibus confutare et æmulum telis suis evincere, ut pugnantioris tui argumenta tuis probentur utilitatibus militare. Itaque in Domini nostri per-

C sona dum ex Adæ primi hominis costa mater creatorum viventium Eva producitur, ex hujus sacro latere ac salutari vulnere Ecclesia omnium fidelium parens reparanda monstratur. In ejus typo Abel justus occiditur, et innocens fraterna tanquam Judaica impietate mactatur. Hic idem Dominus in novissima mundi senescentis ætate per figuram beati Abraham longævi patris offertur. Quo tempore dum novo sacrificio in unci sui jugulum pius parricida consurgit, ex improvise aries oculis ejus apparuit, sicut loquitur sermo divinus: *Et vidit Abraham arietem inter vepres hærentem cornibus* (Gen. xxii, 13). Inter vepres, inquit; requiramus quæ sit ista novitas, id est in multitudine circumstantium peccatorum, hærentem

^a Sic præclare Augustinus in psal. xl: *Proferimus D codices Judæorum, nempe Judæi inimici nostri sunt. De chartis inimici convincitur adversarius.*

^b Sic iterum S. Augustinus tract. adversus Judæos: *De sanctis Scripturis, quarum et apud ipsos magna habetur auctoritas, sumenda sunt testimonia, quorum etsi nolint oblata utilitate sanari, aperta possint veritate convinci.*

^c Hinc est quod idem S. doctor in psalm. lvi: *Judæi, inquit, librarii nostri facti sunt. Et in psal. xl: Nobis serviunt Judæi, tanquam capsarii nostri facti sunt, studentibus nobis codices portant. Et lib. xii contra Faust., c. 23: Quid est aliud hodieque gens ipsa, nisi quædam scribaniaria Christianorum, bajulans legem et prophetas ad testimonium assertionis Ecclesiæ.*

cornibus, id est ad crucis cornua clavorum confluxione pendentem, sicut in alio loco legimus: *Cornua in manibus ejus sunt (Habac. III, 4)*. Hoc ideo quia venerandas manus ejus patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spinoso sermo innocentiae et justitiae actor illusus est. Sed altius introspicere debemus quidnam sit quod Isaac a Patre altaribus admoveatur, ac subito aries pro eo non mutata sed duplicata oblatione supponitur. Gemina hic adoranda substantia Redemptoris ostenditur, Dei enim unigenitus offertur, et Virginis primogenitus immolatur. Hoc quoque dominicae passionis praefigurabat insignia, quod legimus beatum Eliseum sepulchro conditum ingesto a latrunculis cadavere intra tumulum suum corpus extincti tactu sacri corporis suscitasse: Quis hic alius praefigurabatur, nisi Dominus noster Jesus Christus, qui resurrectionem de morte largitur, et vitam sepultus operatur? In latrone reum mundum, in propletae virtutibus Christum Dominum recognosce. Adhuc celeberrime per Scripturas sanctas etiam in Jonae prophetae laboribus et ærumnis Christi passio et resurrectio praesignantur. Hic Jonas, quod fidei nostrae non arbitramur incognitum, typum Domini gessisse praescribitur. Ipse enim Dominus dicit: *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, ita erit Filius hominis in corde terrae (Matth. XII, 40)*. Hic, inquam, Jonas ad praedicandum Ninivitis irae caelestis offensam, Domino jubente, dirigitur; sed praescius tristem prophetiam populi conversione vacuandam, profugusque Tharsum petebat, ingreditur navim, sed nautis exorta tempestate turbatis, sorte fluctibus datur, et faucibus ceti piscis dimersus excipitur; sed pisce illaerum eructante depositum, tertia die terris refunditur. Videte Dominum etiam in Veteri Testamento in servi forma mirabiliter apparere. Videte quomodo se ante actis saeculis judicavit secundum servilis formae humilitatem venturum. Jonas iram Domini praedicaturus ad magnam Ninivitarum urbem, dicturus: *Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur (Jon. III, 4)*; et Christus ad mundi mittitur civitatem, ut diem salutis et praefinitum iudicii tempus annuntiet. Jonas navim expetit, Christus Ecclesiam. Jonas fluctibus agitatur, Christus mundi turbibus exercetur. Nisi Jonas perditum detur, naufragae navis periculum non sedatur; Sic non liberatur Ecclesia, nisi Christi morte salvetur. Nautae dimissuri Jonam tamen verentur et dicunt: *Domine, ne des super nos sanguinem innocentem (Jon. I, 14)*. Nonne vobis videtur nautarum imprecatio Pilati esse confessio, qui tradidit Christum, et tamen lavat manus suas, et dicit: *Mundus ego sum a sanguine justorum hujus (Matth. XXVII, 24)*? Quam congrue per personam gentilem fides gentium praedicatur! Dicit itaque Jonas in oratione sua: *Tolle igitur, Domine, animam meam, quia melior est mihi mors quam vita (Jon. IV, 3)*.

A Id est vivens unam Judaeorum gentem salvare non potui; moriar, et universus mundus mea morte salvetur. Jonam cetus piscis excepit immersum, sed non contigit devoratum; et quem maliti hominum perdidit, bestia esuriens custodivit. Plenis visceribus famem patitur, et in praedam quam absorbit, nihil sibi licere miratur. Quis est iste qui intra avidos rictus assumi potest, consumi non potest? Cibus est, corruptio non est, traditur perditionis profundo, et servatur ipsius mortis obsequio. Quis est iste qui vastissimos sinus periculorum totus ingreditur, et sub altitudine conclusus immensa atque mortifera, vitali aere pascitur, et dimissus in alienam rerum naturam, in vitae exilium, cum vita peregrinatur, et mortis superstes annuntiat venturam mundi salutem?

B Puto quod hic est Dominus noster Jesus Christus, quem saeva mors, inexplabilis bellua, in escam suam rapuit, et praedam suam captiva contremuit. Contremuit, inquam, nam si noverat crucifixum, tamen quem non meminerat reum, non poterat tenere damnatum: quia culpam non facit poena, sed causa. Quasi solitum cibum perditum in mundi origine hominem devoravit; sed magnam esse cibi ipsius dignitatem praefocata cognovit, atque ideo divinus sermo commemorat: *Et praecipit Dominus pisci, et eromuit Jonam in aridam (Jon. II, 11)*. Hoc debemus accipere quod ex imis visceribus mortis victrix vita remeavit, atque eam ex imis praecordiis inferni perditio exulcerata reddidit. Videmus itaque in propheta afflictionibus apertissime praefiguratam mortem pariter et resurrectionem. Quapropter quod impletum cernis in servo, credere non cuncteris in domino. Quae cum ita sint, perspice, o homo, quantum valeas et perpende quid debeas. Perspice quantum valeas, ut tandem vilis esse tibi desinas, ut vel per hoc erubescendis subjacere vitis dedigneris, dum generositatem tuam de Creatoris et Reparatoris nostri dignitate metiris. Habet causas quibus ipse confundatur cur indignis dominis victo corde subdatur, cui gloria aeterna promittitur, ac sic gemino privilegio, qui dudum divinae imaginis participatione efficeris etiam commercii nobilitate pretiosus. Vide quam fortis esse possis contra hostem tuum, interroga statum tuum, quod tibi Dominus ad debellandum in membris tuis mundi principem ac spirituales nequitas superandas liberam contulit facultatem; ac sic impossibile non putes, ut transferri obtineas in angelicas beatitudines, cum hoc saeculo angelicas deviceris potestates. Non ergo te degenerem ac despectum faciat vita, quem vel factura probatur illustrem protulisse vel gratia, sed cursum fideles Christi ad superna fiducialiter extollant. Nam qui se caelesti pretio vident redemptos ad caelestia non dubitant praeparatos.

Explicit homilia sancti Faustini.

EKEUNTE SÆCULO QUINTO

JULIANUS POMERIUS.

PROLEGOMENA.

NOTITIA EX CAVE.

Julianus Pomerius, gente Maurus, in Galliam profectus in civitate Arelatensi scholam rhetoricam aperuit, ac demum presbyter ordinatus est. Claruit circa an. 498. Eum sanctitate vitæ et scriptis quotidie editis eminuisse fidem facit Gennadius (De Script. c. 98), quo tempore Catalogum suum iste clausit. Scripsit libros 8 de Anima, quorum argumenta sigillatim enumerant Gennadius et Isidorus (De Script. c. 12), et in libro secundo de Corporeitate animæ disputasse notant. Quantum vero ex argumentis hisce conjectari licet (opus enim nunc non superest) isti libri, ex Nemesii

A *libris 8 de Anima fere excerpti sunt. Scripsit etiam tractatum de Contemptu mundi ac rerum transitarum ad Principium, et alium de Vitiis et Virtutibus, libellum adhuc de Virginibus instituendis, quæ interierunt. Unicum ejus superest opus de Vita contemplativa, sive de futuræ Vitæ contemplatione, vel de actuali conversatione in tres libros divisum; quod Prospero vulgo perperam inscriptum, inter opera istius haberi solet, ac sub illius nomine seorsim prodit anno 1487 et Coln. 1556 in-8°. Prologum operis istius secundum primus edidit Dacherius Spicileg. tom. XIII.*

ADMONITIO

LIBRIS DE VITA CONTEMPLATIVA

A MANGEANTIO PRÆFIXA

IN SUA S. PROSPERI AQUITANI PARIISIENSIS EDITIONE.

In appendicem rejicimus primo loco libros duos de Vita contemplativa, opus licet elegans et pene omnium laudibus celebratissimum, atque ab annis octingentis ad nostram usque ætatem sancto Prospero assertum. Ab octavo namque sæculo medio scriptores inventi sunt qui sub auctoris nostri nomine opus istud laudavere. Chrodogangus enim Metensis episcopus, qui illo sæculo florebat, et studio regularis disciplinæ, cui canonicos Ecclesie suæ subdi voluit, admodum commendabilis exstitit, in regula canonicorum, Prosperum librorum de Vita contemplativa auctorem agnovit. Idem prælat Jonas Aurelianensis episcopus, qui floruit sub pontificatu Eugenii II et Gregorii III, imperantibus Ludovico Pio et Carolo Calvo, id est sæculo sequenti, in libro de laicali Institutione, qui primum editus est in lucem a doctissimo viro D. Luca Acherio monacho Sangermanensi, ordinis S. Benedicti congregationis S. Mauri in tomo I sui scriptorum veterum Spicilegii. Tum concilium Aquisgranense sub eodem Ludovico Pio in causa ejusdem canonicorum institutionis celebratum anno 818 huic opinioni favere videtur, cum hosce tractatus ut Prosperianos usurpat, non secus ac concilium Parisiense sextum sub eodem imperatore post annos tredecim coactum. Quin etiam huic operi inscriptum legitur Prosperi nomen in manuscriptis codicibus ejusdem ætatis, et in editis antiquioribus habetur insertum. Ita denique creditur, nullo refragante, ob omnibus posterioris

B *ævi scriptoribus. Nihilominus tamen hodie constat inter eruditos non esse Prosperi hocce opus de Vita contemplativa, nec iis religio fuit tam antiquis tamque idoneis testibus fidem derogare, et libros proxime subjiciendos pareni alteri ascribere; Juliano scilicet cui cognomen erat Pomerio, natione Mauro, qui Arelate rhetoricam cum magna famæ laude docuit, auditoremque habuit Cæsarium Magnum ejusdem urbis postea episcopum, ut testatur ejusdem sancti pontificis Vitæ liber.*

Hujus porro sententiæ probationes suppetunt non pauca. Nam, 1^o ut ex ipsiusmet auctoris testimonio argumentum primum ducamus, auctor iste (quod solertes ante omnes observavit Jac. Sirmondus in notis ad Aquisgranense concilium) Hilarii Arelatensis, qui obiit anno 449, laudes contexit, lib. II, cap. 9, quasi ejus quem

C *longe ante diem supremum obiisse supponit: quod certe æqualis Hilario Prosper asserere nequivisset. Adde etiam, si libuerit, eam rationem quamurget II. Norisius, quod nempe Prosper non ita liberaliter eum laudasset, quem ipse in litteris ad Augustinum testatur in sancti doctoris gratiæ doctrinam minus prestensum; et si aliæ meritis clarum, præcipuè auctoritatis, et spiritualium studiorum virum fuisse profiteatur.*

Aliæ insuper suppetunt rationes, quæ dum opus vero auctori restituum, necessario illud deinceps a Prosperi operibus omnino secernunt. Ac primum S. Isidorus libro de Scriptoribus ecclesiasticis, cap. 12, explicate

libros illos Juliano Pomerio ascribit, his verbis: « Alios quoque tres libros edidit de futuræ vitæ Contemplatione, vel actualis conversatione, nec non etiam de Vitiis et Virtutibus: » qua certe recensione omnis operæ distributio et totius tractatus istius argumentum describitur, ut ex libri tertii præfatione clarius perspicietur. 2° Laudatus jam Sirmundus codicem ms. vidisse se testatur qui fuerat alias S. Salvatoris vicecomitis, postea vero fuit illustrissimi doctissimi que archiepiscopi Tolosani Caroli de Montchal, in quo libri illi, Juliani Pomerii nomine prætitulantur. Et eodem fide dignissimo assertore, in Collectione canonum codicis Andegavensis, sancto Pomerio, sic enim vocat, rursus ascribuntur tractatus illi nostri. Alterum subinde nactum se testatur P. Quersnellus in bibliotheca abbatiæ beatæ Mariæ de Trappa, quæ ex obscuro monasteriolo in numerosissimum sanctissimumque asceterium derepente evadens religiosissimi abbatis studio ac pietate, suum ætate nostra Gallicanæ Ecclesiæ Bernardum, suam Bernardo reddidit Clarum Vallem. Duobus hisce oculatis testibus addere liceat tertium non minoris auctoritatis testem, scilicet doctissimum et clarissimum nominis auctorem Bibliothecæ novæ auctorum ecclesiasticorum, qui tomus sui tertii parte secunda monet, audivisse se (a fide dignis procul dubio) asservari etiamnum in bibliotheca capituli insignis Ecclesiæ Bellovacensis, pervetustum ms. in quo tres libri de Vita contemplativa Juliani Pomerii ut certi auctoris nomine insigniuntur.

Nec forte alterius operis Pomerii meminisse censendus est Gennadius in Catalogo de viris illustribus, seu de ecclesiasticis scriptoribus, cum recensito opere in quo auctor ille interrogantibus et rogantibus Juliano episcopo et Vero presbytero, dialogorum more respondens; arte dialectica et sermone ingenio apto composuit de Natura animæ et Qualitate ejus, etc., libros octo; subdit Gennadius: « Memini legisse me olim ejus dictatum a l quodam nomine Principium, etc., et alium, de Vitiis et Virtutibus prætitulatum. »

Nec inutile erit hic aliquid etiam de Juliano Pomerii fama fortunisque breviter præfari. Fuit porro hic Julianus Pomerius, dum hæc scripsit, ex rhetoricis disciplinis ad ecclesiasticos gradus provectus: neque enim credere par est Julianum episcopum, cujus jussu styllum arripuit, auctorem illi fuisse, ut de clericorum officiis tractaret antequam eo gradu auctus esset, cui Ecclesia magisterium, et aliorum institutionem permittit. Sed et Gennadius hunc presbyterum ordinatum tradit. Hunc Ennodius Ticinensis episcopus exquisitè laudat lib. II, epist. 6, quam ipsi inscribit, ubi hæc sub finem: « Nunc tuæ, mi domine, et circa me ecclesiasticæ disciplinæ magis exerce s'autorem, » etc. Ad eundem etiam duas epistolas transmisisse legitur Ruricius Lemovicensis. Nam et ipse Æonium Arelatensem rogat, lib. II, cap. 8, ut Pomerium ad se venire jubeat. Hunc autem cum tunc abbatem appellet, argumento est eum ab Æonio monasterii regimini, post adeptum sacerdotalem ordinem fuisse præpositum, quemadmodum ipsemet pontifex Cæsarium jam factum presbyterum monasterii abbatem pariter constituerat. Dum vero dicitur Cæsarium reli-

giosæ sodalitati defuncti abbatis loco successum, non inani forte conjectura inferemus illum Juliano magistro quondam suo hoc in munere successorem electum: quem quidem hoc tempore jam annis gravem existimare consequens erit. Quod etiam ipse innuit Gennadius in Catalogo cap. 98, quem concinnans aut amplificans circa annum 494, ait: « Scripsisse et alia dicitur, et adhuc scribere.... vivit usque hodie conversatione Deo digna, apta professioni et gradui. » Quibus verbis postremis, et monachatum illius et sacerdotium designasse jure credetur.

Inscripti sunt autem libri illi Juliano episcopo, se incertum cujus sedis fuerit episcopus. Observatur sane hujus nominis pontifex Carpentoratensis in Epaonenensi concilio anni 517 subscriptus, cui ut hoc opus dicatum B judicetur non videtur ob stare tum ratio temporis, tum regionum distantia: sed ut erat hoc nomen his sæculis commune, alii etiam esse potuere Juliani, quorum alteri lucubrationes suas nuncupasset Pomerius. Nam, si fides auctori Vitæ S. Honorati quæ circumfertur, sedit inter Forojulianenses hujus nominis pontifex: quem cum iste ejusdem Honorati et Caprasii ex Italia rediit cum hospitem narret; auctor dissert. de Initiis Forojulianens. Ecclesiæ, eundem cum Quillinio, ad quem datae exstant Leporii retractationis litteræ, fuisse conjecerat: at quia consarcinatoribus solemne est remotiores temporum epochas conjungere, vel conjunctas distrahere, potuit ille Julianum episcopum inter hæc tempora deprehendisse; post Victorinum utique, qui anno 506 Agathensi concilio interfuit: cujusque exstat epistola ad C Ruricium Lemovicensem, et istius ad Victorinum. Is'o autem Forojulii sedente, Julianum provincie regiones collustrasse, et cum provincialibus necessitudines contraxisse singulares probatur in Secretis Lirinensibus. Ex hac autem ejus in his partibus consuetudine, haud dubie afflutam illi opinionem suspicari promptum est, qua ex citati Isidori testimonio discimus, eum in octo libris de Natura animæ quos conscripsit, secundum Tertulliani erroribus labefacisse, dum eam corpoream fallacibus etiam argumentis astruere contendit. Nam tum magna famæ laude celebrabatur Faustus monasterii Lirinensis, in Forojulianensi territorio post Maximum Reiensem tum episcopum, abbas; qui quidem sententiæ pene conscriptæ cineres suscitare non detrectans, eam etiam scriptis libris acriter defendisse perhibetur: contra quem ex adverso stetit Claudianus Viennensis Ecclesiæ presbyter, litisque arbitrium se legit Præfectorium Patricium, doctissimum virum, et opt. C. Sollium Sidonium: his enim nominibus, in epistola libris suis præfixa illum convenit. Arbitrum illum autem statuit Fausto licet amicissimum, sed qui amiciorem sibi veritatem satis cumulate testatus esse videtur, dum libros illos, et exquisitis præconiis celebravit in sua tertia ad Claudianum epist. lib. IV.

Cæterum suos de Anima libros Pomerius, ad eundem Juliani episcopi, cui libros de Vita contemplativa inscripsit, petitionem digessit, eodem assertore Gennadio, qui alium presbyterum nomine Verum memorat hujus operis edendi cum Juliano promictorem. Atque de hoc

Vero cum huc usque vix quidquam deprehendatur animadvertens, non forte infeliciter conjectum ab auctore dissertationis septimæ de suppositis S. Prospero scriptis et tractatibus, Verum istum ab eo non diversum esse, quem tam exquisitis præconiis commendat Salvianus in epistola sua septima, eidem et Apro inscripta: quæ quidem tanto majorem viri celebritatem arguunt, quanto major ipse Salvianus, et in his etiam laudibus parciore fuisse videtur. Sed hæc rursus, seu Julianum, seu Verum extra provinciam, vel ejus viciniam quærendos non esse satis arguerent. At pro Vero illud etiam majus occurrit, quod inter hæc tempora in Arausicanorum præsulum serie, nominis hujus observe-

tur præsul, quem ab isto nostro diversum esse vix credibile; non illo quidem, cujus nomen inscriptum legitur in epistola provincialium episcoporum ad Leonem pro instauratione jurium Arelatensis episcopi (cum constet Eutropium Arausicanum episcopum Veri decessorem sæculi quinti mediam partem prætergressum, ut qui ab Hilario pontifice maximo nec non a Sidonio jam episcopo litteras susceperit), sed illo Vero, qui post Eutropium sedit, hoc exeunte sæculo, cujus et Vitam scripsit, teste Sigeberto. Istius enim optime concurret temporis epoche cum Juliano ac Salviano, a quibus laudatur gestis. Et hæc quidem in librum proxime subjiciendum ex doctissimorum criticorum scriptis inserta sufficiant.

JULIANI POMERII DE VITA CONTEMPLATIVA

LIBRI TRES.

LIBER PRIMUS.

PROLOGUS.

1. Diu multumque renisus sum voluntati tuæ, mi domine studiosissime pontificum Juliane; non velut pertinaciter durus, sed propriæ impossibilitatis admonitus. Videbatur enim mihi, et jure forsitan videbatur, quod etiam ipsi præsumptionem meam potuissetis improvidè temeritatis arguere, si tantam rem, quæ utique esset operose tractanda, facile ac sine ulla deliberatione susciperem: cum me oporteret prius ipsius rei pondus unde dicendum foret, expendere [Alias experiri]; et sic, adjuvante Domino, si vires facultas explorata promitteret, ad hoc arripiendum, quod juberetis accedere. His et talibus sollicita consideratione perspectis, necessarium duxi, ut me aliquandiu a scribendi præsumptione suspenderem. Sed quia sicut cogitanda fuit injuncti operis difficultas, ita cogitari debuit injungentis auctoritas, nec volui, nec debui usquequaque resistere, certus quod vires meas multo amplius adjuvaret tua præcipientis oratio, quam gravaret ipsius materiæ magnitudo. Deinde ista consideratio animum meum suis viribus diffidentem, in audaciam subeundæ præceptionis vestræ perduxit; quod jam non humilitatis esset perseveranter tenere silentium, sed superbiæ ultra renuere, quamvis infirmis cervicibus unus impositum; cui oneri sustinendo, etsi mea me rusticitas faciebat invalidum, vestra fieri credidi fide qui jubebatis, idoneum.

2. Hoc quoque mihi nudendi aliquid fiduciam da-

but, quod magnarum rerum magnus ipse conatus esset, etiamsi nullus e disputantem sequeretur effectus. Si quidem necessariorum tractatio quæstionum, etsi non instruit non inveniatis quod quærit animum, exercet saltem quærentis ingenium: ut aut noverit se quærendo, et nihil inveniendi nescire quod se forte nosse præsumperat; et ignorantia suæ consequenter admonitus, quod sibi deesse viderit, quærat, quod invenerit teneat; et quod tenuerit, perseveranter exerceat: aut si quod sibi de divinis Literis propositum fuerat, salubriter tractare, et sufficienter explicare potuerit; non de inventione veritatis infletur, sed in Domino, qui eum intus illuminavit, ut illuminanda cognosceret, gloriatur. Quandoquidem scientia sicut sine dono Dei, quod est caritas, inflat, ita si ei caritas admisceatur, edificat (I Cor. viii). Ac per hoc, qui de Deo loqui voluerit, aut nihil dicit, et nulla eum præcipitat inflatio; aut si aliquid dixerit, et se crediderit a Deo accepisse quod dixit, habet unde Deo gratias agat, non habet quod ingenii sui viribus elatus ascribat.

3. Sed jam ipsa capitula, quæ utcumque solvenda proposuistis, attezam. Itaque jubetis ut paucis edisseram quæ sit vitæ contemplativæ proprietates: et quid inter ipsam et activam vitam intersit, quanta possum brevitate distinguam. Utrum is cui Ecclesiæ regendæ cura commissa est, contemplativæ virtutis fieri particeps possit. Utrum æquanimitèr sustinendi sint divina præ-

^a Mss. duo., Regius unus et Camberonensis, susceperim.

^b Sic mss. quinque cum edit. Lugd. 1559. Mss. duo et edd. Duac. et Colon., quamvis infirmis cervicibus unus impositum grave sit.

^c Ms. Colberinus unus, disputationum.

^d Mss. quatuor cum ed. Lugd., non instruit inventis; sed, ut videtur, minus bene.

^e Ita mss. quinque. Ms. unus et edd., diligenter.

^f Ms. Camberonensis, poterit.

^g Abest vox veritatis a ms. Camb.

^h Mss. duo, enubilanda. Ms. unus, innubilata.

ⁱ Ms. Camb., præcipitabit.

^j Edd. cum ms. uno, quod dicit.

^k Mss., plerique, jubes.

^l Ms. unus, contemplativæ vitæ.

cepta calcantes, an pro modo peccata debeant Ecclesiastica severitate coargui. Utrum ^a congregandis fratribus aut atendis, expediat facultates Ecclesiæ possideri, an perfectionis amore contemni. Quæ sit abstinentiæ credenda perfectio; et utrum ^b tantum corpori an et animæ necessaria debeat judicari. Quantum a virtutibus veris virtutum similitudines distent. Quibus præcedentibus causis et subsequentibus incrementis nasci soleant vitia vel augeri; et quibus possint, adjuvante Domino, remediis, velut quibusdam medicamentis imminui vel sanari. Quot modis vel gradibus unaquæque virtus possit impleri. Et an vera sit illa philosophorum sententia, quæ virtutum omnium velut fontes quosdam quatuor virtutes; vitia quoque quatuor, velut quasdam origines malorum ^c omnium definiit. Hæc sunt nimirum decem, quæ a me voluistis enodari capitula, non ut absolutio eorum vobis aliquid cognitionis afferret, sed ut ^d vestra magis cura, si regulariter imperatum munus implevero, nonnihil ædificationis talium studiosis, horum et his similibus capitulorum explicatione conferret. Cæterum si tu ea nescires, nunquam tanto ordine dilucidanda proponeres. Idco autem voluistis cognita vobis disputationibus illustrari, ut aut me, si aliquid ^e secus quam ratio habet exponerem, saceretis emendari vel corrigi; aut certe per sollicitudinem vestram, meumque sermonem ad aliorum notitiam ^f possent catholice disputata perducere. ^g Nunc igitur quæ sit vitæ contemplatiæ proprietates, Domino vestris orationibus adjuvante tractemus.

ELENCHUS.

CAPUT I. Quod ea sit vitæ contemplatiæ proprietates, ^h ubi ⁱ Dominus mundo corde videbitur.

CAP. II. De quietate vitæ futuræ.

CAP. III. Quod eo iudicio Dei ^j ab iniquis hominibus separandi sunt sancti, ^k quo ante sunt beati angeli ab immundis spiritibus separati.

CAP. IV. De resurrectione vel vita sanctorum.

CAP. V. Quod præsentium contemptores etiam hic contemplatiæ vitæ beatitudo delectet.

CAP. VI. Quod perfectio contemplatiæ vitæ quæ hic haberi potest, ^l perfectioni futuræ comparari non possit.

CAP. VII. Quod Dominum sancti perfecte videre non possint, nisi cum ad beatitudinem futuræ vitæ pervenerint.

CAP. VIII. Quæ et quanta sit in hac carne vitæ contemplatiæ perfectio, vel qualiter ei perfrendæ mundi contemptores inhæreant.

^a Ms. unus, pro congregandis.

^b Sic mss. duo cum ed. Lugd. et Duac. In aliis d. est tantum.

^c Ms. unus, origines malorum definiunt omnium.

^d Sic mss. sex cum edit. Lugd. Alii editi cum ms. uno, sed ut vestra magis cura sciret, si regulariter... capitulorum explicatione conferri. Camberon. ms., ut vestra magistra cura.

^e Mss. duo, secus ac

^f Mss. quinque, possint.

^g Mss. quinque, Nunc igitur jam.

^h Ms. Camb., Deus.

ⁱ Ms. unus, ab omnibus.

CAP. IX. Quod tantum interest inter perfectionem vitæ istius et futuræ, quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt; et eos qui jam peccare non possunt.

CAP. X. Quod hic sancti ^l Deum in assumpta creatura viderunt.

CAP. XI. De quali a te glorificatorum corporum, quæ in resurrectione futura sunt.

CAP. XII. Quantum inter contemplativam et activam vitam intersit.

CAP. XIII. Quod sacerdotes sancti contemplatiæ vitæ fieri participes possint.

CAP. XIV. Uti se locutor excusat, quod Ecclesiæ magistros docere non audeat.

CAP. XV. De negligentia sacerdotis qui doctrinæ suæ agendo contraria, personam non potest implere doctoris.

CAP. XVI. Quale periculum maneat eos qui Ecclesiam sibi creditam vel ^m relinquunt, vel strenue gubernare contemnunt.

CAP. XVII. Ubi anxium quod Ecclesiam nunc relinquere, nec regere possit, provocat suggerendo quod eum melius regat exemplo.

CAP. XVIII. Quod parum valeat ⁿ exemplo agenda monstrare, nisi etiam quæ sint credenda, docendo Sacerdos ostenderit.

CAP. XIX. De virtute fidei, quod ad eam non solum credere, vel intelligere, sed etiam bene operari pertinet.

CAP. XX. Quod nihil prosit ^o Sacerdoti, etiam si bene vivat, si male viventem tacendo non corrigat.

CAP. XXI. Luctuosa descriptio ^p sacerdotis carnaliter viventis.

CAP. XXII. Quod secundum sermonem ^q prophetie culpa sua periant qui sacerdotum increpationes vel admonitiones perversa voluntate contemnunt.

CAP. XXIII. Quod sacerdotes etiam ^r qui aliter possunt, tam simpliciter docere debeant, ut omnes eos docentes intelligant.

CAP. XXIV. Quid intersit inter doctores qui Ecclesiam simpliciter docentes ædificant, et eos qui eloquentiam suam luculentis declamationibus ^s jactant.

CAP. XXV. Quales esse debeant sacerdotes qui volunt fieri vitæ contemplatiæ participes.

CAPUT PRIMUM.

Quod ea sit vitæ contemplatiæ proprietates, ubi ^D Deus mundo corde videbitur.

Contemplativa vita, in qua Creatorem suum creatura intellectualis ab omni peccato purgata, atque ex

ⁱ Ms. Camb., ante jam.

^k Sic mss. duo Reg. et Camb. Editi addunt illic.

^l Ms. Camb., Dominum.

^m Mss. 2 Reg. et Camb., relinquere volunt.

ⁿ Ms. Reg. unus, exempla agendo.

^o Mss. Reg. et Camberon., Nihil prosit sacerdotibus si bene vivunt, si male viventes tacendo non corrigant.

^p Mss. Reg. 2 et Camberon., Carnaliter viventium sacerdotum.

^q Mss. duo, prophetiæ.

^r Sic mss. duo. Editi, qualiter possunt.

^s Mss. duo., dejectunt. Ms. unus, dejactant.

omni parte sanata visura est, a contemplando, id est, A videndo, nomen accepit. Quod si ita est, illa vita ubi Deus videri potest ipsa ^a contemplativa credenda est. In præsentibus ^b autem vita miseris, erroribusque plenissima, Deum, sicuti est, videri non posse, dubium non est. In futura igitur ^c vita, quæ ob hoc appellatur contemplativa, videndus est, nec immerito. Si enim videre Deum, summum solidumque est gaudium summum ^d vero gaudium præmium bene creditur beatorum; et præmium ^e non adhuc pugnantibus, sed ^f jam vincentibus dabitur post triumphum: quis non videat quod omnes sancti Deum in illa vita æterna videbunt, ubi sine fine gaudebunt? Ibi gaudebunt, ubi præmium reportabunt; ibi recepturi sunt præmium, ubi non solum devictis, sed etiam finitis hostibus, triumphabunt; ibi triumphabunt, ubi ultimus adversarium non ^g habebunt.

2. Cæterum in hac vita, quamvis strenue dimicemus, et adjuvante Domino, catervas hostium, quibus circumfundimur, prosternamus; tamen si ab eis nolumus vinci, nunquam pugnare ^h desinimus. Nec vincentes securos faciunt viriliter desudata jam prælia; sed magis sollicitant adversariorum rediviva certamina. Ac sic, quia secundum Scripturæ ⁱ sacræ sermonein, tota humana vita tentatio est super terram (Job. vii, 1, sec. LXX), tunc est tentatio finienda quando finitur et pugna; et tunc est finienda pugna quando post hanc vitam succedit pugnae secunda victoria: ut omnes milites Christi, qui usque in finem vitæ præsentis divinitus adjuti, suis hostibus infatigabiliter restiterunt, laboriosa jam peregrinatione transacta, regnent felices in patria. In qua humana natura ita reparanda est, et ab omni prorsus infirmitate sananda, ut nec peccata ei ulla ^j remaneant, nec peccare jam ^k valeat. Cujus hoc erit totum præmium, ut vitæ contemplativæ semel compos effecta, inexplebiliter auctorem beatitudinis suæ ^l conspiciat, de illo gaudeat, ^m de illo quod speravit obtineat, et in eo ad ⁿ quod sancte vivendo pervenit, sine fine permaneat.

CAPUT II.

De qualitate vitæ futuræ.

1. Jam vero de qualitate ipsius vitæ futuræ quid

dicam, quæ potius debet credi quam dici? Nec ideo tamen debeo inde tacere ^o quod valeo. Neque enim quia Deum ineffabilem credimus, fari de illo quod possumus non debemus. Ita sane, ut plus credatur de illa vita, quam ^p scribatur; quia nec potest inde tantum proferri sermone, quantum potest mente complecti; et minus concipit mentis humanæ quamlibet profunda complexio, quam ^q se habet rei ipsius magnitudo. Ergo futura vita creditur beate sempiterna, et sempiternæ beata, ubi est certa securitas, ^r secunda tranquillitas, tranquilla jucunditas, felix æternitas, æterna felicitas; ubi est amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, et unus omnium spiritus de contemplatione Dei sui, ^s de sua cum illo permansione securus; ubi ipsa civitas, quæ est angelorum sanctorum ^t et hominum congregatio beata, meritis fulgentibus ^u micat, et æterna salus exuberat, veritas regnat; ubi nec fallit quisque, nec fallitur; unde ^v nullus ejicitur beatus, et quo nullus miser admittitur.

CAPUT III.

Quod eo judicio Dei ab iniquis hominibus separandi sunt sancti quo ^w ante sunt beati angeli ab immundis spiritibus separati.

1. Sed ^x et hoc futurum credimus per justum Dei judicium, in quo non solum meritis, sed etiam locis sic ab iniquis justis ^y separandi sunt in æternum, ut jam nec ^z remunerati præmium finiant, nec damnati supplicium; quandoquidem propterea incorruptio et immortalitas dabitur etiam corporibus miserorum, ut nec ipsi ^{aa} æternam pœnam finiant, nec ipsos consumat immortalis pœna, sed puniat. Ideo autem beata incorruptio et immortalitas justorum corpora donabuntur; ^{bb} ut et ipsi in gloria, et in ipsis gloria æterna permaneat.

2. Hoc judicium, quod inter justos homines injustosque futurum dicimus, inter sanctos angelos et immundos credimus ^{cc} factum. Nam cum essent utriusque sine peccato creati, et ad serviendum Deo suo ^{dd} feliciter instituti, eorum quidam voluntate propria depravati noluerunt permanere ^{ee} quod facti sunt; et cum se contra Creatorem suum ^{ff} typho superbiæ

^a Sic mss. duo. Reg. Editi vero, ipsa est contempl. D credenda.

^b Mss. Reg. unus, etenim.

^c Absit hæc vox vita a mss. duobus Colbert.

^d Ms. Camb., summum et verum gaudium. Ms. Reg. unus, summum verum gaudium.

^e Ms. Colb. unus, quod non adhuc.

^f Editio Lugd., etiam.

^g Mss. quatuor, non timebunt.

^h Mss. septem, Reg. duo, Colbert. quatuor et Camberon., desinimus. Editi, desinamus.

ⁱ Editi, Scripturæ sacræ. Mss., sanctæ.

^j Ms. Colb. unus, ulla alterius.

^k Edit. Lugd., valeant.

^l Ms. Reg. unus et Camberon., concupiscat suæ.

^m Mss. septem, non habent de illo.

ⁿ Sic mss. sex. Edit. vero, ad quod sancte vivendo pervenerit.

^o Ms. Colb. unus, quantum valeo.

^p Mss. quinque, scribitur.

^q Ms. Colb. unus, se habeat.

^r Editi, et secunda tranquillitas et tranquilla jucunditas, deest et utrobique in mss. omnibus.

^s Ms. unus, angelorum, sanctorumque omnium.

^t Mss. tres, micat: æterna salus.

^u Mss. omnes, beatus ejicitur.

^v Mss. duo, jam ante. Mss. alii duo, quo jam sunt.

^x Mss. quinque, Sed hoc.

^y Ms. Reg. unus, discernendi sunt.

^z Editio Lug. sola, nec remuneratis præmium finiat, nec damnatis supplicium.

^{aa} Ms. Colb. unus, nec ipsi æterna pœna finiantur.

^{bb} Ms. Colb. unus, ut ipsi (ms. alter et ipsi) in gloria æterna permaneant, cæteris omissis.

^{cc} Ms. unus, esse factum.

^{dd} Ms. unus, fideliter.

^{ee} Ms. Reg. unus, in eo quod facti sunt.

^{ff} Ms. Camberon., typo.

lethalis hostiliter extulissent, de superna cœli regione projecti sunt (*Isai. xiv, 13*). Quos divina sententia ^a eo supplicio condemnavit, ut quia noluerunt perseverare, cum possent, nec ^b velint reparari, nec possint. Siquidem prævaricationis eorum fuit, quod ^c irrevocabilis iudicii animadversione percussi sunt; et ad damnationem justissimam profecto pertinuit, quod voluntatem redeundi ac facultatem penitus amiserunt; sicut e contrario voluntatis sanctorum angelorum fuit, quod malis sponte cadentibus, ipsi in sua dignitate manserunt, et divino iustoque iudicio actum est, ut ^d quæ fuit cum Deo suo manendi voluntas, fieret permanendi voluntaria felixque necessitas. Et ideo, quia nec peccaverunt unquam, nec peccare jam possunt, illius contemplativæ vitæ semel facti participes, ^e inexplēbiliter auctorem beatitudinis suæ conspiciunt, et merito suæ stabilitatis in æternum felices effecti, de sua permansione securi sunt. Qui summum solidumque gaudium, quo insatiabiliter perfruuntur, de divina contemplatione percipiunt, ac Deo suo infatigabiliter et amanter inserviunt; ita perfecte beati, ut nec cupiant beatiores fieri ultra, nec valeant.

CAPUT IV.

De resurrectione, vel vita sanctorum.

1. Hæc est ^f contemplativa vita, vita beata, ad quam qui bonorum operum consummatione pervenerint, beatis angelis similes erunt, et simul ^g cum Deo sine fine regnabunt. Quod hic ^h crediderunt, ibi videbunt; sui Creatoris substantiam mundis cordibus ⁱ contemplantes, æterna exultatione gaudebunt; ^j divina ac mutua dilectione possessi, Deo suo in æternum et invicem sibi feliciter adhærebunt; receptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus, municipatum patriæ cœlestis accipient; atque ejus in æternum cives effecti, promissa præmia reportabunt. Ibi eis exuberabit tanta lætitia, tanta cœlestium gratia gaudiorum, ut et remunerari suo pro tantis muneribus gratias agant, et nullum fastidium ex ipsa affluentium bonorum perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, sicut corporalibus oculis subjacent facies corporales: quia humanorum pectorum tanta ibi erit et tam perfecta mun-

ditia, ut habeant unde mundatori suo Deo gratias agant, non unde offensi aliquibus peccatorum sordibus erubescant; quia ibi nec ulla peccata, nec peccatores erunt, et qui ibi fuerint, jam peccare non poterunt. Nec latebit iam perfecte beatos aliquid secretorum, qui, quod est longe præstantius, ipsum visuri sunt mundis cordibus Deum: quandoquidem humana creatura ita perfecta erit, ut in melius aut ^k deterius ultra mutari non possit.

2. Cujus humanæ substantiæ ad Conditoris sui similitudinem sublimatæ, omnia bona quæ naturaliter accepta ^l peccato corruperat, reparabuntur in melius; id est intellectus sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine ^m pervagatione, caritas sine simulatione, sensus sine offensione, incolumitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio, et tota sanitas sine morbo: quoniam quidem quidquid hic corporibus ⁿ humanis vitiandis aut ferarum morsus ^o ademerint; aut improvisi casus abstulerint, aut malarum valetudinum genera diversa ^p decerpserint, aut humana crudelitas amputaverit, aut si ignis, vel quælibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut ipsa senectus etiam sanis onerosa negaverit, hæc atque his similia corporum damna una ibi resurrectio reparabit, atque ea corpora ^q multis omnibus instaurata, incorruptibilis sanitas obtinebit.

3. Propterea quicumque ibi erunt, etsi differentibus meritis ab invicem distabunt, omnes tamen una perfectione beati erunt: quia singulis præmia sua sufficientia erunt, et capere amplius præmiis suis jam perfecti non poterunt. Sicut enim corporalis saturitas omnes saturos æqualiter habet, quamvis singuli cibum non æqualiter, sed pro possibilitate perceperint. ita omnes sancti, etsi fuerint aliqua graduum suorum diversitate distincti, una ^r beatitudine perfecti erunt, quia et una perfectione beati ^s futuri sunt. Cæterum in illa tantæ beatitudinis regione ^t nec majoris meriti sibi aliquid quisque arrogabit, quia arrogantia ibi nulla erit; ^u nec superiori inferior invidet, ^v quia ibi invidia esse non poterit. Et ideo, etsi erit ibi distantia mansionum, summa tamen in illis erit unius perfectionis æqualitas, quibus erit regni cœlestis una felicitas.

^a Mss. tres, eo sub iudicio. Ms. alter, eo iudicio ^D condemnavit.

^b Ita mss. omnes. Editi vero, nec velent reparari, nec possent.

^c Sic mss. quinque. Ms. alter, incredibilis. Editi vero, irrevocabiliter. Ms. Camb., prævaricationis eorum quod fuit, irrevocabilis iudicii.

^d Ms. Colb. unus, ut quibus fuit.

^e Mss. duo Colb., inexplicabiliter.

^f Sic ms. unus Colb. Cæteri cum editis, Hæc est contemplativa vita beata.

^g Ms. Reg. unus et Edd. Lug. et Duac., cum Deo suo.

^h Sic mss. sex. Editi, crediderant. Ms. unus, crediderint.

ⁱ Ita Editi. Duac. et Colon. mss. tres, divina dilectione ac mutua dilectione. Edit. vero Lug. cum ms. uno, divina dilectionis ac mutua delectatione. Ms. alter, divina delectatione ac mutua dilectione. Alius, divina

electione ac mutua delectatione possessi. Alter vero, divina dilectionis ac mutua caritatis possessione.

^j Mss. Camb., aut in deterius. Alii cum edd., aut deterius.

^k Ms. unus, peccando.

^l Ms. unus, prævaricatione.

^m Ms. unus, humanis hic corporibus vitiatis.

ⁿ Ms. Camb. et ed. Lugd., ademerit.

^o Sic mss. tres. Alii cum edd., decerpserint: quod membrum abest ab editione Lugd.

^p Ms. unus, una tamen beatitudine. Ms. alter, qui et una.

^q Ms. unus, facti sunt.

^r Ms. Camb., nec major meriti sibi aliquid arrogabit. Ms. alter, arrogabunt.

^s M. Colb. unus, nec superioribus inferiores invidet.

^t Sic mss. quinque. Mss. alii duo, invidus esse non poterit. Edd., quia ibi invidus nullus esse poterit.

CAPUT V.

Quod contemptores præsentium etiam hic contemplativæ vitæ beatitudo delectet.

1. Cui felicitati promerendæ ille suspirat, qui præsentibus omnibus futurorum contemplatione renuntiat, atque a domesticis occupationibus, quæ nonnunquam perfecte vivere cupientium processus impediunt, in illam divinæ sublimitatem contemplationis evehctus, ipsos etiam suæ carnis affectus exsuperat; ^a et infra se universa despiciens, quæ plerumque animas de præteritæ vitæ sanctitate securas in terrena dejiciunt, ^b ipsis etiam cœlestibus appropinquat, ^c tanto divinīs vicinior factus, quanto supra humana omnia studio perfectionis ascendit; certus quod si contemplativam vitam hic incertis honoribus, divitiis anxiiis, et caducis delectationibus plena voluntate prætulit; veros honores, securas divitias, et delectationes æternas ^d inveniat, cum ad perfectionem contemplativæ virtutis, in illa beata vita, ubi futura est, Deo remunerante, pervenerit. Et revera quid erit honoratius eo, quem divina clementia angelicæ dignitatis æqualitate beaverit? Quid ditius eo quem regni cœlestis ineffabiliter affluens beatitudo ditaverit? Aut quid etiam hic delectabilis contemplatione divina, quæ sibi veraciter inhiantem incorruptibilem suavitatem futuræ remunerationis infundit? Quoniam quidem contemplativa vita hic quoque amatores suos futurorum honorum consideratione delectat, ac sibi tota mentis intentione vacantes, quantum in hac vita fieri potest, dono sapientiæ spiritualis illuminat; et ad illam divinæ plenitudinem visionis, cujus spem studiis intenti cœlestibus gerunt, incentivo quodam ipsius consequendæ perfectionis inflammat; ut quod nunc in ænigmate cernunt, nec perfecte discernunt, tunc in illa revelatione conspiciant.

CAPUT VI.

Quod perfectio contemplativæ vitæ quæ hic haberi potest, perfectioni futuræ comparari non possit.

1. Quapropter non sic contemplativæ vitæ sublimitatem in futuro, ubi perfectio perficienda est, prædicavi, ut in præsentem eam negarem posse ab omnibus mundi contemptoribus apprehendi: si modo se ad eam tota devotione convertant; si desiderio ejus accensi, præsentia blandimenta fastidiant, et longe fortiores effecti, quam ut eos terrenæ occupationes illaqueent, divinis rebus ac futuris promissionibus considerandis inhæreant. Sed si ^e consideramus apostoli Pauli sermonem, quo inter eam scientiam quæ hic est, et eam quæ ibi futura est, discriminans ait:

Sic mss. septem cum edit. Lugd. Alizæ edit., *Qui et infra se.*

^b Ms. Reg. unus, *ipse jam*. Ms. Reg. alter, *ipse etiam*.

^c Mss. tres, *tantum divinis... quantum*.

^d Mss. duo, *inveniet*.

^e Mss. septem, *consideremus*.

^f Ms. Colb. unus, *illam vitam*.

^g Mss. duo et Ed. Colon., *Ac si quodammodo*.

^h Ms. unus, *sentiemus*.

ⁱ Sic mss. omnes. Al edit., *desperetur*.

A *Ex parte scimus et ex parte prophetamus* (1 Cor. xiii. 9); contemplationem divinam quæ in hac vita est, illi futuræ conferre nec possumus, nec debemus; quando idem apostolus adjungat et dicat: *Cum autem venerit quod perfectum est*, ^f in illa vita significans, *tunc evacuabitur quod ex parte est* (Ibid., 10): sic quod modo ex parte sentimus, tunc ad illam plenitudinem contemplationis divinæ perducti jam perfecte ^h videbimus.

2. Nec sane quia ibi rerum omnium notitia non per partes, sed simul et tota videbitur, ideo saltem qualiscunque in hoc fragili corpore ⁱ desperatur. *Etsi enim corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* (Sap. ix, 15); tamen ^j in quantum potest humana mens, quam suus Creator ad suam fecit imaginem, siudeat etiam hic intelligibiliter Deum videre per fidem, ut eum plenius videat, cum pervenerit munere ipsius Conditoris sui ad speciem. Attende quam ^k divine sanctus Apostolus speciem fidemque distinxit, ut diceret: *Per fidem ambulamus, non per speciem* (11 Cor. v, 7). ^l Fides ergo est per quam ambulatur, et species quæ videtur: quia in hac vita, ubi per fidem bene vivendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus, in ^m futura autem pervenientes ad speciem, jam non erit quo velut proficiendo ulterius ambulemus: sed ipsam speciem ad quam per fidem spiritualiter ambulando pervenimus, insatiabili delectatione videbimus.

CAPUT VII.

Quod Deum perfecte sancti videre non possint, nisi cum ad beatitudinem futuræ vitæ pervenerint.

1. Quocirca sic hortandi sunt ad contemplativam vitam, quicumque plene voluerint, et Deo ⁿ auxiliante potuerint, ut meminerint sibi ipsius contemplationis divinæ perfectionem, in illa beata vita quæ futura est, reservari; ut ibi Deum sicuti est, perfecte videant, ubi et ipsi erunt vitæ æternæ ac regni cœlestis consecutione perfecti. Cæterum si hic perfecte potuisset substantiam Dei humana fragilitas contemplari, nunquam sanctus evangelista dixisset: *Deum nemo vidit unquam*. Non dixit, Nemo videbit. Denique ut evidenter ostenderet visionem Dei non negatam esse sanctis hominibus, sed dilatam, ^o quod in præsentem tempore negavit, in futuro promisit dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Neque hic dixit, Quoniam ipsi Deum vident. Igitur si Deus, qui in hac vita sine alicujus elementi assumptione, nec potuit videri, nec potest, in futura

^j Ms. Reg. unus, *in quantum valet*.

^k In ms. uno alia manu, *digne*.

^l Ms. unus, *per quam videtur*. Editio Lugd., *Fides ergo per quam ambulamus, et species quæ videtur tenenda est*.

^m Ms. unus, *in futuro autem*. Edit. Lugd. cum ms. Reg. uno, *jam non erit quod*.

ⁿ Ms. unus, *et adjuvante Domino*. Ed. Lugd., *pervenire potuerit*.

^o Ms. Reg. unus, *quod in præsentem negavi, in futuro tempore promisit*.

vita videndus est : ibi est contemplationis divinæ A speranda perfectio, ubi erit bonorum omnium plenitudo.

CAPUT VIII.

Quæ et quanta sit in hac carne vitæ contemplativæ perfectio, vel qualiter ei perfruendæ mundi contemptores inhæreant.

Proinde vitæ contemplativæ sectator ^a ad Conditorum suum corde illuminandus accedat, ipsi contemplando atque ^b infatigabiliter perfruendo vigilanter inserviat, ipsum jugiter concupiscat, præ amore ejus omnia quibus inde potest averti, ^c refugiat, omnes cogitationes suas, ac totam spem ex illius delectatione [*al.*: dilectione] suspendat, litterarum divinarum sacris meditationibus vacet, in his se divinitus illuminatus oblectet, ibi se totum velut in ^B speculo quodam ^d refulgente consideret : quod in se pravum deprehenderit corrigat, ^e quod rectum est teneat, quod deforme componat, ^f quod pulchrum excolat, quod sanum servet, quod infirmum assidua lectione corroboret; Domini sui præcepta infatigabiliter legat, ^g inexplicabiliter diligit, efficaciter impleat, et quid sibi cavendum quidve sectandum sit, ex eis sufficienter instructus agnoscat, mysteriis carundem divinarum Scripturarum perscrutandis insistat, Christum ^h ibi promissum legat (*Joan.* 1, 45), representatum videat, prophetatam perditionem populi contumacis intelligat, ⁱ impleri luceat, de salute gentium gaudeat, ^j ex præteritis quæ prædicta sunt et impleta teneat, futuris promissionibus credat, ab strepitu negotiorum sæcularium ^k remotissimus, ea ^C ^l ferventer excogitet, quibus animum suum in desiderio futuræ remunerationis inflammet, studiis spiritualibus, quibus in dies singulos melior ac melior fiat, invigilet, amet otium sanctum, in quo exerceat animæ suæ negotium, mortuum sibi deputet mundum, ac se mundi ^m blandientis illecebris exhibeat crucifixum; delectationi spectaculorum præsentium incomparabiliter anteponat sui Creatoris intuitum, semper se ⁿ proficiente successu in fastigium divinæ contemplationis attollat; nunquam, ne ad momentum quidem, a promissionibus futuris considerandis aversus, ad terrena respiciat; eo aciem mentis indesinenter intendat, quo pervenire desiderat; beatitudinem vitæ futuræ ante oculos ^o animi

sui proponat et diligit; nec metuat aliquid temporale, nec cupiat; ne aut metus amittendæ rei temporalis, aut cupiditas acquirendæ intentionem mentis ejus emolliat; non cum blanda corrumpant, nec adversa concutiant; non inflet opinio secunda, nec sinistra deiciat, nec falsa vituperatio sive laudatio, augeat ^p gaudia ejus, aut minuat; non gaudeat de temporalibus omnino, nec lugeat. Inter læta invictus ac tristia; unam faciem ^q animi constantis obtineat, nec ^r pectori ejus stabilem firmitatem, quidquid promittit mundus aut minatur, excutiat; sed idem semper ac sibi similis perseverans, mundi hujus damnata ^s simul et lucra non sentiat. Et cum hæc et his similia contemplativæ vitæ desiderio affectus impleverit, non se hic jam ex omni parte perfectum, sed perficiendum in illa beata vita, quæ futura est, immobiliter credat; atque ^t ad eam se, ubi Dei substantiam revelata facie videre possit, extendat.

CAPUT IX.

Quod tantum interest inter perfectionem vitæ istius et futuræ, quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt, et eos qui jam peccare non possunt.

1. Nam sicut hic ^u comparatione juste viventium dicitur quisque perfectus, quia justus præcepta facit, perfectus autem præcepta transcendit : ita idem collatus illis absolute perfectis, qui in vita beata futuri sunt, non est, ut ita dicam, perfecte perfectus; cui etsi dimissa est omnis iniquitas, non est adhuc sanata, sed ^v sanatur ejus infirmitas; et ideo eisi ^x non peccat, ut sit vere perfectus, peccare tamen potest : quia non est consumpta omni infirmitate sanatus; ac per hoc, ubi ab omni peccato mundatus, peccare non poterit, ibi erit perfecte sanus et summe perfectus

2. Hic autem quantalibet quis excellentia sanctitatis emineat, quantalibet eminentia perfectionis excellat, potest quidem fieri pro modulo hujus vitæ perfectus; sed non est sic de sua perfectione securus, ut non debeat esse de casu sollicitus : et utique ubi est sollicitudo, non est absoluta beatitudo. Quæ nequaquam perfecta credenda est, si segura non fuerit; nec segura erit, nisi omnem sollicitudinem securitas æterna consumpserit. Quapropter, qui dicuntur in hæc vita beati, spe beatitudinis futuræ beati sunt; ^y ipsa autem re non hic, sed in illa vita

^a Mss. Colb. duo, ut ad Conditorum.

^b Ms. unus, insatiabiliter perfruendo. Ms. alter, insatiabiliter consequendo, vel utendo perfruendo, vigilanter inserviat.

^c Mss. quinque, fugiat.

^d Ms. unus, refulgentem.

^e Ms. Camb., quod rectum est.

^f Mss. duo Reg. et Camberon., quod pulchrum servet, quod sanum excolat.

^g Mss. tres, implebiliter. Ms. unus, inexplicabiliter.

^h Editi., Christum promissum.

ⁱ Ms. Colb. unus, impletam.

^j Ms. Colb. unus, quæ de Christi morte prophetata sunt et impleta plangit, futuris promissionibus.

^k Ms. Colb. unus, remotissimus existat. Alter, sed ea ferventer.

^l Ms. Colb. unus, frequenter.

^D ^m Ms. Colb. unus, blandimentis et illecebris. Ms. Camber., blandimentis illecebrisque.

ⁿ Sic mss. duo, cum edit. Lugd. Alii codices, proficientem.

^o Ms. unus, animæ suæ. Ms. alter, mentis suæ.

^p Ms. unus, gaudium ejus.

^q Sic mss. sex. Editi, animo constanti.

^r Sic mss. quatuor. Cæteri cum editis, pectoris.

^s Mss. septem, simul ac lucra.

^t Ita mss. omnes; editi vero, ad eundem.

^u Ms. unus, ex comparatione. Ms. alter, ad comparationem.

^v Mss. duo, sanabitur.

^x Mss. duo, si non peccat.

^y Ms. Colb. unus, ipsi autem sancti non hic, sed in illa vita beati sunt.

beati futuri sunt : quia ibi omnium beatorum beatitudo perfecta erit, ubi humana natura sui gloriam Conditoris, et suam perfecte beatificata visura est, atque ei sine ullo defectu suæ beatitudinis adhaerebit.

CAPUT X.

Quod hic sancti Deum in assumpta creatura viderint.

Nec moveat quod hic quoque a justis antiquis visum legimus Deum : quia non est in hac humiliatione nostra sic visus, sicut in illa clarificatione videandus est : quandoquidem ^a sine forma visibilis creaturæ, in qua pro dispensatione temporum, ubi voluit, et quibus voluit justis apparuit, nec potuit, nec potest videri; sed poterit cum ad supernam patriam peregrinatio nostra pervenerit, et mortale nostrum immortalitas beata vestierit; atque ad ^B contemplationem divinam, ^b perceptionemque cœlestium præmiorum omnes vere fideles fides ipsa, qua hic futura credebantur, impleta perduxerit.

CAPUT XI.

De qualitate glorificatorum corporum quæ in resurrectione futura sunt.

Ibi diversi quidem sexus corpora, sed sine ulla concupiscentia corporali futura sunt. Ibi erit omnium perfecta caritas, et nulla cupiditas (*Aug. de Civit. Dei lib. xxii, cap. 17*). Ibi etiam corporales oculus nihil visibilis creaturæ latebit, quia incorruptibilium corporum visus utique incorruptibilis erit; et ita sine comparatione vivacior quam hic fuit, ut ei aliquid visibilium clausum esse non possit. Corporibus quippe immortalitate donatis auferenda est tarditas, non integritas; necessitas, non voluntas, ut ibi sine temporis [*alias temporum*] mora aut impedimento ponderis sint, ubi esse voluerint; atque eo sequatur sine ulla difficultate spirituale jam corpus, quocunque ire voluerit spiritus, angelicæ beatitudinis æqualitate perfectus. Tunc filiorum, parentum, conjugum miseria, qui ibi non fuerint, beatos contristare non poterit (*Aug. lib. 1 Retract. cap. 13 et 19*): quia nomina omnium necessitudinum corporalium quæ hic nostra fragilitas habuit, excellentia illius beatitudinis non admittit: ubi omnes quicumque fuerint, unum corpus erunt, et singuli de sua vel de singulorum felicitate gaudebunt. Hæc de contemplativa vita dicta sufficiant.

CAPUT XII.

Quantum inter contemplativam et activam vitam intersit.

1. Jam nunc quid inter ipsam contemplativam et activam vitam intersit breviter disseramus. Quod ut evidenter eluceat, ipsas sibi invicem vitas, contemplativam scilicet et activam, præcis earum virtutibus conferamus. Ad activam vitam pertinet inter humana proficere, et rebelles corporis motus

^a Mss. Reg. duo et edit. Lugd., in forma; sed male, ut videtur.

^b Sic ms. Colb. unus. Reliqui tam mss. quam editi, vel perceptionem.

^c Ms. Colb. unus, in desiderio.

^d Mss. duo et Lugd., propius.

^e Ita mss. Reg. duo, et duo Colb. Alii cum editis,

A rationis imperio temperare; ad contemplativam supra humana ^e desiderio perfectionis ascendere, et ^d indesinenter augendis virtutibus incubare. Habet activa perfectum, contemplativa fastigium. Hæc facit hominem sanctum, illa perfectum. Hujus vitæ est nulli prorsus injurias irrogare; illius, irrogatas æquanimiter sustinere. Invo, ut proprius dicam, exsecutor activæ studet in se peccanti dimittere; contemplativæ sectator offensas quibus pulsatur, nec omnino concutitur, ignorare magis paratus est quam donare. Iste iram patientiæ virtute comæscit, immoderatis cupiditatibus parcimoniæ ^e frenum imponit; tangitur desideriis carnalibus, nec consentit; pulsatur mundi hujus curiositate, nec rapitur; quætitur diabolica impugnatione, nec vincitur; et Deo suo devota mente subjectus, non atteritur ^d versis tentationibus, sed probatur. Ille omnes affectiones quibus vita mortalium variatur, sanctis virtutibus vincit, cupiditatum ac perturbationum omnium liber beata quiete perfuitur, et illecebris ac voluptatibus factus expedita mente superior, ineffabili gaudio divinæ contemplationis ^f erigitur. Iste suscipiendo peregrinum, vestiendo nudum, gubernando subjectum, redimendo captivum, tuendo violenter oppressum, jugiter se ab omnibus iniquitatibus suis eraculat, et vitam suam ^e bonorum operum fructibus ditat; ille facultatibus suis in usus pauperum distributis, ^h simul se expoliavit inundo, et admovit se totis viribus cœlo; res mundi mundo projecit, et se ipsum devota mente Christo restituit, a quo immortales divitias sibi dari orat, ut pauper; protegi se quotidie postulat, ut infirmus; immortalitatis indumento vestiri cupit, ut nudus; defendi se ab impugnatione invisibilium hostium supplicat, ut fragilitate carnis oppressus, et cœlestem sibi donari patriam desiderat, ut peregrinus.

2. Activa vita habet sollicitum cursum, contemplativa gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur. Hæc facit pulsare bonorum operum, velut quibusdam manibus januam; illa vocat consummatos in patriam. In hac contemnitur mundus, in illa videbitur Deus. Et ut multa præteream quæ commemorare non valeo, in hac vita activa qui immundis spiritibus exstiterint fortiores, in illa contemplativa, quæ summe beata est, remunerante

^D Deo fient angelis sanctis æquales, atque in æternum cum illo regnabunt in illa civitate superna felices. Itaque, quoniam de contemplativa vita in superioribus multa jam dicta sunt, et secundus liber ea quæ de activa dicenda sunt continet, sufficiant ista quæ diximus, ut consideremus et reliqua, quæ de tertio capitulo usque ad finem libri hujus sequenti disputatione tractavimus. Videamus nunc utrum is cui Ecclesiæ

frenos.

^f Ms. Camb., plenus efficitur. Ms. Reg., efficitur; alia manu, afficitur.

^g Ms. unus, bonorum fructibus. Ms. alter, bonorum suorum fructibus.

^h Mss. duo, semel se.

ⁱ Mss. tres, Domino fiunt.

regendæ cura commissæ est, contemplativæ vitæ fieri A particeps possit.

CAPUT XIII.

Quod sacerdotes sancti contemplativæ vitæ fieri particeps possint.

1. Qui diligenter ea quæ superius de vita contemplativa dicta sunt considerat, et, sufficienter, instructus intelligit quando et ubi possit ejus perfectio comprehendendi, non dubitabit Ecclesiarum principes vitæ contemplativæ posse et debere fieri sectatores: quia sive secundum opinionem quorumdam nihil aliud sit vita contemplativa quam rerum latentium futurorumque notitia, sive ^a vacatio ab omnibus occupationibus mundi, sive divinarum studium litterarum, sive, quod his ^b probatur esse perfectius, ipsa visio ^c Dei; non video quid impedimenti sanctis sacerdotibus possit: ferri quominus ad hæc quatuor quæ commemoravi perveniant. Duo enim, primum et ultimum, id est, rerum latentium futurarumque notitia, et ipsa visio Dei, incomparabiliter præstantiora erunt in illa vita beata quam in ista, diversis erroribus implicata, quandoquidem tam rerum omnium notitia quam ipsa Dei substantia plene ac perfecte videbitur. Duo autem media, vacationem videlicet ab omnibus occupationibus mundi, et divinarum studium litterarum, etiam hic possunt habere pontifices; sed illi qui se ab omnibus implicamentis negotiorum sæcularium removentes, non torpent otio, sed insistent perfectionis suæ negotio, et ab stultitia sapientiæ sæcularis aversi, verbo Dei infatigabiliter vacant, sapientes veraciter fiunt, cœlestia sapiunt, terrena despiciunt, contradicentes sanæ doctrinæ redarguunt, obediens ^d instituunt, sanctis virtutibus, quibus in dies singulos fiant Deo propinquiore, incumbunt, ^e et tam suis quam omnium qui ^f per eos erudiantur, profectibus clari, hic quidem velut gustum quemdam contemplativæ vitæ, quo ad eam ferventius provocentur, accipiunt; sed ibi jam in æternum felices effecti, de ejus perfectione gaudent. Proinde ^g non inflantur, quia hic omnium fidelium catholicorum honorantur ut capita; sed lætantur potius, quia ibi Christi, qui est sacerdotum ac fidelium omnium caput, clariora membra futuri sunt.

2. ^h At si (quod absit) sæcularibus negotiis implicati, fundorum terminos sine termino cupiditatis

extendunt, ac se passim exquisitis deliciis ⁱ dedant, quæ i animum corpusque debilitant; si gloriam non Christi, sed suam, decepti vulgi adulantis honoribus quærant, plusque de se alienæ linguæ quam suæ conscientiæ credant; si omne gaudium suum non in futurorum remuneratione, nec in sanctitate vitæ, sed in sua tantum dignitate constituent, ^k et dum tales esse quales creduntur, amant, nunquam sibi displiceant, ac placentes sibi non sint de sua ^l correctione solliciti: quis non intelligat, tales, si in talibus perseverent, nec se ante finem vitæ præsentis emendent, contemplativæ vitæ particeps esse non posse? ad quam non perventurum, nisi qui studuerint esse quod facti sunt; nec affectant ^m videri, sed esse quod sunt; non alienis laudibus, sed moribus suis eximii; nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vitæ ⁿ nobilitate conspicui: qui sunt non appellatione tenus, sed virtute pontifices, vitæ contemplativæ capaces, et gaudiorum cœlestium cohæredes.

CAPUT XIV.

Ubi locutor se excusat quod Ecclesiæ magistros docere non audeat.

Ac ne ^o cuipiam meus sermo præsumptuosus appareat, si quales non esse vel esse debeant omnes sacerdotes ^p ostendat; non generaliter, sed de uno mihi video esse dicendum, et de te potissimum quod hoc mihi ^q (pace tua dixerim) temere delegasti periculosi sermonis officium. Nec incognita vobis, sed usitata debeo comprehendere, quæ solemus inter nos mutua confabulatione conferre. Quibus breviter declaratis, non puto quod relationem meam, ^r magis quam disputationem quicquam juste possit alicujus temeritatis arguerè; quasi patres meos audeam docere, a quibus normam vivendi accipere sum paratus et discere.

CAPUT XV.

De negligentia sacerdotis qui, doctrinæ suæ agendo contraria, personam non potest implere doctoris.

Recolite ergo quanta et qualia, me audiente ^s atque probante, dicere soleatis de administratione pontificis, qui populi sibi commissi cura posthabita, ardentius bona præsentia desiderat quam futura; et oblitus quod non solum de se, sed etiam de grege

D esse se quales creduntur ament.

¹ Ita mss. omnes cum Lugd. Duac. et Colon., de sua salute et correctione.

² Sic mss. omnes cum Lugd. Duac. et Colon., videri esse quod non sunt.

³ Sic mss. Colb. quatuor cum Lugdun. et Duac. Colon., notabilitate.

⁴ Ms. duo Colb. et Colon., cuiquam.

⁵ Ms. Colb. unus, ostendam.

⁶ Ms. unus, ut tua pace dixerim.

⁷ In ms. Colb. uno et Regis duobus desunt hæc, magis quam disputationem. Edit. vero Lugd. cum duobus Colbert. mss., relationem magis quam disputationem meam, et postea editi, possent.

⁸ Edd. Duac. et Colon., quæ probante. Tum. mss. duo, solebatis.

^a Edd. Duac. et Colon., *vocatio*.

^b Ms. Colb. unus, *quod his est*.

^c Mss. tres, *Domini*, et sic paulo infra.

^d Mss. duo, *instruunt*.

^e Sic mss. omnes cum Lugd. At editi, *illi qui tam suis*.

^f Edit. Colon., *inter eos*. Ms. unus paulo post, *profectibus*.

^g Editi, *proinde vero*.

^h Edit. Lugd., *Ei si*. Et paulo post mss. septem, *implicati*. Editi, *impliciti*.

ⁱ Ms. unus, *lædant*. Alii, *dent*. Alius, *edant*. Alius vero, *ditent*.

^j Ms. duo Colb., *animam*.

^k Sic mss. quatuor, Reg. duo, et Colb. duo, cum edit. Lugdun., quæ addit *se*. Mss. duo alii, *tales se, quales*, etc. Editi vero Duac. et Colon., *necdum tales*

sibi credito rationem Pastori pastorum omnium ^a reddat, sua suorumque detrimenta non cogitat: quem non delinquentium peccata contristant, nec proficientium bona lætificant; sed de se tantum, plerumque autem nec de se omnino sollicitus, quid a suis boni malive geratur, ignorat: qui non prædicat perseverantiam justis, pœnitentiam ^b pravis, contemptum mundi conversis, futuras pœnas aversis; qui non potest dicere contemptioribus admonitionis suæ: Futurum cogitate ^c iudicium, quod ipse forte non cogitat; amatoribus mundi: Nolite diligere mundum, si eum mundi amor oblectat; ambitiosis: Ambitioni ^d finem imponite, si eum ambitio ruinosa præcipitat; ebriosis: ^e Ebrietatem cavete, si se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Sumptuosus dapibus ^f crudus, non potest suis abstinentiam laudare, quam calcat; vitio cupiditatis addictus, cupidus amorem non potest dissuadere pecuniæ; inimicitiarum tenax, non audebit animos dissidentium sacerdotali tranquillitate componere; justitiam prædicare iudicibus erubescit, quam ipse personæ potentis favore corrumpit; nec defendit oppressos, si personas aut honorat, aut despicit; et quidquid boni non facit aut mali committit, nec ^g jubebit fieri, nec vetabit quia necessariam ^h docendi auctoritatem contrarietate suæ actionis aut amittit, aut minuit.

CAPUT XVI.

Quale periculum maneat eos qui Ecclesiam sibi creditam vel relinquere volunt, vel strenue gubernare continent.

Hæc atque his similia memorantes ⁱ episcopatus vos accepti pœnituit: qui, sicut administratorem suum, si ^j probe administratur, illustrat, ita contemptorem suum condemnat. Denique volentes Ecclesiam vobis creditam, velut impares ei regendæ dimittere, atque in aliquam solitudinem ^k non tam studio quietis quam ipsius officii vestri desperatione secedere, nulla res alia vobis exegit in melius mutare consilium, nisi quod veriti estis periculum ^l majus incurrere: quoniam si periculosum est navim inter fluctus caute non regere, quanto periculosius est eam undis intumescens fluctuantem in tempestate relinquere? Ad quam sicut ^m satius est non ascendere, ita semel susceptam convenit fluctuantis pelagi projecta formidine, ac spe perveniendi concepta, usque in portum sine ulla mercium jactura perducere. Quæ ⁿ cum vobis comparatio placuisset, adjuncti: Et idcirco

^a Ms. Reg. unus, reddet.

^b Ms. Colb. unus, injustis.

^c Ed. Colon., præjudicium.

^d Mss. quinque, ambitioni jam finem ponite.

^e Ms. Camb., ebriositatem.

^f Ms. Colb. unus, gravidus.

^g Ms. Colb. unus, nec jubet fieri, nec vetat.

^h Ms. Colb. unus, dicens.

ⁱ Mss. Colb. duo, episcopatum vos accepisse.

^j Ms. unus, provide. Ms. alter, si probe ministretur.

^k Mss. septem omittunt non.

^l Ms. unus, magis. Mss. tres, magis incumbere.

^m Ms. unus, sanctius est. Mss. septem, non accedere.

ⁿ Mss. omnes, quæ aggere.

^o Mss. Colb. duo addunt sui.

A Ecclesia, quæ velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, quæ diversis tentationum fluctibus in hac vita contunditur, quæ immundorum spirituum persecutionibus velut quibusdam procellosis fluctibus in diversa jactatur, quæ scandalorum cautibus vadosis illiditur, quæ ^a velut aggere arenæ gravantis cingitur, non relinquenda est, sed regenda: quæ sicut omnes quos velit, perducit incolumes gubernatoris ^b vigilantia gubernata, ita non solum omnes quos habet, sed etiam ipsum gubernatorem perdet, submersa fluctibus aut soluta.

CAPUT XVII.

Ubi anxium quod Ecclesiam nec relinquere, nec regere possit, provocat, suggerendo quod eam melius regat exemplo.

B Hæc atque ^p hujuscemodi me prosequente, per moti graviter ingemuistis, vos in eam necessitatem fuisse perductos, quam nec implere aliquo studio, nec sine peccato relinquere valeretis; ac deinde, cum piis gemitibus vestris, ea qua ^q vobis obstrictus sum cordis affectione compassus, orando vos ^r dixi posse perficere quod non possetis docendo suggerere; plusque fideles catholicos bonis exemplis, quam luculentis verbis solere proficere; eamque esse summam perfectamque doctrinam, quam conversatio spiritualis ^s ostenderit, non quam inanis sermo jactarit; nec ^t a nobis in die iudicii verba quærenda, sed opera; nec facile ^u persuaderi esse possibile quod docet lingua, si a lingua vita dissentiat; illud autem ^v probari possibile, quod sive prædices, sive non prædices, faciendo confirmas, et imitari volentibus cum quadam delectatione ipsius possibilitatis ^x inculcas: vos mea suggestione paululum delectati, hoc protinus, si me non habet oblivio, retulistis.

CAPUT XVIII.

Quod parum valeat exemplo agenda monstrare, nisi etiam quæ sint credenda docendo sacerdos ostenderit.

Et jam si tota perfectio in opere tantum, non etiam in fide consisteret, nec quid homo credidisset, sed quid egisset in die iudicii quæreretur, quis erit tantæ arrogantæ, qui, ecclesiasticæ doctrinæ ^y auctoritate neglecta, de sua sibi justitia blandiatur? ^z cum non solum, secundum Apostolum (*II Thess. III, 9; I Petr. v, 3*) nos oporteat formam præbere fidelibus, sed etiam eos ipsos fideles, qui nobis divinitus ^{aa} instituendi commissi sunt, instruere debeamus: de Patre,

^p Mss. tres, atque his similia.

^q Ms. unus, a vobis astrictus sum.

^r Sic editi. At mss. quinque omittunt vocem dixit. Ms. alter, orando vos po se perficere quod non possitis docendo suggererem. Aliquis, dicendo. Alius, non potestis.

^s Ita editi. At mss. tres, ostenderet, non quam.... jactaret. Ms. duo, jactaret. Ms. unicus, jactaverit.

^t S e edit. Lugd. cum mss. sex. Aliæ edit., a vobis.

^u Mss. quatuor, persuadere.

^v Mss. quatuor, probare.

^x Ms. unus, indulgas.

^y Mss. tres Colb., utilita'e.

^z Mss. quinque, At cum. Ms. alter, tut cum.

^{aa} Mss. duo, tuendi. M. unus, intuendi. Ms. alter, intruendi. Ms. alius, divino instituto commissi sum:

quomodo solus accipiatur ingenuus; de Filio, quomodo ex ipso sit genitus, de Spiritu sancto, quomodo ex Patre et Filio ^a procedens, nec ingenuus possit dici, nec genitus; qualiter ista tria unum sint, et hoc unum non dividatur, sed distinguatur in tria: quemadmodum nec Pater, nec Spiritus sanctus, sed solus Filius de solo Patre ineffabiliter natus, hominem totum sine ulla mutatione substantiæ suæ suscepit; ac se Deum et hominem verum per virtutes, passionisque probaverit, comprehendi permiserit, occidi voluerit, tertia die resurrexerit, ^b in cœlos hominem de nobis assumptum sua virtute levaverit, suæ resurrectionis exemplo nobis regeneratis in se spem feliciter resurgendi præstiterit; membra sua nos fecerit; non credentibus sibi, vel a se recedentibus supplicium comminatus sit, et adhærentibus sibi ^B regnum cœlestis promiserit.

CAPUT XIX.

De virtute fidei, quod ad eam non solum credere, vel intelligere, sed etiam bene operari pertineat.

Hæc ^a et alia, et sacerdos nosse debet, ut doceat, et populus credere, ut ^d quæ doceatur intelligat; ^e dicente Apostolo: *Nisi credideritis, non intelligetis (Isai. vii, 9, juxta LXX)*. Unde datur intelligi quod non fides ex intellectu, sed ex fide intellectus existat; ^f nec qui intelligit credat, sed qui credit intelligat, et qui intellexerit, bene agat; sicut alibi scriptum est: *Notuit intelligere, ut bene ageret (Psal. xxxv, 4)*. Non dixit: Non potuit, sed *notuit intelligere*; ut nihil aliud nolle intelligere dictum, quam nolle credere noverimus; ac per hoc ut bene agat quis, intelligere studeat, et ut intelligat, credat. Sed quia idem Apostolus dicit: *Fides ex auditu; auditus autem ^g per verbum Dei (Rom. x, 17)*, debet doctor Ecclesiæ prædicare, quod audiat crediturus: quia sine prædicatione nullus erit auditus; eodem Apostolo ^h attestante atque dicente: *Quomodo audient sine prædicante (Ibid., 14)*? Si ergo quilibet sine prædicante non audit, sine auditu non credit, sine fide non intelligit, sine intellectu bene non agit; verbum ⁱ fidei prædicandum est, ^l ut audiens credat, credens intelligat, et intelligens bonum opus perseveranter exerceat: quoniam ^k eum qui potest uti liberæ voluntatis arbitrio, nec opera sine fide, nec sine operibus fides sola ju-

stifficat. Et ideo si corde creditur ad justitiam, ore autem confessio sit ad salutem; ¹ qui non crediderit, non habendo fidem, nec justitiam cordis habere poterit, nec salutem.

CAPUT XX.

Quod nihil prosit sacerdoti, etiamsi bene vivat, si male viventem tacendo ^m non corrigat.

1. Quod vero dicit Apostolus (*1 Petr. v, 3*), ut nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, si is cui vel exhortandi bonos, vel castigandi malos cura commissa est, bene vivendo se imitandum bonis exhibeat, et malos tacendo non corrigat? Ad hoc enim, nisi me fallit opinio, sancte vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet; si quod prædicat fieri debere non faciat, aut si quod non facit prædicare præsumperit. ⁿ Si autem aliter egerit, nihil apud eos qui ejus vitam novere, proficit; quia ad hoc est Ecclesiæ Dei præpositus, ut non apud lum bene vivendo, alios exemplo suæ conversationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, ^o singulis ante oculos peccata sua constituat: quæ poena maneat duos, quæ gloria obedientibus ostendat; ^p nullius salutem desperando contemnat; animas emendari nolentium plangat, imitatus Apostolum, qui ait: *Ut lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, et non egerunt penitentiam (II Cor. xii, 21)*; et iterum: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror (II Cor. xi, 29)*?

2. Quapropter sciens quod si quibuslibet divitibus ac potentibus ^q parcat, male viventibus autem saveat, eos perdat simul et ^r pereat; et sancte vivere debet propter exemplum, et ^s docere propter suæ administrationis officium: certus quod ei nihil sua justitia suffragetur, de cujus manu anima pereuntis exitur. Quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus poenas ^t sceleris sui dabit; ille autem cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sancte vivat, et tamen perditte viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, ^u nisi hoc Dominus per Ezechielem prophetam sub cuiusdam terroris denuntiatione loquitur, dicens ad eum: *Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel (Ezech.*

^a Ms. unus, *sit procedens, nec.*

^b Sic mss. tres Colb. Editi, *in cœlo*. Ms. alter, *in cœlia*.

^c Ita mss. quinque. Editi, *et alia*.

^d Mss. tres, *ut ea quæ docetur*.

^e Ms. unus, *dicam de (forte dicente) propheta, vel propheta*.

^f Ms. Reg. unus, *nec quia intelligit credat, sed quia*.

^g Ms. Colb. unus, *per verbum Christi*. M-s. duo, *per verbum*. Alii cum editis, *per verbum Dei*, juxta Græc. textum Apostoli.

^h Editi, *contestante*. Ms. unus, *testante*.

ⁱ Mss. tres, *verbum Dei*.

^j Ms. unus, *ut audiat et credat*.

^k Hæc verba, *eum qui potest uti liberæ voluntatis arbitrio*, desiderantur in edit. Lugd. Mss. duo, *potentis uti*. Ms. alter, *potentis uti*.

^l Ms. Camb., *quoniam qui*.

^m Ms. Colb. unus, *non arguat*. Mss. duo Reg., *Sacerdotibus etiamsi bene vivant... corrigant*.

ⁿ Mss. septem et edit. Lugd. non habent hæc, *si autem aliter egerit*; in his deinde legitur *proficiat*, non *proficit*. Ms. unus, *proficiet*.

^o Mss. Colb. duo, *singulis imitabilem se præbeat, atque ante oculos*.

^p Ms. Reg. unus, *nullus salutem desperando, contemnat animas emendari nolentium, sed plangat*.

^q Mss. Reg. duo, et Camb. cum edit. Lugd., *quibuslibet divitibus ac potentibus male viventibus parcat aut saveat*. Ms. Colb. unus, *ac potentibus parcat aut saveat*.

^r Ms. unus, *perimat*.

^s Ms. unus, *et pie docere*.

^t Mss. Reg. duo, *suis sceleribus*.

^u Ita mss. septem cum edit. Lugd. Duac. et Colon., *si non*.

xxxiii, 7). Nec hoc transeunter debemus audire, quod sacerdotem speculatorem appellat: ut sicut speculatoris est, de loco editiori prospicere, et plus omnibus contemplari; ita sacerdos debet esse a proposito sublimitate celsior cunctis, ac majoris scientiæ propositi habere gratiam, qua possit sub se viventes instruere.

3. Videamus jam quid divinus sermo ^b contineat. *Audiens*, inquit, *ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me (Ibid.)*; ut hoc dicat sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inspiraverit, non quod ^e præsumptione humani sensus invenerit. *Annuntiabis eis*, inquit, *ex me. Ex me*; ^d non ex te mea verba loqueris. Non est ^e quod ex eis, tanquam de tuis inferis. Ex me, inquit, eis annuntia. Sed jam quid annuntiet audiamus: *Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris*; ^f *non fueris locutus, ut custodiat se impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero ejus de manu tua requiram (Ibid., 8)*. Quid potuit expressius, ^g quid apertius potest dici? Si impio, inquit, locutus non fueris, ut ab impietate sua se custodiat, ^h et ille perierit, sanguinem ejus de manu tua requiram. Hoc est dicere: Si ei peccata sua non annuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur et vivat; et te, qui non increpasti, et ipsum, qui te tacente, peccavit, flammis perennibus perdam. Quis, rogo, tam saxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? quis tam alienus a fide, qui sententiæ isti non credat?

CAPUT XXI.

Luctuosa descriptio ¹ *sacerdotis carnaliter viventis.*

1. Sed nos præsentibus delectati, dum in hac vita commoda nostra, et honores inquirimus; non ut meliores, sed ut ditiores; nec ut sanctiores, sed ut honoratiores simus ⁱ cæteris festinamus: nec gregem Domini, qui nobis pascendum tuendisque commissus est; sed nostras ^k voluptates, dominationem, divitias, et cætera blandimenta ^l carnaliter cogitamus; pastores dici volumus, nec tamen esse contendimus; officii nostri vitam laborem, appetimus dignitatem. Immundorum spirituum feras a grege dilacerando non pellimus, ^m et quod eis remanserit ipsi consumimus; quando peccantes divites, vel potentes ⁿ, non solum non arguimus, sed etiam veneramur; ne nobis aut munera solita offensi non dirigant, aut ob-

sequia desiderata subducant: ac sic muneribus eorum, et obsequiis capti, imo per hæc illis addicti, loqui illis de peccato suo aut de futuro judicio formidamus. Et ideo minaciter superbiam nostram divinus sermo contundit; sed noster auditus nihil unde proficiamus admittit: quia præsentis vitæ capti dulcedine, quæ pœna ^o negligentiam nostram maneat in æternum, nolimus cogitare.

2. In pastores ergo ista dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blandimur: *Hæc dicit Dominus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis, et lanis operiebamini; quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, et quod ægrotum non sanastis, ^B quod ^p fractum erat non alligastis, et quod abjectum non reduxistis. Quod perierat non quæsisistis, sed cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia: et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, et facti sunt in devorationem omnium bestiarum agri (Ezech. xxxiv, 2 seqq.).* Et paulo post: *Propterea, pastores, audite verbum Domini: Vivo ego, dicit Dominus Deus: quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor; neque enim quæsierunt pastores gregem meum; sed pascebant pastores semetipsos, et gregem ^r meum non pascebant: Propterea, pastores, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus; Ecce ego ipse super pastores; requiram gregem meum de manu eorum, et cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum, nec pastores amplius pascant semetipsos (Ibid., 7 et seqq.).*

3. Quis ad hæc non contremiscat? Quis ista sine intolerabili metu futuræ examinationis accipiat, nisi qui aut non intelligit, aut futura non credit? Sed ^a quia omnia quæ Deus observari voluit, tam aperte posuit, et ita nominis sui auctoritate firmavit, ut ^t ea facilius (quod dictu quoque nefas est) contemnamus, ^u quam non intelligere vel non credere tam aperta et divina fingamus: quando audimus, *Hæc dicit Dominus*, ^v quis futurum esse non credat quod dicit ^x Dominus, nisi qui Deo non credit? Quod autem dicit: *Væ pastoribus*, istud *væ* pro maledicto ^y poni, et pastorum nomine nos significari quis non intelligat, nisi qui ^z futura non cogitat? ^{aa} Greges Domini pa-

immineat.

^p Mss. tres Colb., *fractum est. Edit. Lugj., quod fractum non alligastis.*

^q Mss. duo non habent hic *quia*.

^r *Ahest vox meum a mss. sex.*

^s Mss. quatuor carent hac particula *quia*.

^t Mss. Camb., *ea non*.

^u Ms. Camb., *et nequaquam nos non intelligere tam aperta.*

^v Ita mss. quatuor. Editi, *quis non futurum esse credat?*

^x Mss. duo, *Deus*.

^y Mss. duo, *ponit. Ms. unus, ponitur.*

^z Mss. quatuor, *futurum*.

^{aa} Ita mss. omnes; at editi, *Gregem Domini pascendum pastores facti suscepimus.*

^a Ita mss. omnes. Editi autem, *proposita*.

^b Ms. Colb. unus, *obtineat. Alter, continet.*

^c Mss. duo Colb. *præsumptio*.

^d Mss. duo, *non ex te verba loqueris. Ms. alter, loqueris eis.*

^e Editi, *quo in eis. Mss. quinque, quod ex eis.*

^f Editi, *si non fueris.*

^g Mss. quatuor, *quid apertius dici? Editi, quid apertius potest dici?*

^h Ms. unus, *illic quidem perit, sanguinem autem ejus.*

ⁱ Mss. tres, *carnaliter v ventium sacerdotum.*

^j Ms. unus. *cæteris præesse festinamus.*

^k Mss. quatuor cum edit. Lugd., *vanitates.*

^l *Ahest vox carnaliter a mss. uno.*

^m Ms. unus, *sed quod.*

ⁿ Ms. unus addit *conspicimus*

^o Ms. ex Colb. unus, et Camb., *negligentiæ nostræ*

scendos pastores facti suscipimus; et nos ipsos pascimus, quando non gregum utilitati prospicimus, sed quid foveat et angeat nostras^a voluptates attendimus. Lac et lanas ovium Christi^b, oblationibus quotidianis ac decimis fidelium gaudentes accipimus, et curam pascendorum gregum ac reficiendorum, a quibus perverso ordine volumus pasci, deponimus. Non sanam spiritualem consilio peccatis infirmum, non sacerdotali ope consolidamus^c aut reficimus diversis tribulationibus fractum, non ad viam salutis revocamus^d errantem, non requirimus sollicitudine pastoralis veniæ desperatione jam perditum: ad hoc tantum potentes effecti, ut nobis in subjectos dominationem tyrannicam vindicemus; non ut afflictos contra violentiam potentium, qui in eos ferarum more sæviunt, defendamus.

4. Inde est quod^e tam a potentibus hujus mundi quam a nobis, quod pejus est, nonnulli graviter fatigati depereunt, quos se de manu nostra Dominus requisiturum terribiliter comminatur, dicens: *Requiram oves meas de manu pastorum, et cessare eos faciam, ut ultra non pascant* (Ezech. xxxiv, 10). Quod quid est aliud quam, pastores qui semetipsos, non gregem meum pascunt, sublimitate suæ dignitatis exspolium; et inter reprobos, quia honorem suum noluerunt custodire, projiciam? Horum et his similibus consideratione^f perterritus: *Timor et tremor ceciderunt super me, et contexerunt me tenebræ, et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam* (Psal. ltv, 6, 7)? Et hoc est totum propter quod imperitiæ mæ ac futuri finis recordatus ingemui, et volui, sarcina episcopatus mei deposita, elongare fugiens, et manere in solitudine, et ibi expectare Dominum, qui me salvum faceret a pusillanimitate mea, et ab ipsa intolerabili mihi sollicitudinum tempestate.

CAPUT XXII.

Quod secundum sermonem prophete, culpa sua pereant, qui sacerdotum increpationes vel admonitiones perversa voluntate contemnunt.

1. Ad hæc ego^g tunc: Sic, inquam, ista invidiosis questibus jactas, et in suggillationem pontificum, vel certe ipsius pontificatus exaggeras: quasi^h non ubi ista legisti, quibus rationabiliter permoveris, ibi et illa sint quæ, a vobis prætermissa, breviter in excusationem officii sacerdotalis attingam. Post illa verba, quibus negligentium sacerdotum finis ostenditur, de pontifice officium suum curante propheta sic loquitur: *Si autem annuntiante te ad impium ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua, ipse*

^a Mss. quatuor, voluntates.

^b Ms. Camb., videlicet oblationes quotidianas ac decimas.

^c Sic mss. quinque. Editi, atque reficimus.

^d Mss. tres, erroneum.

^e Ms. Camb., non tam.

^f Sic edit. Lug. cum mss. quinque. Alii vero, Duac., et Colon., *perterritus propheta, timor et tremor, inquit, ceciderunt super me, et contexerunt me peccatorum meorum tenebræ*. Mss. duo ex his, venerunt super me.

^g Ms. Reg. unus, tecum.

impium in iniquitate sua morietur, et tu animam tuam liberasti (Ezech. xxxix, 9). Hic certe satis evidenter ostenditur, quod sive proficiant, sive non proficiant auditores, tacere eis non debeant sacerdotes; nec ideo rei sint, si forte eorum verba populi nonⁱ audiunt vel audita contemnunt; sed si ab eis corrigendis absistunt: quia si nec exemplo vitæ præpositorum suorum, nec verbo doctrinæ populi contumaces emendati proficiunt, ipsi sibi causa suæ perditionis existunt, et doctores suos, quorum exempla simul ac verba despiciunt, involvere criminibus suis omnino non poterunt.

2. Quod idem propheta evidentius alio loco prosequitur dicens: *Speculator si viderit gladium venientem super terram, et cecinerit buccina, et annuntiaverit populo; audiens autem, quisquis ille est, sonum buccinæ, non se observaverit, veneritque gladius et tulerit eum, sanguis ipsius super caput ejus erit; sonum buccinæ audivit, et se non observavit, sanguis ejus in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam salvabit* (Ezech. xxxiii, 3 et seq.). Hic autem quid agere debeat qui fungitur speculatoris officio: divinus sermo satis ostendit, scilicet ut quando viderit venientem gladium super terram, iram Dei scilicet super peccatores^j operibus terrenis addictos, omnino non taceat, atque eis quandiu inhæserint iniquitatibus suis, impendere divinæ indignationis interitum denuntiare non desinat; sed clare et publice argueat (quia hoc buccinæ nomen insinuat), ut sic se a suis criminibus emendant, supplicium futuræ damnationis effugiant. Quod si corripientem, si iram futuram, quæ contemptoribus^k jam imminet, imminentem homines terreni despiciunt, sanguis eorum in ipsis erit; et sacerdos qui eis peccata sua non tacuit, pœnæ quæ eos exspectat particeps esse non poterit.

CAPUT XXIII.

Quod sacerdotes etiam qui aliter possunt, tam simpliciter docere debeant, ut omnes eos docentes intelligant.

Nec vero se per imperitiam pontifex excusabit, quasi propterea docere non valeat, quod ei sufficiens et luculentus sermo non suppetat: quando nulla alia sacerdotis doctrina debet esse quam vita, satisque auditores possint proficere, si a doctoribus suis quod vident spiritualiter fieri, hoc sibi etiam simpliciter audiant prædicari, dicente Apostolo: *Etsi imperitus sermone, sed non scientia* (II Cor. xi, 6). Unde datur intelligi quod non se debeat Ecclesiæ doctor de accurati sermonis ostentatione jactare, ne videatur^l Ecclesiam Dei non velle ædificare, sed magis se

^h Ms. Reg. unus, non ubi ista quæ hic legisti, quibus, etc. Ms. Colb. unus, irrationabiliter, sed minus bene.

ⁱ Mss. tres, audiant, contemnunt... absistant.

^j Ms. sex, cum viderit.

^k Ita ed. Lug. et mss. quatuor. Ed. Duac. et Colon., hoc est iram Dei.

^l Ms. unus, terrenis actibus addictos.

^m Ms. unus, imminere.

ⁿ Deest jam in mss. quinque.

^o Mss. duo, non ædificare Ecclesiam velle.

quantæ sit eruditionis ostendere. Non igitur in verborum splendore, sed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat; non vocibus delectetur populi acclamantis sibi, sed fletibus; nec plausum a populo studeat exspectare, sed gemitum. Hoc specialiter doctor ecclesiasticus elaboret, quo fiant qui audiunt eum sanis disputationibus meliores, non ^a vana assentatione fautores. Lacrymas quas vult a suis auditoribus fundi ipse primitus fundat, et sic eos compunctione sui cordis accendat. Tam simplex et apertus; etiamsi minus Latinus, disciplinatus tamen et gravis sermo debet esse pontificis: ut ab intelligentia sui ^b nullos, quamvis imperitos, excludat; sed in omnium audientium ^c pectus cum quadam delectatione descendat.

CAPUT XXIV.

Quid intersit inter doctores qui Ecclesiam simpliciter docentes ædificant, et eos qui eloquentiam suam tuculentis declamationibus jactant.

Denique alia est ratio declamatorum, et alia debet esse doctorum. Illi elucubrata declamationis pompam totis facundia suæ viribus concupiscunt, isti sobrio usitatoque sermone Christi gloriam quærunt. Illi rebus inanibus pretiosa verborum induunt ornamenta; isti veracibus sententiis ornant, et ^d commendant verba simplicia. Illi affectant suorum sensuum deformitatem tanquam velamine quodam perlati sermonis abscondere; isti eloquiorum suorum rusticitatem student pretiosis sensibus venustare. Illi totam laudem suam in favore vulgi, isti in virtute Dei constituunt. Illi plausibiliter dicunt, et nihil auditoribus suis declamando ^e proficiunt; isti usitatis sermonibus docent, et imitatores suos instituunt. Quia rationem [*forte orationem*] suam nulla fucata compositionis ^f affectatione corrumpunt.

CAPUT XXV.

Quales esse debeant sacerdotes qui volunt fieri vitæ contemplativæ participes.

†. Quocirca, si sacerdotes sancti (non quales illi sunt quos judicandos atque damnandos comminatio divina pronuntiat, sed quales apostolica doctrina commendat), multos ^g ad Deum sancte vivendo et prædicando convertant; si nihil ^h ex imperio, sed omnia humiliter agant, ac se communes eis quibus sunt præpositi, studio sanctæ dilectionis exhibeant, si infirmitates carnaliter viventium fratrum modo verborum salubrium medicaminibus curent, modo quas incurabiles judicant, patientiæ virtute sustineant; si moribus ac prædicationibus suis non suam, sed Christi gloriam quærant; nec verba ac facta sua in ⁱ pretium favoris conciliandi miserabiliter perdant, sed quidquid sibi sacerdotaliter viventibus atque docentibus honoris impenditur, Deo semper ascribant; si non inflentur officiosis occurrentium salutationibus, sed graventur; nec honorari se, sed onerari faventium sibi laudibus credant: si consolentur afflictos, pascant egenos, vestiunt nudos, redimant captivos, suscipiant peregrinos; si errantibus viam salutis ostendant, ^j desperatis spem veniæ consequendæ promittant; currentes ^k impellant, remorantes accendant, et quidquid ad officium suum pertinet, constanter exercent: quis sic erit alienus a fide, ut dubitet tales contemplativæ ^l virtutis esse participes, quorum exemplo simul ac verbo plures sunt regnorum cœlestium cohæredes?

2. Isti sunt ministri verbi, ^m adjuutores Dei, oraculum Spiritus sancti. Per tales Deus placatur populo, populus ⁿ instruitur Deo. Isti sunt apostolorum Domini successores, qui Ecclesias quas illi ^o editis mirabilibus fundaverunt, mirabiliter apostolicis præditi virtutibus regunt; qui fidem catholicam aut disputationibus, aut si ita necessitas poscat, membrorum suorum laceratione defendunt, pro qua totis ^p viribus retinenda, a missis facultatibus suis, etiam mori parati sunt. Fidelium catholicorum virtutibus crescunt, qui per eos Deo auctore proficiunt; et Deo suo inseparabiliter adhærentes, in quo sibi credunt solida ac permansura bona reposita, mundi hujus gaudia fugitiva fastidiunt. Hactenus super tribus capitulis sermonem ^q lacinosæ disputationis prolixitate produximus: in quo, quæ esset vitæ contemplativæ proprietas, quæ differentia ipsius et activæ, et qualiter contemplativæ ^r virtutis sacerdotes ^s fieri participes possint, sufficienter, ut opinor, ostendimus. Ideoque huic tandem libro terminum dantes, in secundo volumine alia tria capitula, Deo conatum nostrum vestris orationibus adjuvante, tractabimus; ut in tertio libro de reliquis quatuor, quibus vitiorum atque virtutum discutienda continetur ratio, disseramus.

3. Isti sunt ministri verbi, ^m adjuutores Dei, oraculum Spiritus sancti. Per tales Deus placatur populo, populus ⁿ instruitur Deo. Isti sunt apostolorum Domini successores, qui Ecclesias quas illi ^o editis mirabilibus fundaverunt, mirabiliter apostolicis præditi virtutibus regunt; qui fidem catholicam aut disputationibus, aut si ita necessitas poscat, membrorum suorum laceratione defendunt, pro qua totis ^p viribus retinenda, a missis facultatibus suis, etiam mori parati sunt. Fidelium catholicorum virtutibus crescunt, qui per eos Deo auctore proficiunt; et Deo suo inseparabiliter adhærentes, in quo sibi credunt solida ac permansura bona reposita, mundi hujus gaudia fugitiva fastidiunt. Hactenus super tribus capitulis sermonem ^q lacinosæ disputationis prolixitate produximus: in quo, quæ esset vitæ contemplativæ proprietas, quæ differentia ipsius et activæ, et qualiter contemplativæ ^r virtutis sacerdotes ^s fieri participes possint, sufficienter, ut opinor, ostendimus. Ideoque huic tandem libro terminum dantes, in secundo volumine alia tria capitula, Deo conatum nostrum vestris orationibus adjuvante, tractabimus; ut in tertio libro de reliquis quatuor, quibus vitiorum atque virtutum discutienda continetur ratio, disseramus.

^a Ms. Colb. unus, *vana assentationis.*

^b Ms. Colb. unus, *nullus quamvis imperitus excludatur.*

^c Ms. unus, *pectora.*

^d Edit. Lugd. sola, *commodant.*

^e Mss. duo, et edit. Lugd., *prospiciunt.*

^f Mss. tres, *affectatione.*

^g Mss. tres, *ad Dominum.*

^h Mss. tres carent partic. *ex.*

ⁱ Ms. Camb., *pretio.*

^j Ms. unus, *deperantibus.*

^k Ms. unus, *impediant*

^l Mss. duo, *vitæ.*

^m Ita mss. cum edit. Lug. et Duaci. Colon: vero, *auditores Dei.*

ⁿ Ms. Colb. unus, *populi instituuntur.*

^o Ms. Camb., *judiciiis.*

^p Mss. sex et edit. Lug., *visceribus.*

^q Ms. Camb., *lacunosæ.*

^r In mss. uno deest *virtutis.* In alio habetur *contemplativæ vitæ.*

^s Ms. unus, *participes esse possint.*

LIBER SECUNDUS.

PRÆFATIO.

1. Superiori libro rationem contemplativæ vitæ ^a complexus, pro viribus quas Dominus donare dignabitur, de actuali vita, sicut promisi, disputare constitui. Quapropter ^b sicut in præfatione primi voluminis feci, hic quoque officii mei ^c necessitatem paucis aperio: quia si potuissem sine obedientiæ noxa quod jubebatis abnuere, nunquam me propriæ voluntatis instinctu committerem obtractatorum malevolo ^d dente carpendum; qui nolentes advertere quam invidus hæc scribenda susceperim, totum quod est vestræ jussionis, applicaturi sunt ^e forte vitio vanitatis: maxime si de rebus talibus locutus, quibus ecclesiasticorum pene omnium conversatio tenenda describitur, aliquid tale posuero, quod sæculariter viventium mentes offendat; et ^f dum in descriptione ecclesiasticæ vitæ mores suos (quos ^g nesciri magis quam emendari volunt) viderint publicari; in me tanquam suorum actuum proditorem, carnaliter commoti desæviant, atque ea quæ fuerint, donante Deo, prolata, etiam rationabiliter dicta dijudicent, a me tamen dici non debuisse contendant; sicque aut materiam disputationis, aut personarum disputantis irrideant. Sed quoniam sana mens incomparabiliter amplius obedientiæ fructum debet appetere quam vitare injustæ obtractationis opprobrium; ^h levius credidi me gravari reprehendentium dicta mea iudicio, quam pertinacis inobedientiæ subjacere periculo. Proinde securus, ⁱ quod vos mihi perficiendi facultatem precibus impetretis a Domino, qui jussistis ut loquerer, et præsumptionem meam apud eos qui me iudicaturi sunt, excusetis; opus susceptum ^j vobis orantibus adjuvandum expediam.

2. Sed priusquam membratim singula quæ proposuisti absolvam, universaliter de ipsa re quæ in hoc libello tractanda est pauca mihi video esse dicenda: quibus evidenter appareat qua ratione mihi succenseri posse præfatus sim, ab eis qui magis quis dicat, quam quid dicat attendunt; nec rationem dictorum, sed dignitatem dicentium ^k prava examinatione discutiunt; et quod facere aut fieri nolunt, dici quoque ^l sibi fastidiunt; paratiores aliquid doctrinæ, etiam quod scire cupiunt ignorare; quam a persona inferiore cognoscere: eam veritas undecunque claruerit, non sit ingenio humano deputanda, sed Deo; nec aliquorum debeat credi, sed omnium, quæ per se ^m tanta et talis est, ut non tunc sit magna, si eam magni docuerint; sed potius ipsa magnos faciat eos, a quibus doceri vel ⁿ disci po-

A tuerit. Voluistis itaque vobis proprietatem vitæ actualis exponi, ut vos cum vestris secundum ipsam vixissetis semper, et vivere probaretis; non qualiter vobis esset vivendum ^o meis disputationibus disceretis. Siquidem conversatio religiosa actualis est vita, quæ docet quomodo præpositis sub se regant viventes et diligant; ac non minus de eorum, quam de sua salute solliciti, quod eis expedire sciunt, paterna cura provideant: et qualiter præposito suo subjecti, tanquam capti membra deserviant, ac præcepta ejus velut imperium Dei summo amore custodiant; hoc esse sanctum, hoc sibi salubre et necessarium judicantes, quod rectori suo placuerit; non quod eis in perniciem sui arrogantiam mentis vitiosæ dictaverit. Ideoque obedientiæ ac patientiæ virtute fundati, majorum suorum non discutiunt constituta, sed faciunt; et quando rigor exigit disciplinæ, ut ^p severiter arguantur, acceptam correctionem magnanimiter ferunt; nec motibus eorum a quibus fuerint objurgati, sed suis negligentis, quod castigantur, ascribunt. Cives quoque suos plebcios et nobiles, divites ac potentes, qualiter tractare et regere debeant sacerdotes, hujus libelli series continebit. Quæ ego, sicut sæpe jam dixi, scribere non audeam si vobis negare aliquid ^q potuissem. Sed jam capitula ipsa disserenda ponamus. Quæsisistis igitur utrum æquanimiter sustinendi sint divina præcepta calcantes, an pro modo peccati debeant ecclesiastica severitate coargui.

ELENCHUS.

CAPUT I. Quod pro diversitate veccantium, alii portandi sunt, alii castigandi.

CAP. II. De laude sanctorum sacerdotum.

CAP. III. De testimoniis apostolicis, vel de expositione eorum.

CAP. IV. Objectio, quare sacerdotes sancti, quorum cura est perditæ videntes arguere, simulatores religionis æquanimiter ferant.

CAP. V. Responsio, ubi ostenditur quibus exigentibus causis quorundam infirmitas blande tractetur.

CAP. VI. Quod illi peccata aliena impatienter accusant, qui sua non cogitant.

CAP. VII. Quantum remedii habeat confessio peccatorum, et quale mereatur occultatio dolosa supplicium.

CAP. VIII. Quod inique, et non simpliciter arguentes, vani sint, ac divino iudicio condemnandi.

CAP. IX. Quod sacerdotes nihil proprii habere debent.

ⁱ Ms. Camb., securus sum... ut opus susceptum.

^j Ms. unus, vestris orationibus adjuvantibus.

^k Ms. ex Colb. unus, pravo examine.

^l Ms. unus non habet sibi.

^m Mss. quinque, talis ac tanta est.

ⁿ Sic mss. sex. Editi, dici.

^o Edit. Lugd., in eis.

^p Ita mss. Colb. tres. Editi., severitate. Mss. tres. severi acriter.

^q Ms. unus, possem.

^a Ms. Camb., complexus sum, nunc pro viribus.

^b Mss. sex, quod in.

^c Mss. tres, necessitate.

^d Ms. Colb. unus, malevolo denti.

^e Ms. Colb. unus omittit forte.

^f Mss. quinque, Et cum.

^g Mss. quatuor, nescire magis quam emendare.

^h Sic ms. Reg. unus. Lugd. vero cum ms. alio Reg., levius me credidi gravari reprehendentium dictis, meo iudicio. Duac. et Colon. cum 4 Colb. ms., levius me credidi gravari reprehendentium dicta mea iudicio. Lamb. autem, gravare revrehendentium dicta meo ju-

beant, et Ecclesie facultates quasi communes, utpote A Deo rationem reddituri, suscipiant.

CAP. X. Cum quo damno animæ suæ ab Ecclesia quæ pauperes pascit, accipiant illi qui sibi de suo sufficiunt.

CAP. XI. Qui sint qui etiam cum profectu animæ suæ opibus sustentantur Ecclesie.

CAP. XII. Quid facere debeant clerici quorum infirmitas non potest sua contemnere.

CAP. XIII. Quæ sint gaudia vera, vel veræ divitiæ, et quid impediendi afferant bona præsentia amatoribus futurorum.

CAP. XIV. Qualiter intelligatur, quod dicit Apostolus: Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt cadunt.

CAP. XV. De cupiditate, qualiter eis quos semel intraserit dominetur.

CAP. XVI. Quod Deum perfectius illi possideant, qui terrenis possessionibus ex corde renuntiant.

CAP. XVII. Quod nihil proficiant, qui, abstinentes a cibis, vitis serviunt; nec prosit illis facultates abjicere, qui eas faciunt voluntates.

CAP. XVIII. Quanta bona primus homo, abstinentiæ bonum negligendo perdidit.

CAP. XIX. De peccato primi hominis, et de malis quæ illum peccantem, Deo judicante, secuta sunt.

CAP. XX. Quod omnia bona quæ in Adam corrupti perdidimus, in Christo reparati recipiemus.

CAP. XXI. Qualiter vivere debeant qui Christum imitari desiderant.

CAP. XXII. Qua temperantia uti debeant qui a voluptate delectabulum, vel ab immoderata perceptione ciborum communium, atque a vini immoderato usu cupiunt abstinere.

CAP. XXIII. Quod utentes carnibus concupiscentia carni polluat, non natura.

CAP. XXIV. Quam utile sit jejunio vel abstinentiæ, advenientium caritatem plerumque præferre.

CAPUT PRIMUM.

Quod pro diversitate peccantium alii portandi sunt, alii castigandi.

1. Si una omnes ægritudine mentium laborarent, ac paribus animorum morbis affecti, nihil ab invicem discrepant, aut sustineri omnes necesse esset, aut argui. Nunc vero, propterea alii portandi sunt, alii castigandi, quia pro diversitate peccantium, modus quoque diversus est præceptorum. Et utique

^a Mss. tres, quod impedimentum.

^b Ms. Camb., recipimus.

^c Editi., Quali.

^d Ms. Camb., præferri.

^e Ms. Colb. unus, sustinere omnes necesse esset aut arguere.

^f Mss. Colb. tres, et Reg. unus, peccatorum. M. alter Reg., pœnitentium.

^g Ms. Colb. unus, ita peccatis dissimilibus dissimilia adhibenda sunt remedia.

^h Ms. unus, mala dulcedo.

ⁱ Editi præter Lugd., ac mendacio. Ms. Colb. unus, aut mendacium præferunt veritati.

^j Edit. Lugd. cum mss. quinque, illud dico. Ms.

ita peccatis dissimilia sunt adhibenda remedia, sicut ex dissimilibus causis veniunt ipsa peccata. Plerosque enim peccandi consuetudo delectat, alios ad peccandum occasio alicujus lucri temporalis iavita, fragilitas nonnullos inclinat, quosdam ignorantia boni facit nescire quod peccant, et impedit mali dulcedo, ne correpti aliquando sapiant quod ignorant. Taceo de illis quos aliena delicta quibus consentiunt, decolorant. Illos etiam prætermitto qui, cupientes adipisci quod diligunt, vel refugientes pati metuunt, aut fidem catholicam produnt, aut mendacio præstantiam veritatis addicunt. Illud vero dico: Quis nesciat aliter homines cogitatione subita, aliter definitione delinquere, aliter sermone, aliter opere, aliter necessitate, aliter voluntate peccare

2. Cum igitur tam multiplicibus, ac multum ab invicem distantibus modis homines peccent, quis non intelligat uno modo eis non posse utique mederi quorum tam diversi sunt morbi? Et ideo dupliciter quidem fragilitas humana Dei præcepta contemnit, aut faciendo quod veluit, aut non faciendo quod jussit: sed quomodo non solum ex illis causis quas commemoravi, sed etiam ex aliis quas non commemoravi, in præceptis suis eum contemnunt, qui ejus præcepta non faciunt; sic debent omnes modo docendo, modo exhortando, modo sustinendo, modo increpando curari, ut sub ope Christi nullius salus in hac vita debeat desperari. Jam nunc si satis apparuit quod divina præcepta calcantes non solum portandi sunt, sed etiam castigandi; a quibus id fiat, qui, vel quo ordine, et quandiu curandi sint qui curantur, adjuvantibus me meritis et orationibus vestris, deo declarare.

CAPUT II.

De laude sanctorum sacerdotum.

1. Ac ne fidem meus sermo velut humana conjectura non habeat, effectumque, dum ei parum creditur, perdat; ea quæ, adjuvante Domino, demonstrare constitui, vera esse divinis testimoniis conabor ostendere, si prius pauca de laude verorum sacerdotum, qui sunt Ecclesiarum magistri, protulero. Ipsi enim proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est; qui pondus populi sibi commissi utiliter sustinentes, pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis, et humiliati spiritus offerentes,

unus, illud quidem. Ms. alter, adhuc illud dico.

^k Ms. Colb. unus, aliter hominis cogitationes superbia, aliter, etc.

^l Ms. Colb. unus, voluptate.

^m Ms. unus, discrepantibus.

ⁿ Ms. unus, quod vetat, aut non faciendo quod jubet.

^o Mss. omnes, quoniam, et paulo post mss. tres, Dominum contemnunt.

^p Mss. duo Regii cum editis, curare. Mss. Colb. quatuor et Camb., curari.

^q Ms. Colb. unus, nullus malus in hac vita, etc. M.

Reg. unus, nullius salus debeat desperari.

^r Hæc, meritis et, absunt a mss. omnibus.

^s Mss. sex, viriliter sustinentes

* quo placatur Deus, avertit iram futuræ animadversionis a populo (*Exod. xxx, 10; Lev. xvi, 2; Num. xvi, 46*); qui per Dei gratiam sunt divinæ voluntatis indices, Ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, ^b fidelis populi duces, veritatis assertores, pravæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, et male sibi consilis etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica reſeneratorum, prædicatores cœlestium, primi [*forte primæ*] ^a phalanges invisibilium prætorum, exempla honorum operum, documenta virtutum, et ^d forma fidelium. Ipsi sunt ^e Ecclesiæ decus, in quibus amplius fulget Ecclesia; ipsi columnæ firmissimæ quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium; ipsi januæ civitatis æternæ, per quos omnes qui credunt ^f in Christum ingrediuntur ad Christum; ipsi janitores quibus claves datæ sunt regni cœlorum; ipsi etiam dispensatores regis domus, quorum arbitrio in aula regis æterni dividuntur gradus, et officia singulorum.

2. Hi sunt qui non ambiendo, sed spiritualiter vivendo sacerdotium meruerunt; quique non favoris humani suffragio, sed divino munere sublimati, nihil sibi de ^g præstantia sui principatus applaudunt; quos non ^h inflat honor acceptus, sed exercet labor impositus; ⁱ qui non excellentiam i suam cogitant proſecti, sed sarcinam; nec gloriantur de officii dignitate, sed sudant potius constituti sub onere. Tales divina Scriptura speculatores appellat (*Ezech. iii, 17*), qui speculantur actus omnium, et qualiter unusquisque cum suis in domo, qualiter in civitate cum civibus vivat, intentione religiosæ curiositatis explorant; quos bonos probaverint, honorando confirmant; quos deprehenderint vitiosos, arguentes emendant; aut si emendari noluerint, æquanimitèr portant, habituri uberrimum fructum, aut de sua distictione, si correpti proſecerint; aut de sua patientia, etiam si illi quos sustinent, emendari noluerint.

CAPUT III.

De testimoniis apostolicis, et expositione eorum.

1. Sed jam divina testimonia, sicut promisimus, proferamus. In Act. apostolorum Paulus apostolus sacerdotibus dicit: *Ecce ego scio quod amplius non videbitis faciem meam, vos omnes, inter quos ambulavi prædicans ^k regnum Jesu Christi. Ideo contestor vos hodierna*

die, quia mundus sum ab omnium sanguine. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam ^l acquisivit sanguine suo (Act. xx, 25 et seq.). Regnum Dei, inquit, inter vos ambulans prædicav, ut me alienum ab omnium perditione servarem, qui verbo doctrinæ salutaris audito, nihil ^m promoventur ad salutem. Regnum Dei prædicat, qui de vita futura quæ non habet finem; de contemplatione divina, quæ non habet fastidiosam satietatem; de sanctorum beatitudine, quæ non habet defectionem; de angelorum similitudine consequenda prædicare non cessat: ita ut ⁿ si ad hæc ineffabilia bona qui audiunt, provocari noluerint, absolutus sit ille qui eis prædicando non tacuit.

2. Quod autem secutus adjungit: *Non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei (Ibid., 27)*: quid aliud facit intelligi, nisi ut ecclesiasticus doctor dispositionem Dei (quod consilium Dei vocat Apostolus) eis quos docet aperiat? Aperit ergo dispositionis divinæ consilium quando docet ut patres pietatem filiis suis impendendo, eam mereantur a Domino, qui est omnium Pater, ^o ut filii honorem debitum ^p patribus suis exhibeant, non exheredationis metu deterriti, sed futuræ remunerationis desiderio provocati: quia præceptum ^q Domini tam patres filios diligendo, quam filii honorificentiam suis exhibendo patribus complent, qui utrumque jussit ut fieret; ^r docet ut mariti fidem conjugalis thori suis uxoribus servant; ^s ut uxores maritos suos non studio formæ lenocinantis adhibito, aut accuratione vestium diversarum, sed gravitate morum delectent, et operum sanctitate; ut domini servos velut eorum in Christo conservi misericorditer tractent, et servi dominis ita ex corde deserviant, ut voluntatem non solum dominorum suorum, sed etiam Dei hoc ipsum jubentis, efficiant; ut inter se cives cum civibus, cum amicis amici, cum parentibus parentes veram concordiam teneant; ut in nullo negotio alter alterum callida fraude decipiat, ^t aut ne in communi contractu fidem, quam sibi servari aliquis cupit, ipse corrumpat.

3. His ^u et talibus et sacerdos annuntiat prædicando, et obediendo populus accipit Dei consilium,

^a Ms. Camb., quo placatus Deus, avertit. Ms. Reg. D unus, quo placatus Deus, avertit iram furoris et animadversionis. Ms. Reg. alter, quo placatus avertit iram futuræ animadversionis.

^b Ms. Reg. unus, fideles veritatis assertores, omissis vocibus intermediis.

^c Mss. tres juxta veterum codicum lectionem, primi præstantes, seu prælatores. Ms. Colb. unus, primi palæstrites.

^d Mss. duo Colb., forma vitæ.

^e Ms. Camb., duces Ecclesiæ.

^f Mss. sex cum Lugd. non habent in Christum.

^g Ms. Colb. duo, de præsentia.

^h Ita mss. Reg. duo. Alii vero cum editis, inflammat.

ⁱ Mss. Colb. tres, quia non.

^j Ms. Colb. unus, sui cogitant proſectus.

^k Ms. Colb. unus, Jesum Christum.

^l Mss. sex, acquisivit sibi.

^m Mss. duo, promovent.

ⁿ Ms. unus, si hæc ineffabilia; tum paucis interjectis, mss. quatuor, prædicanda non tacuit.

^o Ita mss. septem cum edit. Lugd. In aliis vero hic inseruntur ista: *Aperit divinæ consilium pietatis, cum docet.*

^p Ms. Colb. unus, parentibus.

^q Mss. septem, Dei; quorum unus post pauca habet suis exhibendo parentibus.

^r Editio Lovaniensis anni 1563, Duac. et Colon. hic et post quatuor lineas addunt *Docet*: quam vocem omittunt mss. omnes cum Lugd.

^s Mss. duo, et uxores.

^t Mss. quatuor, ut ne.

^u Ms. unus, Hæc et talia sacerdos.

sine quo non pervenitur ad regnum; in quo ^a solo exsecutores divini consilii, participes, Deo auctore, futuri sunt cœlestium præmiorum. Deinde quod dicit Apostolus: *Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam ^b acquisivit sanguine suo (Act. xx, 28):* quis non videat quod tunc sibi sacerdotes attendunt, quando sancte vivendo, ac voluntatem ^c Domini fiducialiter prædicando, Ecclesiæ Dei prospiciunt, ut eis jam grave non sit infirmos Ecclesiæ sustinere, pro quibus redimendis se dignatus est morti vitæ auctor offerre? Sed et ipsi qui docentur, ut sapiant; qui increpantur, ut saltem objurgati proficiant; qui sustentantur, ut de suis aliquando criminibus erubescant, et gaudium suis doctoribus, quorum patientia blande tractantur, ^d de utilitate suæ correctionis exhibeant; et ipsi, inquam, libenter audiant, quid eis apostolico ore ^e divinus sermo præcipiat: *Obedite, inquit, præpositis vestris et subjecti estote eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant et non gementes; hoc enim ^f expedit vobis (Hebr. xiii, 17).*

4. Ergo doctoribus suis debent obedire qui audiunt, atque eis cum reverentia esse subjecti. Quod faciunt illi, qui castigati libenter accipiunt, nec increpantibus contradicunt. Quod vero ait: *Ipsi enim pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris (Ibid.);* sacerdotalem curam pro populo sibi commisso satis ostendit, qui tam in suis actibus quam in prædicationibus vigilantes, solícite hostis antiqui rimantur insidias, ne quem, velut dormiente pastore, lupus ^g diabolus astuta fraude subripiat, et in damnum pastoris abreptum, secum usque ^h supplicia sempiterna perducatur. Verum quia ex his qui arguuntur, aliqui se obedientes emendant, aliqui in sua perversitate perdurant, ideo de sacerdotibus ait: *Ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes (Ibid.).* Cum gaudio sacerdotes ⁱ arguunt, quando correpti proficiunt; et tristes hoc faciunt, quando se nihil proficere in suis contemptoribus ingemiscunt; ac sic hoc dicit illis expedire, ut cum gaudio, non gementes, eos increpent sacerdotes, qui doctores suos sua correctione lætificant, et eorum gaudia incremento sui profectus accumulunt.

CAPUT IV.

OBJECTIO: *Quare sacerdotes sancti, quorum cura est perditæ viventibus arguere, simulatores religionis æquanimitèr ferant.*

1. Necdum sermonem de sacerdotibus sanctis,

- ^a Mss. duo, soli exsecutores.
- ^b Mss. quatuor, acquisivit sibi sanguine suo.
- ^c Mss. septem, Dei.
- ^d Ita mss. omnes. Editi vero, de utilitatis suæ profectu.
- ^e Ms. unus, Spiritus sanctus, id est divinus sermo.
- ^f In ms. uno corrigitur non expedit, juxta textum Apostoli.
- ^g Ms. Colb. unus, lupus, id est diabolus.
- ^h Ms. unus addit sancti.
- ⁱ Mss. Colb. duo, curiosius.
- ^j Ms. Colb. unus, quare non ad omnes hæc eorum

A unde plura dicere conabar, impleveram, cum ecce ad me quidam de nostris ingressus, quid dictarem ^k curiosus interrogat. Cui cum recitari fecissem: Omnes, inquit, episcopos tales esse debere quales tuus sermo descripsit, et nunc esse plures apud nos plenos sacerdotalibus bonis, qualia veraciter prædicasti, dubium non est; sed cum ad eorum probetur officium pertinere, ut inquietos sacerdotali auctoritate corripiant, rudes doceant, contradicentes sanæ doctrinæ redarguant, ^l quid est quod non in omnes hæc eorum cura porrigitur; cur non et alios simili auctoritate castigant? Illos dico, qui velut conversi, ex pristinis moribus nihil abjiciunt, non mente mutati, sed veste; nec actu, sed habitu.

2. Hi sunt qui sermone tantum, non opere, sæculo ^m renuntiassent contenti sæculariter vivunt, et vitia sua inani professione vitæ melioris abscondunt, ac religionis imaginariæ nomine palliati, opinionem virtutis pro virtute suscipiunt: prædicant magna, nec faciunt; accusant vitia, nec deponunt; publice sibi displicere simulant, quod occulte committunt; magni student videri, non fieri; ⁿ laudant eos quorum cupiunt prædicatione laudari; jejulant ut vultus sui pallorem perniciosius laudibus vendant. Ad reprehendendos alios prompti, se non patiuntur a quibuslibet vel ^o leviter reprehendi. Ad faciem publicam patientiam fingunt, et in animo iracundiæ virus abscondunt, ^p nocendum parati, cum nocendi tempus invenerint: suorum actu negligentes, sicut aliorum proci libertate censors. Impudenter se assuunt virginibus ^q sacris ac viduis, quibus tanto ^r inglutinantur affectu, ut facilius ab Ecclesiæ (quod dictu quoque nefas est) quam ab earum communione discedant. Qui etsi cum illis forte non ^s peccant, tamen malæ suspicionis de se præbendo materiam, vitam suam maculis sinistrae opinionis infamant.

3. Taceo de illis qui, undante ^t lapsabundi corporis motu, defluentibus in talos vestimentis incedunt, et vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes, animorum dissolutionem vestigiis sinuosa mobilitate nutantibus produnt. Illos quis ferat qui, ^u adumbratæ prætendentes honestatis imaginem, ad hoc pupillarem ac viduarum causas, velut tuendas simulata pietate suscipiunt, ut earum facultates suis adjiciant, et divites ex pauperibus facti, vel ex divitibus ditiores, tenuem censum ^v per nefas accumulunt: ut cum fuerint exundante patrimonio sumptuosiores effecti, nunquam ^w materia voluptatis gulæ suæ deficit? Hos igitur tales quare non arguunt, qui arguendi potesta-

correctio porrigitur.

- ^k Ms. unus, laudantes.
- ^l Editi. Lugd., leniter.
- ^m Mss. quatuor, agglutinantur.
- ⁿ Mss. tres, non pereant.
- ^o Mss. quatuor, lassabundi.
- ^p Hæc quatuor voces, adumbratæ prætendentes honestatis imaginem, absunt a ms. Camberonensi.
- ^q Mss. quatuor, proh nefas!
- ^r Ms. Colb. unus, materiæ voluptatis gulæ suæ deficiat.
- ^s Ms. Colb. alter, materiæ voluptatis ac gulæ suæ deficiat.

teum divinitus acceperunt? ^a Non verentur, ne forte cum tam flagitiose viventibus parcunt, videantur probare quæ faciunt? Quid quod eos etiam ad officium clericatus admittunt, et (proh nefas!) quasi parum sit quod tales dissimulata severitate non increpant, insuper et honorant?

CAPUT V.

RESPONSIO: *Ubi ostenditur quibus exigentibus causis quorundam infirmitas blande tractetur.*

1. Ego vero: Si recolis, inquam, quid de sanctis sacerdotibus fuerit disputatum, sufficiens accepisti responsum. Ecclesiæ quippe doctoribus, sicut supra jam diximus, et censura inesse debet, ut arguant; et patientia, ut emendari nolentes fortiter ferant, apostolico satisfactis imperio, qui Timotheo ^b præcepit, dicens: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina* (III Tim. iv, 2). Quasi diceret: *Argue coæquales, obsecra seniores, increpa juniores.* Sed propterea addidit: *In omni patientia et doctrina*: quia leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti; asperitate autem nimie increpationis offensus nec increpationem recipit, nec salutem. Item alio loco idem apostolus dicit: *Vos qui firmiores estis, imbecillitates ^c infirmiorum sustinete* (Rom. xv, 1). Sustinent ergo æquanimiter ut infirmos, quos emendare non potuerint castigatos. Proinde quia nec ^d objurgari omnes expedit, nec omnes blande tractari; sciunt sancti sacerdotes atque discernunt, quos debeant temperata severitate corripere, et quos sacerdotali magnanimitate portare; et ideo omnium quos per Dei gratiam curant, non voluntati, sed utilitati prospiciunt. Denique [al. Deinde] alios honorari deformiter audentes, quibus non expedire noverunt, non vitio alicujus invidiæ, sed altæ prudentiæ consilio præmittunt, et alios latere cupientes honorant, ut eis aditum ad majores profectus aperiant. ^e Eos quos probant increpationem posse pati castigant, et impatientes objurgationis ut languidos palpant; non eis adulando, quod tales sunt, sed infirmitatibus talium compatiendo, si forte aliter sanari non possunt.

2. Cæterum si Ecclesiæ communionem priventur infirmi, qui curari adhibita increpatione non possunt, aut intolerabilis mole tristitiæ supra modum gravati succumbunt, et sanctorum omnium vultus, per quos possent restitui Deo, refugiunt; aut certe ad omnem peccandi impudentiam, si fuerint exacerbati, prosiliunt, et quidquid mali occulte faciebant publice

perpetrabunt, in tantam vesaniam reparandæ salutis desperatione prolapsi, ^f ut seria verba corripientium in jocos exitiabiles impudenti urbanitate convertant, ^g ac male dicaces in se ex ipsa jactatione turpitudinis suæ, turpiter viventium malevolas lætitiis pascant. ^h Propter hoc ergo, blanda pietate portandi sunt, qui increpari pro sua infirmitate non possunt, Et revera, si peccanti salubrem pudorem, dum pro eo erubescis, incutias, ac verecundiam quam pro peccatis ejus assumis, in eum pia animi compassione transfundas; facile in illo ⁱ reprimis omnem peccandi licentiam, atque ei totam impudentiam demis licentiosæ turpitudinis hortatricem. Tunc mores ejus verecundia custos integritatis ornabit, ut ei placeat quod ante sordebat, quando ^j sordidus erat; ^k et sordeat quod ante placebat, quando ipse bonis omnibus displicebat. Sanctos viros amando sectabitur, et sectando in eorum similitudinem paulatim vitæ prioris emendatione formabitur, ut ei quam laboriosum fuit in sublimitatem virtutis evadere, tam deformis sit in vitia rursus quibus se gaudet caruisse, descendere. Quia sicut virtus onerosa est vitioso, ita virtutis amico ^l vitiosa voluptas amara est. Ecce quomodo peccantes omnes blande tractat aut increpat, qui nihil aliud nisi eorum salutem quibus vult prodesse, considerat.

CAPUT VI.

Quod illi peccata aliena impatienter accusant, qui sua non cogitant.

Tandiu ^m enim quis peccata sua, quæ nosse, aut deslere debet, ignorat; quandiu curiose aliena considerat. ⁿ Quod si mores suos ad seipsum conversus aspiciat, non requirit quod in aliis specialiter reprehendat, sed in seipso quod lugeat. Proinde fratrum nostrorum vitia non facile debemus accusare, sed gemere: ut invicem onera nostra portantes, legem Christi possimus implere (Gal. vi, 2); qui utique non accusavit peccata nostra, sed tulit, Evangelista dicente: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (Joan. i, 29). Itaque si ille qui sine ullo peccato fuit, nos peccatores ineffabili pietate sustinuit, et sustinere non desinit, non interitum nostrum desiderans, sed profectum, nec mortem peccantium, sed salutem; quare nos exemplo nostri Salvatoris et Domini non sustineamus infirmos, cum et ipsi aut infirmi sumus, et volumus a Deo portari; aut si sani sumus, possumus adhuc ut fragiles infirmari.

^a Ms. Colb. unus, nec verentur.... approbare quæ faciunt?

^b Ms. unns, Lugd. et Lov., præcipit.

^c Mss. sex, infirmorum.

^d Mss. duo, objurgare.... tractare.

^e Ms. unus. Et quos probant.

^f Ms. Colb. unus, severa; alter, serena. Alii codices, salutaria.

^g Ms. Camb., maledici in se. Ms. Colb. unus, maledicas in se, etc. Ms. Colb. alter, et Reg. duo, maledica in se, etc. Sic et edit. Lugd.

^h Ms. unus, Propterea ergo.

ⁱ Ms. unus, rep. imes..... demes.

^j Sic mss. omnes, et edit. Lugd., Lovan. vero, Duac. et Colon., quando in sordibus erat, et sordidus erat.

^k Editi, ut sordeat.

^l Alias sic legebatur, Ita est amara vitiosa voluntas virtutis amico. Mss. duo Colb., vitiosa voluntas amara est. Reg. unus, vitiorum voluntas; et ab alia manu, vitiosa voluptas. Colb. alter, vitiosa est amara voluptas.

^m Ms. Colb. unus, Quandiu enim quis..... tandiu curiose.

ⁿ Ms. Reg. unus, ad seipsum conversus aspiciat. Ms. Reg. alter. Quod si ad seipsum conversus aspiciat.

CAPUT VII.

Quantum remedii habeat confessio peccatorum, et quale mereatur occultatio dolosa supplicium.

1. Huc accedit quod et ipsa peccata sic habentur occulta, vel aliena nobis, vel aliis nostra, ut plerumque et sanctus inter peccatores lateat, et famam sancti obtineat peccator. Innocentem si se tueri non potest, suspicio iudicis ^a incauta condemnat, et reum calliditas ingenii vivacis excusat. Verumtamen non divinum, sed humanum fallunt ista iudicium. Et quid mirum, si animos aliorum quales sint, sine ipsorum confessione nescimus, cum nos ipsos ita hodie novemur ut quales futuri simus ^b crastino nesciamus? Cum vero nobis fratres quilibet nostri peccata sua, tanquam medicis, vulnera quibus urgentur, aperiant; operam dare debemus ^c ut quantocius ad sanitatem, Deo auctore, perveniant, ne in pejus dissimulata curatione proficiant. Ea autem crimina quorumlibet si ipsis criminosis confiteri nolentibus undecunque claruerint; quæcunque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, velut igni quodam piæ increpationis urenda sunt et curanda.

2. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentis, ac pie increpantis medela ^d profecerit in eis, qui diu portati, et salubriter objurgati, corrigi noluerunt; tanquam ^e putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscidi: ne, sicut caro morbis emortua, si abscisa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit; ita isti qui emendari despiciunt, et in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ ^f perditionis inficiant. Porro illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata; si ea confiteri aut ^g emendare noluerint, Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Et quid eis prodest humanum vitare iudicium, cum, si in malo suo permanserint, ituri sint in æternum, Deo retribuente, supplicium? Quod si ipsi ^h sibi iudices fiant, et veluti suæ iniquitatis ultores hinc se voluntariam poenam severissimæ animadversionis exercent; temporalibus poenis mutabunt æterna supplicia, et lacrymis ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia. At hi qui, in aliquo gradu ecclesiastico constituti, aliquid occulte crimen admittunt, ipsi se vana persuasionem decipiunt, si eis videatur propterea communicare, et officium suum im-

A plere debere, quod homines occultatione sui criminis fallunt.

3. Exceptis enim peccatis quæ tam parva sunt, ut caveri non possint, pro quibus expiandis quotidie Deo clamamus, et dicimus: *Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Math. vi, 12); illa crimina caveantur quæ publicata suos auctores humano faciunt damnari iudicio. Qui autem ea commiserint, et ideo prodere metuunt, ne sententiam justæ excommunicationis accipiant, sine causa communicant; imo vero dupliciter contra se iram divinæ indignationis exaggerant, quod et hominibus innocentiam fingunt, et contempto Dei iudicio, abstinere se ab altari propter homines erubescunt. Quapropter Deum sibi facilius placabunt illi qui non humano convicti iudicio, sed ultro crimen ⁱ agnoscunt; i qui aut propriis illud confessionibus produunt, aut nescientibus aliis quales occulti sunt, ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt, et ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separati, vitam suam tanquam mortuam plangunt, certi quod reconciliato sibi efficacis poenitiæ fructibus Deo, non solum amissa ^k recipiant, sed etiam civis supernæ civitatis effecti, ad gaudia sempiterna perveniunt.

CAPUT VIII.

Quod inique, et non simpliciter arguentes vani sint, ac divino iudicio condemnandi.

Jam ^l de illis qui, levi suspitione permoti, simpliciter viventes objurgant, ut et illos incondita correptione confundant atque dejiciant, et sibi per hoc nescio cuius districtioris gloriam quærant, non est meum aliquid dicere; super quibus tam perspicue divinus sermo pronuntiat, ut ^m expositore non egeat. Ait enim in Ecclesiastico Spiritus sanctus: *Est correptione mendax in ira contumeliosus; et est iudicium quod non est bonum* (Eccli. xix, 28). Utique contumeliosus hominis et superbi corruptio, quæ dicitur mendax, ⁿ superbiæ est, non alicujus humilitatis ^p iudicium, et ideo non est bonum. Quid potuit evidentius, quid apertius dici, quam ^q ut contumeliosum diceret mendaciter arguentem? Quia et contumeliosus est qui mendaciter arguit; ^r et mendaciter arguit qui contumeliam facit. Item in Proverbiis: *Testis falsus non erit impunitus, et qui arguit inique non effugiet* (Prov. xix, 5). Quis est falsus testis, nisi qui hominem quemlibet de criminibus indiscussis objurgat? Quem propterea inique increpantem dici non

li sint.

^k Ms. unus, recipient, sed etiam..... perveniunt.

^l Mss. duo Colb., Tamen.

^m Mss. duo, expositione.

ⁿ Mss. septem, in ore contumeliosus...; et paulo post mss. sex, et est iudicium.

^o Mss. duo, superbia est.

^p Mss. sex, cum edit. Lugd., iudicium.

^q Edit. Lugd., quam contumeliosum dicere.

^r In mss. duobus Reg. desunt hæc, et mendaciter arguit. In Colb. ms. uno, quia et contumeliosus est, qui mendaciter arguit eum qui contumeliam facit.

^a Ms. unus, incaute.

^b Ms. unus, in crastino.

^c Ms. unus, quantocius.

^d Mss. s. x, processerit.

^e Mss. duo, putridæ; unus, putrescentes; mss. quinque cum editis, abscidi.

^f Ms. unus, perversionis.

^g Mss. tres, vel emendari.

^h Deest sibi in edd. Lov., Duac. et Colon.; habetur in mss. omnibus et edit. Lugd. Ms. unus, Qui si ipsi, etc.

ⁱ Editi, cognoscunt; mss. sex, agnoscunt.

^j Mss. tres, quia aut; et infra, mss. quatuor, ocul-

imunitum futurum, quia innocentem nullis provocantibus meritis arguendo, ^a videri vult reum. ^b Quod autem dicit de eo qui iniique arguit, *non effugiet*; quid aliud debet intelligi, nisi quia iram Dei non effugiet, qui aliquem non sic corripit, ut emendet, sed ut se procaciter jactet? Sed de contemptoribus præceptorum Dei, et de correptionis ac patientiæ virtute, sufficiant ista quæ diximus: ne in uno capitulo justo amplius immorati, aut cætera brevius quam necesse sit transcurramus, aut intentionem vestram longitudine nimium protelati voluminis oneremus. Videamus itaque quid nos etiam continentia ^c capitulo sequentis edoceat. Utrum, ^d inquit, congregandis fratribus, aut alendis expediatis facultates Ecclesiæ possideri, an perfectionis amore contemni.

CAPUT IX.

Quod sacerdotes ^e nihil proprii habere debeant, et ecclesiæ facultates quasi communes, pro quibus Deo rationem reddituri sunt, suscipiant.

1. Expedit facultates ecclesiæ possideri, et propriis perfectionis amore contemni. Non enim propriae sunt, sed communes ecclesiæ facultates; et ideo quisquis omnibus quæ habuit dimissis aut venditis, sit rei suæ contemptor; cum præpositus fuerit factus ecclesiæ, omnium quæ habet ecclesia efficitur dispensator. ^f Deinde sanctus Paulinus (ut ipsi melius notis) ingentia prædia, ^g quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogavit; sed cum postea factus esset episcopus, non contempsit ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensavit. Quo facto satis ostendit et propria debere propter perfectionem contemni, et sine impedimento perfectionis posse ^h quæ sunt communia ecclesiæ possideri. Quid sanctus Hilarius? nonne et ipse omnia ⁱ bona sua aut ^j partibus reliquit, aut vendita pauperibus erogavit? Is tamen cum merito perfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatensis episcopus, quod illa tunc habebat ecclesia non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus amplavit. Isti ergo tam sancti, et tam perfecti pontificis factis evidentibus clamant posse et debere fieri quod fecerunt. Qui utique homines tam sæcularium quam divinarum litterarum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res ecclesiæ debere contemni, nunquam eas ^k debuerant qui omnia sua reliquerant retinere.

2. Unde datur intelligi quod tanti ac tales viri

(qui volentes ^l esse Christi discipuli, renuntiaverunt omnibus quæ habebant) non ut possessores, sed ut procuratores facultates ecclesiæ possidebant. Et idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, et ^m patrimonium pauperum; non eas vindicaverunt in usus suos, ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diviserunt. Hoc est enim possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere; nec habendi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune, nec aliquid inde eis qui sibi de suo sufficienti debet erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare quam perdere.

CAPUT X.

B Cum quo damno animæ suæ ab ecclesia, quæ pauperes pascit, accipiant illi qui sibi de suo sufficienti.

1. Nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, ⁿ unde pauper victurus erat accipiunt. De clericis quidem dicit ^o Spiritus sanctus: *Peccata populi mei ^p comedunt* (Osee IV, 8). Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta quibus indigere videntur, accipiunt; ita possessores, non alimenta quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Ipsi quæ quæ pauperes, si se possunt suis artificiis aut laboribus expedire, non præsumant quod debet debilis aut infirmus accipere, ne forte ecclesia, quæ potest omni solatio destitutis necessaria ministrare, si omnes etiam nihil indigentes accipiant, gravata, illis quibus debet, subvenire non valeat.

2. Qui autem ecclesiæ serviunt, et labori suo velut debita reddi oportere credentes, ea quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt; nimis carnaliter sapiunt, si putant, quod ecclesiæ fideliter ærventes stipendia terrena, ac non potius præmia æterna percipiunt. Sæcularis quippe militia quia cælestia non habet, terrena strenue militantibus præstat. Unde satis indignum est, si fidelis, et operosa devotio clericorum, propter stipendium temporale præmia sempiterna contemnat. Quod si quilibet minister ecclesiæ non habeat unde vivat: ^q non ei præmium reddat hic; sed necessaria præstet ecclesia: ut in futuro præmium laboris sui recipiat, quod in hac vita jam spe dominicæ promissionis ^r certus expectat. Illi quoque ^s qui velut idonei nihil quidem sibi dari

buisent. Alii duo cum Camb., *haberent*. Regius alter, *suscipere debuerant*; et in line omittunt vocem *retinere*.

^l Mss. duo, *fieri*.

^m Mss. quatuor, *patrimonium pauperum*; quorum unus, *et omnium defensibile patrimonium pauperum*.

ⁿ Ms. Camb., *ea unde*.

^o Mss. tres, *dicit propheta*.

^p Mss. tres Colb., *comedunt*.

^q Editi Lugd. et Lovan., *non ei præmium hic, sed necessaria præstat ecclesia*. Mss. duo, *non ei reddidit hic, sed necessaria præstat ecclesia*. Mss. tres, *non ei reddat hic, sed necessaria præstat ecclesia*. Omnes editi, *præstat*.

^r Mss. sex non habent *certus*.

^s Editi, *qui vel idonei*. Mss. quinque, *velut*.

^a Ita mss. omnes. Editi vero, *vult esse reum*.

^b Ms. unus, *Qui autem*. Ms. alter, *dico de eo... nisi quia iram*.

^c Ms. unus, *capituli sequentis auctoritas edoceat*.

^d Legendum forte *inquam*.

^e Mss. duo Reg., *nihil proprium habere debeant, sed ecclesiæ facultates tanquam communes, ut pole Deo rationem reddituri, suscipiant*.

^f Mss. tres, *Denique*, cum edit. Lugd.

^g Edit. Lugd., *quia*.

^h Mss. quinque cum edit. Lugd., *posse ecclesiæ, quæ sunt profecto communia, possideri*. Ex Colb. unus, *posse ecclesiæ facultates, quæ sunt communes possideri*.

ⁱ Mss. sex, *omnia sua*.

^j Ms. unus, *pauperibus*.

^k Mss. Colb. duo et Reg. unus, *nunquam eis ha-*

velut debitum poscunt, sed tamen ecclesie sumptibus vivunt, non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum presumendo suscipiant, qui ecclesiam quam juvare de propriis facultatibus debuerunt, suis expensis insuper gravant; propter hoc fortassis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes pascant, ne advenientes a suscipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis imminuant. ^b Quod si aliquid de fructibus suis ecclesie, velut pro ipsa expensa sua contulerint; non se preferant inani jactantia illis, quos nihil habentes pascit et vestit ecclesia: quia perfectior est ille qui se mundi rebus exspoliatur, aut qui cum nihil habuerit, nec habere desiderat, quam ille qui ex multis quae possidet, ecclesie aliquid praestat, ac se de eo quod praestiterit forsitan jactat.

3. Dura sunt quae dico, nec ego diffiteor. Dura sunt, sed observare nolentibus. Caeterum ^c si fiant ista; quae difficilia non facientibus sunt, statim facilia facientibus fiunt. Non ergo ea quae volumus observare, impossibilitas nobis facit dura, sed novitas. In usum veniant, et neminem frequentata conturbant. Nam, quaero, quid sit eorum quae dixi difficile? ut homo id quod opus non habet, ab ecclesia non accipiat, an ut quod habet sine causa contemnat? Si propter hoc non vult sua relinquere ut habeat unde vivat, ut quid accipit unde rationem reddat? ut quid ^d de peccatis alienis sua multiplicat?

CAPUT XI.

Qui sunt qui etiam cum profectu animae suae opibus sustentantur ecclesiae.

Itaque sacerdos cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda, et fideliter dispensat accepta, qui omnia sua ^e aut parentibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesiae rebus adjunxit, et se in numero pauperum paupertatis amore constituit: ita ut unde pauperibus ministrat, inde et ipse ^f tanquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque quos pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis vitae necessaria, sive in domibus suis, sive in congregatione viventes accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi cupiditas ducit, sed cogit vivendi necessitas.

CAPUT XII.

Quid facere debeant clerici quorum infirmitas non potest sua contemnere.

Illi autem qui tam infirmi sunt, ut possessionibus suis renuntiare non possint, si ea quae accepturi erant, dispensatori relinquunt, nihil habentibus con-

^a Mss. sex, excipiant.

^b Ms. unus, Qui si.

^c Sic mss. tres. Alii cum editis, si faciant.

^d Ita mss. omnes, et Lugd. At editi alii, de peccatis.

^e Lugd. edit. cum ms. Camb. haec tantum habent aut relinquit, aut ecclesiae rebus adjungit, et se. Mss. Reg. duo, et quatuor Colb., aut relinquit, aut ecclesiae rebus adjunxit, et se, etc.

^f Ms. unus, et ipse jam tanquam.

^g Ms. Reg., ne ea. Ms. Camb., ideo partes accipi

ferenda, sine peccato possident sua: quia et ipsi quodammodo sua relinquunt, quando propriis contenti rebus, nihil eorum quae labori, vel ordini suo deberi arbitrantur accipiunt. Quod si putant ideo ^g accipi debere eorum quae conferuntur ecclesiae portionem, ne eam videantur abjicere, se vero non posse sua relinquere, quod eis deformis sit inter suos, pauperes reddi; noverint esse deformius possessores de elemosynis pauperum pasci.

CAPUT XIII.

Quae sint gaudia vera, vel verae divitiae; et quid impedimenti offerant bona praesentia amatoribus futurorum.

1. Heu quam subtiliter nos ille decipiendi artifex fallit, quanta caecitate oculos nostrae mentis obducit, ne discernamus gaudendi avidi, unde justius gaudeamus; aut ne copientes augeri divitiis, noverimus quas quibus incomparabiliter preferamus. Nam gaudere quidem bonum est; sed qui gaudet, si non inde gaudeat unde debet, non potest bonum esse quod gaudet. Siquidem gaudet et raptor, cum desiderata rapuerit; gaudet et ebriosus, cum ^h ex plateae occasionem potationis invenerit; gaudet et adulter, cum ad delectationem fruendi corporis concupiti pervenerit: sed cum sit gaudere bonum, de his atque hujusmodi gaudere grande est malum. Haec et his similia sunt unde gaudent nos vult mnadus, cum suis amatoribus ⁱ periturus. Haec sunt quae repudiare debemus, ut de bona conscientia, de sanctitate morum, de acquisitione virtutum, de dono Dei, et de promissione futuri regni ineffabiliter gaudeamus.

2. Ditari quoque divitiis grande est bonum; ^j sed inde ditari unde non debeas, non est habenda facultas, sed detestanda calamitas. Nihil est enim calamitosius, nihilque miserius eo qui iniquis acquisitionibus crescit, quem locupletem fraudes faciunt ac rapinae. Illae nobis sunt ambiendae divitiae, quae nos ornare ^k possint pariter et munire, quas nec acquirere possumus invitati, nec perdere, quae nos contra hostiles impetus armant, a mundo disterminant, Deo commendant, ditant ^l animas nostras atque nobilitant, nobiscum sunt, intra nos sunt. Divitiae nostrae credendae sunt pudicitia, quae nos pudicos; justitia, quae justos; pietas, quae pios; humilitas, quae humiles; mansuetudo, quae mansuetos; innocentia, quae innocentes; puritas, quae puros; prudentia, quae prudentes; temperantia, quae temperantes; et caritas, quae nos facit Deo et hominibus caros, ^m virtutum potentes, saeculi contemptores, ac honorum omnium

debere earum quae conferuntur ecclesiae portionum, ne eas videantur abjicere.

^h Ms. unus, exoptatam.

ⁱ Ms. unus, perituros.

^j Mss. Colb. duo, sed non inde ditari unde debeamus. Ms. alter, sed non ditari unde debeas.

^k Ms. unus, possunt.

^l Mss. tres Colb., animos nostros.

^m Mss. tres, vitiorum impotentes, saeculi contemptores. Ms. alter, vitiorum impotentis saeculi contemptores.

sectatores. Hæc sunt non omnium, sed sanctorum sanctæ virtutes; non divitum superbiorum, sed humilium pauperum facultates; patrimonium cordium, divitiæ incorruptibiles morum, quibus non abundanter nisi qui illis carnalibus ex corde renuntiant. Quæ quamvis et ipæ sunt bona, utpote a bono Deo creata; tamen quia sunt bonis malisque communia, student ea spirituales viri contemnere, quo possint ad illa incomparabiliter meliora, quæ sunt bonorum omnium propria, pervenire: quoniam non est tale bonum quod habent et mali, quale illud est quod non habent nisi boni.

3. Corporale bonum quando habent iniqui, ipsorum est præmium, quando habent iusti, non est eorum præmium, sed temporale solatium. Item boni temporalis amissio sit exercitium iusti, et iniusti supplicium: quia et iustus desiderio cœlestium captus, omnia temporalia sive habeat, sive amittat, omnino non sentit; et iniquus quod cum delectatione habet, sine dolore non perdit. Propter hoc igitur eis qui militant Deo fugiendæ sunt ex toto corde divitiæ, quas qui habere volunt, sine labore non querant, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. Apostolus autem Christi militibus dicit: *Volo vos sine sollicitudine esse* (I Cor. vii, 32); et, *Radix omnium malorum est avaritia; quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis* (I Tim. vi, 10). Ac sic census iste terrenus eis a quibus vitiose diligitur, non est voluptatum materia, sed dolorum. Quapropter expedit facultates ecclesiæ possideri, ut inde vivant qui non sæculo, cuius gaudia fugitiva repudiant, sed Deo servantur, cuius ineffabilia bona desiderant.

CAPUT XIV.

Qualiter intelligatur quod dicit Apostolus, Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt.

De talibus dicere videtur Apostolus: *Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, et qui altario deserviunt, cum altario participant* (I Cor. ix, 13). Qui nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, nunquam secutus adjungeret: *Ita et Deus ordinavit his qui Evangelium annuntiant, de*

^a Editi, nisi illi qui illis. Mss. quatuor omittunt illi. Ms. Colb. unus, quæ non aliis dantur, nisi qui.

^b Mss. duo, iniqui. Ms. alter, quod habent boni.

^c Ms. unus, quando autem. Tum ms. alter caret hac voce, eorum.

^d Mss. septem, habuit.

^e Ms. unus, dixit.

^f Ms. unus, census æstimaus, iste terrenus.

^g Mss. quatuor, possidere.

^h Mss. quatuor, deserviunt.

ⁱ Mss. tres, cum altario participantur. Mss. duo, cum altari participantur.

^j Mss. duo Reg., loquitur.

^k Ita mss. duo Reg. Alii cum editis, evacuare.

^l Mss. quinque, temporalis.

^m Ms. Colb. unus, ne gloriæ suæ mercedem. Alter, mercedis suæ gloriam.

ⁿ Mss. quatuor, Ecce enim jubet nobis.

Evangelio vivere (Ibid., 14). De Evangelio vivunt qui nihil proprium habere volunt, qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt; non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de Evangelio vivere, nisi laborantem inde ubi laborat necessaria vitæ percipere? Apostolus tamen, qui sic Evangelium prædicavit, ut nec de Evangelio viveret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur: *Ego autem nullo horum usus sum*. Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens: *Expedit mihi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet* (Ibid., 15). ^k Evacuari dicit gloriam suam, si ab eis quibus prædicabat voluisset accipere vitæ ^l corporalis expensam; nolebat quippe in præsentis laboris sui fructum, sed in futuro recipere. Si ergo ille qui nihil habebat, noluit de Evangelio ubi laborabat, sed suis manibus vivere, ^m ne gloriam suæ mercedis amitteret; quid nos, qui et propria nolumus amore possidendi, non vivendi necessitate, relinque-re, et accipere insuper volumus, non unde vivamus, sed unde censum nostrum incrementis damnabilibus augeamus?

CAPUT XV.

De cupiditate, qualiter eis quos semel invaserit dominetur.

1. Jubet ⁿ ecce nobis imperiosa cupiditas, ut ^o divina parvipendentes, possessionum terrestrium damnosa compendia cogitemus, ^p ut in eis totam sollicitudinem curamque ponamus, ^q ut inde nos morbida vanitate jactemus, ut amplitudine patrimonii diffusioris elati, fieri pauperes spiritu negligamus. ^r O facinus inauditum! Suavi jugo Christi contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione suscipimus; et Domini nostri ^s levi onere, quod subjectos non onerat, sed sublevat, posthabito, plumbeum pondus nostris cervicibus ^t aggeramus, quod citius potest deponi quam ferri: quia et ipsa cupiditas, quæ nobis subijci ultro volentibus hoc pondus imponit, contemni potest facilius quam expleri; et ideo qui se illi volentes dederint expugnanti, voluntatem resistendi ulterius non habebunt tyrannice dominantis. Et hoc sit justo Dei iudicio, ut qui cupiditati resistere ^u nolimus ingressuræ, jam resistere nequeamus ingressæ.

^o Ms. Reg. unus, divina præcepta parvipendentes.

^p Ms. unus, et in eis.

^q Ms. Camb., unde nos.

^r Mss. quinque, et o facinus; quorum duo, et hoc facinus.

^s Ms. Camb., levi oneri (quod subjectos non onerat, sed honorat, nec deprimit omnino, sed sublevat) subijci contemnimus; hoc ergo levi onere posthabito, etc. Ad hunc accedunt mss. quatuor Colb. et Regius unus, excepto quod unus ex Colb. habet *sed sublimat*. Regius alter sic habet: *et Domini nostri leve onus fugimus, quod subjectos non onerat, sed honorat; nec deprimit omnino, sed sublevat, hoc ergo*. Alii codices habebant, *leve onus superbe rejicimus*; cætera ut illi qui mox citantur.

^t Mss. duo, aggerimus.

^u Mss. quinque, nolumus.

2. O plangendum miserabiliter mentis expugnatae servitium! O intolerandum daemoniacae cupiditatis imperium! ut ex hostibus suis quos potest vincere, victores faciat suos, promittit ingentia, et honorum temporalium pollicitatione deceptos, impellit jam miseros ac miserandos in turpia. Tenet nos lucrorum poenaliter dulcium catenis addictos, et in sua ditione captivos; nec trahit invitos, sed, quod est deterius, quocunque voluerit, volentes ducit. Vastat in nobis quidquid verecundiae ac pudoris invenerit; et quos jam suis triumphis addixit, adhuc tanquam resipiscendi suspectos omnibus viribus honestatis exarmat: ne quando contra eam qui bellare nolimus, rebellemus. Rapti nos, ac passim per omnia acquisitionum genera cupidos acquirendi dispergit. Non permittit animum liberum, non stabile corpus, vagante animo mobiliter, aut quietum; et velut quaedam cadavera in pastum feris avibus bestiisque projecta, captivos suos immundis spiritibus tradit non lacerandos, sed avidissimis mortiferorum criminum faucibus devorandos; nec tamen ut esse jam desinant, sed ut poenaliter vivant. Denique in vivis adhuc portant funera sua corporibus, id est est vivi simul et mortui. Hinc est quod peccato viventes quantum nos congestarum opum oblectet accessio, ipsa fruendi carnalibus delectatione sentimus; et quantam virtutum sustineamus inopiam, velut mortui virtutibus ignoramus.

CAPUT XVI.

Quod Deum perfectius illi possideant qui terrenis possessionibus ex corde renuntiant.

1. Haec sunt propter quae, non ex plendis voluptatibus ac fovendis, sed congregandis fratribus aut alendis expedit facultates ecclesiae possidere: ut uno sollicitudines omnium in sua societate viventium sustinente, omnes qui sub eo sunt fructuosa vacatione potiantur spiritualiter et quiete. Ideo interpositum istud adverbium, quoniam qui otiosi quiete perfruitur, nisi spiritualiter vixerit, more pecudum vivit. Et ideo is quem nulla corporeae necessitati cura sollicitat, nulla occupatio domesticae sollicitudinis inquietat, nullus litigator infestat, nullus calumniosus exagitat; quid aliud curare debet, harum molestiarum et his similium liber, nisi unde ad meliora proficiat, unde vitia sua profectibus quotidianis immi-

^a Ms. unus, vitium.

^b Mss. quatuor, o execrandum. Mss. item quatuor, dominae cupiditatis.

^c Mss. omnes non habent vincere victores; sed legunt quos potest faciat suos.

^d Ms. unus, tenet nos poenaliter lucrorum dulcium.

^e Edit. Lugd., quocunque.

^f Mss. jam.

^g Ms. Reg. unus, resipiscendi sint susceptos? Ms. Camb. et alii, jam resipiscendos susceptos.

^h Alias, vacante.

ⁱ Mss. quatuor, trade.

^j Mss. tres, id est vivi simul et mortui. Ms. unus, item, forte iidem. Mss. duo, sed iidem, cum Lugd.

^k Mss. tres, prolectet; ms. unus, jactet. Alias perlectet.

^l Ms. Reg. unus addit hic praepcepta.... Et ab alia

nuat, virtutes augeat, et pro carnalibus, quae contempsi. spiritualia bona possideat? in his se divinitus adjutus exerceat, ea semper amplectatur ac diligat; et non solum omnibus aliis delectationibus suis, sed etiam ipsis suae carnis cruciatibus anteponat? ut qui nihil sibi reliquit quod formidaret amittere, ea pro quibus omnia quae habebat abiecit, tanta fidei firmitate retineat, ut si necesse fuerit, pro eis libenter suum corpus impendat.

2. Proinde quem possidendi delectat ambitio, Deum, qui possidet omnia quae creavit, expedita mente possideat, et in eo habeat quaecunque habere sancte desiderat. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur a Deo, sit ipse primitus Dei possessio, et efficietur ei Deus possessor et portio. Et quid potest eo esse felicius cui efficitur suus Conditor census, et haereditas ejus dignatur esse ipsa Divinitas, si modo eum sanctis operibus co'at, omnes fructus ex illo percipiat, in illo, et de illo jugiter vivat, et nihil terrenum cum illo possideat? Quia omnium Conditor, cui nihil eorum quae fecit valet æquari, non dignatur cum his quae condidit possideri. Denique quid ultra quaerit, cui omnia suus Conditor sit? aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit? Hunc possidebat, et ab illo possidebatur ille qui dicebat in Spiritu: *Portio mea Dominus, dixi custodire legem tuam* (Ps. cxviii, 57). Et: *Dominus pars haereditatis meae et calicis mei* (Psal. xv, 5). Sed et ipse cum dicit: *Filiis Levi non dabitur partem inter fratres suos; ego Dominus portio eorum* (Num. xviii, 25; Deut. xviii, 1); satis ostendit quod hi qui terrenae haereditatis contempserint portionem, Deum spiritualiter mereantur possidere: cujus ditati muneribus, omnia quae praecelara habentur in hoc mundo fastidiunt; et ipsum possidere vel ab ipso possideri, eo solo perfrui, atque illi adhaerere inseparabiliter concupiscunt.

3. Unde datur intelligi quod qui temporalia bona, qui saeculi gaudia peritura sectatur ac diligit, quae et quanta sit divinae dulcedinis multitudo non didicit. Quis enim cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud quaerit? aut quis non pro amore illius omnia quae putantur magna contemnit? Ergo qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo is quem ter-

mana possideri.

^m Ms. unus, non delectat.

ⁿ Mss. septem, efficitur.

^o Ahest ejus a mss. sex. Unus vero, ipsa est digna, nec esse Divinitas.

^p Ita edit. Lugd. cum mss. tribus et Regio uno. Regius alter, dignatur, sine particula negante. Aliae editiones, non dedignatur; sed minus recte, ut videtur.

^q Alias, Deinde.

^r Mss. Colb. duo, quis ei sufficit. Alius, quid sufficit cui, etc. Alter vero, aut quid ei deficit, sed male.

^s Mss. duo Colb., Domine.

^t Ms. Colb. unus, de filiis Levi: Non amovis.

^u Sic mss. omnes. Editi vero, multitudine superbiae dulcedinis.

^v Ms. Reg. duo, pro amore.

renæ possessionis adhuc delectat ambitio : quia A quandiu sua non ^a relinquit, mundo, cujus bona retinet, servit; et utique non potest mundo servire simul et Deo; ac sic propterea voluit Deus cultores suos omnibus renuntiare propter quæ diligitur mundus; ut exclusa cupiditate mundi, divina in eis caritas possit augeri vel perfici. Et ideo decimas atque primitias frugum, primogenita et sacrificia pro peccato, ^b vel vota quæ sibi Deus jussit offerri, sacerdotibus ac ministris distribui debere constituit; ut devotissimo populo vitæ necessaria ministrante, ipsi creatori ac pastori suo liberis mentibus ministrarent, atque in ^c ejus cultu sine ulla sollicitudine corporali proficerent : ne terrenis occupationibus implicati, officio suo dignas excubias strenue curare non possent.

4. Nunc autem, quod Christiani temporis sacerdotes magis sustinent quam curant possessiones ecclesiarum, etiam in hoc Deo ^d serviunt : quia si Dei sunt ea quæ conferuntur ecclesiæ, Dei opus agit qui res Deo consecratas non alicujus cupiditatis, sed fidelissimæ dispensationis intentione non deserit. Quapropter possessiones, quas oblatas a populo suscipiunt sacerdotes, ^e non sunt inter res mundi deputari credendæ, sed Dei. Quoniam si vestes, ac vasa, et cætera quæ in ^f sacris usui ministrantibus erant, sancta vocabantur, nec in usus humanos revocari jam poterant, divinis semel ministeriis consecrata, quomodo non ea quæ conferuntur ecclesiæ, sacra credenda sunt, quibus, non ut sæculi rebus, luxuriose, sed sancte, ut Deo consecratis, utuntur ad necessaria sacerdotes : ut illis omnibus qui se perfectionis amore sub uno constituunt, et sua sibi non vindicant, ecclesiæ ^g facultates ad hoc ipsum collectæ sufficiant; et quidquid omnibus occupationibus absoluti proficiunt, fructus illius, qui unus pro multis occupatus est, fiat; atque ita ille, qui sollicitudines omnium sub se ^h viventium portat, in congregatione sua proficiente proficiat : ut sicut illius occupatio omnium suorum facta est fructuosa vacatio, ita omnium discipulorum perfectio gloriosa magistri honor habeatur et gloria.

CAPUT XVII.

Quod nihil proficiant qui, abstinentes a cibis, vitibus serviunt; nec prosit illis facultates abjicere, qui suas faciunt voluntates.

1. Item quæsisistis, quæ sit abstinentiæ credenda

^a Ms. Camb., *relinquit*.

^b Ms. Reg. unus, *vel voto*.

^c Ms. Colb. unus, *in eo cultu*.

^d Mss. quinque, *deserviunt*.

^e Mss. omnes, *non sunt jam res mundi credendæ, sed Dei*.

^f Mss. tres, *in sacro usu ministrantibus*. Ms. unus, *ministrationibus*.

^g Mss. quinque, *facultates ecclesiæ ad hoc ipsum collectæ sufficiant*.

^h Sic inss. omnes. At editi, *servientium*.

ⁱ Ita omnes inss. At vero editi, *necessaria sunt*.

^j Ms. Camb., *quidem est, sed, etc.*

^k Mss. tres, *effectus, recisis*.

perfectio; et utrum tantum corpori, an et animæ debeat necessaria judicari. Si hominem totum virtus hæc quæ abstinentia nominatur, perfecta sanctificat, non solum corpori, sed et animæ necessaria est; quia omnis homo ex corpore constat et anima. Sed in eis qui, diversis vitiis subjacentes, aliquid sibi eorum quæ usui nostro ^l concessa sunt, interdunt, abstinentia quidem ⁱ, sed carnalis et imperfecta esse debet intelligi: ea autem spiritualis atque perfecta censenda est, quæ abstinentem tam ab illecebris carnalium voluptatum, quam a peccatis omnibus facit alienum; cujus nec animum desideriorum morbi corrumpunt, nec imperio gulæ dominantis quæsitæ deliciæ vires corporis frangunt. Proinde ille abstineus vere credendus est qui vitiorum omnium liber ^k effectus est, ac, recisis ^l corporalibus voluptatibus, elaborat, non ut concupiscentiam suæ carnis ^m exsatiat, sed ut mortalem vitam necessariorum perceptione sustentet. Quoniam quidem quidquid sine quo potest vivi percipitur, non sustentandæ vitæ, sed ⁿ fovendæ luxuriæ carnis impenditur.

2. Hæc ^o itaque virtus, quæ abstinentia non solum delicorum ciborum, sed etiam malorum omnium nuncupatur, cum omnibus omnino necessaria sit, tum maxime illis familiarior atque conjunctior esse credenda est, quibus juxta illud quod in Actibus apostolorum (iv, 52) legitur factum, unum cor est, et anima una, divinæ caritatis igne conflata, et quibus sub unius ordinatione viventibus omnia omnium communia fiunt : si tamen ita eis ^p una sit vita, sicut sit una substantia; et nulla sit in eis diversitas animorum, quibus est communio facultatum : quia ut fieret et esset animorum sancta conjunctio, necessaria est ^q facultatum judicata communio. Cæterum quid eis prodest quod facultates suas abjiciunt, ^r qui voluntates proprias non relinquunt, cum sit longe præstantius voluntatibus propriis abrenuntiare quam rebus? Res suas etiam mundi ^s hujus philosophi abjicere potuerunt, et nunc quilibet hæretici possunt; sed nec illi, cum suæ ^t voluntatis fierent amatores, secundum voluntatem Dei vixerunt; et isti dominicæ voluntati suæ voluntatis studio contradicunt. Non ergo ea res nos Deo commendat quam et inimici Dei faciunt; sed ^u illud quod non nisi vere Christiani, et per hoc amatores Dei perficiunt. Hi sunt qui, ^v voluntatibus suis rebusque projectis, suo se Creatori ex toto corde subjiciunt, ac suum velle ex ejus voluntate sus-

^l Editi, *corporalibus*.

^m Ms. unus, *exacuit*.

ⁿ Ms. Camb., *movendæ*.

^o Mss. quinque, *namque*.

^p Mss. quatuor, *una sit vita*. Ms. unus, *sicut et una substantia*.

^q Ms. Colb. unus, *unitas communium facultatum*.

^r Mss. duo Reg., *Si voluntates*.

^s Editi, *quibus*.

^t Ita mss. Reg. duo, Colb. unus et alii mss. Editi vero, *suæ voluptatis fuerint*.

^u Ms. Reg. unus, *sed illa quam*.

^v Mss. duo Colb., *voluptatibus*.

pendunt; et ideo quicquid eis sensus carnis sequendum faciendumque ^a suggererit, justitiæ capti delectatione contemnunt.

CAPUT XVIII.

Quanta bona primus homo abstinentiæ bonum negligendo perdidit.

1. Quod si primus homo voluisset ^b se in illa paradisi beatitudine custodire, ut a fructu unius interdictæ arboris jejunasset; nec statum illum tantæ felicitatis amitteret, nec eum voluntaria salutaris præcepti transgressio necessitati corruptionis ac mortalitatis addiceret: ut tanta beneficia Dei sui, quæ in natura suæ conditionis acceperat, aut corrumpere peccato corruptus, aut perderet. Quis enim sufficienter enumeret quæ et quanta bona ^c illi abstinentiæ contemptus ademerit? ^d quod intellectualis mentis dignitate donatus, imaginem sui Creatoris acceperat: quod soli Deo suo subjectus, omnia visibilia sibi subjecta conspexit; quod ei ad vivendi usus assatim liquorum omnium quæ erant in paradiso (*Gen. 11, 9*), feracitas divini jussione servivit; quod arbor vitæ myceticum cibum non unde viveret, sed unde vitam corporis non finiret, sui Creatoris munere ministravit; qui cibus quandiu perciperetur, ita percipientem se in uno statu, sacramenti cujusdam latentis figurata significatione, servaret; ut eum nec ulla infirmitate corrumpi, nec ætate mutari et senescere, nec dissolvi morte permetteret. Non inquietabat molesta sollicitudo quietum, non fatigabat labor anxius otiosum, non somnus opprimebat invitum, non amittendæ vitæ timor angebat ^e de immortalitate securum. Habebat facilem victum corpus ex ^f omni parte sanum, tranquillum motum, cor mundum, ignarus pœnalis mali, habitator paradisi, expertus peccati, capax Dei.

2. Postremo quid eo feliciter fuit, cui erat orbis subjectus, nullus infestus, liber animus, et visibilis Deus? ^g Quandoquidem nisi ante peccatum Deum videre in assumptione visibilis creature soleret, quomodo se jam peccator effectus, a facie ^h Domini, quem nunquam viderat, absconderet? Potuit ergo ita videre Deum, priusquam peccaret Adam, sicut eum ⁱ patriarchæ viderunt; sed quando ait: *Vocem tuam audivi, et timui* (*Gen. 3, 10*); ex illa jam ⁱ videre Deum sanctitate ceciderat, jam se indignum videndi Deum reddiderat. *Vocem tuam, inquit, audivi, et timui; eo quod nudus essem, et abscondi me* (*Ibid.*).

^a Editi, suggerit.

^b Mss. quatuor non habent *et*. Ms. Colb. unus, *voluisset illam paradisi beatitudinem custodire, ut, etc.*

^c Ms. Reg. unus, *illius abstinentiæ.*

^d Ms. Reg. unus, *qui.*

^e Ms. unus Reg., *timor angebat. De immortalitate ecurus habebat, etc.*

^f Mss. omnes, *ex omnibus partibus.*

^g Ita mss. duo Reg. et Camb. Editi, *Quoniam quidem.*

^h Mss. duo Reg., *a facie Dei, quam nunquam vidisset.*

ⁱ Mss. tres Colb., *patriarchæ sancti.*

ⁱ Hæc verba videndi Deum absunt a ms. Colb. uno:

A O quantum securitatis habent qui sibi bene sunt consci! et quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati, sicut isti qui se absconderunt a facie Domini, de sua turpitudine, ^k non de nuditate confusi! qui non ideo erubescabant, quia veste erant extrinsecus nudi, sed quia ^l intrinsecus protectione divina nudati. Denique et ante peccatum nudi erant, et non erubescabant, quia nihil contra voluntatem Dei unde confunderentur admiserant.

CAPUT XIX.

De peccato primi hominis, et de malis quæ illum peccantem, Deo judicante, secuta sunt.

1. Sed jam videamus, si placet, qualiter illi homines primi commiserint tam grande peccatum, quod et ipsos de paradiso projecit in hoc vitæ pœnalis exsilium, et in eis originaliter totum damnavit genus humanum. Et mihi quidem videtur quod non ederent de ligno prohibito, nisi concupiscerent; nec concupiscerent, nisi tentati; nec tentarentur, nisi deserti; nec desererentur a Deo, nisi ipsi prius desererent Deum; nec desererent Deum, nisi superbirent, et similitudinem Dei ^m damnabiliter appetissent: ad quam perventuri essent, sine corporis morte, si ⁿ sub Deo suo viventes, præceptum quod acceperant custodissent; ut qui posse non mori acceperant in natura, non posse mori consequerentur in gloria; et ibi accepturi essent præmium non posse peccare, si hic eorum meritum fuisset peccare noluisse. Non igitur a Creatore suo in creaturam divinitatis ^o affectatione collapsos moveret aperta concupiscentia, nisi eis ante corrupisset occulta superbia; nec eis per serpentem diabolus propinaret tam ferale consilium, nisi prius eorum comprehenderet appetitum. Si, inquit, *gustaveritis de ligno scientiæ boni et mali, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum* (*Gen. 3, 5*). Hæc sunt illa tria quæ in mundo esse, et diligi non debere a dilectoribus Dei, contestatur sanctus Joannes apostolus dicens: *Noli diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio sæculi, quæ non est pater, sed ex mundo est* (*1 Joan. 2, 15, 16*). Quæ nisi illi qui a dilectione Dei jam defecerant diligere ^q cœpissent, nunquam ^r male suasi serpentis consilio credidissent.

D 2. Itaque concupiscentia carnis ab eis impleta est, quod de ligno vetito gustaverunt; concupiscentia

et sat recte.

^k Ms. Reg. unus, *non de timiditate.*

^l Mss. quatuor Colb. cum Lugd., *intrinsecus. Alii cum Lov., Duac. et Colon., extrinsecus.*

^m Ita mss. Colb. quatuor cum aliis. Editi, *miserrabiliter.*

ⁿ Mss. duo Reg., *si sub Deo viventes.*

^o Mss. quinque, *affectione.*

^p Colb. unus, *de Patre, sed de mundo est. Alter, ex Patre, sed de mundo.*

^q Mss. tres, *concupiscunt. Alii, concupiscerent.*

^r Ms. Colb. unus, *male suadentis. Camb., male-suadi.*

oculorum, ^a quod sibi aperiri oculos cupierunt; et **A** ambitio sæculi, quod se fieri posse quod Deus est crediderunt. Proinde delectatione carnis, et oculorum curiositate, ac sæculi ambitione corrupti, a ligno vitæ, ex quo eis arcendæ mortis, ac salutis continuandæ ^b gratia præstatur, abscisi sunt; et morbidam qualitatem eorum corpora contraxerunt, ut juxta sententiam Dei, eo die credantur mortui quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi, et per lignum illud quod ^c scientiæ boni et mali (*Gen. II, 17*) ex causa nomen accepit, a quo se abstinere cum possent, miseri neglexerunt, quid interesset inter bonum quod amiserant, et malum quod incurrerant, ipsa pœna sua ^d discernent: qui si amisso tanto bono, nullum malum incurrerent, quale perdidissent bonum forte nescirent. Dulcior enim sit salus, cum dolor excruciat; et sanitatis amissæ dulcedinem languoris amaritudinis commendat: ac sic, ad hoc illi malum non discendo, sed experiendo, sentire cœperunt quod melius ignorarent; ut ex ipsa miseria sua sentirent quantam beatitudinem perdidissent, atque ita quos non moverat fortassis boni naturalis amissio, moveret saltem mali pœnalis justa permissio. Hæc per excessum necessarium ^e dicta sunt nobis de primis hominibus; ut qui nolunt damnationis eorum subire supplicium, caveant prolapsionis exemplum.

CAPUT XX.

Quod omnia bona quæ in Adam corrupti perdidimus, in Christo reparari recipimus.

Quamvis enim ex Adam simus carnaliter nati, non ipsum tamen debemus imitari, sed Christum, in quo renati sumus et vivimus, quando veterem conversationem salubriter innovati deponimus. Quid est imitari Adam, nisi pro carnalibus et desideris ac concupiscentiis morte mulctari? Et quid est imitari Christum, nisi carnalibus concupiscentiis ac desideris crucifigi? Sicut aliud non est veterem conversationem deponere, quam non secundum carnem, quæ veterascit et moritur, sed secundum Deum vivere, qui solus potest perseverantes in se innovare perenniter et ^h beare. Quapropter, sicut quando in Adam fuimus omnes, ipso cadente ⁱ cecidimus; ita ^j quia in Christo jam esse cœpimus, qui pro nobis omnibus dignatus est mori; et nos peccatis nostris illi com-

A mortui, cum illo spiritualiter resurgamus. In illo omnia bona quæ potuimus habere, perdidimus, in hoc etiam majora, et sine fine habenda recepturi sumus, si perseveranter ejus vestigia teneamus. Adam nos ^k obnoxiauit malis omnibus per propriam culpam, a quibus nos liberavit adventus Christi per gratiam. Ille in nos culpam suam transmisit et pœnam; hic, ^l qui culpam nostram suscipere ut pote conceptus et natus sine peccato non potuit, de susceptione pœnæ nostræ culpam nostram simul ^m abolevit et pœnam: et ut totum dicam, Adam nobis eripuit paradysum, Christus ⁿ donavit cœlum.

CAPUT XXI.

Qualiter vivere debeant qui Christum imitari desiderant.

B 1. Et ideo si in ^o illo esse volumus quod esse debemus, sicut sanctus Joannes apostolus dicit (*I, II, 6*), quomodo ille ambulavit, et nos spiritualiter ambulemus. Quid est ambulare sicut ille ambulavit, nisi contemnere omnia prospera quæ contempsit, non timere adversa quæ pertulit, libenter facere quæ fecit, fieri docere quæ ^p mandavit, sperare quæ promisit, et sequi quo ipse præcessit? ^q Quid est enim sequi, nisi præstare beneficia etiam ingratis, non retribuere secundum merita sua malevolis, et orare pro inimicis, amare bonos, misereri perversis, invitare ^r aversos, suscipere in caritate ^s conversos, et æquanimiter pati subdolos ac superbos? Ad hoc etiam pertinet quod ait sanctus Paulus apostolus: *Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens* (*Colos III, 1*). Illi resurgunt cum Christo qui moriuntur sicut ille peccato; ea tamen distinctione servata, quod ille mortuus est peccato, non suo, sed nostro; unusquisque autem nostrum, ^t non omnium moritur peccato, sed suo.

2. Quid ^u est peccato mori, nisi damnandis operibus omnino non vivere, nihil concupiscere carnaliter, nihil ambire? Ut ^v sicut qui mortuus est carne, nulli jam detrahit, ^x nullum adversatur aut despicit, nullius pudicitiam callida circumventionem corrupit, nemini violentus existit, neminem calumniatur aut opprimit; non invidet bonis, aut insultat afflictis, non luxuriæ carnis inservit, non violentiæ deditus, in se bibendi sitim bibendo magis ac magis accendit; non

^a Ms. Colb. unus, dum sibi. Camb., aperire oculos. **D**

^b Ms. Colb. unus, grande promissum pendebat.

^c Mss. tres, scientia. Post pauca ms. unus omittit miseri.

^d Lugd., decernerent.

^e Ms. Camb., necessaria dicta sunt. Reg. unus, dicta sunt necessaria. Ms. unus, a nobis.

^f Editi, recipimus. Mss. Reg. duo et Camb., recipimus.

^g Mss. Colb. tres et Camb., concupiscentiis ac desideris.

^h Mss. tres, habere. Ms. alter, beatificare.

ⁱ Editi, occidimus. Mss. omnes, cecidimus.

^j Mss. quatuor Colb., qui in.

^k Ita mss. tres Colb. Editi, sub noxa habuit. Alias agebatur, subnoxiauit, vel subvocavit, vel etiam obnoxiauit.

^l Mss. tres, quia culpam.

^m Sola editio Lugd., abolere potuit.

ⁿ Mss. duo Colb., donavit et cœlum.

^o Editi, in illo. Mss. omnes, in Deo.

^p Editi, quæ docuit. — Ms. Camb., docere quæ mandavit fieri; sic et ms. Colb. unus. Colb. duo, facere quæ fecit, ferique mandavit. Colb. alius, docere quæ fieri mandavit.

^q Hæc verba, *Quid est enim sequi, nisi*, non leguntur in mss. Colb. quatuor, et ms. Camb., nec in editione Lugd.

^r Edit. Lugd., aversos.

^s Ms. Reg. unus, perversos.

^t Ms. Reg. unus, non hominum.

^u Ms. unus, *Quid est peccato mori? Damnandis*, e. c.

^v Ms. Camb., ut quoniam. Mss. sex, ut sicut mortuus carne, nulli jam, etc.

^x Ms. Reg. unus, nullum adversatur. Ms. unus Colb., nulli adversatur.

odiorum facibus inardescit, non compendia injusta sectatur, non potentibus ^a aut divitibus adulatur, non inquieta curiositate rapiatur; non domesticæ sollicitudinis cura distenditur, non officiosis occurrentium salutationibus delectatur, nec superbiorum injuriis fatigatur; non eum superbia inflat, non ambitio ventosa præcipitat, non vana gloria turpiter jactat, non desiderium ^b gloriôsæ opinionis inflammat, non ^c distentio alieni actus illaqueat, non ad societatem turpium turpitudinis amor invitat; non rabies insani furoris exagitat, ^d non sumptuosarum deliciarum studium mactat, non ardor animosæ contentionis exanimat; non facit impudentem audacia, iniquum injustitia, ferum inclementia, varium inconstantia, pertinacem contumacia, insanum vesania, deliciosum gula, rebellem inobedientia, vanum jactantia, infidelem perfidia, levem facilitas, ^e sævum crudelitas, ^f manducatorem turpis edacitas, impatientem mobilitas, ^g mobilem instabilitas, vagum spiritualis infirmitas, iracundum animositas, suspiciosum perversitas, verbosum vanitas, ^h injuriosum malignitas; qui remotus est prorsus a sæcularibus illecebris, remotus ab ⁱ immunditiis et inimicitis, remotus ab insidiis alienis, remotus a rapinis vel occultioribus vel apertis, remotus a mendaciis sive perjuriis, postremo remotus ab omni genere flagitiorum ^j atque facinorum, quibus carnaliter viventes Deum offendunt, et mortui ^k peccato non serviunt. Sicut, inquam, carne mortuus nee facere potest ista quæ dixi, nec pati; ita et his et talibus vitis omnino non vivunt, qui ^l viventes Deo carnem suam cum vitis et concupiscentiis erudicunt.

CAPUT XXII.

Quali temperantia uti debeant qui a voluptate delectabilem, vel ab immoderata perceptione ciborum communium, atque a vini immoderato usu cupiunt abstinere.

1. Membra sua, quæ sunt super terram, mortificant, quando insolens corpus jejuniorum continuatione castigant, quando ^m intra necessarium modum suum temperant appetitum; quando non solum se a delicatioribus cibis moderata districtione suspendunt, sed etiam in ipsis communibus nihil carni suæ pro desiderio, sed pro sustentandæ vitæ necessitate permittunt; certi quod nec delicæ quælibet, si absque desiderio percipiuntur, efficiunt, et viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur.

^a Ms. unus, ac divitibus.
^b Ms. unus, gloriosum.
^c Mss. quinque, distinctio.
^d Ms. Colb. unus, non sumptuosarum litium. Alter, sumptuosorum lascivientium.
^e Ms. Colb. unus, severum.
^f Mss. omnes, manduconem turpem. Unus ex his, manduconem turpis edacitas.
^g Ms. Colb. unus, immobilem stabilitas.
^h Mss. tres, irrisorem.
ⁱ Hæc verba, ab immunditiis et, absunt a mss. septem et editione Lugd.
^j Ms. duo, sive facinorum; ms. alter, vel facinorum.
^k Ms. unus, peccando inserviunt.

A tur, impediunt. Hinc est quod sanctus David aquæ in se concupiscentiam castigavit, atque eam sibi a suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit (*II Reg. xxiii, 16; I Paral. xi, 16 et seq.*); et sancto Helix perceptio carniū ⁿ non concupita non nocuit (*III Reg. xvii, 6*). Unde datur intelligi quod veraciter abstinentes escarum non naturas, sed concupiscentias damnent, ac ^o voluptates suas desiderati cibi vel potus ^p abusione mortificent. Qui autem non solum a qualitate, sed etiam a quantitate ciborum cupiunt abstinere, nihil aliud student nisi ut, quantum stomacho reficiendo ac fami eximendæ satis esse videtur, indulgeant; nec expleant suos appetitus aviditate percipiendi, sed comprimant, atque eis non saturitas edendi linem faciat, sed voluntas: qui tunc a ^B cupiditate pretiosorum ciborum ^q, quam a nimia præceptione vilium ^r continebunt; qui cibis nec lautioribus volunt ^s carne luxuriante dissolvi, nec distentione ventris ^t vilibus onerari: quando abstinentes viri nec delectiosi soleant esse, nec avidi.

2. Jam de vino abstinendo vel percipiendo quid dicam, unde sanctus Apostolus certam fixit regulam, dicens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria (Ephes. v, 18)?* Quasi diceret: Luxuriam facit et nutrit vini perceptio nimia, non natura; et propterea non uti vos vino, sed inebriari prohibeo: quandoquidem infirmum stomachum moderatus usus vini ^u confortat, ebrietas animum corpusque debilitat. Denique Timotheo suo discipulo, qui se longa abstinentiæ districtione jam fregerat, et stomachum suum aquæ perceptione corruerat, modico vino ^v uti debere præcipit, dicens: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates (I Tim. v, 23)*. Ac per hoc, nihil contra abstinentiam faciunt qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt, nec hoc eis ^x offert voluntas, sed permittit infirmitas: quæ si defuerit, a vino est abstinendum, ne vini perceptio quæ infirmum sustentat, sanum corpus incendat. Quandoquidem vino uti, et usui habere o'eum, nullus dixerit esse peccatum; sed hæc ideo non debemus carni desideranti præstare, ne cum illi licita concedere cœperimus, poscat illicita, et sibi obsequentes in minimis, in flagitia punienda compellat, ac naturali ordine perturbato, non spiritui corpus, sed spiritus corpori dominantis deserviat. Huc accedit quod et ipsam mentem abstinentiæ fructus alacrem

¹ Mss. omnes, qui ut vivant Deo.
^m Ms. unus, quando intra necessaria.
ⁿ Ms. unus, non ab eo concupita.
^o Mss. quinque, voluntates suas.
^p Ms. unus, absolute.
^q Editi addunt hic animos, quæ vox abest a mss. omnibus.
^r Mss. duo Colb., continent.
^s Ms. Colb. unus, carnem luxuriantem.
^t Hæc vox vilibus abest ab editis; legitur in mss. omnibus.
^u Ms. unus ex Colb., sanat.
^v Ms. unus, uti debere.
^x Ms. unus, profert.

facit; carnem quoque non usque ad lassitudinem A fatigatam, sed spiritui a ordinanti subjectam mobilem reddit. Sensus etiam quos dicuntur crassos efficere vel gravare congestæ delicæ, consuetudo parcitatis exonerat, et velut b quadam politura religiosæ exercitationis attenuat.

CAPUT XXIII.

Quod utentes carnibus carni concupiscentia polluat, non natura.

1. Cæterum si a quadrupedibus abstinentes, e phasianis altilibus, vel aliis avibus pretiosis, aut piscibus perfruantur; non mihi videntur rescare d delectationes sui corporis, sed mutare; nec pro abstinentia, sed velut pro nescio qua e immunditia, vel certe, quod est verius, f pro stomachi nauseantis teneritudine delicias illas communes ac viles abjicere, quo possint aliis non solum carnibus, sed etiam delicatioribus ac pretiosioribus carnibus suas voluptates explere: cum, sicut jam supra patuit, non aliquarum carnium, quæ usui humano concessæ sunt, nobis naturæ damnandæ sint, quas Deus instituit; sed carnales concupiscentiæ fugiendæ, quas sensui carnis diabolus introduxit. Illi autem qui e parciores videri volunt, et gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt, sic ab omnibus animalibus judicant temperandum, ut peregrinis pomis, ac sorbitiunculis delicatis, cæterisque aliis h cibis, immunitatem sui corporis impleant appetitum: cum spiritualis abstinentia non aliquorum ciborum usum, sed desiderium suadeat compescendum, et illi magis parcimoniæ servire i censendi sint, qui sibi non aliquarum rerum perceptiones, sed delectationes corporis interdiciunt.

2. Illi quoque qui, j negata sibi vini perceptione, diversorum poculorum potionibus inundantur, nequaquam mihi abstinentiam videntur implere: quia ad hoc fortassis a vino se suspendunt ut mercentur k ab hominibus laudem, et l interdicti sibi vini perceptionem compensant suavioribus poculis voluptatum. In vini enim usu non a vino tantum, sed ab omnibus quæ accipientes inebriant, vel ab aliis quæ etsi non ebriatem, suavitatem certe percepta conciliant,

a Mss. omnes, ordinate.

b Mss. tres, quædam politura.

c Ms. Colb. unus, phasianis, vel aliis avibus pretiosis aut piscibus. Ms. alter, phasianis altilibus, capsis, pavonibus et aliis, etc.

d Mss. quatuor, delectationem, sed mutare. Unus ex his, sed invitare.

e Ms. unus, munditia.

f Mss. duo, pro stomachi nauseantis teneritudinem. Mss. tres, pro stomachi nauseantis teneritudine delicata, illas communes ac viles carnes abjicere. Ms. quatuor, delicatas illas ac viles carnes abjicere, cum editione Lugd.

g Ms. unus, pauciores.

h Mss. duo, cæterisque inanimatis, sui corporis. Ms. unus, cæterisque aliis minutis. Mss. Reg. duo, cæterisque aliis animi sui et corporis, etc. Ita et editio Lugd.

i Mss. duo, censendi sint. Alii cum editis, censendi sunt: sed concinnior videtur priorum lectio.

abstinebit, ut sit veritate abstinentiæ m perfecte consummatus; non ejus imagine foris splendidus, intus cavus, hominibus velut purus, et Deo simulatæ virtutis sordibus plenus. Nec minus a cupiditate possidendi superflua, quam a voluptate percipiendi nobis est abstinendum. Quoniam cum omnia quæ habemus, pro nostris usibus habeamus, n ea quibus uti nolis, ardentem habere velle, vel etiam lucris hinc inde quæsitis augere, nihil est aliud quam non tolerandæ necessitati, sed intolerandæ cupiditati servire. Nec possum dicere: Ut sit unde quotidie pauperibus erogetur, mea possideo; quando nemo perfectius erogaverit eo, qui nihil sibi perfectionis intentione o reliquit ex proprio.

CAPUT XXIV.

B P Quam utile sit, jejunio vel abstinentiæ, advenientium caritatem plerumque præferre.

1. Verumtamen sic abstinere vel jejunare debemus, ut non nos jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus: ne jam non devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus. Si enim quoslibet advenientes, jejunio intermisso, reficio, non q solvo jejunium, sed impleo caritatis officium. Cæterum si propter abstinentiam spirituales fratres, quos novi mea remissione delectari, contristo; abstinentia mea non est virtus dicenda, sed vitium: quoniam quidem ipsa abstinentiæ ac jejuniorum continuatio, nisi fuerit quando res exigit prætermisita, et me inflat, et fratrem meum, cui caritas jubet servire, contristat; vel certe mihi nihil inesse caritatis fraternæ demonstrat; cum sine abstinentia quemlibet hominem catholicum caritas sola perficiat; et r omnes abstinentia aut perdat sine adjunctione caritatis, aut percat.

2. Quia ergo abstinere aut jejunare etiam Manichæi vel quilibet alii hæretici possunt, ut pote qui omnes carnes non pro abstinentia, sed pro immunditia detestantes, corpora sua panis et aquæ perceptione s conficiunt: non pro magno ducamus quando ab his quæ illi quoque rejiciunt, abstinemus; sed t quando abstinentiam nostram fides commendat, caritasque consummat, quas virtutes illi

D j Mss. Reg. duo, qui negant sibi vini perceptionem, etc.

k Hæc verba, ab hominibus, suppletur ex mss. sex; et totidem mss. habent, qui et ad hoc, etc.

l Mss. Colb. duo, et interdicto sibi vino poculis suavioribus voluptatem. Alius, et interdicti sibi vini compensant poculis suavioribus voluptatem. Alter, et interdicti sibi vini perceptionem compensant poculi suavioris voluptate.

m Mss. quatuor carent voce perfecte. Ms. unus, vera abstinentia perfecte consummatus.

n Edit. Lugd., ea quibus uti nobis conceditur. Mss. Colb. duo, ea quibus utimur. Ms. alter, ea quibus uti nobis non licet. Ms. Camb., uti nobis libet.

o Mss. quinque, reliquit.

p Ms. unus, Quod utile sit.

q Ms. unus, non solum jejunium, sed, etc.

r Mss. duo, omnis abstinentia.

s Ita mss. tres. Editi vero, afficiunt.

t Mss. sex, quod.

non habentes occidere se possunt, ædificari autem ^a aut perfici taliter abstinendo non possunt. ^b Ipsis vero catholicis Christianis, qui sive non valendo abstinere, sive nolendo, omnia usui nostro concessa, cum gratiarum actione percipiunt, non nos propter abstinendam præferamus: ne forte plus humilitatis aliarumque virtutum habeant illi, unde ^c jure nobis abstinentibus præferantur. Quocirca si volumus nobis ^d abstinendam nostram jejuniaque nostra proficere, a superbia imprimis, quæ aut expellit omnes virtutes,

^a Mss. quatuor, ædificare.

^b Ms. unus, Ipsi vero.

^c Ms. Colb. unus, jure abstinentiæ.

^d Ms. Colb. unus, dum abstinemus, nostra jejunia proficere. In uno habetur vox abstinendam, absque hac voce nostram. In duobus legitur jejunia, sine

aut minuit, et jactantia cunctis inimica virtutibus, atque ab omnibus omnino vitiis discedamus, ut prosit nobis quod a cibis ^e delectabilibus abstinemus. Quia tunc nobis proderit, quod corpora nostra, vel certe corporum incentiva rigore districtioris abstinentiæ castigamus; si carnalibus desideriis absoluti, sanctis virtutibus floreamus. Sed jam finem liber ^f accipiat, ut de virtutibus ac vitiis, unde hic pauca tetigimus, latius ac plenius ^g in tertio volumine, donante ^h Deo, disputemus.

hac voce nostra.

^e Ita mss. Editi vero, a cibis delicatioribus abstinemus.

^f Alias, postulat.

^g Ms. unus, in ulteriore volumine.

^h Mss. quinque, Domino.

LIBER TERTIUS.

PRÆFATIO.

De vita contemplativa, et quantum ab ea differat actualis, vel qualiter possitis ipsius contemplativæ virtutis fieri, ^a adjuvante Deo, participes, ^b in primo volumine absolvi. De actuali quoque vita, ubi quæ esset religiosæ increpationis utilitas ac patientiæ virtus ^c ostensum est, et qualiter tractandæ essent ecclesiæ facultates, vel de modo ^d spiritualis abstinentiæ, quæ dicenda visa sunt, Deo donante, in secundo libro disserui. Nunc superest ut disputationem de vitiis atque virtutibus, non ingenio fretus, cujus mihi conscius non sum, sed ^e orantibus vobis adjuvandus incipiam.

ELENCHUS.

CAPUT I. Quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent.

CAP. II. Quod superbia sit malorum omnium causa.

CAP. III. Quod superbia, ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur, et omnia vitia tunc fugata depereant, si virtutibus cedant.

CAP. IV. De cupiditate, ^f quæ ita est mixta superbiæ, ut nihil peccati fiat quod non ex utraque procedat.

CAP. V. Quo animi tormento invidios affligat invidia.

CAP. VI. In quæ et quanta mala concupiscentia carnis erumpat, si ^g eis mens corrupta consentiat.

CAP. VII. Quod etiam hi quos ab ^h impudicitia quælibet necessitas vetat, si vivere pudice consuescant, ad amorem castitatis ascendant.

CAP. VIII. Quibus indicibus possit ostendi superbia, ⁱ quæ vel in perditis aperta est, vel in fictis occulta.

CAP. IX. Quibus signis invidiorum declaretur invidia.

CAP. X. Quantis malis vanitas vanos involvat,

^a Ms. Colb. unus, participes, Deo adjuvante, in primo, etc.

^b Mss. sex, primum volumen absolvi.

^c Sic ms. Colb. unus. Alii cum edd., ostensa est.

^d Ita mss. quatuor. Ms. alter, de motu. Editi, de

CAP. XI. De utilitate timoris, et quod efficaciter peccatis obsistat.

CAP. XII. De futuro judicio, vel æternitate supplicii, ac de qualitate gehennæ.

CAP. XIII. De laude caritatis.

CAP. XIV. Qualiter possint ea quæ de caritate sanctus Apostolus dixit, intelligi.

CAP. XV. Quantum perfectionis caritas in se fundatis exhibeat.

CAP. XVI. De qualitate virtutis, et qualiter sibi consentientes informet.

CAP. XVII. Quibus gradibus conversi in culmen perfectionis ascendant.

CAP. XVIII. Quæ sit quaternarii numeri credenda perfectio; et quod quatuor virtutes, quæ dicuntur principales, ex fide viventes a Deo collatæ justificent.

CAP. XIX. De temperantiæ qualitate, vel opere.

CAP. XX. Quales esse debcant quos animi fortitudo nobilitat.

CAP. XXI. De justitia, vel fide, quæ ex ipsa procedit.

CAP. XXII. De æqualitate; quod ad eandem pertineat humanæ societatis utilitas.

CAP. XXIII. Quod duo sint injustitiæ genera.

CAP. XXIV. De liberalitate, et qualiter beneficentiæ opus debeat exerceri.

CAP. XXV. De differentia amorum, et quantum ab eis differat perfecta dilectio.

CAP. XXVI. Quid sit sua cuique tribuere.

CAP. XXVII. Quod actualem vitam tres virtutes, id est, temperantia, fortitudo justitiæque consumment, et prudentia, quæ est quarta virtus, menti cognitionem rerum latentium præstet.

CAP. XXVIII. De sociali virtute; et quod non recte faciant qui, cum possint, nihil humanæ societati proficiunt.

dono.

^e Ms. Colb. unus, orationibus vestris.

^f Mss. Regii duo, quod ita sit mixta.

^g Ms. Camberon., si ei.

^h Ms. Camb., ab impudentia.

CAP. XXIX. *Quod de prudentiæ ac sapientiæ fonte cognitionem omnium rerum bibant, qui percipiendæ scientiæ ferventer invigilant.*

CAP. XXX. *Quod prudentes nec aliis noceant, nec sibi noceri permittant, et quod eisibi sit sine admixtione alicujus erroris consummata prudentia, ubi erit sine ullo peccato vita perfecta.*

CAP. XXXI. *De affectionibus quatuor; quod inter vitia numerari non debeant, si earum usus ex bona voluntate procedat.*

CAP. XXXII. *Quod hi affectus sine quibus in hac vita recte non vivitur, in illa futura beatitudine non sint, quæ nec timorem habitura est, nec dolorem.*

CAP. XXXIII. *Qualiter virtutes quatuor, quæ dictæ sunt principales, aut in præsentibus a peccato defendant, aut in æternum nobis cum sine ullo peccato permaneant.*

CAP. XXXIV. *Ubi se locutor de toto opere excusat.*

CAPUT PRIMUM.

Quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent.

1. ^a Quæsisit quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent. Non dico quantum a medicamento venenum: quia medicamentum ita corpus aliquoties sanat, ut id defendere a mortis necessitate non valeat, et venenum non auferri facit vitam corpori, quasi auferenda non esset, nisi fuisset acceptum, sed accelerat corporis mortem, quod erat aliquanto diutius forte victurum. Sed plane dico a veris virtutibus tantum similitudines distare virtutum, quantum distat a veritate mendacium: quia et similitudo virtutis, quæ videtur virtus esse, ^b cum virtus non sit, nihil est ^c aliud quam mendacium; et ideo non est virtus dicenda, sed vitium. Et vera virtus est veritas, cui qui amanter adhæserit, a peccati morte resuscitatus, mori ultra non poterit; nisi cum ab ea depravata voluntate recesserit. Sicut contrario virtutis simulatio, quæ est, ut dixi, mendacium veritati contrarium, animam separat a Deo vita sua, non interituram, sed ^d in supplicio, quæ est illius mors, pœnaliter sine fine victuram: Scriptura dicente: *Os quod mentitur occidit animam* (Sap. 1, 11). Ac per hoc sicut virtus animam ^e sibi veraciter inhærentem, si fuerit vera, justificat; ita simulata condemnat. Et quid ^f justificatio animæ, nisi ejus est vita perpetue beata ac beate perpetua? Sicut condemnatio animæ pœna ejus est sentienda, quæ mors ^d probatur, et ipsa perpetua.

2. Itaque dupliciter rea est anima, si et bonum non faciat unde spiritualiter vivat, et appetat similitudinem boni, sub qua male vivat et lateat. Su-

perbus vult ^g se credi constantem, prodigus liberalem ^h, avarus diligentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, gulosus humanum, ignavus quietum, timidus cautum. ⁱ Impudentia fiduciæ sibi nomen ascribit, procacitas appellationem libertatis i obtendit, eloquentiam fugit verborum, et curiositatis malum sub studii spiritualis colore delitescit. Hæc etsi possunt ingenio humano discerni, tamen sine dono Dei, quantum mihi videtur, nec virtutes possunt appeti ^k vel haberi; nec earum similitudines, quæ sunt vitia virtutes imitantia, declinari: in tantum, ut infidelibus nihil profuisse credamus, etiamsi sunt aliquas per corpus operati virtutes, quod ^l eas nec a Deo suo se accepisse crediderunt, nec ad eum qui est finis bonorum omnium referre voluerunt. Et quid dico, nihil eis profuerunt? imo etiam nocuerunt. B Dicente ^m Apostolo: *Omne quod non est ex fide peccatum est* (Rom xiv, 23). Non dixit, Omne quod non est ex fide, nihil est; sed dicendo, Omne quod non est ex fide peccatum est, declaravit quod omnia bona aut ex fide gesta virtutes sunt, quæ profecto justificant; aut si fuerint sine fide, non sunt aliqua bona credenda, sed vitia; quæ non juvant suos operarios, sed condemnant, inflatosque præcipitant, atque a finibus æternæ salutis eliminant.

3. Sed quid ego ⁿ hæc de infidelibus, unde nullus ambigere videtur, exaggero? cum sanctus Apostolus etiam fideles quosdam qui, credentes in Deum, non secundum Deum, sed secundum hominem vivunt, carnales nominet, dicens: *Et ego, fratres, cum venissem ad vos, non vobis potui loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: nondum enim poteratis; sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales* (I Cor. iii, 1, 2). Et tanquam quæreremus quid carnales velit intelligi, secutus adjunxit: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis* (Ibid., 3)? Quid potest his duabus animi pestibus inveniri deterius, zelo et contentione, quibus carnales, qui secundum hominem vivunt, etiam in hac vita torquentur: cum et contentio hæreticos reddat, et zelus imitatores diaboli, paradysum primis hominibus invidentis efficiat? Ac sic, quando fideles justitia, pietate, misericordia, mansuetudine, humilitate, innocentia cæterisque virtutibus gaudent; aut secundum Deum vivunt, et virtutes veras habere credendi sunt, quæ spiritualiter viventes adeptæ sanctificant, et Deo commendant; aut secundum hominem vivunt, et non sunt veræ virtutes, sed virtutum similitudines, quæ nihil carnaliter viventibus prosunt.

^a Ita mss. omnes, cum Lugd. Lovan., *Quæritis*. Duac. et Colon., *Quæretis*.

^b Mss. quinque, *cum non sit*. Ms. unus, *et non est*.

^c Mss. duo, *aliud nisi*.

^d Abest in a m. s. quinque. Mss. duo Colb., *a Deo, vitam suam non inturam, sed in supplicium*, etc.

^e Ms. Colb. unus, *animum veritati inhærentem*.

^f Ms. Colb. unus, *Et quid est justificatio animæ, nisi ejus vita?*

^g Ms. unus Colb., *se videri*.

^h Ms. Colb. unicus, *largum dissipator*.

ⁱ Edit. Colon. cum mss. Colb. quatuor, *Impudentia*.

^j Editi, *ostendit*; mss. omnes, *obtentit*.

^k Mss. duo Colb., *nec haberi*.

^l Mss. duo Colb., *qui eas*.

^m Mss. sex, *sancto Apostolo*.

ⁿ Ms. Reg. unus, *quid ego hoc*.

^o Ms. unus, *et sunt virtutes quæ, etc.*

4. Quapropter qui religiose, qui continenter, qui A
sobrie, qui misericorditer vivit, si Deo, cujus mu-
nere ut bene vivat adjuvatur, ascribit, secundum
Deum spiritualiter vivit; si vero omnia quæ bene faci-
cit viribus suis ascribat, quasi etiam sine adjutorio
Dei ad bene agendum sibi sufficiat, secundum homi-
nem carnaliter vivit: et ideo aut bene non vivit, aut
nihil ei proderit quidquid boni propter homines faci-
cit: quia humanis laudibus delectatus, hic jam tem-
poralem mercedem recipit suorum operum, quæ tem-
poraliter fecit. Igitur ille secundum hominem vivit,
a qui secundum seipsum vivit, quia et ipse homo est,
et secundum seipsum vivit; qui si potuerit esse cum
quibus vult, pergat quo vult, dormit quando et quan-
diu vult, loquitur quæ vult et ubi vult, manducat
et bibit quando, et quod vult, et quantum vult; ridet B
ac jocatur inter quos vult: postremo quidquid na-
ribus suave est, quidquid tactui blandum, quidquid
oculis delectabile, quidquid cæteris sensibus carnis
suæ jucundum, exercet ac sequitur qualiter vult,
qui omnia licita vel c illicita carnaliter vult. Qui au-
tem secundum Deum vivit, non quod eum carnaliter
delectat, sed quod spiritualiter ædificat facit, et om-
nia desideria carnis spiritualis desiderii delectatione
compescit, futura præsentibus anteponit, carnem spi-
ritui subdit, et quidquid cupit aut agit, non vult ex
sua, sed d ex Dei sui voluntate procedere, cui plae-
cere totis viribus concupiscit.

5. Itaque, si utcumque jam claruit, quod virtutes
veras non videantur habere qui simulant; et illi simu-
lant qui non ex fide, aut non propter Deum, sed pro-
pter homines tantum boni aliqui operantur, elemo-
synis ac jejuniis, vel abstinentiæ cæterisque bonis
operibus serviendo, non ut boni fiant, sed ut se bo-
nos hominibus fingant, nec ad recipiendam sempiter-
nam mercedem, sed ad comparandam gloriam e popula-
rem: videamus nunc quibus præcedentibus cau-
sis et subsequentibus incrementis nasci soleant vitia,
vel augeri; et quibus, adjuvante f Deo, s remediis
possint velut quibusdam medicamentis imminui vel
sanari.

a Hæc aberant ab edit. Colon. et mss. Regiis duo-
bus; leguntur autem in mss. Colb. tribus, et editio-
nibus Lugd., Lovan. et Duac. Ms. Colb. unus, quia
et ipse homo, et secundum seipsum vivit, qui secundum
seipsum vivit. Forte legendum: quia et ipse homo est
qui secundum seipsum vivit.

b Mss. Reg. duo, Colb. quatuor, et Camber., joca-
tur. Editti, letatur. Totus hic locus diversimode legi-
tur in mss. Colbert. In uno sic: Qui si poterit esse
cum quibus vult, pergat; quando vult dormit, quando
et quandiu vult loquitur, quæ vult et ubi vult manducat
ac bibit; quando et quod vult, et quantum vult ridet ac
jocatur inter quos vult. In secundo: Qui si potuerit,
est cum quibus vult, pergat quo vult, dormit quando et
quandiu vult, et ubi vult; manducat et bibit quando et
quod vult; ridet et jocatur inter quos vult. In tertio:
qui si potuerit, est cum quibus vult, pergat quo vult;
dormit quando et quandiu vult; loquitur quæ vult et
ubi vult, manducat et bibit quando et quod vult: et
quantumcumque vult ridet ac jocatur, etc. In quarto:
qui si potuerit, est cum quibus vult, dormit quando et
quandiu vult, loquitur quæ vult et ubi vult, manducat

CAPUT II.

Quod superbia sit malorum omnium causa.

1. Est quidem hoc h caput valde perplexum, sed
si oretis illum qui dixit: Non vos estis qui loquimini,
sed Spiritus Patris vestri i qui loquitur in vobis (Matth.
x, 20); et alibi, Dilata os tuum, et ego adimplebo illud
(Psal. lxxx, 41): ea quæ mihi ut homini impossibi-
lia sunt, illuminante Domino vel docente, possibilia
sunt. Consideremus ergo quæ causæ præcedant,
i quæ vitia subsequantur. Quod k ut credibilis videatur,
l non hoc a me prudentia vestra perquirat;
sed vobis, et mihi, vel omnibus Scriptura divina con-
sulta respondeat: quæ velut si jam quæreremus ab
ea immobilem sententiam protulit, dicens: Initium
omnis peccati superbia (Eccli. x). Quid potest aper-
tius, quid probabilius dici? Initium, inquit, non ali-
cujus, sed omnis peccati superbia: ut evidenter osten-
deret quod ipsa sit peccatorum omnium causa: quo-
niam non solum peccatum est ipsa, sed etiam nullum
peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa.
Siquidem m nihil aliud omne peccatum, nisi Dei con-
temptus est, quo ejus præcepta calcantur. Quem con-
temptum Dei nulla res alia persuadet hominibus,
nisi superbia; quæ etiam in ipso diabolo, ut diabo-
lus ex angelo fieret, æternæ perditionis existit causa
(Isai. xiv, 15; Luc. x, 48). Denique et ipse sciens se
per superbiam de cælestibus corruisse, et in hunc
caliginosi aeris carcerem trusum; homini subver-
tendo quem Deus fecerat sine ullo peccato, vitium
persuasit serpentina calliditate n superbiæ (Gen. iii,
5), certus quod recepta superbia, quæ est malorum
omnium causa, facile jam peccata omnia, quæ non
nisi superbo concipiuntur animo, perpetraret.

2. Hinc est quod idem primus homo superbi spi-
ritus elatione corruptus, omnem posteritatem suam
quæ in illo radicaliter fuit, necessitati corruptionis
ac mortalitatis addixit: ut corruptibilis et mortalis
effectus, corruptibiles mortalesque generaret; atque
ita quod in illo egerat punitenda superbia, in omnibus
ex illo natis peccati fieret o poena. Et propterea p non

et bibit quando et quod vult, et quantum vult; ridet ac
loquitur inter quos vult.

e Ms. Camberonensis, et illicita.

d Mss. tres Colb., ex Dei voluntate.

e Mss. duo, æcularum.

f Mss. sex, Domino.

g Ms. Colb. unus, remediis possint imminui vel sa-
nari. Ms. alter Colb., remediis possint imminui, et qui-
bus medicamentis sanari.

h Ms. omnes, hoc capitulum.

i Ms. duo Reg. addunt cælestis.

j Mss. tres, quas vitia: in quorum uno ab alia manu
correctum est, quas causas vitia.

k Mss. Colb. tres, audiatur; unus, suadeatur.

l Ms. unus, non hoc a me.

m Ms. Reg. unus, omne peccatum nihil aliud.

n Ms. unus, vitium... superbiæ ingessit.

o Ms. Camb., causa.

p Ms. Reg. unus, non quomodo jam volumus, possu-
mus peccato resistere, sicut ille potuit Ms. Reg. alter,
non quodammodo jam possumus, etc.

eo modo jam possumus peccato resistere sicut ille potuit, ^a cui nihil aliud fuit non peccare quam nol'e. Nobis autem irreprehensibiliter vivere velle non sufficit, nisi ipsum velle nostrum, quod languida possibilitate deficit, divina virtus adjuverit. Quia illum ad non peccandum etiam juvare poterat adhuc sana natura, ^b nos jam impedit vitia; et illum peccare fecit sola peccandi ^c voluntas, nos etiam cogit plerumque ^d peccati jam facta necessitas. Propter quod Deo clamamus et dicimus: *De necessitatibus meis libera me (Psal. xxiv, 17)*. Ac sic ideo fortassis dicit Scriptura divina, *Initium omnis peccati superbia (Eccl. x, 15)*; quod ipsa præcessit in diabolo, et ^e per ipsum subversus est homo, de quo dicit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. v, 12)*.

3. Ceterum nos, qui primo homine peccante, peccavimus, non in nostra separata jam vita, sed in ejus natura, ^f in qua fuimus, ^g et corruptionem velut de radice superbiæ morbo ^h corruptæ contraximus, ⁱ et in ipsa corruptione nostra omnes peccatorum causas habemus: qui non corruptibiles efficitur quia ^k peccamus; sed quia corruptibiles sumus, omne peccatum ex ipsa corruptione nostra committimus. Primus autem homo non ideo peccavit quia corruptibilis fuit, sed cum incorruptus esset, seipsum peccando corruptit, et corruptionem suam in nos propagatione transjecit; et idcirco ibi ^l nobis auferenda est tota mortalitas, omnisque corruptio, quæ facta est ex peccato, ubi erimus sine ullo peccato; hic vero ubi non jam sanata est, sed adhuc sanatur ^m per gratiam nostra natura, quæ infirmata est per culpam; piis conatibus nostris resistit ipsa concupiscentia vitiosa, non naturalis, sed naturæ nostræ indita pænalter et inserta: quæ peccato facta est, et peccatum, si vicerit, facit. Quam licet, quandiu mortaliter vivimus, habeamus, non eam tamen studio nostræ voluntatis adjuvemus, ⁿ et vincimus: quoniam non eam in nobis sentiendo, sed ei consentiendo, peccamus; nec ipsa statim ut nos pulsaverit vincit, sed si mentem nostram (quod

A ab it) de sublimitate propositi sui in consensum peccati dejecerit.

CAPUT III.

Quod superbia, ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur; et omnia vitia tunc fugata deperant, si virtutibus cedant.

1. Proinde si superbia est initium omnis peccati, et concupiscentia pœna peccati, non potest aliter vinci concupiscentia vitiosa, nisi prius caveatur humilitatis virtute superbia, quæ ejus est inimica. ^o Superba voluntas facit Dei præcepta contemni, ^p humilitas custodiri. Superbia ex angelis dæmones ^q fecit, humilitas homines sanctis angelis similes ^r reddit. Illa rebelles ^s diabolo subditos facit, hæc humiles Christo conjungit. Superbi cupiunt ^t in se quod non faciunt prædicari; humiles refugiunt quicquid boni operantur agnoscere. ^u Illi vitia sua a se alienando, perversitatem suæ voluntatis excusant, et bona sua suis viribus deputando, semetipsos turpiter jactant; isti, si qua peccata commiserint, voluntarie confitendo semetipsos acusant; et omnia bona sua divino muneri deputando, Deum jugiter laudant. Quapropter si virtus ^v non habitat in animo vitioso, superbia humilitatis ^x cedit imperio; quia non potest mens regnum ^y habere virtutum, nisi prius jugum excusserit vitiorum. Tunc enim vitia ^z fideliter expulsa discedunt, ^{aa} si virtutibus cedant. Alioquin vel ^{bb} subsidunt ad tempus ejecta, vel redeunt: nisi virtutes in locis vitiorum, quæ fuerint depulsa, successerint.

2. Quapropter pietas in nobis crudelitati resistat, iram patientia fundata coerceat, pudicitia libidinem vincat, animositatem tranquillitas tollat, verborum taciturnitas moderata compescat, delectatio spiritualis desideria carnalia imminuat, abstinentiæ rigor aculeos carnis obtundat, ^{cc} curiositati studium spirituale succedat, sobrietati cedit ebrietas, mansuetudini succumbat immanitas, dominetur levitati maturitas, Dei et proximi caritate crescente, consumatur tota mundi cupiditas; excludat parcitas vera luxuriam, castiget industriæ virtus ignaviam, reprimat humilitas profunda jactantiam, pellat simplicitas pura recordiam,

^a Ms. Colb. unus, qui non peccaret, si nollet.

^b Ms. Colb. unus, quæ nos jam impedit vitia. Ms. Regius unus, impellit. Alii, impulit. In uno ab alia manu, jam non potest vitia.

^c Ita mss. sex. Editi, voluptas; in ms. uno, faciebat.

^d Ms. Reg., peccati jam facti. Mss. Colb. duo, peccati jam facta.

^e Ms. unus, eripe me.

^f Mss. duo Colbert., per ipsum.

^g Mss. quatuor, in qua fuimus ille unus. Ms. alter, in qua sumus illi unus. Ms. alius, in qua fuimus in ipso unus.

^h Ms. unus omittit et, quod habetur in aliis omnibus. Ms. Camb., illius corrupti corruptionem.

ⁱ Sic mss. sex; unus vero, corrupti. Editi omnes, conceptam.

^j Deest et in mss. duobus.

^k Ms. unus, peccavimus; rectius alii, peccamus.

^l Ms. unicus, a nobis.

^m Hæc verba, per gratiam, absunt hic a mss. sex. Mss. vero Camb. et Colb. quatuor sic habent: sed sa-

nat'ur nostra natura, quæ est infirmata per culpam, sanaturque per gratiam, piis, etc.

ⁿ Ms. Reg. unus, sed vincamus. Ms. Camb., adjuvamus, sed vincimus.

^o Ms. Colb. unus, superbia facit.

^p Mss. duo, humilis.

^q Ms. unus, facit.

^r Ms. Camb., reddidit.

^s Ms. Camb. addit Deo.

^t Ms. unus, ex se.

^u Ms. Reg. unus, illi vitam suam, alienando a se perversitatem suæ voluntatis, excusant.

^v Ms. Camb. caret negatione.

^x Ita mss. quatuor. Editi, cedit.

^y Ms. Reg. unus, regnum haberi.

^z Mss. quinque, fideliter expectorata. Ms. Colb. duo, fideliter ex pectore discedunt.

^{aa} Ms. unus, si virtutes succedunt.

^{bb} Ms. unus, subsiliunt.

^{cc} Ms. Colb. unus, curiositatem studium spirituale succidat.

non impediatur varietas a fugata constantiam, emendati mores augeant disciplinam, frangat elementia religiosa sævitiam, et funditus eradicet bonitas acquisita malitiam, ut expulsione vitiorum celebretur introductio gloriosa virtutum. Sed de virtutibus in capite sequenti videbimus, nunc de vitis, ut cœpius, prosequamur.

CAPUT IV.

De cupiditate, quæ ita mixta est superbiæ, ut nihil peccati fiat quod non ex utraque procedat.

1. Si, utique jam patuit, qualiter intelligatur quod Scriptura dicit, *Initium omnis peccati superbia* (Eccli. x, 1); hoc etiam videamus quod sanctus Apostolus dicit: *Radix omnium malorum est cupiditas* (1 Tim. vi, 10): cum Spiritus sanctus, qui locutus est per prophetam, per Apostolum quoque ipse locutus sit, nec sibi possit esse diversus. Sollicite considerare debemus quare ille initium omnis peccati superbiæ, hic radicem omnium malorum cupiditatem nominari voluerit. An forte sermonem propheticum Paulus apostolus, ut solet, exposuit? quandoquidem sive initium omnis peccati, sive radicem omnium malorum dicas, unum idemque significas. Porro cupiditas atque superbia in tantum est unum malum, ut nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inveniri. Siquidem et diabolus, in quo tenet superbia principatum, propriè potestatis ac perditionis humanæ cupidus fuit, et ipse homo per appetitum arboris interdictæ, ac divinæ similitudinis affectationem, morbosæ affectum cupiditatis ostendit. De superbia namque nascuntur hæreses, schismata, detractiones, invidia, verbositas, jactantia, contentiones, auimositates, ambitio, elatio, præsumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, perjurium, et cætera ejusmodi. Sed hæc quis dubitet ex cupiditate quoque procedere, cum omnes qui fue int illis omnibus morbis quos nominavi corrupti, habeantur et cupidi?

2. Item cum gulosos, intemperantes, ebriosos, avidos, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incestos, flagitiosos, cupiditas reddat; quando possunt sine superbia tales fieri, sine qua omnino non possunt Dei præcepta contemni quibus prohibentur illa omnia mala quæ superius comprehendit? Ideoque si volumus consummare nostri certaminis cursum, caveamus imprimis cupiditatem atque superbiæ; non duo mala, sed unum, a quo trahunt omnes mali actus ini-

a Ita ms. Reg. unus; in altero tota hæc phrasid desideratur. Alii codices habent *varietas fugata*.

b Mss. quatuor, in sequenti capitulo.

c Mss. duo, quod ita mixta sit.

d Ms. Colb. unus, Sicut cuique.

e Ms. Camb., possit esse diversi. Edit. Lugd., possit esse diversi locutionis modus.

f Mss. quatuor Colb., nominare.

g Editi, significes.

h Ita mss. omnes. Editi autem, voluntatis.

i Mss. sex, morbo se affectum.

j Ms. Colb. unus, corrupti habeantur a cupiditate.

k Ms. Reg. unus, omnia mala actus initium. In eodem ab alia manu, omnis mala actus initium.

l Mss. omnes, vix delectationi.

tium. Nam sine superbia quæ possunt saltem inchoari peccata, cum dicatur: *Initium omnis peccati superbia*? Aut sine cupiditate, quæ est malorum omnium radix, quæ possunt fieri mala, cum sine radice omnia, aut nulla deperantur, aut mortua? Deinde si quodlibet peccatum perpetrare non possum, nisi malæ delectationi consentiam, quod cupiditatis est proprium; et Dei præcepta contemnam, quod est superbiæ malum: quomodo non ex cupiditate, quæ est radix malorum omnium, et ex superbia, quæ initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum?

CAPUT V.

Quo animi tormento invidios affligat invidia.

Invidus certe, qui alienum bonum, suum facit invidendo supplicium, nulla videtur ad invidendum concupiscentia provocari, sed tantum superbiæ morbo vexari. Sed si animi ejus pestem qua præcipitatur incensus, subtiliter atque timemini, invenietis eum et perditionis ejus cupidine, cujus cupit interitum, et superbiæ malo teneri, quo sibi jugiter ingemiscit meliorem cui invidet, anteferri. Quis facile potest quale sit hoc malum verbis exprimere, quo invidus odio hominis persequitur divinum munus in homine, cum potius amari homo debeat, etiam pro sui meriti sanctitate? Tantos invidus habet justa pœna tortores, quantos invidiosus habuerit laudatores. Siquidem invidiosus facit excellentia meriti, invidum pœna peccati: nec ei ab homine potest adhiberi remedium, cujus est vulnus occultum.

CAPUT VI.

In quæ et quanta mala concupiscentia carnis erumpat si ei mens corrupta consentiat.

1. Quid concupiscentiæ carnis addictus, nunquid non videtur nihil habere superbiæ, cum præsertim passio ipsa eum videatur humiliare luxuriæ? Et tamen nisi prius Deo rebellis existeret, cujus salubre præceptum de pudicitia conservanda, superbi spiritus præsumptione contemnit, nulla eum lasciviæ cupiditas provocaret. In animo ejus diu discerant Dei contemptus et metus; sed aut contemptus Dei præponderat, et superbus animus, recepta cupiditate, pudicitiam perdit; aut obtinet metus, et animus Deo subjectus cupiditati simul ac superbiæ contradicit. Plerosque enim gula et abundantia vini turpiter in luxuriam solvunt, alios in [al. ad] injuriam pudicitie sordidæ cogitationes incendunt, nonnullos de proposito castitatis occasiones oblatae dejiciunt, quosdam

m Ms. unus, perniciem.

n Ms. unus, inflammatum.

o Mss. quinque, cupidum.

p Ms. Camb., et superbia mala.

q In uno ms. dicitur quale sit.

r Ms. unus, quod invidus.

s Ms. unus, justæ pœnæ.

t Edit. Colon. cum m. s. duobus, Qui concupiscentiæ carnis addictus est, nunquid, etc.

u Mss. duo, contemneret. Ms. Colb. unus totum hunc locum sic exhibet: *Tamen nisi prius Deo existerit rebellis, cujus salubre præceptum est de pudicitia conservanda, et superbus spiritu præsumptionis contemneret, nulla eum, etc.*

sub impudicitiae jugum exempla perditæ viventium A mittunt.

2. Sunt alii quorum vitam lingua turpis inflamat, aut turpem conscientiam manifestat, qui prius inverecundos sermones aut proferunt libenter, aut audiunt, ac deinde, paulatim morbo crescente, ab honestate b deficiunt, attritoque pudore viles effecti, dum indecenter elegantes videri c volunt, passim jam turpibus verbis impudenter insaniunt. Hoc enim loquuntur quique, quod diligunt; et delectabiliter audiunt quod assiduis cogitationibus volvunt. Cogitatio quippe est quæ mentem, sicut turpis inquinat, ita, si fuerit honesta, purificat. Aut si non ex cogitatione facies mentis existit, sed qualitas cogitationis ex mente; non sordidæ cogitationes mentem sordidam reddunt, sed ex mente sordida sordidæ cogitationes d existunt. Quod si ita est, pulchrorum corporum formæ per oculos irrepentes, animum non inveniunt incorruptum; et quando corruptibiliter movent, non corrumpunt sanum, sed ostendunt propria voluntate corruptum.

3. Turpia quoque verba per aures ingressa, quid prævalent, si non fuerint arbitrio mentis admissa? Quando autem prævalent, non e ipsam corrumpunt mentem, sed jam corruptam sponte reperiunt. Auribus enim castis obsceni sermones cum sono deficiunt, nec secretum pudici cordis irrumpunt. Quid palpatum f tenerum, quod g menti jam vitiosæ blanditur, nunquid potest ad animum admitti per tactum, si animus incorruptum servet professionis suæ propositum? Ac sic, prius integritatem sui animus sponte C vitiatum amittit, et sic delectationem tactus admittit. De cibi vel potus cavenda delectatione jam dixi sufficienter, ut arbitror, in secundo volumine, ubi, quanta potui brevitate, perfectionem spiritualis abstinentiæ commendavi.

4. Sed et hic hoc breviter dico, quod per os carnis non irrumpit delectatio gustus ad mentem, nec erumpit sermo turpis ex mente, nisi se h voluntarie mens ante corrumpat, quam recipiat aliquid unde corrumpatur, aut proferat. Cæterum si animus sub Deo suo firmus ipsius Dei sui iam ere perseveret, nec quibuslibet deliciis lenocinantibus cedit i, nec profert aliquid turpe nec recipit. Jam de odoribus pauca perstringam, ut totam tentationem quinque partiti sensus verbis includam. Quos odores per adi-

tum narium aut affectat mens ægra, aut divinitus adjuncta repudiat: i quæ si se suo creatori subiciat, at, ue ei, qui est dignitas ejus et salus, amanter inhæreat, non solum nulla cum vitiorum fœd tas decolorat, sed nec delectatio ulla k carnalis effeminat. l Quod si a caritate sui conditoris et illustratoris inflata resiliat, ac se, relicto interiore solidoque honore, foras in exteriora bona projiciat: quidquid in ea nervorum potest esse, resolvitur; quidquid virium debilitatur et frangitur; m tuncque ei actio spiritualis efficitur onerosa, et ipsa in carnalibus fit inquieta: ita ut omnia quæ per sensum corporis sentit, non vitanda, sed jam vitata turpiter concupiscat: et quando corpus nihil sensibilium sentit, ipsa sibi delectabiliter recordando, sensarum rerum imagines repræsentat. Apud se intus audit sine voce quidquid n cantilenæ suavis ac jocationis obscenæ per flexuosos aurium meatus influxit. Ibi ei odor o male suavis corruptibiliter fragrat, qui per patulas narium cavernas irrepit. Ibi eam sapor oblectat, quem ad se per illecebram voluptuosi gustus admisit. Ibi persequitur nescio quid molliter blandum, quod ei exterior tactus impressit. Ibi colores varios et illicites formas concupiscibiliter videt, quas ei oculorum curiositas nuntiavit.

5. Quæ mens ita, absentibus plerumque p corporibus, imaginibus corporum delectatur affecta carnaliter ut nimia sordidæ cogitationis intentione defixa, non sibi imagines corporum videatur amplexari, sed corpora. Hinc est quod ille corporis fluxus qui fit in dormientibus sine culpa, interdum vigilantibus contingat q ex culpa. Aliud est enim quod r in dormiente fit, aliud quod vigilans facit. Ibi naturaliter plenitudo humoris expellitur, hic turpiter concupiscentia publicatur. Sed hæc concupiscentia illis vigilantibus hunc elicit fluxum, quibus per cœla colloquia sordidum commoverit appetitum. Ili sunt quibus usus est feminarum descriptio: illa rudis est, illa s dicacula, illa deformis, illa formosa; alterius placet ornatus, gestus alterius; illius laudatur etiam sine forma festiuitas, illius sola fornositas. t Inde transitur ad mores, et aliam talibus commendat taciturnitas moderata, aliam turpem videri facit libertas incondita. Hæc et his similia colloquentes, suggerunt concupiscentiæ suæ materiam. u Nec tamen ideo concupiscunt, quia aut loquuntur libenter, aut audiunt; qui nisi concu-

^a Mss. duo, *et turpem*.

^b Ms. unus, *decidunt*.

^c Editio Colon., *solent*.

^d Ms. Camb., *exerunt*.

^e Ms. quatuor Colb., *non corrumpunt*.

^f Ms. Camb., *terrenum*.

^g Ms. Reg. unus, *quod menti jam cupidæ vitiosæ blanditur*.

^h Ms. tres, *voluntaria mens*.

ⁱ Ms. tres addunt *seducentibus*. Unus, *cedet pro cedit*.

^j Ms. unus, *quia si se*.

^k Mss. Reg. duo, *carnis*.

^l Mss. tres, *Quæ si a caritate*.

^m Mss. omnes, *tunc ei*.

ⁿ Ms. Colb. unus, *cantilena suavis aut jocationes obscenæ*.

^o Ms. Camb., *odor suavis*.

^p Ita mss. Colb. tres. In aliis deest hæc vox, *corporibus*.

^q Ms. Colb. unus, *cum culpa*.

^r Ms. Colb. unus, *in dormientibus fit, aliud quod vigilans facit*. Alter, *in dormientibus fit, aliud quod in vigilantibus fit*.

^s Mss. quinque, *decacula*.

^t Ms. unus, *Ita transitur*.

^u Ita mss. sex. Edit. Lugd. et Lov., *Hæc tamen ideo concupiscunt, quia a. Duac. et Colon., Hæc tamen ideo concupiscunt, qui aut, etc.*; quibus cœncinit unus ex Colb. manuscriptis.

piacentiæ morbo corrupti essent, nunquam vel loquerentur talia, vel audirent: quia non eos ista corrumpunt, sed corruptos ostendunt.

6. Ac ne hic ista veraciter arguentem quisquam judicet arguendum, noverit propter hoc forte ab antiquis fuisse decretum ne qui adolescentium legerent Geneseos librum, ^a ac partem pariter Ezechielis prophetæ, vel Canticum canticorum, et cætera talia, in quibus generationes, et actus, et nomina quarumdam scripta sunt mulierum. Quas licet secundum historiam fuisse credamus, earum tamen nominibus virtutes figuratas accipimus. Quoniam sicut illæ non solum viris suis per sanctos mores, sed etiam extraneis, sine dispendio sui pudoris, ob nimiam pulchritudinem placuerunt; ita sanctæ virtutes et suos mirabiles omnibus reddunt, et extraneos quadam admiratione sui perstringunt. Hinc est quod et ipsi qui vitiose vivunt, virtutes vitii anteponunt: quia aliud est quod faciunt morbo, aliud quod coguntur, ^b probare iudicio. Sed ne forte hæc spiritualia secundum carnem adhuc carnales acciperent; nec virtutes cogitarent quas mulieres illæ significant, sed ipsas ^c cogitando carnaliter deperirent; consulto juniores legere sunt illa prohibiti, quæ sicut spiritualiter accepta vivificant, ita carnaliter intelligentibus, ipsa carnalis intelligentia occasiones carnalis concupiscentiæ subministrat. Earum quisque nomina frequenter habet in ore, quarum desideria vulnerato gestat in corde, ^d ac turpitudinem quam exercere vecundatur in facto, tenet in animo, reus non humano iudicio, sed divino.

CAPUT VII.

Quod etiam hi quos ab ^a impudicitia quælibet necessitas vetat, si vivere pudice consuescant, ad amorem castitatis ascendunt.

Tales pudicos aut temperatio corporum facit, aut timor supplicii temporalis ab impudicitæ actione suspendit, aut occasio negata destituit. Sed licet voluntate sit impudicus qui necessitate pudicus est; tamen si et ille temperati corporis, de beneficio naturæ suæ, Deo auctori omnium naturarum gratias agat; et ille quem timor in bono pudicitæ tenet, atque is cui facultatem mœchandi negat occasio, vivere pudice consuescant: in virtutem ^f plerumque de necessitate proficiunt; et paulatim ipsius pudicitæ delectatione crescente, pudici veraciter fiunt: et ita proficiunt, ut jam non sermone, sed virtute sordes impudicitæ detestantes, non timore pœnæ carnalibus incentivis obsistant, quod est incipientium proprium; sed exsecratione peccati refrenent inquietos carnis affectus,

^a Editi, Lugd., ac pariter Ezechielis prophetæ.

^b Editi, placere. Mss. omnes, probare.

^c Ms. unus, carnaliter cogitando.

^d Sic mss. tres Colb. Alii cum editis, aut turpitudinem.

^e Ms. Camb., ab impudentia.

^f Mss. quatuor non habent plerumque: cuius loco duo ex Colb. habent, tales de necessitate proficiunt.

^g Editi Lov. et Lugd., cum viventem.

^h Mss. tres, ostendunt. Alii cum editis, ostendit.

ⁱ Ms. Colb. unus, atrocia.

A quod est castitatis consummatæ fastigium. Non quod animus unquam desinat in hac carne cum vitii habere conflictum; sed quod eum alat ac provehat, et quantum fieri potest in præsentī vita, perficiat ipsa numerositas triumphorum: si modo non se in corpus sensibilibus captus delectatione dejiciat; sed exsecratione delectationum sublimeret roboratus, supra corpus se corporalium victor attollat; ac Deo suo, sub quo ^k eum viventem desiderio repudiata non vincunt, in æternum glorificandus adhareat.

CAPUT VIII.

Quibus indicium possit ostendi superbia, quæ vel in perditis aperta est, vel in fictis occulta.

1. Jam nunc videamus quibus indicium possit superbia deprehendi: ut sicut in superioribus claruit nullum peccatum sine illa posse committi, ita hic signa ejus eluceant, quibus cavenda possit ostendi. Omitto illos quos etiam ipse habitus et incessus superbos ^h ostendunt; quorum erecta cervix, facies torva, ⁱ truces oculi, et sermo terribilis nudam superbiam clamant: qui libidine ^j dominandi possessi, quos possunt violenter sibi subjiciunt, humana jura divinaque confundunt, honoribus intumescunt, passim cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, et seipsos, superbiæ morbo corrupti, non capiunt. Hos ergo prætereo, in quibus superbia tam aperte regnat, ut nec dignetur se occultare, nec valeat. Illos tantum dolendos ostendo, atque eorum exempla cavenda denuntio, quos jam conversos et aliquantulum proficientes superbia ^k occulte captivat, quos in profundum malorum fraudulenta ^l dominatione præcipitat, et ne inde unquam possint emergere, jugiter calcat. Ipsa in cordibus talium locum diabolo facit; ipsa ei adveniēti immunitum pectus familiariter pandit; ipsa introeuntem suscipit; ipsa captis jus perditē vivendi constituit; ipsa ^m omnes virtutibus exarmat quos semel invaserit; ipsa quidquid in eis remanserit quod vitii ⁿ posset obniti, ne contra se forte convalescat, interimit.

2. Inde est quod hi quos ^o superbiæ mentis tabes purulenta corruerit, seniorum suorum non observant imperata, sed ^p judicant; de suis negligentis objurgati, aut rebellant ^q insolenter, aut murmurant; de loco superiori disceptant, præferri se etiam melioribus ^D impudenter affectant; simplicitatem spiritualium fratrum irridenter ^r exagitant, suas sententias procaciter jactant, obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quærunt, natales moribus anteponunt, juniores suos ^s elati despiciunt, conferri sibi aliquos posse

ⁱ Mss. Rrg. unus et Camb., dominante.

^h Mss. duo, occulta.

^j Ms. unus, damnatione.

^m Mss. septem, ipsa omnibus bonis exarmat.

ⁿ Ms. quinque, possit obniti. Ms. unus, quæd vitii ejus possit.

^o Mss. duo cum Duac. et Colon., superbiæ mentis.

^p Ms. unus, judicant.

^q Ms. unus, violenter.

^r Ms. unus, exaggerant.

^s Ms. unus, elate.

non credunt, æquari senioribus ^a dedignantur, super A eos se solo animi tumore constituunt: non servant in obsequio reverentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam; habent in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione jactantiam; in humilitate fallaces, in odio pertinaces, subjectionis impatientes, potentiæ sectatores, omnibus bonis odibiles; ad opus bonum pigri, ad communionem ^b feri, ad obsequium duri, ad loquendum quod nesciunt prompti, ad supplantandum parati, ad omnia quibus subsistit fraterna societas inhumani; temerarii in audendo, clamosi in loquendo, fastidiosi in ^c audiendo, præsumptuosi in docendo, ^d effrenati deformiter in cachinno, onerosi amicis, infestis quietis, ingrati ^e beneficiis, inflati obsequiis, et imperiosi subjectis.

3. Hæc sunt superbix grassantis indicia, quibus Deus offenditur, et recedit, ac superbia corda destituit. His ^f malis diabolus pastus exultat, i. v. i. ut veniat, superbas mentes intrat, ut teneat; erigit, ut allidat; fovet, ut perdat: qui ^g inexplicabiliter de ipsa perditorum captivitate tripudiat; ut captivos suos, quos superbia viribus sibi subjecti, jure possideat, et omnia illa mala quæ superius comprehendit, per illos exerceat. Merito igitur per justum Dei iudicium deseruntur huiusmodi occulto ^h damnati supplicio; quoniam non violenter addicti, sed sponte cedunt superbix decipientis imperio; cui utique possunt, ⁱ si voluerint, repugnare liberæ voluntatis arbitrio; liberati per donum Spiritus sancti, et muniti. Verumtamen etiam tales, si ad recipiendam salutem C divinitus animati, spem respiscendi concipiant, nec se in peccatis suis desperando contemnunt, poterunt fructuosæ satisfactionis medicamento sanari, et superbiam, quæ eos a Deo suo tumefactus excusserat, fundatæ humilitatis assumptione damnantes, vinculis æternæ damnationis absolvi. Quod qualiter fieri possit, supra jam diximus, cum de ipsa superbia, unde processerit, quo pervenerit et quid egerit, tractaremus. ^j Namque a diabolo processit, ad hominem primum pervenit, et in ipso totum genus humanum, velut in radice fructum, naturæ sponte ^k peccantis vitiatione corrumpit.

CAPUT IX.

Quibus signis invidorum declaratur invidia.

1. Ordo ipse exigere videtur ut de invidia quoque pauca dicamus, quæ in tantum de superbix fonte manavit, ut diabolus, qui per superbiam periit, hominem primum statim, succensus invidiæ felle, perdidit; ^l namque a diabolo processit. Proinde, quia idem diabolus superbiendo invidus, non invidendo superbus apparuit, non superbia fructus invidiæ fuit, sed invidia ex superbia radice processit. Unde, quoniam quantum invidos affligat invidia, ^m sermo superior jam prodidit, non hic ⁿ de illius supplicio dicendum videtur, quo suos animos invidi laniando conficiunt; sed hoc tantum, donante Domino, debemus ostendere, qualiter invidi sanete viventium merita, B sua faciant invidendo peccata; et quantum in eis ^o bonum corrumpat invidia, qui quidquid boni fieri vel dici a sanctis audierint, aut omnino ^p non credunt, aut res bene gestas in malum male interpretando convertunt. Omne malum quod de illis mendax fama jactaverit, statim, tanquam ^q si ipsi viderint, credunt. Feraliter eis qui illud verum non esse probare voluerint, contradicunt. Omnia suis æmulis fingunt, eorum profectum deficienti, odia intra se abscondunt, et in suos cruciatus enutriunt, proficientibus invident, peccantibus favent. De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, ^r inimicitias gratuitas ardent, deprehendi ^s pectoris sui malitiam timent, semper amari, nunquam certi; amici d abolit, inimici etiam sui, omnibus odiosi; ad gaudenda anxii, ad C plangenda læti, utrobique ^t perversi. Inter amicos ^u discordias seminant, ^v discordantes ad tempus, si possunt, in dissensione confirmant. ^x Opiniones bonorum mendacis decolorant: in spiritualibus carnalia laudant, ut spiritualia bona eis decesse persuadeant. Amicitias simulant, ut eos qui se incaute sibi ^y commiserint, qua possunt arte decipiant. Odiorum sibi occasiones pravis suspicionibus concervant; demones, quorum sectantur facta, lætificant. Sanctos viros quibus sunt noti contristant, velut amici in obsequio, hostes in animo. ^z Continentes in verbo, turpes in facto. Prodigii secretorum, ^{aa} tenaces malorum, prompti suspicionum malarum, inanes bono-

^a Ms. unus, *dedignati*.

^b Edit. Colon. et mss. quatuor, *ad communionem veri*.

^c Editi, *in videndo*. Mss. omnes, *in audiendo*.

^d Ita mss. duo Colb., et melius quidem quam *effrenati*, quod legitur in aliis codicibus.

^e Edit. Duac. et Colon. cum ms. un., *beneficiis, alii, beneficiis*.

^f Ms. Colb. unus, *His signis*.

^g Ms. Colb. unus, *inexplicabiliter*.

^h Mss. sex, *prædamnati*.

ⁱ Hæc, si voluerint, absunt a mss. Reg. duobus et Camb.

^j Mss. quinque, *Namque*. Editi, *Nam quia*.

^k Sic. ms. Colb. unus, cum aliis. Editi cum quibusdam mss., *peccati*. Ms. Reg. unus, *peccanti*; alia manu, *peccatis*, forte pro *peccatis*.

^l Mss. tres, *nam quia*. Edit. Lugd., *non quia*, sed male.

D ^m Ms. unus, *superius sermo jam*.

ⁿ Mss. Colb. unus, *de illorum... quo*. Mss. tres, *de illius... quod*.

^o Ms. Camberon., *bonorum*. Mss. Reg. duo, *quantum eis bonum corrumpat invidia*. *Quidquid*, etc.

^p Ms. unus, *non credant... convertant*.

^q Ms. unus, *si et ipsi*.

^r Editi, *de inimicitias*. Mss. non habent *de*.

^s Mss. duo, *peccati*.

^t Editi, *dispersi*. Ms. unus, *ubique perversi*.

^u Mss. duo, *discordiam*.

^v Ms. Colb. unus, *discordantes, si possunt, attentius in dissensione confirmant*.

^x Mss. duo, *Opiniones*.

^y Editi, *commiserunt*.

^z Mss. unus, *incontinentes*. Alter, *compti*.

^{aa} Mss. quatuor Colb. totum hunc locum ita exhibent, *tenaces malarum suspicionum, inanes bonorum, pleni sordium*, etc.

rum. Pleui sordium, præditi fraudibus. Adversarii corde virtutibus, pravi moribus, et insidiosi cunctis ^a secum in simplicitate viventibus.

2. Hæc ^b et his similia sunt quæ omnes invidios bonis voto sive animo inimicos ostendunt. In hæc mala deveniunt, qui insectando ^d sectandos, ^e et diligendos abominando, feraliter a communione ^f bonorum omnium seipsum excludunt: ut illud bonum jure non sit in eis, quod persequuntur in bonis. Considerate, obsecro, qualiter invidios punitura sint mala sua, quos etiam bona puniunt aliena. Ubi isti fieri poterunt boni, qui sunt in bono mali, aut quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desinunt? Bene malis usi sunt martyres sancti, in testimonio Salvatoris nostri veraces, et in castris spiritualibus strenui bellatores; qui tribulationibus et damnis, ac variis cruciatibus affecti, pariter et probati, terrenis cælestia mutaverunt; et ^g de bono usu malorum profecti ad gaudia bonorum perennium pervenerunt. Item bonis utitur invidios male, quia omnibus bonis quæ miser exsecratur, abjunctus, animi sui supplicio ^h relinquetur affligendus. Et quis ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet invidendo carnificem? Aut unde sibi ⁱ parabit salutem, ^j qui de salutis materia contrahit (bonis male utendo) perniciem? Veruntamen si invidi quoque sicut alii peccatores divinitus inspirati, in spem recuperandæ salutis assurgant, ac sibi quales sunt, Deo placituri displiceant, si non imitentur Cain, qui postquam dominantis invidiæ furore cæcatus, germano suo vitam per scelus extorsit, et animam suam fraterni corporis morte percussam supplicio æternæ mortis addixit, consequendæ veniæ desperatione depressus ait ^k ad Dominum: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear* (Gen. iv, 15); hoc est dicere Deo: Indulgeri mihi non peto, quia peccatorum meorum magnitudine indulgentiæ tuæ vincitur magnitudo. Denique nusquam legitur aut poenituisse de suo scelere, aut veniam meruisse. Si ergo ^l hujus abhorrentes exemplum se sibi auferant, et se Deo suo restituant, nec se in profundum malorum salutem desperando projiciant; quis dubitet, imo quis non firmiter credat, eis prioris malitiæ veniam posse conferri, si modo

^a Ms. unus non habet hanc vocem, *secum*.

^b Mss. tres, *Hæc et alia sunt*. Alii tres, *et talia sunt*.

^c Ms. Colb. unus, *bonis voto sui animi*. Alter, *bonis noto sibi animo*.

^d Ms. Camb., *non sectandos*.

^e Mss. quatuor, *diligendo abominandos*.

^f Ms. unus, *bonorum hominum*.

^g Ms. Camb., *et de bono usu, eo bono usi malorum profectu, ad gaudia, etc.* Ms. Colb., *et de bono usu eo bene usi malorum profectu, ad gaudia, etc.*

^h Ms. duo, *relinquitur*.

ⁱ Mss. Reg. et Camb., *probet*.

^j Ita mss. septem. Edit. Lugd., *qui de salutis materia, bonis male utendo facit perniciem*.

^k Mss. quatuor, *ad Deum*.

^l Mss. quatuor, *ab hujus abhorrentis exemplo*. Ms. unus, *ab hujus abhorrendi*. Alter, *abhorrentis exemplo*. Alius, *hujus abhorrendi, sine ab*.

invidiæ vulnere sanato correcti, amaritudinem sui pectoris dulcedine fraternæ dilectionis expellant, eos ^m simpliciter amando quos oderant, ut ad bonum fraternæ communionis ac pacis, honorum omnium, quorum ⁿ gravabantur meritis, adjuventur exemplis?

CAPUT X.

Quantis malis vanitas vanos involvat.

1. His ^o itaque super invidia disputatis, quam gravi malo etiam vanitas vanos involvat, consequenter expediam. Quæ ut facilius vitari possit, quid in se corruptionis habeat breviter declaremus. Est enim vanitas, inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris avida, simul et nescia, morbo ^p excellentiæ inanis ^q afflata, cava, morbida, turbulenta, animorum levium domina, ^B male fundatis omnibus blanda, repugnantibus sumea, capiendis seductoria, captis invicta, simulaio quædam virtutum, ^r anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dulcis miseris, amara perfectis, periculosa dubiis, imperiosa subjectis, ^s infirma fundatis; ^t facile captivat, captivatos oblectat, ambitiosos vexat, angustos inflat, inflatos humiliat; cui serviunt tumidi, sub qua jacent elati, quam inveniunt perditii, ad quam currunt lapsuri, in qua sibi videntur stare jam lapsi.

2. Hæc est vanitas, quæ non aliquas virtutes, ut putatur, ^u exantlat, sed licentiam vitiorum, cum fuerit a vitiosis recepta, corroborat: cæterum mentes virtutum plenas omnino non penetrat. Vacuos ergo ac nullis fultis virtutibus tentat; et ipsos fastu ruinose ambitionis inflatos, in occulta dedecora quadam publice furendi delectatione præcipitat, ^v sicut vacuum navem tempestas in diversa tumidis fluctibus jactat, et in area, frumentis sua gravitate manentibus, ^x leves ex ea ventus paleas raptat. Quod si ita est, non vitiosus facit vanitas, sed ostendit: ^y quæ illos sui afflatus vento circumfert, ac lubricis circumactos affectibus rotat; qui se ad omnes ejus impulsus studio propriæ voluntatis accommodant; qui se de operibus quorum sibi conscii non sunt turpiter jactant; qui se ab omnibus prædicari per nefas affectant; qui sanctos viros sui comparatione ^z depreliant: qui vitio auræ popularis elati, nihil sibi per-

^D ^m Abest vox *simpliciter* a mss. duobus Colb.

ⁿ Ms. unus, *gravantur*. Alter male, *gratulabantur*.

^o Mss. Colb. tres, *His ita*.

^p Ms. unus, *scientiæ*.

^q Ms. Reg. unus, *inflata*.

^r Ms. Camb., *amica vitiorum*; ms. Colb. unus, *amor vitiorum*.

^s Hæc verba, *infirma fundatis*, absunt a ms. uno Colb.

^t Mss. duo Camb. et Colb. unus, *reddant incautos*, Mss. alii tres Colb., *faciles captivat*.

^u Mss. duo Reg. et Camb., *strangulat*. Colb. unus, *exangulat*.

^v Ms. Camb., *sic*.

^x Mss. quinque, *levis*.

^y Edit. Lugd., *Quod in nos*. Mss. duo Colb., *quia illos*; tum mss. Camb. et Colb. unus, *sui afflatus vento*. Colb. alter, *sui afflatus venti*. Alius, *sui afflatus ventus*.

^z Ms. Camb., *depravant*.

fectionis deesse existimant. Occurrentium salutatio-
nibus gaudent, suis adulatoribus favent, ^a voluptati-
bus parent, omnibus turpibus placent. Gestiant
docere quod nesciunt, credi de se sublimia volunt,
delectabilia gravibus anteponunt; execrantur verbo,
quod animo concupiscunt; appellationes virtutum
vitiis suis ^b imponunt. Se ipsos fallunt, faventes sibi
^c decipiunt. In promissione honesta veloces, in exhi-
bitione mendaces. A bono mutabiles, mali tenaces. In
verbo graves, in animo turpes, ubique fallaces. Læti
ad prospera, fragiles ad adversa. Inflati ad obsequia,
anxi ad ^d opprobria. Immoderati ad gaudia, faciles
ad humana, difficiles semper ad honesta.

5. His ^e ergo et similibus delinitis vanitas pre-
mit, nec eos aut suum morbum sentire, aut ad medi-
cum venire permittit. Et quid est ad medicum venire,
nisi infirmum suas infirmitates agnoscere, nec plae-
cere sibi, sed de factis quæ illi videbantur esse glo-
riosa, confundi? Quod certe illi non faciunt qui, de-
siderio comparandæ opinionis incensi, eis tantum
operibus quibus emitur favor humanus inserviunt,
et ^f morum bona contemnunt; tantumque eos ar-
dor humanæ laudis inflammat, ut laboriosa operosa,
quæ populus admiretur, et quibus fama diffunditur,
sine labore suspiciant, et libenter exerceant. Inde
est, quod jejunare, abstinere, vigilare, ecclesiam
frequentare, vel psallere, cum hæc omnia sine labore
non fiant, etiam cum delectatione illi faciunt, qui ex
his hominibus placere concupiscunt: non quod ista
et homines Dei non faciant; sed quod illi probentur
ea Deo magis, quam hominibus exhibere, qui ferventius
student etiam moribus sanctis excellere.

4. Cæterum si quisquam foris, ubi potest magnus
credi, ^g respicere, et intus, ubi Deus solus videt,
squalcat; quis non intelligat, ^h quod illi omnes ab-
sinentiæ, ac juniorum, vigiliarumque continui labo-
res quos ⁱ nobis Dei amor, eis amor humanæ lau-
dis, et inflammata vanitas facit tolerabiles, non sint
ornamenta morum, sed velamina vitiorum? Quapro-
pter ^j vera jejunia, abstinentiæ, vigiliæ, elemosynæ,
et cætera hujusmodi, augere debent bonum nostrum,
non velare peccatum; nec pro justitia, sed cum justitia
Deo sunt exhibenda: quoniam quidem multo at-
tentius debent præcepta perficere, qui ea parati sunt

A perfectionis ^k amore transcendere. Alioquin si im-
vidi, si superbi, si elati, si cupidi, hæc et bis similia
mala pectoris sui non reprimant, et tamen suum cor-
pus jejuniis, ac labore abstinentiæ, quamvis cōtinu-
atæ, conficiant; nec illa eos opera impensa vani-
tati justificant, et hæc vitia, quæ negligunt emendare,
condemnant. Itaque licet ^l ubique libri hujus singu-
lis quibusque vitiis absolutis, remedia quoque qui-
bus ^m possint caveri vel emendari subjecerim, hic
tamen compendii gratia generalis quædam regula,
ⁿ Domino illuminante, monstranda est, cui regula
^o veraciter innitentes, omnibus peccatis obsistant.
^p Nulla res sic nos ab omni peccato servavit immu-
nes, sicut timor supplicii, et amor Dei. Sed de cari-
tate, ^q quod Dominus, cujus donum caritas ipsa est,
B dederit, postea disseremus.

CAPUT XI.

De utilitate timoris, et quod efficaciter peccatis obsistat.

Nunc ^r de timore supplicii pauca dicamus. Ad pœ-
nam quæ ^s peccatis debetur, mens antequam peccet,
aspiciat; cruciatus ac dolores qui se sequi peccan-
tem, carnalibus incentivis ^t opponat; et nihil
eam peccati ^u oblectat, nec ad peccandum ulla delectatio
^v corporalis inclinat. Denique non ideo cedi-
mus illecebris ac ^x voluptatibus nostris, quia repu-
gnare non possumus; sed quia securitatem nobis
^y occultandi criminis ipsi promittimus; et dum credi-
mus colorari, vel redimi posse quod facimus, ^z spe
præsumptæ impunitatis illecti, dominationem in nos
nostræ ^{aa} voluptati permittimus. Cæterum, si eo tem-
pore quo quis peccare deliberat, sana mente consi-
deret, quæ pœna exspectet in suis facinoribus ac
flagitiis deprehensus, quod supplicium convictos ex-
cruciet, qui tremor membra quatiat, pallor ora per-
fundat, quantum denique humiliet et execrabilis
omnibus reddat; etiam ipsum sordidæ opinionis op-
probrium nescio an possit quibuslibet vitiis accom-
modare consensum. Quid enim mali operis fieri po-
test unde nec erubescant etiam illi, quos ipsa flagitia
sua delectant? Hinc est quod hi qui bona sua vane
ac deformiter jactant, dedecora quibus remordentur
et humiliantur occultant. ^{bb} Quid quod in peccantem
etiam sine humano judicio conscientiæ judicantis
tormenta desæviunt, et male sibi consciam mentem

^a Mss. tres, voluntatibus.

^b Mss. Reg. duo, apponunt; ms. Camb. anteponunt.

^c Ms. Colb. unus, despiciunt, aut decipiunt.

^d Ms. Colb. unus, ad propria.

^e In mss. quinque deest ergo.

^f Ms. Reg. unus, et majora bona.

^g Mss. duo, splendeat.

^h Editi, omnes in abstinentiæ.

ⁱ Mss. tres Colb. et Lugd. edit., quos nobis tolra-
biles vanitas facit, omissis intermediis. Mss. Reg. duo,
et Colb. unus, quos nobis tolerabiles eo ardore huma-
næ laudis inflammata vanitas facit. Editi. Duac., Lo-
van. et Colon. ut in textu.

^j In mss. tribus Colb. non habetur vera.

^k Ita mss. quatuor Colb. Reliqui, opere.

^l Hæc, ubique libri hujus, absunt a ms. uno Colb.

^m Mss. tres, possunt caveri. Mss. duo subjecerimus.

ⁿ Mss. duo, Deo illuminante.

D ^o Alias, velociter.

^p Ms. Reg. unus, nec u. a. res. Alius, nos sic.

^q Sic mss. duo Colb. Editi vero, quod Dominus...
donat. Ms. autem Colb. alius, quam Dominus, qui cari-
tas ipsa est donat.

^r Ms. Colb. u. us, Hic de timore. In uno deest sup-
plicii.

^s Mss. tres, peccatis. Unus, peccato. Alius, pro
peccatis. Editi, peccanti.

^t Mss. duo, supponat.

^u Ms. Camb., delectat.

^v Ms. Colb. unus, delectat: o carnalis.

^x Ms. unus, voluntatibus.

^y Ms. unus Colb., occultam discriminis.

^z Ms. Colb. unus, spe præsumpta et impuritate ele-
cti, forte pro illecti.

^{aa} Mss. tres, voluntati.

^{bb} Editi. Lugd., quidquid est unde in peccantem.

ipsæ etiam cogitationes secreti reatus, ^a cruciatoria A obmutescentes manibus et pedibus ligari, nisi in inferno, ^m ubi Deo confitetur, actione privari? sicut in exteriores tenebras mitti, nihil aliud erit nisi a Domino, qui est mentium lumen, expelli. Fletus autem et stridor dentium acerrimos eorum dolores ostendunt, qui supplicio ⁿ æternæ mortis addicti, non ^o videndi sensum habituri sunt, sed dolendi. Quorum continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor summus, pœnalis sensus, torquent animas, nec extorquent; puniunt corpora damnata, nec finiunt. Quos ideo sibi deputatos ignis inextinguibilis ^p non exstinguit; ut permanente sentiendi ^q vita, pœa permaneat, et ad dolendum magis quam ^r ad vivendum æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis ^s vivacibus immortalitas secundæ mortis occidat. Jam ^t vero quod dicit: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Isai. LXVI, 24), ad totam refertur damnati hominis pœnam; quem inefficacis pœnitentiæ ignis exurit, et consumentis conscientiæ vermis immortaliter rodit. ^u Proinde omnes qui in gehenna dicuntur occidi, non id cum illis agitur, ut maximis consumpti doloribus, aliquando deficiant; sed ut in illis pœnaliter vivant.

CAPUT XII.

De futuro judicio, vel æternitate supplicii, ac de qualitate gehennæ.

1. Age jam cum ad illud ultimum judicium venerimus, ab eo iudice judicandi, qui nec falli occultatione criminum potest, nec ^b ad impunitatem promerendam muneris alicujus oblatione corrumpi: cum cœperint omnium secreta revelari, et non solum actus ac verba, sed etiam ipsæ cogitationes ostendi: quid faciemus ^c sub tanti iudicis majestate? Quid excusationis obtendere poterimus? Qua nos defensionis arte purgabimus? Quæ nobis subvertura est pœnitentia, ^d quam in hac carne contempsimus? Quæ nos defensura sunt opera ^e bona, quæ in hac vita non fecimus? ^f Ad quos apostolos, aut ad quos alios sanctos confugituri sumus, quorum exempla simul ac verba despeximus? An forte ^g aliquos ibi fragilitas corporis excusabit? Sed excusationi eorum reclamabunt omnium exempla sanctorum, qui ^h cum fragilitate carnis in carne viventes, fragilitatem ⁱ carnis in carne vincentes, quod fecerunt, utique fieri posse docuerunt: maxime, quia nec ipsi peccato sua virtute, sed ^k Domini miserantis auxilio, restiterunt: qui se et non quærentibus, ut quæretur, atque in eum credatur, ostendit; et credentes in se, ne a peccato vincantur, invicta protectione defendit.

2. Quid ergo responsuri sunt, si eis Dominus dicat: Si potuistis, quare non resististis desideriis peccatorum? si non potuistis, quare meum contra peccata non quæsisis auxilium? aut vulnerati, quare ^j pœnitendo non adhibuistis vulneri vestro remedium? ^k Nonne ad hæc obmutescentes, et quid excusationis referant non habentes, dicit: *Ligate eos manibus et pedibus, et mittite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium; ubi vermis ^l eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Matth. XXII, 13; Isai. LXVI, 24; Marc. IX, 44). Et quid est

obmutescentes manibus et pedibus ligari, nisi in inferno, ^m ubi Deo confitetur, actione privari? sicut in exteriores tenebras mitti, nihil aliud erit nisi a Domino, qui est mentium lumen, expelli. Fletus autem et stridor dentium acerrimos eorum dolores ostendunt, qui supplicio ⁿ æternæ mortis addicti, non ^o videndi sensum habituri sunt, sed dolendi. Quorum continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor summus, pœnalis sensus, torquent animas, nec extorquent; puniunt corpora damnata, nec finiunt. Quos ideo sibi deputatos ignis inextinguibilis ^p non exstinguit; ut permanente sentiendi ^q vita, pœa permaneat, et ad dolendum magis quam ^r ad vivendum æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis ^s vivacibus immortalitas secundæ mortis occidat. Jam ^t vero quod dicit: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Isai. LXVI, 24), ad totam refertur damnati hominis pœnam; quem inefficacis pœnitentiæ ignis exurit, et consumentis conscientiæ vermis immortaliter rodit. ^u Proinde omnes qui in gehenna dicuntur occidi, non id cum illis agitur, ut maximis consumpti doloribus, aliquando deficiant; sed ut in illis pœnaliter vivant.

3. Hæc et his similia libenter audire vel legere, jugiter ante oculos mentis adducere, futura credere, sine ulla perturbatione metuere, cogitare quale malum sit ab illo gaudio divinæ contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium societate privari, fieri patriæ coelestis extorrem, mori vitæ beatæ, morti vivere sempiternæ, in æternum ignem cum diabolo et angelis ejus expelli, ubi sit mors secunda damnatis exilium, vita supplicium, non sentire in illo igne quod illuminat, sentire quod cruciat, exundatis incendii terribiles crepitus pati, barathri fumantis amara caligine oculos obcæcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi, edacissimis in æternum dilaniari vermicibus, nec finiri: hæc et multa similia cogitare, nihil est aliud quam vitii omnibus repudium dare, et omnia blandimenta carnalia refrenare. Sed nos jam, si videtur, ab his terribilibus

^a Ms. Reg. unus, *et male sibi conscia mente, ipsæ etiam cogitationes secreti reatus, cruciatum ac recordationem conficiunt*. Ms. Colb. unus, et Camb., *et male sibi consciam mentem... cruciatu ac recordatione conficiunt*. Alter, *cruciant ac recordationibus conficiunt*.

^b Ms. unus Colb., *ab impunitate promerenda*.

^c Ms. unus Reg., *sub tanta*.

^d Ms. unus, *quam gestare carne*.

^e Ms. unus caret hac voce, *bona*.

^f Ms. unus: *Ad quos apostolos ibimus, aut ad quos alios, etc.*

^g Ms. Colb. unus, *aliqua se ibi*. Reg. unus, *aliqua sibi*. Ms. Camb., *aliqua fragilitas*.

^h Hæc voces, *cum fragilitate carnis in carne viventes*, absunt a mss. Colb. quatuor, et Regiis duobus. Reg. unus: *in carne vivente [forte viventes], superaverunt: quod fecerunt, etc.* Alius, *vincentes tantum*.

ⁱ Mss. duo, *Dei*.

^j Ms. unus, *non pœnitendo*.

^k Ms. unus. *reddant*. Totum locum sic præferunt alii codices. Ms. Camb., *Numquid ad hæc obmutescentibus, et nil excusationis habentibus dicit. Ligatis*

manibus et pedibus mittite eos, etc. Mss. Colb. duo, *obmutescentibus, et quid excusationis referant [unus ex his reddant] non habentibus dicit, Ligatis eorum manibus, etc.* Alius: *Ligate eos, etc.* Ms. ex Regiis unus habet quoque: *Ligatis manibus et pedibus, mittite, etc.*

^l Ms. Reg. unus, *vermes eorum non morientur*.

^m Ms. Colb. unus, *ubi Deum nemo confitetur, boni operis actione privari*. Ms. alter, *Deo confitebitur*.

ⁿ Ms. unus, *sempiternæ*.

^o Mss. tres, *non vivendi*.

^p Ms. tres, *non exstinguet*.

^q Ms. Reg. unus, *sentiendi pœna, vita*. Ms. Colb. unus, *ut permanendi sentiendique vita in pœna permaneat*.

^r Mss. duo, *ac videndum*.

^s Ms. unus, *voracibus*.

^t Hæc, *vero quod dicit*, non sunt in mss. nec in Lugd., quorum quinque: *ad totam referuntur*; unus vero, *jam quia vermis... ad totam refertur*. Lugd. reservantur.

^u Ms. unus, *Quoniam*.

malis, quæ fidelium mentes salubri terrore concutiunt, atque ab omnibus vitiosis delectationibus abducunt, et quæ amatores voluptatum suarum tunc suæ damnationis experimento probabunt, quanto jam, quod est omni infelicitate miserius, se emendare non poterunt: ab his, inquam, terrificis ac tristibus malis ascendamus ad illa sublimia, quibus proficientium mentes in spem promerendæ beatitudinis assurgunt^a abjuratisque terrenis, cœlestia concupiscunt. Et quoniam proficere cupientes a salubri timore incipiunt, et ad caritatem proficiendo perveniunt, nos quoque sufficere judicantes quod de incipientium timore tractavimus, etiam de caritate, quod ipse, cujus munus est, donaverit, disputemus.

CAPUT XIII.

De laude caritatis.

Caritas est, ut mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus aversa, juncta Deo inseparabiliter, et unita, igne quodam sancti Spiritus, a quo est, et ad quem refertur, b incensa; c inquinamenti omnis extranei, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, divinæ contemplationis avida, in omnibus semper invicta; summa actionum bonarum, salus morum, finis cœlestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palmæ victorum, d anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum. In peccatis suis mortuos suscitatur, languentes sanat, perditos instaurat e, spem desperatis inspirat, pacificas mentes inhabitat; fructuosa in poenitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus. Quam fides f concipit, ad quam spes currit, cui profectus omnium servit, ex qua quidquid est boni operis g vivit; sub qua obedientia crescit, per quam patientia vincit, propter quam carnalia blandimenta devotio religiosa contemnit; sine qua nullus Deo placuit; cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Hæc est caritas vera, germana, perfecta; quam excellentiorem viam nominat sanctus Apostolus (I Cor. XII, 31). Et vere ipsa est via quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via pervenit nullus quo tendit, ita sine caritate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare.

^a Mss. quatuor, *abdicatisque*.

^b Ms. unus Colb., *accensa*.

^c Ms. unus, *inquinamenti omnibus*.

^d Ms. unus, *amica*. Alter, *amor*.

^e Editi Lov., Duac. et Colon., *instruat*, forte pro *instruit*.

^f Ms. unus, *concepit*.

^g Ms. Colb. unus, *viget*.

^h Ms. unus, *nos docente*. Mss. quinque, *dicente*.

ⁱ Mss. duo, *quia omnia*.

^j Mss. tres, *dissertent*.

^k Ms. unus, *alios*.

^l D' est vox *conscientiæ* in uno ms. Reg.

^m Ms. unus, *elucubratione solliciti*.

CAPUT XIV.

Qualiter possint ea quæ de caritate sanctus apostolus dixit, intelligi.

1. Itaque jam qualis, et quanta sit hæc caritas, non pedum via, sed morum, Apostolo^a docente, discamus. Si linguis, inquit, hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habuero, factus sum velut ærumentum sonans, aut cymbalum tinniens (I Cor. XIII, 1). Hominum vel angelorum linguis, inanem facundiam quorundam significatam debemus accipere, b qui omnia quæcunque voluerint, accurate quidem, atque eloquenter enuntiant; sed quamvis ornate copioseque i disserant, tamen si docendi officium vanitate placendi magis, quam consulendi caritate suscipiant; non ut k aliquos doceant, sed ut se doctos ostendant; nec profectum, sed plausum a suis auditoribus quarant; si totam l conscientiæ diligentiam transferant male dicaces ad linguam, et studiosius eloquentiam velint curare quam vitam: si supercilio vanæ loquacitatis elati, dicta sua magis cupiant laudari, quam fieri; nec sint de sanctitate operis, sed de sermonis m elucubrati venustate solliciti: nunquid non tales merito ærumento sonanti, aut tinnienti cymbalo comparantur? qui in modum tinnientis æramenti, vel cymbali, præclara quæque magis appetunt sonare, quam facere: nec erubescunt a seipsis aliter vivendo, quam prædicant discrepare: qui ut n quoquo modo o turpitudinem suæ conversationis obnubilent, honesta prædicare non cessant; non tamen ut auditores sui eorum prædicatione proficiant, sed ut ipsi videantur curare quæ prædicant.

2. Sed videamus p quæ his adnectat Apostolus. Si habuero, inquit, prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam; et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum (Ibid. 2). Not. ad hoc ista dicit, quasi aliqua bona sine caritate habere aliqui q non possint; sed quia nihil prosint habentibus ea, si a caritate defecerint. Ipsa autem et hic necessaria est, ut omnia bona, summum bonum r caritatis habentibus prosint, et ibi eis etiam s perfectior permanebit, cum omnes perseverantes in se ad visionem Dei perduxerit. Cæterum t prophetia, et mysteriorum omnium notitia, vel scientia, nec non et ipsa fides, vel cætera talia, quæ non perfectioni fidelium, sed fragilitati necessaria judicantur, in illa u perfectione sanctorum, quo in caritate radicati v pervenire con-

^a Ms. unus, *quodammodo*.

^b Ms. unus, *turpitudinis suæ conversationem*.

^p Mss. tres, *quæ hic annectat*. Ms. alter, *quid de his adjungens annectat Apostolus*.

^q M. s. quinque, scilicet Colb. tres et Regii duo, omittunt negantem particulam, non. Colb. unus, *quasi non aliqua... aliqui possint*.

^r Mss. septem, *caritatem*.

^s Ms. unus, *perfectius*. Mss. tres, *perfectio*. M. s. in aliis *perfectio*, aut *profector*.

^t Ms. quatuor, *prophetiæ*.

^u Editi addunt *sancta*, quæ vox non legitur in mss.

^v Abest *pervenire* a mss. Colb. et edit. Ludg. Ms. unus, *intendunt*.

tendunt, pervenientibus necessaria esse non poterunt, cum illis incomparabiliter meliora ac perfectiora successerint. Quia nec prophetia ibi opus erit, cum ad illud quod futurum promittebat, impleta perduxerit; nec scientia, quæ velut lucerna quadam in hujus sæculi nocte fideles illuminat, cum in illius vitæ die perpetuo Sol vivus justis effulserit; nec mysteriorum notitia, aut ipsa fides necessaria erit, quando ad ea quæ per mysterium significabantur, et credebantur ex fide, perfectio Christiana pervenerit. Caritas vero hic quidem necessaria est, quæ nos separat a diabolo, purificat a peccato, reconciliat Deo; sed ibi perfecta erit, cum perfectos Deo, a quo est donata, conjunxerit.

3. Adhuc Apostolus laudem divine caritatis amplificans, adjungit et dicit: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ^b ita ut ardeam; caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest (I Cor. xiii, 3).* Nec immerito. Si enim non quid, sed propter quid faciamus, in illa ultima examinatione quærendum est; elemosynæ, vel ^c traditio corporis in moriem, quid proderunt non habentibus caritatem? Ipsa ergo habenda est, ipsa sectanda, sine qua nec elemosynæ, nec occisio corporis, nec illa omnia superius dicta, vel alia ^d quæ is bona perducunt aliquos ad salutem. Quia qualibet actio bona vel passio, nisi ex fide, quæ per dilectionem operatur (*Gal. v, 6*), ^e exstiterit, nobis prodesse non poterit. Quapropter nihil eis peccati damnabilis remanere poterit, nec deerit aliquid boni, quibus caritas, omnis inquinamenti mundatio, et bonorum omnium mater affluxerit. Quoniam quidem *si caritas patiens est, benigna est, si non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt; non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; si omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet (I Cor. xiii, 4 et seqq.)*; ^f et eos in quibus fuerit, omnibus his bonis quæ habet imperit: quid illis esse potest in hac vita perfectius, qui tantis abundant, caritate in se regnante, virtutibus?

4. Proinde quando videmus aliquos ^h patientiæ mole fundatos inconcussam pectus sævientibus malis opponere; abundantia sanctæ benignitatis ⁱ affectos, bonum suum velle cum omnibus habere commune, non aliquibus ardentis invidiæ facibus ^j coqui; non

A agere perperam, sed simpliciter cum omnibus ^k quibuslibet puritatem exhibere; nullo fastu perniciosæ vanitatis inflari; nihil eorum quæ sunt aliena, crimine cupiditatis ambire; quæ sua sunt præ communionis bono non quærere; nulli malum, quibuslibet ^l irritatos injuriis, cogitare; non super ^m alicujus, aut sui operis iniquitate, sed de veritate gaudere; ⁿ omnes inquietos, vel inquietudines, fundata animi tranquillitate, sufferre, post hanc vitam pœnas divinitus comminatas credere ^o metuendo, præmia promissa sperare gaudendo, revelationem filiorum Dei desiderare fortiter sustinendo: quando ergo videmus hæc, et ^p talia bona aliquis suæ posse, novimus, non eos magnitudine virtutis suæ posse, quod volunt ardentem, et faciunt; sed de beneficio illius caritatis, quæ non est ex nobis, sed diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (*Rom. v, 5*).

CAPUT XV.

Quantam perfectionis caritas in se fundatis exhibeat.

1. Ergo si caritatem Deo exhibeamus et proximo, *de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta (I Tim. i, 5)*, facile peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, et omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera, etiam cum ^q delectatione perficimus; si tamen Deum caritate perfecta, quæ nobis ^r ab illo est, ex toto corde, ex tota anima, et ex totis viribus diligamus (*Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37; Luc. x, 27; Marc. xii, 30*). Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis unde peccati desiderii serviamus. Et quid est diligere Deum, nisi ^s illi occupari animo, concipere fruendæ visionis ejus affectum, peccati odium, mundi fastidium; diligere etiam proximum (*Matth. v, 43*), quem ipse in se censuit diligendum ^t; in ipso amore servare legitimum modum, nec pervertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minus diligenda, plus diligunt; aut proximos non sicut seipsum, aut Deum plus quam seipsum forte non diligunt (*Videatur Aug. cap. 27, l. i, de Doct. Christ.*).

2. Sed de mundo, quod diligi omnino non debeat,

hiberi. Ms. Reg. unus, sed simplicitatem cum omnibus quibuslibet puritatis exhibere.

^l Ms. unus, *instigatos*; ms. alter, *irrogatis*.

^m Ms. unus, *ac sui. Alias, alicujus adversi operis.*

ⁿ Ms. unus, *omnes inquietudines vel inquietos fundata, etc. Ms. alter, omnes inquietudines fortiter animi, etc.*

^o M. s. quatuor, *non metuendo.*

^p Ms. unus, *et alia bona posse aliquos.*

^q Mss. tres, *cum dilectione.*

^r Editi cum quibusdam mss., *ex illo est.*

^s Editi, *illi occupare animum. Mss. tres, illo [duo illi] occupari animo. Alias, illi copulari animo.*

^t Ms. Colb. unus, *in ipso s reare amore legitimum morem, nec pervertere ordinem dilectionis. Constitutum ordinem dilectionis illi pervertunt, etc.*

^a Mss. duo, *a quo est eis donata.*

^b Ita mss. sex. Editi, *ut ardea*; et infra, *non habeam.*

^c Editi, *traditionis. Mss., traditio.*

^d Mss. duo, *qualibet.*

^e Ms. unus, *hominem. Alter, homines.*

^f Mss. sex, *exstiterint... poterunt.*

^g Mss. Colb. quatuor omittunt particulam *et*; et infra tres ex his cum R. g. duobus, *et quid illis.*

^h Ms. Camb., *patientia bene fundatos. Unus ex Colb. patientia fundatos.*

ⁱ Ms. unus, *affectuosius. Ms. Camb., effectum bonum suum, etc.*

^j M. s. unus, *coinquinari. Editi et ms. unus, non aliquibus ardentibus.*

^k Mss. Colb. tres et Camb. *quibus debet puritas ex-*

ipsius Dei nostri per sanctum Joannem apostolum vox est, dicentis : *Nolite diligere mundum* (I Joan. II, 15). Corpus autem nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis est diligendum, ut salutem ejus, ac fragilitati naturaliter consulamus, et agamus quantum spiritui ^a ordinate subjectum, ad æternam salutem, accepta immortalitate, et incorruptione perveniat; non suis voluptatibus diffuendo, animæ rigorem sibi cedentis emolliat, puritatem polluat, et totam dignitatem suæ ^b delectationis morbo corrumpat. Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras, non propter sperata beneficia vel accepta, non propter affinitates vel consanguinitates; sed propter hoc tantum, quod sunt naturæ nostræ participes, diligamus : quia non eos sicut nos ipsos amamus, quando propter illa superius dicta diligimus. Neque enim ^c ideo proximum tanquam seipsum diligit quisque, quia sibi frater, aut soror, pater aut filius, mater aut filia, nepos aut neptis est. Carnaliter quippe amat, qui taliter amat : quoniam non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis jungit; sed proximi nostri credendi sunt omnes homines naturæ nostræ, sicut dixi, participes. Nam si propinquos nostros, quamvis imcompositos, turpes, ac male moratos, plus quam quoslibet sanctos, quos a nobis secundum sanguinem vocamus extraneos, diligamus; non solum carnaliter diligimus, sed etiam graviter in tali eorum dilectione peccamus.

5. Proinde secundum nos proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, et ad æternam vitam consequendam, sicut nobis, salutem eorum consulimus; quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus; et sicut nobis subveniri ^d optamus, ita eis ^e pro viribus subvenimus; aut si facultas defuerit, voluntatem subveniendi tenemus. Quapropter hæc et proximi tota dilectio, ut bonum quod tibi conferri vis, velis et proximo; ^f et malum, quod tibi nolis accidere, nolis et proximo. Illi vero plus quam se diligunt Deum, qui pro ejus amore suæ ad tempus salutem non parcunt; seipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, patriæ suæ extorres fieri, parentibus et uxoribus ac filiis suis renuntiare parati sunt; et ut totum dicam, ipsam corporis mortem non solum non refugiant, sed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis sui vita magis quam a Deo, ^g vita vitæ suæ, discedere.

4. Iste igitur nobis dilectionis ordo servandus est,

^a Ms. unus, *ordnanti*.

^b Mss. tres, suæ dilectionis.

^c Mss. sex, *ideo se diligit quisque, quia sibi frater aut soror, etc.*

^d Mss. tres, *optaremus*.

^e In uno ms., *pro viribus nostris*. In alio desunt hæc omnino.

^f Hæc verba : *Et malum quod tibi nolis accidere, nolis et proximo*, desunt in tribus mss.

^g Mss. duo, a Deo vitæ suæ.

^h Mss. sex, *Ordinate in me*.

ⁱ Mss. quinque, *præcepit*. Sic et post pauca.

A juxta illud quod dicit Spiritus sanctus, ^h *Ordinavit in me caritatem* (Cant. II, 4); ut sicut ordinata caritas poscit, Deum principaliter diligamus; et propter ipsum, in ipso ea quæ diligenda sunt, tantum quantum ipse præcipit diligamus (Levit. XIX, 19). Ipse enim ⁱ præcipit ut corpora nostra propter nos, proximos ^j sicut nos, et ipsum plus quam nos diligere debeamus (Matth. XXII); ita sane, ut eis quos nobis conjunctiores familiaritas facit, si eos fama non reprobatur, et vita commendatur, nos amplius impendamus, omnium profectus nostros esse credamus, et de aliorum peccatis tanquam de nostris misericorditer lugeamus. Sic ergo possunt in hac vita illi esse perfecti, qui perfecte diligunt Deum; et illi perfecte Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, et nolendo quod non vult, nec ullis peccatis quibus offenditur, acquiescunt; et semper se ad virtutes, quas ipse dignatur donare, diligendas et habendas, extendunt. Illi sunt qui omnia bona quæ implere potuerint, ab illo se adjutos ut possint ^k vaciter credunt; quidquid ^l mali commiserint, vitio suæ voluntatis ascribunt; quidquid boni non potuerint implere, ab illo ut possint jugiter petunt; cum potuerint, illi gratias agunt. Bona ejus quæ fuerint consecuti, etiam aliis ^m conferri socialiter volunt, et usque in suos inimicos dilectionis suæ latitudinem porrigentes, hoc omnes cupiunt esse quod ipsi sunt. Satis de vitis eorumque remediis est disputatum; nunc jam qualiter unaquæque virtus possit acquiri breviter disseramus.

CAPUT XVI.

De qualitate virtutis, et qualiter sibi consentientes informet.

1. Omnis sancta virtus res est divina, incorporea prorsus atque mundissima: quam mentes inquinatæ non inquinant, sed ipsa inquinatas emaculat; cujus participatione ⁿ formantur informia, suscitantur mortua, ^o sanantur infirma, corriguntur prava, reconciliantur ^p aversa. Hanc non habet nisi Deus, et is cui dedit Deus. Quæ in animo habitat, sed ^q animum corpusque sanctificat; ad quam nullus accedit invitus, quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. Nemo eam sibi conferre potest, cum possit auferre; alteri autem ^r nec conferre prævallet, nec auferre.

2. Itaque cum talis ac tanta virtus cuilibet inter voluptates suas adhuc marcescenti refulserit, ^s atque ei ad se concupiscendam desiderium salubre commove-

¹ Ms. unus, *proximos sicut et ipsum plus quam nos*, minus bene.

² Mss. duo, *male commiserint*.

³ Mss. quinque, *conferre*.

⁴ Mss. tres, *firmantur infirma*.

⁵ Ms. unus, *sanantur arguta*.

⁶ Mss. quatuor, *aversa*; unus, *erersa*.

⁷ Mss. quatuor, *animam*.

⁸ Ms. Colb. unus, *nec conferri prævallet, nec auferri*.

⁹ Mss. tres, *atque eum ad se concupiscendum desiderio salubri commoverit*.

rit : protinus in animo ejus duarum delectationum contrariarum rixa consurgit; et mentem voluntas adversum se ancipiti delectatione ^a divisam in diversa ducit ac reducit; modo reprehendendo quod elegerat, modo quod reprehenderat eligendo; atque ita in a'terutrum latus ^b se cogitationum varietate versantem, ipsa velut virtutis ac vitii ^c tepida medietas, vexat ac lacerat. Quoniam quidem quemlibet hominem, donec se in eo quod ^d elegerit certa definitione confirmet; quandiu modo non vult quod volebat, modo velle incipit quod nolebat; velut in quodam deliberationis ^e incertæ bivio constitutum, discerpit ipsa diversitas ^f voluntatum. Hinc eum virtus admonet suæ salutis, et ^g vocat; inde consuetudo vitiosa discedere a se volentem ^h remoratur, et revocat, et paulisper a se averso, nec ad virtutem plene converso, usitatæ voluptatis admonitione blanditur, et omnes illecebras quibus olim perditæ fruebatur ostendit. Turpia quoque desideria quibus ⁱ vincitur immittit, ac jam pene fastidienti blandum nescio quid molliter insurrat; et supplicat ne præponat mollibus dura, lætis tristia; certis dubia, ^j præsentī voluptati futura; cogitet quam pœnale sit atque difficile dulcibus carere ^k deliciis, illecebris renuntiare carnalibus, abstinentiæ jugis gravari laboribus, jejuniorum ac vigiliarum continuatione torqueri, certa carnis afflictione præmium dubiæ remunerationis ambire, contra diabolum decipiendi peritum ^l resistendo arma corripere, insidiarum ejus ac fraudes vigilantis animi cautione vitare; quam ^m denique miserum sit enormitate tantæ asperitatis evicium, ac diabolica fraude deceptum, ad repudiata redire, voluptatibus quas abjecerat frui, et omnibus quæ incaute laboriosum suscipiendo propositum contempserat, delectari.

3. His et talibus vitiosa consuetudo, dubium ⁿ s. n. c. t. e. definitionis affligit. Virtus contra quæ continentia nominatur, ^o m. r. antem confidenter objurgat, ad delectationes puras castasque delicias quibus fruuntur omnes sui amatores, invitat; offert nudo justitiæ vestimentum; illuminato sui apparatus demonstrat ornatum; diffidenti de se protectionis suæ

A promittit auxilium: hortatur et provocat, ut definitionis ambiguitate deposita, propositum spirituale suscipiat; perseveraturum se in suscepto labore propositi sui, non sua possibilitate, sed Domini miseratione confidat, nec suis viribus, sed gratiæ omnipotentis fretus auxilio, contra diabolicas impugnationes victricia arma ^p corripit; cogitet quanti et quantæ potuerunt et possunt quod se posse desperat: unde illi vel illæ potuerunt, inde se posse firmiter credat; certa spe spiritalia carnalibus, et terrenis cœlestia, et futura præsentibus anteponat.

CAPUT XVII.

Quibus gradibus conversi in culmen perfectionis ascendant.

B 4. Cum ^q vero quis persuasione ^r ac pulchritudine virtutis illectus, aliquantulum a priore conversatione recesserit, statim ei alia ^s tentatio, contra quam lætetur, occurrit. Nam quem carnalis voluptas superata dimiserit, mundi vanitas occupabit: sicut nobis illi exemplo sunt qui ^t delectationem sibi sativæ libidinis interdunt, et ventosæ vanitatis ^u licentiam suæ voluptati [*forte voluntati*] permittunt. Turpitudini ^v concubitus contradunt, et ^x ambitioni succumbunt; utuntur deliciis ac vestibus accuratis ad luxuriam, comatulis ^y pueris, ac potentibus equis ad pompam, accipitribus ac saginatis canibus ad venatum, venationibus crebris ad luxum, ^z ambitiosi apparatus jactantiam necessarium mentionantur ornatum.

C 2. Jam ridere ^{aa} effuse, vocem procacibus cachinnis attollere, turpes jocos libenter audire, aliorum prænam suam facere fatigando lætitiæ, urbanos quosque quamvis turpes, explere deliciis, ^{bb} serios necessarii indigentes abjicere, domos amplissimas et ornatas exstruere, facultates ^{cc} suas indesinenter angere, alienis pervadendis, si possibilitas patiatur, inhare; non rem cupiditatis, sed nescio cuius utilitatis existimant: ut illa quæ dixi, vel alia multa similia, non solum libenter exerceant, sed etiam hinc eos objurgantes irrideant, ^{dd} ineptire credentes illos qui licita et usitata nobilibus crimine ambitionis im-

^a Mss. sex, *divisa*. Editi paulo post non habent ita.

^b Ms. Colb. unus, *mutua se*.

^c Ms. unus ab alia manu *trepida*. Ms. alter, *velut inter virtutes ac vitia tepida medietas*.

^d Ms. unus, *elegerat*.

^e Ms. unus, *incerto bivio*.

^f Mss. duo, *voluptatum*. Colon., *voluntatem*.

^g Ms. unus, *et advocat*.

^h Mss. duo, *moratur*.

ⁱ Ms. Colb. unus, *vincatur*. Alter, *vincebatur*.

^j Mss. sex, *præsentium voluptati, futura*.

^k Mss. duo, *divitiis*.

^l Mss. tres, Colb. *resistendi*; et post pauca. Mss. Camb., *arripere*.

^m Edit. Lugd. cum mss. tribus, *deinde*.

ⁿ Ms. Colb. unus, *sanctæ conversationis*.

^o Ms. unus, *remorantem*.

^p Mss. duo, *arma arripit*.

^q Mss. sex, *Qui si persuasione*. Unus, *Qui persuasione*.

^r Ms. unus, *a pulchritudine*.

^s Ms. unus, *luctatio*.

^t Ms. Colb. unus, *delectationi sibi suæ libidinis*.

^u Ms. Colb. unus, *delectationes anteponunt*.

^v Ms. Camb., *concupitæ*.

^x Ms. Colb. unus, *et desiderio cupiditatis et ambitionis succumbunt*.

^y Mss. duo, *puerulis*. Unus, *puellis*. Alter, *cum matulis, forte, commatulis puerilibus*.

^z Ita mss. quatuor. Editi vero, *et ad ambitiosi apparatus jactantiam*. Ms. Colb. unus, *et ambitiosi apparatus jactantia*.

^{aa} Ms. Colb. unus, *Jam ridere, effusam vocem procacibus cachinnis attollere*.

^{bb} Ita mss. sex. Editi, *serios*. Sed melior jam visa erat prior lectio his qui apposita voce, *serios* in margine subjunxerant, ita legi in Camb. ms. qui forte unicuique illis occurrerat.

^{cc} Ms. unus, *proprias*.

^{dd} Ms. Colb. unus, *ineptos recensentes illos qui licita et usu consuetudinario data nobilibus*. Et paulo post, mss. quinque et Lugd., *infument*.

famant. Sed ^a qui hoc quoque malum divinitus ad-
 jutus evicerit, et spiritualis continentiae viribus fultus,
 omnia quibus potest a perfectione retardari, calca-
 verit; mentem suam sanctae virtuti, studio bonae
 voluntatis ^b inclinavit: tunc delectabiliter ac devote
 nutus omnes reginae virtutis in se regnantis obser-
 vat: ac sic cum Deo suo unus spiritus factus, nihil
 aliud agit semper aut cogitat, nisi unde clarior ^c ac
 nobilior fiat, et oblectationes vitiorum omnium, puris
 delectationibus vincat.

CAPUT XVIII.

*Quae sit quaternarii numeri credenda perfectio; et quod
 quatuor virtutes, quae dictae sunt principales, ex fide
 viventes a Deo collatae justificent.*

1. Videamus nunc an vera sit philosophorum illa
 sententia, qua quatuor virtutes, velut quosdam virtutum
 omnium fontes, vitia quoque quatuor, velut
 quasdam origines malorum omnium definiunt. Prin-
 cipales quatuor, esse virtutes non solum philosophi
 sentiunt, sed etiam nostri consentiunt. Sed quare
 quatuor, vel quae sint opera singularum, hoc, Do-
 mino illuminante, debemus breviter demonstrare.
 Quaternarium ^d numerum perfectioni sacramentum pene
 nullus ignorat. Siquidem totus orbis Orientis ^e et Occi-
 dentis, Aquilone et Meridie, quatuor ^f determinari
 partibus sive angulis invenitur; et ipse Adam, qui
 est humani generis pater, vel generale nomen, quod
 dicitur homo, quatuor litteris explicatur. Corpus
 quoque quatuor elementis ^g extractum, quaternarii
 numeri in se continet sacramentum. Ipsius etiam
 animae quatuor esse affectiones, quibus vel ad bona
 utimur, vel ad mala, et antiqui subtiliter invenerunt,
 et eorum inventa probantes posterius susceperunt.

2. Sed et quatuor flumina quae de paradisi fonte
 procedunt (*Gen. 11, 10*), vel quatuor Evangelia, di-
 vini cursus rotae quatuor, et animalia, alae eorum
 quatuor ac facies (*Exech. 1, 5 et seq.*), dignitatem
 numeri huius abunde commendant: et ideo ^h virtutes
 istae quae tantum continent perfectionis in nume-
 ro, sollicito considerare debemus, quantam sancti-
 tatem conferant animo Christiano, et quam nihil
 perfectionis ⁱ usquam sit, quod in istis virtutibus
 non sit. Nam si facit temperantia temperantem, pru-
 dentia prudentem, iustitia justum, fortitudo fortem;
 eo qui temperanter, iuste, et prudenter agit, ac forti-
 liter, nescio quid possit esse perfectius. Itaque diffi-
 cile quidem est nobis nomina virtutum, quae ex illis
 quatuor, quas principales diximus, oriuntur, osten-

dere; sed cum proprietates, et actus earum coeperint
 aperiri, ex ipsis ^j affectionibus singularum, quae vir-
 tutes ex quibus existant, forsitan apparebit.

3. Verumtamen hoc imprimis nosse et tenere de-
 bemus, quod istae quatuor virtutes, vel omnes quae
 ex illis existunt, dona sint Dei; et quod nullus eas
 habet, habuit, aut habebit, nisi cui Deus, qui est
 omnium virtutum proprietas et origo, contulerit.
 Quoniam quicumque, quocumque tempore, in qua-
 cunque gente in Deum credentes ex fide vixerunt,
 illius dono temperantes ac prudentes, iusti, ^k ac fortes
 fieri utique poterunt. Qui autem nescientes
 Deum, vel etiam blasphemantes, sine fide vixerunt,
 nihil earum virtutum a Deo accipere, vel habere po-
 tuisse credendi sunt.

CAPUT XIX.

De temperantiae qualitate, vel opere.

1. Sed jam videamus quae sit proprietas singula-
 rum. Temperantia temperantem facit, abstinentem,
 parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum,
^l serium, verecundum. Haec virtus ^m si in animo ha-
 bitat, libidines frenat, affectus temperat, desideria
 sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia intra nos
 confusa ordinat, ⁿ ordinata corroborat, cogitationes
 pravas removet, inserit sanctas, ignem libidinosae
 voluptatis exstinguit, animi teporem desiderio futu-
 rae remunerationis accendit, mentem placida tran-
 quillitate componit, et ^o totam semper ab omni vi-
 tiorum tempestate defendit. Temperantia intempe-
 rantiam nostram ad ^p honestum modum redigit in
 cibo ipso vel potu, ut contenti simus apposis: ne
 poscamus impudenter quod aut ille qui poscitur
 forte ^q non habeat; aut alios quod desiderio nostro
 placet offendant, aut gulae nostrae intemperans appe-
 titus appareat; nec iudicemus eos qui volunt ^r cibis,
 quos ipsi percipimus, abstinere; nec eis verecun-
 diam faciamus qui ea quibus ipsi abstinemus, forte
 percipiunt, et Deo gratias agunt: certi quod satis
 miserum sit aliquos de cibi vel potus perceptione
 damnare, aut nobis arrogare per abstinentiam sancti-
 tatem.

2. Temperantiae est quod reverentiam senioribus
 exhibemus, aequales germanitus honoramus, junio-
 ribus gratiam ^s paternae dilectionis impendimus;
 quod praestamus loquenti seniori silentium, quod
 ipsius ad loquendum praestolamur imperium, quod
 non attollimus immoderatum in colloquutionibus so-

cu-n Camb., effectibus.

^k Mss. duo, vel fortes.

^l In mss. duobus Colb. deest vox serium.

^m Ms. Colb. unus, in animo ubi habitat, absque si.

ⁿ Ms. unus Colb., infirma corroborat.

^o Ms. Colb. unus, et tutam semper ab omni vitio-
 rum potestate defendit.

^p Ms. unus, ad omnem honestum.

^q Ms. unus, non habebat. Ms. unus, aut ne alios,
 etc. Desunt haec in mss. uno Reg.

^r Mss. duo, a cibis.

^s Ms. unus, pura dilectionis.

^a Alias, si quis.

^b Ita mss. quatuor. Ms. alter, inclinet. Editi, inclinaverit.

^c Mss. tres, aut nobilior.

^d Ms. unus, perfectionis. Alter, Quaternarium nume-
 ro perfectionis sacramentum.

^e Mss. duo hic omittunt et, quod legitur in aliis
 edicibus.

^f Mss. duo, terminari.

^g Ms. unus, instructum

^h Ms. unus, virtutes istas.

ⁱ Mss. quatuor, nunquam.

^j Ms. Reg. unus, affectibus. Alter et Colb. unus

num, quod ^a risui prorumpere non permittimus in cachinnum, quod nulli detrahimus, nec ^b detrahentes æquanimitèr sustinemus: scientes, quod tam illi qui detrahunt quam illi qui detrahentibus acquiescunt, vanitatis morbo corrupti sunt; ^c qui ad hoc alios viles videri volunt, ut se commendent eorum comparatione quos carpunt, et videantur ea vitia non habere, quæ malitiose in aliis reprehendunt, quod malum temperantia tollit; cui qui servire voluerit, non quod reprehendat in fratribus, sed unde Deum laudet attendit. Ac per hoc ipsius temperantiæ est, quod non solum temperantes in omnium membrorum officii sumus, sed etiam quod omnia libenter, quæ nos moderatos ac sobrios faciunt, observamus. Sed de temperantia hæc dicta sufficiant, ^d ut et de fortitudine disseramus.

CAPUT XX.

Quales esse debeant quos animi fortitudo nobilitat.

1. Animi fortitudo ea debet intelligi quæ non solum diversis pulsata molestiis inconcussa permaneat, sed etiam nullis voluptatum illecebris resoluta succumbat. Alioquin si impetus quidem malorum sævientium frangat, si calamitatibus quibuslibet impactis ^e obsistat, si inter injuriarum sæva, inter procellas angentium pressurarum, inter inimicitias ac damna præsentia, atque multimodas persecutiones infatigata persistat, et tamen de ipsa se adversariorum sustententia jactet, nec de dono Dei, ^f quo illustratur, exsultet, sed carnaliter se de vulgi favore, quo prædicatur, oblectet; plusque gaudeat ex eo quod laudatur, quam ex eo quod habet unde laudetur; et per hoc humanam laudem divinis ^g muneribus anteponat: quis dubitet hanc animi intentionem virtutem dici non posse? Quæ si virtus esset, fortiter etiam blandimentis talibus repugnaret; nec acquiesceret mollibus quæ, adjuvante Domino, dura quæque vel aspera superasset. Quosdam namque insuperabiles asperis passionibus facit mundi cupiditas: in quibus non patientia laudanda est, sed ^h miranda duritia.

2. Eos vero quos ad tolerantiam passionum fortes Dei caritas reddit, nulla delectatio carnis, ⁱ nulla voluptas male blanda corrumpit. ^j Quoniam si non quid, sed propter quid patiamur, plurimum refert: non in eis est patientia qui æquanimitèr patiuntur

^A angentia, sed in eis tantum quos fortiter facit sustinere justitia. Denique Dominus non ait, ^k *Beati qui persecutionem patiuntur* (Math. v, 10), et tacuit; sed adjecit, *propter justitiam*: ut evidenter ostenderet quod patientiam veram non facit pœna, sed causa; et ideo beatitudinem non persecutionem patientibus, sed propter justitiam patientibus repromisit. Quod si ita est, superandorum ^l malorum sustententia, tunc est vera patientia, si fuerit justa: et in eis justa est patientia quorum nec doloribus, nec voluptatibus ^m cedit mentis invictæ constantia. Sed hæc animi fortitudo ab illo est nobis cui cum propheta ⁿ cantamus: *Fortitudo mea, et o laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem* (Psal. cxvii, 14). Fortitudo nostra est ^p, quia ita nos contra omnia vitia invicta ^B protectione corroborat, ut animum nostrum ^q nec blanda dissolvant, nec adversa dejiciant; et tunc laus nostra Dominus fit, si non nos de muneribus Dei, sed divina in nobis cupiamus munera prædicari. Nec illi suam possunt jactare virtutem, quibus Dominus factus est in salutem.

3. Is ergo ^r cui Dominus est animi fortitudo, nullis carnalibus desideriis cedat, nullis voluptatibus acquiescat, ambitionem ac popularem gloriam vincat. Non eum pecuniæ amor addicat ^s, non acerbitas ^t passionum damnorumque subjiciat. Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria ^u, delectatio pura, spes certa, securitas firma, possibilitas sana, sanitas incorrupta: ut ei quidquid carnalibus placet, in hoc mundo displiceat; quidquid pretiosum videtur esse, vilesceat; quidquid nitidum, futurorum ^v contemplatione sordescat; nec ab his quæ jam ^x per gratiam Dei elisit, se patiatur elidi: quia et turpius videtur ^y animum ab his vitis vinci quæ vicerat: et nihil ei ^z prodest aliqua superasse, si alicui quod neglexerit superare ^{aa} subjaceat: quando non ille fortis haberi soleat qui in adeundis laboribus periculisque elaruerit, aut ^{bb} frenandis voluptatibus ac domandis institerit; sed ille magnus et sublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione censendus est, qui nihil sibi vitii rebellare, aut dominari permiserit: ^{cc} modo absit ^{dd} ignavia, ne nos id desperemus posse quod possumus; absit præsumptio vitiosa, ne nobis hoc quod per Dei gratiam possumus ascribamus.

^a Mss. tres Colb., quod risum prorumpere non permittimus. Alter, risui prorumpere non permittimus. Ms. Colb. unus et Camb., risu prorumpere non audemus.

^b Ms. Reg. unus, nec detrahentem. Ms. Colb. unus, et detrahentes. Ms. alter ex Regiis, nec detrahentis acquiescimus, nec æquanimitèr sustinemus

^c Mss. tres, quia ad hoc.

^d Ms. unus, nunc de fortitudine.

^e Ms. unus, subsistat.

^f Ms. unus, qui illustratur.

^g Mss. Reg. duo et Camb., operibus.

^h Ms. unus, miseranda.

ⁱ Mss. tres addunt mala. Unus, non voluptas.

^j Ms. unus, Quoniam enim non quid.

^k Hæc vox *Beati* aberat ab editis: restituitur ex mss. quinque.

^l Mss. omnes hic addunt vel superatorum. Editi omittunt.

^m Ms. Camb., cedit.

ⁿ Ms. Camb., canimus.

^o Mss. quatuor, et laudatio mea.

^p Mss. tres, quæ ita. Mss. duo, qui ita.

^q Ms. duo, nec blandimenta.

^r Mss. duo Colb., cui factus est Dominus fortitudo.

^s Ms. unus addit alienæ.

^t Ms. unus, passionis damnorumque abjiciat.

^u Mss. quinque, dilectio pura.

^v Ms. unus, comparatione.

^x Ms. unus, gratia Dei.

^y Mss. quatuor, animus.

^z Ms. Colb. unus, prodest; cæteri, prosit.

^{aa} Ms. unus, subjiciatur.

^{bb} Ms. unus, refrenandis.

^{cc} Hæc vox, modo, inducta est in ms. Camb., in quo sic: Absit igitur.

^{dd} Ms. ex Colb. unus. pigrilla misera, inertia, ignavia, ne nos.

Quia sive de munere Dei, quo fortes efficimur, desperemus; sive nos de nostra possibilitate jactemus, idonei ad resistendum vitii esse non possumus. Et utique animi fortitudo tam desperandi ignaviam debet excutere quam jactantiae contraire.

CAPUT XXI.

De justitia, vel fide, quæ ex ipsa procedit.

Hactenus de virtute cui nomen est fortitudo ^a disputavimus. Videamus jam quid ^b etiam justitia nobis afferat in hac vita præsidii, et qualiter ipsa quoque in eorum pectoribus qui se illi ^c tradiderint, nullis vitiorum valeat impugnationibus superari. Fides enim, quæ est justitiæ fundamentum, quam nulla bona opera præcedunt ^d, et ex qua omnia bona procedunt, ipsa nos a peccatis omnibus purgat, mentes nostras illuminat, Deo ^e conciliat, et cunctis participibus naturæ nostræ consociat; spem nobis futuræ remunerationis inspirat, auget in nobis virtutes sanctas, ac nos in earum possessione confirmat.

CAPUT XXII.

De æquitate; quod ad eandem pertineat humanæ societatis utilitas.

Ex justitia manat et æquitas, quæ nos facit ut omnium necessitates hominum nostras esse dicamus, nec nobis tantum, sed etiam generi humano ^f nos natos esse credamus; et quidquid cuilibet homini nocere potest, ^g tanquam si nobis noceat, evitemus: quia ^h qui homines sumus, nihil humani a nobis alienum putare debemus. Siquidem bellarum est ⁱ sibi vivere, nec suas utilitates in commune conferre. A quibus non solum mentis prærogativa, sed etiam ^c servata juris ^l æqualitate distamus, si nos in ^k omnium commodis vel incommodis cogitantes, sicut nostris utilitatibus, ita omnium sociorum ^l naturæ nostræ vivamus. ^m Deinde si invicem persequi, lacerare, vel perdere, ferarum est proprium, quis dubitet excellentiæ humanæ competere, ut se alterutrum juvent, instruant, ædificent, et utilitatem communem tanquam propriam curent? Unde datur intelligi quod qui

^a Hæc vox, *disputavimus*, abest a mss. quatuor; in altero habetur *tractavimus*.

^b Mss. duobus deest etiam. Ms. Camb. post pauca, *offerat*.

^c Editi, *tradiderunt*. Mss. quinque, *tradiderint*.

^d Sic mss. Reg. duo et Colb. unus. Camb. vero, *sed ex qua omnia bona procedunt*. Editi, *et ea quo omnia procedunt*. Quæ omnia absunt a duobus mss. Colb.

^e Ms. Colb., *tres, reconciliat*.

^f Ms. unus Colb., *natos utiles esse*.

^g Ms. unus, *id quasi*.

^h Ms. unus ex Colb., *quia homines sumus, unde et humanitas dicta, qua nos invicem tuemur, sicut mortales; nihil humani a nobis, etc.*

ⁱ Deest vox sibi in ms. uno.

^j Ms. Colb. unus, *a quibus non solum meritis, gratia præmissa, vel propria dignitatis prærogativa, sed etiam... æquabilitate distabimus*. Mss. tres et Lugd., *æquitate distamus*.

^k Ms. unus, *in omnium lucris, commodis, etc.*

^l In editis interseritur vox *utilitate*, quæ abest a mss. omnibus; quæ omissio recto sensui loci huius proficit.

^m Ms. unus, *Denique*.

opprimendis ^a ac decipiendis hominibus ^o homines nati persistunt, in mores ferinos, ^p non naturæ, sed vitæ mutatione degenerent.

CAPUT XXIII.

Quod duo sint injustitiæ genera.

1. Duo sunt injustitiæ genera: unum ^q quo injurias irrogamus, alterum quo ^r ab aliis irrogatas, cum possumus, propulsare negligimus. Quodam modo enim nos opprimimus quando oppressos cum defendere ^s possumus, ab oppressione contemnimus. Nec mihi aliquid prodest, quod non circumvenio aliquem, neque decipio, si ^t decipi, aut circumveniri permitto. Hoc idem de peccatis ^u licet intelligi: quia si peccantem video, et non solum non arguo, sed etiam ^v ei peccanti consentio, participem ^w e damnationis ejus ^x efficio; et in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos scio peccasse sive peccare, quadam crudelis animi malignitate non increpo

2. Nec vero audiendi sunt illi qui se dicunt propterea delinquentes ^y objurgare non posse, ne eos qui ^z se emendare noluerint, sibi faciant inimicos. Qui dum parcunt eorum voluntati, saluti non parcunt. ^{aa} At si non ex jactantia, sed ex misericordia, et cum quadam pietate compatiens animi castigemus, ^{ab} et illi nos sentiant non minus peccatis suis moveri quam nostris; aut in bonum statum reformati, nobiscum Deo ^{bb} gratias agunt; aut si eos in peccato tenet adhuc peccandi dulcedo, et ^{cc} salutem suam nobis curæ esse cernentes, malum reddere pro bono voluerint; ^{dd} malle debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari, contrahere, quam Dei offensam, dum peccantes palpamus, incurrere. Sed de his quoniam in libro secundo (*Cap. 1 et 2*) plura jam diximus, reliquas justitiæ partes, ut cœpimus, exsequamur.

CAPUT XXIV.

De liberalitate; et qualiter beneficentiæ opus debeat exerceri.

1. De justitiæ ^{ee} adhuc fonte procedunt liberalitas,

^u Mss. tres, *aut*.

^o In Lugd. deest vox *homines*. Legitur in aliis omnibus.

^p Ms. unus, *non naturæ, sed vitii*. Ms. alter, *non natura, sed vitæ*.

^q Mss. duo, *unum quod... alterum quod*.

^r Ms. unus, *aliis irrogatas*.

^s Ms. unus, *pesimus*.

^t Mss. tres, *si decipienti circumvenire permitto*. Ms. alter, *quod non circumvenio neque decipio, sed decipi, etc.*

^u Mss. quatuor, *debet*.

^v Ms. unus, *ejus peccatis*.

^w Ms. Colb. unus, *increpare vel objurgare*.

^x Mss. duo, *emendari noluerint*.

^y Ms. Colb. unus, *Ac si. Alter, Si non. Alius, Aut si*.

^{aa} Mss. duo, *ut illi*.

^{bb} Mss. duo, *gratias agant*. Ms. Colb. unus, *aut in bono nobiscum statim*. Alter, *aut in bonum statim Deo gratias agunt*.

^{cc} Ms. unus, *salutis suæ nobis curam esse*.

^{dd} Sic editio Lugd. Alie, *magis malle*. Ex Colb. mss. unus, *magis debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari contrahere*.

^{ee} Ms. unus, *De justitiæ autem adhuc*

beneficentia, caritas et cætera ejusmodi, quibus multipliciter juvari homines possunt. Liberalitas ^a est quæ etiam in eos qui nihil indigere videntur, exuberat: in qua liberalitate rei familiaris ponitur amplitudo. Beneficentiæ multa sunt opera, quibus necessitati laborantium misericorditer subvenitur, et de terreno censu regni cœlestis hæreditas comparatur, si modo absque ulla ostentatione opus beneficentiæ fiat, nec nos ad misericordiam faciendam turpis amor gloriæ popularis impellat. Inveniunt quidam qui diversis quidem diversorum necessitatibus subvenirent; sed aut appetitu comparandæ opinionis impulsus, aut carnali pietate commoti, aut spe recipiendi quod darent, aut reddendi quod accepissent necessitate ^b constricti.

2. Sunt alii quos ad largiendum aliquid in pauperes sola movet versuta cupiditas; qui ^c ad hoc aliqua erogant, ut hic majora recipiant; et quidquid eis velut pauperum ^d pastoribus datum fuerit ^e erogandum, esurientibus illis pro quibus sustentandis accipiunt, totum, aut prope totum quod acceperint, in suas voluptates expendunt: et, quod est detestius, inter munificos ac misericordes haberi, vel etiam præ illis prædicari turpiter concupiscunt. Ab his omnibus, et horum similibus, longe diversi sunt ^f illi qui non se in operibus suis, sed Deum cupiunt prædicari; quos ad opus bonum spes futuræ remunerationis adducit; et ipsum solum volunt habere sui operis testem, a quo se recepturos credunt tota fidei firmitate mercedem.

CAPUT XXV.

De differentia amorum, et quantum ab eis differat perfecta dilectio.

Itaque jam de caritate, unde plura in hoc libro supra disserui, quia locus exigit, hic quoque pauca perstringam. Taceo de carnali amore qui incipiens a conjugio manat in filios, quia talem amorem cum pecoribus habemus, bestiisque communem. Propinquorum ^g etiam prætereo, quia et ipse adhuc ad carnem pertinere videtur et sanguinem. Nec de illo aliquid dico, quo etsi amicos amamus, tamen etiam ^h ipse refertur ad aliquod commodum temporale. Non quod hi amores honesti non sint, cum sint omnibus naturales; sed quod his omnibus ⁱ sit ille

A incomparabili diversitate præstantior, quo Deum gratis diligimus, et amicum. Cæterum qui amicum propter commodum quodlibet amat, non amicum convincitur amare, sed commodum. Et utique qui aliquem propter rem temporalem quamlibet amaverit, cum res ipsa ^j utpote temporalis desierit esse, amare cessabit. Qui autem diligit propter Deum, sicut Deus æternus ^k est, ita in æternum ipsa amici dilectio permanebit. Et ideo Deus, ^l quo nihil est majus aut melius propter quod diligitur, propter seipsum perfecte diligitur. Si vero saltem propter ^m illa quæ præstat amatur, non utique gratis amatur: quia jam illud propter quod diligitur, ei, quod dicta quoque nefas est, antefertur. Ipse quippe est omnibus amatoribus suis vita beata, ac salus æterna, et regnum, gaudiumque perpetuum. Hæc accipient qui Deum diligunt, quia solus erit illis omnia, quando ipse fuerit in omnibus omnia.

CAPUT XXVI.

Quid sit sua cuique tribuere.

Quapropter si in hac vita justitiam conamur implere, cujus justitiæ opus est proprium sua cuique tribuere, Deo nos, a quo sumus facti, reddamus: nec dominari nobis ea quibus sumus naturaliter præpositi permitamus. Dominetur vitii ratio, subjiciatur corpus animo, animus Deo, et impleta est ⁿ hominis tota perfectio. Ac per hoc, et nos justitiæ facti participes, sua cuique tribuimus, si inferiora melioribus, et virtutibus carnalia oblectamenta subdamus; ^o et sicut viventia vita carentibus, sensibilia viventibus, intellectualia insensibilibus, immortalia mortalibus, ratiocinando præponimus, ita benevivendo voluptuosius utilia, utilibus honesta, honestis sancta, ^p sanctis perfecta omnia præferamus. Verumtamen nec corpus spiritui, nec appetitus obtemperare poterit rationi, nisi Deus, qui ipsum spiritum creavit et corpus, delectatus cogitationibus nostris, requiescat in nobis, actanquam verus agricola in agro suo, ^q corde nostro proficiat: ^r ut quidquid in eo fides plantat, devotio rigat, ipse ad incrementum consummatæ maturitatis adducat; atque ita nobis voluntario sibi subjectis desideria mala subjiciat, ut ex ipsis actibus nostris, qui sit habitator noster, et cujus in nobis ^s fiat voluntas, appareat.

^a Additur, est, ex mss. quatuor; aberat ab editis.
^b Mss. duo, constricti sunt. Aliquos, etc. Ita et Lugd. Alter, constricti sunt. Alii quos. Ms. alius, constricti sunt. Alii sunt quos.
^c Ms. Reg. unus, propter hoc.... ut hinc majora. Alius, et Colb. unus, ad hoc... ut majora. Duo Colb. a hoc... ut hinc majora.
^d Ms. Camb., patribus.
^e Ms. unus, ad erogandum.
^f Ms. unus, alii qui.
^g Mss. septem, quoque.
^h Ms. unus, etiam ipsi referuntur.
ⁱ Mss. Colb. duo, incomparabili necessitate. Quorum unus, dum gratis diligimus et amicos, et cæteros.
^j Mss. sex, utpote temporalis. Unus ex his, ut puta. Editi hic carent utpote.
^k Ms. unus caret substantivo est

^D ^l Ms. Colb. unus, quia nihil est... majus aut melius, propter quid diligitur. Colb. alter, et Lugd. cum Lovan., quo nihil est... majus aut melius, propter quod diligitur. Ms. duo Reg., propter quod diligitur, propter seipsum perfecte diligitur. Editi, propter quid diligitur; alii, diligitur? Propter seipsum perfecte diligitur.
^m Ms. unus, propter ipsa.
ⁿ Ms. Colbert. unus, omnis perfectio. Alter, et impleta erit in nobis tota perfectio.
^o Mss. quatuor Colb., ut sicut.
^p Ms. Colb. unus, sanctis et perfectis perfectiora præferamus.
^q Mss. septem, in agro suo corde nostro. Editi, sic in corde nostro.
^r Mss. sex, et quidquid.
^s Mss. tres, sit voluntas.

CAPUT XXVII.

Quod actualem vitam tres virtutes, id est temperantia, fortitudo, iustitiaque consumment; et prudentia, quæ est quarta virtus, menti cognitionem rerum latentium præstet.

Hic est ordo naturæ atque iustitiæ, quem ^a qui tenere voluerit et observare, perfectionem vitæ actualis implebit. Cui actuali vitæ tres illæ virtutes (de quibus quæ dicenda ^b iussa sunt, Deo donante, dixi) proficiunt. Siquidem temperantia, et animi fortitudo, atque iustitia spiritalis est actio, sine qua nihil omnino valet illa quæ ad prudentiam videtur pertinere cognitio. Quia nihil nobis proderit implenda didicisse, nisi ea quæ didicimus, studeamus imp'ere. Ergo vis ^c animi, quæ in appetitum rationemque dividitur, ad perfectionem bonæ actionis implendam, cognitionemque rerum latentium consequendam, his quatuor virtutibus, unde ^d etiam jam diu disseruimus, adjuvatur. ^e Quarum tribus, temperantia scilicet, et animi fortitudine, atque iustitia informatur ipse appetitus ut actio fiat; prudentia vero rationem, quæ est acies mentis, illuminat: ut et ratio appetitum ^f gubernet, et rationi appetitus obtemperet. Nam virtus omnis (sicut veteribus placet) tribus in rebus ^g fere versatur: quarum una est in perspicendo, quid in ^h quaque re verum, sincerumque sit, quod prudentiæ munus est proprium, ⁱ de quo loco suo videbimus; altera, quæ animi perturbatos affectus, quos Græci dicunt *πάθη* ^j coercet ac temperat, ut omnes appetitiones, quas illi ^k *ὀρμῆς* vocant, rationi obediens efficiat; tertia ut his quibus ^l congregamur, uti velimus ^m ad eorum salutis et nostræ plenitudinem capiendam. Quæ omnia ad reliquarum trium virtutum pertinere videntur officium: quibus temperantia et fortitudo plurimum valent in coercendis animi perturbationibus ac frenandis, ⁿ quas perturbationes nonnulli passiones, alii ægritudines vocant. Quibus modificatis, et quadam temperantiæ ac fortitudinis lege compositis, omnes virtutes in homine suo creatori subjecto sine ullis vitiorum contradictionibus regnant.

CAPUT XXVIII.

De sociali virtute; et quod non recte faciant qui, cum possint, nihil humanæ societati proficiunt.

1. Iustitiæ vero qua fiunt iusti, qui eam fuerint

^a Ms. unus, si quis.
^b Mss. omnes, visa sunt. Unus ex his totum sic exhibet. *Cum actualem vitam tres illæ virtutes... perficiunt.*
^c Mss. duo, vis animæ.
^d Mss. omnes, unde ecce jam diu.
^e Mss. tres. Quibus tribus.
^f Ms. unus, iuvat. Hæc verba, ut et ratio, etc., desunt in ms. uno.
^g Editi, vere. Mss. sex, fere.
^h Mss. tres, in quaque re. Unus, in unaquaque re. Editi, in qua re.
ⁱ Ms. unus et Lugd. cum Lovan., de qua.
^j Ms. unus, vocant *πάθη* Alter, dicunt *pathos*.
^k Ms. unus, ormas dicunt.
^l Ms. unus, congregamur.
^m Ms. unus, ad eorum salutem nostra plenitudinem.

A operati, socialis quædam virtus accipitur, eo quod ipsa beneficiis ^o quæ aliis præstat augetur. Quis enim non eo ipso proficit, quo proficere alium cupit? Quis non misericordem sibi Deum facit, qui misericors erga laborantes vel errantes extiterit? Aut quomodo non augebit in se omnia bona sua, ^p qui ea non solum non invidet habentibus, sed etiam non habentibus, in quantum potest divinitus inspiratus impertit? Ex quo videndum est utrum juste faciant ^q illi qui se removens ab occupationibus cunctis, ac studiis spiritalibus offerentes, nihil humanæ societati proficiunt; et desideria sua commodis ^r omnium præferentes, utilitatem communem desideratæ vacationis electione contemnunt. Cum profectio laborantibus opem ferre nolle, cum ^s possis, et communi bono posthabito, otiosa quiete frui ^t velle, nihil habeat æquitatis. Cui æquitati qui serviunt, omnes omnium bono vivunt, ^u ac velut sibi invicem nati, salutem mutam tuentur ac diligunt. Ac per hoc, contra iustitiam faciunt hi qui merito suæ conversationis vel eruditionis electi, otiosum studium fructuosæ utilitati regendæ multitudinis anteponunt; et cum ^v possint laboranti Ecclesiæ subvenire, operosæ administrationis laborem, fruendæ quietis contemplatione refugiunt.

2. Sed quoniam sunt multi qui se impares tantæ sarcinæ norunt, tales juste se, etiam quæsiti, non offerunt: ne videantur non ecclesiasticos labores velle suscipere, sed honores ^x ambire, cum dignitas ecclesiastica nec ambienda sit nec vitanda. Qui vero præesse et prodesse populis possunt, si quæsiti non fuerint, juste seipsos percipiendæ sapientiæ studiis tradunt. Verumtamen si et illi qui lucris per se proficientium creseunt, et isti qui in se ipsis sub Deo suo sapientiæ spiritalis perceptione proficiunt, in proposito suo permaneant; itineribus quidem diversis incedunt, sed ad unam patriam tendunt, et ad unum regnum disparibus ^y militantibus officiis, Christo Rege omnium vocante, perveniunt. Quis enim nescit quod sicut ^z otium studiosum ineffabilem suavitatem sapientiæ cœlestis infundit a carnalibus otioso; ita spiritalis occupatio laborum sanctorum multiplices ^{aa} afferat fructus humanæ societatis utilitatibus occupato? In ipsis quoque studiis spiritalibus quantum possint ecclesiastici viri proficere, quis sufficienter

D Alius, ad eorum salutes, et nostram plenitudinem.

^a Ms. Colb. unus, quas nonnulli passiones, omiſſa voce hac, perturbationes, quæ legitur in aliis.
^o Ms. unus, augetur. Mss. duo, quæ modo aliis præstat adjungitur.
^p Ms. unus, quæ non solum.
^q Mss. duo, aliqui se removens.
^r Ms. unus, commodis omnibus.
^s Ms. unus, possit. Alias, possint.
^t Deest vox velle a Lugd.
^u Ms. unus, in hac velut.
^v Ms. unus, cum possent.
^x Ms. unus, sed ad honores.
^y Ms. unus, militantium.
^z Ita mss. omnes; at editi, otiosum studium.
^{aa} Mss. duo, afferit; quatuor, afferet.

enumeret : cum et inferiores docendo, seipso exercent, et conferendo cum æqualiter eruditis, cautiore in pluribus fiant; et ab eruditioribus audiendo, male sibi persuasa deponant, recta firmiter teneant, occulta cognoscant, et confirmantur in eis quorum a dubiis fluctuant? Sed quoniam disputationis ordo deposcit ut etiam de prudentia, quæ principalis virtus quarta ponitur, pauca dicamus, de justitia sufficiant ista quæ diximus.

CAPUT XXIX.

Quod de prudentiæ ac sapientiæ fonte cognitionem omnium rerum bibant, qui percipiendæ scientiæ ferventer invigilant.

1. Prudentiam et sapientiam plerique in indagatione veri, et inventione constituunt. Credo propterea quod nec sapiens b rite dici possit, cui c prudentia; nec prudens, cui sapientia desit. Quapropter si nihil aliud prudentiæ ac sapientiæ munus accipitur, nisi inquisitio et comprehensio veritatis; qui veritatem prudenter quærere, et sapienter invenire d poterit, is prudens, is sapiens jure vocabitur. Hoc ilcirco præmiserim, ut quidquid de prudentia fuerit disputatum, id totum etiam de sapientia dictum possit intelligi. Quia ita sibi hæc duæ virtutes implicatæ sunt et unitæ, e et ita quælibet earum sine altera non potest esse; ut nec imprudens f sapientia, nec insipiens possit dici prudentia. Si ergo tota humanæ vitæ perfectio in actione et cognitione consistit: sicut s impleri actionem temperantiæ, ac fortitudinis, justitiæ consummatione probavimus; ita cognitionem rerum provenire consecutione prudentiæ comprobemus.

2. Cognitionis rerum quæ de prudentiæ h ac sapientiæ procedit fonte, i spirituales omnes a carnalibus vitis defecatos illustrat; et ab omni delectatione noxiæ curiositatis aversos, desiderio contempndæ i virtutis inflammat: ut humanarum rerum divinarumque scientiam consecuti, prudentes ac sapientes veraciter fiant, prospiciant imminenta mala simul et caveant, nec putent ulla esse mala, nisi ea quæ malos k efficiant; nec eis ullæ perturbationes, velut

a Mss. quatuor, dubii.

b Mss. tres, recte.

c Mss. quatuor, deest, nec prudens cui sapientia deest.

d Mss. quatuor, poterit. Editi cum aliis mss. poterit.

e Mss. tres, ut ita quælibet... non possit. Editi, ut una quælibet earum sine altera non possit esse.

f Mss. tres, sapiens, nec insipiens possit dici prudens.

g Ita mss. Camb. Reg. duo, et Colb. unus. Colb. alter, sicut impleri actionem temperantiæ, fortitudinis atque justitiæ consummatione. Ms. alter ex Colb., sicut in plerisque actionem temperantiæ ac fortitudinis, atque justitiæ consummationem probavimus. Editi, sicut in plerisque actionem temperantiæ ac fortitudinis, atque justitiæ consummatione probavimus.

h Sic mss. septem, in quorum uno legitur hæc vox, procedit; in aliis autem, quæ de prudentiæ fonte confertur.

i Ms. Colb. unus, spirituales a carnalibus. Alius, spirituales omnibus carnalibus vitis, etc. Colb. alter et

agnarum earum, modestiæ aliquid, aut tranquillitatis excutiant; inter fallentia et solida bona discernant; nihil in hoc mundo casu aut injuste, sed omnia, Deo volente l ac permittente, fieri prudenter accipiant; aliter intelligentes aut doceant sapienter, aut arguant; dolores varios ac diversas infirmitates quæ mortaliter viventes affligunt, non semper peccatis præcedentibus sequi; sed plerumque ex ipsa conditione mortalitatis m accidere corruptibiliter natis intelligant; et n scientes se non damnari adversis o præsentibus, sed probari, ex ipsa tolerantia passionum occasione comparandæ sibi patientiæ viriliter agentes arripiant; nec ipsi aliis noceant, nec sibi p nocere permittant.

3. Tales Dominus in Evangelio fieri q præcepit, dicens: *Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ (Matth. x, 16)*: quia nec simplices circumvenire aliquos possunt, nec prudentes se circumveniri permittunt. Cæterum si in contractu quolibet, sive in colloquio, vel in alia quaque re, se decipi quisque non sinat, et alium tamen ipse decipiat; iste non habet prudentiam, quæ salutis magis quam perditionis est causa, sed simulat. Quoniam quidem r hoc virtus a vitio distat, quod illud corrumpit sana, hæc sanat vitii accessione corrupta: ac sic, aut omnibus s quibus potest, prodesse festinat veraciter prudens, ut ejus meritis omnium qui per eum Deo acquiruntur, fructus accrescat; aut si cogitat de perditione cuiuspiam, vel de casu pereuntis exultat, necesse est ut prius pereat ipse quam alium perdat, et ab ipso ea perditio, qua perire alium cupit, incipiat.

CAPUT XXX.

Quod prudentes nec aliis noceant, nec sibi noceri permittant; et quod eis ibi sit sine admixtione alicujus erroris consummata prudentia, ubi erit sine ullo peccato vita perfecta.

1. Illi t ergo qui prudentiæ u participatione prudentes effecti, Deo suo non pedibus, sed sanctis moribus appropinquant, ex ea parte qua sunt Dei dono prudentes, v nec suo perire possunt, nec alieno peccato; ex eo autem quod necdum ita est eorum per-

Camb., Carnales omnes a carnalibus vitis defecatos illustrat, et spirituales omnes ab omni dilectione noxiæ curiositatis. Unus ex Colbert., vanæ curiositates. Alius, dilectione, ut mox citati.

l Mss. tres, veritatis.

k Editi Duac. et Colon., efficiunt.

l Mss. duo, vel permittente.

m Mss. duo, accedere.

n Ms. Camb., sciant.

o Deest vox præsentibus in ms. uno Colb.

p Mss. duo, noceri.

q Ms. unus, præcipit.

r Ms. Reg. unus, hæc virtus.

s Ms. Colb. unus, quibus potest prodesse, festine ac veraciter prodest, ut ei ex meritis omnium, quæ per eum Deo acquiruntur, fructus accrescat. Ms. alter Colb., festinat ut veraciter prudens.

t Ms. Reg. unus, si ergo qui.

u Editi, participes.

v Ms. unus Colb. hic addit, nec sua perpeti possunt, nec aliena peccata.

fecta prudentia, sicut in illa vita erit, ubi perfecte viventibus ullus error obrepere omnino non poterit; etiam prudentes aliquoties peccatis fallentibus acquiescunt; non voluntate depravati, sed humano errore, ut homines, lapsi; nec adhuc tota prudentiæ ac sapientiæ perceptione perfecti; sicut ibi erunt, ubi nec ignorare aliquid, nec peccare jam poterunt.

2. Illic vero, si potuisset a peccato recte factum perfecte discerni, nunquam ab occultis suis oraret ille mundari qui ait: *Ab oculis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo (Psal. xviii, 13)*. Quibus verbis satis ostendit quod illi quoque qui sanctorum per donum sancti Spiritus vivunt, tamen propter aliquas infirmitates humanas quas trahunt, sive scientes, sive nescientes, aliquoties aut suo peccato cedunt, aut alieno consentiunt. In hac igitur vita, ubi aut voluntate, aut errore, aut infirmitate peccatur, quicumque divinitus adjuvi voluntate non peccant, utique irreprensibiliter vivunt. Sed quia potest eos error aut infirmitas peccatis involvere, ab illo se illuminari fideliter postulant et sanari, cui exultans ille clamabat in Spiritu, dicens: *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo (Psal. xxvi, 1)*? ut cum illuminatio, per donum prudentiæ ac sapientiæ collata detraxerit cæcitate, et sanaverit per gratiam Dei salus refusa languorem, tunc mens illuminata divinitus et sanata, nec in eis quæ cavenda vel appetenda sunt, humano decipiatur errore, ut aut pro veris falsa defendat, aut pro falsis vera rejiciat; et sine ullo infirmitatis obstaculo bonum quod elegerit implere prævaleat.

3. Sed alia est salus hujus vitæ qua mortaliter vivitur, alia illius ubi mortale nostrum immortalitate donabitur; et aliter salvi facti sumus in spe, aliter salvi erimus in re. Illic ita salvi facti sumus, ut adhuc perire possimus; ibi quicumque salvus fuerit, perire ultra non poterit; ac per hoc, scientia quæ cognitionem rerum nobis in hujus sæculi nocte viventibus præstat, plenitudini futuræ collata, pars scientiæ est credenda, non tota. Propter quod dicit sanctus Apostolus: *Ex parte enim scimus, et ex parte prophetamur; cum autem venerit quod perfectum est, evacuabi-*

tur quod ex parte est (I Cor. xiii, 9 et 10). Illic evacuari asserit, consummari: quoniam quidem pars scientiæ quæ est perficienda, effectis non evacuanda est, sed implenda. Proinde ubi erit omnium fidelium catholicorum salus plena, corruptibilitas nulla, et immortalitas beata, ibi erit prudentiæ ac sapientiæ perfectio vera, et rerum omnium cognitio tota, quando scientia ad perfectum fuerit partis evacuatione perducta.

CAPUT XXXI.

De affectionibus quatuor: quod inter vitia numerari non debeant, si earum usus ex bona voluntate procedat.

1. Videamus nunc quid diligentia disputationis inveniat etiam de quatuor affectionibus quas vitia esse stultitia sapientium mundi hujus existimat. Nam si timere, ac dolere, cupere, vel lætari omnino non possent nisi peccatores aut perditii, recte non affectus aliqui possent dici, sed morbi. At cum tales animorum motus inveniantur in sanctis apostolis et prophetis, quis ita desipiat, ut eos vitia credat, ex quibus Deo placuerunt illi qui vitis plus quam cæteri homines restiterunt? Itaque Paulus apostolus de timore sic loquitur: *Timeo autem ne, sicut serpens seduxit Evam sua astutia, sic et vestri sensus corrumpantur a castitate, quæ est in Christo (II Cor. xi, 3)*. Item de cupiditate fiducialiter dicit: *Cupio dissolvi, et esse cum Christo (Philip. i, 23)*. Sed et de tristitia, quam alii dolorem appellant, idem vas electionis et doctor gentium ait: *Quia tristitia magna mihi est, et continuus dolor cordi meo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem (Rom. ix, 2)*. Sed et de lætitia ad Romanos scribens, cum dixisset, *Vestra obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo, inquit, de vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo (Rom. xvi, 19)*. Hunc timorem vel dolorem, hanc cupiditatem, hoc gaudium qui reprehendere voluerit, ipsum reprehendit Apostolum, qui per tales affectiones non solum Deo placuit, sed etiam quosdam inter criminosos, quod essent sine affectu, culpavit. Sed et propheta, dicendo: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi (Psal. cxxi, 1)*; et ex persona Domini, Sustinui

^a Mss. quatuor Colb., omnino jam non poterit.

^b Ms. Camb., perfectione.

^c Mss. tres, nunquam se ab occultis.

^d Editi, secundum donum. Mss. sex, per donum.

^e Mss. sex, reliquias.

^f Ms. unus, humanæ vitæ.

^g Ms. unus, tribuunt.

^h Alias, aliquatenus.

ⁱ Ms. unus, autem.

^j Ms. unus, postulant.

^k Editi, trepidabo. Mss. sex, timebo.

^l Mss. duo, scientiæ ac sapientiæ.

^m Editi. Duac. et Colon., infusa languorem. Ms. Colb. unus, repulso languore.

ⁿ Ms. unus, retineat.

^o Editi, fueris... poteris.

^p Ms. unus, sanctus Paulus apostolus.

^q Ita mss. sex. Ms. alter, Illic evacuari asserit, id est consummari. Unus ex prædictis, Illic evacuari.

D Editi, Hic evacuari asserit, illic consummari, ubi vox illic superflua videtur ex proxime sequentibus.

^r Editio Lugd. sola, pars scientiæ est perficienda, perfecta que non evacuanda est, sed implenda.

^s Editi, ac scientiæ. Mss. quatuor, ac sapientiæ. Mss. alii duo, sapientiæ ac prudentiæ.

^t Mss. duo, si enim... non possunt. Unus, possint.

^u Ms. unus, talis animorum motus invenitur.

^v Ms. unus, aut vitia credat.

^x Mss. tres, Idem.

^y Mss. quatuor, Nam et ad Romanos scribens, cum dixisset.

^z Mss. duo addunt hic autem.

^{aa} Mss. duo, in omni loco.

^{bb} Mss. tres, in vobis. Unus, sed tamen volo vos sapientes esse.

^{cc} Ms. unus, reprehendat.

^{dd} Ms. R-g. unus, sine affectione. Edit. Lugd., quod esset sine culpa, culpavit.

qui ^a simul mecum contristaretur, et non fuit (Psal. LXXVII, 21), talem lætitiã tristitiãque commendat. Cum vero alius dicit, *Timor Domini expellit peccatum* (Eccli. I, 27); et, *Concupiscentia sapientiã perducit ad regnum* (Sap. VI, 24); non solum non reprehendit, sed etiam laudat spiritalis concupiscentiã, ^b et divini timoris affectum.

2. Non ergo has affectiones habendo, sed eis male utendo delinquimus. Quia humanorum affectuum proprietates hominis indicat ^c Creatorem; qualitas, ^d bonam vel malam significat voluntatem; ac sic, motus hi qui in ^e hominibus affectiones sunt, iidem ipsi in bene utentibus virtutes, et in male viventibus passiones, sive perturbaciones, aut, ut quidam volunt, ægritudines fiunt. Nec audiendi sunt Stoici, qui eas penitus ^f eradicari posse, et debere contendunt: quoniam omnino nullus est sensus, ubi timendi, vel dolendi, cupiendi, sive gaudendi nullus invenitur affectus. Denique quasi et ipsos pœniteret suã sententiã, excepta tristitia, quam cadere in sapientis animum negant, ^g reliquos affectus ^h, nominibus immutatis, inesse sapientibus dicunt: cautionem pro timore, pro lætitiã gaudium, et voluntatem pro cupiditate ponentes. Quasi sapiens non timeat, sed caveat; et velit, non cupiat; nec lætetur in hac vita, sed gaudeat. Non autem credunt ejus contristari animum, quod tristitia, quã accidere solet ex ⁱ commisso peccato, sapientem, quem putant nullum habere peccatum, stimulare non possit aliqua recordatione peccati. Quod esse vanissimum Dominus noster secundum carnem natus ostendit, qui et tristis fuit, et flevit (Matth. XXVI, 37; Luc. XIX, 41; Joan. XI, 35); nec tamen ea tristitia qua tristis fuit, ei ex ^j peccatis suis accessit, qui sine peccato conceptus et natus, non solum non peccavit, sed etiam peccare non potuit.

3. Ut autem de suis quoque litteris istorum revincantur ineptiã qui putant sapientem contristari, vel dolore non posse, legant illud quod eorum doctissimus ait: « Nam omnino non dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore (Cicer. lib. III Tuscul. Quæst. de indolentia). De timore autem quem illi ponunt in malo, Scriptura nostra loquitur, dicens: *Timor Domini sanctus, ^k permanens in sæculum sæculi* (Psal. XVIII, 10). Sed

^a Ms. unus, qui simul contristaretur. Alius, qui mecum contristaretur.

^b Mss. duo, vel divini.

^c Alias, creaturam: melius, naturam.

^d Mss. quatuor, bona vel mala.

^e Ms. unus, in omnibus: nec male.

^f Mss. tres, eradicare posse et debere.

^g Mss. duo, reliquos tres affectus.

^h Ms. unus, omnibus inesse sapientibus.

ⁱ Ms. Colb. unus, ex admissio peccato... possit aliqua recordatio peccati. Alius, non posse aliquam recordationem peccati.

^j Ms. unus, ex peccato suo.

^k Ms. unus, permanet.

^l Editi, veritatis. Mss. quinque, caritatis.

^m Ms. unus, Nam illud. Alter, Jam aliud.

A quod vere fatendum est, ab illo alio timore pœnã distinguitur de quo dicit Apostolus: *Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem* (I Joan. IV, 18). Quia ille peccare volentes deterret a malo, et invitos tenet in bono; iste autem de quo dicit propheta, *Qui sine timore est, non potest justificari* (Eccli. I, 28), magis incremento ¹ caritatis augetur; et aliter quis timet, ne malum quo puniatur incurrat; aliter, ne bonum quo delectatur amittat. Non igitur omnis timor haberi debet in vitio, sed ille tantum de quo scriptum est: *Quia timor pœnam habet* (I Joan. IV, 18). Cæterum iste de quo dicitur, *Timor Domini expellit peccatum*; et, *Qui sine timore est, non potest justificari*; et, *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi*: non est inter vitia numerandus, sed ^B potius intelligendus est vitii inimicus.

4. ^m Jam illud quod dicunt, Boni volunt, mali cupiunt; vel, Boni gaudent, mali lætantur: quis sanæ mentis ⁿ admittat? imo quis sana mente non redarguat? Cum et Scriptura nostra hominem malæ voluntatis increpet dicens: *Noli velle mentiri omne mendacium* (Eccli. VII, 14); et Tullius orator amplissimus cupiditatem ponat ^o in bono, ubi dicit: Cupio, patres conscripti, me esse clementem (Tull. lib. I, Invect. in Catil.); et apud illos Virgilius (Lib. VI Æneid., vers. 732) gaudium vituperet, dicens:

Hinc metuant, cupiuntque, dolent, gaudentque.

Item cum in malum malæ ^p mentis gaudia, et apud nos lætitiã ponatur ^q in bonum, propheta dicente: *Lætamini in Domino, et exultate justi* (Psal. XXXI, 11).

5. Proinde omnes justi et tota morum sanctitati perfecti, sine aliqua Stoicorum distinctione superflua, timent et cavent, volunt et cupiunt, lætantur et gaudent, contristantur et dolent, sed interest ^r multum quid timeant aut caveant, velint aut cupiant, unde lætentur aut gaudeant, contristentur aut doleant. Metuunt hæreditatem regni cœlestis amittere; cupiunt ad cœlestem patriam pervenire; dolent tentati, gaudent de ^s tentationibus liberati: ac per hoc, recta mens ^t rectos habet affectus, perversa perversos.

6. Sanctus Augustinus episcopus, acer ingenio, suavibus eloquio, sæcularis literaturæ peritus, in ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione ^u compositus, in expositione ^v fidei nostræ catholicus, in quæstioni-

^a Edit. Lugd., admittit animo, quis, etc.

^o Mss. tres, in bonum.

^p Edit. Lovan., malæ gentis. Lugd., Item cum in malum malæ mentis gaudia apud nos, et bonæ lætitiæ ponatur in bonum. In ms. Regio desunt hæc, cum in malum. Ms. Colb. unus, Item malæ mentis gaudia. Alter Colb., Item sunt et mala mentis gaudia, et apud nos, etc.

^q Mss. duo, in bono. Unus ex his, ponitur in bono.

^r Ms. unus, malum quod timeant, bonum quod veint.

^s Ms. unus, de tentatione.

^t Mss. quatuor, et Lugd., rectos hos habet affectus.

^u Ms. unus, comptus. Duo, compunctus. Unus, convictus.

^v Editi, in expositione sua. Deest sua in mss. quatuor, in quorum duobus habes fidei sancta.

bus absolvendis acutus, in revincendis hæreticis circumspectus, et ^a in explicandis Scripturis canonicis cautus; ipse ergo, quem in his libellis pro possibilitate secutus sum, hanc quæstionem, de qua agitur, hoc modo determinat, dicens: « Hi motus, hi affectus de amore ^b boni, et de sancta caritate venientes, si vitia vocanda sunt, sinamus ut ea quæ ^c vere vitia sunt virtutes vocentur. Sed cum rectam rationem ^d sequantur istæ affectiones, quando ut oportet adhibentur, quis eas tunc ^e morbos et vitiosas passiones audeat dicere (*Aug. lib. xiv de Civit. Dei cap. 9*)? » Quas affectiones ut ex mortalitatis conditione nobis inesse monstraret, et huic vitæ necessarias, non futuræ, post aliquanta idem doctor adjungit, et dicit: « Etiam quam rectas et secundum Deum ^f habemus has affectiones, hujus vitæ sunt, non illius quam futuram speramus (*Ibid.*). »

CAPUT XXXII.

Quod hi affectus, sine quibus in hac vita recte non vivitur in illa futura beatitudine non sint, quæ nec timorem habitura est, nec dolorem.

Ac sic nisi ex conditione nostræ infirmitatis nobis inessent affectus isti, nunquam plerumque dolendo, vel flendo eis ^g cederemus inviti. Sed idcirco eos huic necessarios vitæ sentimus, quia in hac mortalitate sine eis omnino recte non vivimus. Quando si nos timeat quisque vel caveat, ne aut ipse quandiu mortaliter ^h vivit, aut alius quem in Christo diligit, ⁱ a fide sua deficiat; si nec de suo, nec de proximi sui peccato contristetur, nec doleat, de profectu lætetur aut gaudeat, si nihil boni velit aut cupiat; non solum ^j recte non vivit, sed etiam sensum ipsius humanitatis amittit. In illa autem vita beata ad quam, consumpta omni corruptibilitate ^k ac mortalitate, ^l pervenient, quicumque ibi futuri sunt, ^m ubi nec fletus ullus potest esse, nec gemitus: habebunt omnes sancti amorem perfectum, timorem nullum, et gaudium sempiternum. Ibi ⁿ eis erit voluntas recta, cupiditas nulla, quoniam fruendo cælestibus bonis, ad quæ pervenire cupiebant, nihil eis deerit quod ulterius concupiscant, et in illa regione perpetuæ securitatis ac pacis perfecte beati, nec timoris stimulos passuri sunt, ^o nec doloris. Sed timor ille, non quem caritas foras mittit, sed quem caritas nutrit, ideo fortassis in sæculum sæculi per-

A manebit, quia in sæculum sæculi permanebunt illa ad quæ timor ipse perduxerit.

CAPUT XXXIII.

Qualiter virtutes quatuor quæ dictæ sunt principales, aut in præsentem nos a peccato defendant, aut in æternum nobiscum sine ullo peccato permaneant.

1. Porro illæ virtutes quatuor de quibus pauca perstrinxi, ^p etsi ibi erunt, longe tamen alio modo quam in hac vita sunt, ubi contra vitia sine intermissione configunt, et pro ipso ancipiti dubiæ ^q concertationis eventu, modo negligentes, qui sibi nolunt obedire, destituunt; modo ad alios, quibus displicent sua peccata, vel accedunt, ^r Deo miserante, vel redeunt. Nam ibi etsi est temperantia, non ut desideria mala vel vitia refrenet ^s aut vincat; sed ut eos, quos hic ab ^t intemperantiæ impugnatione defendit, ibi perficiat: ut ex omni parte perfectis præmii sui beata ^u perceptio perfecte sufficiat.

2. ^v Ibi erit et animi fortitudo; non ut aliqua mala propulset, aut æquanimiter ferat, sed ut sine ullis malis beatos fortiter in æterno bono contiueat. Ibi in omnibus perfectis erit perfecta justitia, non ut inter virtutes discernat et vitia, ubi nec ipsa erunt ^w jam corpora vitiosa; sed ut perfectis præmia tribuat sempiterna. Quod tunc fiet, quando omni concupiscentia carnali consumpta, nec adversus carnem spiritus, nec caro adversus spiritum concupiscet (*Gal. v, 17*); sed animus Deo subjectus, cum carne sibi subjecta in pace sempiterna regnabit, et Creatori suo in æternum feliciter adhærebit. Jam prudentia, quæ hic quoque habetur clara, ubi in ænigmate quodam prudentes illuminat, qualis ibi erit, ubi ^x veritatem perfectis quos hic ejus inquisitio delectabat, sine ullis figuris fallentibus demonstrabit: ut prudentiæ ac sapientiæ plenaria ^y perceptione divinitus illustrati, omnia illa quæ hic perfecte cupiebant nosse, nec poterant, sine ullo impedimento corruptionis ac mortalitatis agnoscant; et non solum creaturarum omnium ^z rationes, sed etiam ipsam sui Creatoris eminentiam facie revelata conspiciant?

CAPUT XXXIV.

Ubi se de toto opere locutor excusat.

1. Itaque, si placet, hujus quoque libelli jam terminus fiat: ne amplius justo productus, non solum

^a Mss. tres, in explanandis. Unus, in explorandis. D

^b Ms. unus, de amore bono.

^c Editi, vera vitia. Ms. Reg. unus, vere vitia sunt.

^d Mss. quatuor et Lugd., sequuntur: in quo, ubi oportet adhibentur.

Sic ms. unus Colb. et Lugd. editio, atque nova editio operum S. Augustini, tom. X. Alii codices nostri, morbidas seu vitiosas. Ex Colb. unus, quis eas morbo tunc suo vitiosas.

^e Mss. tres, habeamus.

^f Sic mss. quinque. Unus, concederemus. Editi, crederemus. Deest vel flendo in ms. Colb. unico.

^g Ms. duo, non vivitur.

^h Particula a aberat ab editis; habetur ex mss. quinque.

ⁱ Istud, ac mortalitate, abest a mss. quinque.

^j Ms. unus, perrenient. Alii omnes, perveniunt.

^l Ms. unus, ibi nec.

^m Mss. quatuor carent hac voce, eis.

ⁿ Ms. unus, nec dolores.

^o Mss. duo, et ibi erunt.

^p Editi. Lugd., conversationis.

^q Ms. duo, Domino miserante.

^r Ms. unus, ac vincat. Alter, ut vincat.

^s Ms. Camb., ab intemperantiæ morbo impugnatione. Ms. Colb. unus, ab intemperantiæ morbo impugnatione defendit.

^t Mss. duo, perceptione.

^u Editi. Ibi enim. Mss. quinque, Ibi erit. Unus, Ibi et.

^v Ms. duo, nec ipsa erunt corpora.

^w Ms. Camb., veritate perfectos.

^x Ms. Camb., perfectione.

^y Editi, rationem. Mss. omnes, rationes.

de ^a sui squalore, sed etiam de nimia prolixitate ^A id exhibere loquendo non potui. Et tamen cum sententiarum vivacitatem sermo ex industria cultus enervet ^b, et totam vim dictorum splendor elaboratus evacuet, quis non iudicet me ^c affectationem compositionis debuisse continere, etiam si eam potuissem, velut dicendi peritus, implere? Quare propter ea mihi visa est compositio satis ornata, quæ conceptiones animi cum necessaria quadam perspicuitate proferret, non quæ illecebris aurium deserviret. Ea est enim, nisi fallor, iudicata Latinitas, quæ breviter et aperte, observata duntaxat usitatorum verborum proprietate, res intelligendas enuntiat; non quæ ^d vernantis eloquii venustate atque amœnitate luxuriat; et prudentibus viris non placent phalerata. sed fortia: quando non res pro verbis, sed pro rebus cunctantibus verba sunt instituta.

2. Cæterum de accuratione dictionis elucubrata non satago; nec mihi ^e pudori est si disputatio mea, quæ forte probatur in rebus, aliquos verborum inanum sectatores horrore incomptæ orationis offendat: quia quod ab homine doctore studendo non didici,

^a Ms. unus, de suo squalore.

^b Mss. tres, omnibus.

^c In uno ms. deest forte.

^d Ita ms. Colb. unus. Alii autem codices, reprehensionis invenerint.

^e Ms. unus, dum studui.

^f Deest illi in editis. Habetur in omnibus mss.

^B ^e Sic ms. Regius unus. Alius, pudor est. Editi, pudoris est, minus Latine.

^h Aberant hæc ab edit. Colon. et mss. Colb. quatuor.

ⁱ Mss. quinque, affectionem.

^j Ms. Camb., versuta. Ms. Reg. unus, versutis. Alter, versutis eloquio, etc.

EXEUNTE SÆCULO QUINTO.

DUO ANONYMI AUCTORES.

BALUZZI

ADMONTIO IN LIBELLOS SEQUENTES.

Quæ hic exhibeo opuscula suffecit mihi codex ms. C. bibliothecæ illustriss. capituli majoris Ecclesiæ Lucensis, quadratis, quas Longobardicas vocant, exaratus litteris, Caroli Magni ævo descriptus, uti P. Mabillonius oculatus testis olim dum Lucæ esset agnovit, et ego in commentario de illo scripto et divulgato inter opuscula P. Calogera, tom. XLV, demonstravi. Publica luce digni censui, tum ex antiquitate sua, cum pariter quod aliquod continere judicaverim aptum sive ad rerum veritatem eruendam, sive ad erutam jam illustrandam atque confirmandam. Quam vero in usum valere singula existimem in hac præfatione mea indicandum modo suscipio.

Principem locum dedi opusculo de Genealogia veterum patriarcharum ac cæterorum usque ad Jesum Christum, et a Jesu Christo usque ad S. Cyprianum, et ab illo ad tempora scriptoris. Scribebat vero ille in Africa rub Genserico. Quo in nomine emendandus venit P. Mabillonius qui in suo Itinerario Italico hunc ipsum codicem, et ex eo opusculum indicans, ex postrema ejus pagella, vetustate et affricu pessime habita et fere deleta, aliquid exculpere nitens; legissetque expressum erici, nec valens præcedentes syllabas elicere, substituit in margine, ex conjectura, Theoderici. Verum Genserici scilicet, ut ibi scribitur, Geiserici legendum, tum litterarum vestigia diligentius ad lucem solemque explorata

demonstrant, cum etiam confirmat nomen idem sæpius recurrens, ubi integris litteris conservatur. Quin et annum ipsum Genserici, quo ista scribebat auctor, diligenter signat, scilicet eisdem regis 24. Quis iste Gensericus sit et quo anno æræ vulgaris incæperit, inferius indagabo.

Hebræicum textum nec consuluisse auctorem, nec Hebræice peritum demonstrant nominum interpretationes Hebræico minime respondentem, sicut potissimum elucet in voce Laminir a Vulgata reddita a juvas calidas, hic vero retinetur; et est vox in Septuaginta expressa, ubi tamen est non Laminir, ut hic, sed *ixpsiv*, ex quo resultat historicum nostrum versionem potius Septuaginta, quam Hebræum textum consuluisse: in Hebræo enim est Hacıemiu. Quin et neque Septuaginta habuisse præ oculis censeo, cum versionem illam minus exacte retinuerit. Versionem igitur aliquam Latinam sequitur, cujusmodi plures existisse ex Septuaginta desumptas S. Hieronymus admonuit. Id ipsum etiam demonstrari potest ex supputatione annorum, in qua Septuaginta potius quam Hebræum textum sequitur; licet neque ipsis Græcis interpretibus constanter adhæret, ut ex annorum supputatione satis apparet.

Cum igitur ex his constet versionem aliquam Latinam anonymum hunc consuluisse, usui esse poterit illis qui de Vulgata Latina hodie solliciti sunt.

Dignum etiam animadversione iudico, afferri hic nonnulla ex tertio libro Esdræ, quæ facile digna erunt lectorum meditatione, tum ex antiquitate scriptoris, cum etiam quod intelligatur jam tunc versio aliqua Latina libri hujus existisse. Nescio insuper an alius sit vetustior auctor qui libri hujus meminerit. Cum vero li. teræ Artaxerxis ex alia versione, quam nunc existet in nostris Bibliis, legantur, deduci hinc recte potest versionem novam hujus libri quemadmodum et factum est de aliis S. Scripturæ libris, adornatam fuisse. Resultat etiam ex his omnibus interpretationem nominum Hebraicorum aliam tunc existisse, quam quæ a S. Hieronymo vulgata est. Nec facile credo hanc ipsam interpretationem ab ipsomet anonymo primitus inductam esse, sed accepisse ex sua Latina versione, vel ab alio quopiam antiquo, qui ex S. Hieronymo non profecit. Forte igitur idem S. Hieronymus nequaquam primus habendus est ex quo interpretationes istæ Latinis innoverint, licet hoc de se idem S. doctor affirmat in præfatione opusculi sui de Interpretatione nominum Hebraicorum.

Unde vero deducta sit chronologia illa, quam auctor noster sectatur, ignorare me penitus profiteor. Suspiciatur ex Julio Africano, utpote ejusdem regionis scriptore; sed facta eorum quæ nobis supersunt de Julio Africano cum hoc nostro collatione, reperi non satis inter se utrosque coherere, nisi forte d. scrimen hoc ex incertantia scriptoris hujus codicis provenit, quæ sane magna est ac prorsus incredibilis.

Ad lectoris peritum magis esset postrema opusculi hujus pagella in qua propius ad tempora sua auctor accedens, magis etiam credibilia et probanda obtulisset; ut dolendum est propterea esse adeo pagellam illam senio et incuria antiquorum possessorum, ut vel li. teræ prorsus delatæ sint, nec rarum investigis remanentibus. Curari diligenter labore et industria aliquid exculpere, ac percipi nonnulla, ut eruerem ea quæ hic a me representantur; nec sine fructu, nam ex frustulis hisce discernimus qua potissimum die Donatistarum persecutio Carthagine ceperit; emendatur etiam data legis Honorii, cujus subscriptio in codice Theodosiano signatur « pridie idus Februarii; » hic enim habemus publicatam esse Ravennæ ipsis Februarii calendis. Forte tamen lex a principe obsignata calendis Februarii, publice annuntiata est pridie idus ejusdem mensis. In hac ipsa vero pagella chronologiæ ratio est accuratior, eaque non a die natali Domini, sed ab ejus passione, ut plerumque veteres ante Dionysium Exiguum, deducta est. Igitur a Domini passione, quam scriptores isti veteres constituerunt sub duobus Geminis cons. anno æræ vulgaris 29, et in Africa id moris erat solemne, ut ex sequenti opusculo planum fiet, cum a passione Domini annum, quo auctor scribebat, signet 434, annus quo hoc opusculum consignabatur litteris currebat æræ nostræ an. 463. Cum vero hunc ipsum illicet cum anno Genserici 24, facta rite deductione, agnoscimus Gensericum regnare cœpisse anno æræ vulgaris 439. Atqui ista non coherent epochæ communis a chronologis receptæ de initio Genserici qui primus Africam occupavit; hunc

enim regnum obtinuisse statuunt anno æræ vulgaris 429. Nodum hunc nequaquam solverimus, nisi Gensericum hunc statuerimus prioris illius Genserici successorem, et forte eundem esse cum eo quem veteres Hunericum appellant Genserici filium et regni hæredem. Cum hac chronologia convenit auctor Africanus sequentis opusculi qui copulat annum 428 a passione cum anno Genserici 16, quæ sane duo dicta rite supputatione Genserici exordia retrahunt ad annum 439. Sunt itaque diligenter Genserici duo, pater filiusque, distinguendi, ne si unus admittatur confusio lectoribus inducatur.

Hinc de auctore secundi quod hic subiecto opusculi ac de tempore quo scribebat edocemur: chartis mandare sua dicit auctor ejusdem anno 16 regis Genserici, qui est æræ communis 455. Igitur eo tempore computus iste paschalis datus est, quo viz cessaverant Africanos inter et Romanos lites de anno paschali anni 444, contendentibus Romanis assignandum fuisse Pascha ejus anni diem non. cal. Maii, Latinis vero dici vii cal. Aprilis. Qua de re legenda epistola S. Cyrilli Alexandrini ad S. Leonem, et præmissa a Balleriniis eidem epistolæ, seu potius epistolæ fragmento admonitio. Huic ergo fragmento dilucidando plurimum fore valiturum hunc paschalem computum, nunc primum a me, ut arbitror, vulgandum censeo. Ea occasione scripta utrinque plurima prodiisse viz dubito. Disceptatum est etiam de eodem cyclo paschali annorum 84, in quo alii errorem subodorati sunt; alii vero rationes nonnullas inveniunt ut illum cum veritate componerent.

Inter istos scriptores fuit Agriustas ille Thimidenis Afer cycli propugnator. Adversus illum scripsit anonymus noster qui cyclum ita defendit, ut aliquid in illo erroris esse quod ipse enendat, agnoverit. Codex unde hoc desumpsi mendosissimus est, ex quo fit ut interdum nec sensus ipse scriptationis appareat. A correctione tamen abstinui, ne forte cogam lectores mea legere potius, quam quæ auctoris sunt. Grammaticæ leges nullæ, vel fere nullæ servantur, ad quas tamen tunc illas redegi, cum nullum irreperere dubium poterat de mente auctoris. Demum prætereundum non iudico cycli annorum 84 auctorem, aliunde, ut opinor, ignotum, ex hoc primum opusculo in lucem prodire; fuisse enim Augustalem quemdam hic legimus. Usus igitur in eo fit cycli annorum 84, quem potissimum tunc temporis invaluisse apud Latinos non latet eruditos.

Mentio in eo fit Hilariani ejusdam ad quem directum fuisse auctor scribit tractatum de Ratione paschali editum a quodam Agriustia civis municipii Thimidenisium regionum. Municipium istud situm erat in Mauritania Cæsariensi, cum inter episcopos ejus provincie in collatione Carthaginensi legatur Securicus episcopus Timidanensis. De Agriustia nihil quidquam legi. Hilarianus idem facile est cum Q. Julio Hilariano qui, Cæsario et Attico cons., nempe anno Christi 597, scripsit de Paschali Circulo libellum, quem et pluteis Taurinensibus extractum Puffus bibliothecarius Tubingensis Parisiis anno 1712 vulgavit, ac de hoc opusculo satis

ANONYMI

LIBELLUS

DE GENEALOGIIS PATRIARCHARUM

GENEALOGIÆ TOTIUS BIBLIOTHECÆ

EX OMNIBUS LIBRIS COLLECTÆ VETERIS NOVIQUE TESTAMENTI, IN QUIBUS PROPHETIÆ CUM NOMINIBUS ET TEMPORA OMNIUM PROPHE TARUM USQUE AD BEATISSIMUM CYPRIANUM DESIGNANTUR; ET AD NOSTRAM ÆTATEM QUID FUERIT GESTUM APERTISSIME MONSTRATUR: EX HISTORIIS COLLECTUM LEGALIUM MANDATORUM.

In principio homo primus unde in saeculo apparuisse cognoscitur.

Audiamus : si natus est, habet genitores, si factus est, habet materiam, si prolatus est, habet authorem. Dei omnipotentis utique sapientia linum a terra sumens paterno imperio hominem facere cogitavit; et cum solitarius ac singularis ab ipso Domino factore et conditore suo visus fuisset, os de costa ejus sumens, mulierem illi adiutorium fecit, serpentis namque confecta venenis per invidiam diaboli mors introivit in orbem terrarum, et regnare cœpit ab Eva usque ad Mariam Virginem unitam Domini castitatem; sicut enim per mulierem nata est mors, ita et per mulierem nata est resurrectio mortuorum. Ipse est enim Adam qui cognovit mulierem suam Evam exclusus de paradiso in terra Naid, et concepit et peperit Cain ex semine criminationis, luctus et vaporis, et adhuc adjecit pareræ, et peperit Abel fratrem ejus, et factus est pastor ovium; Cain autem agricola. Et factum est post dies, attulit Cain cum esset jam ætate legitimus, ex fructibus terrae hostiam Deo, et Abel attulit ex primogenitu ovium suarum, et ex adipe illarum. Et respexit Dominus in Abel et in muneribus ejus; in Cain autem et in hostiam ejus non respexit, ut unum martyrii gloriam destinasset, alium vero homicidarum principem collocasset, eo quod ille diabolus, qui patres eorum de paradiso ecluderat, necesse haberet, ut et filios eorum ad mortis periculum deduxisset. Tunc ingressus est in cor Cain, et dixit Cain ad fratrem suum : *transeamus in campum*. Et dum essent in campo exurrexit Cain super Abel fratrem suum, et occidit eum. Et adjecit adhuc Adam cognoscere mulierem suam, et concepit et peperit ei filium loco Abel, qui dicitur Seth, cujus nomen lingua latina resurrectio dicitur, quia ab ipso resuscitavit Dominus semen justum, a cujus progenie pervenimus usque ad Dominum nostrum Jesum Christum per generationes singulas sibi invicem succedentium. Ipse est Seth qui genuit Aenas; Aenam enim lingua latina obliviscens dicitur. De ipso natus est Chainan, cujus nomen appellatur nativitas Dei. Nam ipse Chainan genuit Malelel, cujus nomen dicitur mutatio Dei. Et Malelel genuit Jaret, cujus nomen descensio dicitur. De ipso natus est Enoch, cujus nomen latina lingua

renovatio interpretatur, quia Deus per ipsum renovaturus est mundum in illis diebus quando Antichristus multam faciet vastationem; tunc ipse et Elias simul prophetabunt mille ducentis sexaginta diebus, et interficiet eos Antichristus ubi et Dominus eorum crucifixus est. Sed ne quis dicat quod in Hierosolymis crucifiguntur, ubi et Christus Dominus crucifixus est, hoc utique dicit ubi et Dominus eorum crucifixus est, idest in regno Romano. Nam ipse Enoch genuit Matusalam, qui Matusala latine interpretatur missus. De ipso natus est Lamech, cujus nomen per interpretationem bonae mentis dicimus. Ipse est qui prophetavit de filio suo dicens hic nobis dabit requiem ab omnibus operibus nostris; nam ipse Noe idest requies appellatur.

Incipit origo Cain.

Transeamus ad originem Cain, et tunc ad generationem Noe revertemur. Posteaquam enim Cain a Deo maledictus fuisset, ut nec quisquam eum occideret signum adeptus est malum, quod nunc si quis acceperit in fronte sua aut in manu dextera bibit ipse de vino irae Dei mixto in poculo irae ejus et punietur in conspectu electorum Angelorum ejus, nam nomen ejus lingua latina in perpetuum crescens dicitur; idem enim hoc nomen acceperat, quoniam usque ad Christi adventum filii Cain ejus consortes occisuri essent christianos, vestigia Abel fratris ejus sequentes. Igitur iste Cain genuit filium nomine Enos, qui Cain dum ex serpente nascitur Lothum generasse cognoscitur, tunc aedificavit civitatem, et posuit ei nomen filii Su...nos; haec est civitas sanguinis, quae et nunc effundit sanguinem Christianum; haec enim civitas in terra Naid fabricata cognoscitur, et viva est. Ipsa terra interpretatur, quae in fine usque Christianos persequitur, qui fidei vocabulo nominantur. Nam ipse Enos genuit Gedam. Ipse habuit murorum scientiam. De ipso natus est Malelel, cujus nomen interpretatur auditio fortis, et de Malelel natus est Matusalan, qui genuit Lamech illum, qui habuit uxores duas, una nomine Ada, quae interpretatur testimoniata, alia nomine Sella quae interpretatur adimbrans se ipsam. Ipse est Lamech qui dixit mulieribus suis : Audite vocem meam, mulieres Lamech, et continete auribus vestris verba mea,

quia viram occidi invulnerem et juvenem in livore A
 meo, viram dicendo Christum Christianos dictos ju-
 venem autem populum esse a Judæis Christum a pa-
 ganis et hæreticis christianum occidi, vel uti reum
 versa vice videmus (*sic*) ut pro Abel Cain dicatur, qui
 pro Christi nomine laniatur. Et sequitur dicens quo-
 niam septies vindicatus est de Cain, de Lamech au-
 tem septuagies septies; hinc eum apparet occidisse
 Cain, nam de muliere sua Adam genuit Habel, qui est
 pater habitantium in tabernaculis, et alium nomine
 Jubal. Ipse est Jubal, qui ostendit psalterium et ci-
 tharam. Nam de Sella natus est ei Thobel qui fuerat
 faber ferrarius et aerarius, et soror ejus fuit Noema.
 Ipsa est, quæ psallebat voce non orgino, per harum
 enim generationes increvit hominum multitudo,
 quoadusque super eos advenit orrenda cathigo; et
 operuit eos cathaclysmus et disperdidit eos, quoniam
 miscuerant se filii Dei cum filiabus hominum, et non
 intenderunt præceptis ejus, quia execraverat eos ma-
 litia ipsorum, et non speraverunt sibi interitum esse
 futurum.

Incipiunt generationes Noe. Redeamus igitur ad
 Noe, qui genuit ante diluvium filios tres, et sortiti
 sunt uxores, fuerant enim in domo ejus animæ VIII.
 De eis meminisse dignatus est Apostolus dicens: *octo*
animæ salvæ factæ sunt per aquam, sicut et vos modo
baptisma salvos faciet. Fiunt igitur a protoplausto
 Adam usque ad Noe, idest usque ad generationem
 Sem filii ejusdem Noe anni duo milia centum quadra-
 ginta duo, et a generatione Sem usque ad cathaclysmum
 idest ad generationem Arphaxat filij Sem, qui
 statim post cathaclysmum nascitur anno centesimo.
 Fiunt omnes anni duo milia ducenti xl duo. Catha-
 clysmus enim latina lingua secundum judicium ap-
 pellatur.

Incipiunt generationes Sem filij Noe. Noe autem
 genuit Sem, qui dicitur latine nomen, et sortitus est
 uxorem nomine Norea, de ipsa natus est Elam. Elam
 interpretatur saeculum. Inde nati sunt Elamitæ, et
 frater ejus secundus dicitur As-ir, quem Nebrod gi-
 gans nepos patris sui Cham de terrâ Sennar exclusit,
 idest de terra servili. Tunc fugiens condidit Nineve
 et Roboth civitatem et Chalech et Dasseu inter Ni-
 neve et Chalech. Haec est civitas illa magna eorum,
 quam Jona propheta per iter trium dierum circumvit.
 De ipso Assir Assiri nati sunt, qui in opitulationem
 venerant Caldeis adversus filios Israel ad Hierusalem.
 Continetur autem eorum regio his modis ab India ad
 Malicum insulam adfirmat esse quindecies centena
 milia passus. Malicum vero scenio ducenta xx. quin-
 que milia. Inde ad insulam Madano (*sic*) confici ad
 apertum mare decem et octies centena et septuagi-
 ta quinque milia præter regiones humano generi inac-
 cessas. Hoc Solinus adseruit, et attingunt usque ad
 Æthiopiam per centum viginti septem regiones satura-
 rum. Haec sunt habitationes Persarum gentium et
 Medorum. Alius vero Arphaxat tertius filius Sem, qui
 dictus est Leo veniens, quartus vero Lud qui dicitur
 nascens, quintus Aram qui dicitur altus. De ipso

Aram nati sunt filii quatuor. Primitivus nomine Obs,
 qui dicitur chorus. Secundus El qui dicitur in per-
 petuum; El enim Deus dictus idest perpetuus. Ter-
 tius Gatera, qui dicitur exuperans, quartus vero Mo-
 soch qui et sagittarius. Nam filius Sem sextus qui di-
 citur Chanaam interpretatur nativitas Dei. Hi sunt
 sex filii Sem et Norca cum nepotibus suis. Nam Ar-
 phaxat filius Sem tertius qui dicitur est Leo veniens;
 ideo enim hoc nomen acceperat, quia ex ipso leo ve-
 rus futurus erat Dominus Jesus Christus. De ipso
 enim Arphaxat natus est Sala qui dicitur nuntius. Ex
 ipso Sala natus est Eber qui dicitur transflumen. Nam
 ipse Arphaxat filius Sem vixit annis centum sexaginta
 quinque et genuit Sala. Et vixit postquam genuit
 Sala annis quadringentis xxx. et genuit filios et filias,
 et decessit quinta generatione.

Incipiunt generationes Cham filii Noe.

Redeamus et ad Cham filium Noe, qui dicitur est
 callidus, et sortitus est uxorem nomine Auser ex semine
 gigantum, qui genuit filium primitivum nomine Chus.
 Hic obtinuit Æthiopiam contra Ægyptum, et de ipso
 nati sunt filii sex, et ista nomina eorum: primitivus
 Saba interpretatur Tote et venit inde Saba gens, de
 qua gente fuit illa regina Austri, quæ venerat audire
 sapientiam Salomonis, secundus vero Evllad, qui
 dicitur parturiens, tertius Sabata, idest tolle tu;
 quartus Regina idest clamatus, hæc erant filii duo;
 primitivus Sabam, idest condemnatus, et secundus
 Judas, idest constetur. Quintus vero filius Chus Sa-
 baratha fuit nomen ejus, idest ornatus. Sextus vero
 Nebrot, idest rebellans; hæc est Nebrot gigans qui
 fuit venator ante Dominum, inde nascuntur Chal-
 dei.

Ipse est, qui exclusit Assyri filium Sem, idest fi-
 lium patris sui, et in ejus terram ædificavit
 Babylon, et Orech, et Archad, et Chane intrinse-
 cus in filiis Canaan. Sedet autem Babylonia in mil-
 libus sexaginta, muri ejus alti pedibus ducenti et lati
 pedes lxx. et hoc Solinus adseruit qui totum de-
 scribit ambitum mundi. Secundus autem filius Cham
 mestrem fuit nomen ejus, idest totum molens. Hic
 obtinuit Ægyptum, hæc nati erant filii sex, et ista
 nomina eorum; primitivus Ludin idest sui negotii
 homo, secundus Emimegim, idest prophetatus est,
 tertius Latisin, idest iracundus, quartus Neptabin
 idest inflatus, quintus Patrosin, idest crudus, sextus
 Caslonin, idest cornutus. De ipso Caslonin nati sunt
 Filistini et Chapterini. Tertius vero filius Cham Pbut
 fuit nomen ejus, idest perfectus, hic nusquam com-
 paruit; quartus vero Chanaan, idest adorans iniquita-
 tem, nam ipsi Chanaan nati sunt filii undecim; pri-
 mitivus Sidona, idest exivit in judicium venatrix.
 De isto nati sunt Sidonienses, unde fuit Jezabel, quæ
 colebat idolum Sidoniensium Baal, secundus vero
 Cetheus, idest peccans; tertius Jebu-ens, idest con-
 fusus. Hic ædificavit Hierusalem, propterea Jebus
 dicta est secundum nomen ejus; quartus Amorrens,
 idest b. libundus; quintus Gergesseus, idest credi-

tus; sextus Evveus, idest coluber; septimus Aruceus, idest Scotomatus; octavus Asenneus, idest non estejus; nonus Azirius idest iracundus, decimus Samareus idest audivit reum, undecimus Amatheus, idest delinquens. Hi sunt filii Chanaan undecim. Et post hoc dispersæ sunt tribus Chananeorum, et factæ sunt fines Chananeorum a Sidone usque quo venias a Gerara et Gaza, Ascalona, Azotu, et Geth, et usque quo venias Sodoma, et Gomorra, Adama, et Seboin, et usque Laban, quæ dicitur Segor, ubi confugerat Loth et ad omnem terram Chanaan. Hi turrem ædificaverant ex lateribus coctis, et bitumen eis fuerat pro luto. Et ibi confudit Deus linguas eorum, ut quod quis postulabat non hoc acciperet. Hoc temporibus Eber factum est, unde lingua hebraea dicta est, secundum Hebræos.

Incipiunt generationes Japhete filii Noe.

Tertius vero filius Noe nomine Japhet, qui dilatio interpretatur. Huic erat uxor nomine Ruth, ex hac genuit primitivum Gamer, idest mensuram. Huic erant filii tres, primitivus nomine Agganaz, idest ignis ardens, secundus Rifat, idest visio fervens, tertius Zhargam idest uberatio. Secundus vero filius Jafet Magog fuit nomen ejus; hic obtinuit Pamphyliam. Tertius vero Madias, hic obtinuit Partiam. Quartus Lotham, hic obtinuit Græciam; hic est pater Syrorum Palæstinorum, et de ipso nati sunt filii quatuor: primitivus Elisa, idest ad me veni. Secundus Thareis, idest gladiator, hic ædificavit civitatem nomine Tharso, secundum nomen suum, in qua volebat fugere Jona a facie Domini. Tertius Citi, idest calcabote. Quartus Rodi, idest condemnatus. Ab his designatæ sunt insulæ gentium in terra illorum, et severunt sibi sermonem unusquisque in suo genere et in suis gentibus. Quintus filius Jafet Elisa dictus, idest ad me venisti. Sextus Thober, idest uberans. Septimus Moise idest sagittarius. Octavus Thiras, idest lanciator. Hi Kartaginem obtinuerunt secundum auctoris dictum. *Tyrii tenuere coloni. Kartago urbs antiqua fuit*, utique Tyrorum. Hi sunt octo filii Jafeth, nepotes Noe. Ipsi obtinuerunt Pamphiliam, Partiam et omnem Græciam, Rodiam et Citiam: inde Rodiciti, Mazianitæ cum Kartaginiensibus, et Tharsensibus.

Incipit rememoratio Salæ nepotis Sem filii Noe.

Redeamus ad Sala nepotem Sem filii Noe. Ipse est Sala qui vixit annis centum quinquaginta VII. et genuit Eber, et vixit postquam genuit Eber annis quadringentis xxx. et mortuus est: qui Eber vixit annis centum quadraginta quatuor, et genuit filios duos; primitivum nomine Falech, idest partitus. Quare partitus? quia sub ipso divisi sunt filii et nepotes Noe. Secundus vero filius Eber, Jecta dictus est, idest pusillus. Huic erant filii duodecim; primitivus nomine Elmodam, idest agitatus; secundus Salef, idest alienatus; tertius Sarmoth, idest domus mortis; quartus Serueh, idest visibilis; quintus Odorem, idest satis altum; sextus Azaer, idest levis; septimus Declax, idest trans hic; octavus Abimelech, idest

nubilum; nonus Soba, idest tolle, veni; decimus Ufer, idest lumen curationis; undecimus Evlath, idest ostende hoc; duodecimus Jobab, id est amans Deum. Hi sunt duodecim filii Jecthan. Et facta est commemoratio eorum a Masse usque quo venias Gofor, a morte Salma. Et regnavit pro eo Saul ex Roboth civitate quæ est juxta flumen. Mortuus est autem Saul, et regnavit pro eo Ballenon filius Agobor. Mortuus est autem Ballenon et regnavit pro eo Arad filius Barad, et nomen civitatis ejus Fogor; nomen est uxoris ejus Metebel filia Matrab filii Mezob. Et hi duces eorum, Theman, Galla, Jephite, Telimas, Elas, Pynon, Genethiz, Themna, Mazer, Magedieli, Eram, Fazoin. Hi duces Edom in terra possessionis eorum. Hic est Esau qui dictus est Edom, propter aviditatem escae, pro qua suos primatus amisit dum ederet lentilulam cum de frito coctam hoc nomen accepit. Hæc est gens, quæ exclusit Chorreos.

Et hæc est gens Chorreorum.

Septem enim fuerunt filii Ser Correi et nepotes XXII. et ista nomina eorum; primitivus Lothan et filii ejus Eman et Chorri. Secundus Sobal et filii ejus sex, Golla, Manochacat, Geba, Sofan, et Onan. Hic est Onas, qui invenit Laminir in eremo Elas cum pasceret jumenta Sebegon patris sui. Quartus Anam, et filii ejus duo, Deson et Elibathe. Filiorum autem Deson hæc sunt nomina, quattuor. Emadan, Asban, Thasra, et Chorrarn, quartus Aran, et filii ejus quattuor, Emadan, Asban, Thasra, et Chorrarn; sextus Asam, et filii ejus quatuor, Balam, Zucam, Juscha et Jusclan; septimus Rison, et filii ejus duo Oe et Arranh, hi sunt filii Seir Chorrei VII. et soror eorum Thamma, et nepotes XXII. Hæc est gens Zozomin, quam disperdit Esau a facie sua de terra Seir, ut possideret eam, et facti sunt Gabaonitæ dum fugerent a facie ejus hoc in Jhesum idest servatus. Hi sunt quattuor filii Isachar. Filiorum autem Zabulon hæc sunt nomina eorum, primitivus Seder, idest doctus; secundus Allon, idest sempiternus; tertius Sem, idest nubilum. Hi tres filii Zabulon. et Dinæ filii non sunt nati. Filii autem Gad VII. hæc sunt nomina eorum, Sofan, Anges, Saunis, Soban, et Ismelis et Ariolis, hi sunt septem filii Gad. Filii autem Aser hi sunt, et hæc nomina eorum: primitivus Semna, idest numeratus; secundus Sesua, idest petrus; tertius Zievi, idest honor meus; quartus Baria, idest petens, et soror ejus Sara, idest. Hi sunt filii Aser quatuor, et soror eorum. Filii autem Bariae hi sunt duo, et hæc nomina eorum: Chober, id est superans; et secundus Melchiel, idest missus a Deo, hi duo filii Bariae. Nam filiorum Joseph ex Asene ex filia Petefres hi sunt, et hæc nomina eorum, Manasses, idest oblitio. et Efren qui dicitur Satus. Ex Manasse nati sunt Machir, idest venditus, et Gad, idest testimonium: inde natus est Susi, et de Sus natus est Gaddi, qui missus erat a Moysse ut Terram promissionis prospiceret. Et de Efren nati sunt Hithalhan, idest dignitas Apostolica, et Thaan, idest nubilum; et de Suthalan natus est Edem, idest tem-

plum. Illic genuit Ause, et Ause genuit Navve, qui A nurus Noemmin, quæ fuit uxor Chellon filii ejus. Jhesus appellatus est. Ossa autem Josephi secum imposuerunt filii Israel ab Ægypto, idest de terra Sychem, et posuerunt ea in Sychimis in portiuncula agri, quam possedit Jacob ab Amorreis, qui inhabitabant Sychima agnis centum. Hoc in finem libri Jhesu Nave legimus, et dedit eam Joseph in particulam, et unde possumus probare loci ejus sepulturam, proferimus Genesen, et inveniemus, Jacob venisse in alteram civitatem Sychimam, quæ est in terra Chanaan, cum venisset de Mesopotamia Syriæ, et induxit ante faciem civitatis et emit partem agri, in qua statuit tabernaculum suum ab Emmor patrem Sychem centum agnis, et statuit illic aram Deo, et invocavit ipsum Deum Israel. Ne quis dicat quod in eodem sepulchro sepulti sunt Abraham, Isaac, Jacob et Sara, liber nos geneosorum perdocet, sicut legimus scriptum: *et sepellit Abraham Sarram uxorem suam in spelunca duplici quæ est contra Mambræ.* Haec est, Chebron in terra Chanaan, et proprius factus est ager, et possessio et spelunca, quæ in eo erat Abrahæ in possessione sepulturae a filiis Ceth, quod emit XL. didragma argenti ab Efron filium Saar Cetheo contra Hierico. Haec est sepultura eorum. Filii autem Benjamin hi sunt, et hæc nomina eorum: primitivus Bellach, idest gluttitus; secundus Chober, idest primitivus; tertius Asibel, idest ignis a Deo. Hi sunt filii Benjamin. Tres filii autem Bellæ primitivi Benjamin hi sunt: primitivus Adar, qui dicitur ospitatio; secundus Noeman, idest psallens libenter; tertius Jachim, idest frater meus; quartus Roos, idest initiator; quintus Afim, idest similitudo; sextus Afim, idest secundum faciem meam; hi sex filii Bellæ. Nepos autem ejus ex Arad dictus est Arad, idest descensio. Filium autem unum habuit Danno mine Ason, qui interpretatur grece ex lingua Chaldaea, episcopus, de hebræo vero in latino, speculator, subtili fraude nomen subinvolatur, nam et in malo speculatur Antichristus, legimus enim in secretis, quod ex hac tribu venisse nuntiatur. Filii autem Neptalim hi sunt, et hæc nomina eorum; primitivus Masiel, qui interpretatur fortis Deus; secundus Guai, idest fortitudo; tertius Enzer, idest æternus; quartus Sillem, idest debitum; hæc sunt nomina filiorum et nepotum Israel, eorum, qui introierunt in Ægyptum simul cum Jacob patre suo animæ septuaginta quinque. Filius autem ejus quartus Juda, vir fuit potens in virtute; hic genuit Fares, qui interpretatur divisus. Fares genuit Esrom, idest altus, Esrom genuit Aram, idest gens; Aram genuit Aminadab; Aminadab interpretatur concupiscentia amans. Aminadab genuit Naasipn, qui dicitur refrigerium, et soror ejus Elisafat, quæ dicta est gratia Dei; ipsam sortitus est Aaron, ex illa nati sunt sacerdotes. Nasson autem genuit Salmon, idest fortitudo; Salmon genuit Boos, idest perfectus ex Raab. Et quare perfectus dicitur? quoniam in ipso perfectus Dominus, quod in Deuteronomio legimus: *et tu Moab, dicimus, nihil apparebis in domo mea,* idest per Ruth

Hæc fuit Ruth Moabitidis, ex illa genuit Obed, idest serviens, Obed genuit Jesse, idest obliviscens, Jesse genuit filios VII. et filias duas, et hæc nomina eorum, Eliab, Aminadab, Sama, Nathaneel, Jadeum, Asomum, et David septimus; et sorores eorum Sarbia, et Abigea, et filii Sarbiæ, Abesse, Joab, Elagel; hic est Joab qui dinumeravit populum ab Dan usque Bersabee, et fuit numerus Israel undecies centena millia virorum evaginantium gladium, et Juda quadringenta septuaginta millia virorum evaginantium gladium; et Levi et Benjamin non dinumeravit in medio ipsorum, quia præcipitavit sermo regis ipsum Joab, et malum visum est in conspectu Domini, de sermone hoc, et percussit eundem Israel, et dixit David ad Dominum: *peccavi nimis quia feci rem hanc, et nunc aufer injustitiam pueri tui, quia evanui nimis. Et locutus est Dominus ad Gad videntem dicens: Vade et loquere ad Da id. Hæc dicit Dominus: tria ego deceno adversum te, elige tibi unum ex illis, et præstabo tibi aut triennium famis, aut tribus mensibus fugere a facie inimicorum tuorum ad te disperdendum, aut triduum gladium Domini corrumpere in omnibus finibus Israel, et nunc vide, quod verbum respondeam ei qui misit me ad te. Et dixit David ad Gad, angustia sunt mihi, incidam potius in manu Domini, quia nimis multæ sunt miserationes ejus, et in manu hominis non incurram. Et interrogavit Dominus mortem in Israel a mane usque ad horam prandii, et mortui sunt de plebe. Abdanus, qui Bersabe septuaginta millia virorum, et misit Deus angelum in Hierusalem, ut disperderet eam, mors autem vastabat. Pœnituit Dominum; et Archangelo satis sit, tibi parce manu tua; et angelus Domini stans erat in area Ornei Jebusei, et vidit David angelum Domini stantem inter terram et cælum, et gladius ejus erat extensus ad Jerusalem; et cecidit David et seniores operati de ciliciis in facies suas. Et dixit David ad Dominum: nonne ego dixi dinumerare populum, et ego sum qui peccavi, et male faciendo malam rem gessi, et hæc oves quid mali fecerunt, Domine Deus meus? sit igitur manus tua in me et in domo patris mei; in populo autem tuo non sit ad obtritionem. Et angelus Domini dixit ad Gad: dic ad David ut statuat altare in arca Ornei Jebusei. Et fecit David secundum quod ei præceperat Dominus. Et tunc dixit Dominus angelo: *averte gladium tuum; et avertit gladium suum in vagina ejus.* Hæc enim Jerusalem, ante Jebus dicebatur, quam sortitus est Juda. Abiit autem ad Chananæum inhabitantem Chebron, et occidit illum Sessi et Achinam et Thalmi natos ex Enac, qui Enach ex Chanaan nascitur. Inhabitaverunt autem Jebusei in medio filiorum Benjamin et Juda in Jerusalem quoadusque excluderentur post annos mille quingentos a Jonatha filio Matathiæ. Abigea vero soror David peperit Amessa. Et pater Amessæ. Æter Ismaellia dinumeratus est cum populo Israel; cui populo cum Reges darentur, factus est, Domino irascente, primus rex Saul. Tunc dixit Dominus: *clamabitis, inquit, ad me a facie regis vestri, et non exaudiam vos, quoniam vos**

vobis petistis regem; et iterum dicit: *dabo tibi regem in ira mea.* Sub qua ira regnavit annis quadraginta, occisus est in monte Gelboe. Tunc dixit David in dolore: *montes qui estis in Gelboe, neque ros neque pluvia cadat super vos, ubi effusus est sanguis unctorum Dei.* Hic est David qui dicitur misericors, et regnavit annis xl. et genuit Salomonem, qui dicitur pacatus; et regnavit et ipse annis xl. Haec autem sunt nomina uxorum David, Achima, Abigea, Agal, Habital, Agla, Bersabe, Melchol. Sed cum reverteretur de Cenbron recusavit Melchol, et tradidit eam viro alii, quia ode- rat eam nimis. Natus est autem Salomon ex Bersabe. Qui Salomon genuit Roboam ex Naath filia Annae regis filiorum Ammon, qui Roboam dicitur est multitudine gentium. Temporibus ejus sustulit rex Susachim rex Aegypti arma aurea, idest Lanceas et scuta trecenta ab Arazar rege Syriae haec tulerat David, et fecit pro ea aerea Roboam filius Salomonis, et regnavit annis decem et octo; qui Roboam genuit Abiud, idest patri Deo, ex Maccha filia Ariel ex Gaba; et regnavit annis tribus. Abiud genuit Asaph, idest volat, ex Anna, et regnavit annis xl. uno. Asaph genuit Josaphat idest iudex ex Gazuba filia Selthi; et regnavit annis xxv. Josaphat genuit Joram, idest visibilis, ex Fache uxore; et regnavit annis octo. Joram genuit Ochoziam, idest fortitudo, ex Gotholia filia Achab ex Zezabel, quae Gotholia vidua regnavit annis octo, et ille regnavit anno uno. Ochozias genuit Joas, idest mansuetus; ex Chobodda; et regnavit annis xl. Josias genuit Amessian, idest rogans, ex Jode; et regnavit annis xxix. Amessias genuit Odiam, idest amans, ex Jeccelia; et regnavit annis lxi. Odias genuit Jonathiam, idest perfectus, ex Darbia filia Sadduc, et regnavit annis sedecim. Jonathia genuit Achaz, id est tenens, ex Saba; et regnavit annis sedecim. Achaz genuit Ezechiam, idest regnum Dei, ex Rabbuti filia Zachariae; et regnavit annis xxix. Ezechi s genuit Manasses, idest oblivio doloris, ex Ebsiba; et regnavit annis quinquaginta quinque. Manasses genuit Amos, idest verecundus, ex Masthelamitaba; et regnavit annis duobus. Amos genuit Josiam, idest rogans, ex Jeddadida filia Oziae; et regnavit annis xxxi. Josias genuit Jochaz idest similis, ex Jecora; et regnavit diebus nonaginta et Examital genuit Joas et Sedeciam, cujus Nabuchodonosor oculos excecavit in conspectu filiorum ejus, et in compedibus aereis vinxit eum, et in Babyloniam duci jussit, et in molundino constitui, et ibi mortuus est, cujus anno undecimo regni Jerusalem a Nabuchodonosor rege depraedata est. Et conclusi sunt Regum anni quingentiquinque, menses sex, die; decem, et transmigratus est populus in Babylonia, et constituitur rex a rege Nabuchodonosor Jecchonias filius Joachim, qui dicitur est praeparatio; et regnavit diebus centum. Tunc et ipse ductus est in Babylonia, et in trigesimo anno migrationis tonsus est Jecchonias, dum de carcere eum Ulemadar educeret. Hic est Ulemadar, qui dum Nabuchodonosor cum agri bestiis moraretur fuit ejus successor. Tunc lo-

cutus est ad Ilieconiam bona, et posuit thronum ejus super omnem thronum regum, qui cum eo erant in Babylonia, et mutavit vestimenta ejus et simul cenabat cum eo omnibus diebus vitae suae, et victus constitutus erat illi, et erat illius consiliarius omnibus diebus vitae. Hic Jechonias genuit Salatiel, idest misit Deus; qui Salatiel in Babylonia genuit Zorobabel qui dicitur est victoria Dei. Hoc in tempore regnum adeptus est Cyrus rex Persarum. Anno autem quinquagesimo et secundo captivitatis Judae rex Astyaces adpositus est ad patres suos, et Cyrus rex Persarum accepit regnum ejus, qui in secundo anno regni sui subjugavit Babylonium ad Ninevem civitatem Medico. Tunc vasorum dominicorum rethibendorum promiserat votum, quae tulerat Nabuchodonosor e Jerusalem de templo Domini, et reposuerat ea in suo idolio; proferens ea Cyrus rex Persarum, adsignavit Mitr- dati praeposito thesaurorum suorum; per hunc autem tradita sunt Salmanasor praeposito Judae. Numerus autem eorum erat, libatoria aurea mille, argentea quingenta, murtatiola argentea xxix. flalae aureae quinquaginta, argenteae autem duo millia quadringenta decem, et alia vasa mille; omnia autem vasa aurea et argentea quatuor millia nongenta septuaginta novem, et perlata sunt per Salmanasar et per eos, qui de captivitate Babyloniae regrediebantur. Hic Cyrus regnavit annis decem xv. et interfectus est a Miride in Massa Jada olympiade sexagesimo et octavo, et sepultus est in Castello quod magi obtinent Thiasarcida nomine, hic Cyri sepulchrum. Cyro ergo defuncto, sicut diximus olympiade sexagesimo et octavo, succedit in regno ejus rex Darius. Hic est Darius filius Asieri nascitur ex Bastin in civitate Susim et regnavit in regno Chaldaeorum; a cujus anno tertio regni incipiunt ebdomadae Danibeli a capite circuli secundi. Jam tunc Romani magnificabantur regnante Tarquinio Supervo, qui fuit Romanorum rex octavus ab urbe condita, et regnavit annis xxiv. Condita vero est Roma a filii Martii et Hiliae undecimo Kal. Majas feria quinta, et sunt hodie usque in annum vigesimum quartum regis Geiserici anni mille dogenti septem. Anno tunc decimo mensum numerum apud Romanos habente regnante in Judea Hozia filio Amassiae anno xxiv. regni ejus. Exinde usque ad conclusionem annorum septuaginta captivitati impleti sunt per successionem singulorum regum Romanorum anni ducenti quinquaginti octo ab anno vigesimo quarto Hoziae filii Amessiae. Verum ut cum Judeorum regum et Romanorum temp- ra coequantur ipsorum regum Romanorum annorum numerus requiratur, et a Remo et Romulo ejusdem conditoribus suo in ordine recitentur. Ipsi enim primo regnaverunt Romae simul annis xxxviii. Post hos Titus Tatinus dux Sabinorum regnavit annis quadr- ginta uno; dehinc Numa Pompilius anni quadraginta tribus; Tullius Hostilius annis xxx. duobus; Anchus Marcus Filippus annis xxviii. Tarquinius Priscus annis xxx. octo; cujus anno sexto regni a Nabuchodonosor rege Jerusalem ostenditur captivari. Servus Tullius, serva natus,

annis xxxvi. Fiunt omnes in se anni ducenti quinquaginta sex usque ad primum annum Darii, quo Cyrus defunctus est. Quo tempore regnum Romanorum administrare coepit Tarquinius Superbus. In cuius scilicet anno secundo completi sunt regum urbis anni ducenti quinquaginta octo usque ad conclusionem annorum septuaginta captivitatis, succedentibus etiam hebdomadibus Danhielis septem, in quibus ipse regnavit annis viginti duobus. Fiunt ergo urbis Regum anni ducenti octoginta. Post istos autem reges consules Tribuni vel ædiles usque ad Gajum Julium Cæsarem judicaverunt annis quadringentis undecim. A Gajo vero Julio Cæsare usque ad Valentiniiani extremum vitæ naufragium anni sunt quingenti octo, quibus in similitudine ferri licet argillam testo commixtum, tamen divinitus Romanum semper stetit imperium. Dan'ele statuæ illius interpretem, quam Nabuchodonosor somniaverat, qui legit, intelligat. Et conclusum est in ipso ingressu annorum mille ducentorum, decursis temporum metis, Romanicæ regnum, propterquod jam pene per totum ambitum terræ mortium neces et cruciatus accrescunt, bellorum namque fragores poenarumque lues sibi invicem congeniuati succedunt; plangit vero, dolos, plagæ simul et luctus ubique funduntur. Dum hæc igitur omnia huic mundo frequentius inrogantur, cum occisoribus et occisis illico singula finiuntur.

* Interea Zorobabel filius Salathiel, hic est qui a Dario rege sapientior pronuntiatur; est enim de domo David ex genere Phares de tribu Juda, cujus petitionis Rex Darius templum aedificari jussit, et universa vasa restituit. Ipse est Darius, qui Artaxerses secundum Chaldeos nominatus est, secundum Medos vero Darius appellatus est. Hic fecit convivium grande omnibus qui sub eo erant, omnibus domesticis et omnibus praepositis Mediae et Persidis, ab India usque Ætiopiam centum viginti septem regionibus. Et cum bibissent et manducassent repleti regrediebantur; Darius Rex ascendit cubiculum suum, et dormivit, et expers factus est. Tunc tres juvenes custodes corporis regis dixerunt ad alterutrum, dicat unusquisque nostrum sermonem suum qui praevaleat, et cujuscumque fuerit verbum sapientior, dabit ei rex Darius munera magna, et super victoriam purpura circumdari, et in auro bibere, et super aurum dormire, et quadrigam inauratam, et cydarin byssinam, et torquem auream circa collum ejus, et secundus sedebit a Dario, propter sapientiam suam, et adfiliis Darii vocabitur. Tunc scripserunt singuli sermonem suum et posuerunt sub pulvino Darii, et dixerunt: cum levaverit se Rex, dabimus scriptum, et quod judicaverit Rex, et tres majores Persidis, et cujus sermo sapientior fuerit, ipsi dabitur victoria, sicut scriptum est. Unus scripsit, forte est vinum. Alius scripsit, praevalet Rex. Tertius se ipsi, praevalent mulieres, super omnia autem praevalet veritas. Tunc surrexit

A Rex et dederunt ei scripta, et legit et misit et convocavit omnes praepositos et majores. Sederunt autem et omnes principes, et lectum est scriptum coram illis, et dixit: vocate juvenes; et ipsi manifestabant nobis sermones suos; et introjerunt, et dixit eis: renuntiate nobis de scriptis vestris. Et coepit qui prior dixit de virtute vini, et sic ait: Viri, quam cito praevalet vinum omnibus hominibus, qui illum bibunt; seducit sensum regis, et orphanis, facit mentem vanam, servi et liberi pauperis et divitis, et omnem sensum demutat in hilaritatem et gaudium, et non meminit omnem tristitiam et debitum, et omnes animas facit divites, et non meminit regem neque praefectum, et omnia per talenta facit loqui; et non meminerunt quando bibunt amicitiarum amicorum et fratrum, et paulo post arripiunt gladios, et cum a vino fuerint et exsurrexerint, non meminerunt quae gesserint. O viri non praevalet vinum, quod sic cogit facere, et tacuit. Ubi ita dixit et coepit secundus loqui, qui dixit de virtute Regis: O viri, non praevalent homines terra et mare tenent et omnia quae in eis sunt, Rex autem praevalet, et dominatur eorum, et omne quodcumque dixerit eis faciunt; Si autem miserit eos, ad hostes, eunt, et conficiunt montes et muros et turres, mactant et mactantur, et Regis non praetereunt verbum. Si autem vincunt, adferunt Regi quaecumque ceperint, et qui non militant nec pugnant, sed terram colunt, et cum araverint et messem egerint adferunt regi, et ipse solus est; et si dixerit: occidite; occidunt; et si dimittere, dimittunt, si cedere cedunt; si devastare, devasiant; si aedificare aedificant; si excidere excidunt; si plantare, plantant, et omnis plebs et potestas ipsius sunt: superbis autem recumbens manducat et bibit et dormit, hi autem servant in circuitu ejus, nec possunt ire singuli et facere opera sua, et non ei obaudire. O viri, quomodo non supereat Rex. Tertius qui dixit de mulieribus et veritate, hic est Zorobabel filius salathiel de domo David ex genere Phares de tribu Juda, coepit loqui: Viri, non magnus Rex et multi homines et vinum forte, quis ergo dominatur eorum, nonne mulieres? mulieres generaverunt regem, et omnem plebem quae dominatur mari et terris et ex ipsis facti sunt, et ipsae aluerunt eos qui plantaverunt vineas, de quibus vinum fit; ipsae faciunt indumenta omnibus hominibus, et ipsae faciunt gloriam hominibus, et non possunt separari homines a mulieribus; sicut egerint aurum et argentum et omnem rem speciosam, et viderint mulierem unam bona specie et bona forma, et haec omnia dimittunt et in ipsa respiciunt, et ore patenti intuentur eam, et omnes eam laudant, magis quam aurum et argentum aut omne opus practiosum. homo patrem suum derelinquet qui eum nutrit et terram suam et ad mulierem suam adhaerebit, et cum muliere dimittit animam suam, et neque patris meminit, neque matris, neque terrae. Et hic debetis cognoscere, quoniam mulieres

* Hæc et sequentia sunt ex lib. iii Esdræ.

dominantur vestri. Nonne laboratis et doletis et omnia mulieribus adfertis et datis; et accipit homo gladium suum et vadit peregrinari, et in navi navigare, et in fluvij transire, et leonem videre, et in tenebris ambulat, et cum furatus fuerit et latrocinium fecerit et coeperit amicae suae afferre. Et iterum homo diligit mulierem suam magis quam patrem aut matrem, et multi desperatione taeti sunt propter mulieres, et servi facti sunt propter eas, et multi perierunt et occisi sunt et peccaverunt propter mulieres, et nunc non creditis mihi quoniam magnus est Rex in potestate sua et omnes regiones timent contingere eum. Et debanna per Emen filia Bezzachi ihus mirabilis viri concubina Regis se lentem vidi circa Regem, et accipientem diadema de capite Regis, et inponentem sibi et alapizantem Regem de manu sinistra, et ad haec omnia Rex hebes patenti ore intuebatur ea, et si adrisisset ei ridebat Rex, vel si irata esset et blandiebatur ei quoad usque in gratiam rediret cum ea. O viri quomodo non fortes sunt, quae sic agunt? Et tunc Rex et potestas eius aspiciabant ad alterutrum, et coepit loqui de veritate, Viri, non ne fortes sunt mulieres, et magna est terra et sublimo est celum, et citatus cursus solis regredietur in circuitum caeli, et iterum recurrit in eundem locum in una die non magnus qui ista fecit et veritas magna et fortior prae omnibus. Omnis terra veritatem invocat, celum eam benedicit et omnia opera quae moventur tremunt, et non est in eo iniquitas. Iniquum vinum, iniquus Rex, iniquae mulieres, iniqui omnes filii hominum, iniqua omnia opera eorum, et non est in ipsis veritas, et in iniquitate sua peribunt: et veritas manet in aeternum, et vivit et tenet in saeculum saeculi. Et non est apud ipsam accipere personam, sed aequitatem facit, ab omnibus iniquis et malis abstinet se, et non est in iudicium ejus iniquus; et ipsi fortitudo et regnum et potestas et magnificentia omnium saeculorum benedictus Deus veritatis. Et tacuit loquendo. Et omnis plebs clamaverunt, et dixerunt: magna veritas et supervalet. Tunc dixit ei Rex, pete quae velis plus quam quae scripta sunt et dabo, quemadmodum inventus es sapientior, et proximus mihi sedebis et adfinit meus vocaberis. Tunc Regi dixit: memorare voti quod vovisti, aedificare Jerusalem in die quo Regnum accepisti, et omnia vasa quae ablata sunt dimittere, quae separavit Cyrus Rex cum me excederet Babiloniam. Et vovit remittere ea in Jerusalem. Et tu vovisti votum aedificare templum, quod incenderunt Chaldaei cum desolata esset Judea; et nunc hoc est quod deprecor te, Domine Rex, et quod peto, et haec est magnificentia tua, quam a te precor ut facias. Votum quod vovisti Domino Regi Celi ex ore tuo. Tunc surrexit Darius Rex et osculatus est eum, et scripsit et epistolas ad omnes dispensatores et duces et praefectos, ut eum educerent, et omnes qui cum eo erant omnes ascendentes aedificarent Jerusalem, et omnibus prepositis Caelae Syriae, Phoenicis; et Libanis scripsit epistolas transferri Libana cedrina et Libani in Jerusalem. Cum exisset

A juvenis a facie Regis aspiciens caelum contra Jerusalem benedixit Domino et dixit: a te victoria, et a te sapientia, et tua gloria, et ego servus tuus: benedictus es qui dedisti mihi sapientiam, et dominae pater tibi confiteor. Et accepit aepistulas, et profectus est in Babiloniam et renuntiavit fratribus suis omnibus, et benedicebant Deum patrum suorum, quoniam dedit eis remissionem ascendere et aedificare Jerusalem et templum, ubi invocatum est nomen ejus in eo. Est autem numerus eorum qui de captivitate Babiloniae regressi sunt in terra Juda et Jerusalem a duodecimo anno et supra, praeter pueros et puellas quadragintatria milia trecenti sexaginta. Pueri autem et puellae septem milia trecenti viginti septem psalentes, maseni et foeminae dugenti quadraginta quinque, Camelli quadringenti xxxv. subjugia promiscua quinque milia septingenta quinque. Cum autem proficiscerentur e regione Babiloniae, tunc etiam Esdra propheta et legis doctor et ipse cum eis ascendit, ad quem iteras direxit Rex Artaxerses, quarum exemplum hoc continet. Rex Artaxerses Esdrae sacerdoti et lectori legis Domini salutem. Amicaliter ego judicans, praecipio eos, qui voluerint ex genere Judaeorum, et sacerdotum et Levitarum, eorum, qui sunt in nostro regno tecum ascendere in Jerusalem; quodquod ergo cogitant proficisci, proficiscantur, sicuti placuit mihi et septem amicis meis consiliariis, ut possitis omnia inspicere, quae in Judaea sunt et in Jerusalem, quod consequens est secundum legem quam habes, tollere munera Domino Deo Israel, novissimus ego et amici mei, quia Deus habitat in Sion, omne aurum et argentum quodecunque inventum fuerit in Babilonia restituetur in templo Dei et Jerusalem. Tu Esdras, secundum sapientiam Dei compone iudices causarum ecclesiae in totam Syriam et Fenicem, omnes qui noveris docebis, et quodquod praeteriat legem Dei tui et regis, diligenter punientur, sive morte, sive poena vel damno pecuniario et exilio. Benevaleas. Et dixit Esdra scriba: Benedictus Dominus Deus patrum meorum, qui dedit ista in cor regis glorificare donum ejus, quae est in Jerusalem, et me honorificavit in conspectu regis, et consiliarium ejus, et ego forti animo factus sum secundum adjutorium Domini Dei mei. Et profecti venerunt ad Jerusalem, et celebraverunt Pascha nono Kal. Aprilis feria v. a pascha Moysi in Aegypto annos mille centum septuaginta sex. Tunc fundamenta templi Dei a Zorobabel posita restaurantur, quod templum quadraginta sex annis aedificatum est: non enim Zoram suam solvit, neque capillos capitis sui fecit, sed nec calceamenta deposuit donec per Esdram Prophetam et sacerdotem legisque innovatorem supletis septem hebdomadibus Danielis dedicatio fieret templi. Ipse est Zorobabel qui genuit Abiud, qui appellatur Pater confessionis. Abiud genuit Eliachin, idest resurgens. Eliachin genuit Azzor, idest occisus. Azzor genuit Saddoc, idest jussus. Saddoc genuit Achim, idest paratus. Achim genuit Eliud, idest Dominus fortis. Eliud genuit Eliazar, idest Deus adiutor. Eliazar ge-

noit Matham, idest munus. Matham genuit Jacob, A idest dilectus. Jacob genuit Joseph, idest congregat, rujus, ut putabatur, dominus Christus secundum carnem filius esse.

Explicunt generationes quas Matheus Evangelista usque ad Joseph cui fuit desponsata Maria describit. Incipiunt aliae quas Lucas ad Mariam usque describit, sed cursu ab eadem ad primum hominem recalato revertitur.

Redeamus ad Exodum et proferimus generationes Levitarum. Levi enim genuit Chat, Gesson, et Merarij, qui Chat genuit Ambram, qui dicitur dilectio, et Issar, qui dicitur fortis ad fortem, et Cebron, qui dicitur amicus aeternus, et Odiel, qui dicitur fortis Deus; qui Odiel genuit Elisa, qui dicitur visitatio, et Masiel, qui dicitur petitio Dei, et Soseri, qui dicitur absconsus. Gesson vero filius Levi secundus, qui dictus est inquilinus, genuit Lobon, idest Las, ex Semei, qui dicitur auditio. Merarii autem tertius filius Levi genuit Moalli, qui dicitur mutatio, et Omousi, qui dicitur fons meus. Anbram vero filius Chaat genuit Aaron Moysen et Mariam, quae dicitur dominatrix, ex Jochabet, quae dicta est dignitas Domini, filia fratris Patris sui. Issar autem filius Chat secundus genuit Chore qui dictus est nudus; hic Chore genuit Assir qui dicitur rogans, et Belchana qui dicitur zelus, et Abiasar qui dicitur pater meus. Hi sunt filii Chore, ex quo genere fuerunt illi, qui temporibus David ante arcam testamenti psallebant cum caeteris Levitis et Sacerdotibus sortium viginti quatuor cum Asaf, Iditum, Eman, et Etan. Secundus vero filius Isaar Nafeth dictus est, qui interpretatur impietas, et tertius Zecriis qui dicitur dilectio, et quartus Misael, qui dicitur misit Deus. Aaron autem interpretatur area videns, aut visio altissimi: hic Aaron genuit Nadab qui dicitur concupiscentia et Abiud, qui dictus est amicus Dei. Mortuus est autem Nabad et Abiud dum offerrent ignem alienum ante Dominum Deum in deserto Syna. Et facta sunt ex numero eorum viginti tria millia. Omnis masculus ab uno mense et supra non enim considerati sunt in medio filiorum Israel, quia non datur illis haereditas in medio eorum ignem alienum quod dicit ex communi utique non divino de Caelo venientem. Eleazar vero tertius filius Aaron qui dictus est Deus adiutor meus, genuit Finees, qui dictus est sectator ex filiabus Fuiziel: hic est Finees de quo in Machabeicis libris Matathias loquutus est dicens: Finees dum emulatur lege adeptus est sacerdotium. Quartus vero filius Aaron Stamar dictus est, qui dicitur rancidus hos genuit, Elisafat quae dicta est gratia domini. Moyses autem filius Ambram secundus genuit Gersam qui dicitur Ho pes, et Eleazarum, qui dicitur Dei virtus, ex Seflora, quae dicta est visitatio formosa filia Sotor de Madia sacerdotis. Gersam vero genuit Sonatan, ipse et filii ejus erant sacrificantes in Tribu Dan usque ad diem transmigrationis terrae. In horum autem monte sepultus est Aaron et Moyses in Geth juxta

niam inde sunt sacerdotes qui altario Dei deserviunt: Dominus est enim sors eorum. Ideo nunc decimae sufficere debent sacerdotibus ut alieni sint a saeculi voluptatibus, qui alienis incubare desiderant rebus. Deinde Moyses Ægyptiaca lingua interpretatur de aqua acceptus, et haebrea lingua, servat domino. Ipse genuit Gersam et Eleazarum fratrem ejus ex Seflora quae dicitur visitatio. Hic Moyses fuit in deserto Syna annis xxx. et dum jussus a Domino ascenderet in Robothmoab super montem Nabat super verticem Fasga, quae est contra faciem Hierico, et ostendit ei omnem terram Neptalim Efram et Manasse, et omnem terram Judam usque ad mare novissimum, et desertum et adjacentia regionis Hiericho civitatem Fœnicum usque Fogor, et dixit Dominus ad Moysen, *haec est terra, quam juravi Abraham, Isaac, et Jacob, dicens semini vestro dabo illam, quam ostendi oculis tuis; sed illo non introibis. Et mortuus est Moyses famulus Domini, in terra Moab, secundum verbum Domini, et sepelierunt eum in Geth juxta domum Fogor, et nemo scit sepulturam ejus usque in hodiernum diem, ne ut Deus ab ipsis coleretur, sicut eum delinquerunt in Choreb. Hic conclusi sunt anni quadringenti septuaginta a vocatione Abrahae peregrinationis Israel usque ad heremi tempus, et moysi terminum vitae. Post hunc autem Jhesus filius Nave, qui dictus est Salvator, judicavit Israel annis xxx. et anni vitae ejus centum decem, et sepelierunt eum in terminis sortis suae in Toamnassarim monte Efram trans monte Galaad, posuerunt cum eo in monumento cortellos Petrinos circumcisionis, Israel devictis xxx. Regibus. Hoc in tempore viginti novem Regum populi et gentes Africam tenuerunt, quae prisco tempore insula dicebatur, et ex quo habitata coepit anni sunt usque ad annum sextum decimum regis duo milia septuaginta sex. Post Jhesum autem transgresso populo a mandatis Dei servierunt Regi Mesopotamiae Chusarsaton nonis annis octo, deinde poenitentia egit populus, et judicavit eos Gothoniel annis quinquaginta. Origo autem Gothoniel haec est: filius fuit Genez fratris Chaleb fratris Jephone, hic Gothoniel coepit civitatem litterarum et dedit ei Chaleb Ascham filiam suam uxorem haec est Dabir civitas litterarum, deinde judicavit eos Eglon annis decem et octo. Hic Rex Moabitarum fuit. Tunc populus Domino non serviebat, quia idolis immolabat, et traditi sunt regi Eglon. Deinde judicavit eos Aotam Anbidester annis octoginta. Hic cuclillum palmarem accepit et dixit ad Eglom. Verbum est mihi ad te Rex; et dum introissent in cubiculo occidit eum et elausit januam, et fugit per medium exercitum salvatus. Anno autem vigesimo quarto Aoth in terra Edom mortuus est Job, deinde servierunt regi Seme-gar annis xx. hic occidit ex alienigenis in aratro boum octingentos viros et defendit filios Israel, deinde Jabis servierunt regi alienigenarum annis xx. Hic rex Chanan fuit qui regnabat in Astaroth, et princeps militiae ejus erat Syra. Huic fuerunt currus ferrei nongenti. Deinde Debbora judicavit eos annis*

XL. Hujus temporibus fugit Sisara in domo Jail, quem ipsa Jail occidit de palu tabernaculi sui persequente Barach principe militiae. Deinde Mazanitae obtinuerunt eorum annis septem, et nomen ejus erat Alazia. Sub ipso fugerunt filii Israel in speluncis et in scissuris montium abscondebant se Domino irascente. Deinde judicavit eos Gedeon annis xl. filius Hierobal, soli enim trecenti viri exierunt cum eo ad pugnam adversus Madian, qui lambierunt aquam sicut canes. Tunc dixit Dominus in trecentis viris solis, qui lambierunt aquas sicut canes: salvum faciam Israel. Deinde Abimelec judicavit eos annis tribus. Hic occidit ex alienigenis mille animas in igne, qui fuerunt in turre Sychimorum quando fugerant a facie ejus in Achroterium. Tunc a muliere percussus lapidem mole mortuus est. Deinde Fua filius Charram judicavit eos annis xx. Hic habitabat in monte Efrem. Sub cujus tempus pax abundavit, et non fuit bellum in Israel. Deinde Tole judicavit eos annis xx. duobus. Deinde Jair judicavit annis xx. duobus. Huic erant filii xxx. ascendentes xxx. equos, et erant eis xxx. civitates, quae dicebantur Abothi Jar in Galatid'n. Deinde Philistini et Ammanitae obtinuerunt eorum annis decem et octo, sub eorum pondera proclamaverunt filii Israel ad Dominum non semel sed saepius, et vix eos de periculis liberavit. Deinde Jephta de Galaad judicavit eos annis septem. Hic ab Aroer usque dum veniatur Marathaei usque Abeltar xx. civitates Amon evertit cum populis eorum. Quando reversus suam domum obtulit filiam. Deinde Usbon filius Israel judicavit eos annis vii. Hic ex Bethlem fuit et erant ei xxx. filii et xxx. filiae dimissae foris, et xxx. uxores duxit filiis suis et mortuus est et sepultus est in Bethleem. Deinde Elom judicavit eos annis x. Hic Elom Zabulonites fuit, propterea in terra sepultus est Zab'u'on. Deinde Abdon judicavit eos annis octo, filius fuit Farathonites. Huic erant quadraginta filii, et xxx. nepotes ascendentes septuaginta equos. Mortuus et sepultus est in Farathon in terra Efrem in monte Elieth. Deinde alienigenae obtinuerunt eos annis xl., pro eo quod exacerbaverunt Dominum, et traditi sunt Chananeis, qui inhabitabant Ascalon, Gerara, Gaza, Azontu, et Geth quinque civitates, quas Inathen filius Mathathiae expugnavit. Deinde Samson filius Manoe et uxor ejus Dalyla, judicavit eos annis xx. Cujus virtus non poterat comprehendi, qui plus occidit in morte sua quam quod in vita sua. Deinde Samiera judicavit eos anno uno. Hic percussit ex Allophilis sexcentos viros praeter jumenta et salvum fecit et ipse Israel. Deinde pacem habuerunt annis xxx. His temporibus non erat dux in Israel, et unusquisque quod volebat hoc faciebat. Tunc tribus Beniamin delinquerat in facto Sodomitarum et exterminati sunt a filiis Israel, et derelicti sunt viri sexcenti, qui fugerant ut evaderent. Deinde Eli sacerdos, qui fuerat in Selon, ubi arca Dei constituta erat et filii ejus Ofni et Fincees sacerdotes Domini. Fincees vero genuit Achitob et Beriochabel, qui Achitob Abimelech, et hic genuit

A Abiathar; qui et hic genuit Achimelech, a Solomone in exilio religatus, et Eli nimis senex et ambo filii ejus peccatores in conspectu Domini. Hoc in tempore natus est Samuel, quem postulavit Anna uxor Belchane, cum esset sterilis et exaudivit eam Dominus, et concepit et peperit filium et vocavit nomen ejus Samuel, dicens, quoniam a Deo Omnipotentis petii illum. Heli autem fuit nonaginta annorum; oculi autem ejus erant obducti et non videbant, et judicavit populum annis xx. Et audito nuntio quod capta sit ab allophilis arca Domini, cecidit de sella, et mortuus est. Tunc Samuel successit ei, et judicavit Israel annis xx. Hic Samuel genuit filios, unum nomine Joel, alium vero Abiathar. Temporibus autem ejus post captivitatem arcae aballophilis, quando **B** occisi sunt Phinees et Ofni filii Eli. Tunc et ipse, audito nuntio, mortuus est, et a gentibus Arca fuerat deprædata. Post reditum ejus quatuor loca sanctificata fuerant, quae circuibat Samuel, idest Bethel, quae dicitur Luxa, ubi visus est Dens ab Jacob, et Galgala, ubi circumcidit Jhesus populum contra Hierico, et Masfat, ubi obtulit filiam suam Jephta, et Armaten in domo sua, ubi fecerat altarium Deo; sacerdos enim fuit iudex et propheta, sed ideo inter sacerdotes a nobis non est immisus, neque Eli, quia inter Judices computantur. Hic enim conclusi sunt Judicum anni quingenti sexaginta unus initii captivitatis alienigenarum. Post hunc autem factus est Saul Rex, quem Dominus in bile sua populo Israel dederat, per manus scilicet Samuelis unctum, cum quereret asinas patris sui Cis, qui regnavit in Israel annis xl. Bamma enim dicitur civitas, ubi unctus est iste Saul. Qui Saul habuit uxorem nomine Achima; ex hac genuit Jonatham Jesiul. Esbal, Memfibos, et sorores eorum Merob et Melchol, et filius Jonathæ Memfiboste genuit Macca. Post hunc regnavit David in Israel annis xl. et menses sex. Inter Samuel autem et David anni sunt xl. Temporibus eorum erant sacerdotes tabernaculi testimonii decem millia ducenti sexaginta, et Levitæ centum duodecim millia. sacerdotum autem erant principes viginti quatuor; qui sunt seniores viginti quatuor, et ista nomina eorum. Ex genere enim erant Eleazar et Ithamar filiorum Aaron. Prima sors Jarim, unde fuit Mathathias; secunda Bidæ; tertia Choreb; quarta **D** Seroib; quinta Michæ; sexta Benjamin, septima Choos; octava Abia, unde fuit Zaccharias; nona Jesu; decima Jecchein; undecima Enas; b; duodecima Jachib; tertiadecima Chobra; quartadecima Isba; quintadecima Banne; sextadecima Emmer; septimadecima Chexir; octavadecima Afesor; nonadecima Phaner; vigesima Ezechiel; vigesimaprimum Achin; vigesimaquarta Samuel; vigesimatertia Dalea; vigesimaquarta Mazia. Hi sunt xxiv. quos David sacerdotibus præposuerat principes. Quando enim de domo Abidda retulit arcam te tamenti, et posuit eam in Sion in domo Aminadab, et inde transtulit eam, et posuit eam in domo sua, tunc hos sacerdotibus principes constituit, qui præcederent populum

ante arcam testamenti, et Levitæ fuerunt xxiv. qui Levitis imperabant, ex genere enim erant Caat, Gesson, Elmenerii; nam super eos fuerant quattuor, quorum nomina hæc sunt. Primus Eman, secundus Asaf, tertius Idditum, quartus Etham; fuit numerus ipsorum cum fratribus ipsorum docti cantare Domino, omnis qui intelligit, ducenti octoginta octo. Acceperunt etiam ipsi sortes diurnæ apparitiones juxta magnum et juxta pusillum perfectorum et discensium; excidit sors prima filiorum ejus et fratrum ejus ipsius Asaph, illi Joseph ipse, et filii ejus et fratres ejus duodecim: Secundus Godolias filii ejus et fratres ejus duodecim. Tertius Zacchur, filii ejus et fratres ejus duodecim. Quartus Jesdri, filii ejus et fratres ejus xii. Quintus Natanas, filii ejus et fratres ejus xii. Sextus Bocia, filii ejus et fratres ejus xii. Septimus Israel, filii ejus et fratres ejus xii. Octavus Ageas, filii ejus et fratres ejus xii. Nonus Matthanias, filii ejus et fratres ejus xii. Decimus Semei, filii ejus et fratres ejus xii. Undecimus Esdriel, filii ejus et fratres ejus xii. Duodecimus Asabias, filii ejus et fratres ejus xii. Tertiusdecimus Sabael, filii ejus et fratres ejus xii. Quartusdecimus Matthatias, filii ejus et fratres ejus xii. Quintusdecimus Jarimoth, filii ejus et fratres ejus xii. Sextusdecimus Ananias, filii ejus et fratres ejus xii. Septimusdecimus Jesbacias, filii ejus et fratres ejus xii. Octavusdecimus Ananias, filii ejus et fratres ejus xii. Nonsdecimus Misael, filii ejus et fratres ejus xii. Vigésimus Eliath, filii ejus et fratres ejus xii. Vigésimus primus Ethb, filii ejus et fratres ejus xii. Vigésimus secundus Gotholias, filii ejus et fratres ejus xii. Vigésimus tertius, Hazo b, filii ejus et fratres ejus xii. Vigésimus quartus Ramagi, filii ejus et fratres ejus xii. Hi sunt ducenti octoginta octo, qui præcedebant exercitum filiorum Israel, et cantabant Domino canticum. Tunc etiam et David cum eis impletus spiritu sancto simul prophetaverunt psalmos centum quinquaginta. Quattuor enim erant qui cantabant domino principes constituti, ut diximus; primus Eman, secundus Asaf, tertius Idditum, quartus Ethan, habebant septuagenos binos, respondentes sibi in cymbalis, et na'lis et cytharis. Tunc non quod volebant, hoc psallebant sed quod per eos spiritus adnuntiabat. Viginti enim annis fuit Arca in captivitate, et quadraginta annis fuit in domo Abiddare, xx. annis fuit in domo David regis, qui regnavit in Israel annis xl. mensibus sex, de cujus domo tulit Saddoc filius Sachitob, qui in nomina fuit cornum. Et unxit Salomonem pro David patre suo in regem. Regnavit autem David annis vii. in Chebron et triginta tribus in Jerusalem. In Chebron autem genuit filios septem, et ista nomina eorum: prinitivus Ammon quem occidit Abessalon, cum incestasset Thamar; secundus Chaleb; tertius Abessalon; quartus Ornias, qui propter Abisac sunamitem Ornias a Salomone interfectus est, quoniam postulavit eam conjugem sibi. Tunc Abiathar relegatus est, quod ipse eum unxerat in regem, Abiathar filius est Abimelech, qui fugiens solus, salvatus est,

A quando occisi sunt trecenti quinquaginta sacerdotes a Doec Syro, quem rex Saul miserat: De ipso dixit David ad Saul: dilexisti malitiam super bonitatem et iniquitatem super quam loqueris justitiam calliditatem Doec Syri incusat, qui se justum in sermonibus demonstrabat, et iniquitatem circa innocentes exercuit. Et iterum dilexisti omnia verba præcepti lingua subdola, quibus incautos subito dejecit in mortem. Hic autem Abiathar, qui tunc a morte evaserat, propter Orniam a Salomone relegatur, ut secundum sententiam Domini nullus ex semine Eli in domo Domini sacrificium administraret. Quintus Aphasias; sextus Ethoram, et Thamar soror Abessalon. Nam in Hierusalem de Bersabe Uriæ Cetei Saman et Soban filii sunt David, fratres Salomonis et Nathae, B cujus Lucas Evangelista ad Mariam originem demonstravit. Similiter etiam et Salomonis Matthaëus Evangelista ad Joseph originem demonstrat, ut appareat eos de una tribu exire, et sic ad Christum secundum carnem venire, ut complectatur quod scriptum est: *ecce venit leo de tribu Juda radix David*; Leo ex Salomone; et radix ex Nathan, Salomon autem genuit Roboam, et Nathan genuit Matthan. Tunc accepit regnum Jeroboam filius Nabath ex uxore nomine Soruun, quæ vidua mansit. Temporibus multis servus Salomonis contra Roboam filium Salomonis, servus cum domino regnum adeptus est, et in primo anno regni sui fecit vaccas aureas duas, unam dedit in Dan et unam posuit in Bethel. Tunc dixit ad plebem: sufficiat vobis ascendere in Jerusalem; ecce Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Hic Jeroboam regnavit in Samaria annis xxxiv. et fuit scisma inter Roboam filium Salomonis, et Jeroboam filium Nabath, et praelium erat inter eos omnibus diebus vitæ eorum, sicuti nunc inter veros Christianos et falsos Catholicos. Hic Jeroboam genuit Nadab ex uxore nomine Anna; et regnavit annis duobus. Successit Basaa filius Achia, et regnavit annis xxiv. Post hunc Ela filius Basa regnavit annis duobus. Post Ela regnavit Zambri annis xviii. cum Thameni annis sex, et solus annis xii. Ipse est Zambri, qui genuit Achab, qui habuit Hiezabel filiam Elan regis Sidoniensium. Hic Achab regnavit annis xxi. et genuit Ochoziam et regnavit annis duobus; et alius filius Achab nomine Joram etc. regnavit annis xii. Post hunc regnavit Hieu filius Mannase annis xxviii. Tunc Josebeth filia regis Judæ id est filia Joran soror Ochoziæ abscondit Joas filium fratris sui Ochoziæ regis Judæ a facie Jeannus octo in domo Domini sub Aod sacerdote; su ipso Jeu Azael rex Syriæ reliquit de exercitu Israë quinquaginta equites, decem curros et mille viros secundum Elisæi prophetiam. Huic Jeu successit Jochas filius ejus, et regnavit annis xvii. Et Jochas genuit Joas et regnavit annis xvi. Joas genuit Jeroboam, et regnavit annis xii. Jeroboas genuit Zachariam, et regnavit menses sex. Post hunc regnavit Sellem filius Narmi mensem unum. Post hunc Manec filius Gaddi regnavit annis x. Hic Manec genuit Fach, et

anni sunt quadringenti xxxiii. Fiant omnes ab Adam **A** Explicit liber Genealogicus, in quo præfati anni
 anni legem ordinem numerati usque ad annum præsen- conclusio.
 tem anni quing. nongenti octoginta quatuor.

ANONYMI

LIBELLUS

DE COMPUTO PASCHALI.

LIBER PRIMUS.

Dum mens curiosa in re tam graviore et admodum satis optabili propensius desudaret, et diu anhelando lectitans perdurasset, illa scilicet quæ hominem mortalibus laqueis occupatum, jejuniis a delictis expiatum purgat, et beatorum choro consociat, coccineis maculis et alieno rubore aspersam baptismatis tunicam ut nivem exhibet candidatam^a, suscipit etiam in agni nuptias veterosis peccatis bonus tumet, in ruinæ casu dilapsus erigit sacerdotum precibus recivum Domino templum et subit odium miserationis fulgore micuit, adque scientiæ lumen effulsit, ut illi quæ videbantur quærenti et desideranti quibusdam nebulis obscurata pateficerent, universa ei detegerentur occulta, a quo lunares cursus in integro firmarentur, et paschales circuli sibi invicem consonantes cum lunariis annis, et embolismorum titulis sine ullo errore ab ignorantibus noscerentur, in quibus octoadarum et endecadarum anni ita investigati, adque divino nutu confecti signantur, ut in nullo prorsus vacillare aliquatenus videantur. Quibus providentia conditoris tanta titulatio defixa cognoscitur, ut in anno decimo regis Geiserici anni quadringentiviginti a passione Dominica in capite primæ octoadis completerentur, et tale, tam Judæorum, quam Christianorum inventum est pascha, quale tunc a Domino cum Di-cipulis fuerit celebratum. Passus interea pro nobis octabu kalendas Apriles, luna sextadecima, feria sexta, et resurrexit a mortuis sextu kalendas eadem, luna duodevigesima, feria prima, sicut in anno primo primæ octoadis operis cepti proculdubio aspectibus nostris veridicis ostenditur documentis. Est enim annus præsens in octoadi prima a passione Dominica quadringentesimus vicesimus sextus anno sextodecimo Regis, secundi vero circuli caput annum habet consulatu Theodosii decem et septies et Festi, in cuius fine ab Ægypto exeuntibus filiis Israel completi sunt anni duo millia centum, et inventum est pascha, quale in Ægypto a Patribus primum fuerat immolatum; atque anno sextodecimo Regis adnotati sunt duo millia centum sedecim in vicesimo et sexto circulo anno septimo decimo ejusdem circuli, cuius anni Dominicum pascha agitur quintum decimum Kalendas Majas, luna septima decima. Sed ut unus assis in hoc circulo plus inveniatur, et a luna se-

conda ad caput iterum revolvatur, hunc Lunares minutæ genuerunt, eo quod inter duodecim annos ut integro paschales dies pronuntiare possemus, assis unus de accentibus uncis perspicue invenietur præter illum assem videlicet feriarum, qui inter annos quatuor pro bissexto sæpissime subrogatur. Ergo octogies quater uncia septus et septies decus dipunctus habet annos octoginta quatuor, quibus sanctissimæ memoriæ Augustalis sex de septem assibus in octoadibus et endecadibus suis non propriis locis et sedibus adnotavit; quos per annos octoginta quatuor annales uncia invenerunt. Ob quam rem in ejusdem circulis error aliquotiens invenitur, dum annorum numero, et elementorum cursibus liquidius non attenditur, quamvis unus assis de septem in octoginta quatuor annis semper deducitur, et paschali nunquam omnino supputationi conceditur; ipsumque assem, nisi fallor, proprium in lunarem cursum non intentus immisit, quem potius super vacuum integris adsertionibus declinavit: Ipse est, qui paschales errores gignendo dinoscitur, sicut annorum serie conscripta monstratur. Ut autem ipsum assem, qui excluditur, invenire possis a [forte hac] supputatione uti debebis. Octogies quater enim decus uncia faciunt tibi dies nungentos triginta unum; partiris trigesimum, invenies triesas: ipsi sunt triginta et unum embolismi, quos laterculus omnis habere cognoscitur; remanet unus assis ille, qui in fine annorum octoginta quatuor de septem semper deducitur, quem, ut diximus supervacuum lunares minutæ genuerunt. Ipsum etiam et Agriustia ejus municipii Thimidensium regionum scribens Hilario de ratione paschali per scripulos arte quadam volui excludere, innitens in annos singulos non undecim dies et uncias, set undecim dies semiuncias, duæ selæ, scripulum suum semissemiuncia, duæ selæ, minus ad unciam scripulos duos cincunsela, qui faciunt in octoginta quatuor annis scripulos ducentos quatuor sestam qui sunt horæ octo, semispuncta, duoque habeo. Deventur foris exclusæ. Minus ergo habentur ad plenum diem de septenario numero excludendum horas tres, scripulum undecim, puncta decem; ideo utique aliquantos annos suis adsertionibus in integro determinare nequivit. Providens igitur ipsum assem declinandum

^a Sensus turbatus.

modis omnibus esse, quod si Augustalis sex, ut dixi, asses in laterculi membris certis numeris inmisisset, nullatenus in lunari cursu et paschalibus annis vitium incurrisset, quibus exproventum erroris hunc assem in suo lunari curso superflue variatim visus est prae-rogare; minori autem elemento in tertio circulo trigesimalio anno vigesimo quarto lunaris concluditur cursus. Competit etiam his circulis paschalibus per annos octoginta quattuor, quibus explicitis ad caput reverteris sive in lunaribus cancellis, seu in paschalibus annis. Quorum annus igitur septimus decimus anno sexto decimo Regis; sed in lunari, ut diximus, cursu inter annos duodecim assem unum inmittis in primum, secundum, et tertium cancellum super quod fuerit Kalend. Jan. sic quoque annos per singulos veritate faceris. Cum igitur in tertium cancellum ad annum perveneris vigesimum quartum reverteris post annos octoginta quattuor, excluso die uno de septenario numero ex crementis lunaribus venientem, et invenies in cancellorum capite lunam secundam, in quibus ab A usque ad K decem literae numerantur, quae sibi (sic) excident sinus dies, ut menstrualis numerus agitetur. Ipse autem per menses duodecim A foris defixae noscuntur, de quibus literis per dies singulos eram prospicis; et sic in cancellis per annos singulos descendens in directum contra ipsam eram lineam adsecutus, quota luna vero verius poteris invenire, sane scientia cordis edoctus. In cancellis autem feriarum per numerum septenarium quaerenti datur indiculum, ab A enim usque ad G septem literae adnotantur, in quibus annus agitur septimus, ubi in bissextum ter quadriennium inmittis assem unum, hoc est annum unum K. et in mensium ordine quotum quaerere volueris, quam ad caput videris eram diebus singulis adnotatam, contra ipsam in iisdem cancellis invenies feriam fixam. In columna vero bissextili, quae cancellis lunaribus glutinata certo limite sociatur. Annus igitur et ipse septimus decimus feria tertia; sed ubi Kalendarum martirum diem inveneris mineatum, illic habes bissextum inmissa feria designatum. Cum autem perveneris ad vigesimum octotavum, ad primum reverteris annum; et sic usque in fine mundi recapitulando singulas tam paschales quam bissextiles, simul etiam et lunares annos, feriarumque dies invenies adnotatos. Sed ut ipsum dem bissextilem in integro recognoscas, hanc rationem sequi debebis et scire hunc diem bissextilem non laborabis. Hebraei primo ob hoc, non sua, sed Dei sapientia edocti, circa cursum lunae, non potuerunt errare; et ideo quando primum in Aegypto pridie idus Apriles quarta feria quartadecima luna, bessellicus, duae selae de scripulo trion, semiuncia, sicilicus immolaverunt pascha, dixerunt duodecim inventis, et duodecim crescentis; eo quod invenerint lunam quando facta sit a minutione non a crementis incoasse; unde comprehenditur aequinoctium octavum Kalendas Apriles diem primum inventum

A fuisse, et quarta die quod est quinto Kalendas ejusdem dixisse omnipotentem Deum *fiant duo luminaria in firmamento caeli, sic ut luceant super terram, et dividant inter diem et noctem, et sint in signis. et in temporibus, et in diebus et in annis, et sint in splendore in firmamento caeli sic ut luceant super terram; et sic est factum. Et fecit Deus duo luminaria magna; lunare majus initium diei, et lunare minus initium noctis; et cetera. Fecit igitur omnipotens Deus solem initium diei et cucurrit antequam fieret luna horas undecim et quartam partem horae; et statim jussit fieri lunam, et pro-equi eum, cum quo tam magnum officium in caelo fuerat adepti. Constituta est igitur quintadecima plena, quia nihil quod non plenum perfectumque ediderit potentia Conditoris. Et ideo utique dictum est, duodecim minuents et duodecim crescentis; luna enim per duodecim semestrua minuitur, et per duodecim semestrua crescit, ut quod minus sol ad plenum diem cucurrisse cognoscitur, hoc luna divinum magisterium minuisse a sapientibus invenitur; et sic eum Dominus jussit dodrantibus crescere, et dodrantibus minui, sicut re vel ante ipso ostenditur calculata partitio. Quindecies enim dodrantes, decusas, quadran; sed quia dixit duodecim minuents et duodecim crescentis duodecima in decusas quadran faciat tibi deus sicilicus. Lunaris vero annus habet dies tricentos quinquaginta quattuor, in cujus anni mense invenies dies viginti novem, semis, super quos addes deus sicilicus, et fiunt tibi dies triginta, cincunsicilicus. Duodecies ergo triescincunsicilicus faciunt tibi, secundum cursum Romanorum, dies trecentos sexaginta quinque, quadran; quem quadrantem per quadriennium temporis rediges, et facit tibi unum assem bissextum, hoc est quater quadrantes assis; haec est feria una. De columnis autem, quibus in circulo capite cum suis sunt lineis picturae, haec ratio cupienti clypeata monstratur. Quota enim fuerit Kal. Jan. luna contra ipsam directa linea adsecutus invenies. In secunda columna mensis prima quota die lunam primam tuos ante oculos fixam; in tertia autem, quarta, quinta, et sexta columna luna decima quotu erit mensis quarti, quinti, septimi et decimi hanc lineam oculo cernens, prospicis per quattuor columnas esse dispositam. * X jejuniis enim legitimis deserviens adnotatur, sicut de septimi mensis jejunio praecipiente Dum no Moyses sanctissimus protestatur: *haec dicit Dominus: a nona mensis, inquit, in decima mensis ad vesperas sabbati: abitis sabbata vestra; et omnis qui se non humiliaverit in jejunio illo perdam animam illum de populo suo.* Sic et per Zachariam Prophetarum omnium decus, de his sacris legitimis, ut jejunii. Dominus post captivitates tempus locutus est dicens: *factum est, inquit, verbum Domini omnipotentis ad me, dicens; dic ad populum terrae, et ad sacerdotes: si jejunaveritis et planxeritis in quinti. aut in septimis jejunii, et ecce septuaginta annis nunquid jejunium jeju-**

* Hoc signum reperci in cod.

nastis mihi o domus Israel? et si manducaveritis et biberitis, nonne vos manducetis et vos bibitis, non hæc verba sunt quæ locutus est Dominus in manibus Prophetarum illorum qui ante nos fuerunt? Cum fuit Jerusalem habitata, et copiosa, et civitates illius in circuitum, et montana et campestris habitabantur. Et factum est verbum Domini ad Zachariam dicens: hæc dicit Dominus Omnipotens, iudicium justum iudicatis, miserationem et misericordiam facite unusquisque ad fratrem suum, et viduæ et pupillo et advenæ, et pauper inclite dominari, et malitiam quique fratris sui nolite reservare in cordibus vestris. Et paulo post: hæc dicit Dominus Omnipotens, jejunium quartum, et jejunium quintum, jejunium septimum, et jejunium decimum erunt domui Juda in gaudium, et in jucunditatem, et in solemnitates bonas et jucundi eritis et veritatem et pacem amabitis. Ecce jejunia legitima, qualiter fieri debeant, a Domino nuntiantur. Sed cur in his mensibus designatur, volentibus ostendamus. Jejunium enim quartum pro primitiis et mensibus; et jejunamus jejunium quintum pro areis redigendis et decimis offerendis; jejunium septimum pro vindemiis colligendis; et jejunium decimum pro sementationibus etiam seminandi, sed olei primitiis delibandis. In quorum jejuniorum quattuor septimanis sine ullo errore lunam decimam intueberis, manifestam. A Dominico autem pascha et uniuscujusque anni computus dies octoginta quattuor, in quorum conclusionem invenies sabbatorum dies, quod est finis septi-

manæ, quæ in se habet quartum mensis lunam decimam et exsolvet post sacrificium jejunium quartum. Centum duodecim jejunium quintum; ducentos septuaginta quinque jejunium septimum; ducentos septuaginta sex jejunium decimum; sic singula in ordine recenendo artis hujus magister et doctor poterit reperire; si tamen somnolentia cordis, quæ a sapientibus declinatur, non obpresserit sensum. His quoque supradictis columnis alia septem junguntur, in quibus Kalendarum Januariarum luna et paschæ Dominicorum dies adnotantur; tricesimarius etenim lunæ numerum, per septennarium numerum ebdomadis divisus spatia numero ducenta decem determinat. Ut autem unius cujusque paschæ diem invenias, lunam et feriam, quæ fuerit Kalendis Januariis, observabis, ut lunæ cursum tenens in eadem columna, diem invenias paschæ, quod ad feriam superscriptam pertinere videtur; hoc idem et in sibus triginta sequentibus adprobatur, in quibus Kalendarum Martiarum luna et feriam per septennarium numerum utrarumque in luna dierum triginta ducenta decem; at a invenies adnotata, nuntiantes certissime fixum unius cujusque anni dominicum pascha. Nam et harum sibus numerum tres alia ut pediseque columnæ secuntur, quæ in se embolismorum titulos et lunares annos lineis tenens ex Kalendis Januariis quota fuerit curiosis et bene sollicitis planius monstrare coguntur, ut horum circulo veritas in omnibus suis ornata monilibus ostendatur.

LIBER SECUNDUS,

QUI IN SE OMNIA ORNAMENTA CONTINET CIRCULORUM.

Alia quoque ratio ob vigesimum quintum circulum, quod in se annos continet duo millia centum a sacratissimo scilicet paschæ die in Ægypto immolato adveniente Domino ostendimus manifestam, ut et in Kalendis Januariis secundam lunam, et primi mensis quartam decimam pridie idus Apriles, et feriam quartam adendas in capite circuli secundi in integro fuisse defixam, quam tu diligentissimus scrutator supputans, hoc modo invenire debebis. Octogies quater enim tricenti quinquages quartus faciunt tibi dies lunares viginti novem milia septingenti triginta sex; et octogies quater decusas uncia, faciunt tibi nungenti triginta milia sex unus dies embolismares addes supra summam superiorem, et habes triginta milia sescentos sexaginta septem dies. Exinde deducis diem unum, quem in sequentibus dictis ex detrimentis lunaribus gignitum esse docemus, et qualiter declinetur evidentissime demonstramus. Ergo circulus unus annos habet octoginta quattuor, qui in se continent noctium triginta milia sescenta sexaginta quinque. Et quoniam vigesimus quintus circulus in consulatu Theodosi sedecies et Fausti ab eodem pascha fuerit consumatus, quem recalato tempore supputans, invenies habere noctium septingenta sexaginta sex milia sescentas viginti quinque, quas cum partitus fueris in sexagesimam partem, invenies duodecim milia

septingenta septuaginta septem, uncia, quam summam superiori summæ adjungis fiunt noctium septingenta septuaginta novem milia quateringentas duas; in quibus partiris trigesimam habebis viginti quinque milia nungenti octo esuperet dipundius, uncia; hæc, inquam, fuit luna secunda Kalendis Januariis. Ecce Deo gratias quam digne et rationabiliter inventa est Kalendis Januariis luna secunda, quæ quartam decimam primi mensis cum embolismi titulum procreans in omnibus invenitur. Ex Kalendis itaque ipsis Januariis, ut quartam decimam pridie idus invenire possis, in tertio idus Apriles computans, et habes centum et unum diem, super quos dies addes luna secunda, quæ inventa est esse ipsis Kalendis Januariis, faciunt tibi dies centum tres; partiris sexagesimam habes bessilicus, duæ salæ de scripulo, triensem, uncias silicus; hoc super centum tres dies addes, faciunt tibi dies centum quattuor, bessilicos, duo selæ de scripulo, triens, semuncia, silicus; partiris trigesimum invenies tres insuper, et decus quattuor, bessilicus, duo selæ, de scripulo, triens semuncia, silicus, et habes quartam decimam primi mensis, et quod excurrit pridie idus Apriles, qui est primus paschæ sacratissimus dies. Sed ut ipsius lunæ quartæ decimæ feriam quartam perfectionis filiorum Israel ex Ægypto invenire possis, advertite; vicessi-

mus enim et quintus circulus in fine secundi laterculi de Ægypto filii Israhel exeuntibus invenitur esse conclusus, sicut per legis storiā annorum indicat sextus vicies quinque. Si ergo octoges quattuor sunt paschae duo milia centum, et in vicesimo et sexto circulo in capite complentur anni duomilia centum bis-millies; itaque centies trecenti sexagies quinque quadrā, faciunt tibi dierum septingenta sexaginta septem milia viginti quinque. In his partiris septimam et habes centum nove milia quingenti septies, quattuor super et septus. Incipe numerare a feria prima quae fuit ipsis Kalendis Januariis primo anno paschae in Ægypto immolato ab asse primo in septem assibus, et invenies pridie Kalendas Januarias feriam septimam; ipsis quoque Kalendis Januariis feriam primam; ex quarum utique Calendarum diem in pridie idus Apriles computas, et invenies dies centum duos. In his partiris septimam, et habes decus quattuor super et quattuor; haec est feria quarta quartaedecimae lunae primi mensis anni primi, ut diximus, in capite circuli secundi, in quo invenimus pascha sacratissimum tunc a patribus in Ægypto immolatum. Sed cum hos circulos in ordine adentus fueris adsecutus intra columnas dies paschae veridicos invenies adnotatos, et illos qui falsi sunt pro certo falsissimo super ciliū columnarum encanto con-cribitos sine dubio in errore fuisse defixos. Videtis igitur, carissimi, quod anniculus nostrum nihil denegat Omnipotens Deus. Sed quis quanta de ipso praesumserit fideliter cupienti ut voluerit dilargitur? Ita enim haec sacramenta manifestari praecepit, ut a passione Dominica in quadringentesimo et vicesimo anno regis Geiserici decimo anno diem inveniremus, in quo Dominus cum suis discipulis pascha sacratissimum manducavit; in eodem quoque complerentur anni duo milia centum decem, ab agno scilicet illo anniculo sine vitio in Ægypto immolato, sicut a secundi circuli capite ostenduntur in ordine titulati.

Incipiamus itaque, fratres, ab exodi lectione de ipso agno in Ægypto immolato in memoriam scientibus revocare, ut possimus utrorumque agnorum speciem volentibus demonstrare. In qua lectione recognoscimus ipsum Deum et Dominum nostrum ad Moysen et Aron fratrem ejus in terram Ægypti dixisse: *mensis hic, inquit, initium mensium, primus erit vobis, in mensibus saeculi, ad omnem Synagogam filiorum Israhel dicens: decimo die mensis hujus accipiant sibi singuli per domos tribuum ovem per domum; et si exigui erunt in domo, ut non sint sufficientes ad ovem, adsumant secum vicinum proximum suum, per numerum animarum singuli quod sufficient sibi computabunt in ovem. Ovis sit sine vitio, immaculatus perfectus masculus et anniculus erit vobis ab agnis et ab aedis accipi, ea sit vobis observatum usque ad quartam decimam diem mensis hujus. Et occidet eum omne vulgus synagogae filiorum Israhel ad vesperam; et accipient de sanguine ejus, et ponent super duos postes, et super limem in domibus, in quibus eum edent, in ipsis et edent carnes ipsas nocte assatas igni et azima*

*cum. edent. Non edetis crudam, neque coctam in aqua nisi assatam igni. Caput cum pedibus, et inter reneis nihil derelinqentes ex eis in mane, et os non confringetis ab eo. Quae derelicta fuerint de eo usque in mane igni cremabuntur. Sic autem comedetis eam; lumbi vestri praecincti, et calciamenta in pedibus vestris, et bacula vestra in manibus vestris; et edetis eam festinanter, pascha est enim Domini. Praecipit igitur Omnipotens Deus per Moysen universae synagogae filiorum Israhel in mense novorum, qui est initium mensium in mensibus anni, in quo habitus ederent pascha; ad hoc utique, ut et suam divinitatem credentibus nobis in Christo manifestaret et illorum latrocinium, jam tunc a pascha primum, in Ægypto celebratum demonstraret; qui in Ægypto ad vesperam, idest in novissima saeculi tempora, praecincti, et calciati adversus agnum Dei immaculatam prima die azimorum ad vesperam cum gladiis et fustibus exirent, et universa, quae ab omnibus Prophetis de eo praedicta fuerant, in eam committerent. Et ideo nos qui jam non secundum imaginem, sicut illi, sed secundum veritatem in commemorationem passionis filii Dei pascha celebramus, nihil aliud in primis nisi de ipsius Domini nostri adventu totis viribus fidei nostrae diligenter requirere debemus et tunc circulorum serie revolvamus. Primus enim Gajus Julius Caesar Romae imperavit annis decem, mensibus quattuor, diebus sex. Post Gajum Julium Caesarem successit Augustus imperator, qui imperavit Romae annis quingenta sex, mensibus quattuor, die uno. Hoc imperante advenit Johannes, Zachariae sacerdotis filius, missus a Deo praedicans baptismum poenitentiae, qui secundum praedictionem legis prophetarumque omnium Christum ostendit, Christum filium Dei advenisse in hunc mundum, idest in regione Judae, dicens: *hic est agnus Dei, qui aufert peccata mundi; et hic est Salvator saeculi; hic est de quo dixi: homo ante me factus est, cujus non sum dignus corrigiam calciamentorumolvere.* Exinde cepit Jesus docere populum et facere virtutes et signa magna, quae nullus alius fecerat. Manifestavit autem se post baptismum universo humano generi filiorum Dei, missum a Deo patre ad stabilendum et reformandum, reconciliandumque populum sibi compositum, quibus electis duodecim discipulis data est potestas in sancto Spiritu; et misit eos per omnes gentes, docenteque docerent. Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi gratiam Dei factam per nomen ejus, remissionem peccatorum, resurrectionem carnis, aeternam vitam mortuis resurgentibus, praedixit eis quanta passurus esset a Judaeis usque ad mortem, mortem autem crucis et quod triduo mansurus esset in corde terrae, et quod tertia die a mortuis resurgeret, et post resurrectionem caelos petiturus esset. Deinde Tiberius Caesar imperavit annis viginti duobus, mensibus septem, diebus vigintiduobus. Hoc imperante, idest sextodecimo anno imperii ejus, procurante Jadaea Pontio Pilato sub Anna et Caifa sacerdotibus, octabu Ka-*

lendas Apriles, duobus Geminis Consulibus, incidit A sexta decima luna, parasceve, quando Dominus noster, Salvator generis humani, Jesus Christus filius Dei passus est. Perpressus igitur omnia, quae de eo fuerant scripta, secundum praedicationem legis Prophetarumque omnium et Evangeliorum ejus, passus, ut diximus, octabu Kalendas Apriles, die parascaeve. Tertio vero die a mortuis resurrexit, die Dominica sextu Kalendas easdem, et conversatus cum Apostolis et Discipulis quadraginta ferme diebus, circumfusa nube in caelo est receptus. Exinde igitur, regnante gratia Dei, homines credentes in nomine ejus inluminari coeperunt. Et ideo in his omnibus gratiam referamus haec omnia disponenti propter nostram salutem; et vocat nos ad divinam agnitionem Dominus Deus omnipotens pater Domini nostri B Jesu Christi, cui sit honor et gloria per eundem Dominum Christum in Sancto Spiritu per omnia secula seculorum. Amen.

Fiunt ergo a protoplausto Adam in anno sextodecimo Tiberii Caesaris, idest in passionis Domini die, anni v. millia quingenti, et a passione Domini usque ad annum decimum Regis, anni quadringenti viginti; quo anno et invenies diem paschae sacratissimum, in quo Dominus noster pro nobis agnus Dei fuerit immolatus. Qui dies in capite circuli primi anno decimo ejusdem Regis defigitur, perfecto numero titulatus. In his itaque annis Augustalis, sui laterculi auctor, dum et litterarum sit scientia praeditus, et calculationis arte peritus, vitium incurrisse cognoscitur, propter annorum scilicet numerum suo C in lunari cursu, cui plus assis unus ex ipso annorum fallaci numero accidisse probatur. Dicit enim a passione Dominica centesimo octogesimo et sexto anno, ejusdem Paschae die, diem diei convenisse, cum in anno centesimo sexagesimo et nono a capite circuli tertii diem ipsum debuit reperire, quem in suis circulis anno sexagesimo et nono noscitur defixisse. Illum vero sine membris diem cum vocabulo personatum apud nos anno septimo decimo, habitum suorum circularum in capite in incerto numero ostenditur titulasse; ideo utique in errore devenisse videtur, sicut ipse suo adloquio profitetur. Quod autem, inquit, non ab eo anno quo passus est Dominus annorum ordinati sunt circuli investigati adque repperiti compendii utilitas sua sit a duobus Geminis consulibus quo anno passus est Dominus usque ad annum consulatus Antonia quater et Albini, qui in hoc opere primus est, anni centum octoginta sex numerantur, et quia hoc eodem Consule contigit, ut omnifariam paschae dies diei passionis Domini conveniret utilitas obluta (sic) compendi fastidiri non debuit. Ab hoc igitur Consule, quo primae oecoadis initia caepa sunt, usque ad eum annum quo octogesimus et quartus annus cum suis embolismorum signis concluditur, perfacile est insipientibus Kosmutae calculationis veritatem oculis quoque testibus comprobare, qualiter in hac supputatione comprobare se promittit; cum nec diem passionis Dominicae in capite

PATROL. LXX.

primae oecoadis suae in integro defixerit, nec certum numerum annorum veridice terminaveris; sicut textus indicat nostrorum sequentium circularum, quorum scilicet in capite inveniens Kalendis Januariis luna vigesima, et secunda feria septima, quattadecima primi mensis; decimo Kalendas Apriles, feria iv. Dominicum paschae vi. Id. Apriles, luna doodevigesima, et in ejus circularum habetur in capite Kal. Januariis luna xx. feria vi. quattadecima primi mensis octavu kalendas Apriles feria v. dominicum pascae, v. kal. Apriles, luna vii. In hoc die putat esse passionem Dominicam, quod omnino ulatenus congruit veritati. Sic etiam nostris aspectibus lunaris ipse cursiculus indicat rutilo lumine radiatus, simul et annorum numerus certo in loco jure defixus. Agriustia vero primus pravitatis cultor, et erroris sui amator, assertionisque suae imperitissimus doctor et semipsum, quem dum diximus declinandum, annos per singulos scripulis dissipare conatur, ut ejus falsitas evidens ostensa nudetur, et a veritate alienus innotescere videatur. Ipse in doctis tunc interrogationibus agitetur, quasi vel quos solaminis argumento in ipso anni curriculo suis laterculis lunae crementum asses undecim semuncia, ii. scela, scripulum unum semissem uncia, duae selae voluerit prorogare, et non asses undecim et uncia, quod proculdubio in ipsa separatione annali eadem luna testatur augmentis augere. Per quam utique unciam in annis octoginta quattuor septem asses habere poterat supputator, de quibus unum assem, qui post triginta unum currit tempore Moysi, veritatem agnosceret plenum decuit (sic) declinasset. Octogies quater, ergo ut dicit, semiuncia duae selae scripulum unum semissem uncia ii. selae, ipse itaque respondit sexis, quadrans scripuli undecim destun. (sic); quod est quod asserit. Et ille ait sexis dies sunt sex et quadrant horae sunt tres scripuli vero undecim destant sennarum (sic) minus puncta duo esse probantur, quia in destante puncta decem concludi aperitissime dinoscuntur. Quid in hac interrogatione manifestius, quid in sua responsione probabilius, quam ut suo fomite vinceretur ineptus, suspiciones suas et usus qui solus horas octos emmisset puncta duo tantum secundum arbitrii sui voluntatem nisus sit exclusisse, et plenum assem penitus non valuit declinare. Ob quam rem reticos (sic) omnes ad veritatis regulam docuit descivisse, et ut caeci jam facto ultra luminis januam non poterint invenire; sed qualiter prudentibus certis numeris declinetur captus et integer sensus non avertere moretur Octogies quater enim trecenti quinquies quattuor, sunt dies vigintinove milia septingenti triginta sex; et iterum octogies quater decusas uncias faciunt tibi dies non genti triginta unum; quos superiori summae adjungis, erunt dies triginta milia sexcenti sexaginta septem; qui dies per oecoadas et endecadas ita determinati noscuntur, ut et ipsum quem in se supervacuum continent diem excluderent, et certum in se seclusum numerum consingnassent. Quinque enim

18

sunt octodadae et endecadae quattuor, quae octodadae quinque inibi embolismares quindecim et lunares annos viginti quinque menses habent quadragintos nonaginta quinque, qui in se optinent, dies quattuor decimilia sescentos decem et quattuor, endecadae inibi embolismares et lunares viginti octo, menses habent quingentos quadraginta quattuor, qui in se exolvent dies sedecimilia quinquaginta sex; quorum dierum summam superadjungis, faciunt tibi dies triginta millia sescento sexaginta sex. Ecce de triginta millibus et sexcentis sexaginta septem diebus breviter exclusus unus assis in octodadibus et endecadibus per dierum divisionem veridice comprobatur et tunc ab imperitis, et studiosis in contentionibus dissipatur. Sic etiam in circulo sequenti cum superiori germina concordia ociavit per embolismos, ad quo communes annos asseni ipsum furiosus (sic) quantocius plenum invenies declinatam. Sunt enim in et secundo circulo sicut et in primo, embolismares anni xxxi, et communes quinquaginta tres tricies. Semel ergo trecenti docies, quattuor, respondet tibi undecimilia nongenti quattuor, et quinquagies ter trecenti quinquages quattuor faciunt tibi dies decem et octo milia septingenti sexaginta dua. Hae duae summulae sibi invicem junctae efficiunt dies sexmilia sescentos sexaginta sex, et declinatam est assis illo praedictus.

Redeamus igitur et ad illam summam in actis superioribus de eo anno venter et tectum, per quam primo anno pasche in Aegypto celebratum Kalendis Januariis luna secunda fuisse didiceris. In ipsum si advertere volueris, hunc eundem assem plenissime declinabis. Continentur enim in praedictam summam assium septingenta sexaginta sex milia sescenti viginti quinque, ex quibus deducis asses trecentos sexaginta quinque, anni scilicet novissimi circulo- rum, ut appareat ipsum assem, et per hanc summam exclusum fuisse de septenario numero inuatum ex unciarum augmento. Verum et vigesimam primam lunam sine unciis plenissime nudam anni octogisimi quarti esse condiscas. Cum autem praedictos dies rursum superioris summam revocaveris, et hanc ipsam partitus fueris, secundam repperies lunam, quam Kalendis Januariis in secundi circuli capite adfati, manu scis fuisse signatam. Deductis itaque his assibus trecentis sexaginta quinque, remanent assium septingenta sexaginta sex milia ducenti sexaginta, in quibus partiris sexagesimam, habebis duodecimilia septingentos septuaginta unum; addes hoc supra summam praedictam, erunt assium septingenta septuaginta nove milia tricenta unum. In his partiris trigessimam, invenies viginti quinque milia nongenti sexaginta septem superet asses viginti unum. Si sunt luna vigesima prima octogisimi quarti anni. Revocatis quoque praedictis assibus trecentis sexaginta quinque ad illam superiorem summam, erunt assium septingenta sexaginta sex millia sexcenti viginti quinque, ut supra. In quibus partiris sexagesimam, et invenies duodecimilia septingenti septi, un-

cia; addes supra summam praefatam, et habes assium septingenta novem milia quadringenti, dipondius, uncia. In his partiris trigessimam, et habebis viginti quinque milia nongentos octogenta superet dipondius, uncia, sicut est luna in secundi circuli capite titulata, et declinaberis ad semipsum, quem in fine circulo- rum saepissime diximus declinandum. Quisquis es namque dolo vecordiae sauciatus, vel huius rationis ignarus, per quam altam profundamque partitionis summam, ut verius dicam, potius dilucide demonstratum, hic assis de numero septenario fuerit exclusus agnosce; quemdam omnem in tua supputatione declinare nequiveris in utroque neutericus inveniris. Desine, quaeso, jam desine in errore miseris populos per fallaciam tuis ever- calis insitire; veritati quoque tandem aliquando dura colla submitte, quae per nebulas et perstigias ex Aegypto, de incognitis provinciarum spatiis et longa intercapedine terrarum quasi venientem tibi nuntios paschae diem sacratissimum sine tempore frequentius inaniter celebrandum. Cum horum namque circulo- rum lunare in tui pectoris sensum glutinaberis cursum. Tunc a primo anno paschae in Aegypto immo- latum veridicum invenies fundamentum, quod et lunaribus cancellis veris et paschalibus titulis congruum sat esse cognoscis. Ex Kalendis namque Januariis, quibus superioribus dictis circulo- rum in capite lunam secundam inventam habitamque fuisse, jam noris in pridie eorundem Kalendarum Januariarum anni sequentis supputabis, eruntque dies trecenti sexaginta quinque, super quos addes lunam secundam, quae isdem fuit Kalendis, ut dixit agnoscite licet procedendi, (sic) et sunt die trecenti sexaginta septem, in quibus partiris sexagesimam, invenies sexisuncia, duae selae addes supra summam praedictam, et habes dies trecentos septuaginta tres, uncia, duae selae. In his ergo partiris trigessimam, invenies decus dipondius; superest decus tresuncia duae selae, similiter etiam et in anno sequenti qui in ordine tertius appellatus supputare debebis. His itaque trecenti sexages quinque sunt dies septingenti triginta. Inmittis vero ut supra anni primi lunam secundam et habebis dies septingentos triginta duos, in quibus partiris sexagesimam, invenies decus dipondius. Restant duae selae; addes hoc supra summam praedictam, et erunt dies septingenti quadraginta quattuor; restant duae selae, in quibus partiris trigessimam, invenies dies quattuor super et vi s quattuor, restant duae selae. Sic autem singulis quibusque annis usque in octogesimum et tertium annum supputabis; quem octogesimum et quartum in fine circulo- rum adnotatum agnoscis, ut etiam in his singulis annis undecim asses et uncia immittere videaris, et nullis cancellorum anfractibus vel lunaribus tituli erasse omnino noscaris. Dominus enim noster Christus, paternae obediens jussioni, ita huius lunae almu sydus edidit, ut de noctis invenies lumen solidatae tenebrari ob nubimenta tenuaret quae claro invecia curriculo cautis vacasse per erroribus,

secretis operantibus causis, nunc plena subducit A implenda, et rotatis cursibus iterum definitur. Haec sunt igitur lunae principia, ejusque officia perenni servitio divinitus instituta; haec in signis, et in temporibus, et in diebus, et in annis praesciae facta. Per hanc quippe fabricam castam puramque, et suae majestatis praesagio Dominus designabat ad ecclesiam, quod saepissime tenuatur casibus variis, et minuitur semper in lapsis; splendoris tamen nitore stibula crescit in sanctis. Sic enim speciatim dico, eadem de seinetipsa loquitur ecclesia: *fusca sum, inquit, et decora, o filiae Hierusalem; et Dominus per Prophetam voci sonorae respondit, et dicit: tota speciosa es sicut sol, et perfecta sicut luna; et iterum: semel juravi in sancto meo si David mentiar, semen ejus in aeternum manebit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum.* Hoc autem ecclesiae in Christo totum manet, et competit sacramentum, adientissime namque repraesentamus ejusdem lunae perfectissimum cursum, ut in suis eum quodammodo cancellis diebus singulis in integro noveris terminatum. Ex Kalendis, inquam, Januariis in pridie illius diei supputabis, in quo etiam luna quota sit quaeris. Sed forsitan dicis: quare in pridie et quota sit luna in sequenti significas die, quia ex Kalendis utique Januariis summam colligis, et quota in his fuerit luna superinmittis? numquidne unum diem bipartitum vel duplicatum supputare singularem aliquatenus in numero possis? itaque in his partiris sexagesimam, et quod fueris partitus supra diem numerum ponis, in quibus similiter trigesimam partiris, et in quovis die, ut dixi, quota erit luna, quae ad album per dies et annos singulos peritissime designabis, quamvis unius cujusque paschae natales non nisi primi mensis novus generat dies; sed ut ipse primus mensis a tertio nonarum Martiarum die usque in quarto nonarum Aprilium a cunctis plerumque esse dicatur, certa atque digesta ratione monstratur, ut in his viginti novem diebus paschalis nativitas retegatur, et per primum annalem circulum vigidicis documentis, evidenter ostendatur. A solis enim et lunae fabrica quae die V Kalendarum Aprilium sumpsit exordium, computamus dies trecentos liberos quadragenta occurrisse ad futurum quintum nonarum martiarum diem, super quos dies addimus lunam quintam decimam; in qua utique plenitudine diei ipsarum quintum Kalendarum Aprilium ad vesperam a Domino fuerat constituta, et sunt dies trecenti quinquaginta quinque, in quibus partiris sexagesimam, et habes quinq;ue deuncos; adde supra summam superiorem, et sunt dies trecenti sexaginta. Deum. partiris trigesimam et invenies decusdipondius super et deum. et quoniam quinta-decima luna, plena, ut diximus, quinto Kalendarum Aprilis fuerat facta pridie idus Aprilis, ut ritibus extenuatur ad suum mensem primum implevit; propter quod novilunium Judaeis praecipitum est observare usque in hodiernum diem. Secundum vero mensem quarto idus Majas implevit, tertium men-

sem quarto idus Junias, quartum mensem sexto idus Julias, quintum mensem sexto idus Augustas, sextum mensem septimum idus septembris, septimum mensem pridie Nonas Octobris, octavum mensem nonas Novembribus; nonum mensem pridie nonas Decembris, decimum mensem tertio nonas Januarias, undecimum mensem Kalendis Februariis, duodecimum mensem quinto nonas Martias, et habes dies trecentos quinquaginta quinque, quos continet annus primus sane inibi quindecim diebus lunae, quota utique plena et perfecta fuerat facta. Nam a quintum nonarum in quartum Nonarum Martiarum die supputatio pronuntiat luna, qui est scilicet dies inter quinto et tertio medius in quo luna deum et non assis, qui est dies unus inventus sit plenus. Itaque a die ipso mensis inchoari non potest primus, sed a tertio nonarum martiarum in quarta nonarum Aprilium diem, in quarum quartum nonarum pridie, hoc est in die kalendarum Aprilium computamus ex quinta kalendarum earumdem praeteriti, idest primi anni, in quo die utraque luminaria in signis, et in temporibus, et in diebus, et in annis a Domino fuerant constituta, et invenimus dies trecentos septuaginta, super quos addimus lunam quintam decimam, in quo statu interea fuerat facta, et sunt dies trecenti octoginta quinque. Ex quibus diebus partiris sexagesimam, et habes sexis cincun; hos praedictae summae adjungis, et sunt dies trecenti nonaginta unu cincun; partiris trigesimam et invenies decus tresis, superet ascendant. Ergo ex die tertio nonarum martiarum usque in diem quartum nonarum Aprilium primam lunam quaerere dehemus, quoniam in quocumque die existis viginti novem diebus luna prima cum fuerit, inde incipit mensis primus, in quo mense pascha sacratissimum celebrari praecipit omnipotens Deus, sicut in Exodo testatur et dicit: *diem festum paschae observabitis; septem diebus edetis azima, sicut praecipit tibi, per tempus mensis novorum; in eo enim existis de terra Aegypti.* Item in Levitico praecipit Dominus et dicit: *primo mense in quarta decima mensis, in medio vespertinorum pascha Domini, et in quintadecima mensis hujus festi azimorum Domino.* Item in Numeris: et locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sina anno secundo proficiscentibus eis ex Aegypto, in mense primo dicens: *dic, ut faciant filii Israel pascha in tempore suo quartadecima die mensis primi ad vesperam. Secundum tempora, secundum legem suam, et secundum comparisonem suam facies illud. Et locutus est Moyses filiis Israel facere pascha in deserto Sina secundum quod praecipit Dominus Moysi, sic fecerunt filii Israel.* Et paulo post eum comminatione praecipit Dominus, et dicit: *homo qui fuerit mandus, et in via longa non fuerit, et cessaverit facere pascha, exterminabitur anima illo de populo suo, quia minus Domino non obtulit in tempore suo: et peccatum suum accipiet homo ille.* In Deuteronomio Moyses ad populum locutus est dicens: *observa mensem novorum, et facies pascha Domino Deo tuo, quia in mense novorum existis de terra Aegypti nocte, et sacrificabis*

pascha Domino Deo tu. Sic quoque et in primo libro A Esdræ apertius scriptus est egi. *Osius pascha in Hierosolymis Deo, et immolavit phasec quarta decima luna primi mensis ad vesperam.* Ecce quartadecimæ lunæ dies, qui est ad quintu decimu kalendærum Aprilium die usque in septimo decimo kalendarum Majorum, legaliter ut sit vera ratione firmata dinoscitur; et sic etiam a tertio Nonarum Martiarum die usque in decimo kalendarum Aprilium diem sunt decem novem, in quibus luna dum nascitur, lunariis annis proculdubio deputatur; a nonum vero kalendarum Aprilium in die quartu Nonarum earundem dies sunt decem, et his dum nascitur embolismariibus annis profecto defixa notatur, sicut circulorum in vetustatis indiculo comprobatur. Sex enim menses dividunt annum, in embolismario vero mensis unus dierum triginta prorogator accedit sex ergo vies nonus tibi faciunt dies centum septuaginta quattuor; et septies triceni habes cc. decusas summulas adjungis, faciunt tibi dies trecentos octoginta quattuor. Hic est annus embolismaris. Lunaris autem annus æque in sex mensibus dividitur. Sexes itaque

vies nonas faciunt tibi dies centum septuaginta quattuor, et sexes triceni centus octo sunt. Junctæ sibi invicem summulæ faciunt dies trecentos quinquaginta quattuor, non a dominico in dominicum paschæ, sed ad quartam decimam in quartam decimam lunam primi mensis anni supputantur venientis; et sic omnes suo in ordine per annos octoginta quattuor certis mensibus sine dubio dies collectos invenies, sicut ipsius lunæ per menses singulos oculis testibus, nativitatis fulget aspectus. A prima enim luna kalendarum Januariarum usque ad octavam annos embolismares invenies; a nona vero usque in vigesima septima lunares pro certo repperies. Sic etiam a vigesima et octava usque ad trigesimam embolismares invenies annos. Hæc omnia sollicitius observabis, et dies paschæ in integro invenies. Non laborabis ecce, annuente Domino, singula dilucide perfecta monstrantur, in quorum jam et obrectatorum perfidia refallatur, ut insontium astuta simplicitas cunctis subdita cognoscatur; ipocrytarum vero evitentur errores, quia imperitorum est jactantia, nam verecundia plenæ sunt præfatæ virtutes.

Ordo Mensium Januarius. Aug. et Dec. habent dies xxxi. iiii. Non. vii. Id. xviii. Kal.
 Martius. Maj. Jul. et Oct. habent dies xxxi. vi. Non. viii. Id. xvii. Kal.
 Aprilis. Jun. Sept et Nov. habent dies xxx. iiii. Non. viii. Id. xviii. Kal.
 Februarius habet dies xxviii. in Bissex. xxviii. iiii. Non. viii. Id. xvi. Kal.

Reg : Mens.....Epactæ..Con. Sol.

Mart. V.....I.....

Reg.....Lunæ.....Nullæ.....Rec.....Pas.....Ter. Pasch.

Ap. I.....S.....V.....XI.....II.....V.....Ter.....N. Ap.

Maj. III.....O.....V.....XXII.....III.....I.....Quat.....

Jun. VI.....N.....VII.....III.....III.....VI.....Non.Kal.Mar.....VIII. Kal. Ap.

Jul. I.....D.....VII.....VI.....II.....III. Id. Feb.....Id. Ap.

Aug. III.....I.....VIII.....XIII.....V.....VI. Non. Mar.....III. Non. Ap.

Sept. VII.....VII.....III.....XI. Kal. M.....XI. Kal. Ap.

Oct. II.....E.....X.....XXV.....I.....VI.....VI. Id. Feb.....III. Id. Ap.

Nov. V.....M.....VIII.....VI.....II.....

Dec. VII.....Ap.....XII.....XVII.....III.....III.....III. Kal. Mar.....II. Kal. Ap.

Jan. II.....M.....XI.....XXVII.....V.....VII.....XIII. Kal. Mar. XIII. Kal. Mi.

Feb. VI.....Iu.....XII.....VIII.....VI.....III.....Non. Mar.....

Junge istos cum Jul.....XIII.....XX.....VII.....I.....VI. Kal. Mar.....VII. Id. Ap.

consotiis ad Kal. Aug.....XIII.....I.....II.....III.....Id. Non. Mar.....

collig. VI. Kal. Ap.

Istosjunge cum Epact. ad lunam XII.....III.....VII.....III. Non Mar.

inveniendam per Kalend. XIII.....III.....V.....XIII. Kal. Mar. XVII. Kal. Mar.

III.....V.....I.....III. Id. Prid. No. Ap.

XV.....VII.....III.....Kal. M. XIII. Kal. Ap.

XXVI.....I.....II.....XII. Kal. Mar. Prid. Id. Ap.

VII.....II.....V.....VII. Id. Feb.....Kz. Ap.

XVIII.....III.....III.....III. Kal. Mar.....XII. Kal. Ap.

V. VI. Ist. iunge cum XIII. Kal. Mar.....V. Id. Ap.

VII. consoc. et ter. Prid. Non. Mar. III. Kal. Ap.

I. ad Dominicam

III. Paschæ inve- XV. Kal. Mar.

III. niendam, et ad

V. Quadragesimæ

VI. initium.

EODEM TEMPORE.

AUCTOR INCERTUS.*

OBSERVATIO CRITICA.

Quisquis in Scotorum historia vel leviter versatus agnoscere debet primos Christianos religionis doctores in hodierna Scotia existisse vitæ monasticæ cultores, unde famosum illud Forduni in Scoti-Chronico lib. xui, cap. 8, pag. 184, dictum, qui de sancto Palladio circa annum 430 ad Scotos in Christum jam credentes in suo episcopo sic loquitur : « Ante cuius (Palladii) adventum habebant Scoti fidei doctores, ac sacramentorum ministratores presbyteros solummodo monachos, ritum sequentes Ecclesiæ primitivæ. » Per quæ sane verba sincerus ille historiæ Scoticæ conditor solum insinuare videtur, S. Palladium fuisse primum episcopum a summo pontifice Romano missum ad Scoticanam Ecclesiam a cunabulis resurgentem gubernandam, cum ante illius adventum, et eadem adhuc imperfecta ac rudis per presbyteros ab aliis legitimis episcopis ordinatos ac plerumque monachos instructa fuerit, sed jam ad suscipiendam supremam Ecclesiæ hierarchiam accommodata prout aliæ gentes ad Christum conversæ prius per presbyteros instructæ sunt, quam episcopali jurisdictione donatæ. Verum rerum Scoticarum scriptores et ipse Fordunus agnoscunt sanctum Niam Candidæ Casæ episcopum, sanctum Palladium, sanctum Fernanum, S. Serranum, S. Kentigernum, aliosque primitivæ Ecclesiæ Scoticanæ episcopos, existisse veros monachos, ac disciplinæ acerrimos vindices, qui monasteria, tanquam Christianæ religionis quædam castra, erexerunt, ex quibus prodierunt tot sanctissimi milites ad debellandam dæmonum militiam exercitati, et ad propugandam fidem Christi aptissimi. Hujus rei vividum exemplum præbet sequens Ordo monasticus, ab antiquis monachis Scotis sub exordio susceptæ Christianæ religionis observatus, qui cum vetustissimum sit omnium Monachorum Occidentalium monumentum, magnamque cum Ægyptiorum Patrum regulis connexionem habeat, sic merito post S. Cassiani institutiones et regulam S. Pachonii debitum locum inter hæc additamenta meretur, utpote arctissimam Orientalis disciplinæ observantiam complectens, exceptis frequentibus illis in aquam immersionibus, quæ solis monachis Scotis fuerunt peculiare. Cum igitur, longe ante adventum S. Palladii, in hodierna Scotia existierint monasteria, quorum inquilini nominabantur Kiledi vel Kildei ab ipsis cellis, quas inhabitabant, non a cultu quem ibidem exercebant, sic appellati; adeoque veritati consonum videtur, hunc Ordinem Monasticum etiam ante S. Cassiani institutionum propagationem, ab illis Kilediis sive Kiledis (corrupte per sequiores scriptores Culdeis nuncu-

palis) observatum fuisse. Nam hoc monasterium Kilrosense vulgo Culrosense dictum erectum est, a S. Servano Orcadensium insularum apostolo, et S. Palladii discipulo, qui non novam disciplinam monasticam introduxit, sed veterem primævis Scotis monachis communem excoluit. Erat autem hoc monasterium in æstuario Forthæ sive Bodotriæ situm, ad borealem fluminis ripam et infra Strivelingæ castrum sex milliaribus jacens, ubi fluxus et refluxus adhuc cernitur, quem auctor vitæ S. Kintigerni apud Bolandum 13 Januarii per Malenam et Ledonem fluvios designat; ad morem quorundam veterum per Ledonem intelligens æstum et fluxum maris, quemadmodum et per Malenam denotans refluxum sive recessum maris; quos igitur male duos distinctos fluvios existimavit, cum apud Kilrosiam nullum aliud flumen præter Bodotriam appareat, ubi tamen, quamvis locus ille viginti milliaribus ab ostio fluminis distet, tamen magnus fluxus et refluxus maris observetur. In hoc igitur monasterio educatus est S. Kentigernus vulgo dictus Mungo primus Glasguensis in Scotia episcopus et multorum monachorum pater, qui, Kilrosia ad australes partes secedens, necessario æstuarium Forthæ transivit tempore Malenæ sive refluxus maris, atque apud Glasguam figens pedem insigne erexit monasterium a nongentis quinquaginta monachis inhabitatum, quibus utique disciplinam monasticam a S. Servano magistro suo usitam præscripsit observandam. Celebrerrimum ergo erat Kilrosense monasterium, et forsitan ante adventum S. Palladii ab ipsis monachis Scotis sive Kilediis constructum, a quibus et denominationem sumpsisse videtur, cum ex ante dictis omnino constet, monachos apud Scotos jam dudum floruisse. In veteri enim Scotorum idiomate Kil denotare ullam quemadmodum et Ros vel Ross significare promontorium animadvertunt antiquitatis Scoticæ periti, ita quod Kil-ros existiterit verum Kiledeorum promontorium, quorum cellæ ibidem constructæ altitudine cæmia reliquam planitiem superaverunt, præsertim ad latus boreale æstuarii positæ. Verum labente sæculo septimo hoc insigne Kiledeorum monasterium, a Danis et Norwegis, Britanniam septentrionalem devastantibus ad incitas est redactum, nec ante annum 1217 reparari cæperat. At hoc eodem anno Malcolmus Fife comes idem depopulatum cænobium restauravit, amplissimis agris et donis locupletavit, ac sacro ordini Cisterciensi concessit; cujus piissimi inquilini S. Serranum olim sanctissimum loci abbatem in divum titularem susceperunt, ejus, ut sacram memoriam

* Ex Marian. Br. Codice Regular. tom. II.

ad diem primum Julii annuatim solenni festivitate celebrabant. Et quidem, etiamsi anno 717 apud Scotos dem sumptuosa cœnobîa obtinuerint; attamen, longo tempore hunc Ordinem monasticum in aliquibus locis conservatum fuisse testatur arcta disciplina monastica a Scotis monachis per Germaniam, Galliam, et Belgium observata etiam postquam illi, pro primaria vitæ norma, regulam Benedictinam susceperant, quemadmodum ex variis locis monastici Scotici instrumimur. Adeoque de hujus antiqui monumenti authenticitate nullum dubium intervenire debet, cum, ante fatalem monasteriorum in Scotiâ dissolutionem, plurima vetera monumenta in Kiledœorum cœnobîis præsertim Dunblani et Dunkeldæ sint conservata, quæ quidem duo monasteria quoddam veteris disciplinæ vestigium retinuisse videntur usque ad sæculum XII, quando in distinctos episcopatus erecta sunt. B

primum intrducta sit regula S. Benedicti, atque sequoribus sæculis plurimi novi erecti ordines monastici ibi. Ex archivo igitur Dunblanensis Ecclesiæ, hunc præsentem Ordinem monasticum descripsit vir religiosus Servanus Thomson Stotus, monachus Benedictinus in celeberrimo Dunfermlensis cœnobio professus, secumque Ratisbonam cum aliis documentis antiquis attulit, florente adhuc apud Scotos orthodoxa et catholica religione. Nam, anno 1526 piissimus noster pater Servanus cum aliis monachis Dunfermlensibus ab optimo patre dom. Joanne Thomson monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonæ abbate dignissimo vocatus, et ibidem prior conventualis constitutus, piissimam vitam duxit, acerrimus arctioris disciplinæ monasticæ vindex, usque ad annum 1544, quo religiosam animam Deo reddidit.

ORDO MONASTICUS IN VETERI SCOTIÆ MONASTERIO DE KIL-ROS OLIM OBSERVATUS.

Servanus discipulus S. Palladii, circa annum 448 ædificavit monasterium de Culros, ibique magnam congregavit monachorum congregationem, quos in timore Dei et in magna continentia custodivit, qui a communi plebe vocabantur Culdei sive Colidei, sed proprie dicebantur Kiledæi, sic nominati ab ipsis cellis, quas inhabitabant, et veri monachi erant, imitantes monachos Ægyptios, et similem illis ducentes vitam. Nam imprimis perpetuum jejunium observabant, semel in die cibum sumentes, et quidem tempore hiemali, apparentibus stellis in firmamento, in æstate autem post occasum solis. Quæ refectio apud illos vocabatur cœna, et in mensa non apposuerunt diversorum fercula saporum, neque esculentiores pastus, sed secundum comedentium numerum tot panificationem panis, atque olera cocta, sed solum sale condita. Nunquam carnes vel pisces comederunt, neque caseum vel butyrum admiscerunt, nisi dominicis et festivis diebus, quando binam refectionem sumebant, scilicet prandium et cœnam. Pro potu aquam habuerunt pyram et aliquando mixtam lacte, nam vinum et cerevisia illis ignota erant. Infirmis tamen vel ætate proæctis, vel etiam longo itinere fatigatis, aliqua suavioris cibi oblectamenta dabantur, nunquam tamen carnes comedebant. In mensa autem altum observabant silentium divinæ lectioni et spiritualis patris exhortationibus intenti, atque hoc modo lassos artus acceptæ cœnæ refectioe relevabant, nec tamen ad satietatem; nimia enim satietas, quamvis solius panis, luxuriam gignit, sed tunc pro impari corporum vel ætatum conditione, quisque cœnam capere potuit.

Omnes in uno loco dormiebant, sed in separatis lectisterniis, et quidem vestiti, et zona pellicea præcincti, ut expergefacti alacrius surgereot. Nam ad primum galli cantum in oratorio omnes præsentés

esse debuerunt, quocumque anni tempore, per notissimum excitati ita ut media nocte semper surrexerint ad vigiliis nocturnas peragendas. Quæ vigiliæ per integras tres horas durabant, quia singulis viginti psalmos deputabant, et ad finem cujusque psalmi profunde genu flectebant, sese in terram prosternentes. Expletis tribus vigiliis nocturnis, consona voci et cordis intentione omnes exire de oratorio debuerunt; solus autem pater monasterii secretam Deo pro statu Ecclesiæ fundebat orationem, dum reliqui meditationibus, genuflexionibus aliisque piis operibus incumbabant, usque diluculum. Et tunc dato signo, omnes oratorium accedant, ad matutinas laudes persolvendas, quibus finitis, pater monasterii quotidianis lacrymarum fontibus exundans, thurificatis orationum holocaustomatibus redolens gemmæ caritatis ardore flagrans, debitam dominici corporis oblationem puris sacrabat manibus, sique ad angelicum pergebat alloquium. Synaxi finita, aliqui frigidam petebant aquam, in qua diutius morando, corpus rigabant, omnemque carnis ardorem domitabant: quantum autem in oratorio orarent, nullus oscitare, nullus sternutationem facere, nullus salivam jacere licenter auderet.

Deinde omnes ad laborandum domi vel ruri se præparabant, ut quotidiano desudantes operi manuum laborare suam in commune transigerent vitam, probe acientes quod securam quietem et otiositas vitiorum mater et fomes esset, et ideo humeros suos divinis fagationibus submisserunt; et impensiori studio, pede manumque laborabant, atque ita propriis viribus, cum cetera congregationis opera cum gaudio expediebant. Nam ad rurale opus accincti, jugum ponunt humeris, austrosoria, vanguardasque invicto brachio terræ defigunt, sarculos, serrasque ad succidendum sanctis ferunt manibus, omniæque præstant proprio labore, quam

homines rustici auxilio bouum et equorum perficere solent. Nam apud ipsos, nulla æra bouum et equorum aut aliorum animalium inveniebatur ad agros excolendos, vel quodcumque opus perficiendum quia quæque erat bos et equus ad laborandum. Solus seniculus abbas habuit equiculum ad iter faciendum et paucas vaccas ratione lactis, sicuti et oves ratione lanæ et pellis nutriebant, nam omnes alias possessiones respuebant, et divitias detestabantur. Quando autem opus rurale diutius duravit, tunc in campis solitum psalmodiarum pensum peragebant, observato debito tempore, pro singulis horis canonicis, ad hoc enim intenti, ut singulis diebus integrum Psalterium devote recitarent. Quandiu autem laborabant, nullum audiebatur murmur, nullum præter necessarium habebatur colloquium, sed quisque aut orando, aut recte cogitando inunctum peragebat opus.

Peractio opere rurali, seu quocumque alio inuncto labore jam finito, ad cellas proprias revertebant, ubi aut scribendo aut orando totam ad vesperam peragebant diem, nisi quando tempus aderat ad orandum horas canonicas in oratorio. Vespere autem appropinquante, cum noctæ pulsus audiebatur, quisque studium aut laborem deserebat. Quamprimum enim in auribus cujuscunque pulsus resonaret, scripto litteræ apicæ, vel etiam dimidia ejusdem litteræ figura, citius assurgentes, sua sinebant officia, sicutque cum silentio et gravitate, sine ulla colloquii fabulositate oratorium petebant. Expletis psalmodiarum canticis, consona cordis et vocis intentione quisque privatis precibus et genuflexionibus inserviebat, quoadusque sidera cœlo visa finitum clauderent diem, in æstate autem, ob noctis brevitate, usque ad occasum solis.

Tandem ad mensam conveniunt, ut fessos artus cœnæ refectione releverent, ubi quidem spirituali lectioni plus attendebant quam ciborum sapor; tota enim relectio non aliis cibis quam communi pane sale conditis constabat, ut jam dictum est. Modice igitur relecti, cum gratiarum actione oratorum petebant, et per breve tempus orationem effundentes, dato signo, et accepta patris spiritualis benedictione, dormitorium accedebant omnes, seniores æque ac juniores, secundum ordinem claustralem, neque vocis mussitatio audita est, sed usque ad primum galli cantum, quietem sumebant. Atque hoc modo, per singulas anni dies et noctes Creatori suo inserviebant, nisi quod a nocte sabbati quousque primo diluculum scilicet prima diei dominicæ hora eluxerit, vigiliis, orationibus, genuflexionibus sese impenderint, excepta una hora post matutinas laudes, quando sese ad scrutanda intima cordis secreta præparabant. Quæ peracta, et vere compuncti, patrem spiritualem accesserunt, cui cogitationes suas propalabant, sine cujus jussu nihil præstare potuerunt, sed illius licentiam etiam vel ad naturæ requisita acquirebant.

Paupertatem maxime coluerunt, nec alias possessiones habuerunt, nisi quas propriis manibus laborare poterant. Hinc dona iniquorum respuerunt, divitias detestabantur. Si autem aliquis de magnatibus ter-

aliquid pro eleemosyna concedere voluerit, immediate pauperibus distribuebant, quibus etiam oblationes fidelium concesserunt; in vicinia enim habuerunt xenodochium, ubi pauperes et debiles, claudos et cæcos, senes et orphanos nutriebant, quorum præcipuam curam gerebat S. Servanus, iisdem omnia necessaria præbens, piisque exhortationibus inserviens.

Vilibus induebantur vestibus, maxime pellinis, sed albi coloris, ut moribus sic et vestibus candidi apparerent, Habitus enim interior ex alba lana contextus ad genua descendebat, illoque ad laborandum utebantur, nam lineas vestes nunquam adhibebant. Exterior habitus erat birras, qui et amphibalus dicitur, corpus simul et caput tegens, quem zona pellicea præcinxerunt, atque sic incedebant quotidie ad orandum et laborandum, et etiam sic dormiebant.

Igitur apud antiquos illos monachos sive Culdeos fulgebat perfecta morum probitas, vitæ paupertas, in agendis actibus perpetua continentia, atque ad patris spiritualis imperium indeficiens obedientia. Nec solum patri monasterii, sed et senioribus ab ipso ad invigilandum constitutis obedire debuerunt omnes, et refragantibus duræ subdebantur poenitentia. Pro qualibet enim culpa etiam minima severa injungebatur poena, sic quando quisque aliquid sibi proprium vindicaret et pronuntiaret, verbi gratia, Meum librum, etc., tunc exutus vestibus, se aqua immergere usque ad collum debuit, ibique diutius morando omne propriæ voluntatis pravæ desiderium extinguere. Si autem patris spiritualis, vel aliorum seniorum jussa hilariter et alacriter non adimpleverit, a fratrum consortio segregatus, pane et aqua tandiu vivere debuit, donec respiceret, et si obstinax in disobedientia permanserit, et culpam commissam agnoscere renuerit, squalore carceris puniebatur. Pro parvis culpis publice commissis coram tota congregatione poenitentiam agebant diris verberibus percussi, quæ flagella poenentialia nominabantur.

Hunc asperum et durum viveudi modum inibant Kiledæi sive monachi antiqui Culrosenses cum magno gaudio, ut violenter raperent regnum cœlorum, neque facilis ad subeundam tam arduam monasterii disciplinam ingressus concedebatur, quamvis multi ad morum reformationem concurrebant. Nam quicumque sancti propositi conservationem desideravit, fratrumque consortium sincere postulavit, prius decem diebus præforibus monasterii, quasi reprobatus, nec non verborum opprobriis confutatus remanere debuit, sæpius pulsans, sed nullum ingressum inveniens. Si autem bene utens patientia ad decimum perstaret diem, tunc porta claustrii fuit aperta, et noviter ingrediens seniori ad portam constituto inservire debuit, ibique per multum temporis desudans, multo quo animi adversitatibus probatus, tandem fratrum merebatur inire consortium. Quicumque etiam fratrum conversationem cupiebat, prius omnem substantiam pauperibus distribuere debuit, nam nihil ab eo, ne quidem vel unum ut ita dicam denarium, in usum

monasterii accipere voluit spiritualis pater, sed nudus veluti e naufragio evadens in congregationem receptus est, nam et vestimenta sæcularia ante ingressum deponere et pauperibus dare debuit. Hæc autem omnia ideo præstare obligabatur novus receptus, ut ibi voluntariam deligeret paupertatem, et nequaquam inter fratres excellens sese elevaret, vel sua suffultus substantia æqualem fratribus non iniret

A laborem, aut religionis habitum apportans vi extorqueret, quæ monasterio reliquit, et fratrum patientiam commoveret in iram. Hæc aliaque plura aspera quidem et dura exercebant antiqui illi Kiledæi, quorum disciplinæ rigorem, quamvis ad imitandum necessariæ, proposita compendi brevitatis vetat nos exponere. Sed Ægyptios monachos in omnibus imitati sunt, similemque eis duxerunt vitam.

POETÆ QUINTI SÆCULI.

ANNO DOMINI CCCCV.

AUREL. PRUDENTIUS.

(Juxta editionem Arevali.)

Epistola dedicatoria.

Beatissimo patri et D. N. Pio Sexto papæ maximo FAUSTINUS AREVALUS.

Christianæ poeseos monumenta, omnium, quæ modo existant, aut existisse unquam scimus, præstantissima, M. Aurelii Prudentii Carmina, quam diligentissime feri potuit, recognita et correctæ luci publicæ mandare constitui, nomini, majestatique tuæ, Pie Pontifex Maxime, consecrata. Patere, humanissime Princeps, ut non modo ad solium istud tuum et ad pedum oscula beatorum demissus, ut par est, ac venerabundus accedam, verum etiam ut et libere profitear, munus hoc, quod tibi offero, non nullius esse pretii, et cujusmodi hoc sit pretium, palam edisseram. Etsi enim tot sustineas, ac tanta negotia solus (quod verissime etiam de te dici potest), in Ecclesiæ catholicæ gubernationem singulari studio et sapientia incumbas, populorum tibi subditorum felicitati incredibili vigilantia et providentia prospicias; tamen in tanta rerum mole adeo erga litteras ac bonas artes affectus es, ut hac etiam in parte præclara tua merita una omnium voce et prædicatione celebrentur; neque ulla unquam, quamdiu suis litteris et humanitati stabit honos, tacebit posteritas. Quod enim museum splendidissimum omni illustrium monumentorum genere ad præsentium et posterorum sive admirationem, sive etiam invidiam instruxeris; quod plurima ac maxima beneficia in litteras, in litteratos viros, in artes cæteras, quæ a liberalitate nomen habent, cumulativissime contuleris; quod bibliothecam tuam omni librorum copia et delectu in primis conspicuam reddideris, vaticanam vero magnis accessionibus locupletaveris; quod assidue de litteris deque optimarum artium studiis maxima cum animi voluptate, limato subtilique judicio disseras: hæc aliaque hujus modi vehementem et accensum exquisitæ doctrinæ amorem cum doctrina ipsa conjunctum satis declarant. Cum autem rerum ecclesiasticarum cognitio cæteris tibi sanctior et antiquior sit, quod his studiis ab adolescentia innutritus, summa ex eorum tractatione laudem fueris assecutus, hac potissimum de causa novam hanc Prudentii editionem tibi non solum jucundam, sed etiam gratam futuram esse confido. Ut enim Ecclesia Jesu Christi, cujus tu vices, bonis omnibus plaudentibus, geris in terris, adversus hæreticos impiosque hujus ætatis homines defendatur, optime intelligis, Pontifex sapientissime, auctorem gravissimum esse Prudentium. Quippe is profanis litteris apprimè eruditus, forensi eloquentia exercitatus, maximis honoribus in Romana republica perfunctus, amænissimum ingenium leporesque poeticos ad fidei christianæ causam ornandam,

* In hac serie eos auctores collocavimus qui solummodo vel præcipue sermone metrico scripserunt, et sub poetarum maxime titulo usque nunc vulgati ac noti sunt. Cæterum his accensere per nos licet Avitum et Sidonium in hoc et præcedenti tomo editos, quos forte non dedecisset locus inter hujus sæculi poetas. Erit.

illustrandam, tuendam felicissime convertit. Atque, ut alia præteream (nihil enim Prudentius in his studiis ecclesiasticis intentatum reliquit), multum ille contulit ad sublimem hanc gravitatem et dignitatem, quæ in Ecclesiæ precibus hymnisque Deo concinendis elucet, et in qua tu, Pie Pontifex, summopere delectaris. Præterea antiquitates Christianas maxima ex parte complexus est; sed illos ritus accuratius descripsit, qui nunc in quorundam hominum reprehensionem incurrunt; ac nominatim religiosum cultum, quo sanctos cælestes venerari oportet, suo ipso exemplo luculenter demonstravit, dum tenero pietatis affectu, quem trito apud nos vocabulo devotionem appellamus, stratus humi ad martyrum sepulcra, lacrymas uberrime fundens, oscula marmoribus figens, tumulisque adeo arcte inhærens, ut altar tepesceret ore, saxum pectore, eos animi sensus experiebatur, quos tibi, Pie Pontifex, cum Prudentio communes esse, omnes novimus. Constat enim, quanta constantia hujusmodi pietatis officia exsequaris, quam religiosa mente habituque oris ac corporis gloriosum B. Petri principis apostolorum sepulcrum adire, ejusque venerabilem imaginem quotidie ferme venerari et osculari sis solitus. Graviora vero sunt illa, quod Prudentius pro altissimis religionis nostræ mysteriis contra sophisticas hæreticorum argumentationes docto ac severo philosophandi genere propugnavit, aram vero Victoriæ totumque idolorum cultum adeo acriter et nervose insectatus est, vix ut quidquam postea scribere aut obloqui ethnici ausi fuerint. Quod si non ea solum, quæ commune Ecclesiæ bonum respiciunt, sed illa etiam considerare velimus, quæ ad apostolicam tuam sedem, Pie Pontifex, proprie spectant, quanquam quid est, quod ad Ecclesiam Romanam, fidei et morum magistram, ecclesiarum omnium matrem pertineat, quod non idem quam arctissime cum communi religionis catholice causa aptum conexumque sit? Sed tamen quidquid id est, quod ad istam primam cathedram magis proprie spectat, ejus dignitatem, majestatem, auctoritatem ita Prudentius prædicat, ut tot tamque variis successibus Romani imperii nihil aliud actum crediderit, nisi ut Christo jam tum venienti via sterneretur, cordaque hominum uno illigata vincula pax et Roma tenerent, capita hæc et culmina rerum, et sub unius principatu mens una sacrorum foret. Ac sane Prudentius non modo martyrum sepulcra, quorum innumeros cineres vidisse se Romæ testatus est, elegantissimis versibus describit, neque solum populorum concursus ad eorum reliquias, festosque dies celebrandos maximis laudibus exornat, verum etiam domum reversus magno studio egit, ut multa quæ in hoc genere Romæ viderat ac didicerat, in consuetudinem apud Hispanos suos inducerentur. Itaque ego Prudentium tali ac tanta doctrina et pietate virum, scriptoremque cum semper antea utilem et salutarem, tum nostris maxime calamitosis temporibus necessarium, quoad facere et conari potui, a mendis quæ temporum injuria, aut librariorum inscitia, aut oscitatione irrepperant, vindicatum proferre in lucem constitui, omnesque nervos contendi, ut eorum omnium, qui ante me in hoc stadio desudarunt, industriam laboremque superarem, et nisi me meus fallit animus, superavi. Illud autem neque tacere debeo, et gloriosum mihi duco profiteri, concessu ac beneficio tuo, Pie Pontifex, factum esse, ut antiquissimi codices vaticani mihi, quandocumque vellem, libere paterent, quibus facilius et locupletius, quod destinaveram, possem ad exitum perducere. Utinam ea, quæ ego ad Prudentium illustrandum adjicienda esse censui, non ita parvi pretii et levioris operæ videri possint, ut minus propterea gratus acceptusque ad te accedat ipse Prudentius! Verum hoc etiam erit humanitatis tuæ, Beatissime Pater, ut ea, quæ in me parum probabuntur, Prudentio condones, et si non perfectionem commentariorum in Prudentium, at conatum saltem aliquem meum diligentiamque comiter, ut soles, et benevole complecti velis. Mihi quidem nihil gratius, nihil optatius, nihil, quod ex animi mei magis sententia futurum sit, accidere poterit, quam si catholicus poeta Prudentius, a me ita, ut vides, recognitus, judicii tui, quod gravissimum omnibus esse debet, prærogativa honestatus, regi catholico Carolo III, Pio, Felici, Augusto, Domino meo clementissimo, cujus unius beneficentiæ, ut incumbere in hæc studia meo arbitrato possem, acceptum referre debeo, haud injucundus adveniat.



PRUDENTIANA

SIVE

PROLEGOMENA

IN EDITIONEM ROMANAM OPERUM

M. AURELII CLEMENTIS PRUDENTII.

CAPUT PRIMUM.

Ratio ac divisio totius operis.

I 1. Quam laudem Prudentio tribuebat Gaspar Barthius, quo ego homine neminem in poetis legendis et illustrandis aut diligentiorum aut doctiorum novi, equidem eam a cæteris, si repugnent, extorquere non admodum conabor: sed certe ejusmodi vocem ex ore ecclesiastici viri, quique religionem Christianam, addam, catholicam Romanam, unice diligit, libentissime exciperem. Igitur Barthius lib. ix Advers. cap. 1, cum dixisset, de Christianorum in rota supplicii plenos esse beatorum Christi militum commentarios, quorum, addidit, *vel primum præconem puto Prudentium, dulcissimum, piissimum et eruditissimum poetam, quem ut teneam, non negem omnium Græcorum Latinorumque vatium scripta contemnere.*

2. Illi ipsi heterodoxi, qui poetam hunc divinum maximis laudibus evehunt, et in operum ejus editionibus adornandis majorem quam nostri diligentiam adhibuerunt, fateri coguntur, eum de libero arbitrio, de carnis innocentia, de bonis operibus, et imprimis de invocatione martyrum aliorumque sanctorum, de Virgine beata, et quæ alia ejusdem generis sunt, hoc est, fere de omnibus rebus, de **2** quibus male ipsi sentiunt, cum catholicis eadem sentire. Scio, ab hæreticis Prudentium, aperte ab ipsis dissentientem, excusari, vel quod poetice locutus fuerit, vel quod jam tunc substitutionis, ut jactant, semina inter Christianos spargi cœpissent: quam perverse, vel impudenter potius, his responsionibus abutantur, alio loco explicabo. Profecto non solum Prudentius insanam idololatriæ superstitionem acriter oppugnat, neque solum religionis nostræ fundamenta adversus gentiles egregie sustinet, neque solum Hebræorum perfidiam vehementer convellit, neque solum contra hæreticos qui præcæserunt accurate disputat, sed multa etiam addit, quibus hæretici nostrorum temporum facile possint revinci: præterea ritus veteris Ecclesiæ de usu luminum, de altaribus, de ornatu divitiisque templorum, de reliquiarum cultu, de sanctorum imaginibus, deque aliis hujusmodi ita graphice, itaque dilucide describit, ut irridere libeat quorundam hominum ignorantiam, sive pravitatem, qui superstitionem in re qualibet quasi subverentes, non dubitant exæmonias sanctissimas, vel ab ipsis Ecclesiæ primis sæculis usitatas, tanquam inventa monastica aspernari et rejicere. Nam quid ego loquar de innu-

A meris martyrum sepulcris, quæ Romæ vidit Prudentius, de peregrinationibus Christianorum, sive concursu ad eorum festa celebranda, de cryptis; quæ planius intelligo, dum Prudentium lego, quam dum oculis perlastro?

3. Jam vero cum martyrum coronas celebrat Prudentius, *peragrans loca, nullius ante trita solo*, quo ingenii acumine et ubertate, quo cæstro Christi militum robur, constantiam, verba ad tyrannos invicta, patientiam in perferendis suppliciis, mirabilem tormentorum varietatem nobis representat, et quasi ante oculos ponit! In hymnis autem diurnarum horarum quantus inventionis decor! In animi pugna exponenda quam certa et ex ipso mysticæ theologiæ fonte petita doctrina! In omnibus denique ejus operibus quantus pietatis ardor emicat! Cum enim multa ac varia nobis scripta reliquerit, non poteris vel unicum ejus versum reperire, qui aut ad religionem stabiliendam, aut ad fovendam pietatem non referatur, ut multi jam notarunt.

4. Quod si quis præter ingenium sublime argumentique nobilitatem alias dotes in Prudentio querat, singularem ejus eloquentiam in *Laurentio*, in *Romano*, *adversus Symmachum*, atque in omnibus ejus carminibus imprimis indicabo; ut facile possis agnoscere, hominem in eloquentiæ studiis apprime versatum, poemata illa condidisse: nam, ut dicebat Antonius apud Ciceronem (*Lib. II de Oratore*, pag. 52, edit. Ald. 1554), **3** *cæterarum artium Nomines ornatiis illa sua dicunt; si quid ab hac arte (eloquentia) didicerunt.*

C His, si lubet, adjungas versus bene tornatos, numerosque in omni metrorum genere leniter fluentes, tum sententiarum gravitatem, verborumque non vulgarem elegantiam ex optimis quibusque Latinitatis auctoribus plerumque expressam. Nam quod nonnulli Prudentio plurimos in prosodia errores, vocesque parum Latinas objiciunt, id separato capite a nobis est refellendum, quo planum fiet vehementer eos falli qui existimant Prudentium sine certa ratione et arte, sine veterum auctoritate et exemplo, solum ex rerum ignorantia interdum in syllabis vocabulisque nonnullis diversum ab aliis morem secutum fuisse. Nil vero necesse est, Prudentii laudes, me nunc contexi: tot enim tamque gravia de eo præconia a doctissimis hominibus ex omni ætate, ex omni ordine prolata, postea adducam, nihil ut in eo genere possit cumulatius desiderari.

5. Quæ cum ita sint, quis non miretur scriptorē in hunc insignem, quē eminentem quemdam locum tum inter poetas, tum inter SS. Ecclesiæ Patres debet obtinere, nondum eos commentatores editoresque habuisse, qui prudentium hominum votis undecunque fecerint satis? Atqui, si quis alius, Prudentius certe perspicua doctaque commentatione indiget, non quod obscuritatis vitio laboret, quod aliqui male putant; sed quia primum poetæ alia quasi lingua loquuntur, neque facile ab his intelliguntur qui eorum idioma non callent, præsertim in rebus novis, quasque cæteri non attigerunt; tum auctoribus, qui recondita doctrina excellunt et argumenta subtiliter expediunt, peræpe obscuritatis culpam imputamus, cum potius tarditatem, ignorantiam et cæcitatē nostram accusare debeamus (a).

6. Atque ut unum e multis præclarissimum exemplum proferam, in præfatione *Psychomachiae* celebre est ænigma (ita enim vocant), quod Prudentium data opera ad aliorum ingenium exercendum circa 318 Abrami vernaculos, eorumque mysticam significationem & proposuisse non nemo credit, plerique sine OE lipo, aut Sphynge explicari posse negarunt (b).

7. Cæterum hæc aliaque hujusmodi infinita, quæ in hoc auctore latent, diligentissimum interpretem requirunt, qui magnam operam in theologicis litteris, non minus quam in humanioribus posuerit: est enim ille inexhaustus quidam thesaurus perreconditæ eruditionis profanæ, multo vero magis ecclesiasticæ, qua hæc in omni suo genere patet latissime. Neque vero inficiabor plures existisse viros doctissimos, qui in hoc opus incubuerint; sed eorum alii *ad scholam*, sive quod in idem recidit, *ad Delphini usum* editiones suas accommodarunt, alii theologiam, quæ ad exactam hujus poetæ interpretationem penitus est necessaria, aut nullam, aut, quod pejus est, malam habuerunt. Quo magis nobis est eritendum atque elaborandum, ut poetæ nostri carmina et doctrinam

(a) Acute olim Porcius Latro Marillio, suo magistro, respondit in Opere *Controversiarum*, quod Patri Senecæ philosophi, quem Marcum vocant, solet nunc attribui (in *Præfat. lib. 1 Controv.*): *Cum discipuli essemus apud Marillum rhetorem, hominem raris aridum paucissima belle, sed non vulgato genere dicentem, cum ille exilitatem orationis suæ imputaret controversiæ, et diceret: «Necessa est, me per spinosum locum ambulantes suspensos pedes ponere,» dicebat Latro: «Non Mehercules tui pedes spinas calcant, sed habent.» Et statim ipse dicebat sententias, quæ interponi argumentis cum maxime declamantis Marillii possent.*

(b) Nimirum historiam ex Genes. cap. 11, qua Ab. am dicitur numeravisse expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo, quibus irruit in hostes, captumque Lot reduxit, ad allegoriam convertens, ita eccidit:

Non esse large vernularum divites,
Si quid trecenti, his novenis additis.
Possiunt, figura noverimus mystica.

Id autem non esse ænigma, sed explicationem allegoricam ejus historiæ, eo tempore in ore et libris multorum frequentissimam, evidenter demonstrabo, cum distincto capite ponam auctoritates SS. Patrum,

in bono lumine colloceamus. Sed quid? inquiet aliquis, putasne a te id perfici posse quod tot nobiles interpretes nequaquam assecutos esse pronuntias? Imo vero si id ego putarem, si tantæ essem stultitiæ, ut plenam facultatem explicandæ Prudentii mihi arrogarem, non certè hoc agerem, ut ex omnium commentariis optima quæque deligens, unum veluti corpus compingerem; sed potius molirer novum ædificium a fundamentis excitare, quo reliquorum luminibus obstruerem (c).

8. Nunc quoniam et maximam rei difficultatem optime pernosco, et meæ vires quam sint exiguæ plane sentio, hanc viam, quæ facilior est, inire consēti: ut lucubrations omnium in Prudentium hactenus editas expenderem ac libere repræsentarem; tum si quid mihi occurreret, quo loca, ab aliis præterita exponerem, aut interpretationes aliorum sive confirmarem, sive refellerem, in medium proferrem, non quasi inveniens denuo, sed quasi jam inventis nonnihil addens. Videbam enim nostro potissimum sæculo plures auctores, tum sacros, tum profanos, in hunc ferre modum magno apparatu elegantissimisque typis excudi: quos haud equidem negaverim tanto labore esse dignos, ac si vis, doctrina exquisita præditos, sed nihil ad Prudentium. Videbam etiam, jam sæculo proxime elapso paulo post initium a Weitzio editionem Operum Prudentii cum omnium, ut putabat, quotquot in Prudentium scripserant, commentariis fuisse procuratam: sed neque Weitzius omnes eorum qui præcesserant commentarios vidit, et post eum multi scripserunt, Prudentium interpretantes, uberiori luce quam veteres perfunsi, neque minori industria conisi.

9. Itaque nemo mihi vitio vertet, imo multis, ut spero, gratum faciam, si Prudentium eo ornatu in lucem emittam, quo multi veteres scriptores prodierunt, notisque aliorum omnium indicatis usas etiam animadversiones adjungam. Quales illæ sint futurae,

qui in trecentis et duodeviginti Abrami vernaculis crucem Christi nomenque Jesu intelligunt, quia per Græcam litteram T, quæ figura est crucis, et litteras t et n, quibus Jesus nomen inchoatur, numerus trecentum decem et octo Græce exprimitur. Prudentius igitur interpretationem vulgo notam jure suo, sive lege poetica indicare tantum voluit, illud Horatii secutus:

Semper ad eventum festinat, et in medias res,
Non secus ac notas, auditorem rapit.

Fortasse etiam reliquum:

Et quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.

(c) Enimvero cum diu multumque dubitarem quam potissimum viam insisterem, pluresque doctos et prudentes viros consulissem, plane mihi accidit, quod Demiphoni in Phormione Terentii, actu II, scena 3, qui cum tres jureconsultos de nuptiis filii interrogasset, et diversa sentientes audivisset: *Fecistis probe, ait, incertior sum multo quam dudum.*

Tres mihi convivæ,
Ut alius dicebat,
prope d'ssentire videntur,
Pocentes vario multum diversa palato.

quantumque ultra aliorum interpretum inventa sicut A progressus minime dicam, non solum ne videar montes aureos polliceri, sed quia facile quis per se poterit judicare, si commentarios præ oculis habuerit, et hinc inde contulerit. Illud unum dicam, in duabus facultatibus quas ad Prudentii explanationem necessarias esse ante posui, nempe in rei theologicæ ac philologicæ, nominatim vero poeticæ, cognitionibus, me a puero non indiligenter sub præstantissimis magistris, utinam feliciori tempore, esse versatum, sive quod genio quodam in hæc studia impulsus fuerim, sive quod rationes vitæ a primis annis susceptæ ita flagitaverint; quod eo dictum volo, non ut expectationem excitem, sed ut arrogantia suspicionem diluam.

10. Alius nunc scrupulus eximendus est. Audio, B editionem operum Prudentii ad codd. mss. Vaticanos Parmæ jam pridem esse inchoatam. Quid ergo nunc juvat Romanis typis Prudentium excudere? Dicam quod res est: si de Parmensi editione quidquam ante inaudivissem quam animum ad hunc laborem applicuissem, fortasse omnino nihil de Prudentio edendo cogitassem. Quoniam vero C cogitatio de re quavis aut non est suscipienda, aut, si suscipiatur, sine causa non est derelinquenda, dubitare cœpi an ob editionem Parmensem a proposito cessare deberem, in quo prudentiorum consilio quam meo acquiescere malui. Agebant gravissimi homines qui rem penitus se scire asseverabant, nullam reliquam spem esse, ut editio illa Parmæ inchoata ad exitum perduceretur; consentiebant præterea eam, etiamsi C absolveretur, nequicquam posse meis curis obstare.

11. Sanè mihi duo certæ esse videbantur: alterum, duplicem Prudentii editionem eodem tempore peractam non esse supervacaneam, si utraque diversis commentariis ornata sit; alterum, editionem quæ Parmæ fieret, ex hac Romana nihil detrimenti posse capere. Exemplaria operum Prudentii, præsertim cum commentariis adeo rara sunt, ut venalia ea prostare nusquam compererim; de quo appello fidem eorum qui bibliothecas privatas satis locupletes possident, aut ab amicis possessas excutunt, aut bibliopolarum tabernas invisunt, aut denique catalogos bibliothecarum, quæ venales quotidie exponuntur, solent percurrere (a).

12. Quod vero Romana hæc nostra editio Parmensi nihil valeat officere, in promptu est judicare. Quis enim Bodonianos typos hoc nostro tempore non

(a) Nam de editione *ad usum Delphini* non dicam, quam grandi pecunia ea vendatur, si quando occasio inciderit: scio enim pretium in huiusmodi rebus sæpe intoleranter augeri, quod nonnulli eruditionis nescio quod genus in una aliqua editionum serie componenda constituunt; qui luxus in suppellectile libraria eo jam processit, ut quod satyrius ille dicit,

Potuit fortasse minoris
Piscator, quam piscis emi,

de libro, librique auctore liceat interdum repetere.
(b) Prudentias Parmensis, quem typi Bodoniani

dico meis ineptiis, sed gravissimorum hominum commentariis non præferat? Omitto ea quæ ex editoris industria et diligentia editioni Parmensi accedent, præsertim ex codd. mss. Vaticanis deprompta, quibus ille commodissime uti potest: cuius doctrinæ tantum abest ut quidquam detractum velim, ut potius ex eo fontem, cum licebit, sperem meos hortulos irrigare, adjecta, si alia via desit, appendice (b).

7 13. Itaque cum nihil sit quamobrem ab incepto desistere debeam, quod reliquum est, ordinem quo Prudentii opera a me sunt edenda explicabo. Primum hæc Prolegomena, quæ jam exarare cœpi apponere decrevi, *Prudentiana* inscribens, titulum ac magna ex parte rei exemplar mutuatus cum ab aliis, qui *Gersoniana* et similes titulos fecerunt, tum præsertim a C. V. Daniele Hueto, qui *Origeniana* operibus Origenis præposuit; quamquam nemo a me postulet aut exspectet ut exilem dividendi rationem sequar quam ille tenuit, suis civibus morem gerens, qui res quaslibet minute potius concidunt quam dividunt. Igitur in his prolegomenis ita argumentum persequare, ut sese res ipsæ simplici ordine dabunt, et prout quis per se possit intelligere. Quis enim, etiam me tacente, non percipiat, dicendum esse de vita Prudentii, de operibus quæ exstant, quæ perierunt, quæ dubie aut falso ei ascribuntur, de codicibus mss., de editionibus, de commentariis editis et mss.? Doctrinam vero Prudentii contra hæreticos, contra nonnullos catholicos propugnabo. Quosdam insignes locos circa dogma ac disciplinam ecclesiasticam de cultu reliquiarum, de invocatione sanctorum, de templorum ornatu, de sepulcris christianorum, de usu luminum, aliaque huiusmodi distinctius et enucleatius ex sacri Vatis poematibus exponam.

14. Conabor autem maximo studio novam veluti artem poeticam conficere, ad cujus regulas primos nostræ sanctissimæ religionis poetas sua carmina exegisse puto; et quamvis in agro inculto et derelicto seram, id tamen faciam cum aliqua spe fructus. Etenim ea cognitio usui esse potest ut inter varias mss. codd. lectiones non solum in Prudentio, sed in aliorum etiam SS. Patrum carminibus eæ voces seligantur, quæ legibus et consuetudini, in metris eo tempore vulgo receptæ, videbuntur esse aptissimæ. D Revera hujusmodi artem valde utilem futuram existimo etiam multis viris doctis, qui in veterum Patrum carminibus vulgandis elaborant, et interdum

multos jam annos parturiebant, commodum nunc in lucem editus est sub magni nominis auspiciis, plurimorum votis expetitus, meisque in primis, qui nihil prius habui, quam ut editiones et illustrationes Prudentii, quotquot possem, undique conquirerem, earumque nucleum in publica commoda exprimerem. Editionem Parmensem nondum vidi: sed novi editoris diligentia et studio interpretationes nostras opportune illustrandas spero, siquidem ejus rei nuntio accepto cunctatam mihi censui, penitus cessare, fide jam data, licere non puto, quamvis per me quidem non stabit, ut alii in fide, quam de eis recepi, inviti mancant, idque palam denuntio.

illorum opera dum sanare student, corrumpunt atque ita se, quod dolendum est, grammaticorum sannis objiciunt. Solent enim grammatici, ut est genus hominum arrogans, doctos et omni alia eruditione præstantes viros irridere, si contra suos canonas viderint eos licenter judicare; nec perpendunt quantum in aliis facultatibus doctrinam cæteri sint assecuti, sed quod in grammatica illis deest exaggerant impudenter.

15. Neque omittam veterum et quorundam recentium testimonia, quibus Prudentius est laudatus. Tunc demum ad Poetæ Christiani opera excudenda aggrediar, hoc ordine: Primum ponam librum *Cathemerinon* cum præfatione omnium carminum, *Per quinquennia jam decem*, etc.; tum *Apotheosin*, *Harmatigeniam*, *Psychomachiam*, et *Dittochæum*, quod *Enchiridion* sacræ Scripturæ in plerisque editis appellatur. Et hæc quidem poemata primo volumine comprehenduntur. In alterum conjiciam libros *adversus Symmachum*, et librum *Peristephanon*, cum multis ac copiosis indicibus rerum ac verborum.

16. Glossas et commentarios carminibus subjiciam; glossas ex Isonne magistro et antiquissimis quibusque codicibus mss. Vaticanis aliisque; commentarios ex ingenio, cum lectionibus variantibus. Ille Iso, sive Ison quis fuerit, docet Mullerus in præfatione ad editionem Prudentii Coloniensem anno 1701. Monachus fuit S. Galli, circa annum 900 floruit, vir doctrina et sanctitate celebris, de quo videri possunt Ekkehardus junior, libro de Casibus monasterii S. Galli, cap. 1 et 2, apud Goldastum tom. I *Rer. Alemann. pag. 12 et 22*, et Glossarii latinitatis scriptor, præfatione operis sui, pag. 35. Non dubito quin idem sit Iso, quem sibi magistrum fuisse affirmat Notkerus Balbulus præfatione in sequentias. Decessit autem Notkerus anno 912. Vide alia de Isonne nom. 113 et 114.

17. Secundo volumini, tanquam prolegomena, duas diatribas præmittam: alteram, *de Ara Victoria in curia Julia, ejusque eversionibus*; alteram, *de fide Prudentii et veritate in martyrum historiis enarrandis, cui acta anonyma aut recentia cedere debeant*. Icones æri incisas in utroque volumine dabo ad operis ornatum rerumque illustrationem; præsertim tomo II, ad martyrum res gestas et monumenta plenius cognoscenda plures imagines proferam, et ilias omnes representabo, quas Gallonius in opere de Cruciatibus SS. Martyrum inseruit, quibus et novas alias e cæmeteriis depromptas, et nonnullas animadversiones ex Gaspare Sagittario, aliisque circa martyrum cruciatibus adjiciam. Cur autem diverso ordine Prudentii carmina disposuerim, ab aliorum editionibus dissidens, non esset magnopere querendum, cum omnes præcipui editores suam quisque diversam viam secuti fuerint, et magna sit inter vet. codd. dissensio. Heinsius recentes editores adhaerere voluerunt, neque tamen id sunt assecuti. Nam ille in addendis notavit odam quæ a plerisque ponitur tamquam præfatio libri *Peristephanon*, ad universum

A opus esse referendam epilogi loco, quod neglectum est sequi in ejus editione, nec minus in aliis posterioribus eorum qui se Heinsium maxime æmulari gloriantur. Equidem ordinem tenere volui, quem Prudentius in præfatione carminum præscribit, ubi argumenta suorum opusculorum dilucide proponit, ut in commentariis explicabo. Objicit aliquis non constare an Prudentius suos libros eo ordine quo illos edebat recensuerit; sed rogo cur in propositione operis ordinem quem observare decreverat inverterit? Quia, inquit, metro potius voluit consulere. At ignoras certe quantum facilitate Prudentius, quæ volebat omnia, et quo volebat modo, ad carminis leges revocabat. Præterea poetæ etiam, dum argumentum proponunt, ita illud enuntiare laborant ut naturalis ordo postulat. Sic Virgilius quatuor Georgicæ libris in limine primi perite indicavit:

Quid faciat lætas segetes, quo siderè terram
Vertere, Mæcenas, ulnisque adjungere vites
Conveniat: quæ cura boum, qui cultus habebo.
Sit pecori: atque apii us quanta experientia parcis
Hunc canere incipiam.

Prudentius quidem, postquam librum *Cathemerinon* commemoravit, statim *Apotheosin* recenset, cum versu simili potuerit librum *Peristephanon* denotare. Ita enim ait:

Hymnis continuet dies,
Nec nox ulla vacet quin Dominum canat:
Pugnet contra hereses, catholicam discutat fidem.

Potuit præmittere:

Carmen martyribus devoteat, laudet apostolorum:

quo versu innuitur liber *Peristephanon*, a nobis postremo loco positus, quia postremo loco a Prudentio recensetur. Quamvis autem Prudentius hymnos cathemerinos ab hymnis *Peristephanon* separaverit, facilis tamen fuit in codd. mss., et in libris editis utriusque operis conjunctio. Nam olim ex operibus alicujus auctoris quisque exscribebat, quæ magis sibi placerent, nullo interdum ordine: et multi, hymnos cum quærerent, omnes hymnos Prudentianos conjunxerunt, et titulum fecerunt *Hymnarium de tempore et de sanctis*, ut in commentariis ad præfationem dicam. Qui editiones operum Prudentii, codicesque mss., ac diversum ordinem in carminibus collocandis, a nobis cap. 4 et 5 referendum, attente consideraverit, concludet, opinor, eum ordinem esse præferendum, quem ipsemet auctor in præfatione et propositione operum demonstravit. Verum hæc hæc hactenus præfationis loco dicta sint satis.

CAPUT II.

Prudentii vita.

10 18. Vitam resque gestas Prudentii scribere ingressus, haud scio magis optandum mihi esset, ut certam ejus patriam investigarem, an magis illi sit gloriosum: ut olim plures Græciæ civitates Homerum sibi civem arrogabant, ita nunc de Prudentii natali solo duas potissimum Hispaniæ urbes nobilissimas certare, Cæsaraugustam et Calagurrim. Qui, partium studio deponito, rationum momenta considerate expenderit, existimabit facile causam potius sub

judice esse relinquendam, quam alteratri parti ad-judicandam. Sed quod multi alii fecerunt, ut rationes hinc inde allatas exponeret, et inter se conferrent, id a nobis, quoniam hic locus maxime proprius est, non prætermittetur; qua de controversia duas dissertationes editas fuisse admonebo, alteram ejus meminit Jo. Albertus Fabricius, alteram hispanice a cl. Emmanuele Risco tom. XXXI Hisp. sacr. eruditissime conscriptam (a).

49. Aki, qui Prudentii Vitam in Dictionariis et Bibliothecis exararunt, similiter in ejus patriam accurate inquisierunt, quorum omnium primus dicitur fuisse Aldus Manutius Romanus, qui in editione operum Prudentii de certo oppido unde ortus esset Prudentius cœpit quærere, quanquam Cæsaraugustani jam ante in suo breviario Prudentium sibi arrogabant (V. num. 54). Reliqui editores et commentatores brevius eandem controversiam attigerunt. Petrus Mantuanus, ut singularem opinionem astrueret, fuse in ea questione versatus est in opusculo *Advertencias a la Historia del P. Mariana*. Eundem Marianam et refellerent, Lupercius et Bartholomæus Leonardo Argensola, nobile par fratrum, pro Cæsaraugusta Prudentii patria decertarunt (b). Petri Mantuani et Lupercii Leonardi rationes diluere conatus est Thomas Tamayo de Vargas in defensione Hispanice historice Joannis Marianæ. Præterea Martinus Carrillo in Historia S. Valerii episcopi Cæsaraugustani, edit. 1615, et Ludovicus Diez de Aux in præfatione versionis hispanice Hymnorum Prudentii Cæsaraugustam ejus patriam fuisse contendunt. Disceptatoribus de Prudentii patria merito adjungendi sunt Nicolaus Antonius Biblioth. Vet. Hisp. lib. II, cap. 10, et Bailiius in Diction. Crit. verbo, *Prudence*.

20. Silentio non est prætereundus Joannes Peirus Ludw'g, cujus cognomen Rodriguezius in Bibl. Hisp. maluit reddere *Luis*; qui Vitam Prudentii seorsum edidit mense Martio 1692, recusam tom. II Opusculorum Miscellorum ejusdem Ludewigii, col. 494, Halæ Magdeburgicæ an. 1720, ubi eam legi, quamvis Fabricius annum editionis 1719, locum Halam Saxonum dicat, nisi duplex sit editio. Igitur etsi magnum non esset operæ pretium, tamen tanta hac contentione impelli possem, ut de Prudentii patria disputem, eoque etiam magis, quia eadem

(a) Primam illam non vidi; sed Fabricii verba de ea afferam (ex *Bibl. Lat. Vet. edit. Venet. 1728 tom. II, cap. 2 lib. IV: De Calagurri Nascica, Vasconum, Prudentii patriam auctore G. L. exhibet Diarium litterarium Hallense Germanice editum, Neue Bibliothek xxvi, p. 475*. Arbitror, dissertationis, seu diatribæ ejus scopum esse, probare Prudentii patriam sui se Calagurrim, quæ Calagurris Nascica olim appellabatur, postea Calagurris Julia a Julio Casare. De qua vide Garsam Loaisa Collect. Concl. Hisp. pag. 459, et Ferrarii Lexicon, post Strabonem, Plinium, et alios. Plinius lib. II, cap. 3. Calagurritanos appellari *Nascicos* tradit, sed aliam fuisse hanc Calagurrim, cujus hodie ne vestigia quidem supersunt, opinatur Ludovicus Nonius cap. 90 Hisp., quem consule.

(b) Duas Lupercii epistolas, unam Bartholomæi,

opera nonnullis Prudentii carminibus lumen aliquod affunderetur. Antequam vero duas illas sententias expendam, in quas maxime auctores sunt divisi, alias minus celebres opiniones in examen revocabo. Georgius Fabricius (*Præfat. Comment. in hymnos quosdam Prudentii*) Numantinum, seu (ut recentiores) Cæsaraugustanum fuisse asserit (c). Quocumque demum loco exstiterit Numantia, non apparet certa ratio cur Prudentius Numantinus asseratur, nisi quod hæc urbs in provincia Tarraconensi sita fuerit, quod omnibus ejusdem provinciæ oppidis æque convenit. Opinor Fabricium ex Mela collegisse, eandem esse urbem Numantiam ac Cæsaraugustam; nam hunc errorem eidem Mela, quem non intellexit, Jo. nres Gerundensis imputavit tom. I Hisp. illustr. B pag. 33.

21. In opinione Petri Mantuani refutanda longior nos esse oportet, quem asperere, contra quam soleret, Nic. Antonius redarguit loc. cit.: *Præ germania, inquit, lectione et sententia, tantum ut Joanni Marianæ detraheret, nescio quid de Salia Hispaniæ Tarraconensis juxta Cantabros flumine dictum poetæ magna injuria imputat*. Absurdam hanc Mantuani interpretationem primum natam an. 1613 affirmat Riscus loc. cit., fortasse quia editionem opusculi Mantuani eo anno peractam viderat. Cæterum Mantuanus suas contra Marianam animadversiones jam anno 1607 evulgaverat; et quamvis primam editionem non viderim, vidi aliam auctiorem Mediolanensem anni 1611, ubi certe hanc novam sententiam sibi Mantuanus adscribit. *Estas son las opiniones, que hasta hoy se han hallado de la patria de Prudentio, yo no aeguiré ninguna de estas dos* (loquitur de opinionibus pro Cæsaraugusta, et Calagurri). Quid? si ante Mantuanum alii hæc sententiam invenerant? Tamayo de Vargas loc. cit. contendit, Mantuanum ex aliis opinionem, quam pro sua venditavit, surripuisse. Nam cum Mantuanus auctoritatem Giselini allegasset usque ad verba hæc, *Vetus codex, quo ego sum usus habet, ME SALIE, prætermisit alia, quæ proxime consequuntur, unde quidam se commodam sententiam eruere posse putant, quod Salia Hispaniæ sit fluvius, et urbem eo nomine fuisse conjiciunt*. Neque in editione anni 1564 cum commentariis Giselini, neque in posteriori Weizianæ cum eisdem commentariis hæc verba inveniantur.

Marianæ vero aliam, qua suam opinionem pro Calagurri tuetur, nuper edidit cl. Joannes Antonius Fellicer y Satorcada in opere *Ensayo de una Biblioteca de Traductores Espanoles*, ubi præmittit; *Noticias para la vida de Lupercio Leonardo y Argensola*.

(c) Numantiam, addit Ludewigius loc. cit., *celebrent Romanis ob infinita bella urbem, hodie Amuzam dictam, non procul a Cæsaraugusta dista e notissimum est*. Imo magis persuasum est doctis, Numantiam esse urbem, qua nunc Soria dicitur, aut aliam quæ Zamora vocatur. Quamvis enim Pomponius Mela, lib. II, cap. 13, hæc habeat: *Urbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissimæ fuerunt Pallantia et Numantia, nunc est Cæsaraugusta*. Non tamen propterea colligas Numantiam esse Amuzam, aut aliquid oppidum non procul a Cæsaraugusta, ut cernere licet in Pallantia longe distanti.

22. Videndum est tamen, an sive Giselinus in alia A editione, sive alii de Salia, Prudentii patria, ante Mantuanum cogitaverint. Ferrarius in Lexico, verbo *Salia*, sic habet ex Mela: *Salia, Riba de Silla, vel Sella, fluvius et oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in ora Asturum (Salia, Pintiano teste, fluvius nominatur, et aliis Silla), patria Prudentii (qui multa versus scripsit, a Theodosio imperatore ad præfecturam sublimatus), oppidum non obscurum, inter Lanæ ad ortum, et Vecam ad occasum 6 leucis. Populi Salini... Prudentius: Oblitum veteris me Salia consulis, etc.* Et verbo CALAGURIS: *Calaguris, quæ Calaguris Livio, Calagorina Ptolemæo... Patria Clementis Prudentii poetæ clarissimi, teste Mariana: sed ut ipsemet innuere videtur, Salia oppidum Cantabricæ oræ solum illi natale fuit.* Lexicon geographicum post obitum Ferrarii produit; B sed is anno 1605 ediderat Epitomen geographicam. Censeo opinionem Ferrarium hausisse ex veteri editione Gisellini: nam ipse Mantuanus hæc verba profert ex Giselino: *Hic locus multos torsit, nec adhuc satis dilucide est explicatus. Commentatur in illum Nebrissensis his verbis: « Oblitum veteris Mesaliæ consulis, » scilicet sub quo videtur natus Prudentius. Aldus in Poetæ Vita a se edita ait, eum 13 fuisse jureconsultum, ac Messaliæ consulem, hujusce, ni fallor, loci conjectura ductus. Vetus codex quo ego sum usus habet, Me Salia. Remus eandem interpretationem Giselino tribuit. Eam certe indicavit Giselinus verbis a Tamayo relatis supra num. 21, in editione Parisina 1562: qui addit illico: Ego quid hic pronuntiare debeam, nescio prorsus, satis esse arbitratus aliis C cogitandi materiam suppeditasse.* Mantuanus prima periodi verba usque ad *me Salia* posuit: reliqua, quibus antiquitas conjecturæ declaratur, prætermisit.

23. De Salia quid ex veteribus constet, nunc exprimam. Mela locum nomenque fluminis descripsit lib. III, cap. 1: *In Asturum littore Noega est oppidum, et tres oræ, quas Sestianas vocant, in peninsula sedent, et sunt Augusti nomine sacræ, illustrantque terras ante ignobiles. At ab eo flumine, quod Saliam vocant, incipiunt oræ paulatim recedere et late adhuc Hispaniæ magis magisque spatia contrahere.* Plinius, l. b. IV, cap. 20, idem flumen vocat *Sada*, aut *Sanga*, ut opinatur Mantuanus. Verba Plinii sunt: *Regio Cantabrorum, flumen Sada.* Ubi in veteri cod. ms. legitur,

(a) Accipe ejus Hispanicam interpretationem: D *Mientras la vida, que va volando, hace estas cosas, la blancura de los cabellos se entro de repente en mi persona ya vieja, reprehendiendome a mi olvidado del año en el qual fue el primer día de mi vida en la antigua Salia.* Hæc est autem syntaxis: *arguens me oblitum consulis (hoc est anni) sub quo prima dies mihi veteris Salia (hoc est in veteri Salia).* Hæc quam sint absona, quam, ut a sensu communi abhorreant, opus non est multia prosequi, præsertim cum in eo argumento diligenter versatus fuerit Tamayus de Vargas loc. cit., Joanne Mariana approbante, ut juvat exponere.

(b) Nic. Antonius Bibl. nov., verbo, *Joannes Mariana*, hæc refert: *Magno eruditionis ambitu oppugnavit Mariana historiam Petrus Mantuanus, propugnavit D. Thomas Tamayo de Vargas, qui testimonio satis*

Hispanis nunc flumen Salia dicitur Sanga, ut ait Mantuanus, sive, ut Riscus, Sella. Itaque Mantuanus putat Prudentium natum fuisse prope flumen *Saliam*, et fortasse in oppido ejusdem nominis, ut solent oppida aut fluvii dare nomen, aut ex eis accipere; idque arguit ex verbis præfationis operum, aut lib. Cathemer., quam minus recte hymnum appellat:

Hæc dum vita volans agit,
Irrepsit subito canities seni,
Oblitum veteris me Salia consulis arguens,
Sub quo prima dies mihi (a).

24. Vulgata est opinio Marianam omnino noluisse aut Mantuani adversus se impugnationem, aut Tamayi pro se defensionem legere (b). Res vero partim ita accidit, partim diverso modo. Etenim 14 Mantuanus statim ac suas observationes anno 1607 publicavit, earum exemplar ad Marianam misit, qui non solum eas legit, verum etiam margini congruentes responsiones adjecit, atque his notis illustratum exemplar idem ad Mantuanum remisit. Cum Mantuanus eudero iterum, et recudere suum opusculum auctius pergeret, Marianæ responsionibus nihil deterritus, is, qui majora animoolvebat, nullum ultra verbum, aut operam sumere inanem decrevit, quin sine rivali sequere sua solus amaret, aut cum paucis Mantuanis. Cum autem Marianæ causam defendere vellet Tamayus, quæ de Prudentii patria, quasi aliud agens, scripsisset, illi ostendit, rationesque suas probavit. Postea cum apologiam totam absolvisset, pervidendam et emendandam eidem obtulit, quod facere renuit Mariana, viribus et ingenio Tamayi confisus, quamquam alia ratione permotus etiam mihi videtur, ne scilicet Mantuanus Tamayi scriptionem Marianæ ipsi afflingeret ulla ex parte (c).

25. Erat quidem jam vulgo recepta explicatio illa, quod Prudentius diceret *se oblitum veteris Salia consulis*, sub quo primam lucem viderat. Nihilominus Mantuanus præfracte negabat, veram eam esse, quia non duo Salia consules existerant, ut alter *vetus* vocaretur; non intelligens Prudentium solum innuere, *Saliam* jam pridem gessisse consulatum. Addebat non *Saliam*, sed *Salleam* vocari hunc consulem in quadam inscriptione apud Onuphrium Panuinium, Comment. in lib. III Fast., pag. 408.

idoneo affirmat rem prodigii similem, nempe noluisse Marianam legere nec Mantuani censuram, nec Tamayi, amicitissimi capitis, apologiam, etiam ante editionem sibi ab auctore ad pervidendum et emendandum oblata: quod credet vix posteritas. Bailius, *Diction. crit., artic. Mariana*, eam narrationem avide arripit, neque in optimam partem, ut solet, interpretatur.

(c) Hæc omnia protuli ex Tamayi opere in appendice, seu *Razon de la historia del P. Juan de Mariana: de las advertencias de Pedro Mantuano: y de la defensa del doctor D. Thomas Tamayo de Vargas.* In opere autem, de Prudentii patria disserens, ita ait: *Escrito este papel muchos antes que me determinara a responder a lo demas, y comunicado solo entre otros con el P. Mariana oraculo de nuestra edad, etc.*

QUIESCIT . IN . PACEM . DEPOSITUS . DIEM QVAR
 TVM . NONAS . AVGV
 STAS . FLAVIO . PIILIPPO
 ET . FLAVIO . SALLEA . CON
 SVLIBVS . PATER . SERBA
 TIVS . FECIT

Quasi vero non potuerit utroque modo scribi et *Salia*, et *Sallea*, aut si *Sallea* scribebatur, non licuerit poetæ unum *l* expungere, ut metro consuleret, præsertim in nomine proprio. Fasti Græci et Cassiodorus in Chronico habent *Sallia*. Glandorpius, Onomast. Rom., ex veterum monumentis *Saliæ* nomen reponit.

15 26. Rejecta opinione Mantuani, quærendum est aliquid de Tarracone. Ita enim ait Prudentius de tribus martyribus Fructuoso, Augurio et Eulogio, in eorum hymno :

O triplex honor, o triforme cithmen,
 Quo nostræ caput excitatur urbis,
 Cunctis urbibus eminens iberis!

Hæc non ignorant illi ipsi qui Cæsaraugustanum aut Calagurritanum asserunt fuisse Prudentium. Aiunt, Tarraconem *caput nostræ urbis* vocasse, quia caput erat Hispaniæ Tarraconensis. Non repugnabo, quamvis conjectura aliqua duci posset, suam ejus urbem laudari a Prudentio, cum reliquas cunctas illico memoret,

Cunctis urbibus eminens iberis!

At si Prudentius, quia e Tarraconensi Hispania erat, *nostræ urbis* nomine appellat Tarraconem, cur eadem voce uti non potuit, cum alias urbes ejusdem Tarraconensis Hispaniæ nominavit, etiamsi in eis ortus non fuisset? Putat Nic. Antonius, hymnos *Peristephanum* a Prudentio fuisse compositos nomine eorum, in quorum oppidis sancti illi celebrabantur. Hoc quale sit, paulo post exquiram. Nunc observabo, ex hoc hymno argui, oppidum natale Prudentii situm fuisse in terris Pyrenæis. Ita enim post superiores versus pergit :

Exsultare tribus libet patronis,
 Quorum præsidio fovemur omnes
 Terrarum populi Pyrenæarum.

Siquidem *fovemur*, non *foventur*, est legendum, ut in commentariis probabo ex veteribus libris.

27. Quas autem Pyrenæas terras dicat Prudentius, definire non audeo. Mela, lib. II, cap. 13, *Py-*

(a) Libentius legam, *subter altare*, ex more sanctorum corpora recondi *sub altari*, prout alio in loco distinctius exponam.

(b) Cæsaraugustæ elogium ex Mela ante posui num. 21; majus est quiddam, quod ait S. Isidorus Etymol. lib. xv, cap. 1: *Cæsaraugusta Tarraconensis Hispaniæ oppidum a Cæsare Augusto et situm et nominatum, loci amenitate et deliciis præstantius civitatibus Hispaniæ cunctis, atque illustrius florens sanctorum martyrum sepulchris*. Quæ verba, et præcipue hæc, postrema *florere sepulchris martyrum*, apprime consonant hymno Prudentii nostri de martyribus Cæsaraugustanis.

(c) Aelius Antonius Nebrissensis in Epigrammate prævio ad opera Prudentii, et in Comment. ad hymnum 18 martyrum Cæsaraugustanorum; Jacobus Spiegelius in Præf. ad Comm.; Georgius Remus in Epist. ad Weitz.; Xystus Senensis, Bibl. lib. IV, verbo *Aurelius Prudentius*; Joannes Væsus, Chro-

Arenæus, inquit, *primo hinc in Britannicum procurrit oceanum, tum in terras fronte conversus Hispaniam irrumpit; et minore ejus parte ad dextram exclusa, traxit perpelua latera continuus, donec per omnem provinciam longo limite immixtus in ea littora, quæ occidenti sunt adversa, perveniat*. Riscus, Hisp. sacr. tom. XXXIV, pag. 191 et seq., animadvertit a geographis antiquis *Pyrenæos* vocari omnes illos montes qui inter *Fontem Rabiðum* et *Caput Crucium* veluti rami distrahuntur: et verba episcopi Pelagii de montibus Legionensibus interpretatur: *Quidam autem ex civibus legionis levaverunt corpus S. Froylani episcopi infra Pyrenæos montes, et posuerunt eum super altare*. (c) Patet ex his, Tarraconem, Cæsaraugustam, Calagurrim, innumera item alia oppida *Pyrenæa* dici potuisse.

28. Reliquum est, ut de celeberrimis duabus hæc in re sententiis sermonem instituamus: Cæsaraugustana, an Calagurris censenda **16** sit Prudentii patria. (b) Cæsaraugustam Prudentii esse patriam tenent Aldus Romanus in Vita Prudentii ac pures alii, præsertim interpretes (c). Ex solo Prudentii opere, imo fere ex solo hymno 18 martyrum Cæsaraugustanorum rationes petuntur, quibus Prudentius Cæsaraugustanus creditur. Hi autem sunt versus qui proferri solent :

Bis novem noster populus sub uno
 Martyrum servat cineres sepulcro,
 Res cui tanta est.

Notat Riscus, *nostrum populum* dici a Prudentio Cæsaraugustam, priusquam ea *nominatim* appelletur; quasi id saveat suæ opinioni. Contra Rodriguezius de Castro observat, vocari *populum*, quæ vox optime cadit in totum conventum juridicum Cæsaraugustanum, item Prudentium *sub uno sepulcro* dixisse, quamvis de aliis martyribus loquatur ejusdem conventus juridici, qui ad omnem Aragoniam, partem Cataloniæ, Navarræ, Rioxæ, Guadalaxaram, Complutum, Agredam protendebatur; eo fere modo quo Lucretius, lib. v, v. 26, dixit *commune sepulcrum, rerum terra*. Verum hæc nihil utrinque juvant. Prudentius in hymno SS. martyrum Heme erii et Celedonii nusquam meminit *Calagurris*, quam tamen

nic. Hispan. ad annum 351; Antonius Possevinus, Apparatu, verbo, *Aurelius Prudentius*; Alfonso Garcia Matamoros, de Academ. Hispan.; Ludovicus Nonius, Not. in Hispan., cap. 82; Joannes Henichius, Hist., part. 2, sæc. IV, cap. 3, pag. 23; Lucas Oslander, Epitom. histor. ecclesiast., centur. 4, lib. 1, cap. 26; Centuriatores, tom. I, centur. 4, cap. 10, pag. 681; Quenstedius, de Patriis illustrium virorum sub Cæsaraugusta; Stephanus Chamillard, edit. ad n. Delphini; Martinus Carrillo, H. st. S. Valerii; Ludovicus Diez de Aux, in Version. Hispanie. Hymnor. Prud.; Lupercius et Bartholomæus Leonardus y Argensola, in Epistol. super hac controversia; Emmanuel Risco, Hisp. sacr., tom. XXXI, in dissertatione peculiari; Carolus Augustinus Ausaldu, præfat. ad versionem Italicam librorum adversus Symmachum; Andreas Mollerus, in Com. ad hymn. VIII cal. Jan.; cl. præsul Stephanus Borgia, in singulari et erudito opere, Vaticana Confessio S. Petri.

vocat *oppidum nostrum*; idem postquam dixerat *no-* A
ster populus, et sub *uno sepulcro*, statim addit :

Caesaraugustam vocitamus urbem,
Res cui tanta est.

Ubi intelligis sepulcrum existere in ipsa urbe. De
eadem urbe pergit :

P.ena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam,
Tot sinu gestans simul offerenda
Munera Christo.

Et cum alias civitates non solum ex conventu Caesaraugustano, 17 sed etiam ex reliqua Hispania, et extra Hispaniam, promiscue celebrasset ob martyrum patronorum decus eximium, ad Caesaraugustam revertitur :

Tu decem sanctos revches, et octo,
Caesaraugusta studiosa Christi,
Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.
Sola in occursum numerosiores
Martyrum turbas homino parasti.

Ita porro sequitur, gloriam singularem Caesaraugustae praedicans.

29. Cum autem alios martyres Caesaraugustanos, praeter 18 illos in quorum laudem hymnum pepigit, vellet laudare, Vincentii imprimis meminit :

Inde, Vincenti, tua palma nota est.

Et deinceps :

Nec furor quisquam sine laude nostrum
Cessit, aut clari vacuus cruoris
Martyrum semper numerus sub omni
Grandine crevit.

Nonne, Vincenti, peregre necandos
Martyr his terris tenui notasti
Sanguinis rore speciem futuri
Morte propinqua ?

Hoc colunt cives, velut ipsa membra
Cespes includat suus et paterno
Servet amplectens tumulo beati
Martyris ossa.

Noster est, quamvis procul hinc in urbe
Passus ignota, dederit sepulcri
Gloriam victor prope litus altae
Porte Saguntii.

Nos er, et nostra puer in palaestra
Arte virtutis fideique olivo
Uinctus, horrendum didicit domare
Viribus hostem.

Noverat templo celebres in isto
Octies partas, deciesque palmas,
Laureis doctus patriis eadem
Laude cucurrit.

Quibus in carminibus animadvertere quivis poterit Vincentium natum Caesaraugustae, caesaraugustanos appellari *nostros*, *has terras* intelligi de Caesaraugusta, *paternum tumulum* eandem urbem indicare, Vincentium *nostrum*, et *nostra puerum in palaestra*, qui *templo in isto palmas 18 celebres noverat*, et *lauris patriis* edoctus fuerat, aperte demonstrare patriam Caesaraugustam. Proinde jure Thomam Tamayum de Vargas Riscus refellit, quod putaverit S. Vincentium a Prudentio *nostrum* appellari, quia erat Christianus, et similiter Bailius Petrum Mantuanum, qui in *nostra palaestra* interpretatur de *Valentia*.

(a) Hunc cur Riscus ita appellet, ut dicat *auctorem sub nomine D. Bernardi Ibanez de Echavarrri*, non assequor. Etenim fuisse hominem magno et acri ingenio, qui eo nomine fuerit vocatus, et vitam S. Prudentii episcopi Turisonensis litteris consignaverit, compertum mihi est.

30. Post Vincentium laudat S. Encratiam Prudentius; de qua haec habet :

Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare nostris :
Sola tu morti propriae superstes
Vivis in orbe.

Et infra.

Hunc novum nostrae titulum frueadum
Caesaraugustae dedit ipse Christus,
Juge viventis domus ut dicata
Martyris esset.

In notis ostendam non inde colligi templum S. Encratiae viventi dicatum fuisse, sed solum S. Encratiam pro martyre habitam, quamvis martyrio, sive suppliciis, fuisset superstes. Nunc solum licet observare *terras nostras*, et *nostram Caesaraugustam* videri innuere Caesaraugustae natum esse Prudentium. Ex his rejiciendus est Bernardus Ibañez de Echavarrri in *Vita S. Prudentii episcopi Turisonensis*, pag. 26, asserens ex omnibus civitatibus provinciae Tarraconensis, scilicet Tarracone, Gerunda 18 Calagurri, Barcinone et Caesaraugusta, nullam a Prudentio appellari urbem suam, excepta Calagurri. Nam num. 26 legimus Prudentium de Tarracone dicere : *Quo nostrae caput excitatur urbis*, et quamvis de Caesaraugusta nusquam his verbis utatur : *nostra civitas, nostra urbs, nostrum oppidum*, tamen saepius Caesaraugustanos vocat *nostros*, Caesaraugustam *nostram*, eandem *nostras terras, nostrum populum*. Quamobrem aut fallitur, aut in re inepta tudit Bernardus Ibañez (a). Si quis tamen contendat Prudentium de Caesaraugusta pronomine possessivo *nostra* uti quia ipse erat e provincia Tarraconensi, aut e conventu juridico Caesaraugustano, non video qua ratione ex ea arce dejici possit : nam eadem fere ratione *nostram urbem Tarraconem, nostrum oppidum Calagurrim* nominasse affirmant qui Caesaraugustanum eum volunt.

31. Aliam praeterea viam iniiit Riscus ut partes Caesaraugustanorum adjuvaret, ex iis quae notat Theodorius Ruinart in Actis S. Hippolyti. Prudentius hymnum S. Hippolyti ad Valerianum episcopum direxit, quem ita affatur :

Innumeros cineres sanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Christi Valeriane sacer.

Et in fine hymni :

Sic me gramineo remanentem denique campo
Sedulius aegrotam pastor ovem referas.

D Erat igitur Prudentius ex urbe, aut diocesi, cui praerant Valerianus. Ad quem locum Ruinartius advertit : *Hic videtur esse Valerius Caesaraugustanus episcopus, qui anno 381 interfuit concilio Caesaraugustano*. Riscus, qui concilio Valerium subscripsisse anno 380 rectius tradit, eundem episcopum esse putat cum Valeriano Prudentii. Sed ante Riscum et Ruinartium eam rationem invenerat Paulus Albinianus de Rajas S. I., quem Tamayus in indice operis cit. refert in historia ms. Caesaraugustae probare voluisse

Prudentium fuisse Cæsaraugustanum ex hymno S. Hippolyti, ubi se ovem Valeriani appellat, quod ex litteris Ipsi Pauli cognoverat (a). Quod Valerianus, non Valerius, in hymno Prudentii scribatur, nihil referre ait Riscus: *O porque el vocativo de Valerio no puede acomodarse en el verso pentámetro, o porque allí no usaba de el cono de nombre propio, sino 19 apelativo, concertado con la voz, Saccr.* Displacent hæc rationes, et præsertim prima (b).

32. Minime tamen animus nobis est inficiari, aliquam conjecturam ex hymno S. Hippolyti pro Cæsaraugusta capi posse: nam ex hymno 18 martyrum Cæsaraugustanorum liquet e familia Valeriorum plures fuisse episcopos Cæsaraugustanos:

Hic sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Potuit ergo aliquis ex hac familia episcopus nominari *Valerianus*, ut passim hæc nominum derivatio in familiis Romanis accidebat, scilicet *Constans*, *Constantius*, *Constantinus*; potuit etiam Valerius ille, qui concilio Cæsaraugustano interfuit, *Valerius Valerianus* appellari, ut Claudius Claudianus, aliique simili modo, aut ab aliis *Valerius*, ab aliis *Valerianus* (c). Ex catalogis episcoporum Cæsaraugustanorum post Valerium illum secundum anno 380 nihil aliud eruitur usque ad annum 458, quo N. episcopus præsidebat. In catalogo episcoporum Calagurritanorum primus certi nominis episcopus indicatur Silvanus circa annum 457. Nicolaus Antonius ex præjudicata opinione quod Prudentius esset Calagurritanus, asse-

(a) Qui Chronicon Dextri, aliorumque, architectati sunt, minime id ignorarunt, idemque Valerium dictum quoque fuisse *Valerianum* pro explorato tradiderunt. Notandum tamen, in concilio Hisp. apud cardinalem Aguirre concilio Cæsaraugustano anno 380 subscribere Valerium non loco, minime vero declarari eum esse episcopum Cæsaraugustanum. Loasa quidem Valerium hoc titulo donavit in collectione conciliorum Hispan., sed, ut ego arbutor, solum ex probabili conjectura.

(b) Quid enim est quod vocativus *Valeri* non cadit in versum pentametrum? De vocativo quidem *Valeriane* id si dixisset, annuerem: tres enim primæ syllabæ sunt breves, quarum prima ob necessitatem producitur a Prudentio. At nullum esset peccatum, si pentametrum versum ita forma-set:

Vidimus, o Christi præsul amans, Valeri,

ant quid simile. Neque item *Valeriane sacer*, sic interpretabor: *O sacerdos e familia Valeriorum.*

(c) Non prætermissam, Valerium Aureiiumque (quod est Prudentii nomen) idem nomen ejusdem familiæ indicari in Onomastico Glandorpii, quasi anagrammaticè compositum, quod ridiculum puto.

(d) Audi ejus verba de S. Enecratia:

Vidimus partem jecoris repulsam
Ungulis longe jacuisse pressis.

Audi alia in fine:

Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum succos, quibus est operata
Spes, ut absolvam retinaculorum
Vincla meorum.
Sterne te totam generosa sanctis
Civitas mecum tumulis.

(e) Quod pene me fugerat, monero volui, Cæsar-

ruit *Calagurri sub Valeriano antiſtite* hymnum editum Hippolyti. Verum etsi liquido pateret Valerianum aut Cæsaraugustanum, aut Calagurritam sedem tenuisse, an tuto concili posset aut Cæsaraugustanum, aut Calagurritanum fuisse Prudentium? Haud equidem puto. Cur enim non potuerit se ovem ejus episcopi nuncupare, in ejus diocesi per aliquod temporis spatium domicilium fixisset? Atqui Prudentius ejusmodi curriculum vite tenuit, ut multis diversisque in locis diu videatur esse commoratus.

33. Illud quidem ex hymno 18 martyrum certo arguitur, Prudentium Cæsaraugustæ aliquando, et tunc maxime cum hymnum condidit, constitisse (d). Illis accedit Cæsaraugustæ existisse familiam Clementium, ut probat Henricus Florez tom. I Numismat., tabul. 9, num. 6, ex qua fuisse Prudentium idem fatetur, 20 quamvis alioquin Calagurritanum existimet. Hæc fere sunt quæ si non certam sententiam, at probabilem saltem conjecturam efficere possunt ut Prudentius Cæsaraugustanus fuisse dicatur (e).

34. Jam vero cur Calagurris (nobis *Calahorra*) civem suum repetat Prudentium, enucleandum est (f). Qui Calagurritum Prudentii patriam statuunt, haud leve præsidium habent in hymno SS. martyrum Hemeterii et Celedonii: non quod eos martyres ante omnes alios celebraverit; exigui enim roboris est hæc conjectura Moreti et Florezii, Prudentium suæ patriæ patronos cæteris martyribus prætulisse, et ea de causa eorum hymnum primo loco posuisse. Gra-

C augustam Hispanis esse *Zaragoza*, non *Scragosa*, ut ait Remus Epist. ad Weitzium, neque *Saragosa* seu *Caragoca*, ut Ludewigius loquitur in Prudentii Vita, nisi duplici C in *Caragoca* suffigatur virgula, ut tacere solent Hispani, cum per z non scribant. Neque propterea quidquam detractum volo Ludewigio, aut aliis, qui, dum res nostras illustrent, sæpe in hujusmodi errores incidunt, sed magis eis faveo plaudoque, quod exteri cum sint, et nonnulla premantur difficultate, nihilominus nostrorum laudes celebrant; ut hic Ludewigius, qui vitas poetarum Christianorum scribere meditatus, initium fecit, ut ait, a *melitissimo Prudentio*, in quo etiam substitit, aliis studiis et occupationibus implicatus.

(f) Ita judicant Garcias Loaisa Collection. concil. Hisp. post concilium Lucense; Joannes Mariana, Hist. Hispan. lib. iv, cap. 7; Joannes Marita, lib. xxi, pag. 23, apud Nicol. Antonium; Thomas Tamayo de Vargas loc. cit.; Nic. Antonius, Bib. vet. Hisp., qui ingens pondus huic causæ adjecit; Goldastus, in præfat. Manual. Biblic.; Georgius Fabricius, in Comment. in hymnos quosdam Prudentii, edit. Weitz. pag. 308; Rivetus, Crit. sac. lib. iii, cap. 26; auctor dissertationis laudatæ, num. 18; Fabricius, Biblioth. Lat. vet. tom. II, cap. 3, lib. iv; Joseph Morin, lib. 1 Annal., cap. 4; Henricus Florez, tom. XV Hisp. sacr., pag. 328, et tom. XXIX, pag. 292; Arnaldus Oihenart in opere: *Noctia utriusque Vasconia*, cap. 7, pag. 159; Joseph Rodriguez de Castro, tom. II Bibl. Hisp., pag. 213 et seqq.; Tillemont, Hist. ecclési. tom. X, pag. 560; Christophorus Cellarius, in præfat. ad editionem Prudentii, qui Calagurritum Nascicam intelligit; Bernardus Ibanez de Echavari, loc. cit.; Ludewigius Prudentium Calagurri natum, honores virum Cæsaraugustæ gessisse probabile existimat.

vius momentum in verbis ipsis hymni collocatur, ubi postquam miracula ad SS. martyrum sepulcrum patrata retulit Prudentius, hæc addidit :

Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur, præstitit,
Martyrum cum membra nostro consecravît oppido,
Sospitant quæ nunc colonos, quos Iberus alluit.
Sit dies hæc festa nobis, sit sacramentum gaudium.

55. Ne vero hæc ita dicta esse intelligantur, quia Calagurris ad conventum juridicum Cæsaraugustanum spectabat, alii versus advocantur ex hymno S. Laurentii, ubi de Roma loquens ita prosequitur Prudentius :

Nos Vasco Iberus dividit
Binis remotos Alpihus
Trans Cottianorum juga,
Trans et Pyrenas ningulos.

Quo loco Prudentium 21 sese Calagurritanum asserere Loaisa existimavit. Cautius Mariana probabilem hinc sumi conjecturam arbitratus est. Re vera etsi Cæsaraugustanos a Roma Iberus dividat, tamen ea parte Vasconia non est; neque recte amnis *Vasco* prope Cæsaraugustam vocabitur. Contra Calagurris in Vasconum regione sita est.

36. In eandem interpretationem referri possunt alia verba ex hymno SS. martyrum Hemeterii et Celedonii.

Pollet hoc felix per orbem terra Ibera stemmate.
Jamæ credis bruta quondam Vasconum gentilitas,
Quam sacrum crudelis error immolarit sanguinem?
Sospitant quæ nunc colonos, quos Iberus alluit.

Hæc enim, quæ de Calagurri sunt dicta, confirmant de eadem intelligendum quod ait : *Nos Vasco Iberus dividit*. Nihilominus hæc argumentatio non omnino persuadet : nam Iberus potuit dici *Vasco*, quia Vasconiam interfuit : et quamvis esset demonstratum Prudentium illo tempore Calagurri, aut in Vasconia habitasse, nondum esset compertum, an eodem in loco primam lucem aspexisset : agitur enim de viro

Qui mores hominum multorum vidit, et urbes (a).

Minor sane, acutiores esse scriptores in contraria opinione refellenda quam in sua corroboranda : etenim vident optime Prudentium plures urbes suas vocasse, et, ut alii alios refutant, inquirunt, Prudentium eam appellationem usurpasse, quia vel Tarraco erat caput Hispaniæ Tarraconensis, vel Cæsaraugusta conventus juridici, vel Calagurris aut ad provinciam Tarracouensem, aut ad conventum Cæsaraugustanum attinebat; neque animadvertunt, dum aliorum scientiam ita destruunt, suam pariter concidere.

(a) Ludovicus Nonius, tom. II Hisp. illustr., pag. 852, qui aliquin Prudentium Cæsaraugustanum credidit, ait per etiam eo loco innuere se Calagurri id temporis degere; quod apud Tamayum lego, apud Nonium non inveni.

(b) Ut in S. Laurentio :

Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium.

In Eulalia :

Asi ego certa choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilita, marcida, festa taenem.

In 18 martyribus Cæsaraug. :

Spes, ut absolvam reuaculorum
Vincla meorum

57. Nic. Antonius huic difficultati obviam ire conatus, ex hymno 18 mart. Cæsaraugustanorum pro Calagurri duos hos versus arripuit :

Nostra gestabit Calagurris ambos,
Quos veneramur.

Giselinus in Comment. ad hymnum SS. Hemet. et Celed. eosdem versus protulit, sed nihil est deterritus. *Quibus verbis (ait) Calagurrim suam facit, quod teste Plinio III Natur. Histor. Calagurritani Cæsaraugustano conventui annumerentur. Verum Nic. Antonius pro certo statuit Prudentium in hymnis Peristeph. loqui nomine eorum apud quos sancti illi celebrabantur, ex verbis Gennadii de Prudentio : Fecit et in laudem martyrum sub aliorum nominibus. Observat præterea Prudentium suam appellasse Calagurrim, non solum cum SS. Hemeterium 22 et Celedonium cecinit, sed etiam cum 18 martyres Cæsaraugustanos sub aliorum auspiciis laudavit, et rem esse claram concludit, patriam hoc loco fuisse demonstratam. Nobis non adeo clara res hæc videtur esse. Primum Ernestus Salomon Cyprianus Gennadii verba, sub aliorum nominibus inuitorum ad martyrium, hac nota excipit (In Bibl. eccles. Fabric.) : Hæc verba omittuntur in nostris mss., et recte quidem; itaque in Gennadio libentius legam : Fecit et in laudem martyrum librum unum, et hymnorum alterum. Deinde nequaquam dubium est quin sæpius suo solo nomine loquatur Prudentius (b).*

38. Quod si Prudentius aliorum nomine in e's hymnis loqueretur, nomine civium Cæsaraugustæ preferrentur illi versus :

Nostra gestabit Calagurris ambos,
Quos veneramur.

Si autem aliquando suo, aliquando alieno nomine profatur, non poterit argumentum, nisi imbecillum, confici ex eo quod modo hanc, modo aliam urbem suam vocitaverit. Profecto sic prorsus ceuseo, pronomen *noster* diverso modo a Prudentio sæpius accipi; sic in hymno S. Cypriani :

Est proprius patriæ martyr, sed amore et ore nostra.

Noster Hispanum sine ulla dubitatione significat, ut in commentario uberius dicam. Prudentius ipse, qui Christianus poeta fuit, *noster* dicitur a S. Gregorio Turonensi. Animadverto etiam nunquam has voces adhibuisse, *mea civitas*, aut *urbs*, *meum oppidum*, vel quid simile, quo distinctus ejus patria declararetur. Itaque si aliorum conjecturis meam quo-

Sterne te totam generosa sanctis
Civitas mecum tumolis.

In S. Fructuoso et sociis :

Fors dignabitur et meis medelam
Tormenti dare, prosperante Christo,
Dulces hendecasyllabos revolvens.

In S. Cassiano :

Hic mihi, cum peterem.

In Romano :

Vellem, sinister inter hædorum greges
Ut sum futurus, eminus dignoscerer.

Et, ne longior sim, in omnibus fere hymnis hujus libri.

que addere licet, putarem Prudentii patriam posse collocari in aliquo oppido aut oppidulo indefinite provinciae Tarraconensis, aut etiam conventus Caesaraugustani, quod nunquam nominaverit. Quod enim id vetat? Si tamen repugnes, reponam eum editum fuisse vel in aliquo ex oppidis quae sua nuncupavit, vel ex aliis quae aequo jure sua potuit nominare, quia in eadem erant provincia, et in eodem conventu. Si quidem patriam ejus in aliis Hispaniae civitatibus procul a Pyrenaeis regionibus quaerere omni prorsus caret fundamento, reclamantibus tot versibus ante descriptis: eo vel maxime quia cum plures alios sanctos celebraverit, et oppida memoraverit, nunquam sua ea nuncupavit, quod aliquando locus **23** ipse postulare videbatur (a). Lepidissimum autem est Petri Criniti in Prudentii Vita effatum: *Quidam existimant, fuisse illum genere Hispanum.* Itane vero? At cum Hispanum esse cum ipsius libri clamant, tum asseverate confirmant Walafridus Strabo, Beda, Dungalus, alii, praeter codices plures mss., Oxoniensem, ubi dicitur *Hispaniensis* in inscriptione dittochaei, quam vide in commentariis ad eum locum, Vaticanum 2868, num. 77.

59. His ita constitutis, de natali Prudentii anno sermo jam est habendus. Ex praefatione operum certus is annus colligitur, explosa nimirum interpretatione Petri Mantuani, de qua num. 21 et seqq.:

Oblitum veteris me Saliae consulis arguens,
Sub quo prima dies mihi.

Olim primus versus aliter legebatur:

Oblitum veteris Messaliae consulis arguens,
ex quo maxima obscuritas in Prudentii vita digerenda oriebatur: multi enim inde inferebant Prudentium Messaliae aut Massiliae consulatum gessisse. Andreas Resendius veram lectionem aperuit, et de consule Salia mentionem fieri monuit (b). Ex Vasæo veram lectionem et explicationem accepit Theodoros Pulmannus, ex Pulmanno Giselinus, cui nulla ratio ejus scopuli evitandi, in quem Aldus, Nebrissensis, alique omnes impegerant, venire in mentem ante potuerat, ut ingenue confitetur in comment. ad eum locum. Nic. Antonius queritur quod correctionis gratias Re-

sendio non habuerit Polmannus, et ab hoc monitus Giselinus (c).

24 40. Quod vero ad interpretandi rationem attinet, opus est adjuvare Nebri sense, etai *Messaliae* legerit, tamen sensum recte percepisse; neque enim consulatum intellexit quem Prudentius gesserit, sed sub quo edius in lucem fuerat. *Sub hoc consule*, inquit, *videtur natus Prudentius.* In mss. codicibus varia est lectio: nam in aliis legitur *Messaliae*, in aliis *Messalix*, in aliquo *Messulæ*, in aliis denum *me Salia*. Atque, ut ex glossis patet, jam olim apud veteres locus erat corruptus, et *Messalix*, aut *Messalix* legebatur. Iso Magister, ix aut x saeculo, verbo *arguens* annotavit *me*. Quid autem id addere oportebat, si jam tunc scriptum erat: *Oblitum veteris me Saliae consulis arguens?* Neque tamen verus sensus Isonem latuit: nam ad vocem *Saliae*, vel, quod ego puto, *Messalix* apposuit, *illius consulis*. Itaque Iso et Nebrissensis Prudentium Messaliam consule natum fuisse crediderunt. At vero legendum esse *me Saliae*, adeoque hujus consulatum indicari, multa persuadent: nimirum Philippus et Salia consules fuerunt an. 348, quo circiter tempore Prudentium ortum fuisse aliunde constat; praeterea nullus est consul, saltem ordinarius, Messalix, Messalix aut Messalix nomine circa id tempus: tum in Prudentio multa sunt errata hujusmodi inscitia librariorum, qui in unam dictionem diversissima conglutinarunt, quae legi possunt in Commentario Giselini ad hymnum 13 Peristephanum. Favent denique mss. codices, quos suo loco indicabo.

C Fixum igitur certumque maneat Prudentii natalem annum in consulatum Philippi et Saliae incidisse, qui annus erat Christi 348, ut notat Petavius Ratione tempor. in successione consulum Romanorum, et ita legitur in Fastis consularibus Panvini, quamvis alii annum 350 aut 351 malint. Quod mirandum in modum comprobatur his versibus ex apotheosi vers. 419 et seqq.

Principibus tamen e cunctis non deficit unus
Me puero, ut memini, ductor fortissimus armis,
Conditor et legum, celeberrimus ore manique,
Consultor patriae: sed non consultor habendae
Religionis, amans tercentum millia divum,
Perfidus ille Deo.

(a) Ut in fine S. Eulaliae:

Ista comantibus e foliis
Mune: a, virgo puerque, date:
Ast ego seria choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia, marcida, fesia tamen.
Sic venerar. er ossa libet;
Ossibus altar et impositum:
Illa Dei sita sub pedibus
Prospicit haec, populosque suos
Carmine propitiata fovet.

(b) Quod verbis Joannis Vasæi in Chronico ad an. 351 referam: *Natus est Caesaraugustae Aur. Prudentius Clemens, Philippo et Salia cons., ut ipse se testatur in praef. lib. Cathem., ubi sic inquit: Irrepsit subito canities seni, oblitum veteris me Saliae consulis admonens (leg. arguens).* Ita enim legendum, non quemadmodum hactenus etiam a doctis depravate legebatur. Atque hanc hujus loci restitutionem non mihi debes, candida lector, sed L. Andreae Resendio,

D qui mihi locum hunc atque alios nonnullos, quae est humanitate, communicavit, cujus ego in his rebus limatissimo iudicio non immerito plurimum tribuo, quemadmodum re ipsa experieris, siquando, quos sub lima premit in Prudentium commentarios per occupationes serias potuerit evulgare. Glandorpius in Onomastico post ejus obitum anno 1589 edito sibi hanc correctionem ascribit: *Quem locum in excusis exemplaribus omnibus depravatum videmus... sinceram esse lectionem (me Salia), et ex veteribus hisce memoriis, a nobis probe deprehensam, omnes, scio, docti libenter agnoscent.*

(c) Ludewigius multa errat, dum scribit: *Georgius Fabricius restituit, me Salia.* Giselinus eodem anno 1564 poemam edidit cum hac correctione. Uter vero alterum excerpserit asserere non ausim, cum uterque se hanc lectionem primum animadvertisse dicat. Fabricius hoc tantum habet: *Ultimus hic versus in omnibus editionibus Italicis, Gallicis, Germanicis, hucusque deprivatus, ansam errori dedit.*

Quibus Julianum Apost. tam intelligit, ut ex commentariis clarius patebit, qui ab anno 361 ad 364 imperio potitus est; quod in successione imperatorum apud Petavium ita indicari videtur, ut nihilominus in ipso Rationario temporum anno 365 extinctus esse dicatur, quod ex historia aliunde constat. Accedit Prudentium sua opera, et in his libros adversus Symmachum edidisse anno ætatis 57, ut ex præfatione carminum liquet:

Per quinquennia jam decem,
Ni fallor, fuimus: septimus iussuper.
Annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili,

id anno circiter 405 cum acciderit, ut 25 postmodum d. c. m., consequens est, Salix consulatum in eadem præfatione denotari.

41. De Prudentii majoribus aut familia nihil certi ad nos pervenit, quam nobilissimam fuisse ex muneribus ab eo gestis æquum est conjicere, idque multi etiam veteres confirmant. Joannes Glandorpius in Onomast. histor. Romanæ plura habet de Aureiis, nonnulla de Clementibus, et e tribus Prudentiis quos nominat, nostrum magno elogio prosequitur. De familia Clementum Cæsaraugustana vide num. 33. Hæc tria ejus nomina et hoc ordine solent circumferri, *Aurelius Prudentius Clemens*. In mss. codd. antiquissimi sæculi vi et seqq. dicitur *Aurelius Clemens Prudentius*, ut observare potes cap. 4, num. 96, præter cod. Vat. Alex. 1439, 1838, num. 78; Colb. 1682, num. 83. Primæ editiones, altera anni incerti, altera Daventriensis anni 1495, quam plerique male referunt ad an. 1472, habent, *Aur. Clemens Prudentius*; qui ordo nominum sine ulla causa idonea in sequentibus omnibus editionibus est mutatus. Eum servant Trithemius, Ferrarius, Ruinartius, aliique. Beda de Arte metrica bis eum nominat, primum ita: *Prudens* in Psychomachia, rursus *Aurelius Prudens Clemens*. Quod autem prius aliquando *Clemens* quam *Prudentius* aut *Prudens* collocetur, novum non est: sic Sulpicius cognomento *Severus*, ab aliis vocatur *Severus Sulpicius*, ut observavit Rosweidus in not. ad Ep. 1 S. Paulini ex Francisco Sylvio, qui Progymnasium, centuria 2, cap. 41, docet sæpe cognomen nomini præpositum. Sirmondus in præfat. ad notas Apollinaris Sidonii egregie probat mediæ ætatis nominum duplicem quodam modo legem fuisse: unam, ut proprium cujusque nomen in locum ultimum conjicerent; alteram, ut tum proprium hoc nomen, tum cætera, interdu quidem aliunde pro arbitrio, ut plurimum vero a propinquis affectibus deducta imponerent. Videri etiam potest cl. marchio Scipio Maffei in Dissert. de Romanorum Nominibus, qua probat Cassiodorii prænomen esse *Marcum*, nomina gentilia *Aurelium Cassiodorium*, nomen proprium, seu cognomen *Senatorem* (*post Hist. theolog., et Complexiones Cassiodorii edit. Trident. 1742*). Riscus advertit Prudentium a Dupinio, tom. III

(a) Ut Aleimus Avitus, plures codd. mss. operum Prudentii, auctor Catalogi testimonii veritatis, lib. iv, pag. 185 edit. potter.; Taubmannus, in Culicem Vir-

A Bibl., et Joanne Ferreras ad an. 406, appellari *Quintum*, quod nomen abest a mss. codd. et antiquis scriptoribus. Crediderim errorem inde oriri potuisse, quod Symmachus, quem Prudentius oppugnavit, Quintus Aurelius a nonnullis veteribus auctoribus dicebatur. Nihil tamen est quamobrem Prudentius similiter non potuerit *Quintus Aurelius Clemens Prudentius* nominari: imo Alexander ab Alexandro, Genial. diar. lib. 1, cap. 9, probat apud Romanos sæpius 26 mares quatuor nomina habuisse, prænomen, cognomen, agnomen et nomen, idque nobilitatem monstrare. Quod si prænomen Prudentio addere libet, eligatur *Marcus*: ita enim appellatur in quodam cod. ms., num. 89. Vocandus ergo erit M. Aur. Clemens Prudentius, quorum primum est prænomen, Aurelius, et Clemens nomina gentilia, Prudentius nomen proprium, ex lege noninum mediæ ætatis. Marci Aurelii plurimi fuerunt, ut M. Aurelius imperator, M. Aurelius Valerius Flavius Claudius Constantinus, M. Aurelius Claudius Gothicus, M. Aurelius Claudius Quintillus. S. Maurelium a M. Aurelio, ut Agellium ab Aulo Gellio, multi opinantur fuisse dictum.

42. Ludewigius, quod Carolus Sigonius, de Roman. Nomin., ostendat Romanorum nomina a generis principe, a sapientia, ab arte tracta quandoque esse, existimat ab aliis non male factum, qui Prudentii nomina in laudes ejus traxerunt (a). Cæterum, etsi non absurde in laudem poetæ nomina ejus verti possint, ut in aliis assolet, tamen a prudentia, a clementia, ab aureis moribus tracta illa esse nemo prudens judicaverit, sed imposita antequam ex virtutes in Prudentio esse aut eminere cœperint. Aliud solet nomen Prudentio attribui, certe longe post ipsius obitum inditum: nam Prudentius Major appellatur in codice ms. membraneo prosodico, antiquo et erudito, apud Barthium, Adversar. lib. xxxvii, cap. 13: *Maceræ, et maceries producant a, quamvis veniant a macer... et Prudentius Major: Quamvis maceries florentes ambiat agros*. Pariter Joannes Balbus, seu de Janua in opere Catholicon, verbo SPERA: *Unde Prudentius Major: Cujus ad arbitrium spera nobilis, atque rotunda*. Qui versus legitur in Apotheosi, vers. 210, prior ille Hamart. vers. 226. Susplicari aliquis posset an id nomen Prudentio acciderit ex codice majori, ex quo illi versus promebantur, siquidem opera interdum in plures diversæ molis codices solebant distrahi: quo sensu Ovidius *Magnus*, Claudianus *Magnus*, Theodosius *Exiguus* nuncupabantur, ut legere poteris in Barthio, loc. cit. lib. vi, cap. 1. Eam elegantiam nostris quoque moribus adhæsisse in libris quorum usus est in scholis grammaticorum, norunt pueri, quique pueros docent.

43. Prudentius vero noster *Major* creditur esse dictus ut a cæteris discernatur. Melchior Goldastus quinque Prudentios distinguit in edit. Weitz., pag.

gillii, et in litteris ad Weitzium; Zacharias Victor, Topicar., diss. 11, disquis. 2. Confer cap. 4.

319: Turiasonensem episcopum circa annum 300, hunc nostrum poetam; alium Trecensem in Gallia episcopum; auctorem, **27** ut putat, hymni, *Virgo Dei genitrix*, quem codices mss. Prudentio ascribunt (*Vide num. 98*); quartum, monachum Germanum preceptorem Walafridi Strabi, scriptorem hymnorum de Nativitate Domini, *Corde natus ex parentis*, et de Passione, *Vidit anguis immolatum. Hic est*, ait, ad cuius differrentiam Prudentius Clemens Major coeptus est appellari. His quintum Prudentium suo beneficio et comitate addit, Prudentium Amœnum Prudentio Clementi æqualem, aut non valde inferiorem. Attamen hunc Amœnum a Prudentio neutiquam esse diversum, cum de ejus Dittochæo agetur, demonstrabitur: quod nomen illi ob ingenii amœnitatem aut alia de causa fuerit impositum. Terrafam, Trogillum, et Ferrarium Nic. Antonius recte coarguit, quod sacrum poetam Prudentium cum Turiasonensi episcopo confuderint. Consule Bollandianos continuatores, ad diem 28 Aprilis in commentario prævio ad vitam S. Prudentii, qui Bernardum Lucensem Terrafæ ceterisque adjungunt, et de ætate Prudentii Turiasonenais vix aliud certum esse statuunt, nisi annum Domini 846 vivendo antecessisse. Vixisse anno 300 probabilis est opinio.

44. Age nunc, ex ipso Prudentio curriculum ejus vite ad annum usque ætatis 57 audiamus, ex præfatione ad carmina.

Per quinquennia jam decem,
 Ni fallor, fulinus: septimus insuper
 Annum cardo rotat, dum frulitur sole volubili,
 Instat terminus, et diem
 Vicinum senio jam Deus applicat.
 Quid nos utile tanti spatii temporis egimus?
 Etas prima crepantibus
 Flevit sub ferulis: mox doonit toga
 Infectum viliis falsa loqui, non sine crimine.

Nactenus intelligo ætatem primam, pueritiam extremam, ac, si vis, adolescentiæ initium usque ad annum circiter 20, quo tempore mendaciuncula, quibus fere illa ætas infecta esse consuevit, animi demissione, qua maxime excellebat, accusat, nisi malis interpretari rhetoricam et dialecticam, quibus facultatibus falsa loqui quodammodo congruit; quæ interpretatio præferenda videtur, cum et optimis recentibus commentatoribus placuerit, et in antiquis glossis reperitur. Cæsaraugustæ litteris operam navasse sub Petro oratore non temere conjicit Riscus ex S. Hieronymo, ad **28** an. 356 in Chronico: *Petrus Cæsaraugustæ orator insignis docet (a)*. Pergit Prudentius.

Tum lasciva protervitas,
 Et luxus petulans, heu pudet, ac piget,
 Fœdavit juvenem nequitie sordibus, ac luto.

En verba quibus accusatio omnis adversus juvenilia Prudentii crimina inaltitur: quotquot enim ejus vi-

(a) Hujus Petri nomine editum chronicon si forte ad tuas manus pervenerit, scias, pervelim, ab iis esse confectum, qui ut sua somnia venditarent, celeberrima antiquitatis nomina usurparunt.

(b) Ubi etsi non inveniatur illud, quod plurimi

A tam postremis his sæculis enarrant, tanquam sceleratum ac perditum adolescentem repræsentant. Ludewigius cum S. Augustino comparat, in quo nihil est simile: nam Augustinus gravissima quædam sua peccata non solum in genere, sed in specie et singillatim confessus est. Riscus Hispanicis verbis eadem vitia ample exaggeravit: *Se deço arrustar de los vicios... manchando su corazon, amando los torpes deleytes de la carne*. Et quis non hoc fere modo loquitur? Fabricius ulterius progressus affirmat in toga causas iniquas Prudentium egisse, quod pariter colligit ex hac ipsa præfatione.

45. Equidem non libidine aliqua commendandi Prudentium, non consuetudine nosrorum temporum abreptus, qua tot apologiæ pullulant, et quantumlibet desperatæ causæ patronos audaces inveniat, sed amore veritatis impulsus, Prudentii defensionem suscipiam. Etenim persuasum habeo nihil ab eo esse dictum quod ex ore hominis justi et Christiana humilitate præditi non soleat excidere. Justum hominem cum dico, justitiam intelligo qualis in homines, dum in hoc sæculo vivunt, cadit. *Licet enim*, ait concil. Trident., sess. 6, de Justif. cap. 11, *in hac mortali vita, quantumvis sancti et justi in levia saltem et quotidiana, quæ etiam venalia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi*. Et Proverb. cap. xxiv, 16: *Septies enim cadet justus, et resurget (b)*. Hæc igitur peccata, in quæ justi saepe labuntur, et lex illa quam Apostolus ipse experiebat in membris suis repugnantem legi mentis suæ, et captivantem eum in legem peccati, satis superque sunt ut verba Prudentii ab homine justo adhiberi possint tam vere quam humiliter. Libet enim hoc Christiano vocabulo uti, cum veteres Latini eam **29** virtutem, quam ne agnoscebant quidem, proprio nomine non donaverint. Profecto S. Hieronymus in epitaph. Paulæ, tom. I oper., num. 15, id notat de S. Paula: *In qua fontes crederes lacrymarum. Ita levia peccata plangebat, ut illam gravissimorum criminum crederes ream*. Pleni sunt libri mystici, plena acta sanctorum hujusmodi exemplis, quæ singillatim recensere non vacat. Legi possunt quæ innocentissima virgo S. Theresia de se narrat, exponens quid egerit antequam monasterium ingrederetur.

D 46. Nec movere quemquam debent gravia illa verba quæ Prudentius usurpavit: *Lasciva protervitas, luxus petulans, sordes, et lutum nequitie*: nam præterquam quod similibus aut atrocioribus verbis nonnulli sancti, qui vitam innocentem vixerunt, usi sunt, non tam illa sunt gravia quam plerisque fortasse videatur. Eo enim omnia denique recidunt, ut explicandum sit quid nequitie nomine Latini intellexerint. Christianus Beckmanus, de Origin. Latin. linguæ, verbo *Æquor*, Perotto adversatur, qui ne-

addunt, *in die*, tamen veritas sententiæ multorum auctoritate posset confirmari; nam a tempore Cassiani ea additio legitur facta. *Manifeste* (inquit ille Collat. xxii, c. 15) *Scriptura pronuntiat, Septies in die cadit justus, et resurgit*.

quam facit a ne et queo; ferendum id esset, nisi A
Varroni quoque, qui, lib. ix Lat. ling., a ne et
quidquam deducit, repugnaret, putans, nequam a ne,
et aequum recissime dici, ut nequam sit ἀδίκος, κα-
κός, ἀρχαίος; quod arguit deductum, a nequus (pro
quo utimur nequam) nequitia, ut a malus malitia.
Quid si veteres Latini a nequicquam deducebant
etiam nequitia? Cicero, Tuscul., edit. Ald. pag. 194:
Nequi ia, quanvis hoc durius videatur, ab eo quod
nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili di-
citur. Quare nequitiam fere pro inertia idem usurpat,
in Catilin., pag. 98: Jam me ipsum inertiae, ne-
quitiæque condemno; et pag. 103: Inertia ac nequitia.
Eodem pertinet, quod Prudentius ait:

Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?

Et infra de bonis et malis fortunæ:

Nunquid tanta proderunt
Carnis post obitum vel bona, vel mala?

Itaque Prudentius otium, inertiam, opera quæ ad
salutem æternam consequendam nihil conducerent,
peccata, quamvis non gravia, in quæ juvenilibus
præsertim annis incidere, potuit versibus expositis
flere et dolere. Ac reapse nihil in eo fuisse, quod
sceleratam vitam, aut paganismo deditam, quod in
codice Vaticano sequioris ævi legitur possit ar-
guere, recte colligitur ex ejus humilitate, quæ in
omnibus operibus clari sime elucet:

Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?

Ex humilitate id dictum ait Riscus; quia jam libros C
contra Symmachum scripserat, et alia opera bona
fecerat, nempe: *Jus civile bonis reddidimus, terruimus
reus.* Barthius, lib. viii Advers., cap. 11, notat
modestiam quæ in præfatione trochaica libri Peri-

(a) Et Barthius quidem loc. cit. ita pergit: *Usque
adeo trochæus iste Prudentium auctorem clamat, ut
tot sæculis inter tot postea poetas Christum professos,
nemo fuerit qui cum hoc comparabilem scripserit. In
principio se a choro piorum segregat, ob juventutis
nimirum peccata, cum paganus et miles militanter
paganæque viveret.*

(b) In Cassiano:

Stratus humi tumulo adolvebar, quem sacer ornat
Martyr dicato Cassianus corpore.

In Hippolyto:

Hæc dum lustris oculis, et sicubi forte latentes
Rerum apices, veterum per monumenta sequor.

In Petro et Paulo apostollis:

Hæc didicisse sat est Romæ tibi: tu domum reversus,
Diem bifestum sic colas, memento.

(c) In epilogo Peristephi:

Nos citos jambicos
Sacramus, et rotatiles trochæos,
Sanctitatis indigi.
Me paterno in atrio,
Ut obsoletum vasculum, caducis
Christus apiat usibus.

Et similia in Laurenii passione, in fine:

Hos inter, o Christi deus,
Audi poetam rusticum
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem sua.

steph. emicat, virtutem propriam 30 esse Prudentii,
qui in fine hymni de S. Romano se hædum jungen-
dum hircis a latere sinistro judicis dicens: *Longius
nimia humilitate etiam a vero mediatore recessit,* de
quo nos alio loco. Nunc enim solum observo Ri-
scum et Barthium, qui tantam Prudentii humilitatem
agnoscunt, non debuisse ex ejus verbis scelera je-
ventutis exaggerare, simulque hominis modestiam
fateri (a).

47. Non video qui hæc cohæreant: nam si Pru-
dentius nimia humilitate longe processit, si in S.
Laurentio, imo passim in suis carminibus, repetit
similia, quibus nullum vitæ suæ tempus utiliter trans-
actum videtur agnoscere, nihil causæ cur non omnia
hujusmodi dicta humilitati ascribantur. Siquidem
B constat quanto pietatis sensu martyrum sepulcra
inviseret (b). Omitto aut omnia aut pleraque carmina
ante præfationem mihi videri fuisse composita, ut
postea declarabo. Etenim sive antea, sive postea
fuerint scripta, hominis pii justique humilitas ex illis
omnibus apparet (c). Neque dicam quam se inferior-
rem Symmacho in eloquentia existimaverit in præ-
fat. lib. i: *Sum plane temerarius,* etc. Satis enim
multa dicta sunt ut id quod volui conficiam, versus
præfationis, quibus sua peccata fatetur Prudentius,
ejus humilitatem, non vitam paganam, aut insigniter
improbam, arguere. Exemplum proferam ex S. Euge-
nio Toletano præsule, qui in fine præfationis 31
coronam æternæ gloriæ se non meruisse fatetur:
*Modestia Christianis priscis usitata, quam aliquot locis
C invenies et apud Prudentium,* ait Barthius lib. lv,
cap. 11 Advers., qui plura carmina S. Eugenii eo
loco emendanda suscepit. Versus S. Eugenii sunt:

Cumque suprema dies mortis patefecerit urnam
Concede veniam, cui tollit culpa coronam.

Indignus agnosco, et scio,
Quem Christus ipse exaudiat,
Sed per patronos martyres
Potest medelam consequi.
Audi benignus supplicem.
Christi reum Prudentium:
Et servientem corpori
Absolve vinculis sæculi.

In 18 Mar tyribus:

Nos pio fletu, date, perlucemus
Marmorum sulcos, quibus est operata
Spes, ut absolvam retinaculorum
Vincta meorum.

D In fine Fructuosi:

Omnia tempus erit, ruente mundo.
Cum te, Tarraro, Fructuosus acri
Solvat supplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur et meis medelam
Tormentis dare, prosperante Christo,
Dulces hendecasyllabos revolvens.

In fine Romani:

Vellem sinister inter hædorum greges
Ut sum futurus, eminus dignoscere.

Et quæ sequuntur in Hippolyto:

Sic me gramineo remaneat denique campo
Sedulius ægotam pastor ovem referas.

Prætereo alia, et in his orationem in fine Hamarti-
geniæ:

O Dee cunctiparens,
de qua infra capite 17 redibit sermo.

48. Exposita juvenili ætate, Prudentius reliquam vitam enarrat :

Exin jurgia turbidos
Armarunt animos, et male pertinax
Vincendi studium subjacuit casibus asperis.

Jureconsulti munus hoc loco explicari nemo ambigit, et cum Beda et Walafridus Strabo Prudentium vocent *scholasticum*, id nominis ei dari quia jureconsultus fuit consentaneum rationi est judicare. Quamvis enim olim discipulum, sophistam, rhetorem, eruditum ea vox valuerit, tamen ita quoque nuncupatus fuit jureconsultus, et orator, ut nunc omittam aliam significationem, qua post Carolum Magnum scholasticus est dietus, qui gymnasiis præerat, aut a sæculo XII, qui Aristoteliam philosophiam profitebantur, de qua videri potest cl. Bartholomæus Povius, limatissimi judicis et sermonis, scriptor Institut. hist. philosoph., lib. IX, cap. 1 (a). In concilio Sardicensi generali, can. 10, statutum est, *Ut si quis ex foro sive dives, sive scholasticus, episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur quam lectoris, et diaconi, et presbyteri ministerium peregerit*. Ita enim redditur Latine in edit. Paris. collect. Concil. 1674, sed melius verti poterit : *Si quis dives aut scholasticus e foro episcopus fieri dignus habeatur*, Græce est : *Ἐάν τις πλούσιος, ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι*. Innocentius I in epist. ad concil. Toletan., num. 4, queritur aliquos in Hispania ad sacerdotium fuisse ascitos, qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, et **OBTINENDI PERTINACIAM susceperunt**. Quam pbrasin de se, suoque officio usurpavit Prudentius paulo post scribens : **ET MALE PERTINAX VINCENDI STUDIUM**.

32 49. Post advocati munus ad regendas urbes Prudentius est evectus.

Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus urbium :
Jus civile bonis reddidimus, terruimus reos.

Inde eum evexit princeps ad militiæ palatinæ gradum, ordinemque proximum.

Tandem militiæ gradu
Evectum pietas principis extulit,
Assumptum propius stare jubens ordine proximo.

Cum Prudentius munera a se obita poetice, hoc est stylo sublimi figuratoque descriperit, qualia ea fuerint possumus quidem conjicere, non tamen certo definire. In codice ms. biblioth. Vatican. 3859, qui sæculo IX aut X videtur scriptus, ita initio nota-

(a) S. Macharius homil. 15 sic habet : *Deinde ubi fuerit scholasticus, omnium causidicorum est novitius et ultimus*. Quo eodem sensu scholasticum intellexit S. Augustinus tract. 7 in Joan., et codex Theodos. lib. VIII de Concuss. advocat., tit. 10, leg. 2 : *Nec latet mansuetudinem nostram, sæpiissime scholasticos ultra modum, acceptis honorariis, in defensione causarum omnium et annonas et sumptus accipere consuesse*. Ubi legi dignus est commentarius Jacobi Gothofredi. Merobaudes, cujus exstat carmen de Christo in Biblioth. SS. Patrum, nuncupari solet *Scholasticus Hispanus*. In cod. Theodos. duplex Merobaudes nominatur, alter consul, alter magister peditum in

tur : Aurelius Prudens Clemens iste partim in consulari, partim in familiaritate principis fuit, et sic ipse ascendit : sæcularibus litteris quinquaginta septem annis operam dedit, sed postea ex toto omittens, ad divina metra componenda se contulit. Michael a S. Josepho, in Bibliogr., verbo *Prudentius*, refert ex Tirino Prudentium poetam palatinum fuisse, ex Gennadio militem palatinum. Barthius, lib. LIV, cap. 18, Advers., notat descriptionem portarum castrarium ad illum versum *Psychomachiae* :

Liminis introitum bifori dant cardine claustra,

quam, inquit, miles quondam suoapte, et Gennadii testimonio, adeoque palatinus, ad Romanarum instar composuit. Ansaldo, in præfat. versionis Italice libror. adversus Symmach., narrat Prudentium primum gradum in exercitu post imperatorem obtinuisse, bis prætorum fuisse.

50. Ita fere suo quisque arbitrato de muneribus Prudentii judicat. Ex codice Theodosiano hæc licet colligi, quæ ad rem nostram pertinent. Præsides Bæticæ erant, incertus anno 324, ad quem data anno 337 lex 2 de Distr. Figu., ut legendum monui pag. 48, in nota, Tarraconensis vero præses nominatur Julianus anno 316, ad quem data lex de temporum Cursu, ubi titulus ejus apponitur V. C., hoc est *vir clarissimus*. Nonnullis autem legibus præsidum, et similibus appellationibus rectores provinciarum intelliguntur. Rectores ergo provinciarum, qui etiam iudices ordinarii, et iudices provinciarum appellabantur, et quandoque comites primi ordinis erant, gladii jus habebant, reddendi **33** juris in provinciis facultate potiebantur. Rectoribus provinciæ seu provinciarum superiores erant vicarii, qui pro præfectis plures provincias administrabant. Toto illo tempore Hispaniarum nullus apparet præfectus, sed erat tamen vicarius, de quo passim in codice Theod., cui inscribebatur *PP. Hispaniarum*, id est *Propræfeco Hispaniarum*; appellatur etiam *vir clarissimus* lege 4. de Custod. reor. Erat autem quædam dignitas quæ dicebatur *proximatus*, *honor proximi*, *proximatus splendor*, quo per ordinem meritoque stipendiorum ascendebant. Videlicet post magistros scriniorum, qui in tribus prioribus seriniis militabant, succedebant alii, his proximi, qui *proximi scriniorum* dicebantur. Ii, deposita militiâ, seu post depositum ætatum, *clarissimis* aggregabantur, vicariis exæquabantur, ad comitatum principis sine evectioe venire poterant (b).

Gallia. Confer Ant. Zirardinum, pag. 168 in Novel. Theod.

(b) Videri potest lib. VI cod. Theod. toto titulo 26 de proximis, etc., ubi leg. 2, data anno 381, *Clarissimos viros proximos scriniorum, et magistros dispositionum vicariorum ordini copulamus, et leg. 14 : Ipsi vero (proximi) veniendi ad comitatum liberam licentiam, perpetuamque præstamus, nec in eorum personis expectari augustam præcipimus jussionem; quæ lex data est anno 407. Comitatus est, ubi princeps existit; jussio vero principis est ejusdem evocatoria, de qua t. t. 23, legis 3, scilicet licentia veniendi ad comitatum. Rigaltius ad epist. 24 S. Cypriani, ubi qui-*

51. Ex his arguere possumus Prudentium fuisse bis præsidem provinciæ Tarraconensis, nisi forte hujus provinciæ semel, et alterius semel præses, seu rector fuerit; cuius muneris proinde erat *moderamine legum frenos nobilium urbium regere, bonis jus civile reddere, reos criminum terrere*. Evectus inde est ad superiorem militiæ gradum, nimirum *militiæ civilis, palatinæ, aut præsidialis, non bellicæ, castrensium, aut cohortalis*: nam ii qui officiis jureconsultorum, præsidum, rectorum et similium funguntur, vulgo in cod. Theod. *militare, et ad superiores militias ascendere* dicuntur. Is autem gradus militiæ civilis fuit aut vicaria potestas in Hispaniis, aut jus comitatus primi ordinis, aut denique honor *proximatus* simul cum evocatoria principis, seu *jussione* augusta, vel facultate accedendi ad comitatum principis. Eo enim spectant Prudentii verba, quod a principe *evectus militiæ gradu, jussus fuerit propius stare ordine proximo*. Ubi præter *jussionem principis ordo proximus* exprimitur, qui non alius esse videtur nisi *ordo proximatus*. Non est igitur cur de consulatu Prudentii cogitemus, aut prætorio præfectum fuisse flagamus, quorum munerum nullum est vel levissimum vestigium. Ludewigius affirmat, post Aldum fere omnes virum consularem poetam nostrum 34 dicere; sed quo ille tempore scribebat, fere nullus id dicebat; cum multi jam animadvertissent post Alciatum, notas V. C., quæ duæ litteræ Prudentii nomini subjiciuntur, non *virum consularem, sed virum clarissimum* significare. Neque enim Prudentii ævo erat in usu titulus *viri consularis*. Ex Valerio Probo de Notis Romanorum interpretandis, et aliis patet, V. C. indicasse aut virum consularem, aut virum clarissimum, aut quintæ cohortis. Militiam Prudentii non fuisse bellicam jam vidimus, quod autem ejus tempore titulus viri consulari non esset in usu, non est undecunque verum (a). Ex m.s. codicibus, et ex Breviario Cæsaraugustano colligitur, ante Aldum eam opinionem jam invaluisse, ut Prudentius consul, aut vir consularis crederetur; siquidem Tamayus de Vargas in Defensione Marianæ refert, in officio veteri Cæsaraugustano lectiones 18 martyrum indicari depromptas *ex Aureo Prudentio viro consulari Cæsaraugustano*. A Dungalio sæculo ix *vir consularis* dicebatur, ut videre poteris infra num. 243, et ab Isonè in glossis ad præfat. Prudentii consularatus astruitur ad versum 17. Nonnulli existimant: Prudentium consularatum gessisse non Romæ, sed Massaliæ, aut Salis in Hispania, urbibus ignotis,

dam *proximi clero* dicuntur, non male colligit, fuisse in Ecclesia *proximatum clero* similem *proximatum* scriniorum.

(a) Ex cod. Theod., lib. iii de *Bon. proscript.*, constat fuisse quosdam *consulares* dictos, et quidem in Hispania Cælestinum an. 357. Solebant autem *consulares* aut *exconsules* appellari, non *viri consulares*. Illud vero est certissimum, eas notas sæpissime inuere *virum clarissimum*, et interdum apponi iis qui consularatum gererent, ut consules *viri clarissimi* appellarentur, quod multis inscriptionibus jurisque legibus posset comprobari. De *consularibus* plura Guidus Pancirolius in Notis. dig.

A aut denique Massiliæ, si *Massiliæ* legeretur pro *Massaliæ*, aut *Mesaliæ* in versu,

Oblitum veteris Messaliæ consulis arguens.

Sed cum jam vera lectio, et explicatio ejus versus stabilita fuerit, et demonstrata supra num. 59. non est diutius in eodem argumento immorandum. Quamquam infirma quorundam est ratio, qui Prudentium negant consulem fuisse, quia in Occidente nulli erant consules nisi Romæ, quos secutus esse videtur cl. Emmanuel Martinus lib. ii, epist. 55, qui aperte docet extra Romam consules non fuisse. Eos Ausonius refellit, carmine de Burdigala, ut plerique exponunt:

Hæc patria est: patrias sed Roma supervent omnes,
Dilige Burdigalam, Romam colo: civis in hac sum,
Consul in ambabus. Conæ hic, ibi sella curulis.

52. Alii Prudentium prætorio, aut Urbi præfectum inde arguebant fuisse, quod ordine proximo propius a principe assumptus 35 consiterit, quod secus intelligendum esse ante demonstravi. Ludewigius ostendere conatur, nullam Romæ dignitatem habuisse Prudentium, quia senex admodum Romam venit, proptereaque in summam admirationem urbis ante vix visæ tractus est, ex Cassiani hymno:

Sylla forum statuit Cornelius: hoc Itali Urbem
Vocant ab ipso conditoris nomine.
Hic mihi, cum peterem te, rerum maxima Roma,
Spes est oborta, prosperum Christum fore.

Et infra:

Æditus consultus ait: Quos prospicis, hospes,
Non est inanis, aut anilis fabula.

Præterea non adeo Prudentius cum Symmacho (quem apostatam dicit Ludewigius, fortasse ex dicendis ad vers. 450 Apoth.) contendere veritus esset, si dignitatem in Urbe obtinisset; quamvis enim S. Ambrosius veniam quoque *sermonis asperi* postulet, contra Symmachum disputaturus, tamen ipse Ambrosius, licet Mediolanensis episcopus, longe inferior erat Symmacho, viro consulari, Urbis præfecto, et cæremoniarum pontifice. Concludit Ludewigius videri Prudentium rerum summam in Hispania, non Romæ, potitum, ac proinde præfectum Hispaniarum fuisse.

53. Plura in his displicent. Primum Prudentium admodum senem Romam venisse non liquet: nam quis annum invenire poterit, quo S. Cassianum invenit? quis asserere audeat tunc primum aut Romam petiisse, aut forum Cornelii vidisse? Quod vero Prudentius cum Symmacho contendere veritus sit, id solum pertinet ad singularem Prudentii modestiam, qui Symmachi eloquentiam suæ longe præponebat (b). Falsum item est, Symmachum, cum a S. Am-

(b) In præfat. lib. ii advers. Symm.:

Sum plane temerarius,
Qui noctis mihi conscius,
Quam vitæ in tenebris ago,
Pupim credere fluctibus
Tanti non timeam viri:
Quo nunc nemo disertior
Exsultat, fremit, intonat,
Ventisque eloq. ii timet:
Cui mensare facillimum est
Tractandæ indicem ratis,
Ni tu, Chris e potens, manum
Dextro nemiue porrigas.

brosio est oppugnatus, eos omnes honores fuisse assecutum, qui non fuerit ante annum 391 consul renuntiatus. Præfecturam vero Hispaniarum Prudentio fuisse concessam non admittam, nisi Ludewigius vicariam præfecti dignitatem, quæ tunc in Hispaniis vigeat, velit intelligi. Illud libenter assentiar Ludewigio, Vossium aliosque, qui Prudentium consulem suffectum, non ordinarium, **36** dicunt, nullo iuncti fundamento. In annalibus quidem consulum non notabantur eorum nomina qui loco defuncti consulis sufficiebantur, sed, ut credamus aliquem suffectum fuisse consulem, probabilis ratio afferenda est. Quo autem anno Prudentius Romanus venerit, et an semel tantum, nihil habeo exploratum, neque video qua ratione Nicolaus Antonius eum Romæ adorati munus exercuisse, ibique usque ad Honorii et Arcalii imperium permansisse existimaverit: qui pariter colligit Prudentium in Urbe anno 405 præsentem fuisse, quia præfationem eo anno scribens, nihil aliunde de discessu suo ab Urbe, quod opportune debuit, subjecerit, quæ conjecturæ valde imbecillæ mihi esse videntur. Riscus opinatur Prudentium *militiæ gradu evectum* fuisse a Theodosio inter palatinos admissionales; de quibus codex Theodos. et Jacobus Gutherus lib. III de Officiis domus augustæ, ac lateri principis adhæsisse anno 388, quo Symmachus in panegyri coram Theodosio Victoriæ aram dissimulanter protulavit, et protinus exsilii pœna multatus est, nova edicta prodierunt, quibus religio Christiana promovebatur, et mirifica exinde Romanorum omnium pietas exorta est, de qua Prudentius lib. I **C** adversus Symmach., *Talibus edictis*, etc. Ea principis consilia Prudentium sine ulla dubitatione adjuvisse Riscus arbitratur, ac probare conendit.

54. Difficulus hæc cum vita temporibusque Prudentii cœherent: nam is anno 388 habebat ætatis annum 40, et cum post juvenile tempus se jureconsultum egisse, et deinde bis frenos nobilium urbium rexisse commemoret, quod addit, *tandem militiæ gradu*, videtur indicare virum plus quam quadragenarium. Etsi autem ista fieri potuisse evincas, tamen revera facta fuisse non persuadabis. Simile est, quod idem tradit, Prudentium anno 405, cum se muneribus abdicasset, Deo vacaturum in Hispaniam secessisse, unde Romam redire coactus, Cassianum et Hippolytum martyres coluit; quos iterum reversus in Hispaniam celebravit. Ego existimo, Prudentium anno 404 circiter adversus Symmachum scripsisse, anno 405 sua carmina edidisse: quæ nimirum ante diversisque temporibus composuerit. Præfatio enim

Confer etiam epistolam 17 Ausonii ad Symmachum, ubi Ausonius: *Quisquam ne ita nitet, ut tibi comparatus non sordeat.*

(a) In hymno vero S. Hippolyti notanda est pietas sacri poetæ, qui sic Valerianum antistitem alloquitur:

Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
 Idibus Augusti mensis, ut ipsa vocat
 Prisco more diem: quem te quoque, sancte magister,
 Annua festa inter dinumerare velim.
 Crede, saluigeros feret hic venerantibus ætus,
 Lucis honoratæ præmia restituens.

A libri Cathemerinon potius omnibus operibus, quæ tunc vulgabat, congruit, ut ex pluribus velt. coll. liquet. Quamvis autem ita sese ad sacra carmina pangenda excitet:

Atqui hæc sub ultimo,
 Peccatrix anima stultitiam exuat,
 Saltem voce Deum concelebrat, si meritis acquit,

37 tamen ea non sunt verba tunc canere incipientis, sed affligentis carminibus jam factis præfatione, quæ interdum post absolutum opus conscribitur.

55. Itaque libros contra Symmachum Romæ eum puto composuisse: Romæ item hymnum de SS. apostolis Petro et Paulo, cujus est finis:

Hæc didicisse sat est Romæ tibi: tu domum reversus,
 Diem bistestum sic colas, memento.

B Calagurri exaratum hymnum SS. martyrum Himerii et Celedonii innuunt versus:

Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur, præstitit,
 et reliqui. Emeritæ poetam nostrum existitisse crediderim, cum S. Eulaliæ celebrantem cecinit:

Ast ego serta choro in medio
 Texta feram pede dactylico,
 Vilia, marcida, festa tamen.
 Sic venerari ossa libet,
 Ossibus altar et impositum.

Cæsaraugustæ hymnum de 18 martyribus factum nemo negaverit. Qua de causa, et ubi S. Cassianum prædicaverit, ipse refert:

Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris:
 Tunc quod petebam, quod I timebam, murmuro:
 Et post terga domum dubia sub sorte relictam,
 Et spe futuri forte nutantem bene.
 Andior, Urbem adeo, dextris successibus utor,
 Domum revertor, Cassianum prædico.

S. Laurentium et Hippolytum in Hispania, ut ante diximus, laudavit (a). Verum de Prudentii operibus singillatim fusius disseram cap. seq.

38 56. Quo anno, et ubinam obierit, incertum est. Sed nescio, quo fato Prudentii vita plurimorum suspicionibus et conjecturis ita est implicata, ut etiam ubi nihil omnino sciri aut definiri potest, nostra oratio consistere debeat aliquantisper, ne, quæ ab aliis proferuntur, probabilia esse et a nobis ignorata quisquam existimet. Aiunt nonnulli Prudentii obitum contigisse ante annum 413, quo Stilico proditiouis pœnas subiit: nisi enim jam tunc Prudentius decessisset, laudes Stiliconis ex lib. II adversus Symmachum versu 695 et seqq.: *Tentavit Gelicus*, etc., delevisset. Quid hæc conjectura infirmius? Quasi vero in scriptorum fuisset potestate librum semel emissum

Inter solemnes Cypriani, vel Celedoni,
 Eulaliæque dies, currat et iste tibi.

In Breviarium Isidorianum S. Hippolytus immisus, fortasse originem trahit ex his Prudentii precibus. Ex festis Cypriani, SS. Himerii et Celedonii, et S. Eulaliæ alii arguunt mentionem esse de episcopo Cæsaraugustano, quia hi sunt sancti exteri, uti erat S. Hippolytus, pro cuius festo rogabat Prudentius; alii contra Calagurritanam diocësim agnoscent, cujus erant patroni SS. Himerius et Celedonius: mihi neutrum liquet.

revocare (a). Multo vero magis rejiciendum est quod ait Joseph R. driguez de Castro loc. cit., Prudentium de conjuratione Stiliconis nihil audivisse, quia ejus non meminit. Contra recte videtur judicare Riscus, qui Prudentii virtutes ex ejus operibus colligit, quod parce pique vixerit, quod semel tantum in die manducaverit. Vide ejus hymnos *Ante cibum*, *Jejunantium*, aliosque tum libri Cathemerinon, tum Peristephanon (b).

57. Hactenus nonnulla explicata sunt quæ liquido constant, alia quæ in controversia sunt posita, plura quæ in conjecturis. Cætera, quæ certo sunt conficta, quanquam minus est necessarium, opus tamen est declarare; tum ne quis ejusmodi narrationes aut ex Dextri Chronico, aut ex eis qui illud sunt secuti, adoptet, quod puto fecisse Chamillardum in brevi et parum accurata Vita Prudentii, tum ut pateat quibus opiouibus aut conjecturis adhæserint, 39 qui similibus fictionibus inventendis sunt delectati: nam quædam, quantum poterant et sciebant, accommodate ad veras historias commiscebantur. Igitur Flav. Lucius Dexter cum Francisci Bivar. commentario ad annum Christi 388 sic habet: *Floret Fl. Prudentius patre Cæsaraugustano, matre Calagurritana natus (Salia consule) Cæsaraugustæ.* Nomen Flavii atque alia inventa sunt, nisi quod natus est Salia consule (c). Item ad annum 388: *Prudentius, Toletus, Corduba, ac Cæsaraugusta in Hispania egregie gubernatis, fit dux, et habetur orator celeberrimus et poeta mirificus. Anno 400 petit Romam (d).* Postremo Prudentii obitum commentitius Dexter enarrat ad annum 424: *Prudentius Roma Cæsaraugustam rediens, ad sedem Cæsaraugustanam S. Mariæ plenus dierum, et illustrium operum, post multas pugnas cum omnibus hæreticis sui temporis habitas, tranquille moritur (e).* Templum B. Virginis de Columna innuitur.

(a) Non ita credebatur Horatius, qui, epist. 20, lib. 1, his verbis librum suum alloquitur:

Venturum, Janumque, liber, spectare videris:
Scilicet ut prostes Sosiorum punitæ mundus,
Odisti claves, et grata sigilla pudico,
Paucis ostendi gemis, et communia laudas,
Non ita nutritus: fuge quo discedere gestis:
Non est emisso reditus tibi.

(b) Non tamen idcirco sanctus est appellandus. Antonius Raymondus Pasqual, ordinis Cisterc., in opere: *Illustracion al portentoso favor de su leche celestial, con que distinguio Maria sanctissima al P. S. Bernardo, etc. En la oficina de D. Ignacio Sarra y Frau, 1782, in-8.*, ut opinor in urbe Palma Majoricæ, pag. 111, propos. 2, versus ex Cassiano Prudentii apud Mabillonium allegans, sanctum Prudentium aperte vocat. In Ephemeridibus Romanis decembris 2 anni 1786 excidit, ut Prudentius sanctus appellaretur, dum annuntiatur opusculum meum, *Hymnodia Hispanica*, in quo certe nunquam is titulus Prudentio nostro affingitur. In mss. ad num. 96 semel tantum BEATI nomen Prudentio appositum indicatur, uti etiam sanctus dicitur a quodam interprete Italico hymni S. Cassiani num. 121, et a P. Liberio a Jesu loni. I ex posthumis, col. 763, et, ut videtur, a Mabillonio in opere: *Mémoires pour servir*

(1) Id est in ode *Immolat Deo*, quæ in hac Arevali editione prænotatur Epilogi titulo legiturque pag.

58. Bivarius contra regulas prosodiarum hoc loco acutus videri voluit. Ultimum operum Prudentii ait fuisse *Enchiridion*, in cujus præfatione (1) suspicatur legendum: *ME MATERNO IN ATRIO pro Me paterno in atrio*, non videns, cum *paterno* recte procedere carmen, non vero cum *materno*. Sed putabat, ita confirmari, quod in *Christi matris templi angulo degr. t.*, ut ait Dexter. Ac vide ineptissimam interpretationem. Prudentius se inter vasa vilia domus Dei recensens, inquit:

Me paterno in atrio
Ut obsoletum vasculum...
Sinitque parte in anguli manere.
Munus ecce ficile
Inimus intra regiam salutis.

Quid est, reponit Bivarius, *munus inire intra regiam salutis, nisi intra domum Dei scribere? in cujus angulo se manere affirmat.* Pertinet etiam ad nos quod Dexter ad annum 450 refert: *Ad Valerianum (al. Valerium episcopum) Cæsaraugustanum scribit Cyrillus.* Vult enim commentator Bivarius, hunc esse Valerianum antistitem, quem in Hippolyto Prudentius alloquitur. Dubitat autem an is ipse fuerit Valerianus Leonii 40 præsul, cui S. Cyrillus Alexandrinus suas exegeses dicavit. Nugas et somnia hæc esse aliquis opponet, fateor; sed hoc ipsum animadvertendum fuit, ut ante dixi, ne vera aut probabilia esse alius opinetur. Ex his similibusque scriptis nostro adhuc sæculo vitam Prudentii Carolus Augustinus Ansaldus in præfat. version. Italic. libror. adversus Symmach. digessit, qui, postquam asseruit primum gradum post imperatorem in exercitu habuisse, bis prætorem fuisse, addit eum anno ætatis 48 militiæ fessum, domum rediisse, anno 50 cœpisse versus componere, anno Christi 404 librum Cathemerinon evulgasse, contra Symmachum sub initia imperii Honorii et Arcadii duos edidisse libros. Fingit præterea anno 60 ætatis Romam re-

d'éclaircissements à l'histoire de la sainte larme de Vendôme, ubi ait: *Le saint poète Prudence.* Hic certe locus Mabillonii Antonium Raymondum Pasqual decepit. Possent hæc aliquo pacto sustineri eis eorum sententia qui Prudentium hunc poetam eundem fuisse volunt cum S. Prudentio præsule Turiasonensi, quam falsam esse ante monui num. 43.

(c) Bivarius in Comment. ait recte a Prudentio Cæsaraugustam et Calagurrim vocari suam ex hoc loco Dextri, Tarraconem vero, quia ejus fuit gubernator.

(d) Bivarius in Comment. hanc fictionem confirmare vult ex præfat. carminum, et corrigendum putat, *Ter legum moderamine pro Bis legum moderamine*; similiter in Dextro excuso Cæsaraugustæ legendum: *Anno 40 (nempe ætatis) petit Romam.* Scribit enim Dexter ad annum 596. *Prudentius lyricus poeta Cæsaraugustanus Romæ scribit.* Quod idem Bivarius explicat de libro P. y. homachiæ: quasi hic liber *lyrico carmine* sit compositus: nam libros contra Symmachum tuetur scriptos anno 407 post victoriam de Radagaiso Getisque relatam anno 406, Arcadio vi et Probo coss., ut exponit in Comment. ad an. 417.

(e) Commentum Pseudo-Juliani archiepiscopi, quod Prudentius episcopus Cæsaraugustanus fuerit ab anno 410 ad annum 424, fuisse refellit Nic. Antonius in Bibl. vet. Hisp. Alias ineptias leges in mss. quibusdam Vatic., cap. 4.

1225, in nonnullis autem Dittochæum sive Enchiridion in præfationis vicem præcedit. Edit.

diisse ad martyrum sepulcra venerandi, et in patriam regressum, librum Peristephanon elaborasse. Quo quid magis repugnans ipsis operibus Prudentii potest excogitari (a)? Denique Ansaldo Prudentium diem extremum obiisse Cæsaraugustæ asseverat sine ullo teste, ut cætera. Scriptori erudito, cui libri adversus Symmachum tantopere placuerunt, non debuit adeo ignotus esse Prudentius, vel aliter, quam oportuit, notus. Prudentii imaginem aliquam, diu quæsitam, invenimus in codice Urbinate bibliothecæ Vaticanæ, quæ in prima littera præfationis, *Per quinquennia*, appicta est, et a nobis eo quo exstat, modo exhibetur. Opinor eam ex antiquiori codice adumbratam, nam quædam ejus vestigia apparent in eadem prima littera vetusti codicis Vaticani; et vestis quidem utrobique rubra est, lineamenta oris in codice veteri Vaticano evanuerunt (b).

CAPUT III.

Prudentii opera.

41 59. Quos libros, et quo tempore Prudentius scripserit, enucleatius nunc explicabo, adductis ejus aliorumque verbis: quo fiet ut, cum testimonia doctorum hominum de Prudentio proferam, eos, quorum hic meminero, tantum indicem. Prudentius in præfatione suorum operum ita ea enumerat et explicat.

Atqui sine sub ultimo
Peccatrix anima stultitiam exuat,
Saltem voce Deum concelebreit, si meritis nequit.
Hymnis continet dies,
Nec nox ulla vacet, quæ Dominum canat,
Pugnet contra hæreses, catholicam discutat fidem,
Conculcet sacra gentium,
Labem, Roma, tuis inferat idolis:
Carmen martyribus devoteat, laudet apostolos.

Dies noctesque *hymnis* continuari quod ait Prudentius, librum Cathemerinon sine ulla controversia intelligit, quem LIBRUM HYMNORUM Gennadius et Theo-

(a) Quod Romam veniens sepulcra martyrum veneratus fuerit, certissimum est: at alia ratione ipsum ad hoc iter peragendum fuisse permotum ex passione Casiani colligitur:

Hic mihi, cum peterem te, rerum maxima Roma,
Spes est oborta, prosperum Christum fore.

Et in fine:

Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris,

cum reliquis versibus, quos supra descripsi num. 55. Constat etiam jam anno 57 ætatis inter sua opera recensere Prudentium librum Peristephanon: *Carmen martyribus devoteat, laudet apostolos.*

(b) Antiqui exscriptores sæpe primæ litteræ operis imaginem auctoris affingebant. Virginus Valsechi, monachus Casinensis, in dissertatione pro Joanne Gersen Benedictino, auctore libri de Imitatione Christi, erudite disserit in præfatione de hac consuetudine, et codices cum imagine auctorum in prima littera a se visos recenset plures, et in his opera S. Joannis Chrysostomi, S. Basilii, S. Hieronymi, S. Eucherii et aliorum veterum.

(c) Notæ Fabricii sunt: *Prudentius vir: deest vir in ms. Corbeiensi; Διπλοχῆρον: idem, trocleum, vitiose. Sed legendum διπλοχῆρον, ex Gifanii emendatione. Hexaemeron: Exomeron... a conditione primi hominis, idem; libellos: libros, idem; tititulavit: prætitulavit, idem; de divinatione: de diversis, vitiose, idem; ex quorum lectione, etc.: notat Fabricius,*

dulphus Aurelianensis cum multis codd. mss. appellant. Pugnare contra hæreses, catholicam discutere fidem ad Apotheosin, ad Hamartigeniam, et, ut ego quidem puto, ad Psychomachiam pertinet. Conculcere sacra gentium, labemque inferre idolis, convenit libris adversus Symmachum. Laudes martyrum et apostolorum libro Peristephanon continentur. Chamillardus, alii ne non recte hinc colligunt, alii præterea opera a Prudentio non fuisse composita: potuit enim, dum hæc vulgavit, alia præterire, potuit post hæc edita in nova incumbere: quod nunc videndum est.

60. Proferam elogium Gennadii cap. 13 de Viris illustribus ex Aldo, Giselino et codicibus mss. cum notis Auberti Miræi, Ernesti Salomonis Cypriani, et Joan. Alberti Fabricii; ita habet Gennadius. *Prudentius, vir sæcularis literaturæ eruditus, composuit Διπλοχῆρον de Veteri et Novo Testamento personis excerptis. Commentatus est et in morem Græcorum Hexaemeron de mundi fabrica, usque ad conditionem primi hominis, et prævaricationem ejus. Composuit et libellos quos Græca appellatione prætitulavit, Ἀποθῆωσις, Ψυχολομαχία, Ἀμαρτυγία, id est de Divinitate, 42 de Compugnancia animi, de Origine peccatorum. Fecit et in laudem martyrum sub aliquorum nominibus, Invitatorium ad martyrium librum unum, et Hymnorum alterum; speciali tamen conditione adversus Symmachum, idololatriam defendentem, duos laude dignissimos libros compegit: ex quorum lectione agnoscitur palatinus miles fuisse. Hactenus Gennadius (c).*

61. Au liam us nunc Honorium Augustodunensem, qui claruit anno 4120 et Gennadium ferme describit, nisi cum aliquando aberrat, lib. II, cap. 13: *Prudentius, vir sæculari literatura eruditus, composuit Dittochæum de toto Veteri Testamento personis excerptis. Commentatus est autem et in morem Græco-*

non in libris contra Symmachum, sed in præfatione libri Cathemerinon id tangere Prudentium: *Tandem militiæ gradu, etc.*; sed pro Gennadio responderi posset, illis verbis, *Ex quorum lectione non libros solum adversus Symmachum, sed omnia Prudentii opera fortasse comprehendi. Pariter quod ait Fabricius legendum Diptychon, non Dittochæum, mihi non placere alio loco dicam. Aubertus Miræus hoc fere tantum animadvertit, mss. exemplaria Prudentii merito præfationem Cathemerinon, ut totius operis proœmium, in prima ejus fronte collocare; hæc poemata Prudentium scripsisse anno 405 ex versu, Oblitum veteris, etc. Salomon Cyprianus id habet: « Exceptis: ita omnes codices mss., sed Miræus legit, excerptis. — Compugnancia animæ habent e indices; Miræus habet, animi. — Sub aliorum nominibus invitatorium ad martyrium: hæc verba omittuntur in nostris mss., et recte quidem. » Aliorum animadversionibus nihil addere me nunc opus est, nisi forte Gennadium dixisse, Hexaemeron a Prudentio in morem Græcorum fuisse conscriptum, quod eadem inscriptione eodemque argumento usi sunt Græci aliqui, ut Gregorius Nyssenus et Basilii. Aliquas glossas in Gennadium ex mss. Vatic. dabo cap. seq. Lectiones variantes sunt ex Vat. A., et Rat. de toto veteri; ex Rat. de compugnancia animæ; ex eodem, invitatorium ad martyrium; in vulgatis est sæculari literatura... sub aliorum nominibus... speciali tamen intentione adversum. Ex Giselino sumpsit, duos laude dignissimos libros compegit.*

in *Hexameron de mundi fabrica*. Composuit et libellos, quos Græce prætitulavit Ἀποθώσις, Ψυχολογία, Ἀμαρτυρία, id est de Divinitate, de Compugnantiâ animi, de Origine peccatorum. Fecit et in laudem martyrum librum unum, et alterum adversus Symmachum.

62. Longior est Trithemius, qui multos codices inspexerat, et sæpe ex uno opere plura fecit, et in diversos titulos distinxit. Sic enim ait cap. 90: *Aurelius Clemens Prudentius, poeta Christianus, vir in secularibus litteris eruditus, et in divinis Scripturis satis peritus, metro excellens et prosa per quinquaginta septem annos mundi amoribus retentus, multa poetarum opuscula legit et exposuit, ac de sua vena multa profunda poemata scripsit. Tandem vero in senectute, repulsa mundi vanitate, ad sacras Scripturas se contulit, et carmine ac prosa multa utriusque Testamenti obtrusa exposuit. Scripsit autem multa præclara opuscula. De quibus mensura metri facta reperi subjecta (a). Epistolas etiam scripsit non paucas. Alia quoque nonnulla edidit quæ ad manus nostras non venerunt. Clauit sub Gratiano imperatore. Anno Domini 380 (b).*

63. Ex Fabricii notationibus obvium est cuius agnosceret, quam liberalis fuerit Trithemius in Prudentii poematis multiplicandis. Pauca nos addere juvat. Quod Fabricius ait, a se non repertum librum de Resurrectione carnis, *Posco meum in Christo*, mendum in Trithemio non animadvertit: est enim legendum: *Nosco meum in Christo*, qui versus est 1131 edit. Weitz., et 1063 nostræ edit. in fine Apotheoseos, ubi præfigitur titulus, *De resurrectione carnis humanæ*. Trithemius tradit Prudentium multa poetarum opuscula legisse, ac de sua vena multa profunda poemata scripsisse, antequam ad sacras Scripturas se contulisset, præterea non solum carmine, sed etiam prosa multa utriusque Testamenti obtrusa exposuisse, epistolas quoque non paucas

A scripsisse; ac fortasse Trithemius idoneum testem aliquem habuit. Nobis quidem idoneus testis non est Trithemius (c). An Trithemius, ut ex uno Prudentii opere 44 plura fecit opuscula, ita contra ex pluribus Prudentii unum compegit? Libros sex in Hexameron conjicere possumus esse illud ipsum opus quod laudat Gennadius. Tandem animadvertam Prudentium potius dicendum claruisse anno circiter 400 quam 380, quod antea notaverat Bailius in Diction. crit., reprehendens tam eos, qui anno 380 quam eos qui anno 430 claruisse affirmarunt: quod postremum legitur in Bibliotheca Hispanica, quæ Andreæ Schotto tribuitur (d).

64. Præter illa omnia Prudentii opuscula, quæ exstant, et librum in Hexameron, de quo nuper dixi, duo alii libri de S. Trinitate a Trithemio memorantur, quod Philippus Bergomensis Chronici lib. 12 sub anno Christi 400 confirmat: *Duos insuper de Trinitate scripsit libros, quorum unus erit præfatio et Apotheoseos, quæ inscribi solet: Versus de S. Trinitate; alter fortasse est aliqua particula librorum quos habemus. Nicolaus Antonius putat periisse Invitatorium librum ad martyrium; sed, ut dixi num. 60, ea verba non videntur certo esse Gennadii, et quamvis sint, non liquet an voluerit eum librum a libro Peristephanon distinguere: nimirum quia in hoc libro hortationes ad martyrium sub aliorum nominibus continentur. Non enim ulla causa fuisse videtur, cur Prudentius sua ætate sive aliorum, sive suo nomine Christianos ad martyrium invitaret. In Bibliotheca bibliothecarum mss. cod. Montfauconii ex bibl. Casinensi laudatur codex 227 inscriptus: *Carmena D. Prosperi, etc. Prudentii liber de Columbis. Faceti poetæ carmina, etc.* An legendum erit liber *de Coronis*? Non valde dissentit, qui eju modi errores in eo Montfauconii opere passim occurrentes animadvertit. Sed cum Dittochæum in pluribus*

(a) Hæc ille recenset: contra Symmachum idololatram lib. 11: *Paulus præco Dei, etc. De Compugnantiâ (a) lib. 1: Senex fidelis, etc. De Divinitate lib. 1: Est tria summa Deus (b). Contra Patripassianos (c) lib. 1: Plurima sunt, etc. Contra Sabellianos (sic) (d) lib. 1: Cede prophator. Contra Judæos (e) lib. 1: Hæc si Judæos, etc. Contra Homuncionitas lib. 1: Sunt qui Judaico, etc. Contra Phantasmaticos lib. 1: Est operæ pretium, etc. De Origine peccatorum (f) lib. 1, in Hexameron lib. vi, de Sancta Trinitate lib. 11, Hymnorum diversorum lib. 11: *Ales diei nuntius (g). Laudes S. Vincenii lib. 1: Beate martyr, prospera. Laudes S. Laurentii lib. 1: Antiqua sanorum parens. Laudes Romani contra gentiles lib. 1: Romane Christi sortis, etc. Historiarum (h) lib. 1: Eva columba facta. De animæ Natura lib. 1: Occurrit dubitans (i). De Resurrectione carnis lib. 1: Posco meum in Christo (k). De Martyribus lib. 1: Scripta sunt cælo (l). De Statu animæ (m) lib. 1: Errat quisque animas. Amartigen. lib. 1: Fratres epheli fossor (n). De Spe veniæ orationem, sive lib. 1: O Decunctiparens (o). Contra Marcionitas lib. 1: Quò te præcipitat rabies (p). Peristephanon lib. 1: Pius, fidelis, innocens (q).**

(b) Trithemio Fabricius notas has adiecit: (a) Psychomachia. (b) Præfatio in Apotheosis. (c) Apotheosis. (d) In Sabellianos. In editis inscribitur, Con-

tra Unionitas, vers. 174 Apoth. (e) Apotheoseos vers. 321. (f) Non videtur diversus ab Hamartigenia, quam iterum infra commemorat. (g) Initium libri Cathemerinon. (h) Euchiridion utriusque Testamenti. (i) Apotheoseos vers. 783. (k) Hoc in editis non reperio. (l) Initium hymni 1 Peristephanon. (m) De integritate visionis animæ in editis inscribitur, vers. 867. Hamartigen. (n) Præfatio; Hamartigen. (o) Vers. 931, Hamartigen. (p) Hamartigen. vers. 1. (q) Initium in editis hoc est, *Immolat Deo Patri, Pius, fidelis, innocens, pudicus.*

(c) Vide comment. ad versum 26 hymni ante citatum:

Sperne, camæna, leves hederas,
Cingere tempora queis solita es.

(d) Prosper Marchand in suo Diction. artic. *Peregrinus*, persuadere conatur Andream Schotium non esse auctorem Bibliothecæ Hispanæ sub nomine A. S. *Peregrinus*. Ejus rationes expendam, si quando edere continget *Bibliothecam veterem, et novam Hispanam Nic. Antonii, uno et constanti ordine digestam, auctam, continuatam, correctam*; quam jampridem Raymondus Diosdado, Joannes Arevalo, et ego ipse, collatis symbolis apparatus: magnæ molis opus, nec sine magno aliquo Mæcenate, vel dicam, Augusto, perficiendum.

codd. Vatic. inscriptum sit *de Columba*, uti cap. 4 docebo, manifestum est, aliquem Dittochæum cujus est primus versus, *Eva columba fuit*, libram *de Columbibus* inscribendum censuisse, ut erant librarii veteres plerumque ignari æque ac audaces. Ab eodem Montfauconio citatur ex biblioth. San Germanensi codex 540 hoc titulo: *Prudentii versus contra Symmachum... Alia opuscula metrica ejusdem de Oceano. De S. Hippolyto martyre*. Quis ausit divinare quod qualeve sit opusculum illud *de Oceano*? An liceat conjicere mendum esse pro *Cassiano*?

45 65. Fidentius pronuntiabo de alio codice indicato apud Montfauconium ex biblioth., seu mss. codd. S. Martini de Sees, num. 13: *Tractatus super ædificium Prudentii*. *Cette pièce (ait en loco nescio quis) est peu de chose: l'on demande si c'est Prudence le poète, ou l'évêque de Troyes, qui ont fait un ouvrage intitulé: Ædificium, sur lequel cet anonyme a fait une explication allégorique de la description de la Maison de Dieu, qui est en l'Apocalypse*. Facilis, expeditaque est responsio. Prudentius noster, poeta Christianus, in sine Psychomachix ædificium domus Dei ex Apocalypsi descripsit vers. 823 et seqq.

Hæc ubi dicta dedit, gradibus Regina superbis
Desiluit, tantique operis Concordia consors
Metatura novum jacto fundamine templum.

Ubi hæc inscriptio præponitur, *Ædificium Fidei et Concordiæ*. Hoc ergo est *Ædificium Prudentii*, de quo anonymus ille tractatum composuit (a).

66. Sequitur, ut de Dittochæo ejusque auctore loquar. Titulus operis in Gennadio et Honorio Augustodunensi est *Dittochæum*, quasi *duplex cibus*. Consentiant plerique codices cap. 4, sed ex errore librarium *Dirochæum*, aut *Di-rochæum* interdum appellatur (b). Primus Gifanius mendum inesse judicavit, et *Diptychon* legendum esse asseruit, quem plerique libenter secuti sunt. Nequaquam dubito quin in verbis Græcis ex ignorantia exscriptorum plerumque ejus generis errata in codicibus irrepserint. At vero, præterquam quod vox *Diptychum* valde usitata est cum vetustissimi codices, cap. 4 recensendi, *Dittochæum* inscribant, et explicent *refecti-nem duplicem*, et cum absona minime sit inscriptio *Dittochæum*, hoc loco correctio non est admodum necessaria; et si correctio aliqua est adhibenda, cur sine alio examine affirmabimus legendum esse *Diptychon*? Non inficior

(a) Illud tamen admonebo, in hac *Bibliotheca Montfauconii* omnia opera tum Aurelii Clementis Prudentii, tum Prudentii Galindo episcopi Trecentis in indice sub uno Prudentii nomine referri, quasi unus idemque fuisset Prudentius. Non prætermittam, paucos quosdam Prudentii versus ex Psychomachia libricubi indicari tanquam aliquod ejus opus a cæteris diversum et inscriptum: *Monomachia Davidis cum Goliath*; de quo plura ad eum locum Psychomachix, ubi ea pugna describitur.

(b) In quodam codice, num. 80, cap. 4 dicitur *Diptychon*, sed, ut conjicio, recenti nota, post conjecturam Gifanii: quod de simili inscriptione cod. Vat. Alexand. 1702, quem infra recensebo, possum testari.

(c) Quod ostendit ex phrasi ipsa, multis inter se

id nomen opèri congruere aliquatenus posse, cum diptychum sint tabellæ duplices, seu bis plicatæ, de quibus videri possunt, qui de *diptychis* sacris et profanis libros ediderunt. Non enim recte interpretatur Riscus; *dittochæum* idem fere esse ac *diptychum*, nempe librum duplicatum. Aliam inscriptionem, qua multo magis mihi placet, excogitavit Rosweyodus in notis ad Paulinum, carm. 50, pag. 869. Ante Paulinum, inquit, etiam Prudentius ita locutus est. Nam in *Diteucho* suo (ita legendum doceo ad Prudentium pro *Dittochæo*, etc.) *Diteuchon* vult Rosweyodus, quasi duplicem librum, ut *Pentateuchon* est liber quintuplex: comprehendit enim Prudentius in eo opere summam Veteris Novique Testamenti. Facilius etiam ex *diteucho* quam ex *diptycho* librarii fecerint *dittochæum*, et *dirochæum*, aut *dirocheum*. Nihilominus teneo veterem inscriptionem, et suspicor Prudentium ea tetrasticha composuisse, ut imaginibus historias Veteris et Novi Testamenti in ecclesiis representantibus apponerentur: qualia multa carmina fecit Paulinus Nolanus, et Walafridus Strabus, cujus sunt *Picturæ historiarum Testamenti Novi pro ecclesia versibus hexametris vel uno vel duobus*, in manuali biblico Francofurti 1610 a Goldasto edito, pag. 85, necnon Rusticus Helpidius V. C. ex illustris, et exæstor, cujus sunt *Picturæ historiarum Veteris et Novi Testamenti*, ibid., pag. 17 versibus hexametris ternis pro qualibet historia. Confer Paulini epist. 12 ad Severum, et natal. 9 ad Nicetam. Ut alia nunc omittam de diversis hujus opusculi inscriptionibus, ejus auctorem Prudentium esse habendum argumentis certissimis confirmatur. Opus ipsum a Gennadio inter Prudentii libros enumeratur; plerique codices Prudentio ascribunt. Cur ergo illi abjudicabitur? Diversitatem styli nonnemo objicit, et quod aliquis codex nomen *Amæni* præferat, Barthius lib. VIII Adversar., cap. 11 et 12, probandum suscipit, non aliam quam divinum hunc Pindarum Prudentium *Dittochæum* scripsisse (c).

67. Sed quanquam assentior Barthio affirmanti veluti rem novam, nimirum *Amænum*, quem vocant antiquarii, esse Prudentium ipsissimum illum poetam, quo nemo divinius de Christianis rebus unquam scripsit, tamen carmina Dittochæi esse locos quosdam, tractationis uberioris gratia; velut præfiguratos et prælineatos, non omnino assentior: etenim

locis collatis, ac conclusit: *Hæc ut inciderunt, juxta conscribere: non autem dubito singulas omnesque et locutiones, et historias in hoc libello traditas, per opus Prudentii sparsas iisdem modis conceptas reperiturum, qui inquirere voluerit... Videtur autem hic libellus eo fine a Prudentio scriptus, ut insignioribus Scripturæ locis in breves titulos et capitula versu redactis pro re incidente deinceps uti posset, et titulus Amænorum fortasse manavit... non aliter quam FLORIDA Apulci Vestii (al. Vetti) Valentis, et nonnullorum aliorum velut loci quidam inscribuntur, quamvis hi excepti ex majoribus operibus, illi tractationis uberioris gratia velut præfigurati, et prælineati. In poesi Romana tales loci exstant aliquot apud Claudianum peritum, Sirenum, etc.*

omnia illa epigrammata quatuor versibus concluduntur quasi data opera, neque ullus ex eis versus in toto reliquo opere Prudentii integer apparet, cum de rebus iisdem sæpe sermonem habeat. Similius igitur vero est Prudentium aut ea tetrasticha ad explicationem picturarum in templis ordinasse, ut modo dicebam, aut insigniores Scripturæ locos in breves titulos et capita redeigisse, ut opus a cæteris diversum conficeret, in quo sui ubique similis iisdem sæpe phrasibus utitur, quod in commentariis planius perspicitur (a).

68. Quod si velis, Dittocheum ab aliquo primum *Amœniora*, seu *Amœna* Prudentii fuisse inscriptum, ex quo alius fecerit *Amœnus Prudentius*, alius *Amœnus* simpliciter nominaverit, non absurde quidem arbitraberis. Fuisse autem alterum poetam Hispanum *Amœnum* dictum, a Prudentio nostro diversum, qui Dittocheum elucubratus fuerit, temere conjecit Philippus Brietius, lib. iv de Poetis. Michael a S. Josepho, Bibliograph. crit., verbo *Amœnus* ait Amœnum fuisse quemdam poetam Græcum, sed opus sub hujus nomine inter portas Christianos editum, esse Prudentii. Melchior Goldastus in præfatione Manual. biblic. gloriatur, se primum Prudentium Amœnum quatuor aliis Prudentiis addidisse, quem Hispanum esse, et ferme supparem Prudentio Turiasonensi præsul. et Aurelio Clementi existimat; atque hoc pacto utrumque nomen Prudentii et Amœni conjunxit, neque dubitavit asserere Gennadium, homonymia scriptorum inter se æqualium deceptum, scripta eorum non potuisse discernere. Emmanuel Riscus non admodum dissentit a Dupinio, qui putat Dittocheum esse epitomen quamdam operis Prudentiani, a Gennadio laudati, ab Amœno confectam (b).

69. Quo autem anno cœperit Prudentius scribere, non liquet, quamvis plerique asseruerint eum anno ætatis 57 ad carmina sacra pangenda animum applicuisse: nam ex præfatione, unde argumentum petunt, solum licet inferre eum anno 57 ætatis sua opuscula edidisse, quorum aut pleraque aut omnia, ut simile vero est, ante diversis temporibus composuerat. Profecto vix dubium est quin duos contra Symmachum libros ante annum Christi 404 conscripserit. Theodosius legem vulgavit, qua sacrificia idolorum prohibuit anno 392: *Nullus omnino, ex*

A quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, siue potens sorte nascendi, seu humilis genere, condicione, fortuna: in nullo penitus loco, in nulla urbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam caedat: vel secretiore piaculo, larem ignem ero genium (leg. larem igne, mero genium), penates nidore veneratus, accendat lumina, inponat tura, sarta suspendat, etc. Vide lib. xvi cod. Theod., tit. 10, leg. 12, et confer ibid. leg. 11, qua per Ægyptum sacrificia, aditusque templorum interdiciuntur, Tatiano et Symmacho coss., anno 391. Secutus sum codicis orthographiam (c).

70. Ad has leges Theodosii potius quam ad exilium Symmachi, quod opinatur Riscus, respexisse judico Prudentium lib. i adversus Symmachum, B vers. 507.

Talibus edictis Urbs informata refugit
Errores veteres, et turbida ab ore vieto
Nubila discussit; jam nobilitate parata
Æternas tentare vias, Christumque vocantem
Maganimo ductore sequi, et spem vitæ in ævum.

Symmachum reducem pro ara Victoriæ recuperanda novum aliquem conatum adhibuisse multis persuadere vult Riscus. Ego neque id necesse esse, neque ullo argumento ostendi posse existimo. Etsi enim assentiri nolis Nic. Antonio, affirmanti Prudentium post annum 403 carminis sui novum argumentum sumere voluisse ex relatione Symmachi *styli exercendi gratia*, tamen poteris tenere Prudentium *non tantum styli exercendi gratia*, sed etiam ut idolorum cultum funditus everteret, Symmachi relationem impugnasse. Sæpe enim fit ut opus aliquod a pluribus modo citius, modo serius, refellatur; 49 et Symmachi relatio, hominis tunc eloquentissimi, a multis, ut probabilissimum est, expetita et lecta, studia quorundam ad fidem catholicam amplectendam tardare poterat, nisi plenius quam fecerat Ambrosius, refutaretur. Itaque Prudentius, ut ego conjicio, anno circiter 403 Romam adveniens, et Symmachi relationem aut tunc primum videns (non enim tunc volumina eadem facilitate qua nunc divulgabantur) aut observans in deliciis gentilium eam esse, et immodicis laudibus evehi, impugnationem aggressus est. Cl. Emmanuel Riscus aliquem novum conatum Symmachi adfuisse inde colligit, quod cum Symmachus

D Juvenalis *Ethicus*.

(b) Titulos diversos ejus opusculi invenies cap. 4, in cold. mss. Mariettus ex codice Vat. id ex-cribit: *Fecit enim multos libros, unum, quem prætitularis Diocæneum, id est duplicem refectorem vocans de Veteri et Novo Testamento, et alios, quos præ manibus habemus, si perscrutari placet. Confer nostros commentarios in titulum hujus operis.*

(c) Quoniam Theodosiani codicis mentio incidit, non differam monere, paulo ante num. 50, cum ex eo duo essent præsides Baticæ recensendi, omissum fuisse alterum. Legendum ergo: *Præsides Baticæ erant, incertus anno 524, ad quem data lex 1 de distr. Pign., Egnatius Faustinus, ad quem data anno 337 lex 2 de distr. Pign.*

(a) Idem Barthius, lib. vi, cap. 1, nomen *Amœni* vade traxerit originem explicat: *Sic luculentissimus Christi rates Prudentius a priscis descriptoribus Amœnus cognominatus est, quia omnium Christianorum poetarum amœnitate et varietate lyricorum carminum longe sit princeps. Nam qui brevitarium illud, quod Amœni titulo inscribitur, Prudentio adjudicant, ii homines nullo modo bene judicio utuntur. Exempla aliorum profert, qui descriptorum liberalitate cognomina acceperunt, Plautus *Asinius*, Ovidius *Geta*, Statius *Aquilinus*, Ausonius *Pæonius*, Propertius *Nauta*, Cælius *Apitius*, Martialis *Cocus*, Petronius *Arbiter*, Persius *Severus*, Sallustius *Liberalis*, Ovidius *Magnus*, Claudianus *Magnus*, Sidonius *Modestus*, Theodosius *Exiguus*, Abbo *Cernuus*, Radulfus *Ardus*, Saxo *Grammaticus*, Sulpitius *Rhetor*, Prosper *Rhetor*.*

dicat se iterum senatus esse legatum, Prudentius A respondit vers. 610, lib. 1 :

Aspice, quam pleno subsellia nostra senatu
Decernant, infame Jovis pulvinar, et omne
Idolium longe purgata ex Urbe fugandum (a).

71. At vero ex his versibus non recte probatur Symmachum denuo tentasse aram Victoriæ excitare aut petere. Prudentius enim, Symmachum in fine libri primi alloquens, exemplum aliorum senatorum exponit, ut eum ad bonam frugem reducat. Similiter quod addit Prudentius vers. 624 :

Ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
Contulit, auratumque togæ donavit amictum,
Cujus religio tibi displicet, o pereuntium
Assertor divum.

Id, inquam, probat quidem Symmachum in eadem B sententia post suum consulatum perstitisse, non vero quod rursus conatus fuerit ab imperatore aram Victoriæ obtinere. Narrat Sigebertus Gemblacensis, qui sæculo XII floruit, cum Radagaisus Scythia in Italiam irruisset anno 407, Symmachum eas calamitates fidei Christianæ imputasse, contra quas blasphemias S. Augustinus libros de Civitate Dei, Orosius historiam, et Prudentius libros adversus Symmachum 50 scripserunt; quod postremum cum ratione temporum, et versibus Prudentii de bello Pollentino minime cohæret (b).

72. Alia ratio ad nostram sententiam confirmandam sumitur ex carminibus quibus invehitur in ludum gladiatorium, quem ab Honorio prohiberi postulat vers. 1113 et seqq.

Quod genus ut sceleris jam nesciat aurea Roma,
Te precor, Ausonii dux augustissime regni,
Et tam triste sacrum jubeas, ut cætera, tolli.
Perspice, nonne vacat meriti locus iste paterni ?

(a) Sapienter monet Riscus, corrigendum esse Joan. Albertum Fabricium in Bibl. vet. Lat., qui non paucos fuisse in senatu, qui cum Symmacho facerent, arguit ex versibus Prudentii ita truncatis :

Aspice, quam pleno subsellia nostra senatu
Decernant infame Jovis pulvinar.

Quem errorem in Biblioth. Hispan. non animadvertit Rodriguezius de Castro, quamvis post Riscum scripserit, et totum Fabricii locum Hispanice reddiderit.

(b) Sigebertum tempora (quod attinet ad Prudentium) confundere Riscus observat, qui proinde affirmat Symmachum, *nulla nova occasione oblata*, paulo post bellum Pollentinum, et ante annum 404 veteres querelas renovasse. Sed cum Prudentius iisdem omnino argumentis repondeat, quæ in Symmachi relatione leguntur, non audeo asserere renovatas esse querelas, præsertim, *nulla nova oblata causa*. Ait Prudentius lib. II, vers. 635 :

Et sunt qui nobis bella exprobrare sinistra
Non dubitent...
Qui nihil præteritam cladem veteresque dolores
Inculcant iterum, videant, me tempore vestro
Jam nil tale pati.

Quod totum spectat ad relationem Symmachi everteendam, quæ ex idolorum cultu orbem redactum in leges Romanas, Hannibalem a mœnibus, a Capitolio Senonas depulsos asseritur. Itaque Prudentius tempora vetera sub Hannibale, et Senonibus cum præsentibus conferens, ita proseguitur :

cum cæteris pulcherrimis versibus, quibus liber II adversus Symmachum concluditur. Prohibitus revera est ludus gladiatorum anno 404, aut postea, occasione accepta ex morte Telemachi monachi, qui spectaculum illud crudele palam reprehendens, a spectatoribus lapidibus est obrutus. *Qua re cognita*, ait Theodoretus lib. V Hist., cap. 26, *imperator admirabilis Telemachum in martyrum invictorum numerum ascripsit, crudele autem illud spectaculi genus penitus sustulit*. Gothofredus, in Comment. ad leg. 1 col. Theod., lib. XV, tit. 12 de Gladiatoribus, ex hoc Theodoreti loco et ex versibus Prudentii plures Baronii aliorumque errores emendat. Non video quo jure Riscus neget de cæde Telemachi sub Honorio constare, ac propterea prohibitionem ludi gladiatorii carmini Prudentii, de quo constat, esse ascribendam : siquidem Theodoreti narratio perspicua est, auctori- tasque gravis : neque aliunde ostenditur ab Honorio 51 sceleratum illud spectaculum fuisse vetitum nisi ex Theodoreto, et qui illum secuti sunt. Credam etiam libenter, ex Prudentii hortatione imperatorem permotum pariter fuisse, quanquam id minus clare patet (c).

73. De opusculis Prudentii quæ exstant quæque perierunt, abunde diximus : nam varias utriusque inscriptiones partim inter codices mss. notabimus, partim inter editiones referendas, partim in commentariis. Nunc poemata nulla describam, quæ aut dubia videntur esse Prudentii opera, aut supposita. Barthius lib. I Advers., cap. 3, producit iambum C in Spiritus sancti missionem, quem Prudentio aut Paulino adjudicandum censet, ex veteribus membranis, in quibus erant Lactantii carmina de passione

Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam...
Depulit hos nimbos equitum non pervigil anser.

Et quæ sequuntur ad victoriam in bello Pollentino reportatam pertinentia. Ex quo liquido apparet Prudentium post bellum Pollentinum scripsisse, non autem multo post, quia cum Honorius Romam redierit, ineunte anno 404, nondum reversum, cum scribebat Prudentius, illi versus clare arguunt, vers. 725 et seqq. lib. II :

Quo te suscipiam gremio, fortissime princeps,
Quos spargam flores ?

(c) Baronius mortem Martyrio Telemachi similem enarrat ad annum 395 ex Martyrologio Romano, die 1 Januarii : *Romæ S. Almachii martyris, qui, jubente Alypio Urbis præfecto, cum diceret : Hodie octava dominici diei sunt, cessate a superstitionibus idolorum, et a sacrificiis pollutis, a gladiatoribus occisus est*. Hunc Almachium esse ipsum Telemachum Theodoretii, remque accidisse sub Theodosio, non sub Honorio, contendit Baronius. Mihi hac in re neque Baronius, neque Bollandus faciunt satis, magisque credam Almachii martyrium ad Domitiani tempora esse referendum, quam Theodoretum in Telemacho, ejusque tempore errasse. Alypium in Catalogo præfectorum Urbis, quem Corsinius edidit, non invenio. Almachium sub Domitiano martyrii palmam assecutum plures tradunt, ut videri potest apud Bollandum tom. I, Januar. ad diem 1. De aliis, quæ ad aram Victoriæ eversam pertinent, fusius dicam in prolegomenis tom. II.

Domini, Venantii Fortunati elegiæ non pauca, Paulini et Ausonii cantica hexametro scripta, inter quæ postrema invenitur hic iambus :

DE MISSIONE SPIRITUS SANCTI.

Completa quinque festa cum decies dies
Novante ferrent orbita,
Promissione proximante Spiritus,
Qui veritatem traderet.
Pollicitus ipse Christus ut suis erat,
Priusquam abiret ad Patrem,
Amaverat quos suum adusque terminum
A principante exordio.

Duodecim cum congregati apostoli
Orationes dicereant,
Ut exiituri mundum in omnem echrismate
Prius ungerentur cœlico,

52 Repente motos cardines vibrans domus
Tremefacta nutabat procal.

Quadrangulares ventus impellens cubos,
Molem movebat arduam,
A fronte sephyrus (sic), curus a tergo volat,
Alasque discordes quatit,
Latere ex utroque notus, et aquilo corruunt,
Pugnantque tecta frangere.
Aer tumultu dissidente fluctuat,
Fremuntque pulsæ parietes.

Unum revulsa diceres fundamina
Ruitura momentum solo.

Hæc inter lecti mente percussa sedent,
Ut fulminati antistites.

Nec mora solutis concinunt linguis Deum,
Peregrina docti carmina.

Judæa turba nesciens nisi sono
Movere Hebræo pectinem,

Graio, Latino, Parthico, Babylonico,
Ægyptio, atque Persico,

Quo mille linguis congruenter incinens,
Dei sonat magnalia.

Dei repleta spiritu Deum sonat,
Promissa quæ servans patrum,

Misit per alvum Virginis puerperæ
Natum sibi ante sæcula.

In tempore ante tempus ut genitus foret
Cubctis saluti gentibus.

Jam devotulus hora cum mellis venit,
Salutifer Paraclætus

Descendit in nos, ut novæ testes novi
Vitæ saramur gentibus.

Hæc illa Patrum vota complevit dies,
Tot præstolata sæculis.

Hæc spe piorum primæus Abraham pater
Instruxit Isaac suum.

Hæc Israel duodecim per stemmata
Benedicta traxit germina

Regum omnis illa cum profetis (sic) gloria
Cæterva vivit perpetim.

53 Hæc nuntiavit patribus nostris patres,
Hanc nos nepotibus damus,

Ad quos bestii jamque venerunt dies,
Ut simus horum interpretes.

Nos ante mundi conditi primordia
Præfixa vidimus Deo.

Nos illa testes, quæ videmus, dicimus,
Ut populus omnis audiat.

Hæc tuba profecta de Sion, magnalibus
Orbem replevit Messie;

Qua sol relicto vespere auroram refert,
Et mane mutat vespere.

Hic audietur regna per mundi sonus,
Christumque discent cardines.

Septentrione nil sub algido latet,
Nil auster humanum premit,

(a) Ita enim lib. viii Advers. cap. 12, disserit : *DIRÆ BAYLONIS AD ANNES. Paulinus in psalmo cxxvi iisdem verbis usus est; nisi et illud tamen carmen PRUDENTIANUM, ut multa esse aliis titulis hodie inscripta suspicamus. Cum enim omnium Christianorum postarum propter eruditionem et materiam hic fuerit facile princeps, coactibus ipsius quisque alleit plurima aliorum, unde mixtio tandem facta et confusio auctorum. Cæterum inter opera certa S. Paulini exstat carmen ad Cytherium de naufragio Martiniani, quod huic iambo de*

Quod non ad hujus classicum vocis frequens

Adoret in monte Israel.

Adsum relictis sæcula idolis nova,

Fugiantque victi dæmoniæ.

Excisa signo est regia inferni crucis,

Vexilla quod Christi lertunt.

Deo rebelles nocte sub Stygia latent

Non liberandi exercitus.

Victor trojæa Christus intulit polo

Ad dexteram Dei Patris.

Hæc eloquentis flammæ lingue super

Pendere vise cæditus,

Ut quomone Christi Spiritus repleverat.

Ardebat hoc animam modo.

Mysteriorum turba Judæa iuscens,

Hic profanis gestibus,

Et exteriorum iusta visitans cohors

Iherusalem intra mensa,

Ut hos loquentes quisque vocibus suis

Suo audit idioma.

Percussus animam, ratio cui nihil valet,

Miraculum eludit ioco.

At Petrus acer multilingui carmine

Solutus ora prædicat.

54 Deum parentem, filium, atque Spiritum

Ab usque mundi exordia,

Cum mille gentes ore adessent dissono,

Inerudit i milia,

Suo audire quisque d' centem sono,

Et credere plurimi.

Hæc prima lux est congregatæ ecclesiæ,

Hinc orsa, in æternum mæuet.

Idem ille linguis qui volans flammantibus

Apparuit testes super,

Servavit illam, donec extremo tuba

Sonitu exirabit mortuos.

Translata tum migrabit in sinum Abrahæ,

Visura Christum perpetim.

74. Hoc hymno exscripto, *Velim*, inquit Barthius, *lectione Prudentii, et Paulini exercitatus, et recens aliquis judicet, an possit aliquid eorum scriptis esse similitus.* Si Barthio cogar respondere, aperte dicam, cum Prudentium et Paulinum valde esse inter se dissimiles, tum hunc iambum ad Paulini proprium quam ad Prudentii stylum accedere. Nam Paulinum quoque hymnos scripsisse indicat ipse epist. 45 ad Alipium : *Et hoc scribas mihi, quem hymnum meum cognoveris.* Gennadius Paulinum refert fecisse *Sacramentarium et Hymnarium*. Ubi aliqui male interpretantur unum tantum hymnum, cum *HYMNARIUM* (ut *Sacramentarium*) liber sit ecclesiasticus, pluresque hymnos comprehendat. Nihilominus Barthius multa etiam, quæ Paulini nomine inscripta sunt, Prudentiana esse suspicatur (a). In iambo præmisso coniecit legendum, vers. 7, *vite vel summum pro finem*. In officio Gothico Isidoriano, seu Mozarabico hymnus S. Vincentii recitatur ex hymno in ejus honorem a Prudentio **D** composito, et octo aliis strophis initio additis, quas Prudentii videri esse Joseph Blanchinius in notis ad codicem Veronensem officii Isidoriani iactavit, ignarus certe, quam diversæ illæ essent strophæ a stylo Prudentiano, **55** quamque erroribus metricis referat (b). De *Floribus psalmsorum*, quod est Prudentii

missione Spiritus sancti adeo est simile, ut ovo ovum non sit similitus.

(b) *Eccillas* :

Adest miranda passio

Levitæ sancti martyris,

Cui clara virtute flagraus

Corona Vincenti datur.

Beatus ille spiritus,

Quem post triumphum prælii,

Post vincula dira carceris,

Cælestis aula suscepit.

Trecensis opus, sed a nonneme Clementi Prudentio affligitur, dicam cap. 4 in codice Vatic. Alex. ind. 334. Qualis sit hymnus in B. Virginem Mariam, Prudentio nostro ascriptus in catalogo bibliothecæ Parisinæ, certe non novi; sed opinor, alterius Prudentii esse opus. Vide num. 98. Carmen de Fide in eodem catalogo laudatum a Psychomachia non distinguo. Confer num. eundem 98. Joan. Chr. Ritterus, in dissertatione de Aqua ex Christi latere profuente, part. 2 Thesauri theologico-philologici, Amstelodami, 1702, Aurelius Prudentius, ait, non vilis in Ecclesia existimationis, vulnus huius (lateris Christi) magnitudinem hoc modo exprimit:

Si cor habes maculatum,
Inspice vulnus tam latum:
Cordis ejus illuc fluit
Uuda, quæ sordes abluit.

Non explicat unde hos versus extraxerit: sed Prudentii stylum parum callet, qui eos Prudentii esse crederit. Neque apud Prudentium invenio versum, quem illi attribuit Barthius lib. xli Advers., cap. 27:

Jam mihi per rupes videor lucosque sonantes.

Fortasse pro alio poeta nomen Prudentii Barthio excidit.

CAPUT IV.

Codices mss. operum Prudentii.

56 75. Qui codices mss. Prudentii, et ubinam lateant, notas etiam et interpretationes mss. in eodem ex diversis catalogis aliisque documentis hoc capite complectar, molesto quidem, sed non inutili labore, ex quo scilicet possit divinus poeta magis magisque illustrari. Fabricius in Biblioth. vet. lat. laudat Prudentii codicem perantiquum in bibliotheca Ambrosiana Mediolani existentem, quo nullum remotioris antiquitatis se vidisse testatur Montfauconius Diar. Italic., pag. 48, quique ad sæculum vii aut viii refertur. Vide num. 80 circa hunc codicem. Holstenius in epistola de fuleris seu veribus Dianæ Ephesiæ obscurum Minucii Felicis locum explicat, veramque lectionem restituit ex alio simili Prudentii loco in codice præstantissimo Urbinatis bibliothecæ, ad Vaticanam translato, cujus meminit quoque Fabricius, de quo nos postea dicemus. Edmundus Martene in Itinere litterario duorum Maurinorum sine nomine auctoris Gallice edito part. 2, pag. 138, inter codices cœnobii Monasteriensis (*Munster*) recenset poemata Prudentii sæculo x exarata. Joannes Aloy-

sius Mingarellius præfat. Fasciculi anecdotorum describit codicem carminum S. Paulini, exstantem in bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, a Lippo Platesio sæculo, ut opinatur, xiv exaratum, ubi post tredecim Paulini carmina occurrunt hæc Prudentii opera: *Apotheosis, id est, de Divinitate, Prudentii poetæ clarissimi. Ejusdem Prudentii carmen vel liber contra Hæreticos Patripassianos... Liber contra Unionitas... Carmina vel liber contra Judæos... Carmen vel liber adversus Hæreticos et infideles Homuncionitas... Liber de Natura animæ... Liber contra Phantasticos... Marcigenia... Liber contra Marcionitas... Liber dicitur Psychomachia.* Hujus codicis varias lectiones mecum communicavit amicus noster Rochus Mencia, qui universam historiam ecclesiasticam una cum aliis amicis nostris diligenter aggressus est illustrare. Codex Bononiensis solum continet Apotheosin, Hamartigeniam, Psychomachiam: mendosus est et fortasse ex Platesii arbitrio corruptus.

76. Nicolaus Antonius in Biblioth. vet. Hisp. de quodam codice Vaticano hæc tradidit: *In Vaticana bibliotheca codex antiquæ satis notæ, cui affixus est num. 5821, Prudentii omnia opera continens. In cujus primo folio notam legimus recentioris manus: Joannes Antonius Mariettus 57 soc. Jesu presbyter hunc librum, cum Pragæ degerem, accepi dono a Christophoro Colero viro doctissimo: cumque illum cum aliquot mss. variis locis diligentissime contulerim, et nominatim cum celeberrimo vetustissimo illo, quod Ratisbonæ in S. Emerami (Emeriani scribit Nic. Antonius) bibliotheca asservatur; et optimæ notæ, et ante multos annos ab exercitatissimo antiquario conscriptum esse censeo: mdcxviii, idibus Julii. Is Mariettus editionem Prudentii Aldinam anni 1501 cum hoc codice aliisque diligentissime contulit, variasque lectiones margini adjecit, quas, cum feret occasio, annotabimus. Exstat enim liber in bibliotheca collegii Romani: ex quo supra, num. 49 et 68, nonnulla dedimus. Dubito autem, isne ipse Mariettus, an alius, editionem Prudentii Coloniensem anni 1589, et 1594 ex prima recensione Giselini procuratam, exstantem in eadem bibliotheca, cum editione Sighardi, et quodam codice mss. contulerit, in cujus fine descripsit etiam versus Constantinæ, Constantini filix, aliosque S. Damasi in honorem S. Agnes, excerptos, opinor. ex codice Prudentiano post hymnum S. Agnes (a).*

Omnes mirantur perpetim
Post tactum cruorem martyrem,
Quem testularum fragmine
Mucrone acuto vulnerant.
Dolore nullo frangitur,
Nullaque poena vincitur,
Flammas ferens per unguas,
Robusta permansit fides.
Ex hinc reponunt mollibus
Christi fidelem militem,
Carnis relicto corpore
Ad astra migrat spiritus.
Vesanus imperator fe-
Ris jactum cadaver mandat,
Custode corvo, corpore
Famis lupina pellitur.
Gravis tyrannum inexcitat
Furor, jubetque martyrem,

Insutum parvo ecalco,
Ponti profundo immergere
Honor summus redditur
Jubente Christo littori
Refectis undis levibus
Prævenit omnes remigeo.
Tu solus, o bis inclyte, etc.

In Breviario Isidoriano clare legitur stroph. 5, vers. 3, *Carnis relicto rondere pro corpore*, et stroph. 8, vers. 4, *remiges pro remigeo*, quod non advertit Blanchinius, qui pro diversa scriptura legit *suscipit pro suscepit, factum pro tactum, fragmina pro fragmine*.

(a) Adidit autem hanc notam: *Editio hæc Sighardi Antuerpiæ 1556 cum commentariis Nebrissensis, in-8^o, est hujusmodi, ut multa habeat adnotata ad oram libri,*

In hoc codice ex libro *Cathemerinon* erat tantum **A** hymnus viii kal. Januar., et sequens Epiphaniæ hymnus usque ad stropham : *Inter coævi sanguinis*. At in hymnis tamen præcedentibus adverte nonnullas lectiones variantes, notatas littera *P*, quæ an codicem Palatinum, an Pragensem, an alium indicet, ignoro: non enim fortius significat, cum aliquando scribatur, sicut etiam habet *P*. Liber *Peristephanon* in eodem codice incipiebat a versu 107: *Hæc coeret, torquet, urit, hæc catenas incutit*. Ad hymnum *S. Fructuosi* observat anonymus, qui codicem conferbat, suum codicem *Sichardi* codice antiquiorem, et meliorem esse, et plerasque lectiones, quas *Sichardus* probat, notatas esse in suo, sed recentiori manu. Reliqua omnia *Prudentii* opera aderant in hoc codice, nisi quod in lib. ii adversus *Symmachum* **B** versui 264 nota erat apposita, reliqua ad finem usque desiderari. Idem anonymus nonnunquam verba quædam *Prudentii* explicuit, **58** sive ipse ea est interpretatus, sive ex codice interpretationes sumpsit, quas suis locis representabimus. Fere pro certo habeo, hunc fuisse codicem *Marietti*, de quo iterum inter codd. *Vatic.* In bibliotheca *Angelica* Romæ apud *PP.* *Augustinianos* vidi et contuli *Psychomachiam* ms. Codex scriptus est a quodam monacho *Cisterciensi* anno 1472 ex exemplari pervotasto, ut videtur, sed non sine erroribus (a). Hunc codicem appellabo *Angelicum*, sive primis litteris *Aug.* Loco codicis esse potest editio *Prudentii* *Weitziana* cum variis lectionibus mss. ex veteri codice penes *cl. præsulem Josephum Antonium Reggium*, **C** qui non solum hanc editionem, sed codices omnes *Vaticanos* *Prudentii* et quasdam suas animadversiones ex recondita doctrina et assidua lectione collectas singulari humanitate mecum communicavit. Itaque erudito custodi bibliothecæ *Vaticanæ* plurimum *Romanam* hanc editionem *Prudentii* debere grati animi causa ultro fatebor.

77. In bibliotheca *Vaticana* vidi et excussi omnes quotquot exstant codices quos suo ordine describam.

distincta ab iis quæ sunt in contextu, ut non facile scias quid potissimum sit *Sichardi*, et contingit interdum convenire cum nostro quæ sunt adnotata ad oram, interdum vero quæ in contextu, interdum neutra. Ergo esset in primis querenda editio alia cum commentariis *Nebrissensis* tantummodo, et deinde cum hoc conferenda, ut videri posset, quid *Sichardus* restituerit; postremo utraque cum nostro, ut videremus quæ nostra sint ab aliis omnibus diversa. Ex iis tamen quæ notavi, facile est cognoscere, quænam ex nostris prius notaverat *Sichardus*, et quænam non viderat: nam, ut alibi diximus, liber quo se usum ait, *Argentorato allatus*, non videtur valde ab similibus a nostro.

(a) Continet hic codex præfationem operum, *Per quinquennia*, præfationem *Psychomachiae*, et *Psychomachiam*. Sequuntur quidam versus, qui dicuntur *symbolum Philippi*, tum carmina *Lactantii*, ac *Sedulii* de Festo paschali.

(b) Ad oram est quædam animadversio de poemate et auctore, cujus elegantiam ex his verbis degustes, licet: In principio istius libri inquiruntur ea quæ in aliorum librorum inquiruntur principia. scilicet quot et quales sint causæ, etc. Tum distinguit quatuor

Inter codices *Vaticanos* (nam in bibliotheca *Vaticana* alii codices vocantur *Vaticani*, alii *Alexandrini*, alii *Urbinales*, alii *Ottoboniani*, e diversis bibliothecis plurium pontificum jussu in *Vaticanam* translati), 1° codex n. 2766, pag. 81, pergamen., in 8°, exaratus, ut creditur, sæculo xii; inter alia aliorum carmina continet *Psychomachiam*, sive de Pugna animæ, primis litteris rubris, notatiunculis ad marginem, sed in principio tantum, nullis titulis, quales sunt in aliis, sine diphthongis: scribitur *hostentatrix*, *hictibus*, etc. In fine, *Explicit liber*. Plurimis scælet mendis: hunc nominamus codicem *E*.

2° Codex *Vaticanus* 2868, pag. 51, membranac., in-4°, sæculi xiii. In eo est *Psychomachia* inter alia diversorum auctorum poemata. Desunt tituli, etiam primus operis (b). Character accedit ad sæculum xiv. **59** Orthographia, *templo, honero, glorie*, etc. Quam parum sit accuratus, ex primo versu discit: *Senex fidelis prima via credendi est*. Ille codex a nobis dicitur *F*.

3° Codex *Vat.* 3267, pag. 34, membran., sæc. xii, in-8. *Psychomachia* notæ antiquæ cum glossis magnam partem erasis. Orthographia, *seuientis, fallerata, temples, connisa, honero*. Præcedunt quædam *Ovidii* carmina: subsequitur *Vita Prudentii* ex *Gennadio*, ubi *Dirocheum* legitur pro *Dittocheum*. Item præfatio, *Per quinquennia* cum interpretatione ejus, et commentariis *Psychomachiae*: quæ recentiora videntur. Huic codici nomen *G* dedimus.

4° Codex *Vat.* 3859, mem., sæc. xi, in-4. In eo exstant liber *Cathemerinon*, *Peristephanon*, *Apotheosis*, *Hamartigenia*, libri adversus *Symmachum* negligentissime scripti, *Dittocheum* sine ullo titulo poematis: in tetrastichis vero nonnulli sunt tituli, sed perilliter scripti. Desinit dittocheum in hos versus:

Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bisseni: æternæ lauta opulencia mensæ.

Deest etiam *Psychomachia*, et conclusio carminum:

Immolat Deo Patri
Pius, fidelius, innocens (c).

causas: materialem, formalem, efficientem et finalem. De efficiente hæc: Causa efficiens fuit *Aurelius Prudentius*, laicus, scholaris *Hispanus*; conjugatus fuit. Ille fortasse desumptum est ex fine hymni *S. Cassiani*. Addit annotator, *Aurelium* ab auro, *Prudentium* a prudentia seu providentia, *Clementem* a cæli mente dictum: Romam advenisse ac se tradidisse Ecclesiæ: primo scripsisse librum *Martyrum*, secundo *Hymnorum*, tertio de *Psychomachia*. In fine codicis: *Explicit liber Prudentii de Sichomachia. Incipit Sclavus de Varo. Incipiunt Sclari de Varo consona dicta. A Beneventano Jacobo per carmina ficta*. In eodem codice est quoddam opus *Henrici Florentini* elegiaco carmine.

(c) Ordo libri *Peristephanon* est: 1° *SS. Neme-terius* et *Celedonius*; 2° *S. Vincentius*; 3° *SS. Octo-decim martyres Cæsaraugustani*; 4° *SS. Fructuosus* et socii; 5° *S. Quirinus*; 6° De loco, in quo martyres passi sunt, nunc baptisterium est *Calagorra* (de quo titulo dicam suo loco); 7° *Cassianus ad Valerianum episcopum*, (etiam hic mendum est); 8° *Ypolitus* (hic potius addendum, ad *Valerianum episcopum*); 9° *SS. Petrus* et *Paulus*; 10° *S. Cyprianus*; 11° *S. Agnes*;

Hunc codicem sub hoc eodem num. 3859 laudat Montfauconius in Bibliotheca bibliothecarum mss., elegantem dicit, et sæculo x aut ix scriptum putat. In catalogo, qui mihi ostensus est ex Vaticana bibliotheca, dicitur exaratus sæculo xi. Hic nobis est codex Vaticanus A, cujus glossas et varias lectiones allegamus. Collatus fuit diligentissime a Marietto cum editione Aldina ex quo nos profecimus, sed non omnino labori pepercimus: siquidem præcipua loca nos ipsi contulimus, etiam post summam Marietti diligentiam probatam beneque perspectam. Notam characteris hujus codicis in ære incidi curavimus.

5° Codex Vaticanus 3860, sæculo eodem xi, membranaceus, in-4. Hoc quoque exemplar Mariettus cum editione Aldi contulit, et vetustius codice præcedenti existimat esse. Nos appellamus codicem B, et qualis sit ejus characteris nota, in ære ostendimus. Hunc pariter codicem elegantem et sæculo ix scriptum affirmat Montfauconius loc. cit. Verum in eo solum est liber *Catherinon*, 60 non integer, liber *Peristephanon*, *Tituli desideriarum*, *Apotheosis*; cætera Prudentii carmina desiderantur: adsunt autem in laudem S. Agnes carmina Constantinæ, Constantij filix et S. Damasi papæ.

6° Codex Vaticanus 4318, pag. 52, sæculo xiii, chartaceus, in-8, cujus titulus est in catalogo bibliothecæ Vaticanæ: *Commentarii super Prudentio DE COLUMBA historiarum Veteris ac Novi Testamenti (a)*.

7° Codex Vaticanus 5356, membranaceus, in-4, sæculo xiii, in catalogo bibliothecæ Vaticanæ inscriptus: *Prudentii liber de quibusdam viris Veteris Testamenti*. In codice est titulus: *Incipit de Adam et Eva*. In fine: *Explicit liber Prudentii*. Primæ litteræ sunt versicolores: tituli tetrastichorum minio notati, sed in Novo Testamento solum est titulus primus: *De Novo Testamento, et Gabriele nuntio Christi*. Orthographia est hujusmodi: *sopnus, archa, craterem, fauille, nuptu pro nutu*. Plura menda occurrunt. Nomen huic fecimus D.

8° Codex Vaticanus 5824, antiquissimus, exaratus sæculo ix vel saltem x, ut in catalogo bibliothecæ

12° S. Laurentius; 13° S. Eulalia; 14° Liber de beato Romano martyre; 15° Natalis Domini; 16° De Epiphania.

(a) Pag. 52 codicis incipiunt commentarii cum ipsis tetrastichis Dittochæi, et titulus, ut ibi dicitur, est: *Incipit auctor Prudentii de nova columba* (fortasse legendum, *de Eva columba*) *historiarum Veteris Testamenti et Novi*. Finit cum tetrasticho de Apocalypsi. Sequitur pag. 65 alia expositio *Aur. Prudentii historiarum*: ac notatur auctorem habuisse tria nomina, *Prudentius*, quia *prudens* fuit; *Aureolus*, quia *auream vitam duxit*; *Clemens*, quia [*F.* quasi] *cæli mens*, eo quod mentem in cœlestibus habuerit. Additur: *Dicitur liber iste DITTOCHÆUS, id est, refectio Veteris Testamenti et Novi... titulus talis est: Incipit Prudentius tractans de Veteri et Novo Testamento*. Character est sequioris ævi, etymologiæ ridiculæ, commentarii nobis inutiles, etiam cum manus, margini appicta, animo intento jubet esse lectorem. Itaque sine ullo

A Vaticanæ notatum invenio. Is est codex Marietti, quo egimus num. 76. Nota Marietti, quam affert Nicolaus Antonius pertinet ad annum 1618 idibus Julii. Scriptum quidem a prima manu erat, in *S. Emeretiani bibliotheca*, sed emendatum fuit *S. Emeranti*, quod verum est monasterii nomen. Hunc codicem frequenter laudamus, sed sub nomine *Marietti*, aut *Mar.*, non aliqua littera distinctum, ut plerosque alios Vaticanos. Characterem ejusdem codicis in ære repræsentamus. Quid autem, et quo ordine contineat, distinctius in commentariis exprimemus.

78. Ex bibliotheca Vaticana Alexandrina 1° codex 58 (olim 4225), *Hymni*; sæculi xiii, membran. In codice autem est liber *Catherinon*, seclusis duobus postremis hymnis *de Natali, et Epiphania Domini, et 61* carmen *Psychomachix* (b). Nullæ sunt diphthongi: scribitur *horis pro oris, tempto, alumpnus*, etc. Huic codici nomen O imponimus.

2° Codex Vaticanus Alexandrinus 74, membranæ., in-8, sæc. xi vel xii, *Carmina*. Hæc autem sunt libri *Catherinon*, et *Peristephanon* usque ad hymnum S. Romani, vers. *Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles*. Præfatio nullam habet inscriptionem. Post Præfationem: *Incipit hymnus ante lucem*, et in A vocis *ales* depingitur gallus. Postea: *Hymnus matutinus*. In hymno, *Inventor rutili dux bone luminis* nullus est titulus. In hymno, *Da puer plectrum choris ut canam fidelibus*, titulus jam evanuit. Hymnus, *Deus ignee fons animarum*, hanc habet inscriptionem: *Hymnus ad exsequias mortuorum*. Desunt hymni *de Natali et Epiphania Domini*. Sequitur liber *Peristephanon* sine titulo (c). Paucæ sunt diphthongi: orthographia, *sollepniem, lauachrum, hyemps*. In prima littera præfationis, *Per quinquennia*, imago Prudentii erat depicta, quantum colligere possum, eodem vestis genere quo in codice Urbinate: lineamenta oris penitus sunt erasa. Vide num. 58, cap. I Proleg. Hujus codicis nomen est P in nostris commentariis.

3° Codex Vaticanus Alexandrinus 321, membranaceus, in folio magno, sæculo x circiter exaratus.

nomine hunc codicem præterimus. Cur autem *Dittochæum* inscribi soleat *de columba*, num. 64 dixi.

(b) Nulli sunt tituli neque in libro *Catherinon*, neque in *Psychomachia*: solum in fine *Psychomachix* notatur: *Hic finit liber poetæ Prudentii. Fides, idolatria (sic), pudicitia, libido, patientia, ira, humilitas, superbia, sobrietas, luxuria, benignitas, arantia, concordia, discordia*. In fine vero libri *Catherinon*: *Explicit liber Prudentii*.

(c) Hic hymnorum ordo: 1° SS. Hemeterius et Celedonius sine titulo; 2° Passio S. Vincentii; 3° Passio SS. octodecim martyrum; 4° Passio S. Fructuosi; 5° Passio S. Quirini; 6° sine titulo, *Electus Christo locus est. etc.*; 7° Passio S. Cassiani; 8° sine titulo hymnus S. Hippolyti; 9° Passio SS. apostolorum Petri et Pauli; 10° Passio S. Cypriani; 11° Passio S. Agnetis (sic scribit); 12° sine titulo hymnus S. Laurentii; 13° hymnus S. Eulaliæ sine titulo; 14° hymnus S. Romani sine titulo.

* Hujus codicis et nonnullorum infra citatorum specimen in fronte tomi habetur, ubi etiam inveniet lector imagines aeri incisas de quibus passim mentio fiet, præter paucas quas ipsi mentioni subjecimus. Err.

Initio describitur elogium Prudentii, Aurelius Prudentius Clemens iste partim in consulatione, etc., fore ut num. 49 ex cod. Vat. 3859 posui. Tum inscriptio et elenchus operum (a). Solus hic codex inter tot Vaticanos integer est, in quo bis conclusio carminum describitur, primum post libros contra Symmachum, quasi 62 epilogus eorum, tum post Titulos historiarum sive Dittochaem, quasi omnium poematum clausula. Characterem codicis æri incisum exhibemus: ejus variantes lectiones annotamus sub nomine codicis Alexandrini, sive Alex. (b).

4° Codex Vaticanus Alexandrinus 334, exaratus sæculo x: Flores psalmodum cum præfatione ad viduam. Ita catalogus operum Prudentii, quem a bibliothecæ Vaticanis administris accepi. In codice ipso hæc lego: Prudentii flores psalmodum cum præfatione ad viduam caractere Longobardico. Et in prima pagina: Codex Vaticanus habet pro titulo: Prudentii flores psalmodum cum præfatione ad viduam. Sane antiquissimus hic auctor, quoniam viduam, seu diaconissarum nomen in Ecclesia jam diu desitit. Forte Prudentius hic ad tempora S. Hieronymi referendus, nisi et

(a) Aurelii Prudentii Clementis viri consularis libri numero novem, Catemerino. Apotheoses, Amartigenia, Psychomachia, contra Symmachum, liber II contra Symmachum, Romanus, Peristephanon, Tituli historiarum. Ante præfationem, Per quinquennia jam decem, est inscriptio, Præfatio, et nihil aliud. Post librum II contra Symmachum legitur: De opusculis suis Prudentius, Immolat Deo Patri, etc. cum postremo versu: Quo regente vivimus. Finit contra Symmachum. Deinde: Incipit Tituli historiarum. Et post titulos eodem veteri caractere, Epilogus, id est clausula et finis libri: Pius, fidelis, innocens, cum versu in fine, Quo regente vivimus.

(b) Profecimus etiam ex labore et industria cl. P. Peregrini Chiesa, qui olim Prudentii editionem meditatus, sedulo hunc codicem contulerat, et quæ ex eo adnotaverat, perhumaniter exhibuit exscribenda. Cui etiam acceptum refero, quod editione ad usum Delpbini per otium uti possum, quam rarissimam esse jam monui. In codice vero Alexandrino quædam animadverti, peculiari adnotatione digna. Ili sunt hymnorum tituli: Hymnus ad galli cantum; Hymnus matutinus; Hymnus ad incensum lucernæ; Hymnus circa exsequias defuncti; Hymnus VIII kalendas Januariæ; Hymnus in Epiphania; cæteri, ut in vulgatis. Post librum Cathemerinon, Incipit Apotheoses, Est tria summa Deus, etc., cum titulis sequentibus; Incipit contra hæresim, quæ Patrem passum affirmat. Contra Unionitas. Adversum Judæos. Contra Homuncionitas. De natura animæ. Adversum Phantasmaticos, qui Christum negant verum corpus habuisse. Finit Apotheoses. Deinde: Incipit Amartigenia liber. Et in fine: Finit Amartigenia lib. III. Tum: Incipit Psychomachia liber III. Post præfationem tituli margini affiguntur, et in fine: Finit liber III Psychomachia. De hac diversitate numerandi libros, latius in commentariis. Post Psychomachiam, Incipit contra orationem Symmachii liber I. Incipit liber II, feliciter men. In fine: Aurelii Prudentii Clementis V. C. finit contra Symmachum liber II. Incipit ejusdem Romanus contra gentiles. Post hymnum S. Romani: Finit Romanus Aurelii Prudentii Clementis. Incipit liber Peristephanon. Ordo et tituli hymnorum sunt: 1° Hymnus in honorem SS. Martyrum Emeterii et Chelidonii, Calagurritanorum. 2° Incipit passio Laurentii beatissimi martyris. 3° Hymnus in honorem passionis Eulaliæ beatissimæ martyris. 4° Incipit Passio Vincentii

A dicamus potius, eundem esse ac ipsum poetam Christianum, qui floruit initio v sæculi. Et postea: Inter L. Zaccagni 63 libros inventus. Operis inscriptio: Incipit Psalterium Prudentii, Domine, rex clementissime. Hunc codicem retuli, quia inter codices Prudentianos in catalogo bibliothecæ Vaticanæ collatum inveni. Auctor autem non est Aurelius Clemens Prudentius, sed alius Prudentius, scilicet Prudentius Galindo, natione Hispanus, episcopus Trecensis, de quo videri potest Nic. Antonius in Bibliotheca veteri Hispana (c).

5° Codex Vaticanus Alexandrinus 348, membran., in-8, sæculi IX, sine ullo titulo. Incipit: Per quinquennia jam decem. In fine: Explicit præfatio. Tum hæc inscriptio: Incipit liber Hymnorum Aurelii Prudentii Clementis nobilissimi ac facundissimi poetæ. Sunt nonnullæ glossæ et explicationes metrorum, et tituli minio notati (d). Magno in pretio est habendus hic codex; utinam non esset mutilus et decurtatus. Orthographia est, ymnus, inrepsit, et similia cum diphthongis. Hujus codicis nomen est I in nostris commentariis.

martyris. 5° Hymnus in honorem SS. octodecim martyrum Cæsaraugustanorum. Et in fine: Finit passio SS. octodecim. 6° Incipit Passio S. Agnes. Et postea: Finit passio S. Agnes. 7° Incipit hymnus in honorem beatissimorum martyrum Fructuosi episcopi ecclesiæ Tarraconensis, et Augurii et Eulogii diaconorum. 8° Hymnus in honorem Quirini beatissimi martyris, episcopi Ecclesiæ Siscianæ... Finit passio Quirini. 9° Incipit Passio Cassiani Forcorneliensis... Explicit. 10° Incipit de loco, in quo martyres passi sunt, nunc baptisterium est. 11° Ad Valerianum episcopum de passione Hippolyti beatissimi martyris. 12° Passio beatorum apostolorum Petri et Pauli. 13° Passio beati Cypriani martyris.

(c) Ejus Flores psalmodum exstant in editione operum cardinalis Thomasi, studio et cura Josephi Blanchinii, tom. II, pag. 464. Blanchinius hoc opusculum edidit ex laudato codice Regio Vaticano 334, adjecta præfatione, et lectionibus variantibus ex alio codice Vaticano signato num. 84. Utrumque codicem putat pertinere ad sæculum x. Præfatio incipit: Cum quædam nobilis matrona, etc., nulla alia sit mentio diaconissarum. Titulus: Incipit prologus Prudentii episcopi de Flores psalmodum. In codice Vaticano 191 exstat aliud opus ejusdem Prudentii, inscriptum: Hæc Prudentius episcopus Tricasensis tam de Veteri quam de Novo collegit Testamento, et ad sacros ordines properantes memoriæ commendare præcepit, quæ et Præcepta dicuntur. Confer dicenda pag. 221 (in nota incipiente verbis DIXI NUM. 78).

(d) E quibus hos exscribam: Hymnus ad gallicinum. In A depingitur gallus cum viridi ramo pendenti ex ore. Hymnus matutinus. Incipit hymnus ad incensum: non apparet satis, scriptumne sit, ad incensum luminis, an lucernæ. Hymnus omni hora. Hymnus circa exsequias defunctorum. Post hunc hymnum: Finit liber primus de hymnis. Incipit liber II Περὶ τριώνων, Hymnus in honore martyrum Emeterii et Chelidonii Calagurritanorum. Sed deest totus hic hymnus et sequentes, avulsis scilicet foliis usque ad versum 1110 Passionis S. Romani, qua finita legitur: Finit Romanus Aurelii Prudentii Clementis. Incipit hymnus VIII cal. Jan. Et in fine: Finit hymnus VIII cal. Jan., hoc est, Nat. Dni. Finit Cathemerinon Prudentii Clementis. CV. CV. Incipit de opusculis suis: Immolat Deo Patri. In fine secunda manus adjecit versum, Quo regente vivimus. Post hanc eodem, Inci-

6° *Codex Vaticanus Alexandrinus* 1439, in-8, membran., sæc. xi. Inscriptio est: *Aurelii Clementis Prudentii Psychomachiae liber incipit*. Aliquæ sunt glossæ ad oram, et inter lineas. Nulli pene sunt tituli. In fine: *Explicit liber. Aurelius Prudens virtutum prælia Clemens-Cum vitis cepit metrica scholasticus arte*. Sunt aliquæ correctiones recenti 64 manu, qua in prima pagina notatum est, *Nicolai Heinsii*, quasi is librum possederit. Orthographia, *onore*, *haut*, nullæ diphthongi. Satis correctus est codex hic, quem *G* vocamus.

7° *Codex Vaticanus Alex.* 1702, membran., in-4, sæculo xii. *Carmina*. Continetur hoc codice liber *Cathemerinon* imperfectus; nam incipit a versu 45 hymni 5, *Sed rex Niliaci littoris invidio*. Post, *Incipit hymnus ante somnum*, et similiter alii tituli. Sed in hymno *Omni hora*, et *Ad exsequias* deest titulus. In hoc libro *Cathemerinon* sunt aliquæ glossæ, et prætermisissis hymnis Natalis Domini, et Epiphaniæ sequitur liber *Peristephanon*, nulla inscriptione, quæ hymnis apposita est recenti manu (a). Postea: *Pius, fidelis, innocens cum versu ultimo, Quo regente vivimus*: cui odæ titulus est additus recenti manu: *Operum reliquorum conclusio*. Succedit *Ditochæum* cum inscriptione recenti ad marginem: *Diptychon Veteris et Novi Testamenti, quod alii Amæno, alii Sedulio tribuunt*; de qua inscriptione vide num. 66. Deinde *Apotheosis*, qua finita legitur versus, nescio, qua manu ascriptus: *Caseus ante focum debet habere locum*. Tum præfatio *Hamartigeniæ* usque ad versum 6. Reliqua desiderantur. Scribitur, *perheunis*, et similia, desunt multæ diphthongi: glossæ pleræque, ut in Vaticano A, et Isone. Nomen *Q* fecimus.

8° *Codex Vaticanus Alexandrinus* 1855, in-4, membran., sæculi xiii, *Psychomachia cum adnotationibus*, quæ magnam partem consumptæ sunt. Desunt tituli; in fine: *Explicit liber Prudentii*. Orthographia, *temples*, *horis pro oris*, sine diphthongis. Notatum est in principio: *Hic codex erat ex bibliotheca S. Silvestri*: puto, in monte Quirinali. Nomen hujus codicis est *L* in nostris commentariis.

9° *Codex Vat. Alex.* 1838, chartaceus, in-4, sæculo xiv exaratus, *Ditochæum*. Titulus in indice operum hujus codicis est: *Prudentii Columba cum commento* (b). Illic codex scribatur anno 1472, ut *piunt Titulii historiarum per Adam et Evam. Tetra-sticha*. Hoc autem non ut titulus ponitur, sed ut metri explicatio, sive nomen. Finito *Ditochæo*, *Expliciunt Tituli historiarum. Incipit Ἀποθῆωσις, id est de Divinitate*. Desunt folia post duas præfationes *Apotheosis*.

(a) Ordo hymnorum est, 1° *SS. Hemeterius et Celidonius*. 2° *S. Vincentius*. 3° *S. Laurentius*. 4° *S. Hippolytus*. 5° *S. Cyrianus*. 6° *SS. Petrus et Paulus*. 7° *SS. martyres octodecim Cæsaraugustani*. 8° *S. Agnes*. 9° *S. Eulalia*. 10° *S. Fructuosus*. 11° *S. Quirinus*. 12° *S. Casianus*. 13° *S. Romanus*. 14° *De natali Domini*. 15° *De Epiphania*.

(b) In commento dicitur: *Auctor hic fuit Clemens Aurelius Prudentius... Clemens a clementia, Aurelius ab auro, Prudentius a prudentia... Scripsit librum de Columba, de quo ad præsens intendimus pertractare*.

ex nota in prima pagina apparet, adeoque sæculo xv non xiv, ut in catalogo mihi exhibito erat expressam. Codex mendosus est, commentarii nulli sunt usui, desunt tituli. Codicem *N* appellamus.

10° *Codex Vat. Alex.* 2078, sæculo ix, in-folio parvo membran. 65 *Aurelii Prud. Clem. Certamen virtutum contra vitia*. Sine præfatione incipit: *Carste, graves hominum semper miserate labores*. Desunt multa a versu *Nascitur hinc inopina ad versum Nertimus ancipites*. Desideratur etiam ultimus versus, *Eternum*, etc. Nihil tamen est lacerum aut abrasum: fortasse exscriptus est ex alio codice imperfecto. Scribendi ratio: *adgreditur, sulphureus, thoracha*, sine diphthongis. Non pauca sunt menda. Hic est codex *H*.

11° *Codex Vaticanus Palatinus* 235, membran., in-fol., sæculi xi circiter. Pagina 45 hujus codicis: *Incipiunt glossemata de Prudentio* (c). Glossæ pleræque, ut in Isone et Vat. A. Quasdam hujus codicis proprias suis locis inseram. Post hymnum *Exsequiarum, Finit liber Hymnorum*. Sequuntur hymni de *Natali et Epiphania*. Postea *Peristephanon, sive de Coronatis, i. e. martyribus*, sed nullæ sunt glossæ. Illico *Apotheosis* cum titulis minio notatis. In fine: *Apothecosis de divinitate finit. Incipit Amartigenia, id est de Origine peccatorum adversus Marcionitas, qui duos deos esse affirmant*. Sequuntur *Psychomachia*, et duo libri *adversus Symmachum*, sed glossæ non continuantur ad finem usque libri secundi. Advertendum est, in hoc codice esse tantum *glossemata*, non *carmina*. Codex nitido caractere scriptus est, a nobis vocatus *T*.

12° *Codex Vatic. Palatinus* 242, in-12, sæculo xii circiter. *De Prudentio et ejus operibus*. Illic opusculum est tantum præfatio in carmen *Psychomachiae* (d). Revera post alia aliorum opuscula in fine hujus codicis est *Psychomachia*, quod in indice non exprimitur: sed in versu 683, *Intulit hoc vulnus*, etc., terminatur. Character videtur esse sæculi xi aut x. Multa jam evanuerunt; tituli alii adsunt, alii desunt. Orthographia, *lues*, non *luis*, in nominandi casu, sed *famis* postea, et supra *fames, sruentis, glorie, harenas*. Nomen *R* codici huic imponimus.

13° *Codex Vaticanus Palatinus* 1715, membranaceus, in-8, sæculo xi circiter scriptus. *Incipit glossa Prudentii Aurelii Clementis*. 66 *Paginis triginta com-*

(c) *Elogio Gennadii de Prudentio hæc peculiare glossæ adduntur: Illustrium: nobilium, vel clarorum. Ditrocheum: duplex refectio, i. e. de Veteri et Novo Testamento. Exceptis: ab invicem separatis. Apotheosis: Deificatio. Rursus affirmo confirmoque, in nullo Vat. cod. a me repertum Diptychon prisca manu ita scriptum. Alius tradit probatissimos codd. Vat. astipulari huic titulo, Diptychon: sed fortasse titulos indicum recentes pro antiquis accepit.*

(d) Quædam de Prudentio narrantur aut falsa, aut non satis probata, quod Romæ litteras didicerit, quod pervenerit ad consulatum, quod ad ultimam fidem recipiens, factus sit Christianus. Additur quod liber titulum habet: *Liber Aurelii Prudentii Clementis. Incipit liber Psychomachiae*. Dicitur etiam quod scripserit quosdam libros de Divinitate, inter quos et hunc composuit, vocans eum *Psychomachiam*.

stat hoc opusculum (a). Paucæ sunt glossæ, e quibus nonnullas suis in locis dabimus: nihil tamen est aliud præter glossas. Orthographia, *effebi, frenesis, ymnus*, cum diphthongis. In fabularum explicatione potissimum glossemata versantur. Huic codici nomen erit S.

14° *Codex Vaticanus Urbinas 666. Prudentii opuscula.* Titulus alius magnificentissime scriptus: *In hoc ornatissimo codice continentur opera Aurelii Prudentii Clementis, viri doctissimi. Præcesserat index carminum. Inscriptio præfationis est: Aurelii Prudentii Clementis in opuscula sequentia præfatio: Per quinquennia, etc.* In prima littera P depicta est imago auctoris, ut diximus Proleg. num. 58. In fine codicis: *Explicit liber II contra Symmachum de restituenda ara. Antonius Sinibaldus transcripsit Florentiæ. Anno Christi MCCCCLXXXI. XX. No.* Codex in-folio, membrana nitida, lævi et candida, caractere elegantis, plurimis aureis litteris et egregiis imaginibus sanctorum, quos laudat Prudentius, affabre ornatus, quod peritorum hominum iudicio possum comprobare (b). Hunc codicem vocamus *Urbinatem*, aut primis tantum litteris *Urb.*, de quo vide supra num. 75 iudicium Holstenii.

15° *Codex Vaticanus Otthobonianus 237 Chartaceus, in-8. Prudentius de B. Cassiano.* Hoc cod. continetur *Legenda S. Cassiani martyris per Fr. Jacobum (de Voragine) ordinis Præd. compilata.* Eam dedicat Franciscus Ferrus canonicus Imolensis Hieronymo Dandino episcopo Imolensi. Jacobus vero scribebat Bononiæ anno 1282. Folio 27: *Prudentius poeta de B. Cassiano ita cecinit: Sylla, etc.* In fine: *Prudentius, ut notum est, fidei vir, et religiosa dogmata poematis etiam jucunditate commendans, etc.* Hic erit codex dictus X.

16° *Codex Vaticanus Otthobonianus 1193, chartaceus, in 4, erat ex codicibus Joannis Angeli ducis ab Altaemps. Dittochæum sine ulla inscriptione.* Sunt glossæ nonnullæ inter lineas. Exstat 67 pag. 108 hujus codicis *Dittochæum*, quod diximus, et idem opus pag. 113 cum commentariis longioribus, sed in hoc secundo solum sunt duo prima tetrasticha. In limine commentarii secundi dicitur: *Inter opera quæ feci: Prudentius, hoc esse utilissimum, cujus materia est duplex refectio Novi et Veteris Testamenti, et titu-*

lum esse: *Incipit tetrastichum Prudentii Aurelii Clementis de columba.* Mendosissimus est hic codex, cui nomen Y fecimus.

17° *Codex Vaticanus Otthobonianus 1220, in-4, chartac.* *Dittochæum cum commentariis*, ut supra in codice Y. Sed hic integrum est opus, in cujus fine: *Explicit liber Prudentii.* Nomen Z huic erit codici in commentario.

18° *Codex Vaticanus Otthobonianus 1297, membranaceus, in folio, sæculi XIII aut XIV, elegans et titulis minio descriptis ornatus, qui fuerat e libris Joannis Angeli ducis ab Altaemps. Incipit liber Prudentii: id est. columba Novi et Veteris Testamenti.* In commentariis titulus esse dicitur: *Incipit liber Dittochei, quod nomen est ad placitum, dia Græce, Latine B refectio.* Hinc discite commentariorum alias ineptias. In fine: *Explicit columba Veteris et Novi Testamenti.* Tituli diversi sunt ab antiquis, ex ingenio interpretis fusi. Codex mendosus, qui tamen a nobis vocabitur AA.

19° *Codex Vaticanus Otthobonianus 1502, in-4, membran., elegans et titulis versicoloribus descriptus. Incipit liber de duobus Testamentis.* Et statim: *Eoa columba.* Alii tituli sunt recentes: in fine: *Explicit liber Prudentii de duobus Testamentis.* *Dittochæum* incipit fol. 12 hujus codicis; folio vero 39 reperitur *Psychomachia*, in indice bibliothecæ Vaticanæ minime notata. Nulla est inscriptio neque in præfatione, neque in opere, quod desinit in versu, *Reddimus æternas, etc.* Ætas codicis est sæculi XIII circiter, quem nos BB nuncupamus.

20. *Codex Vaticanus Otthobonianus 3325, in-4, chartaceus, Dittochæum sine primo titulo: sunt alii tituli in tetrastichis, sed recentes.* In omnibus his exemplaribus *Dittochæi* eadem sere occurrunt varietates, neque magni eorum auctoritas est habenda. Hactenus de codicibus Vaticanis, quorum catalogum a me confectum si conferas cum iis quæ de eisdem affert Montfauconius, facile agnosces quam sit imperfecta *Bibliotheca bibliothecarum mss.* Neque tamen contemnenda est viri docti et diligentissimi opera, qua multum juvari possunt, quibus facultas non est inspiciendi per se codices et bibliothecas. Jam de codicibus Prudentii Ratisbonensi, Pragensi et Viennensi, quorum varias lectiones a Marietti 68 adversariis mutuatus sum, pauca dicam in nota (c). Præter

(a) Ita incipit: *Kyrocheum: id est, manualem. Exameron: sex dierum. Apotheosis, i. e. de divinitate. Amartigenia, i. e. peccatorum origo. Psychomachia: animæ pugna, etc.; quæ sunt glossæ ad vitam Prudentii a Gennadio conscriptam.*

(b) In operum ordine collocando hic codex similis est codici Florentino, de quo ad num. 85 et seqq., et, ut opinor, ex *Urbinate* Florentinus est descriptus, aut uterque ex aliquo vetustissimo exemplari. In libro *Cathemerinon* pleraque ut in Florentino et editis: sed hi peculiare tituli, *Ad galli cantum; Ad incensionem lucernæ; In omni hora; Circa exsequias mortuorum; In natale Domini; De Epiphania.* In libro *Peristephanon* deest inscriptio libri et hymni 4. *Scribitur: Passio Sanctorum tredecim martyrum Cæsaraugustanorum, pro Sanctorum octodecim.* Item, *Passio S. Fructuosi primi episcopi Tarracoenensis et*

D sociorum. Et, *Versus in laudem baptisterii duorum martyrum sanguine illustris.* Cætera ut in codice Florentino.

(c) De codice Ratisbonensi hæc notat Marietus: *Codex monasterii S. Emerami omnium optimus, quos viderim, et plane bonus, nisi imperitissimus quidam multa sua substituisset prioribus ita erasis, ut nullum omnino prisæ lectionis supersit vestigium, quod nos suis locis notavimus. Quare non puto posse adhuc Prudentium exacte corrigi, et pristino nitore restitui, nisi a'ium nanciscamur veterem codicem præter eos, quibus usi sumus, et quo, quæ hic abrasa sunt, restitui possint. Cum eo autem nostrum diligentissime contulimus, et nihil diversum in eo fuit, quod in nostro non adnotaverimus: quanvis ubi noster cum illo conenerit, non semper notaverimus. Itaque cum nihil reperitur in nostro notatum peculiariter, certum signum erit, can-*

hos codices Mariettus contulit etiam Vaticanos A et B, et varietatem lectionis margini editionis Aldinæ accuratissime ascripsit. Hac editione, curiosissimi hominis studio locupletata, adjutum me esse libens profiteor, non solum ut ingrati animi vitium fugiam, sed etiam ut editionem meam commendem. Neque tamen propterea laborem ullum subterfugi, quem sane ingentem exantlare opus fuit, ut tot codices mss., a Marietto non visos, perlegerem et inter se committerem; tum etiam ut ea quæ Mariettus minutissimo caractere exaravit, plene inteligerem, et compendia litterarum quæ adhibebat, plurimis inter se comparatis locis, explicare scirem. Et ut vere dicam, Marietti adversaria mihi arufodina quædam fuerunt, sed ex qua aurum effodere labor fuit, et molestia fructu major. Neque facile quis, nisi expertus, credat, quam plenum molestiæ opus sit codices mss. evolere ad veram lectionem eruendam: nam sæpe, ubi exiguus fructus apparet, maximum studium adhibitum **69** fuit, et interdum etiam, ubi nullus: quærendum enim hoc erat, an lectio aliqua nova erui posset. Obscuram diligentiam nonnulli accusabunt, quod errores manifestos codicum indicaverim. Verum cum eorum qui præcesserunt, præsertim Weitzii et Heinsii vestigiis institerim, id utilius præstiti, ut et errores esse declaraverim, et in aovis aperiendis longe parciore fuerim.

80. Nunc alios codices indicabo. Apud Montfauconium loc. cit. ex bibliotheca Casinensi codex **222**: *Carmina D. Prosperi, etc. Prudentii liber de Columbia. Faceti poeie carmina, etc.* (de inscriptione illa de Columbia lege num. 64.) Ibid., codex **374**: *Poemata Prudentii*. In biblioth. Laurent. Medic. Pluteo **23** cod. xv, membr. *Prudentii Christiani poetæ carmina*. Ibid., Plut. **34** cod. L: *Prudentii carmina quædam*: finis desideratur. In bibl. Florentina Benedictinorum: *Prudentii de Novo et Veteri Testamento codex recens*, hoc est Dittochæum. Ex eodem Montfauconio in bibliotheca Patavina, seu museo Laurentii Pignorii: *Prudentii Diptychon* (Vide num. 66). In bibl. Mediolan. Ambrosiana: *Prudentii opera*; pergam. bomb. *Prudentii codex* (ait Montfauconius) vii vel viii sæc.: tam remotæ antiquitatis vix alium hujus

dem esse in illo lectionem, quæ est in nostro. Eodem libro usus est Giphantus, et nos nactissimus opera Patris Gorradi Viteri. In eadem S. Emerami bibliotheca est *Lucanus optimus, et Donatigranmatica satis antiqua, et in sacristia Testamentum Novum, scriptum litteris majusculis totum ante 800 annos elegantissime*. Hoc puto esse Testamentum Novum, cujus variæ lectiones prodierunt anno 1786 hac inscriptione: *Dissertatio in aurum, ac perperitum SS. Evangeliorum codicem ms. monasterii S. Emerami Ratisbonæ. Auctore P. Colomanno Sanfil, litteris Joannis Michaelis Englerth, 1786, in-4*. Asservatus erat hic codex in ecclesia monasterii S. Emerami a nonagentis fere annis, ut exponit auctor dissertationis in præfatione. Ordo codicis Ratisbonensis a Marietto relatus est, præfatio, *Per quinquennia*. — Hymni decem Cathemerinon, ut in vulgatis, duobus postremis rejectis in alium locum. — Peristephanon hymni duodecim, ut in codice Florentino, num. 65, S. in versibus Constantinæ et S. Damasi in laudem cu Agues. Post hymnum S. Romani, hymni de natali,

A scriptoris videas. Antiquior tamen videtur Prudentius regie bibliothecæ (bibliothecam Parisiensem intelligit Montfauconius). De codice Mediolanensi vide num. 75 et 100.

81. Pergam ex Montfauconio. In biblioth. Gottoniana in ejus parte quæ *Cleopatra* inscribitur, codex: *Aurelii Prudentii de Virtutibus et Vitiis* (*Psychomachia* hæc est). In bibl. Bodleiana cod. **2666**: *Prudentii pleraque cum adnotationibus*. In bibl. Anglic. in collegio Oriensi Oxoniæ, num. seu cod. **855**: *Aur. Prudentii poemata optime scripta litteris antiquissimis*. Ibid. in colleg. SS. Trinitatis Oxoniæ num. **2003**: *Prudentii opera*. Ibid. in mss. Isaaci Vossi num. **2619**: *Prudentii Ψυχμαχια*. Ibid. in bibl. Ibernicis in mss. Thomæ Gale, num. **6007**: *Aurelii Prudentii quædam*.

82. Idem Montfauconius. In bibl. regia Parisiensi cod. **4017**: *Prudentii hymni litteris majusculis septimo circiter sæculo scripti* (a). Ibid., codex **4018**, in-fol. parvo: *Prudentius*. Ibid., *Prudentius in-4* cod. **4529**, secundo, **4330**. Ibid., cod. **6450**: *Prudentii carmina*.

70 83. Item ex Montfauconio in biblioth. Colbertina cod. **857**: *Opera Aurelii Prudentii Clementis*. Ibid., cod. **1683**: *Aurelii Prudentii opera*. Ibid., cod. **1682**: *Aurelii Clementis Prudentii opera cum glossis marginalibus*. Ibid., cod. **4024** et **4411**: *Prudentii opera*. In bibl. San-Germanensi cod. **540**: *Prudentii versus contra Symmachum libri duo, uno quaternione avulso. Alia opuscula metrica ejusdem de Oceano. De S. Hippolyto martyre* (de Oceano dixi num. 64). Ibid., in bibl. Murbasensi: *Prudentius*, in-fol., membr. In bibl. monasterii B. Mariæ de Beere, cod. **438**: *Aurelii Prudentii καπι Στεφάνων, sex de Coronis*, in-8. Ibid., in bibl. monasterii in Periculo maris, cod. **62**: *Prudentii opera*. In bibl. S. Victoris Paris.: *Prudentius metro*. In bibl. mss. S. Martini de Sees: *Tractatus super Edificium Prudentii* (de quo opere consule n. 65).

84. Nonnulla opuscula separata enumerat idem Montfauconius. In bibl. regia Parisiens. cod. **6016**: *Prudentii Stichomachia* (corrige *Psychomachia*). In biblioth. academice Paulinæ Lipsiensis: *Prudentii*

et Epiphania Domini. — *Ode, Pius, fidelis, innocens*. — Dittochæum. — Apotheosis. — Hamartigenia. — *Psychomachia*. — Libri duo adversus Symmachum. De codicibus Pragensi et Viennensi nihil peculiare animadvertit Mariettus. Viennensem ait esse mendosum: qui solum *Psychomachia* neque integra continetur, ut in ipso opere notabimus. Pragensis lectiones variantes sunt ex libro hymnorum Cathemerinon, Apotheosi, Hamartigenia, Dittochæo, libris contra Symmachum, sed in lib. ii, a versa **17** *Hæc ubi dicta dedit*, reliqui desiderantur.

(a) Hanc habet in principio notam recenti manu: *Prudentii liber secundus. Cathemerinon. Hamartigenia. Psychomachi* (sic, lege *Psychomachia*). *Ex libro καπι στεφάνων hymnus: 1° martyribus Hemeterio et Chelidonio Calagurritanis. 2° D. Laurentio. 3° Eulæie. 4° Octodecim martyribus Cesaraugustanis. 5° B. Vincensii imperfectus*. Codex in-fol. parvo. De hoc codice vide num. 80, et præfationem Heinsii num. 100.

Psychomachia. Ejusdem Hamartigenia contra Marcionitas. In bibl. collegii SS. Trinitatis apud Dublinum: Aurelii Prudentii in utrumque Testamentum *Tetrasticha*. Hæc sunt quæ ex Montfauconio excerptæ, in cuius indice iterum moneo sub unius Prudentii nomine utrumque Prudentium, Trecentem episcopum, et hunc nostrum Aurelium comprehendendi. Prudentii Trecentis opus, *Præcepta ex Veteri et Novo Testamento pro ordinandis*, quod semel et iterum occurrit apud Montfauconium, distinguendum est ab Aurelii Prudentii *Tetrastichis de Veteri et Novo Testamento*.

85. Angelus M. Bandinius in catalogo codd. mss. biblioth. Laur. Florent. magis dilucide magisque distincte opera Prudentii recenset, ex quo hæc de promo. Tom. I, col. 720 et seqq. Plut. 23, cod. 15 membranæ., in-fol. sæculi xv, nitidissimis cum initialibus librorum litteris aureis, in quo plurimas non levis momenti lectiones observavit Bandinius, ab editionibus illis quas præ manibus habuit variantes. Titulus est: *Prudentii Christiani carmina*. Addendum est tamen: *C. Vectii, Juvenci, Probræ Falconiæ, Sedulii et Aratoris carmina* (a).

71 86. In hoc codice post S. Agnetis hymnum annexuntur versus Constantinæ, Constantinæ illiæ, in honorem S. Agnetis, et versus S. Damasi de eadem, qui incipiunt in mss., *Fama refert sanctos dudum regulis reparantes*. Exstant utriusque in edit. Paris. Bibl. SS. PP. an. 1644, ubi versus S. Damasi primus: *Fama refert sanctos dudum genuisse parentes*. In editione desiderantur duo versus Constantinæ:

Nomen adhuc referens, et corpus, et omnia membra,
A mortis teuebris et cæca nocte levata,

qui leguntur in codice post versum, *Invictum solus*, etc. (corrige *Invictus celo*). Utrumque hoc epigramma in editione Weitzii exstat inter glossas Isonis magistri ex codice Caroli Widmani, quo loco a nobis excribetur cum varietate lectionum ex codice collegii Romani, de quo num. 76 dixi. Quanquam hæc aliasque veteres Christianas inscriptiones iudicio et doctrina, qua præditus est, singulari, typis vulgare a se illustratas jam dudum apparat cl. Cajetanus Marinus, præfectus tabulario Vat., qui S. Damasi carmina inter eas inscriptiones collocabit, quorum pleraque in eam usum facta et adhibita fuisse experientia compertum est; de reliquis tempus fortasse atque certos nos reddet.

(a) Pag. 1 codicis: *Prudentii Christiani poeta carminum lyricorum liber*. Carmen 1: *Per quinquennia jam decem*, quæ est præfatio, ut in editione cum notis Christophori Cellarii Hæke Magdeburgicæ an. 1703, in-8. In margine codicis metri genus rubrica describitur. Pag. 25 et seqq. alii hymni sine titulo, qui ad librum Peristephanon pertinent, hoc ordine: Primus sine titulo, quin eadem editione est etiam primus et inscribitur: *Passio Emetrii* (corrige, *Emeterii, aut Hemeterii*) et *Chelidonii*. Secundus, qui in editione est quintus, *Passio S. Vincentii martyris*. Tertius qui in editione est secundus, *Passio S. Laurentii martyris*. Quartus, qui in editione est undecimus, *Passio S. Hippolyti presbyteri*. Quintus, qui in editione est tredecimus, *Passio S. Cypriani martyris*. Sextus qui in editione est duodecimus, *Passio SS. apostolorum Petri et*

87. Sequitur in eodem codice, pag. 81: *Prudentii liber Ditrocheus, qui continetur in Titulis historiarum*: in editionibus appellatur *Diptychon*. Pag. 86, liber *Apotheosis* adversus hæreses, cui præcedunt duo prologi: 1° cum titulo, *Versus de S. Trinitate*; 2° *Invectiva contra omnes hæreses*. In codice nulla capitum divisio fit, sed tantum ad caput quod in editione inscribitur: *Adversus Phantasmaticos*, hic titulus legitur: *Explicit Apotheosis contra omnes hæreses. Incipit contra Manichæos*. Pag. 106: *Adversus blasphemantes duos deos esse*, seu potius, ut inscribitur in edit., *Hamartigenia cum prologo, cui titulus: Prologus adversus Marcionitas*.

72 88. Pag. 124. In Symmachum libri duo, cum prologo in singulos. Relatio Symmachi in codice affertur divisa in capita, seu sectiones libri n. In fine legitur hæc subscriptio rubris litteris: *Explicit liber secundus contra Symmachum de restituenda ara. Deo semper gratias. Scriptum Florentiæ anno salutis MCCCCLXXXIX, et die XXIV mensis Novembris. Lans, honor, imperium et gloria sit omnipotentii Jesu Christo, ejusque almæ genitrici semper virgini Mariæ per infinita sæculorum sæcula. Omnium rerum vicissitudo est*. Bandinius pro certo habet hunc codicem ex vetustissimo aliquo et optimo exemplari fuisse descriptum. Vide notam b, pag. 66, num. 79 (Col. 629, n. b).

89. Tomo II ejusdem catalogi, columna 166, Pluteo XXXIV codex L Petri Ciniti manu sed celeberrime descriptus, ubi pag. 26 sequitur alia manu: *M. Aurelii Prudentii Clementis Cathemerimanon*, scilicet præfatio operis, et sex sequentes hymni usque ad verbum *Variaque per figuras*, qui est vers. 31 hymni *Ante somnum*. Bandinius in ind. catal. poetam nostrum vocat *M. Aurelium Prudentium Clementem*, fortasse auctoritate hujus codicis permotus, et quia prænomen *Marcus* satis commune erat in familia Aureliorum. Vide num. 41. Ibid. col. 747, Pluteo XCI biblioth. Gaddianæ cod. IV. Enchiridionum Novi et Veteris Testamenti anepigraphum, ut in Bibl. SS. PP., Paris. 1644. Codex chartac. mendosus, sæculi xv. Ibid., sine ullo titulo *Psychomachia*, ut in eadem biblioth. PP.

90. In catalogo codd. mss. biblioth. Ricardianæ Florent. id tantum reperio. Pag. 350: *Prudentius, epigrammata sacra*. M. IV, codex chartac., in-4, num. XX et num. XXXIII. M. II, codex chartacens, in-4, num. XIII. Auctor hujus indicis seu catalogi est Joannes

Pauli. Septimus, qui in editione est quartus, *Passio SS. octodecim martyrum Casaraugustanorum*. Octavus, qui in editione est quartusdecimus, *Passio S. Virginis Agnetis*. Nonus, qui in editione est tertius, *Passio S. Eulaliæ virginis, et martyris*. Decimus, qui in editione est sextus, *Passio S. Fructuosi Tarraconensis episcopi, et sociorum*. Undecimus, qui in editione est septimus, *Hymnus in honorem S. Quirini martyris*. Duodecimus, qui in editione est nonus, *Passio S. Cassiani martyris*. Tredecimus, qui in editione est octavus, *Versus in laudem baptisterii duorum martyrum sanguine illustrati*. Quartusdecimus, qui in editione est decimus, *Passio S. Romani martyris*. Quintusdecimus est carmen cui titulus: *Inmolat opuscula sua Deo Prudentius*, et incipit, *Pius, fidelis, innocens*. In editione hæc est præfatio libri Peristephanon,

Lamius, qui non explicat quid sint epigrammata illa A Glossas, quas in veteribus schedis reperit, producemus. Scio, penes quosdam fidem Barthii in codicibus mss. citandis nonnihil vacillare. Sed rationem certam non afferunt cur falsarii crimine doctissimus homo notetur, et, ad Prudentium quod atinet, sæpe conjicit quid legendum sit, sæpe affirmat et explicat quid in codice legatur. Cur autem lectiones variantes, præsertim opportunas, potius schedis commentitiis quam sibi ipsi ascriberet?

91. Ex catalogo codd. mss. bibliothecarum Angliæ et Hiberniæ duobus voluminibus in-fol. hæc constant. In biblioth. Cantabrigiensi collegii S. Benedicti, codex 1332, 56 : *Prudentius*. Liber ob characteres et picturas splendide antiquus. Ibid., cod. 1472, 194 : *De opusculis Prudentii*. Biblioth. Eboracen., cod. 42, et iterum 42 : *Prudentii quædam*. Biblioth. Dunelm., cod. 529, 464 : *Prudentii opera*. Biblioth. Isaaci Vossii, cod. 2527, 202 : *Prudentii hymni*. Ibidem, cod. 2619, 294 : *Psychomachia*. Biblioth. Thomæ Gale, cod. 6000, 166 : *Prudentii quædam*. Ibidem, cod. 6007, 173 : *Prud. quædam*. In Biblioth. Henrici Jones, cod. 7066, 63 : *Aurelii Prudentii Psychomachia Græce reddita*. (An solus titulus Græcus est?) In Biblioth. Eduardi Bernardi (quem catalogi auctorem habeo), cod. 7446, 100 : *Prudentius ms.* 73 Ibid., cod., 7517, 177 : *Prudentius cum veteribus exemplaribus collatus*.

92. Ibidem, in bibl. Dublin, collegii SS. Trinitatis, cod. 324, 184 : *In utrumque Testamentum Tetrasticha*. In bibl. Oxoniensi collegii Orieleusis, cod. 855, 3 : *Aurelii Prudentii poemata*, optime scripta litteris antiquissimis. In bibl. Oxon. colleg. SS. Trinitatis, cod. 2003, 66 : *Prudentii opera*. In bibl. Bodleiana, cod. 2066 : *Prudentii pleraque cum adnotationibus Isaaci Vossii*. Ibid., cod. 2648, 325 : *Glossæ in Prudentium*.

93. Ludewigius in Prudentii Vita asserit Giselinum in edendis Prudentii carminibus usum fuisse codice mss. Daventriensi præter editionem Daventriensem antiquam; quod ego in Giselino non invenio. Idem affirmat, *Bunchneri notas mss.* in Prudentium Hubnerum Dresdæ bibliopolam possidere. Heribertus Rosweydyus in notis ad Paulinum pag. 814, se notas etiam seu commentarium in Prudentium habere commemorat, quem proxime typis committere volebat. Nic. Antonius in Bibl. vet. laudat antiquum Prudentii Scholiasten bene veteris ævi, plura documenta præ se ferentem, quem vidisse videtur Barthius, lib. x Thebaid., vers. 657, qui nusquam est. Quod cum num. 448 dicat, paulo post num. 450 in editione Weitzii recenset *Isonia veteres perpetuas glossas*, quod opus ipsissimum esse veteris scholiastæ a Barthio allegati ego crediderim. De commentario in Prudentium, quem apparatus Resendius relegit num. 39. Gifantii notas mss. aliqui laudant, fortasse decepti, quia is ex mss. codd. plura in Prudentio correxit in ind. Lucret., ut sæpe in commentariis docebimus.

94. Quidquid Barthius ex veteribus codicibus animadvertit, præsertim in Psychomachia, in hymno S. Eulaliæ, in hymno Defunctorum, de Novo Lumine sabbati paschalis, de S. Hippolyto, accurate a nobis colligetur, qui ipse quoque sæpe innuit, se de Prudentio perpetuis commentariis illustrando cogitare (a).

(a) In fine lib. ix Advers. cap. 20 : *Itæc, inquit, in cruditissimi valis, longæque omnium dulcissimi gratiam offendentes in membranæ, notatu non prorsus in-*

ducimus. Scio, penes quosdam fidem Barthii in codicibus mss. citandis nonnihil vacillare. Sed rationem certam non afferunt cur falsarii crimine doctissimus homo notetur, et, ad Prudentium quod atinet, sæpe conjicit quid legendum sit, sæpe affirmat et explicat quid in codice legatur. Cur autem lectiones variantes, præsertim opportunas, potius schedis commentitiis quam sibi ipsi ascriberet?

74 95. Ex catalogo codd. mss. biblioth. regiæ Parisiensis, part. 3, codex 989, olim Bigotianus, qui maximam partem sæculo x videtur exaratus, inter alia num. 6 : *Prudentii Psychomachia*. Ibid., cod. 1155, membranaceus, olim Colbertinus, qui sæculo ix creditur exaratus, num. 5 : *Prudentii Fortunati, Cypriani, Eugenii Toletani, et Sedulii carmina nonnulla*. Ibid., cod. 1765, membran., olim Colbertinus, qui sæculo xiv videtur exaratus, num. 79 : *Passio S. Vincentii, auctore BEATO Prudentio* (opinor, ejusdem est num. 78 : *Passio S. Agnetis*, cujus nullus alius auctor indicatur). Ibid., cod. 2335, membr., olim Colbert., qui sæculo xii videtur exaratus, num. 5 : *Prudentii hymni*. Ibid., cod. 7530, olim Tellerianus, Longobardicus characteribus sæculo, ut videtur, octavo exaratus, num. 10 : *Prudentii hymnus in laudem Eulaliæ martyris*.

96. In eodem catalogo, et parte 3, codex 8084, membranaceus, olim Puteanus, qui sexto sæculo videtur exaratus, quo solum continentur, 1° *Aurelii Clementis Prudentii liber Cathemerinon*; 2° ejusdem Apotheosis; 3° ejusdem Hamartigenia; 4° ejusdem Psychomachia; 5° ejusdem ex libro *περί Στεφάνων* hymni quinque, primus martyribus Hemiterio et Chelidonio, secundus B. Laurentio, tertius Eulaliæ virginii, quartus 18 martyribus Cæsaraugustavis, quintus B. Vincentio; finis desideratur. De hoc codice vide num. 100. Mabillonius, de Re diplomatica lib. v, specimen ejus profert in tabella 6, num. 2, ex initio hymni ante somnum; notatque hunc codicem non multum distare a prima ætate scripturæ Romanæ, singularemque esse formam litteræ h in Hymnus et Christus, ubi post r transponitur; quæ similis est litteræ k. Prima ætas scripturæ Romanæ ad sæculum v viguit. Ibid., cod. memb., olim Colbertinus 8085, qui sæculo x videtur exaratus, quo tantum continentur : *Aurelii Clementis Prudentii carmina*; sub linem nonnulla desunt. Ibid., cod. 8086, sæculo x, ut videtur, exaratus, quo solum continentur : *Aurelii Clementis Prudentii carmina cum scholiis*. Ibid., cod. 8087, membr. olim Colb., sæculo x, ut videtur, exaratus : *Aurelii Clementis Prudentii carmina*. Ibid., cod. 6088, olim Colbert., membran., sæculo xii exaratus, ut videtur, num. 1 : *Aurelii Clementis Prudentii carmina : passim inter lineas glossæ, et ad marginem scholia*.

97. Ibid., cod. 8089, membr., olim Puteanus, ut digna enotabamus. Non autem quidquam dementi illi operæ, quam Christi olori vorimus uni omnium sanctissimo, suavissimo, eloquentissimo.

videtur, sæculi xv, quo continentur *Excerpta e scriptis Prudentii*, Claudiani, Virgilio et aliorum. Ibid., cod. 8207, memb., olim Colbert., sæculi xiii aut xiv, num. 9 : *glossæ in Psychomachiam Prudentii*. Ibid., cod. 8305, membr., olim Colbert., qui sæculo x videtur exaratus, quo solum continentur *Aurelii Prudentii Clementis carmina* : passim inter lineas *glossæ* 75 præmittitur *sermonis fragmentum* litteris Longobardicis. Ibid., cod. 8306, memb., olim Colbert., sæculi xi, ut videtur, quo continentur *Aurelii Prudentii Clementis opera* : præmittitur illius elogium e S. Hieronymo descriptum (a).

98. Ibid., cod. 8507, membr., olim Putean., sæculi xi, ut videtur, quo continentur *Aurelii Prudentii Clementis opera*. Ibid., cod. 8308, memb., olim Mazarinæus, sæculi xii aut xiii, num. 1 : *Aurelii Prudentii Clementis Psychomachia*. Ibid., cod. 8509, membr., ejusdem sæculi, quo continetur *Aur. Prudentii Clementis Psychomachia*; finis deideratur; conjecta ad marginem scholia. Ibid., cod. 8310, cod. memb., olim Putean., sæculi xi aut xiv, num. 1 : *Aurelii Prudentii Clementis Apotheosis, sive poema de Divinitate*; ad marginem conjecta scholia. Ibid., cod. 8318, memb., olim Colb., sæculi xi aut xii, num. 2 : *Prudentii Psychomachia*; accedunt figuræ et scholia; inserta est *Passio B. Eulaliæ*, eodem auctore. Num. 3 : *Ejusdem hymnus in B. Virginem Mariam* (non vidi hunc hymnum, nisi fortasse sit hymnus de quo loquitur Goldasius num. 43). Ibid., cod. 8321, partim chartac., partim membranaceus, olim Colb., sæculi xv, ut videtur num. 10 : *Carmen Prud. de Historiis Veteris et Novi Testamenti*. Ibid., cod. 8498, membr., olim Colbert., sæculi xv, ut videtur, num. 3 : *Prudentii Tetrastichia de Veteri et Novo Testamento*. Ibid., cod. 8500, membranaceus, scriptus, ut videtur, sæc. xiv, num. 7 : *Prudentii carmen de Natura animæ* (de quo recole num. 62 in nota a (col. 607, n. c); num. 9 : *Prudentii carmen de Fide* (fortasse *Psychomachia*, aut pars ejus de Fide); num. 18 : *Prudentii Psychomachia*. Ibid., cod. 6639, chartac., olim Mazarinæus, sæc. xvi ineunte, quo continentur hymni seu passiones martyrum (b). Hæc mihi in catalogo regie bibliothecæ Parisiensis, nitidissime et magnificentissime edito, index exhibuit, nec dubito quin nonnulla alia in eo catalogo lateant ab indice prætermissa, quem non accuratissime factum scio.

99. Alii editores Prudentii quibus codicibus sint

(a) An ex Gennadio, qui post S. Hieronymum de Scriptoribus scripsit? Video enim nonnullos errare, qui putant a S. Hieronymo laudatum Prudentium, quod laudatus fuerit a Gennadio, continuatore operis S. Hieronymi.

(b) Hoc ordine : 1° Romani; 2° SS. apostolorum Petri et Pauli; 3° S. Cypriani; 4° S. Fructuosi et sociorum; 5° S. Quirini; 6° S. Cassiani; 7° S. Hippolyti; 8° S. Laurentii; 9° S. Vincentii; 10° SS. Hemeterii et Celedonii; 11° SS. octodecim martyrum Cæsaraugustanorum; 12° S. Agnes; 13° S. Eulaliæ.

(c) Nescio an id exemplar, an rem aliam indicare voluerit, cum scripsit *Prudentius primus e Christianis poetis, qui in manus nostras pervenerunt, ab usque Britannis accitus, cum jam mille et centum annis, et*

usi ex eisdem narrabo. Aldus unum tantum exemplar, idque antiquissimum 76 præ manibus habuit (c). Sichardus edidit Prudentium ex vetustioribus, ut ait, codicibus, quorum unum Argentorato submiserat Werinherus Woffnus. Giselinius multa in Prudentio nitori suo restituit ex apographis duobus Gandavensibus, alio codice non ita vetusto, sed emendatissimo, Lucæ Mæræ I. C., quatuor manuscriptoris Theodori Pulmanni, aliis tribus Antuerpiensibus, altero ex bibliotheca Artium, altero ex bibliotheca Bualidiana, tertio apud Martinianos. De Spiegelio, qui usus est codice Peutingeri obsolete vetustatis vide comment. ad inscriptionem hymni *Omni hora*. Cathemer. ix. Ad vers. 10 ejusdem hymni allegat alium codicem, sed minus fidelem, Fabricius contulit codicem, quem ex bibliotheca Numburgana Gaspar Bornerus habuerat, ex quo versum in hymno de baptisterio se integrum sarcivisse ait, et locos plurimos correxisse. Verum in præcedentibus aliorum editionibus jam legebatur ille versus :

Hic duo purpureum Domini pro nomine cæsi,

qui in Aldo desideratur. Weitzius usus est membranæ, in quibus integer exstabat Prudentius, quas acceperat a D. Hoeschelio; Hoeschelius vero a D. Carolo Widmano. Hujus codicis ordinem secutus est Weitzius, nisi quod hymnos de Natali et Epiphania Domini, quos Widmani codex post librum Peristephanon affert, Weitzius in fine libri Cathemerinon posuit. Habuit etiam Weitzius codicem D. Jacobi Bongarsii, in quo vastæ erant lacunæ (d). Gruterus communicavit Weitzio lectiones variantes ex codice antiquo monasterii Egmondani. Rittershusius eidem Weitzio ad usum impetravit ex cœnobio Fontis salutaris, sive Hailsbronensis (aliter Heilsbronnensis) membranas, quibus *Ymnarius de tempore et de sanctis per totum annum* continebatur. Ex collegio ad Portam cœli Ampeloniano, quod Erfordiæ est, *Psychomachia* vetustissimum exemplar in usum adeptus est Weitzius. E Fuldensi bibliotheca *Psychomachiam* ms. contulit M. Joachim Zehnerus, cui acceptæ referendæ sunt variæ ex eo codice 77 lectiones apud Weitzium : Goldastus huic dedit membranas, in quibus liber *Cathemerinon*, et *Amœni Manuale* erat. Nescio an hic recens sit titulus : de quo plura ad *Dittocheum*. Christianus Becmanus Palatinum codicem a Grutero fuerat nactus, et variantes lectiones ex eodem ad editionem Weitzianam suppeditavit.

plus eo delituisse, exit in publicum typis nostris excusus, ut prosit Christianis suis. Si codex ille mille et centum annis et plus eo delituerat in Britannia, cum typis Aldinis excusus est, oporteret illum exaratum fuisse ante annum 400, quod difficillimum est, neque cum Prudentii Vita et rebus gestis scriptisque coheret.

(d) In *Cathemerinon* hymno 11 progreditur ad versum 100, reliqua desunt cum seqq., et in passione Vincentiidemum incipit vers. 539. In *Psychomachia* a vers. 283 desiderantur usque ad vers. 531, ubi textus progreditur ad vers. 641; cætera absunt omnino. In hoc Bongarsii codice figuris illustrata erat *Psychomachia*, quo lumine et emblemate tessellato alii codices quos vidit Weitzius, erant destituti.

100. Huiusmodi excussit exemplar Bodleianum Oxoniae in Britannia ante annos plus minus sexcentos (nunc septingentos) descriptum (a). Bernardus Rottendorphius seu Rottendorffius Heinsio obtulit omnia Prudentii in membranis saeculo XII circiter exaratis: binos praeterea codices pari aetate, quorum alter libros adversus Symmachum, alter Psychomachiam complectebatur. Accepit etiam a cl. viro Isaaco Vossio codicem Nomsianum, nec vetustum illum, et magna sui parte mutilatum. Heinsio praecipuo fuit usus exemplar Puteanorum fratrum, longe antiquissimum illud, ac litteris Romanis maioribus exaratum, in quo libri adversus Symmachum et Peristephanon pars potior desiderabatur. De quo codice vide, num. 96, iudicium Mabillonii. Proximum a Puteano codice Thuaneum exemplar fuit Heinsio, si praestantiam et vetustatem spectes, saeculo IX circiter scriptum. Hildegarii episcopi nomen praeferebat, cuius in aetate accuratius inquirere Heinsio non vacabat. Tres Hildegarios in Gallia Christiana Samarthanorum reperio, primum episcopum Meldensem saeculo IX, alterum Lemovicensem saeculo X, tertium Bellocensensem antistitem eodem saeculo X. Sed ex solo Hildegarii episcopi nomine nihil certi de ejus aetate definiri potest. Emericus Bigotius eidem Heinsio suggestit excerpta Psychomachiae ex membranis suis, Cathemerinon, et Peristephanon ex Altinianis, et eorumdem hymnorum complura ex Mediolanensi exemplari bibliothecae Ambrosianae, mutilo quidem illo, ait Heinsius, ac meliore sui parte truncato, longe veterrimo tamen, sic ut characteris ac litterarum ductu Puteanum laudatissimum aemuletur. Antwerpiae apud patres societatis Jesu excussit trium codicum discrepantias, quas Laevinus Torrentius Lugdunensis editionis margini alleverat; sed nec Torrentius lucubrationem istam ultra hymnos Cathemerinon et Peristephanon promovet, et ipsi codices, quos adhibuerat, non magnae rei videbantur, quorum primus S. Laurentii, S. Jacobi secundus, uterque Leduicenses, tertius Abbatiae 78 de Groenendale esse a Torrentio dicebantur. A Joanne Georgio Graevio habuit Heinsius Joannis Cauchii annotata mss., tum Antwerpianam anni 1536 editionem,

A Joannis Richardi scholae illustratam, mendosam quidem illam, ac mire depravatam, sed cui Cauchius is idem manu sua diversas libri vetusti lectiones, ac sui ipsiusmet conjecturas complures ascripserat haud contemnendas, nec non Basileanam Henrici Petri editionem, Antuerpiana quadriennio recentior, sed aequae mendis inquinata, cui ex Thuanae ac Puteanae bibliothecae membranarum Claudius Salmasius scripturam discrepantem adjecerat. Percurrit etiam Heinsius exemplar Egmondanum, cujus lectiones ex Jano Grutero Weitzlus non satis fideliter expresserat, et duos codices ex bibliotheca Divionensi presidis Joannis Boherii, quorum unus magnae erat vetustatis. Audierat Heinsius (sed non vidit) codicem mirae vetustatis esse Cantabrigiae apud Britannos in collegio S. Benedicti. Narrat autem, Everardus Emenhorstius et Franciscum Juretum cogitasse de emendando Prudentio, cujus quinque codicibus membranaceis se usum testatur Juretus ad Paulinianam B. Martini vitam, et exstare, ut fama erat, notas Oberti Gifanii necdum typis descriptas: de quo ego dubito ad vers. 444 Psychomachiae. Ad editionem Parmensem nuper publicatam, de qua plura capite seq., solos codices Vaticanos, neque omnes exhibuit cl. Teolius (b).

CAPUT V.

Editiones operum Prudentii, interpretes, versiones.

79 101. Cum tot editiones poematum Prudentii factae fuerint, quot nunc proferam, quid causae esse putem cur adeo ejus opera sint rara, vix ut venalia prostent, et in multis non ignobilibus bibliothecis etiam familiarum religiosarum desiderentur? Id mihi laudi poetae verterit, non male, ut existimo, iudicabit: nam et exemplaria feliciter vendita esse, usque plura consumpta, et eos qui ea obtinuerint, cupide retinere inde colligitur. Ordine vero chronologico editiones recenserebo.

1° Anno incerto. Editio antiqua operum Prudentii, quam vidit Fabricius, de qua in Biblioth. vet. Lat., sine anni locive nota in-4 (c). Haec fortasse caeteris omnibus est antiquior.

2° Anno 1470. Augustae Vindelicorum *Finem Ha-*

(a) Cuius senium haec epigrapha prodebat: *Hunc librum dat Leofricus episcopus Ecclesiae S. Petri apostoli in Exonia ad sedem suam episcopalem pro remedio animae suae ad utilitatem successorum suorum. Si quis autem illum inde abstulerit, perpetuae maledictioni subiaceat, fiat.* Praefuit autem Leofricus Exoniensi sedi sub annis 1060 aut 1170.

(b) Ejus prudentissimum de his codicibus iudicium non ingratum erit audire ex cap. 4 praefationis. *Jam vero patet ex his, ab nullo Prudentii editorum Vaticanos cod. praeter unum et alterum, huc post Weitzii et Heinsii aetatem adrectos, visos adhuc aut collatos fuisse. Dignos tamen dignissimos esse, quorum ratio habetur, jure meritoque asserere posse videmur. Nam si numerum attendas, sexdecim sunt, si antiquitatem et sinceritatem, quatuor vel quinque exceptis, aut sequiori aetate, vel parum diligenti manu conscriptis, caeteri omnes tum vetustate, tum diligentia optima notae sunt magnique pretii. Quinque praecipuos codices nominatim recenset; Alexandrinum Vatic. 321 saeculi forsitan VII,*

D vel certe sequentis, ut putat; codices Vatic. 3859, 3860, ejusdem plus minus aetatis; codices Vat. 5821, qui a Marietto collatus fuit; et Urbinatem Vatic. 666. De quibus confer quae diximus, et characteris formam quatuor priorum codicum in examen revoca, si placet iudicare. Atque advertas, velim, codicem Vat. 3859 non omnia Prudentiana continere.

(c) In cuius fine legitur: *Aurelii Clementis Prudentii opera, prudens lector, hoc ordine impressa invenies. Primum in utrumque Testamentum Tetrasticha. Deinde eam, quem de Divinitate librum scripsit Apothensimus titulavit. Psychomachia sequitur. Hamartigenia his recto ordine additur. Peristephanon subditur, sic enim Graece liber ad Martyrium inscribitur. Diurnorum vero libro (qui et Cathemerinon dicitur) et eo quem contra Symmachum idololatram defendentem scripsit, pulchro et recto ordine totum opus consummatur. Quod liber adversus Symmachum veluti simplex proferat, cum sint duo, credo, causam esse, quia liber pro opere unum, aut plures libros continente accipitur.*

martigenis, et *Psychomachiam* prodiisse docet Ludewigius.

102. 3^o Anno 1472. Editio Daventriensis, in-4, quæ passim laudatur a Fabricio, a Michaele Maitaire Annal. typogr. tom. 1, pag. 99, aliisque; sed eos errare certum est: siquidem Giselinus in præfat. ad comment. edit. an. 1564 ita refert: *Interea tamen hoc boni evenit, ut forte fortuna in editionem quendam Daventriensem annis abhinc 70 evulgatam inciderim.* Igitur editio Daventriensis, quam advocat Giselinus, ad annum 1495 circiter pertinet.

4^o Anno 1475. Edita Daventriæ opera Prudentii refert Prosper Marchand ex Beughem et Oudin; de quo merito dubitat abbas de S. Leger in supplemento Historiæ typographiæ Marchandii, initium typographiæ Daventriæ ad annum 1477 revocans. Veram editionem Daventriensem carminum Prudentii hi omnes auctores ignorarunt.

80 5^o Anno 1495. Editio illa Daventriensis, quam sæpe laudat Giselinus, quæ, ut ait, *tantum opis illi attulit, quantum codex ullus alius.* In catalogo biblioth. reg. Paris. ita indicatur: *Aurelii Clementis Prudentii opera poetica, ex editione Rodolphi Laugii. Daventriæ, 1495, in-4.* Ludewigius, qui hanc editionem, excepto Giselino, a nemine visam legerat, ejus annum constituit esse 1494. Præter Giselinum ejusdem editionis meminit Spiegelius semel et iterum in comment. ad hymn. *Omni hora*, et Erasmus in comment. ad hymn. *vul. kal. Januar.* Maitairius in Annal. typogr., præter Daventriensem illam commentitiam anni 1472 editionem operum Prudentii, nihil aliud editum Daventriæ affert usque ad annum 1481, quo id habet: *Daventriæ libri Exempiorum: per Richardum Pasradium, in-4.* Quem ordinem servet editio Daventriensis, nondum comperi.

103. 6^o Anno 1498. Lipsiæ in-4 ad calcem Historiæ Trojanæ Daretis Phrygii editi sunt Prudentii hymni tres: 1^o *de Phase populi Israelitici*; 2^o *de Miraculis Salvatoris nostri*; 3^o *de Quiete et Somno, divino munere* (ex Fabricii Bibl. vet. Lat.). Hymnum primum conjicio esse *de Novo Lumine sabbati paschalis*, in quo describitur iter populi Israelitici: *Hunc ignem populus sanguinis inclyti*, etc., nam secundus est certo hymnus *Omni hora*, tertius hymnus *Ante somnum*.

104. 7^o Anno 1499. Enchiridium editum est Lipsiæ

(a) Aldus cum primum edidit Prudentium, adjecit Prosperi Aquitanici epigrammata super D. Aurelii Augustini sententias exarata, et versus illos,

Age jam precor mearum
Comes irremita rerum,

qui tamen Paulini potius videntur, esse quam Prosperi. In hac editione anni 1501 initio ponuntur quædam lectiones variantes ex conjectura Aldi, quas nos suis in locis ad examen vocabimus.

(b) Ordo editionis Aldinæ est hujusmodi: *Psychomachia liber. Versus de novo lumine paschalis sabbati* (qui iterum repetuntur hymno 5 Cathemerinon). *Cathemerinon liber*: nempe præfatio. *Hymn.*: 1^o *Ad galli cantum.* 2^o *Ad matutinum.* 3^o *Ante cibum.* 4^o *Ode post cibum.* 5^o *Ode ad accensionem lucernæ.* 6^o *Ante*

apud Jacobum Thanner, in-4. Ex Ludewigio et Rodriguezio de Castro.

8^o Anno 1501. *Prudentii poetæ opera, in-4, Venetiis apud Aldum mense Januario 1501.* Simul impressa sunt et compacta quedam opera Græco-Latina Damasceni et aliorum. Hinc ridicule in quodam catalogo inscriptam reperi hanc editionem: *Prudentii opera Græco-Latina.* Eam editionem cur principem judicavit esse doctissimus Nic. Antonius? Minus id mirarer, nisi ipse Daventriensem editionem, a Giselino sæpe celebratam, agnovisset et laudasset. Immerito etiam Fabricius queritur, Prudentium in collectione poetarum Christianorum Venetiis an. 1502, in-4, fuisse prætermissum; neque enim ab Aldo fuit prætermissus, sed præmissus, in cujus præfatione clare id Aldus asserit. At enim in exemplari quod Barberina bibliotheca possidet, hoc ordine sunt locati Christiani poetæ, prius Sedulius, Juvencus alique, postremo Prudentius, in cujus fine: *Venetiis apud Aldum 1501 mense Januario.* Constat autem, Prudentium prius prodiisse ex præfatione eundem: *Juvencum præterea, Sedulium, Aratorem.... quos tandem TYPI NOSTRI PARTURIUNT.... FERREVE PARIENT.* Diversus igitur ordo servatus est in voluminibus compingendis, et fortasse in nonnullis exemplaribus annus editionis poetarum Christianorum 81 appositus est 1502, in aliis 1501 (a). Heinsius miratur cur Giselinus de duabus editionibus Aldinis mentionem fecerit, cum solam ipse viderit editionem anni 1502. Atqui si hoc anno 1502 Aldus editionem Prudentii publicavit, duas esse fateri oportet: nam editionem anni 1501 egomet vidi in bibliothecis Romanis Sapientiæ, Barberina, Angelica, Casanatensi, Collegii Romani. In Commentariis sæpe nocebo videri duas fuisse Aldi editiones, cum diversæ lectiones eodem in loco tanquam ex Aldo interdum proferantur. Nuper aliquis tres Aldinas editiones distinxit, duas eodem anno 1501, quarum altera scorsum prodierit, altera cum aliis poetis Christianis, tertiam ab Heinsio visam, quæ anno 1502 facta ab eo dicitur. Verum duæ illæ editiones anni 1501 minime probantur, nam unica editio Prudentii reperitur in quibusdam exemplaribus unita aliis poetis Christianis, in aliis ab eisdem separata (b).

somnum. 7^o *Jejunantium.* 8^o *Post jejunium.* 9^o *Ad omnes horas.* 10^o *In exsequiis defunctorum.* 11^o *Octavo calend. Januarius.* 12^o *Epiphaniæ.* Sequitur *Apotheosis: Hymnus de Trinitate: Hymnus in infideles.* Incipit *Apotheosis, Contra hæreticos, qui Patrem passum affirmant: Plurima sunt, etc.* Contra Unionitas, id est Sabellianos hæreticos: *Cede, profanator, etc.* Adversus Marcionitas, qui duos deos esse affirmabant: *Quo te præcipital, etc.* (quæ est *Hamartigenia*). Sequitur *Romanus Martyr.* Inde *Peristephanon liber*, sine præfatione. Hymnus primus, in honorem martyrum Hemeerii et Cheledonii Calagurritanorum. Secundus, in honorem passionis Laurentii beatissimi martyris. Tertius, ode in laudem Eulalie martyris. Quartus, ode in laudem SS. octodecim martyrum. Quintus, ode in laudem S. Vincentii martyris. Sex-

82 9° Anno 1502. Iterum Aldum edidisse Prudentii opera probabiliter colligimus ex Giselino, qui in com. ad vers. 379 Psychomachiae laudat Aldum, si usquam alibi, certe in hujus auctoris editione, praesertim secunda, diligentissimum. Et cum Heinsius dicat se frequenter consuluisse Aldinum exemplar anno citati editum, necesse est ut nova editio eo anno fuerit ab Aldo peracta; in qua suspicio mihi erat, Aldum inseruisse eas lectiones, quas ex sua opinione seorsum in prima correxerat. Etenim Giselinus ea protulit verba, ut notaret, Aldum in secunda editione mediam hujus vocabuli *idolum*, quotiescunque licuit commode, dictionibus transpositis, produxisse; quod quidem Aldus in correctionibus primae editionis effecit. Sed cum observaverim, errores primae Aldinae editionis ab Heinsio citari, quin is animum ad correctiones adverterit, dubius haereo et suspicor editionem Aldi, quam ipse laudat, pertinere ad annum 1501, Giselinum vero, editionem secundam cum dicit, intelligere correctiones; diversas autem lectiones, quae Aldo affinguntur, errori allegantium imputandas, cum saepe soleat accidere, ut unius nomen pro alio nec opinantibus excidat.

10° Anno 1502. Ex multis ac propemodum innumeris breviariis, in quibus nonnulli hymni Prudentiani excusi sunt, liceat unum tantum proferre, scilicet Isidorianum seu Gothicum, sive quod plurimos hymnos id exhibeat, sive quod Hispanum penitus sit, ac proinde juverit ei eo lectiones quasdam a ceteris diversas desumere. In eo sunt hymnus *Jejunantium*, *S. Eulaliae*, *S. Vincentii*, *Agnethis*, *Fructuosi*, *Hemerii et Celedonii*, *Octodecim martyrum Caesaraugustanorum*, *Laurentii*, *Romani*, *Omni hora*, *Circa exsequias*, *De novo lumine*, *Ante somnum*. E quibusdam vero solum nonnullae strophae seliguntur, ut ad singulos dicemus. Prodiit autem Breviarium anno 1502 jussu celeberrimi cardinalis Ximenez, crederem etiam nonnullis affirmantibus, ejus expensis, nisi in sine legerem: *Ad laudem omnipotentis Dei necnon Virginis Mariae matris ejus: omnium sanctorum sanctorumque, expletum est Breviarium secundum regulam beati Isidori dictum Mozarabes: maxima cum di-*

gunt, ode in laudem beatissimorum martyrum Fructuosi episcopi Ecclesiae Tarrac., et Auguri, et Eulogii diaconi. Septimus, passio Hippolyti martyris ad Valerianum episcopum. Octavus, ode in laudem Quirini martyris, episcopi Ecclesiae Siscianae. Nonus, locus ubi martyres passi sunt, quod nunc Baptistrium appellatur: (deest hexametrum: *Hic duo purpureum*). Decimus, passio Cassiani martyris. Undecimus, passio beatorum apostolorum Petri et Pauli. Duodecimus, passio Cypriani martyris. Tredecimus, passio Agnetis martyris. Sequuntur libri duo contra Symmachum. Post titulum *de Hercule* desunt alii tituli usque ad *De potentia crucis*, *Hoc signo invictus*. Postea *Romanorum senatum conversum ad Christum*, *Exultare patres*. *Plerum Romanam in Christum credidisse; post hunc ad populum*. Deest titulus: *Symmachum alloquitur*. In libro II inseritur relatio Symmachi. Sequitur *Dittocheum*, cujus titulos variantes in ipso opere adnotabimus. In fine Dittochei ode, in qua poeta de se loquitur, *Pius, fidelis, innocens*, cujus versus ultimus est, *Juvabit ore personasse Chri-*

gentia perfectum et emendatum per reverendum in utroque jure doctorem dominum Alphonsum Ortiz, canonicum Toletanum. Jussu reverendissimi in Christo patris domini d. Francisci Ximenez, ejusdem civitatis archiepiscopi. IMPENSIS nobilis Melchioris Goricii Novariensis. 83 *Per magistrum Petrum Hagembach Alemanum. Anno salutis nostrae millesimo quingentesimo secundo, die vero vicesima quinta mensis Octobris. Nihilominus Ortizius in praefatione impensarum Francisci Ximenez meminit: Diu multumque recognita illustriora me reddidisse tuae diligentiae et sollicitudini clerici ammirerent. Autea namque confusa pene omnia in libris veteribus, atque haecenus incognita jacuisse penes eruditos palam est. Nunc vero suis locis quaeque reposita officia, aptaque repressis: caracteribus atque periodis distincta, verbis atque sententiis dilucida. Tuis igitur industria et IMPENSIS diu senio periclitata officia Isidoriana legentur. Quae in omnium notitiam perventura apud posteros, charitatis tuae studia, et meos labores recensebunt. Videbitur insuper diligentia nobilis viri Melchioris Goricii Novariensis: cujus opera exactissima hoc opus laboriosum est impressum in urbe regia Toletana (a). Quod attinet ad impensas fortasse partim eas cardinalis Ximenez, partim Melchior Goricius fecit, ut ita veritas utrinque constet. Quid egerit Ortizius, suis verbis notatum volui, ut quorundam opinionibus, qui magnam diversitatem inter nos. et edita officia Gothica jactant, occurrerem. Ortizii fidem luculento testimonio confirmat excellentissimus archiepiscopus Toletanus D. D. Franciscus Antonius Lorenzana, cujus opera iterum Breviarium et Missale Isidorianum longe magnificentius et correctius prodierunt. Is in erudita praefatione ad Breviarium, quo utor ejusdem dono, aperte ait: *Aliquod, licet lere, in quorundam verborum transmutatione discrimen inter Breviarium Isidorianum prelo datum a cardinale Ximeno, et inter memoratos codices mis. agnoscimus; quapropter conjicere licebit, vel Alphonsum Ortizium canonicum Toletanum alia praeculis habuisse autographa, nunc temporis deperdita, vel ipsummet Alphonsum cardinalis Ximenii auctoritate munitum in locis obscuris psalmorum, ubi anxietate**

stum. In Psychomachia sine alio titulo initium: Christe, graves hominum. Extremus titulus est Concordiae et Discordiae pugna, ac semper adhibetur vox pugna pro conflictu aut certamine in titulis. Caetera in hac editione congruunt cum editione Weitzii circa ordinem et titulos.

(a) Eadem fere repetit in praefatione Missalis, ubi de Melchioris Goricii ait: *Cujus opera et IMPENSIS ars impressoria in ea urbe (Toleti) valde illustrata est. De se autem: Quam profecto durissimam provinciam mihi servorum tuorum minimo mandare non dubitasti: quatenus summa cum diligentia missarum in primis solennia recenserem ac vigili lucubratione, quae a vero characterum ruditate dimissa jam diu fuerant, styli non mutato, ductu reficerem, servataque verborum dignitate antiquorum majestatem custodirem. Nam quae praese antiquitatem ferebant, intacta esse jussers, et tandem sic actum est. Nam dispersis in ordinem reductis, vitis abrasis, dubiisque enucleata veritate lustratis, et cetera abolita multa resarciens, tuo jussu, ut valui, omnia illustravi.*

premebatur, ad vulgatam seu aliam recurrere versionem, et juxta eam quaedam verba addidisse. Hæc prorsus ignorabat abbas de S. Leger, præfector bibliothecæ S. Genovefæ Parisiis, qui folium in-4 sine anni locive 84 nota, sed, ut puto, Parisiis anno 1787 edidit, ita inscriptum: *Particularités littéraires sur la liturgie mosarabe, tirées des lettres manuscrites de P. Burriel, jésuite espagnol, par M. l'abbé de S. L. Abbas de S. Leger ex epistolis Burrieli, non satis bene intellectis, affirmat officium Gothicum a cardinali Ximeno editum in re ipsa et substantia differre a codicibus mss. Toletanis. Nesciebat idem typis jam fuisse editas epistolas duas Burrieli quas laudat, et alteram quidem ad P. Franciscum Ravagum Parisiis Gallice redditam, alteram ad D. Petrum de Castro in bibliotheca Hispana Petri Rodriguez de Castro in articulo, *Isidorus Hispalensis* (a).*

105. 11° Anno 1505. *Enchiridion* Lipsiæ excusum lego apud Ludewigium.

12° Anno 1507. *Carmen in Romanum martyrem*, cum Joannis Murmellii commentario, Coloniae, 1507. Post restitutas litteras hunc primum appellaverim interpretem Prudentii. Fabricius et alius recens scriptor in collectione Commentariorum editionis Weitzii Joannis Maimellii explicationem recensent, quæ revera apparet in indiculo interpretum, sed abest ab opere; fortasse quia eam ad manus habere speravit, sed non potuit. En titulum: *Divi Romani, herois, et Christi martyris fortissimi incliytum adversus gentiles certamen ab Aurelio Prudentio Clemente, viro consulari et poeta præclaro, nobili carmina compositum, in quo omnia deorum sacra et paganorum mores acerrime infamantur ac redarguuntur. Cum Joannis Murmellii Ruremundensis commentario, variis rebus vocibusque referto. In fine: Impressum est hoc opusculum Coloniae in chalcographia ingenuorum liberorum Quentell. Anno Christi nati SEPTIMO SUPRA M. D. X calendis Junias. In-8 magno potius quam in-4, caractere semigothico, ut vocant. In indice bibl. Casan. male notatur annus editionis 1510. Alii in-4 esse dicunt. Vide judicium Gsellini de Murmellio, num. 117, in nota (Col. 653, n. a).*

(a) Idem abbas de S. Leger ait se vidisse Bruxellis apud dominos de Santander plura monumenta litteraria, partim ipsius Burrieli manu exarata, partim eo jubente et vidente descripta, quod ideo animadverto, quia Burrieli epistolarum collectionem Maitii edendam audivi.

(b) Hanc editionem possidebat, qui eam describit, cl. Gregorius Maiansius. Vide ejus *Specimen Bibliothecæ Gregorio-Maiansianæ, Hannoveræ, 1753, pag. 26*. Addit Maiansius: *Ad intelligendum Prudentium Christianorum poetarum eruditissimum NULLÆ NOTÆ CLARIORIS ET EXPEDITIORIS EXCOGITARI POTERANT. Emendarunt meum exemplar aliquibus in locis Vincentius Pons Valentinus, vir stupendæ eruditionis, et cl. Joannes de la Torre, et Guerean, vir ingenii acutissimi. Eandem editionem memorat Rodriguez de Castro, qui formam ejus in-8 esse dicit, et Hispanice reddit vitam Prudentii, a Nebrissensi expositam in epistola dedicatoria ad Didacum Ramirez de Villaescusa, episcopum Ma'acitanum. Judicium de interpretatione Nebrissensis lege num. 107, in nota (Infra, n. d).*

(c) Fatum hoc quoddam Hispaniæ nostræ est, ut

A 106. 13° Anno 1509. Daventriæ *Psychomachia* est edita, teste Ludewigio.

14° Anno 1512. *Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, libelli cum commento Antonii Nebrissensis*. Ad finem libri sic legitur: *Impressum præseus opus in civitate Lucronii per Arnaldum Guillelmum de Brocario, et fuitur die secunda mensis septembris, anno a nativitate 85 Christi millesimo quingentesimo duodecimo* (b). Vehementer dolendum Nebrissensem sine explicatione dimisisse libros adversus Symmachum, Apotheosin, Hamartigeniam, quosdam libri Peristephanon hymnos, scilicet Cassiani, Hippolyti, Petri et Pauli, Cypriani et Agnetis. Dittochæo ne locum quidem inter carmina dedit. Weitzius annotationes Nebrissensis exscribens, asserit, abesse hymnum 5, 6 et initium 7 Cathemerinon; fortasse nactus fuit exemplar mutilum, nam in meo sunt integri hi hymni, et adnotationes in eos. Nebrissa solum Aldum videtur habuisse præ manibus, cujus errores interdum castigat, sæpius transcribit. Dubito an diversa sit editio quam vidi et nunc memorabo: magis credo esse diversam. Nic. Antonius, qui ex editis primum commentatorem Prudentii Nebrissensem fuisse existimavit, ad Isonis glossas et Murmellii commentarium non advertit. Cellarius nostrum Antonium, a loco natali *Lebriza, Nebriza, Nebrissa, et Nebrissensem* dictum, perridicule appellat *episcopum Nebrissensem*; nollem eundem errorem exscripsisset alius (c).

C 107. 15° Anno 1512 aut paulo post. *Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, libelli. Cum commento Antonii Nebrissensis. Cum privilegio*. Nihil aliud in fronte legitur, neque in fine, aut alibi notatur annus, et locus editionis, quæ est in-4°, caracteribus semigothicis. Solum præcedit loco præfationis *Epigramma Ætlii Antonii Nebrissensis ad Prudentium ex Britannis reducem*. Quod alludit ad præfationem Aldi. Exstat hæc editio in bibliotheca Romana Sapientiæ (d). 86 In fronte effectum est Hispaniæ stem-

D scriptores ejus celeberrimi ab exteris, quamvis doctis hominibus, vulgo ignorentur aut non bene cognoscantur. Ipsiæ, qui a Cellario deceptus, Nebrissensem episcopi titulo decoravit. Fr. Ignatium Como impugnaturus non est ausus nominare, et eodem in loco V. C. Franciscum Perez Bayer, fama hinc usque ad sidera notum, et jam pridem regiæ bibliothecæ Matritensi præfectum, pro monacho aliquo aut fratre mihi videtur accepisse, cum de patria S. Laurentii disputans, ita eum appellavit, *P. Perez*, neque enim alium ab eo reprehensum opinor, nisi auctorem eruditæ dissertationis: *Laurentius et Damasus Hispanis aserti et vindicati. Romæ, 1756*. Responsionem Bayerii ad argumentum, ex silentio Prudentii in hylano S. Laurentii petium, suo loco explicabo et sustinebo.

(d) Suspicio editionis locum esse Cæsaraugustam, ex epigrammate Nebrissensis. Cæsaraugustæ Georgius typographus anno 1515 expositionem hymnorum (Breviarium) a Nebris-ensi factam, et Sedulianum cum paraphrasi ejusdem Nebrissensis formis impressit. Epigramma cujus memini est:

ma cum epigraphe : *Tanto monta*. Jovius in opere in Hispanicum sermonem ab Alfonso Ulloa converso, *Dialogo de las empresas*, edit. 1538 pag. 30, refert, hoc lemma *Tanto monta* pro rege Ferdinando catholico Nebrissensem invenisse; quod est dictum Alexandri, nodum Gordianum disrumpentis. Stemmatis Hispaniæ postea inhæsit celeberrimum aliud lemma, a Ludovico Marliano Mediolanensi, medico Caroli V et episcopo Tudensi, inventum : *Plus ultra*.

108. 16° Anno 1513. Editionem hymni ad accensionem cerci Wittebergæ assignat Ludewigius.

17° Anno itidem 1513. Hymnum S. Romani Lipsiæ editum in-4° docet idem Ludewigius : qui fortasse e-1 hic quem præ manibus habeo, in cujus fine legitur : *Prudentius de Romano martyre finem habet, impressus per industrium calcographum Melchiorum Lotterum anno Domini MDCIII*, in-4°, editio nitida. Titulus frontis magnam partem est consumptus vetustate. Exemplar quod exstat in bibl. Angelica, inter lineas glossas habet manu descriptas.

18° Anno 1520. Enchiridion Lipsiæ in-4° prodiisse aut or est Ludewigius.

19° Anno eodem 1520. In Aurelii Prudentii Clementis Cæsaraugustani V. C. de miraculis Christi hymnum ad omnes horas Jacobi Spiegel interpretatio. In-fol. parvo, pp. 142. In fine : *Selestadii in ædibus Lazari Schurerii, 1520*. De Spiegelto infra redibit mentio. Exstat hæc editio in bibliotheca Alexandrina, sive Sapieniæ.

87 20° Anno 1522. Librum Cathemerion Lipsiæ typis vulgatum tradit Rodriguezus.

21° Anno 1527. Basileæ omnia opera edita in-8, cum commentario Sichardi, in catalogo bibl. reg. Paris. : *Aurelii Prudentii Clementis opera, cum quibusdam scholiis Joannis Sichardi Basileæ, Andreas Cratander, in-8, 1527*. Exemplar notatum manu Guillelmi Postelli. Hæc est prima editio Sichardi, qua in secundo tomo edendo usus sum.

22° Anno 1536. Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, opera multo quam antea castigatiora; præterea et Aëlii Antonii Nebrissensis commentariis haud pœnitendis illustrata, quibus insuper agglutinata sunt scholia Joannis Sichardi, quæ omnia nunc primum in philomusorum gratiam excusa sunt. Excudebat Antwerpæ Martinus Cæsar, anno salutis humanæ MDCXXXVI, in-8, pp. 565. Hanc editionem vidi in bibliotheca collegii Romani.

Aurelii Clementis Prudenti, dic mihi, quæ,
 Quis te tam durus misit in exilium?
 An libuit toto divisos orbe Britannos,
 Atque Caledonii visera monstra maris?
 Baleas, orcas, et phœteras anhælos,
 Et grandes cetos, arboribusque pares.
 Nonne fuit melius Celtas non liquare Iberos,
 Et nunquam patrios deseruisse lares?
 Cæsaris Augusti dictas de nomine terras,
 Hic ubi fundit opes Liber et alma Ceres;
 Hic ubi dat fruges inverso copia cornu,
 Et Pomona suas, atque Myrrha suas.
 Sed tibi nunc recta, nisi desipis, ire necesse,
 Ut postlimini jure relicta petas.
 Ut possessores injustos pellere possis,

23° Anno 1537. Lovanii, in-8, excusas adnotationes Jacobi Meyeri in duos hymnos trochaicos de Miraculis, et SS. martyrum Hemeterii et Celedonii, a Weitzio prætermittissas, memorat Nic. Antonius, quas ait prodiisse cum versibus ejusdem Meyeri. Hoc ipsum alii bibliographi confirmant. Eas adnotationes nondum inveni.

24° Anno etiam 1537. Enchiridion Basileæ typis publicatum cum Juvenco et Aratore monet Ludewigius, quod in catalogo bibliothecæ Tellerianæ sic indicatur : *Aurelii Prudentii Enchiridion Veteris et Novi Testamenti, Basileæ B. Westhemeri, 1537*. Exstat Romæ in bibliotheca Angelica. Titulus est : *Juvenici presbyteri Hispani libri III de Historia evangelica, emendati et multis erroribus purgati. Aratoris subdiaconi libri II. Acta apostolorum complectentis, antea in Germania non edita. Aurelii Prudentii Clementis, consularis viri, Enchiridion Veteris et Novi Instrumenti. Scholæ Christianæ necessarij libri. Basileæ, apud Bartholomæum Westhemerum et Nicolaum Brylingerum, anno M.D. XXXVII. In-8 parvo. Similis editio occurrit anno 1542.*

110. 25° Anno 1540. Opera Prudentii cum commentario Nebrissensis et scholiis Joannis Sichardi, qui sex codicibus usus fuerat, Antwerpæ in-8 (ex Fabricio). Ludewigius mendis plenam hæc editionem esse testatur.

26° Eodem anno 1540. Aurelii Prudentii Clementis, viri ob eximias indolis eruditionisque dotes ad consularem dignitatem eVecti, et rerum divinarum, religionis Christianæ, juris item civilis et militarium peritia excellentis OPERA, cum Sichardi et Erasmi commentariis. Basileæ, typis Henrici Petri, in-12. Quam editionem habui a cl. physico Francisco Petraglia : recte Heinsius eam mendis inquinatam dixit. Vide num. 100.

88 27° Anno 1542. Enchiridion Basileæ cum Juvenco et Aratore. (Ludewigius) Fortasse simili forma ac anno 1537. Vide num. 109 in editione 24.

28° Anno 1546. Editionem Antuerpiensem hujus anni, quam Bailius habuerit, recenset cl. Teolius in editionis Parmensis præfatione, quam jam laudare cœpi acceptam statim ac divulgata ea est, pergrate mihi dono viri clarissimi; quem honoris causa libens nominarem, nisi ipse latere maluisset.

D 29° Anno 1553. Opera cum scholiis Sichardi et commentario Erasmi in duos hymnos de natali pueri Jesu, et de Epiphania, Lugduni, in-8. Com-

Qui tua nunc lacerant, diripiuntque bona.
 Qui sunt hi? dices, Sunt barbaros, atque solæcos,
 Est horum proles, et numerosa manus.
 Ergo citus propera, donui succurre labanti.
 Nam res absentis, justaque causa perit.
 Si te forte tui nequeunt agnoscere cives,
 Illis sermo tuus, si peregrinus erit,
 Interpretes veniam: si tentant pellere tectis,
 Assertor veniam, suppetiasque feram.

Ordo est : 1° Cathemerion liber. 2° Romanus. 3° Liber Peristephanon. 4° Psychomachia. 5° Apotheosis. 6° Hamartigenia. 7° Libri duo contra Symmachum. Deest Dittochæum. Editio est mendosa, non numeratis paginis.

uentariolus Erasmi exstat in collectione Weitzii, et in eius operibus recens est. In catalogo bibl. reg. Paris. editio dicitur in-16, per Joannem Tornoesium, Lugduni, hoc anno 1553. Alii in-8 dicunt. Hanc editionem laudat Gallandius.

30° Anno 1562. *Aur. Prudentii Clementis, V. C. sacra quæ exstant POEMATA OMNIA. Quibus accesserunt in totum quidem opus Jo. Sighardi succincta scholia, in aliquot vero hymnos Erasmi Roter. et Jacobi Spiegelii commentaria. Basileæ, ex officina Henrici Petri, anno sal. hum. m.d.lxii, mense Martio, in-8, pp. 719.* Hæc editio exstat in bibliotheca collegii Romani, quæ parum est correctæ.

31° Anno eodem 1562. In collectione poetarum Christianorum, studio et notis Georgii Fabricii, Basileæ, in-4. Ita Joan. Albertus Fabricius in Biblioth. vet. Lat. Alii annum editionis 1563 notant, alii 1564. Ludewigius hanc vocat *eruditam et raram*. Vide infra num. 111, ubi eam describimus.

32° Anno 1562. Opera Prudentii, in-8, Basileæ, cum Erasmi et Sighardi notis (ex quodam catal.).

33° Anno 1562. Editio prima Giselini mendosa, ut ipse profitetur in editione secunda. Titulus: *Aur. Prud. Clem. viri cons. OPERA, a Victore Giselino correctæ, et adnotationibus illustrata.* Ad Hippolytum Estensem cardinalem, Parisiis, apud Hieronymum de Marnes, in-12, pp. 494. Hujus editionis errores in multis aliis repetiti sunt. Giselinum, decem nactum Prudentii codices, hanc editionem adorsum fuisse quidam perperam affirmavit, deceptus inscriptione editionis secundæ anni 1564. Prima Giselini editio exstat in bibliotheca Angelica, ubi eam vidi.

34° Anno 1564. *Aurelius Prudentius Clemens, Theodori Pulmanni Cranenburgii et Victoris Giselini opera ex fide decem librorum manuscriptorum emendatus, et in eum ejusdem Victoris Giselini commentarius. Antuerpiæ, ex officina Christophori Plantini, civ. 13. LXIV. In-8.* Post commentarium Giselini leguntur Symmachi et Ambrosii de Religione epistolæ adversariæ, Petri Nannii Almarini et Victoris Giselini scholiis illustratæ. Accedunt Erasmi commentarii in duos hymnos Prudentii, de quibus num. 109 (a).

111. 35° Anno itidem 1564. Georgius Fabricius cum aliis poetis Christianis Prudentium edidit, et quidem primo loco. Inscriptio: *Poetarum veterum ecclesiasticorum opera Christiana, et operum reliquæ atque fragmenta. Thesaurus catholicæ et orthodoxæ*

(a) Ludewigius recte pronuntiat hanc editionem castigatissimam et nitidissimam esse; et quamvis idem asserat Weitzianam optimam censi, Heinsius tamen Weitzianæ editionem Giselini prætulit. Sed opus est advertere, in quibusdam exemplaribus deesse commentarios Erasmi, religionis causa avulsos, quo factum est, ut simul discreptæ fuerint novæ curæ Giselini, qui plura menda sustulit, et nonnullas animadversiones adjecit. A Barthio male accipitur Giselinus, qui vocatur Advers. lib. ix, cap. 20, *homo tantæ præsumptionis, ut COMMENTARIUM notas suas inscribere voluerit*. Rationem reddit Barthius lib. xxi, cap. 4: *At in utraque non debebat tantum negotii dare Giselino, viro probo et erudito, de quorum altero s. ex relatione doctorum, altero publice omnibus*

Ecclesiæ, et antiquitatis religiosæ, ad utilitatem j. v. n. utis scholasticæ: collectus, emendatus, digestus, et commentario quoque expositus, diligentia et studio Georgii Fabricii Chemnicensis. In fine: Basileæ, ex officina Joannis Oporini, an. sal. hum. m.d.lxiiii. In-4. In fronte avulsa erat nota loci et anni: ipse præfatur anno 1562, xiii cal. Mart. In nonnullis exemplaribus Romæ desunt commentarii, quippe ab hæretico homine interdum impie confecti, et propterea discrepti. Ad commentarios præfatur eo ipso anno 1562, xiiii cal. Jul.

36° Anno eodem 1564. Editio Prudentii cum aliis poetis Christianis Basileæ per Joan. Oporinum, in-8, laudatur a cl. Teolio, a nemine, quod ipse scierit, animadversa. Sed cum ipse non commemoraverit editionem Basileensem in-4 per Joan. Oporinum, a me visam, et a pluribus recensitam, videndum, an unica sit hæc editio, quam aliquis male in-8 indicaverit.

37° Anno 1566. *Prudentii opera a Victore Giselino correctæ, et adnotationibus illustrata. Parisiis, Marnes, 1566, in-16, pp. 140.* Fabricius ait: *Ex recensione Giselini.* Hæc editio conformis omnino est primæ editioni Giselini anni 1562. Vide num. 110. Adsunt etiam Erasmi commentarioli. Si alicubi legas, hanc editionem a Giselino procuratam, non assentiaris.

38° Anno 1568. Georgii Fabricii commentarii in quosdam hymnos Prudentii, Lipsiæ 1568, in-8 (ex Joan. Alb. Fabricio). Exstant in collectione Weitziana et in operibus Fabricii.

112. 39° Anno 1574. *Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, Christiani antiquissimi poetæ, carmina. Prosperi Aquitanici epigrammata, Joannis Damasceni, Cosmi Hierosolymitani, Marci episcopi Talucntis, Theophanis opuscula. Catari MDLXXIII. Excudebat Vincentius Sembenius Salodiensis impressor R. D. Nicolai Cangelles vicar. gener. sede vacante. In-8, pp. 552.* Editio hæc conformata est ad editionem Aldi, non admodum correctæ. Præmittitur præfatio Aldi, et altera de metris cum Vita Prudentii ab eodem conscripta, non autem lectiones variæ, de quibus num. 104 dixi. Hanc editionem cl. Teolius vidit in bibliotheca PP. Minimorum in Monte Pincio, ego in bibliothecis Alexandrina et Angelica, et exstare scio in bibliotheca locupletissima sacratissimi principis Pii VI.

constat, mo. lo non nimis suarum operarum astimator fuisset, ut cum COMMENTARIUM in Prudentium scripsisse ait, paucas illas paginas tanti faciens. Commentarius autem in Prudentium necesse sit multorum annorum opus, in quo etiam ingeniosissimus, et eruditissimus et laboriosissimus quis omnem industriam possit insumere ostentationis mortalitatis. Nic. Antonius notas Giselini inter, et adnotationibus omnium, qui præcesserant, præponit. Revera de Prudentii optime meritis est Giselinus, qui controversias etiam theologicas, paucis exceptis, non infeliciter pro medico attigit. Vide, num. 117, Chamillardi judicium in ejus præfate. Editionis hujus Giselini exemplar in biblioth. Paris. reg. exstat manu collatum cum perantiquo ms. b. bl. reg.

40° Anno 1580. Libri adversus Symmachum in A editione epistolarum Q. Aurelii Symmachi cura et studio Francisci Jureti Parisiis, in-4, pag. 317: *Aur. Prudentii Clementis contra L. Aurelium Avianium Symmachum libri duo*, etc. In fronte libri Symmachus Quintus, hic Lucius dicitur. Pag. 98, in notis: *Jureti notæ ad Prudentii libros contra Symmachum*, quos elegantissimos Juretus appellat, et ex vetustissimo codice illustrat. Hæc Jureti notæ latuerunt Weitzio.

41° Anno 1585. Editio Coloniensis hujus anni, in-8, laudatur a Nic. Antonio et Rodriguezio de Castro, quæ fortasse ab ea quæ sequitur non est distincta.

42° Anno 1588. Editio libri Peristephanon et Cathemerinon, in-8, Coloniæ, quæ mendosa dicitur a Ludewigio, et est mendosa. Inscriptio: *Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, hymni καθημερινῶν, et περὶ Στεφάνων. Coloniæ Agrippinæ, in officina Birkmannica sumptibus Arnoldi Mylji, anno M.D.LXXXVIII.*

43° Anno 1589. Prudentii opera Parisiis. Ex catalogo bibliothecæ Bodleianæ, ubi nihil aliud exprimitur. Vide num. 114 in edit. 52.

44° Anno 1591. Editio Lugduno-Batava Prudentii, in-16. Ex Nicolaº Antonio.

45° Anno 1594. Operum editio Coloniensis, in-8 (ex Nic. Antonio et Rodriguezio). Titulus est: *Opera a Victore Giselino 91 correctæ, et adnotat onibus illustrata. Ad Hippolytum Estensem cardinalem, ac principem illustrissimum. Coloniæ Agrippinæ, in officina Birkmannica, sumptibus Arnoldi Mylji, anno M.D.XCIV.* In exemplari, quo utor, solum existant Psychomachia, Apotheosis, Hamartigenia, Dittochæum cum notis Giselini. Cætera ex editione Coloniensi anni 1588 assuta et compacta sunt. Editio hæc editioni primæ Giselini respondet, adeoque mendosa est.

46° Anno 1596. *Aurelii Prudentii Clementis V. cons. opera ex recensione Victoris Giselini. Lugduni Bataavorum, ex officina Plantiniana apud Franciscum Raphelengium, 1596.* In-20. Nullæ sunt notæ. Ex recensione Giselini intellige ad normam primæ editionis, cujus errores sæpius videntur excusi typographorum et editorum intolerabili ignorantia et negligentia. Ac miror ab aliquo affirmari Giselinum hanc editionem curasse, cum ipse Giselinus in præfatione secundæ editionis monuerit, primam illam anni 1562 tumultuarie factam, et innumerabilia menda in eam irrepsisse.

47° Anno 1603. Prudentii Vita et opera, Lugduni. Ex catalogo bibliothecæ Bodleianæ.

48° Anno 1610. Opera Prudentii, Lugduni. In catalogo bibliothecæ Bodleianæ.

49° Anno eodem 1610. Andreas Wilchius edidit Heortographiam, seu Commentarios in veterum recentiumque poetarum hymnos, in-8 (ex Fabricio). Hos commentarios non vidi. Andree Wilchii Expo-

(a) Uno volumine, cujus prima parte continentur poemata Prudentii cum variis lectionibus, pp. 382; altera, *Sylloge adnotationum, scholiorum, observationum*

in festo Trium Regum, facta ex Apotheseos quibusdam versibus, existat in collectione Weitziana.

50° Anno eodem 1610. Antuerpiæ opera Prudentii prodierunt in-24, sine ullis notis, refert Cl. Teolius: sed cum id accidisse dicat post editionem Weitzianam, fortasse alium annum voluit indicare

113. 51° Anno itidem 1610. Prudentii Dittochæum in hoc opere: *Manuale biblicum, sive Eucheridion SS. Scripturæ a catholicæ apostolicæ veteris Ecclesiæ Patribus compendiatum, et nunc primum ex vetustis membranis mss. collectum, et dicitur venerabili, religioso patri D. Joanni Myntzenbergio priori Carmelitarum in conventu Francofurtiensi. Francofurti, 1610, apud Egenolphum Emmelium.* In-8. Editor sub litteris M. H. C., ut colligo ex Weitzii præfatione ad Dittochæum, est Melchior Goldastus Haminsfeldius, a quo Weitzius membranas accepit, in quibus liber Cathemerinon, et Amœni manuale erat. Sed hoc opus non videtur legisse Weitzius, qui Isonis magistri glossas uberioribus, a Goldasto adductas, omisit, quanquam miror illum e præfatione Goldasti sompisse quæ ad Prudentium pertinent, nisi eadem verba Goldastus alibi etiam scripsit. In hoc 92 ergo Manuali biblico, pag. 1, est *Prudentii Amœni Diptychon, seu Tituli historiarum Veteris et Novi Testamenti.* Duo alia similia opera in eadem collectione sunt inserta, scilicet pag. 17 Rustici Helpidii, et pag. 85 Walafridi Strahi. Varietatem lectionum Goldasti suo loco notabimus. De Isonne vide num. 16 et 114, in nota

114. 52° Anno 1611. Prudentii opera in corpore omnium poetarum Genevæ, in-4, recusa in omnibus editionibus hujus collectionis, uti etiam in editionibus bibliothecæ SS. Patrum. Scilicet in collectione veterum poetarum Aureliæ Allobrogum 1640, Londini, 1713, ut Pisarensem aliasque recentiores omittam. In Bibliotheca SS. Patrum, Parisiis, 1589, vol. 8; Lugduni, 1677, tom. 5; in Bibliotheca vero SS. Patrum, quam nostro tempore collegit vir doctus, Andreas Gallandus, Prudentii opera leguntur notis illustrata, præsertim ex Chamillardo; quædam notulas Gallandus ipse adjecit, qui hunc ordinem ex suo edito (fortasse Toræoesiano) sequitur: *Peristephanon, Apotheosis, Hamartigenia, Psychomachia, libri duo contra Symmachum, Cathemerinon, Dittochæum.* Exstant hæc opera tom. VIII ejus Bibliothecæ, Venetiis, 1772, ubi præmittit Prudentii Vitam non satis accurate digestam.

53° Anno 1613. *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera noviter ad mss. fidem recensita, interpolata, innumeris a mendis purgata, notisque et indice accurato illustrata a M. Joanne Weitzio, P. L. Accesserunt omnium doctorum virorum, quotquot in Prudentium scripserunt, notæ, scholia atque observationes, cum glossis veteribus. Hanovix, typis Wecheliani, apud hæredes Joannis Aubrii M. DC. XIII.* In-8 (a).

et notarum in Aurelii Prudentii Clementis opera singulari studio collecta, digesta ac disposita a M. Joanne Weitzio P. L. Indiculus interpretum hos exhibet, Nebria-

115. 54° Anno 1614. *Isaaci Grangæi, gymnasiar-
chæ Vindocinensis, Commentarii in Aurelii Prudentii
Clementis libros duos adversus 93 Symmachum pro
ara Victoriæ ad Cæsarem de Vendosme Vindocinen-
sem ducem. Parisiis, apud Robertum Fouet, MDCXIV.*
In-8, pp. 240, præter indicem. Editio mendosissima.
Additur in fine Relatio Symmachi cum notis Jac.
Lecti et Francisci Jureti. Item duo libri Ambrosii
adversus Symmachum. Commentarii Grangæi docti
sunt. Hanc editionem utendam accepi a cl. præsulè
Josepho Antonio Reggio.

55° Anno 1624. Prudentii poemata varia Parisiis.
Ex catalogo bibliothecæ Bodleianæ.

56° Anno 1625. *Prudentii opera ex postrema doc-
torum virorum recensione. Amsterodami, apud Guiljelm.
Janss. Cæsium, 1625.* In-32, pp. 261. Falsum est, ex
postrema recensione prodire: nam ea sunt menda,
quæ ante secundam Gisellini editionem legebantur.

57° Anno 1631. Prudentii opera, Amstelodami,
apud Joannem Janssonium, pp. 261, quæ fortasse
est eadem ac præcedens anni 1625: titulus quidem
non est diversus, paginæ totidem sunt utrobique.
Hanc editionem vidi, illam habeo.

58° Anno 1643. Franciscus Weitzius edidit in-8
heortologium sive Hymnos festiva'es, veterum recen-
tiumque notis illustratos. Ex Fabric. Bibl. vet. Lat.

59° Anno eodem 1643. *Aurelii Prudentii Clementis
hymnus de Christi Domini et Salvatoris nostri natali.
Augustus Buchnerus seorsim edidit, et commentariolo
illustravit. Wittebergæ, impensis Balthasaris Mevii
bibliopol., typis Joannis Haken. M. DCXLIII.* In-8 parvo,
pp. 130. De Buchnero lege num. 93 et commentarios.

116. 60° Anno 1616. Hymnus natalis Domini, Epi-
phanix, et Omni hora, Gorliz. Ex Ludewigio.

61° Anno 1648. Prudentius in usum scholarum
Luneb., in-12 (ex Fabricio). In hunc usum Pruden-
tium edi nonnulli cupiunt.

62° Anno 1655. Hymnus ante j-junium cum Calixti

et Hepl dlspp., Hanov., in-4. Ex Ludewigio.

63° Anno eodem 1655. Hymni duo Cathemerinæ
cum notis. Hannoveræ, in-4. Catal. bibl. Bodleianæ.

64° Anno 1659. Hymnus natalis Christi cum Mol-
lero, Friburg., in-8, quem Ludewigius laudat, et ego
ad usum accepi a cl. præsulè Josepho Antonio Reg-
gio. Inscriptio est: *Andree Molleri Pegavii commenta-
rius super hymnum Prudentium ad octavum calendæ
Januarias. Freibergæ, typis et sumptibus Georgii Beu-
theri.* In fine exstat paraphrasis Germanica hujus
hymni rhythmo expressa. Commentator hic hetero-
doxus est, sed doctus.

65° Anno 1667. *Aur. Prudentii Clementis quæ ex-
stant, Nic. 94 Heinsius ex vetustissimis exemplaribus
recensuit, et animadversiones adjecit. Amstelodami apud
Danielem Elzevirium MDCLXVII.* In-16. Editio nitida,
et imprimis correctæ. De Prudentio nemo Heinsio
melius meritus est, quantum quidem ad delectum
variantium lectionum pertinet: nam alia vix attingit,
siquidem adnotata ad Prudentium uberiora meditatæ,
ea exsequi non potuit. Si igitur de commentatoribus
Prudentii sermo sit, editio Heinsiana editioni ad
usum Delphini præferri non debet, imo nec cum ea
conferri.

66° Anno 1670. Aliam Heinsianam editionem ex
Morero in Lexico enumerat cl. Tullius, qui pro certo
tradit aliam exstare apud Soncinos, quamvis eam
non viderit. Editionem Heinsianam in Dictionario
Morero correcto an. 1740 laudari eam quæ anno
1667 peracta est, non aliam anni 1670 animadver-
tere debco.

117. 67° Anno 1687. *Aur. Prudentii Clementis
opera interpretatione et notis illustravit Stephanus
Chamillard, e soc. Jesu ad usum Delphini. Parisiis,
apud viduam Thiboust et Petrum Esclassan.* In-4
magno. Editio rara, docta et satis correctæ: inter-
pretatio seu paraphrasis minus placet. Confer Cleri-
cum tom. XII Biblioth. (a).

sensem, Sichardum, Erasinum, Spiegelium, Geor-
gium Fabricium, de quibus jam diximus, item Adami
Siberi scholia, Joannis Murnellii explicationem in
Romanum (de quo num. 105), Victoris Gisellini com-
mentarium (vide num. 110), Adami Theodori Siberi
commentariolum in tres hymnos, Andree Wilkii ex-
positionem in quosdam ex Apotheosi versus (vide
num. 112), Joannis Weitzii notas et observationes,
Isonis magistri glossas, ex codice Caroli Widmani,
et altero Jacobi Bongarsii excerptas a M. Joanne
Weitzio. Hæc editio a Ludewigio optima earum quas
viderat creditur. Confer tamen num. 110 et præfa-
tionem Heinsii num. 100. Advertas, velim, Golda-
stium, qui e vetustis membranis Isonis glossas abun-
dantiores excerptas ad Dittochæi editionem, asse-
rere, Isonem monachum fuisse in cœnobio S. Galli,
Salomonis III Constantiensis episcopi præceptorem
circa annum 900. Confer num. 16. Isonem nescio cur
alius vocitet *Isonium*.

(a) Quod judicium tulerit Chamillardus de inter-
pretibus quos viderat, nunc describam. Exstant, ait
in præfatio e, aliqui, fateor, interpretes Prudentii,
Antonius Nebrissensis, Giselinus, Weitzius, et Nicolanus
Heinsius. Sed Giselinus sectatus est tantum ea quæ
omnium erant facillima et minime scitu necessaria,
lapsus in multis etiam et allucinatus est. Nebrissensis

hæret in Prudentio magis, sed est brevior, et singula
delibata satis habet; quos ad fabulam, historiam et peni-
torem scriptoris cognitionem requiruntur, omittit. Quid
quod Apotheosin, Hamartigeniam, duos contra Sym-
machum libros, qui sunt præ cæteris tamen dignissimi
qui legantur, non attingit. Restat Heinsius, cujus varix
lectiones in Prudentium a persis interdum lectissimis
notulis, perquam crudite sunt et accuratæ, ut ab
Heinsio profectas facile noris; itaque nemo, ut opinor,
me reprehendet quod cum, quantum in me fuit, secutus
sim perinde atque Weitzium, qui, cum editas hactenus
in Prudentium notas collegisset, addidit etiam suas,
easque minime contemnendas: hoc uno cæteris superior,
quod veterum auctororum locos indicet, ac eos præcipue
sacræ Scripturæ quos Prudentius operi suo intexuit.
Mitto Jacobum Spiegelium, qui commentariolum edidit
in oden Prudentii inscriptam Omnis horæ: ejus
enim in illam notæ non solum sunt propter nimiam
prolixitatem molestæ, verum etiam minutis quibusdam,
ac pene puerilibus nugis ab ipsa grammatica repetitis
refertæ. Mitto etiam Adamum Sberum, Georgium
Remum, Adamum Theodorum Siberum, Andream Wil-
kium: quorum alii verba sæ interdum aut septem pro-
tulerunt in hymnos tres aut quatuor; alii unum dun-
taxat; ut merito ab interpretum Prudentii numero sint
expungendi. Aliter sentiendum de Scholiis Isonis, quæ

95 63° anno 1701. *Aur. Prudentii Clementis V. C. Opera cum notis Nicolai Heinsii Dan. filii, et variorum doctorum virorum maxime necessariis. Subjectus est in fine index rerum et verborum locupletissimus. Coloniae, apud Joannem Christophorum Stoissel. Anno mDCCI. In-8, pp. 978. Editio mendosa. Præter Heinsii notas, sunt commentarii Nebrissensis et glossæ Isonis.*

69° Anno 1703. *Aur. Prud. Clementis quæ exstant, recensuit et adnotationibus illustravit Christophorus Cellarius, qui et indices copiosos rerum et verborum addidit. Hæc Magdeburgicæ sumptibus orphanotrophii, 1703. In-8, pp. 559. In fine est index eorum quæ licentius solito Prudentius posuit, in quo sæpe ipse Cellarius licentius peccat, ut postea demonstrabo. Illud autem pejus, quod interdum hæresin suam tuetur.*

70° Anno 1739. Editio secunda cum adnotationibus Cellarii eodem in loco, ac prima. In 8, pp. 504.

71° Anno 1750. *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera ex postrema Nic. Heinsii, Danielis filii, et variorum doctorum recensione. Coloniae, 1750. In-8 (ex Rodriguezio de Castro). Videndum est an hæc editio sit prorsus eadem atque editio anni 1701, et an aliquis annum 1701 aliquantulum obscure typis impressum acceperit pro anno 1750, nam id subvereor.*

72° Anno denique 1788. *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera omnia, nunc primum cum codicibus Vaticanis collata, præfatione, variantibus lectionibus, notis ac rerum verborumque indice locupletissimo 96 aucta et illustrata. Parmæ, ex regio typographeo MD. CLXXXVIII. In-4 magno, vol. I et II. Editio nitida, splendida et sumptuosa, poeta nostro et Mæcenate sui dignissima. Dicata est equiti amplissimo Josepho Nicolao Azara, Hispaniarum regis apud sanctam sedem cum summa potestate legato. Interpretis nomen primis litteris indicatur J. T., hoc est Josephus Teolius. In ephemeridibus Romanis hujus anni die 19 Aprilis elogium non vulgare ejus editionis legitur. Editor cum duodecim et amplius mss. Vaticanis poemata Prudentii contulit, qui gratum multis fecisset, si exprimere curasset ex quo codice singulas variantes lectiones sumpsisset. Opera distribuit eo ordine quem ab Heinsio probatum putabat, scilicet Cathemerinon,*

quamvis admodum brevia sint, quidquid est tamen gravioris nodi, solvunt. Habendus item honos Georgii Fabricii notis in poetas ecclesiasticos, et hymnos quinque Prudentii, quos illustravit. Claudet agmen interpretum Erasmus, qui quamvis in duobus tantum postremis Cathemerini hymnis elaboraverit, quia tamen vir fuit. Si quis alius sua tempestate, acuti, et limati iudicii, operæ pretium non pœnitendum fecit, ac documento esse potest, quam non Prudentius ab eruditissimis contemnendus sit. Vides Chamillardum de multis interpretibus Prudentii nihil audivisse, de Murellio, de Jureto, de Grangæo, de Buchnero, de Mollero, ut alios præteream. Iudicium ejusdem adversus Giselinum non omnibus placet. Ipse Giselinus de Nebrissa aliter sentit: nam huic et Murellio summam diligentiam laudem, præsertim in historiis explicandis, tribuit, quamvis in Nebrissa artis potestatem scientiam majorem, in Murellio plus observationum desideret. Quod ait Chamillardus, Weitzium veterum auctorum locos in dicasse, verum quidem id est, sed addere debuit,

Peristephanon, Apotheosis, Panartigenia, Psychomachia, libri contra Symmachum, Dittocharum, quod mavult appellare Diptychon. In eo tamen deceptus est, quod oden Immolat Deo Patri recte præfigi libro Peristephanon quasi ex Heinsii sententia censuerit. Heinsius in addendis conceptis verbis ait: Vetus i codices plerique epilogum voluminis faciunt præfationem illam, quæ nunc ante librum in τριπύκων legitur... unde illam quoque ad universum Clementis nostri poeticum opus epilogi loco referri oportere non difficile, puto, agnoscas... Quapropter redeat postliminii jure in pristinum locum, unde exsulabat immerito, ex ode. Quod autem ordini qui servatus est in editione Parmensi, aut quem servari voluit Heinsius, suffragentur Vaticani melioris notæ codices, non video

*quo jure affirmari possit. Superiori capite exposui quem quisque codex Vaticanus ordinem in collocandis poematis tenuerit; alii de re tota judicent. Certe codex Vat. Alex. 321, de quo num. 78 et in notis egi, qui solus et 27 Vat. codd. omnia Prudentii poemata complectitur, multo magis ad nostram quam ad Heinsianam methodum accedit. Cæterum gaudeo pulcherrimam hanc editionem opportune ad me esse perlatam, ut docti commentatoris diligentia possim juvari. Ille quidem brevitati studuit, et se utus videtur consilium P. Francisci Pozzo, sive a Puteo, qui in opere *Memorie della vita di S. Lorenzo* monitum hoc posuit, ut in nova Prudentii editione adoranda, qualem ipse expetebat, consuleretur tum animadversionum brevitati, tum voluminis formæ commoditati. Magnificentiâ vero typographi effectus ne volumen tam esset commodum, quam Franciscus a Puteo volebat. Scriptis hujus P. Francisci a Puteo, et P. Josephi Blanchinii, presbytero um congregationis Oratorii, se plurimum adjutum ingenue bonoque exemplo Teolius fatetur, quod a nobis commemorandum fuit, ne duos illos clarissimos viros, 97 bene de Prudentio meritos, silentio præteriremus. Jam si Teolius in suo interpretandi genere summam laudem assecutus est, ego in alio, scilicet uberiori, pleniori ac, si vis, liberiori acquirere pauca si possum, non præmittam (a). Vertat aliquis olim poetæ nostro laudi, quod editione Parmensi vix absoluta alius aliam in-*

*sæpe falso a Weitzio et auctores, et locos indicari, quem incaute secutus Chamillardus labitur interdum. Minutas quasdam, et pene pueriles nugas in Spiegelio reprehendit; sed fortasse non minus minutum ac puerile est, quod ipse in proœmio Prudentii voci Roma notam subjecit: *Urbs satis nota*. In ejus vero editione sæpe accidit, nescio cujus negligentia, ut alia sit scriptura in carminibus excusa, alia in notis defensa. Prætereo nonnullos errores typographicos, et nonnunquam contra metrum, qui saltem indicari et corrigi debuerunt. Fatendum est tamen Chamillardum in quæstionibus theologicis explicandis longe cæteris commentatoribus præstiti se, qui fortasse melior fuisset interpret, nisi ad usum Delphini editionem adornasset suam. Neque dubito quin hæc editio aliis omnibus quæ præceserant sit præferenda, ut præfertur a Joan. Alb. Fabricio, quamvis Heinsius in variis lectionibus exponendis partes critici cumulatius expleverit.*

(a) Modestice cl. Teolii non invidus attribuiam

choaverit. Nam qui argumenta rerum quæ in Prudentio latent, ita jam esse illustrata censeat, ut ab uno, vel altero possint exhauriri, is sane vel Prudentium non legit, vel nullo modo intellexit (a).

98 118. Prudentii, in vulgares linguas conversi, non tot proferam exempla quot vellem, quanquam plura fortasse latent. Sed certe non tam obviæ sunt poetæ Christiani versiones, quam aliorum gentilium, e quibus nulla interdum utilitas, maxima plerumque pernicies in hominum mores potest derivari. Rodriguezius de Castro Psychomachiaë versionem Hispanicam viderat (metro, ut conjicio, factam), interprete baccalaureo Francisco Palumino, ordinis S. Jacobi conventus Uclesii sacerdote, editam Uclesii in 4, quam ipse laudat in erudita sua Biblioth. Hispanica (b).

119. Idem refert aliam versionem: Traducción de los hymnos, que hizo Aurelio Prudencio a los ilustratísimos martires S. Laurencio, S. Vicente, S. Engracia, S. Lupercio, y los demás innumerables, que padecieron en la imperial ciudad de Zaragoza. Con el nacimiento y patria del mesmo Aurelio Prudencio. Por Luis Diez de Aux, hijo de la misma ciudad, a quien se dedica. En Zaragoza por Juan de Lanaja y Quartanet, 1619. In-8. Ludovicus Diez, commentitium Dextri Chronicon secutus, Hispano carmine Prudentii Vitam scripsit. Cl. Petrum Garcia de la Huerta versibus Hispanicis Prudentii hymnos reddere ex eodem audivi, et jam pridem versionem hymni de Novo Lumine paschalis sabbati magna cura elaboratam legi.

(quam fortasse alii non laudabunt) quod ab Heinsio vix ausus fuerit vel latum unguem discedere, cum tot Vaticanos codices lustraverit, quos interdum jure suo præferre poterit. Chamillardus quidem et Cellarius minus sunt hac in re notandi: nam nullos codices per se inspexerunt, et liberiore tamen esse mihi videntur. Teofilius etiam quamdam orthographiam antiquatam ex Heinsio expressit, *urquet, tinguet, templat*, ex quo pariter potuit accipere *labsa, inpar, loquella*, et similia. In Heinsio malim alia imitari: quod enim is veteres codices allegat, non satis congruens ratio est, ut aliam scribendi rationem ipse teneat, aliam in carminibus Prudentii exarandis adoptet. *Orthographiam*, inquit Heinsius in præfatione, *Pulmannus ex vetustis exemplaribus non inconcinne aut inscite expresserat, quam tamen nos ex membranis veterrimis hic illic immutavimus, ac meliorem pro virili reddidimus, plus conspiranti codicum antiquissimorum suffragio deferentes, quam præceptis grammaticorum, quæ minus veritatis fideique, quam argutarum ut plurimum præse ferunt. Quanquam nec denegarim multo plura a me immutari orthographica potuisse, si membranarum venerandarum velustatem ostentantibus assentiri per omnia jus fasque habuissem: et curis secundis nonnihil reservandum videbatur.* Equidem in codicibus antiquissimis nihil aliud reperio nisi maximam discrepantiam in orthographia, innumerosque errores. Neque intellico, cur Prudentii carmina magis, quam Ciceronis opera, ad orthographiam codicum VII, VIII vel IX sæculi revocari debeant. Verum de diversa scribendi ratione codicum et nonnullarum editionum Prudentii fusiis dicam ad hujus capitis calcem in nota. In commentariis notabo quosdam errores typographicos editionis Parmensis in carminibus Prudentii, ubi scilicet sensus desideratur, aut lex metri, et Latinitatis non constat, quod simili modo cum optimis aliis editionibus facere decrevi, ne quis variantes lectiones esse putet.

(a) Multos hymnos Prudentii seorsum excusos nunc

120. Antonius du Verdier, Biblioth. Gallic., edit: Lugdun., 1685, pag. 95, id habet: *Aurelie Prudence Clement. La Passion de Sainet Quirin martyr eveque de Scissie, prise de l'hymne 7 de Prudence, poëte chrestien, en son livre des couronnes, et traduite en vers françois couplet pour couplet.* Edita est inter Vitas sanctorum Parisiis per Nicolaum Chesneau. Ibid., pag. 1025, Petrus de Montchault vertit Gallicæ duos hymnos Prudentii de Nativitate, et de Epiphania (carmine, opinor). Ibid., pag. 521, Guido le Feure de la Borderies edidit Parisiis per Robertum le Maignier: *Hymnes ecclésiastiques, et cantiques, partie traduits, partie de son invention*; In-8, anno 1582, editio secunda, ubi sunt 14 aut 15, ut credit Verderius, hymni Prudentiani, metro Gallico a Guidone eleganter conversi. Ibid., pag. 939, Paschalis Robin Gallicæ reddidit (puto carmine) hymnum secundum Peristephanon de S. Laurentio, et tertium de S. Eulalia.

99 121. Hæc habeo Italica Prudentii carmina. *I due libri di Prudenzo con'ro Symmaco. Tradotti in versi Italiani dal P. M. Carlo Agostino Ansaldo domenicano. Venezia, appresso Pietro Valasense, 1754.* In-8. In præfatione ait Ansaldo paucos id Prudentii opus commentariis illustrasse, ac solum Heinsium feliciter, quod oppido falsum est, nam eos libros doctis commentariis illustrarunt Juretus et Grangæus, ut alios omitam qui commentarios in omnia carmina ediderunt. Editio versuum Latinorum mendis scatet (c), interpretatio pura est, 100 et nitida.

C indicabo. Inter *Acta sincera martyrum Theodorici Rwinart* sunt hymni Eulaliæ, Cassiani, Agnetis, Laurentii, Hippolyti, octodecim martyrum Casaraugustanorum, Quirini. Hymnus S. Dionysii episcopi Alexandrini in eisdem Actis Prudentio ascribitur in indice bibliothecæ Casanatensis: sed nullus est hymnus S. Dionysii in editione Veronensi, qua utor, anni 1731. Exstat in iisdem Actis Passio infantis ex hymno S. Romani. Apud Bollandanos exstat vol. II Aprilis hymnus octodecim martyrum Casaraugustanorum, vol. I Martii SS. Hemeterii et Celedonii, vol. II Augusti S. Laurentii, vol. III ejusdem mensis S. Cassiani, ut alia nunc prætermittam a continuatoribus Bollandi ex operibus Prudentii egregie illustrata. Passio S. Eulaliæ exstat in *Hagiologio Georgii Vicelii, Moguntiaë*, 1541. S. Cypriani in *ejus operibus*, SS. Hemeterii et Celedonii, et S. Leocadiæ apud Surium. In *Vitis Patrum*, collectore Aloysio Lipomano, inseruntur hymni SS. apostolorum Petri et Pauli, Laurentii, Agnetis, Vincentii, Cypriani, octodecim mart., Romani, Cassiani, Hippolyti, Fluctuosi, Quirini, Eulaliæ, Hemeterii. Alii exstant in Hymnario V. Thomasil.

(b) *Batalla o pelea del anima: que compuso en versos Latinos: el poeta Aurelio Prudencio Clemente: nuevamente iraducida de Latin en Castellano.* Sub hoc titulo notatur annus 1259 pro anno 1559 editionis, ut Castro ex conjectura videtur. Dicata est Alfonso Manrique, filio Garciaë Manrique, comitis Dosorno, præsidis ordinum. Si librum oculis lustrare possem, conjicere tentarem an aliter ordinatis numeris annus editio nis esset 1529. Garcia Manrique, comes de Osorno, sæculo XVI ineunte jam florebat. Rodriguezius scribit *Dosorno*, et mox *Huartanet*.

(c) Absoluto hoc et superiori capite de codd. mss. et editionibus Prudentii, quædam nunc circa diversam orthographiam codicum, et editionum congeram: quanquam nonnihil jam dixi, cum de singulis codicibus sermonem habui. Marietti codex scribit

Versionem italicam ms. libri Peristephanon Mediolani viderat Anshlus, interprete, uti aiebant, Salvinio. Ego aliter lego apud Argelatum, *Biblioteca de' volgarizzatori*, tom. III, pag. 302, qui interpretem dicit Marcum Antonium Mozzium, praefationem autem adiecisse Salvinium. Hanc versionem ms. penes se habebat Argelatus, et edere cogitabat in collectione interpretationum veterum Latinorum carminum; sed puto eum rem non perfecisse. Certe Joannes Lamius, tom. I Memorab. Italor. erudit., pag. 120 edit. Florent. 1742, lapsus est, cum asseruit eam versionem Mozzii post hujus obitum Mediolani publici juris fuisse factam. E cujusdam amici schedis mss. haec excerpo : *La passione et morte di S. Cassiano, martire e vescovo d'Imola, tradotta in ottave rime dai versi latini di S. Prudenzio, in Ferrara, 1583*. Interpres videtur esse quidam Ludovicus Napoli, qui Musottio episcopo Imolensi opus dedicat, et litteras L. N. initio interpretationis apposuit. Eodem autem judicio, quo S. Cassianum episcopum appellat, Prudentium quoque sanctum nominat. Vide num. 56 : *Inno di Aurelio Prudenzio Clemente, uomo consolare, a S. Cassiano martire, colla parafrasi in ottave rime e le annotazioni del sig. abate Giuseppe Antonio cavaliere di Comachio accademico Argonauta di Ferrara, e pubblico maestro di grammatica in Bagnacavallo. Venezia, 1772, presso Bartolo Barucchelli*. Cavallerius, vir grammaticus, atavorum explicationem circa notas V. C. maluit sequi, Prudentiumque virum consularem dicere, quam expe-

A dere quid viri docti hoc saeculo, proximo et superiori animadverterint. Hymni viii cal. Januar. paraphrasin rhythmico Germanico elaboratam, et anno 1659 editam, recensui supra num. 116. Psychomachiam exstare ms. redditam Graece dixi num. 91; nisi forte quis ex solo titulo Graeco versionem totius operis collegit.

CAPUT VI.

Magdeburgensium aliorumque de Prudentii doctrinae iudicium.

101 122. Quam multa religionis nostrae capita, quam docte ac nervose Prudentius defenderit, stabilierit, confirmaverit, si haereticorum potius quam meis aut alterius catholici verbis explicuero, nemo, opinor, mihi succensebit, si attente, quo ego respexerim, animadvertat. Propositum enim mihi est ostendere quanti auctoritas Prudentii sit facienda contra recentes haereticos, aliosque male catholicos, quibus ille aperte resistit. Id autem consequar, si praeter spectatam hominis pietatem egregiamque probitatem, summopere ab omnibus commendatam, simul etiam constiterit, enim exquisito doctrinae apparatu et singulari iudicio difficillimas theologiae quaestiones et gravissima quaeque fidei Christianae dogmata explanasse. Igitur centuriatores Magdeburgenses centur. 4, cap. 10, recensente Ludovico Lucio, Prudentium tradunt fuisse ingeniosum, gravem, moribus compositum, litterarum in adolescentia studiosum, ex Hispania Romam profectum ad venerationem martyrum (confer num. 58), in libris adversus Symmachum

Kerastæ pro cerastæ, conicio, deicio, proicio, harena, fructecta, virecta, Adlantis pro Atlantis, hant pro haud, d. spero, fervos pro fervor, clodus pro claudus. Aldus scribit *obmutisce, deminuo, holuscula*. Vat. A, *obmutisce, pollice, milia pro millia, disvesco, subfodit, obicio, ascitur pro adscitur, vagantis pro vagantes, alii habent vaganteis.* Weitzius, *police, tonica, ymnus, inrepsit, atquin, saltim, vendico, ora pro hora, sevus pro savus.* Puteanus codex, *dispuite, solporeus pro sulphureus, vertex non vortex, marsuppium, Solomonia.* Codex Alexandrinus, *ferrugemeus, totiens cum Marietti codice, neglegat cum eodem, luis in nominativo, fatesco, nichil et michi, tempto.* Notandum, saeculo viii, ix et x praecipue viguisse hanc scribendi rationem *tempto, condepro*, et similia. Egmondanus codex, *postlimineo, distructum, futille, elegitur, ligumine.* Viennensis codex, *disparsa, hii pro hi, dispo'iare, assit semper pro adsit, et haui pro haud.* Ratisbonensis, *disparsa, conicio, deicio, proicio, harena, virecta, fructecta, nothus pro notus, qui est Africus, seu ventus meridionalis; holuscula, clodus, coagola, conubium.* Heinsiani omnes aut pluriusque, *Abessolon, atquin, setius pro secius, cruminae pro crumenae, verticibus pro vorticibus.* Viennensis, *conicio, fructecta.* Widm., *atquin, hora pro ora, fraglat pro fragrat, alitus pro halitus, sevus pro savus.* Bongarsianus, *atquin, saltim, flagrat, et fraglat pro fragrat.* Haec aliaque his non dissimilia, in vetustis codicibus Prudentii non minus quam in aliis aliorum veterum passim reperiuntur, partim ex certa et stabilita scribendi ratione aut saeculi inter scriptoris, partim ex negligentia aut errore. Videri potest Gifanius in indice Lucretii, qui plura vocabula ex veteribus libris in Prudentio voluit restituere : lege verba *pignera, praeringo, suboles, tinguo, pulcer, conluces, volnara*, pagg. mihi 378, 382, 412, 419, 438, 440, 445. In commentariis alia nos observabimus : solum nunc animadvertam, toto caelo errare

C qui putant se orthographiam alicujus auctoris sequi, si vetusti codicis, duobus aut pluribus post auctorem saeculis exarati, verba et apices omnes æmulentur: nihil enim tunc agunt, nisi ut imperiti alicujus et scriptoris menda, aut, si vis, orthographiam eo saeculo usitatam nobis exhibeant. Inutile tamen non est varias hujusmodi scripturas adnotare; nam saepe in locis obscuris ex unius litterulae mutatione veritas eruitur. Qua in re ego neque tam fui diligens quam solent esse laboriosa Batavorum ingenia, nam nonnullam judicandi et seligendi licentiam mihi arrogavi, neque tam parcus quam multi fortasse rellement, qui hujusmodi rerum tædio incredibili afficiuntur. Equidem sedulo dedi operam, ne quid ex his quæ in hoc genere Joannes Mariettus in sua adversaria conjecerat, et editioni Aldinae ad marginem ascripserat, in mea editione desideraretur, nisi si quando varietatem lectionis aperte supervacaneam arbitratus sum. Editionem autem Aldinam, Marietti notis mss. illustratam, ut hoc semel dicam, primus mihi indicavit cl. Laurentius Hervas, copia et varietate scriptorum satis jam notus, mathematicis vero studiis imprimis excultus, qui dum codd. mss. collegii Romani excuteret, in hanc, quam dixi, Aldi editionem incidit, ex qua cogitationem illustrandi Prudentii suscepi. Addebatur idem Hervas, se ejusdem Marietti quaedam mathematica scripta inter codd. mss. aliquando vidisse. Neque aliud mihi de Marietto scire contigit, nisi quod cl. Vitus M. Giovenazzi locum indicavit in historia soc. Jesu a Juvencio edita lib. xvii, nrm. 36 et seqq., ubi narratur Antonium Mariettum Romanum ex quadam sacra expeditione, ad quam una cum alio socio a pontifice Paulo V fuerat delegatus, Romam rediisse anno 1616. Hunc esse nostrum Joannem Antonium Mariettum libertissime credam.

doctrinam suam vimque ingenii non mediocrem ostendere. De ejus vero doctrina hæc fere aiunt, de una divina et æterna essentia, distincta tribus personis, recte sensitse, sicut in initio Psychomachæ: *Unum namque Deum colimus de nomine trino*, et hymno *Ante somnum* vers. 1, *Ades Pater supreme*. De Christo item Hamartig. vers. 51, *Forma Patris veri verus stat Filius*. De incarnatione Christi hymn. *Ante cibum* vers. 136, *Ecce venit nova progenies*; et rursus in hymn. *Omni hora*, *Corde natus ex Parentis*; et hymn. viii cal. Jan.: *Stragem sed istam non tulit*.

123. De creatione in eod. hymn. vers. 22, *Cælum, diemque, et cætera*. Deum non esse auctorem mali Hamartig. vers. 159, *Inventor vitii non est Deus*. De rerum creaturarum corruptione, et interitu ibid. vers. 504, *Nam vanum, quidquid sol aspiciit*, etc. De angelis bene inquit conditos eos esse magno numero, et a Deo in suos usus servari lib. ii adv. Sym. vers. 235. *Vocat acrios ministros* Hamartig. vers. 166, et ex eorum numero et ordine diabolam propria excidisse petulantia prolixè docet. De homine perfectissime condito, et de lapsu ejus ac restitutione per Christum recte sensit tum alibi, tum lib. ii contra **102** Sym. vers. 260. et seqq. et Hamartig. vers. 665, *Labi hominis, servare Dei est*. Eidem integram fuisse, et rectam potestatem voluntatis ante lapsum prolixissime narrat Hamart. vers. 673, *Nescis, stulte, tuæ vim libertatis ab ipso Formatore datam*. Quod vero hoc loco obtrudunt Magdeburgenses, docere Prudentium, peccato originali destructam in universum potestatem voluntatis, et in pessima quæque mutam, quale hoc sit mox videbimus. Pergunt enim dicere recte eum sensitse de peccato originis in Apotheci vers. 908, *Hæc prima est natura animæ*. De discrimine legis et Evangelii ibid., *Sed cadit in faciem plebs, non visura profundæ*, vers. 350 et seqq.

124. Addunt Prudentium hæreses nonnullas confutasse, illas maxime quæ in personam et officium Christi fuerunt blasphemæ, in Apoth. præf., ubi contra gentiliū stultas contentiones et quæstiones de Deo et religione recte ait: *Idecirco mundi stulta delegit Deus*. Dimicat in sequenti carmine acriter contra Patripassianos: contra quos asserit Filium, non Patrem, hominem factum, passum et mortuum: Filium item, non Patrem, a patriarchis esse visum. Et diserte inquit vers. 111, *Pater est quem cernere nulli est licitum*. Deinde contra Sabellianos gravissime disputat et concludit, *Hæc est nostra salus*, etc. Postea in Judæis invehitur acerrime, *En tibi Christum, infelix Judæa, Deum*.

125. Contra Ebionis, Artemonis, Samosateni, Photini et Marcelli sectatores, quos Homuncionitas dicit, pugnat prolixo carmine, ac memorabili doctrina eam disputationem concludit, inquit, *Ipsè gerit, quod struxit opus*, etc. Rursus contra hæresin Cerdonis, Apellis aliorumque phantasticorum agit in ejusdem operis carmine, ubi et Manichæi, qui aerium Christo corpus attribuit, nominatim meminit, *Ac primum specta, an deceat quidquam simulatum assi-*

guare Deo. Videtur et postremum ejus operis carmen instituisse propter eos proprie qui negarunt corporis resurrectionem, in quo palehre ait: *Nosco meum in Christo corpus consurgere*. Confutat prolixo lib. illo, Hamartigenia, Marcionis hæresin. Postremo cum Symmacho congregitur, refellens omnes ejus rationes quibus persuadere priscorum rituum restitutionem conatus erat.

126. Passim etiam centuriatores doctrinam Prudentii laudant, eum recensentes inter præstantes et illustres doctores, ex quibus potissimum, quæ doctrinæ forma sæculo iv usitata fuerit, colligitur. Sic, cap. 4, Deum esse ubique Prudentius tradidit, Apoth., *At Deus ingens, atque superflusus*. In una essentia divina tres existere personas, Apotheos. præfat., **B** *Est tris summa Deus*. Et in ipsa Apoth. vers. 238, **103** *Hæc est nostra salus*. Patrem esse æternum et immensum, Apoth. vers. 111, *Pater est, quem cernere nulli est licitum*. Qualis sit Filius, quod attinet ad ejus substantiam, proprietates, officia, diligenter explicat Hamartig. vers. 346, *Conditor ergo boni Pater est, et cum Patre Christus*. Doctrinam de duabus Jesu Christi naturis, Psychomach. vers. 74, *Atque inrupta Deum concepit femina Christum mortali de matre hominem*. Bona omnia a Deo condita esse, Hamartig. vers. 338, *Principio rerum*. De causa lapsus, Hamartig. vers. 184, *Sed factus de stirpe bonus*. De hominis lapsu et statu ejus post lapsum, lib. ii adv. Sym., vers. 260, *Condideram perfectum hominem*. Et Hamartig. vers. 697, *Vade, ait ipse parens*. De libero arbitrio ante lapsum, Hamartig. vers. 673, *Nescis, stulte, tuæ vim libertatis ab ipso*. In quibus rebus voluntas humana libera sit vel serviat, Hamartig. vers. 269, *En tibi signatum libertatis documentum*. De discrimine Veteri et Novi Testamenti, Apoth. vers. 350, *Sed cadit in faciem plebs, non visura profundæ legis in effigie scriptum per enigmata Christum*.

127. Præterea de operibus Christianorum propriis et animo prompto atque læcri præstandis, hymn. Jejun. vers. 214 *Est quippe et illud grande virtutis genus*. De loco animarum, hymn. Exsequiarum vers. 149, *Sed resolutibile corpus*. De resurrectione mortuorum, ibid., vers. 35, *Nam quod requiescere corpus*. Et Apoth. vers. 1062, *Nosco meum in Christo*. De vita æterna, hymn. Defuncti. vers. 97, *Hæc, quæ modo pallida tabe*. De inferis, lib. ii cont. Syn. vers. 185, *Interior, qui spirat homo, luet ille perenne*. Contra vanam philosophiam, astrologiam et magiam, lib. ii adv. Sym., vers. 470, *Quisque putat fato esse locum*.

128. Videamus nunc quid a Prudentio minus congruenter dictum Magdeburgenses alique hæretici criminentur. Cap. 4 invocationem sanctorum in Prudentio reprehendunt hymn. S. Laurentii, S. Vincentii et Cassiani. In qua tamen doctrina socios Prudentio dant Athanasium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, Ambrosium, impudenter affirmantes *malignum spiritum tantorum virorum scriptis plurima inseruisse, qualia sunt illa de sanctorum deum sanctorum invocationibus*. Addunt Ambrosium, sive alius sit auctor ora-

tionis funebri de obitu Theodosii, multa commemorare superstitiosa de cruce inventa ab Helena, quæ contumeliosa sunt in meritum Christi, uti quod habet Prudentius hymn. Ante somnum, vers. 133, *Cruz pellit omne crimen*, etc. Videri etiam crucis signationi nimium tribuisse Ephremum, et multis non necessariis et inutilibus oneratum fuisse Ecclesiam, si eo tempore in ea usitati erant canones pœnitentiæ Petri Alexandrini. De purgatorijs notant consentire doctrinam **104** Prudentii Hamartig., in fine, *Esto cavernoso*, cum Lactantio, lib. vii, cap. 21, et Hieronymo, lib. iv comment. in Isaiam, cap. 4, et lib. xviii com. in Isaiam.

129. Jam circa ritus ecclesiasticos animadvertunt, crescente superstitione sæculo iv, cæremonias funebres, tum ex ethnicismo tum ex Judaismo cumulas fuisse, et proferunt cap. 6 Prudentii vers. hymn. Exseq., *Candore nitentia claro*, et *Nos tecta fovebimus ossa*. Aras in templis fuisse ex historiis ejus sæculi, Socratis, Sozomeni, Theodoretii aliisque fatentur, sed aiunt a Judæis hanc consuetudinem permanasse. Referunt, Prudentium indicare, imagines repræsentantes passiones martyrum in templis collocari solitas, sed picturas in templis improbari ab Hieronymo epist. ad Joan. Hierosolym. Concedunt Prudentium meminisse cerearum candelarum hymn. S. Laur., et S. Hieronymum contra Vigilantium asserere, per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Evangelium, accendi luminaria, *jam sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum*. Sed reponunt hæc quoque ex Judaismo orta. Denique, cap. 10, inter nævos Prudentii numerant, quod non sat commode loquatur de libertate humanæ voluntatis Hamartig. vers. 769, *En tibi signatum*. Et quod, ibidem vers 509, de carnis innocentia violentam, ut ipsis videtur, interpretationem dicti Pauli ad Ephesios vi amplexus fuerit: *Errat, ait, qui luctamen cum sanguine nobis*. Item quod martyrum merita civitatibus illis profutura scripserit, in quibus obdormierint, hymn. octodecim martyr. Cæsar., *Sola in occursum numerosiores*. Nec satis caute dixisse illis videtur Cathemer. hymn. Ante cibum, vers. 146, *Hoc odium vetus illud erat*. Quædam ex his Prudentio quoque objicit Lucas Osiander in Epist. eccles. hist., cent. 4, lib. i, cap. 26, *Quos errores, inquit, Dominum ipsi condonasse non dubitamus*. Qui tamen fatetur, recte eum de plerisque partibus religionis Christianæ sensitse, pio zelo et recto judicio hæreses quasdam

(a) Fabricius in comment. invocationem sanctorum temporibus Prudentii in Ecclesiam jam irrepisse ait, et errorem suum contra Prudentium auctoritate Joachimi Camerarii tueri vult, qui asserit Prudentium nimis in his fuisse poetam, et a simplice veritate recessisse, amœnitatem musicam secutum. Verum in his audiendus non est Camerarius, *senex ille multo melius de Plauto quam de religione meritis*, quod recte in quodam Fabricii exemplari manu ad marginem ascriptum reperi, Prudentius sæpe historice loquitur, neque alio modo, ac cæteri SS. Patres.

(b) Perist. Hymn. 1, vers. 7.

Hic calentes hausit undas cæde tinctus duplici,

A oppugnasse et damnasse, Symmachum egregie confutasse. In hoc autem poeta, addit, hoc imprimis commendandum, et Christianis poetis nostri sæculi imitandum est, quod non invocat, aut suis poematibus admiscet deos ethnicos, neque theologiam impuris gentilibus fabulis conspurcat: sed sancta phrasi res divinas serio et tamen satis eleganter tractat. Ita hæretici causæ religionis catholicæ magnum pondus adjiciunt, dum Prudentium maxime laudant, et a suis opinionibus alienum fuisse ultro fatentur. Illis Joannem Clericum, fortasse non valde repugnantem, adjungam, qui tom. XII Biblioth. univers. Pythagoreismi suspicionem Prudentio intentat ex hymn. 3, **105** Cath. vers. 58, *Absit enim procul illa fames, cædibus ut pecudum libeat sanguineas lacerare dapes*. Multa etiam blaterat circa orationem in Hamartig.: *O deæ cunctiparens*, et quod Prudentius animam vocet *liquorem*. Quod autem mireris, Clericus in rebus poeticis non melior criticus quam in sacris, Prudentium affirmat interdum reperere humi, cum maxime in sublime volare conatur; ejus tamen lectionem ad ecclesiasticas antiquitates cognoscendas opportunam esse non diffitetur. Bailius in Dict. crit., verbo *Prudence*, partim Clerico adhæret, partim ab eo dissentit: nam et orationem Hamartigenæ defendi et laudari posse tuetur, et animæ immortalitatem a Prudentio discrete affirmari testatur. De Manichæorum hæresi potius Bailius laborat, quorum objectiones satis diluisset Prudentium negat, cum nusquam idoneam responsionem se invenisse pertinaciter asseveret.

CAPUT VII.

De sanctorum cultu et veneratione, eorumque reliquiis, ex Prudentii carminibus.

130. Ut autem viâ et ratione Prudentii doctrina vindicetur, primum dicam de iis in quibus Prudentius cum catholicis consentit, ab hæreticis discrepat: tum ea explicabo quæ aliquibus visa sunt a veritate fidei Christianæ aberrare. Invocationem sanctorum cultumque reliquiarum affirmat Prudentius. Sed solusne id Prudentius affirmat? Imo alii etiam, aiunt: quia jam cæperat hæc superstitio (a). Quid si toto orbis Christiano factum id fuisse ostendam, approbantibus et plaudentibus episcopis? Dicemusne veteres illos errasse, novatores vera sentire? Relegantur Prudentii carmina, et liquido apparebit non a Prudentio opinionem aliquam suam proponi, sed Ecclesiæ universæ consuetudinem **106** enarrari (b):

Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.
Exteri necnon et orbis huc colonus advenit.
Fama nam terras in omnes percucurrit prodirex.
Hic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.

Præclari sunt versus illi in Passione Laurentii, vers. 515:

Quidquid Quiritum sueverat
Orare simpivium Numæ,
Christi frequentans atria,
Hymnis resultat martyrem.
Ipsa et senatus lumina,
Quondam luperci, aut Quinives,

Hymno iv patrociniū martyrum erga civitates quæ A invaluissē consuetudinē venerandi sanctorum reli-
corum ossa venerantur concelebrat, vers. 13.

Orbe de magno caput excitata
Obviam Christo properanter ibit
Civitas quæque, pretiosa portans
Dona canistris.

Tum singillatim recenset Carthaginem, Cordubam,
Tarraconem, Gerundam, Calagurrim, Barcinonem,
Narbonem, Arelatam, Emeritam, Complutum, Tingi-
m, præcipue vero Romam et Cæsaraugustam. In
passione Vincentii observare licet diligentiam qua ve-
teres illi Christiani reliquias martyrum comparabant,
ut essent sibi suisque posteris tutamen, vers. 333 et
seqq. (a).

107 131. Ex hac tanta Christianorum cura in
martyrum ossibus colligendis, quæ non solum a Pru-
dentio affirmatur, sed etiam ex authenticis marty-
rum actis uberrime confirmatur, recte colligimus
non tantum sæculo iv, sed prioribus etiam ubique

Apostolorum et martyrum
Exosculantur limina...
O ler, quaterque, et septies
Beatus Urbis incola,
Qui te, ac tuorum cominus
Sedem celebrat ossuum.
Cui propter advolvi licet,
Qui stetibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure.

Et hymno 3, de Eulalia, vers. 191 et seqq.

Hic ubi marmore perspicuo
Atria lumnat alma nitor
Et peregrinus, et indigena,
Reliquias, cineresque sacros
Servat humus veneranda sinu.
Sic venerari ossa libet,
Ossibus altar et impositum,
Illa Dei sita sub pedibus
Prospicit hæc, populosque suos
Carmine propitiata fovet.

(a) Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cererēs,
Mollire præfultum torum,
Siccare cruda vulnera.

Ille unguarum duplex
Sulcos pererrat oculis,
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.

Plerique vestem linteam
Stillante tingunt sanguine,
Tutamen ut sacrum suis
Domi reservent posteris.

Et vers. 209 in eodem hymno S. Vincentii :

Dum cura sanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reservat posteræ.

In passione Hippolyti vers. 135 et seqq :

Morore attoniti, atque oculis rimantibus ibant,
Implebantque sinus visceribus laceris.
Ille caput niveum complectitur, ac reverendam
Canitiem molli confovet in gremio.
Hic humeros, trancasque manus, et brachia, et ulnas.
Et genua, et crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ siccantur arenæ,
Ne quis in infecto pulvere ros maneat.
Si quis et in sudibus recalentis aspergine sanguis
Insidet, hunc omnem sponsia pressa rapit.
Nec jam densa sacro quidquam de corpore silva
Obtinet, aut plenis fraudat ab exsequiis.
Cumque recensita constaret partibus ille

invaluissē consuetudinē venerandi sanctorum reli-
quias. Præterea ratio redditur cur pretiosa isthæc
monumenta ad nostram usque ætatem conserventur.
Ac revera Prudentius lectulum quo jacuit S. Vin-
centius suo adhuc tempore existitisse asseverat,
vers. 553.

Per fragmen illud testeum,
Quo parta crevit gloria,
Per, quem trementes posteri
Exosculantur, lectulum,
Miserere nostrarum precum,
Placatus ut Christus suis
Inclinat aurem prosperam,
Noxas nec omnes impudet (b).

108 132. Non solum autem Prudentii testimonio,
sed plurium aliorum dictis comprobatur hunc usum
in universa Ecclesia fuisse communem. Et, ut alios
omitam, S. Paulinum Nolanum proferam, quia sen-
tentias Prudentianis simillimas is solet complecti, et
egregie miracula ad S. Felicis sepulcrum patrata
commemorat (c). 109 Quantus fuerit ad veneran-

Corporis integri qui fuerat numerus.
Nec purgata aliquid deberent avia toto
Ex homine, extersis frondibus et scopulis,
Metando eligitur tumulo locus : Ostia linquunt ;
Roma placet, sanctos quæ tenet cineres.

Vides cur in sepulcris martyrum passim reperiantur
vasa cum sanguine, quem verum sanguinem esse ipsi
hæretici experimentis comprobantur : adeoque hujus-
modi vasa certum esse martyrii signum nemo sanus
negaverit. Quid enim aliud ea indicant ? Consule Bol-
dettum, lib. 1. Observat., cap. 28 et seq., ubi eru-
dite hoc argumentum exponit.

(b) De SS. martyribus Fructuoso et sociis hæc re-
fert hymno 6 :

Tum de corporibus sacris favillæ,
Et perfusa mero leguntur ossa,
Quæ raptim sibi quisque vindicabat.
Fratrum tantus amor domum ferre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut gestare sinu fidele pignus.
Sed ne reliquias resuscitandas,
Et mox cum Domino simul futuras,
Discretis loca dividant sepulcris,
Cernuntur niveis stolis amicti,
Mandant restitui, cavoque claudi
Mixtim marmore pulverem sacrandum.
Exsultare libet tribus patronis,
Quorum præsidio fovemur omnes
Terrarum populi Pyreæarum.

Huc faciunt verba Braulionis in epist. ad Jactatum
presbyterum, tom. XXX Hisp. sacr. in append. 3 : *De
reliquiis vero reverendorum apostolorum, quas a nobis
flagitasti vobis debere mitti, fideliter narro, nullius
martyrum me ita habere, ut quæ cuius sint, possim scire.
Præcessorum et dominorum meorum sententia fuit, ut,
quia passim aut furtim aut etiam inviti ipsi et coacti
multorum caritate ex his quæ habebant aut dare aut
carere cogebantur, cunctorum notitiæ ne ullius pateret
indiciū, tituli tollerentur, et sub uno conclavi mitte-
rentur. Reservatæ sunt tamen admodum septuaginta,
quæ in usus habentur, inter quas et quas quaris mini-
me reperiuntur. Suspiciarer festum innumerabilium
martyrum Cæsaraugustanorum inde ortum fuisse,
nisi acta eorum veriora essent, quam ut ullis suspi-
cionibus possint conculci. Eodem fere pertinent quæ
in cæteris Peristephanon hymnis circa cultum et in-
vocationem sanctorum canit Prudentius.*

(c) Natali 3.

Cernere, tunc passim est, sacra purgata medela
Pectora liminibus sterni, jam mente reflectos,

dum corpus S. Felicis Nolani gentium concursus, A multis in locis refert Paulinus, ut Natali 11, vers. 305.

Et mani solum breve confessoris adorat
Jugiter e variis collecta frequentia terris.

et egregie confirmat S. Augustinus epist. 78, *Multa notissima est sanctitas loci, ubi Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui, ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum.* Quo innuit Augustinus amicitiam quam cum Paulino arctissime contraxerat. In versibus Paulini solum est sepulcrum, ut dici solet solum B. Petri.

CAPUT VIII.

De sacris imaginibus, de SS. crucis adoratione, et pontificis Romani primatu.

433. Ex his patet falso Hospinianum, Binghamum aliosque asserere, solum post Augustini tempora usum venerationis reliquiarum invaluisse. Colligo præterea picturas in ecclesia a S. Augustino non fuisse improbatas (quod Petrus martyr aliique objiciunt), qui et optime sciebat quid Nolæ ageretur, et epistolas S. Paulini, in quibus de eis mentio occurrit, magnis laudibus prosequitur epist. 27 ad Paulinum. Neque primus fuit Paulinus qui hunc morem induxerit, ut hæretici nonnulli blaterant. Etenim ipse innuit sibi etiam id factum, etsi raro, Natali 9 :

Fortè requiratur, quam ratione gerendi
Sederit hæc nobis sententia, pingere sanctas
Raro more domos animantibus assimilatis.

Et imagines quidem, de quibus Prudentius noster in Cassiano et Hippolyto, erant certe antiquiores, altera C in Foro Cornelii, altera Romæ. Barthius, Advers. lib. II, cap. 32, putat, in carmine de Passione inter opera Lactantii manifeste fieri mentionem de picta Domini effigie in aditu templi. Hi autem sunt versus :

110 Quisquis ades, medique subis in limine templi,
Siste parum, insontemque tuo pro crimine passum
Respice me, me coeude aulmo, me in pectore serva.

Tempore concilii Eliberitani in nonnullis regionibus

Gratantes jam voce sua : concurrunt hiantum
Turba tremens hominum...
Stipatam multis unam juvat orbibus urbem
Cernere, totque uno compulsu examina voto.
Lucani coeunt populi...

Natali 9 :

Nam quasi confignata sacris coenacula tectis
Spectant de superis altaria tota fenestris,
Sub quibus intus habent sanctorum corpora selem...

Tom plurium sanctorum reliquias memorat, et in his :

Hic et Nazarius martyr, quem munere fido
Nobilis Ambrosii substrata mente recepi.

Natali 11, inter Anecdota Muratorii vers. 46 et seqq. :

Omnimedens Dominus sanctos mortalibus ægris
Per varias gentes medicos pietate salubri
Edidit...
Inde Petrum, et Paulum Romana fixit in urbe.
Sic Deus et reliquis tribuens pia munera terris,
Sparsit ubique loci magnas sua membra per urbes.
Sic dedit Andream Paris, Ephesoque Joannem...
Parthia Mattheum complectitur, India Thoman,

hæc consuetudo videtur jam fuisse inducta : nam eo respicit canon 36, quo *Placuit, picturas in ecclesia esse non debere ; ne quod colitur et adoratur in parietibus depingatur.* Qui canon sapienter illo tempore potuit esse constitutus, cum tunc Christianorum ecclesia non esset ab ethnicorum irruptionibus et irrorationibus, et præterea ex ethnicorum exemplo idololatriam Christiani facile possent addiscere, et imagines præcipue, non Deum, qui eis representaretur, colere. Theodoretus, cap. 16 Hist., in Vita S. Simeonis Stylitæ, testatur, Romæ passim in officinarum propylæis erectas fuisse sancti illius imagines, ut hæc sibi tutelam et præsidium adjungerent ; quo satis ostenditur quisnam Ecclesiæ Romanæ sensus fuerit circa imagines sanctorum Theodoreti ævo. Confer Petavium B lib. XI, cap. 13, tom. IV, part. 2.

134. De crucis autem veneratione et potentia maxime illustris est Prudentii doctrina. Cathemerinon, Hymn. 6, vers. 129.

Fac, cum vocante somno
Castum petis cubile,
Frontem, locumque cordis
Crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen,
Fugiunt crucem tenebræ,
Tali dicata signo
Mens fluctare nescit.

Hymno 5 Cath., vers. 96 :

Nam præfixa cruci spes hominum viget.

Hymno 9 Cath. vers. 82 :

Solve vocem mens sonoræ, solve linguam mobilem,
Dic trophæum passionis, dic triumphem crucem :
Pange vexillum, notatis quod refulget frontibus.

In Romano, vers. 586 :

Hæc illa crux est omnium nostrum salus,
Romanus inquit, hominis hæc redemptio est.

Apotheosis, vers. 446 :

Jam purpura supplex
Sternitur Aeneadæ rectoris ad atria Christi,
Vexillumque Crucis summus dominator adorat.

111 Plura alia habes Cat. hymno 11, vers. 115 ; Perist. hymn. 10, vers. 621 et seqq. ; Psych. vers. 347, lib. I adv. Sym., vers. 465 et seqq., ubi Constantini

Lebbæum (Thaddeum) Libyes, Phryges accepere Phlippum,
Creta Titum sumpsit, medicum Bœotia Lucam,
Marcus, Alexandria, tibi datus...
Et Carthago potens Cypriano martyre floret.
Nec procul inde Uticam collatis circumda massa
Martyribus magno venerandæ cædis æervo.
Extulit...

D

Ambrosius Latio, Vincentius exstat Iberis,
Gallia Martinum, Delphinum Aquitanica sumpsit :
Multaque præterea per eisdem largiter oras
Semina sanctorum positis diffusa sepulcris
Illustrant totum superis virtutibus orbem

Paucis S. Augustini verbis multa complectar, qui Enar. in psal. XLIV, *Ostendatur mihi, inquit, Romæ in tanto honore templum Romuli, in quanto tibi ostendero memoriam Petri. In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis ?* In Paulino Aquitania, pro Aquitania cl. Giovenazzius conjiciebat legendum, qui nonnullos veterum sanctorum locos notavit, in quibus Aquitania tanquam provincia a Gallia distincta profertur. Plures hujusmodi conjecturas in S. Paulinum in schedis suis servat Giovenazzius, quas in publicam lucem edri præstaret. Siquidem Paulini carmina medico imprimis experto indigent, ut sanitati restituantur, quales non fuerunt Muratorius et Mingarellius.

victoriam contra Maxentium exponit, animadvertens A quod :

Tunc ille senatus

Militiæ ultricis titulum, Christique verendum
Nomen adoravit, quod collucebat in armis.

Lib. II, vers. 711. de militibus Christianis :

Cruce fronti

Inscripta, cecinere tubæ, prima hasta dracones
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.

Hæc certe non negant heterodoxi, imo plures alios e SS. Patribus ita et locutos fuisse, et factitasse profitentur. Verum eos perperam et superstitione dixisse et fecisse clamant, neque ego nervosius Magdeburgenses refelli posse puto, quam si omnia loca ex eorum Historia colligerentur, quibus Patres sæculi IV, quo religio et doctrina catholica maxime viguit, erroris et superstitionis arguere non verentur. Optime enim norunt plerosque tum verbis tum factis cum nostri temporis catholicis convenire; atque adeo omnes populos, quos docebant, quos regebant, eodem more vixisse in dubium nequit revocari (a).

135. Idem inter SS. Patres, quos nihil de primatu Romani pontificis dixisse aiunt (de quibus nihil nunc ad nos), Prudentium nostrum enumerant. Atqui res contrarius modo se prorsus habet. En verba fortissimi martyris Laurentii, Perist. 2, vers. 413 :

O Christe, numen unicum,
O splendor, et virtus Patris,
O factor orbis, et poli,
Atque auctor horum mœnium.

Qui sceptrâ Romæ in vertice
Rerum locasti, sanciens

112 Mundum Quirinali togæ
Servire, et armis cedere.

Ut discrepantium gentium
Mores, et observantiam,
Linguasque, et ingenia, et sacra
Unis domares legibus.

En omne sub regnum Remi
Mortale concessit genus
Idem loquuntur dissoni

Ritus, id ipsum sentiunt.
Hoc destinatum, quo magis

Jus Christiani nominis,
Quocunque terrarum jacet,
Uno illigaret vinculo.

Da, Christe, Romanis tuis
Sit Christiana ut civitas,
Per quam dedisti, ut cæteris
Mens una sacrorum foret.
Confederantur omnia

(a) Neque animus nunc est eos exagitare qui, luminis splendore præstrieti, oculos omnino claudere D voluerunt, et aperta SS. Patrum testimonia ausi sunt corrumpere, ut Georgius Fabricius, qui in carmine de Passione Domini inter Lactantii opera pro his verbis,

Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora
Flebilis,

supposuit,

Flecte genu, innocuo terramque cruore madentem
Ore petens humili.

Præstitisset, ait Jo. Albertus Fabricius, quamvis heterodoxus, lib. IV Bibl. vet. Lat. cap. 2, G. Fabricium passim tum hic, tum alibi non ita fuisse in alienis operibus, quæ edebat, ingeniosum.

(b) Lib. II in Sym., vers. 582 :

Vix dicam, quæ causa tuos, Romane, labores
In tantum extulerit? queis gloria fortibus aucta
S.c eluat, impositis ut mandum frenet habenis?
Discordes linguas populos, et dissona culu

Hinc inde membra in symbolum,
Mansuescit orbis subditus,
Mansuescat et summum caput.
Et iam tenemus obsides
Fidissimos hujus spei.
Hic nempe iam regnant duo
Apostolorum principes.
Alter vocator gentium,
Alter cathedram post se
Primum, recludit creditas
Æternitatis januas (b).

CAPUT IX.

Male reprehenditur Prudentius circa dogma libertatis, et interpretationem Apostoli ad Ephesios cap. VI.

113 136. Libertatem indifferentiæ, ut vocant, quod defenderit Prudentius, reprehensione dignum non est, nisi omnes ad unum SS. Patres reprehendantur. Versus ejus sunt Hamartig. 769.

B En tibi signatum libertatis documentum,
Quo voluit nos scire Deus, quodcumque sequendum est.
Sub nostra ditione situm, rassinque remissum
Alterutram calcare viam. Duo cedere jussi
De Sodomis: alter se proripit, alter mussat.
Ille gradum celerat fugiens, contra illa renutat.
Liber utrique animus, sed dispar utrique voluntas
Dividit luc illuc rapiens sua quemque libido.

Marchio Scipio Maffæius, in Hist. Grat., inter cæteros Patres qui catholicam doctrinam de gratia et libero arbitrio tradiderunt, Prudentium collocat. Daniel Huetius, in Origenianis, lib. II, quæst. 7, egregie Origenis sententiam de libertate indifferentiæ contra Cornelium Jansenium defendit ex S. Augustino, quem unum hujus concertationis arbitrum vult esse Jansenius. Gaudeo ab his doctissimis hominibus ea esse dicta quæ a me pro Prudentio essent dicenda, ne molesta quæstione implicer, et cramben, ad nauseam jam recoctam, hoc loco repetam, quamquam in commentariis necesse erit quædam adjungere. Jam Apostoli locum non male dicendus est exponere Prudentius cap. VI Epist. ad Ephes.: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Prudentius Hamartig. vers. 509.

114 Errat, ait, qui luctamen cum sanguine nobis,
Et carne, et venis ferveatibus, et vitioso

Regna volens sociare Deos, subjungere uni
Imperio, quidquid tractabile moribus esset,
Concordique jugo retinacula mollia ferre
Constituit, quo corda hominum conjuncta teneret
Religionis amor: nec enim fit copula Christo
Digna, nisi implicitas societ mens unica gentes.
Hoc actum est tantis successibus atque triumphis
Romani imperii: Christo jam tum venienti
Crede, parata via est: quam dudum publica nostræ
Pacis amicitia struxit moderamine Romæ.
En ades, Omnipotens, concordibus influe terris:
Jam mundus te, Christe, capit, quem congrege nexu
Pax, et Roma tenent: capita hæc, et culmina rerum
Esse jubes.

Et vers. 660 Roma de seipsa :

Nunc nunc justa meis reverentia competit annis,
Nunc merito dicor venerabilis, et caput orbis.

In Passione Hippolyti, vers. 29 :

Fugite, o miseri, execranda Novati
Schismata: catholicis reddite vos populis.
Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est:
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.

Felle putat, calidisque animam peccare medullis.
Non mentem sua membra premunt, nec terrea virtus
Oppugnat sensus liquidos, helleve laessit.
Sed cum spiritibus tenebrosis nocte dieque
Congredimur.

Facile est frenare rebelles
Affectus carnis.
Major inest vis illa homini, quæ statile virus
Ingerit, et tenuem teui fe. it aere mentem.

Neque Prudentius omnem culpam in dæmonem re-
icit, sed magna ex parte ad cordis animique motus
rebelles revocat vers. 553.

Sed quid ego omne malum mundique, hominumque
Hostis ad invidiam detorqueo? cum mala postra
Ex nostris concreta animis, genus, et caput, et vim,
Quid sint, quid valeant, sumant de corde parenti?
Ille quidem fomes nostrorum, et causa malorum est.
Sed tantum turbare potest, aut fallere, quantum
Nos volumus...

Gignimus omne malum proprio de corpore nostrum.
Plerique interpretantur, Apostoli verbis, *Adversus
carnem et sanguinem*, homines intelligi. S. Hierony-
mus ad ea verba Prudentii interpretationem refert,
nec videtur damnare (a). Cl. Teolius in comment. ad
hunc Prudentii locum notavit, Estium sententiæ S.
Pauli non alium commentarium adhibuisse quam hos
poetæ nostri versus quos in eo maxime commendat,
quod *mundus tenebrarum harum* dicatur esse mundus
hic inferior, turbulentus, atque caliginosus, cui dæ-
mones præpositi sunt merito transgressionis huma-
næ. sive ad tentandos homines, sive ad nocendum
eis. **115** Certe Estius hanc interpretationis partem
Prudentii auctoritate corroborat, eumque vocat *poetam
theologum*. Sed in prima et præcipua parte a
Prudentio dissidet, et verba *cum carne et sanguine*
intelligi vult non de concupiscentiis, sed de homi-
nibus.

CAPUT X.

Lectio editionis *Vulgatæ Gen. III, 15, Et ipsa conteret
caput tuum, insigniter ex Prudentio confirmata.*

157. Objicitur præterea Prudentio, quod Gen. III,
15, ea verba legerit, quæ nunc revera in *Vulgata* edi-
tione leguntur: *Inimicitias ponam inter te et mulie-
rem, et semen tuum, et semen illius: ipsa conteret caput
tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Prudentius *Cathe-
merinon* 3, vers. 121:

Conscia culpa Deum pavita:is
Sede pia procul exigitur.
Innuba femina quæ fuerat,
Conjugis excipit imperium,
Frædera tristitia jussa pati.
Auctor et ipse doli coluber
Plectitur improbus, ut mulier
Colla trilingua calce terat.

(a) *Dicat quispiam: Hoc quod, ait, « Non est nobis
colluctatio adversus sanguinem et carnem, » etc., ideo
dici ut doceamur, ne e: quidem, quæ nobis ministrari
vitia putamus ex carne, carnis esse vel sanguinis, sed
a quibusdam spiritualibus nequitiis suggeri... Quia vult
ergo, aiunt, Apostolus nos docere, non ex natura cor-
poris et de materia carnis et sanguinis hæc vitiorum
genera procreari, sed instinctu dæmonum, propterea ait,
Non est nobis, etc. Ideo autem nunc eorum qui magi-
cis infelicis artibus serviunt, et facere ista perhibentur,
exempla protulimus, ut retundamus eorum opinionem
qui putant omnia vitia esse carnis et sanguinis, et nul-
lam habere dæmones potestatem, ut nos incitent ad pec-*

A Sic coluber muliebrem solum
Suscipit, atque virum mulier.
Ecce venit nova progenies,
Æthere proditus alter homo,
Non luteus, velut ille prior,
Sed Deus ipse generis hominem.
Corporeisque carens vitiiis.
Fit caro vivida, sereno Patris,
Numine quem rutilante gravis
Non thalamo, neque jure tori,
Nec genibus illecebris
Intemerata puella parit.
Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aspdis, atque hominis
Digladiabile dissidium,
Quod modo cernua femineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia virgo venena domat:
Tractibus anguis inexpectatis
Virus inerme piger revomit
Gramine concolor in viridi.

B Quid illustrius ad *Vulgatæ* lectionem confirmandam?
Quid clarius ad immaculatam *Deiparæ* conceptionem
stabilendam? Aiunt hæretici Prudentium exemplar
aliquod corruptum sacrorum librorum legisse. Sed
cur corruptum illud erat exemplar? quia scilicet ea
verba ibi legit, quæ ipsi nollent scripta. Ita non alia
ratione tueri possunt, lectionem *Vulgatæ* esse cor-
ruptam, nisi affirmant, jam IV sæculo Prudentium
aut uno aut pluribus exemplaribus corruptis usum
fuisse. Quid? quod interpretatio a Prudentio adhibita
satis persuadet, non solum jam tunc passim ita legi,
sed etiam ad B. Virginem, *omnia venena domantem*,
quod Deum edere merita fuerit, hoc est, sine labe
conceptam, locum illum **116** *Genesis* applicari?
Non enim finges, aut, si tibi fingas, mihi probabis.
C Prudentium ex uno vel altero corrupto exemplari ea
verba arripuisse, quibus novam ipse suam interpre-
tationem fundaret. Cur autem tam perspicuam Pru-
dentii auctoritatem ii potissimum non urgent, qui
B. Mariæ intemeratam conceptionem tot voluminibus
editis propugnant? Nam Alva, qui in ea causa effuse
versatus est, in *Militia* conceptionis vix pauculos
Prudentii versus, apud Eusebium Nierem! erg a se
lectos, in medium protulit (b). Melchior Canus, lib.
vii de *Loc. theolog.*, cap. 3, hac via potuisset argu-
mentum Achillicum Erasmi refellere, quo is omnium
sanctorum testimonio non se existimant obruendum,
si quando universis repugnaverit: nam sancti omnes
qui in ejus rei mentionem inciderunt, uno ore, ut
jactat Erasmus, asseverarunt B. Virginem in peccato
originali conceptam. Canus *rem hanc, alias gravissimi-
mam, nullius in Christiana religione esse momenti* re-
spondet. *Nulla, inquit, mihi, fateor ingenuæ, alia via*

catum. Et post multa: *Prolizius forsitan quam lector
voluerit, de hoc capitulo disputatum sit: sed quæro
dei veniam difficultati ipsius loci, et personæ Ephra-
siorum, qui post artes magicas scire debuerant, a quibus
fuisent aliquando decepti.*

(b) Plaza, alique ne nominant quidem Prudentium.
Et hoc maxime desideratur in opere Plaza ita inscri-
pto: *Causa immaculatæ conceptionis SS. Matris Dei
Mariæ dominæ nostræ sacris testimoniis ordine chrono-
logico, utrinque allegatis, et ad examen theologicum
criticum revocatis, agitata, et conclusa, auctore Bene-
dicto Plaza S. I. Patorni 1747.*

patuit ad illud *Erasmii argumentum eludendum, quo A* *sanctorum auctoritatem acute ille quidem tentavit eludere.* In Prudentio autem videre licet piam sententiam, non solum qualem theologi explicant, sed etiam qualem pictores vivis coloribus exprinunt, depicta imagine Deiparæ, cujus pedibus *cernuus anguis proteritur, tractibus inexplicitis virus inerme veromens.*

138. Idem Canus inter menda quæ ex incuria videlicet typographorum, aut eorum qui excrisere, imperitia in sacris Litteris obrepserunt, enumerat eam locum Genesis, *Et ipsa conteret caput tuum pro Et ipsam, nempe semen, aut ipse, quod putat posuisse primum interpretem, qui semen in masculino genere transtulit, rem significatam perpendens, ex Hieronymo in Quæst. Hebr. In eadem sunt sententia cum alii, tum Natalis Alexander in dissert. de Vulgata S. Script. versione. Sed non advertunt potuisse esse corruptum textum Hebræum, cum revera Bellarminus, lib. II de Verbo Dei, cap. 12, legerit codicem in quo scriptum erat Hebraice ipsa. Et quod vox Hebræa quæ per ipsam redditur, significet etiam ipsa, quamvis minus frequenter ita accipiat, docent auctores linguæ Hebræicæ peritissimi. S. Augustinus ad editionis nostræ lectionem accedit lib. XI de Genesi ad lit., cap. 36 : *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et inter semen tuum et semen illius. Ipsa 117 tibi servabit caput, et tu servabis ejus calcaneum.* Et lib. II de Genesi adversus Manichæos, cap. 6 : *Ipsa tuum observabit caput, et tu calcaneum illius.* Pariter S. Ambrosius, de Fuga sæculi cap. 7 : *Ipsa tibi observabit caput; et tu illius calcaneum.* Claudius Mar- C *Victorius sæculo V in Genesin :**

Peditus repes, et pectore prono,
Teque tuo mulier perimet cum semine, cujus
Callidus extremis tantum insidiabere plantis,
Ut trepidans etiam capiti vestigia ligat.

Eadem ætate Alcimus Avitus Viennensis episcopus, *Vulgatæ lectionem Prudentique interpretationem secutus est lib. III Genes. :*

Olim erit, ut sexum muliebrem pronus a lores,
Cujus tu quanquam pavidæ insidiabere calci,
Conteret una caput tandem tibi femina victrix,
Nascendæque etiam tali de stipite germen.

Alios recentiores omitto. Hæc enim abunde sufficiunt, ut penitus refellatur Abrahamus Costerus in suo libello : *Vindex loci S. Scripturæ Genes. III, 15, a vitiosa interpretatione de B. Virgine Maria, quæ in Bibliis Ecclesiæ Romanæ jam diu inveteravit, qui exstat vol. II Thesauri libr. philog. et historic. Thomæ Crenii. Costerus cap. 5 fidenter ait : Lectio hæc, ipsa con-*

(a) Neque enim Lutherus, Calvinus alii que hujusmodi reformatores melius norunt quamiam fuerit consuetudo, quamam mens Ecclesiæ tribus primis sæculis, quid magis post Ecclesiæ pacem deceat, quam SS. illi Patres, doctores et episcopi, quorum consiliis et doctrina tantopere ipsa Ecclesiæ sæculo IV floruit. Joannes Marangonus librum edidit : *Delle cose gentilesche e profane trasportate ad uso ed ornamento delle chiese.* Petro Lazzari, claro in theologia et historia ecclesiastica nomini, displicet hæc Marangonii aliorumque opinio; qui in dissertatione seu diatriba, *De falsa veterum Christianorum rituum a ritibus ethnicorum origine, a Petro Rinaldi in collegio Roma-*

TERET, nondum inventa fuit Augustini tempore, et cap. 15 : Quamvis ergo Patrum quidam to ipsa retineant, prædicatum tamen CONTERET CAPUT nec agnoscunt, nec exponunt. Quod ideo dicit, quia nonnulli legerunt : ipsa OBSERVABIT. Neque verius eodem cap. oppugnat Franciscum Brugensem, qui probat lectionem, ipsa CONTERET, textui Hebraico non repugnare. Negat ibidem commoda expositione, quam Bellarminus, Brugensis, alii que exhibent, lectionem Vulgatam accipi posse. Verum Heterodoxus Grotius ingenue fatetur sensum satis commodum ex ea lectione erui. Hoc tamen fatebor, antiquiorem nostro poeta neminem a me visum, qui clare legerit CONTERET, sed non dubito quin alii præcesserint : et hymni quidem Prudentiani, in multis ecclesiis celebrati, satis probant B quam communis tunc fuerit sententia de Virgine conterente caput serpentis, hoc est, peccatum originale, ut SS. Patres et interpretes exponunt. Mazochius in addit. ad Junium, pag. 990 tom. III calend. præclare Ambrosii locum serm. 22 in psal. cxviii, pro sententia pia explicat.

CAPUT XI.

Ritus ecclesiastici, qui nunc vigent, Prudentii ævo in Ecclesia usitati. Luminum usus, et copia.

118 159. Solent hæretici (atque utinam ii soli essent!) cæremonias pene omnes, præsertim, quas Romana adhibet Ecclesia, contemnere, et cum ipsis venerabilis antiquitas objicitur, aut negant sub ipso nascentis Ecclesiæ initio eas fuisse adhibitas, aut ex ethnicismo et Judaismo originem trahere respondent. In quo parum vident, sive cæci omnino sunt, ducesque cæcorum. Quod enim ad priora tria sæcula appellat, primum plurima perierunt documenta, ex quibus hæc ipsa quæ desiderant, possent illustrari. Quam multa enim sunt quæ ex uno tantum aliquo libro exstante ad nostram notitiam devenerunt? quæ, si is liber periisset, eodem jure nunc negarentur. Deinde in iis quæ ad cultum publicum præsertim circa templa, altaria eorumque ornatum et splendorem pertinent, normæ religionis congruentius ex IV sæculo, in quo pax reddita est Ecclesiæ, peti debet, quam ex tribus præcedentibus, in quibus Christiani non ea omnia certe quæ vellent, poterant exsequi (a). Cum autem cultus erga Deum externis quibusdam ritibus, et cæremoniis debeat exerceri, eorum vero rituum numerus sit quodammodo circumscriptus, et a natura sit comparatum certa obsequii, et reverentiæ signa exhibere, quæ fere apud omnes gentes

no habita anno 1777, probat, 1º nullum afferri argumentum quo nostrorum rituum a ritibus ethnicorum origo vere demonstraretur; 2º nullam assignari cæremoniam veterem a catholica Ecclesia communiter observatam, quæ multo melius atque commodius repeti aliunde non possit; 3º spectata SS. Patrum doctrina et veteri Ecclesiæ disciplina, originem, quam illi volunt, assignari nullo modo posse. Loquitur de quatuor primis sæculis, et illud urget, naturæ legem ipsam, atque instinctum ad quasdam cæremonias quasi manu tempore omni duxisse, non minus quam ad alias actiones, ut manducandi, bibendi, vestibus se induendi.

eadem sunt, non est mirandum, multoque minus **119** A nantur. Et tamen hæc ab ipsis hæreticis in primis reprehendendum, si in ecclesia catholica etiam a tempore apostolorum consuetudines aliquæ fuerint inductæ, quarum similes ab ethnicis celebrabantur. Gentiles ex Hebræis sumpsisse pene omnem rationem et modum, quo deos suos colerent, demonstratum est in dissertatione tom. VII Antiquit. Græc. Gronov., pag. 1: *Danielis Clasenii theologia gentilium, seu demonstratio, qua probatur, gentilium theologiam (ceu tenebras), deos, sacrificia, et alia ex fonte Scripturæ (ceu luce) originem traxisse.* Demum Hebræi a Deo edocti fuerunt quibus eum ritibus venerari deberent, adeoque sapienter primi christiani fecerunt, dum ad veterem populi Israelitici disciplinam nonnullas suas cæremonias stabilierunt pro ea potestate quam Christus Ecclesiæ suæ concessit novas condendi leges, B prout res ipsa et tempora opportunius exigere videntur.

140. His rationibus vindicatur Prudentius, quem acatholici et semicatholici accusant, quod ritus veteres ecclesiasticos, quos nunc ipsi reprobant, graphice descripserit. Nam cum viri hujus nobilissimi, inter sæcularia negotia versati, pietas, qua ipse in sepulcris sanctorum adolvebatur, martyres ferventissimis precibus sibi patronos invocabat, eorum venerationem promovebat, hos novatores a sua sententia detertere omnino deberet, non alia ratione se expediunt, nisi superstitionis vocabulo temere et importune adhibito. Neque ego negaverim, ignaros homines interdum ad superstitionem declinare. Sed præterquam quod nostri sæculi mores multo magis impietatis vitio quam superstitionis laborant, superstitio quæ in his ritibus nonnunquam obrepat, non est peccatum legitimum, sed hominum, qui difficulter in media virtute consistunt. Memini in Annalibus Lingueti me legere, eum Londini dum versaretur, valde miratum fuisse superstitionem gentis, quam cum ipse antea in æ catholicos solos regnare credidisset, comperit æque vel magis apud Anglos triumphare. In alio, sed non multum dissimili genere reformatorum inconstantiam notare licet. Nam Romæ videmus sæpe, et aliis etiam in urbibus alii videntur, eos, quos ipsi episcopi et prædicantes seu pastores habent et vocant, non alia re valde excellere, neque ut excellant laborare, nisi ut bene equitent, perire saltent, et a viris sæcularibus neque habitu, neque moribus discer- D

antur. Et tamen hæc ab ipsis hæreticis in primis fuit prætexta causa dissensionis a capite. Aiebant eorum Romanum corruptum esse, reformatione indigere. Ipsi autem, dum cupiunt vitare Charybdim, inciderunt in Scyllam, vel dicam melius, inciderunt in Scyllam, neque Charybdim vitarunt. **120** Facile esset totam hanc controversiam adversus recentiores quasdam novitates instruere; nam etiam nunc sunt qui novitatem in antiquitate rimantur, ut de sui temporis hæreticis acute dixit Maldonatus ad cap. 1 Joan. vers. 1 (a). Verum res ipsa, n.e tacente, loquitur. Unum afferam exemplum de usû luminum, ne a Prudentio nostro recedam.

141. Benedictus XIV, lib. 1, cap. 3, de Sacrificio missæ contra Vertum et Joachimum Hildebrandum ostendere conatur, primis Ecclesiæ sæculis adhibita a Christianis lumina non solum ad depellendas tenebras, sed etiam ex symbolica causa in Veteri Novoque Testamento indicata. Hildebrandus fateatur sæculo IV usum luminum Christianos retinuisse, sub finem demum sæculi IV monumenta existere, quod lumina accendi consueverint, etiam cum jam illuxisset dies. In lege veteri mystica magis de causa quam ad fugandas tenebras lumina accendi consuevisse, ex candelabro templi recte colligas. Revera accessio luminum honoris loco apud veteres habita est. Machab. II. IV, 22, Antiochus in Hierusalem magnifice a Jason et civitate susceptus, cum FACULARUM LUMINIBUS, et laudibus ingressus est. Cicero lib. III de Officiis: *Marius a subselliis in rostra recta: idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res, si quæris, ei magno honore fuit. Omnibus vicis statuæ factæ: ad eas thus et cerei.* Ecce igitur hic honoris Deo habendus non erit? At primis Ecclesiæ sæculis consuetudo non erat accendi lumina interdiu. Concedam non constare de ea consuetudine: at re ipsa non fuisse, siquando ad Ecclesiam Christiani interdiu convenerint, nunquam evinces. Imo vero ex iis quæ habet Prudentius hymno 5, ut nihil nunc dicam de candelabris aureis persecutionum tempore, de quibus rursus num. 152, arguo, lumina etiam cum noctu accendebantur, non tantum ad tenebras depellendas, sed præcipue ad honorem Deo præstandum, sive multitudinem consideres, sive ritus, fuisse adhibita (b).

(a) *Vertit forte quidam nostra memoriâ pro VERBO SERMONEM... secuti sunt novitatem omnes hæretici... Darem aliquam veniam, si secuti fuissent antiquitatem, in qua, ut statim indicabimus, multi ita verterunt. Sed indignor hæreticorum ingenium diverticula sectantium, nec alia ratione vocantium SERMONEM, quam quia nos VERBUM appellamus, et NOVITATEM QUÆRENTIUM IN ANTIQUITATE. Num etsi id antiquum aliquando fuit, tamen quia jam fuerat obsoletum jam est novum.*

(b) *Kelege hymnum de novo lumine sabbati Paschalis: Inventor rutili, dux bone, luminis... Lucem redde tuis, Christe, fidelibus... Incussu silicis lumina nos tamen Monstras sargigeno semine quærere. Ne nesciret homo, spem sibi luminis In Christi solido corpore conditam... Vivax flamma viget, seu cava testula*

Succum linteolo suggerit ebrio, Seu pinus piceam fert alimoniam, Seu ceram teretem stuppa calens bibit... Splendent ergo tuis muneribus, Pater, Flammis mobilibus scilicet atria, Absentemque diem lux agit cernula, Quam nox cum lacero victa fugit peplo. Sed quis non rapidi luminis arduam, Manantemque Deo cernat originem?... Pendent mobilibus luminu funibus, Quæ suffixa micant per laquearia, Et de languidulis fota nautibus Lucem perspicuo flamma jacit vitro. Credas, stelligram desuper aream Ornata geminis stare trionibus, Et, qua bosphoreum temo regit jugum, Passim purpureos spargier hesperos. Visne audire causam tot tamque varii generis luminum? Ita ergo pergit Prudentius: O res digna, Pater, quam tibi roscidæ Noctis principio grex tuus offerat, Lucem qua tribuis nil pre-

CAPUT XII.

Celeberrimum apud veteres Christianos pervigilium Paschæ Prudentii versus de novo lumine sabbati paschalis, verus titulus hymni quinti Cathemerinonæ.

121 142. Quoniam Prudentius in laudato hymno v Cathemerinon pervigilium ad resurrectionem dominicam describit, inde verum ejus titulum eruam ac vindicabo. Codices Heinsii habent, *Ad incensum lucernæ*, quod ipsi arripit, quia ritus cerei paschalis Prudentii ævo ignotus erat. in cod. Ratisb. idem est titulus. Hanc inscriptionem plerique recentiores sequuntur in editis, nisi quod aliqui, *Ad incensionem vel accensionem lucernæ* scribunt. Rodolphus Hospinianus, de Origine festor. Christ., agens de sabbato sancto allegat Naogeorgeum lib. iv regni papistici, describentem ritum benedicendi cereum paschalem, quem superstitiosum dicit. Idem Hospinianus hunc ritum Zosimo Pontifici circa annum 420 ex libro Pontificali, Aleu'no, Analario, Rabano, Walafrido, Micrologo, Ruperto Tuitiensi, aliisque ascribit: ex aliis (qui minime sunt cum prioribus conferendi) Theodato (quem Theodorum, seu Theodoton appellant) circa annum 615, seu Honorio I circa annum 622 adjudicat. Notat, circa annum 627 in Galicia morem non fuisse lucernam et cereum consecrandi: quippe cum cap. 8 concilii Toletani iv statuatur, propter unitatem pacis in illis etiam Ecclesiis ritum illum benedicendi esse instituendum. Ex quibus colligit, hymnum v Cath., non esse inscribendum *ad accensionem cerei paschalis*. **122** Utitur bis rationibus, quod Zosimus 40 annis post Prudentium tenuit pontificatum: in quo egregie fallitur. Nam Zosimus anno 417 pontifex est electus, Prudentius vero anno 405 scribebat, neque constat quo anno inde e vita excesserit. Præterea ait Hospinianus, omnes hymnos libri Cathemerinonæ scriptos esse non pro certo aliquo die anni, sed esse generales, et convenire titulo libri *Cathemerinonæ*, seu *Diurnorum*. Sed non minus hoc loco hallucinatus est: nam hymnus *Jejunantium, Post jejunium, Omni hora, In exsequiis defunctorum, vni Kal. Jan., in Epiphania Domini*, non magis titulo Cathemerinonæ conveniunt, quàm hymnus qui solum sabbato sancto caneretur.

143. Validior videri potest alia ratio, ex ordine petita quo hic hymnus v ponitur inter hymnum Post cibum et hymnum Ante somnum, ac proinde ad horam lucernarii est referendus. Riscus, tom. XXXI Hisp. Sacr., hanc sententiam tanquam exploratam habet, asserens hunc hymnum esse quotidianum vespertinum ex ordine hymnorum usque ad septimum per ordinem distributorum; nihil referre quod Prudentius quædam de nocte paschali afferat, quia in hymnis solet res eas memorare quæ h. ris quibus hymni decantantur acciderunt, et ex sacris Litteris constant. Et, *ut timeta regomet cædam mea*, ego affir-

tiosius, Lucem, qua reliqua præmia cernimus. Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus, Intus tu speculum, tu speculum foris, Lumen, quod famulum offero, suscipe, Tinctum pacifici chris-matis unguine. S. Hieronymi

Amaveram Hymnod. Hispan. in notis ad hymnum S. Laurentii, male a quibusdam hunc hymnum inscribi, *Ad incensum cerei paschalis*, sermonemque in eo esse non de cereo paschali, sed *de cereo qui quotidie accendebatur*, quemadmodum Græci habebant hymnum qui singulis noctibus dicebatur, cum primum lumen inferebatur, de quo agit S. Basilius lib. de Spiritu sancto. Confirmari posset hæc opinio, quod in hoc quoque hymno Prudentii doxologia SS. Trinitatis exprimitur, *Per Christum genitum*, quam in Græcorum hymno vespertino laudat Basilius. Cæterum etsi neque nunc quidem probem titulum, *Ad incensum Cerei paschalis*, tamen de re ipsa longe diverso modo sentio. Scio quædam ex hoc hymno optime quadrare in officium ecclesiasticum quod olim dicebatur *lucernarium*, et a S. Ambrosio lib. iii de Virg., cap. 4, *Hora incensi*, a Cassiano lib. iii, cap. 5, *hora lucernalis*. In concil. Tolet. i, cap. 9, *Lucernarium vero nisi in ecclesia non legatur*. Vide notam Garsix Loaysæ, qui probare vult *lucernarium* ad nostras vespervas pertinere. Hymnus quidem x Ennodii, qui *vespertinus* dicitur, ad *lucernarium* est compositus sine ulla controversia.

144. Quamvis autem hymnus Prudentii eo ordine collocetur quo hymnus vespertinus quotidianus deberet reponi, non propterea **123** inferas quotidianum esse. Nam cum in eo hymno multa sint quæ apte cadunt in hymnum vespertinum, et præterea in principio noctis sabbati paschalis caneretur, non absurde is locus illi datus est, sive ab auctore, sive, ut ego magis credo, ab iis qui postea opera compegerunt, et hunc hymnum separatim inter alios cathemerinos collocarunt. In editione Aldi bis editus est, primum statim post Psychomachiam et ante librum Cathemerinonæ, tum inter hymnum iv et vi Cathemerinonæ; ex quo patet eos versus ab Aldo fuisse seorsum repertos, quamvis in libro quoque Cathemerinonæ fuerint inserti. Jam notavi num. 103, editum fuisse hanc hymnum, ita inscriptum, *De phase populi Israelitici*. In Hymnariis V. Cardinalis Thomasi modo inscribitur, *Ad incensum lucernæ, modo ad benedictionem cerei paschalis*, prout ad hunc vel alium usum ab Ecclesiis adhibebatur. In Ordine Romano veteri legitur: *Ordo de sabbato sancto in die. Aliqui tamen hic cantant hymnum Prudentii: Inventor rutili, dux bone, luminis*. In officio Isidoriano idem hymnus cantatur aliqua ex parte in primo dominico post octavam Epiphaniæ ad vespervas. Blanchinius in Annot. ad codic. Veron. retinet titulum, *Ad incensum lucernæ*, sed multis probat, a Prudentio hymnum fuisse compositum pro benedictione cerei paschalis. Cui etsi aliquatenus assentior, non possum tamen quin animadvertam, rem non esse existimandam ex ideis et consuetudinibus postea inductis, sed ad sua principia revocau-

tempore hæc erat objectio Vigilantiæ et hæreticorum adversus catholicos, quod ecclesiastico ritu luminæ accenderent. Vide num. 162.

Jam. Plerique enim res veteres ex novis judicant, et A tales fuisse illas sibi fingunt quales hæc interdum sub iisdem nominibus, sed diversa ratione peraguntur (a). Hymnus Prudentii, quacumque demum ex causa fuerit ab eo confectus, potuit adhiberi vel ad benedictionem lucernæ et cerei, quam Mozarabes in usum induxerant, vel ad benedictionem cerei, quæ jam tempore S. Ennodii in consuetudinem venerat, cujus duæ exstant benedictiones eisdem sententiis conceptæ, vel denique ad horam lucernarii. Hinc diversi tituli orti sunt, quorum nullum probo (b). Quem ergo titulum dabo? Non omnino displicet titulus, **124** *Ad incensum*, quia aliud addatur, aut *Ad incensum luminis*. Sed magis arridet inscriptio Aldi, non inter hymnos cathemerinos, ubi dicitur, *Ode ad accensionem lucernæ*, sed quam ponit ex aliquo codice B separato: *Versus Aurelii Prudentii de novo lumine sabbati paschalis*. Vides inscriptionem non monachicam, neque ex aliquo breviario petitam, aut a recentioribus excogitatam: quam retinuit Sixtus Senensis lib. vi Biblioth. sanct., cap. 47, de quo lege infra n. 183.

145. Vide nunc quam apte rei conveniat inscriptio. *De novo lumine*, inquit; id enim est, quod ait Prudentius:

Incessu sil'cis lumina nos tamen
Monstras saxige.no semine quærere.

Qui ritus etiam nunc servatur in benedictione cerei paschalis. Non addit autem, *cerei*, vel *lucernæ*, quia in festo quod Prudentius celebrat, non solus cereus, neque sola lucerna, sed præter cereum et lucernam C tædæ etiam accendebantur (c). Apposite vero in titulo adjungitur, *sabbati paschalis*. Nec levis est error negare compositum fuisse hymnum ad pervigilium Paschæ celebrandum: in quem non tantum ipse olim incidi, sed alii doctiores sunt delapsi. Ita enim vers. 125 et seqq.

Sunt et spiritibus sæpe nocentibus
Pœnarum celebres sub styge feriæ
Illa nocte, sacer qua rediit Deus
Stagnis ad Superos ex acherontis.
Non sicut tenebras de face fulgida
Surgens oceano lucifer imbuit,
Sed terris Domini de cruce tris ibus
Major sole novum restituens diem.
Marcent supplicitis tartara millibus,
125 Exultatque sui carceris otio
Umbrarum populus liber ab ignibus,
Nec fervent solito lumina sulphure.
Nos festis trahimus per pia gaudia

(a) Adamus Siberus in Scholidiis ad hunc hymnum ponit titulum, *Ad incensum cerei*, addens, qui accendebatur appetente vespera ejus noctis quæ diem festum resurrectionis dominicæ antecedit, quam quidem noctem insomnem traducere r. ligionis, non superstitionis gratia, solebant Christiani. Quæ nobis valde favent.

(b) In editione Parmensis retinetur titulus *Ad incensum lucernæ*, et ex ordine hymnorum defenditur, quantum hunc hymnum de vesperis intelligi, in quibus solemniter more in dies accendi lucernas Prudentii ævo mos erat... Et psalmus cxi., qui in eo recitari solebat, auctor Constitutionum emphatice vocat eum PSALMUM LUCERNALEM. Ex his inferi clarissimus Thomassinus Tract. de Festis a Carolo Guieto lat. edit. lib. II, cap. 24, hunc hymnum ad accendendas in lucernario, seu vesperis quotidianis, lucernas compositum

Noctem conciliis, vota que prospera
Certatim vigili congerimus prece,
Extractoque agimus liba sacrario.

Pervigilium sabbati paschalis clare describitur, cujus nox a Christianis festis conciliis per pia gaudia, vota que prospera trahebatur. Itaque pro *Illa nocte, sacer qua rediit Deus*, libenter legerem *Ipsa nocte*, si per membranas liceret. Sensus tamen semper est hic, quem explico, sermonem esse non de hora lucernarii singulis quibusque noctibus, sed de pervigilio sabbati paschalis.

146. Ac ne dubites, scias velim in his vigiliis paschalibus morem fuisse Christianis sacra se eucharistia reficiendi, ut liquet ex verbis S. Gregorii Nazianzeni afferendis num. 119. Hæc præcepti e munitionis paschalis est origo. Quo pertinet causa martyrii S. Hermenegildi a S. Gregorio Magno narrata lib. III Dialogorum, cap. 31: *Superveniente autem paschalis festivitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet*. Hujus quoque ritus meminit Prudentius, qui postquam descripsit iter populi Israelitici ait:

Hæc olim patribus præmia contulit
Insignis pietas numinis unici,
Cujus subsidio nos quoque vescimur,
Pascentes dapibus pectora mysticis...
Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis.
Extractoque agimus liba sacrario.

Igitur vel ex solo Prudentii hymno hoc festum in Ecclesia veteri agnosendum esset, ex quo adhuc vestigia permanent in benedictione cerei paschalis. Etenim quemdam ritum benedicendi et consecrandi lumen Prudentii ævo fuisse usitatum, hi ejus versus demonstrant:

Lumen, quod famularans offero, suscipe,
Tinctum pacifici chrismatis unguine.

Quo magis confirmatur non esse hunc hymnum vesperinum singulis noctibus concinendum, aut in hunc usum confectum.

147. Sed multis præterea ostendi potest, solemnem hunc fuisse in Ecclesia antiqua morem celebrandi pervigilium Paschæ, in quem propterea optime cadit hymnus Prudentianus. Tertullianus lib. II ad Uxorem, cap. 4, de gentili qui uxorem Christianam duxisset loquens: *Quis, inquit, solemnibus D Paschæ abnoctantem (uxorem) securus sustinebit?*

fuisse. Carolus Guyetus S. I. anno 1657, *Tractatum de Festis Latine* a se compositum edidit, Thomassinus anno 1683 aliud opus sub hoc titulo Gallice. Distinguenda sunt hæc duo opera, post simul impressa. Vide Bibl. rit. cl. Zachariæ.

(c) *Ne nesciret homo spem sibi luminis In Christi solido corpore conditam: Qui dici stabilem se voluit petram, Nostris igniculis unde genus venit. Pingui quos olei rore madentibus Lychnis, aut facibus pascimus aridis. Quin et fila favis scirpæ floreis Presso melle prius collita fingimus. Vivax flamma viget, seu cava testula Succum linteolo suggerit ebrio, Seu pinus piceam fert alimoniam, Seu ceram teretem stappa calens bibit... Splendens ergo tuis muneribus, Pater, Flammis mobilibus scilicet atria.*

Eusebius lib. vi Hist., cap. 31, cum notis Valesii **A 126** meminit precationum quæ in postrema Paschæ vigilia fiebant sub Philippo imperatore. Lactantius lib. vii, cap. 19 : *Et hæc est nox, quæ a nobis propter adventum Regis ac Dei nostri pervigilio celebratur. Cujus noctis duplex ratio est, quod in ea et vitam tum recepit, cum passus est, et postea orbis terræ regnum recepturus est (a).*

148. Ex traditione apostolica consuetudinem hujus pervigilii frequentandi permanasse tradit S. Hieronymus lib. iv in Matth. cap. xxv, ad verba, *Media autem noctis clamor factus est, etc. Subito enim quasi intempesta nocte, et securis omnibus, quando gravissimus sopor est, per angelorum clamorem et tubas præcedentium fortitudinum Christi resonabit adventus. Dicamus aliquid, quod forsitan lectori utile sit. Traditio Judæorum est Christum media nocte venturum in similitudinem Ægyptii temporis, quando Pascha celebratum est, et exterminator venit, et Dominus super tabernacula transiit, et sanguine agni postes nostrarum frontium consecrati sunt. Unde reor, et traditionem apostolicam permansisse, (fortasse legendum, permanasse) ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes adventum Christi. Et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctos agere diem. Unde et Psalmista dicebat : *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justificationis tuæ.* Atque hæc est causa cur Prudentius liberationem et egressum populi Israel ex Ægypto pluribus strophis canat :*

Moses nempe Deum spinifera in rubo
Vidit conspicuo lumine flammæum.

Comparant etiam SS. Patres populo Israeliico ex Ægypti tyrannide liberato justos, a resurgente Domino in cælum evocatos, ut S. Gregorius Nazianzenus orat. in Pascha, et in tardita em : *Hodie Ægyptum omnino subimus, et amarulentum illum Pharaonem (b).*

(a) Quem locum præ oculis habuit Isidorus Etymol. lib. vi, c. 17 : *Cujus (Paschæ) nox ideo pervigil dicitur propter adventum Regis ac Domini nostri, ut tempus resurrectionis ejus nos non dormientes, sed vigilantes inveniat : cujus noctis duplex ratio est, sive quod in ea vitam tunc recepit, cum passus est, sive quod postea eadem hora qua resurrexit, ad judicandum venturus est.* Quod a nobis fuit animadvertendum, quia in notis ad Etymolog. Isidori indicatus non est locus Lactantii, ut alii aliorum solent indicari.

(b) Hinc Prudentius v. 109 : *Fessos ille vocat per freta sæculi, Discissis populum turbibus regens, Jactansque animas mille laboribus Justorum in patriam scandere præcipit. Illic purpureis tecla rosatis Omnis fragrat humus, etc.* Eodem pertinent sermones S. Zenonis Veronensis, et Tractatus S. Gaudentii Brixiensis episcopi de Exodo in hoc pervigilio, ac fere tota benedictio cerei Paschalis, *Hæc nox est, in qua primæ patres nostros fitos Israel eductos de Ægypto, etc.,* cujus sententiæ omnes in Prudentio leguntur.

(c) Nicetas in orat. v Nazianzeni de Paschate : *Præclara etiam fuit hesternæ luminum celebritas, hoc est, cætus ille qui ad vesperam magni sabbati celebra-*

A 149. Præclare vero de accensione luminum in pervigilio Paschæ S. Gregorius Nazianzenus oratione ii in Pascha : *Hæc nobis 127 festivitatum festivitas, et celebritatum celebritas ... Præclaram quidem nobis fuit hesternæ FACIUM AC LUMINUM gestatio (quam privatim juxta publiceque peregrinus omne genus hominum ferme, atque omnes magistratum et dignitate insignes, LARGO IGNE noctem collustrantes, etc.). At hedierna præclarior et excellentior. Nam HESTERNUM LUMEN magni illius luminis exurgentis prænuntium erat, ac veluti profesta quardam animorum voluptas. Et oratione in laudem patris sui mortui, quæ est xix, pag. 504 : *Morbo igitur laborabat, ac morbi tempus erat sanctum, et celebre Pascha, dies dierum rex, ac PLENDIDA ILLA NOX peccati tenebras**

B solvens, in qua nos cum MAGNA LUMINIS COPIA SALUTIS NOSTRÆ FESTUM CELEBRAMUS... *Mysterii tempus aderat (c).* Eusebius lib. iv de V ta Constantini, cap. 22 : *Ipse vero (Constantinus) ut pote sacrorum mysteriorum particeps... in ipsis salutiferæ festivitatis diebus, disciplinæ atque exercitationum vigorem intendens, cunctis animi et corporis viribus collectis, pontificis atque hierophantæ munere fungebatur. Et ipse quidem cæteris omnibus præibat ad festi celebrationem. Sacram autem vigiliam IN DIURNUM SPLENDOREM converterat, accensis tota urbe cereorum quibusdam columnis per eos quibus id operis erat injunctum. Lampades quoque accensæ cuncta passim loca illustrabant : adeo ut hæc mystica vigilia quovis vel splendidissime die illustrior redderetur.* Valesius notat Christianos

C in ra ecclesiam dumtaxat cereorum maximam copiam accendere consuevisse, Constantinum in honorem tantæ festivitatis cereos extra ecclesiam accendi jussisse ; columnas illas cereas designare cereum Paschalem, de quo Barnabas Brissonius singularem librum scripsit. S. Zeno Veronensis in Sermone i ad neophytos ejusdem pervigilii lumina indicat : *Post devotissima completa expiationis sacræ casta jejunia, post CLARISSIMÆ NOCTIS suo sole dulces vigiliæ (d).*

batur. Pervigilem enim noctem traducebant usque ad horam septimam cantantes ac lampades accendentes, atque imminentem Servatoris nostri resurrectionem expectantes. Quæ Prudentii huic consonant.

(d) Confer sermones ejusdem Zenonis de Exodo, uti etiam tractatus S. Gaudentii Brixiensis episcopi in Exodum, de nocte Vigiliarum, de Paschæ observatione, ubi tract. iv, in principio splendidissimam nocte vigiliarum vocat. In Constit. Apostol. cap. 13 lib. v agitur de pervigilatione magni sabbati, et de die resurrectionis, ubi etiam sacrificium fieri ante jejunii solutionem præcipitur. Adelhelmus de Laude Virgin. cap. 16 : *In vigiliis paschalis quando reciprocis annorum circuli : anastasis dominica solite solemnitate tripudio celebratur, fortuito contigit ut lychnis de lampadibus ecclesiæ pinguis olei liquor opportunus deesset.* Vide Chrysostomum in Genesim cap. 11 homil. xxx. Nebrissensis nostræ opinioni assentitur, qui, etsi hymnum inscripserit *Ad accensionem lucernæ*, tamen ait : *Illic hymnus in principio noctis, cum iumina accenduntur, cantari debet : vel POTIUS, ET PEQUILIA RITER IN SABBATO SANCTO, cum lumina nova incenduntur, vel incendi deberent.* Et ad versum, *Il' a nocte sa-*

123 150. Hæc ita clara sunt, ut qui ulterius dubitet an a Prudentio hymnus de novo lumine sabbati paschalis ad noctem vigiliarum Paschæ celebrandam compositus fuerit, in media luce ac die cæcutire videatur. Quamvis autem inde origo benedictionis cerei paschalis petenda sit, tamen hæc voces, *cereus paschalis*, et quidam ritus in benedictione adhibiti recentiores fortasse sunt, ex quo factum est ut benedictio huiusmodi huic vel alii pontifici Romano tribuatur, quod formulam aliquam præscripserit, aut veterem hanc institutionem ad universam Ecclesiam extendi voluerit. Existimo etiam S. Hieronymi et Prudentii temporibus posteriorem esse Sermonem de *Cereo paschali* inscriptum inter opera S. Hieronymi, ubi notat Auctor: *Lege Pentateuchum, instrumentum percurre vetus: nusquam in Dei sacrificiis mella, nusquam cere usum, sed lucernarum lumina, et oleo fotos videbis igniculos... Novos percurre libros... nunquid alicubi cereus?* Carmen de Cereo paschali habet Drepanius Florus, non Christianorum poetarum vetustissimus, ut appellat Baronius ad diem 8 Maii Martyr. Roman., sed sæculo tandem IX florens. Pervigilium etiam Paschæ celebrat:

Hunc ut per totam possimus ducere noctem,
Inferimus claros sacris altaribus ignes.

Animadverto præterea aliquod videri superesse vestigium de novo lumine, quod incussu silicis accendebatur, in Orientis regionibus apud Liberium a Jesu tom. III. Controv. ex posthumis, col. 712 et seq. *De igne, quem schismatici miraculosum vocant, et fingunt, ubi refert olim revera miraculum contigisse ut die sabbati sancti ignis e cælo descenderit in ecclesia Hierosolymitana. Idem col. 600 et seq. Armenorum fabulam et ritum, qui summo mane diei Resurrectionis cereos accendunt ex quodam lumine divinitus, ut venditant, accepto, exponit et exagitat.*

cer, confirmat consuetudinem apud antiquos fuisse nocte sabbati sancti per domos lumina complura disponere ex omni materia quæ potest præbere alimentum igni.

(a) Præterire nolo conjecturam, quod jam Prudentii sæculo lumen in pervigilio Paschæ a diacono videatur oblatum, ut nunc offertur cereus paschalis, ex versu, *Lumen, quod famulans offero, suscipe Tintetum pacifici chrismatis unguine*. Et cum idem Prudentius *lacrymas olentes* dixerit, et Paulinus in versibus mox referendis non solum pictos cereos, sed etiam *odora lumina* commemoraverit, etsi alia interpretatio adhiberi possit, tamen suspicio mihi est non levis, quod inde repetenda sit origo quinque granorum thuris quæ cereo paschali a diacono infinguntur, qui i a pe git canens: *In hujus igitur noctis gratia suscipe, sancte Pater, incensi hujus sacrificium vespertinum: quod tibi in hac cerei oblatione solemniter per ministrorum manus de operibus apum, sacrosancta reddi Ecclesia*. A nonnullis criticis etiam majoris subsellii rubriciste erroris arguuntur, quod hoc loco thuris mentionem fieri crediderint, adeoque ad hæc verba grana thuris infingenda præscripserint. Nihilominus puto sacrificium vespertinum incensi intelligi de thure, et distingui a cerei oblatione solemniter per ministrorum manus de operibus apum. Sic paulo ante in benedictione thuris: *Veniat, quæsumus, omnipotens Deus, super hoc incensum larga tuæ benedictionis infusio*. Et

A Quæ omnia libenter ego congressi, non solum ut hymnum Prudentii ejusque titulum illustrarem, sed etiam in gratiam optimi et religiosissimi principis Ferdinandi Borbonii Ducis Parmensis, quem pervigilium Paschæ ex veteri more, Constantini Magni exemplo, quamvis dispari modo, Pio VI pontifice maximo ultro annuente, celebrare ex idoneis auctoribus accepi.

129 151. Quibus expositis, evidenter demonstrata est antiquissimorum et felicissimorum temporum pietas in luminum usu, copia, et cæremoniis (a). Sed ad redarguendum avaritiam nostræ impietatis abundare adhuc volo allatis in medium nonnullis S. Paulini Nolani versibus. Natali 9 de Adventu Nicetæ episcopi e Dacia, qui ad natalem 5 Felicis occurrerat:

B Ecce vides, quantus splendor, velut æde renata
Rideat: inculptum camera rispante lacuar
In medio mentitur ebur; te quoque surerue
Pendentes lychni spiras retinentur alienis.

Plura alia alii in locis Paulinus (b); quem Prudentio in his controversiis sæpius addere juvat, quod neque illi objici possunt præjudicatæ opiniones a puero inter ecclesiasticos viros haustæ.

CAPUT XIII.

Respondetur ex Prudentio iuterrrogantibus cum Persio sat. 2, vers. 69: *Dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum?*

130 152. In fine hymni de Novo Lumine sabbati paschalis egregiam rationem reddit Prudentius, cur lumina in Dei honorem accendi debeant: *O res digna, Pater, quam tibi roscidæ Nectis principio grex tuus offerat, Lucem, qua tribuis nil pretiosius, Lucem qua reliqua præmia cernimus*. Quæ ratio ad ornatum divitiasque templorum opime transfertur: et politicis qui Persii versum inculcant: *Dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum*, recte respondebitur: *O res digna, Pater, quam tibi grex tuus offerat*. Scio quid

quoties in missæ sacrificio ante evangelium thus adoleatur: *Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum*. Confer S. Isidorum, lib. de Myst. expos. sacram., cap. 58 de Incenso composito, et Rupertum Tuitiensem lib. vi de Divinis Off., cap. 31. *Cur ad benedicendum cereum quoque portat incensum*.

(b) Natali 3: *Aurea nunc niveis ornantur limina velis, Clara coronantur densis altaria lychnis. Lumina ceratis adoleantur odora papyris, Noctæ dieque micant, sic nox splendore diei Fulget: et ipsa dies cælesti illustri honore Plus micat, innumeris lucem geminata lucernis*. Natali vi: *Ast alii pictis accendant lumina ceris Multiforesque cavis lychnos laquearibus aptent, Ut vibrant tremulas funalia pendula flammæ*. Natali xi, inter Anecdota Muratori, vers. 407: *Hæc quæ cerni is illic Omni prompta die, vel circumfusa per omnes. Ordine dimenso quasi candelabra columnas, Depictas ex ære gerunt quæ cuspidè ceras, Lumina ut inclusis reddantur odora papyris. At medio in spatio fixi laquearibus altis Pendebant per athena cavi retinacula lychni, Qui specie arborea lentis quasi vite virgibus Brachia jactantes, summoque cacumine rami Vitreos gestant tanquam sua poma caliclos, Et quasi vernantes accenso lumine florent, Densaque multicomis imitant sidera flammis, Distinuant tenebras*.

ad hæc reponant, satius fore, si hæc divitiarum pauperibus distribuantur. Viderint ipsi an hæc jactent, quia de egenis pertinet ad eos, an alia qualibet de causa. Ego quidem video reprobam fuisse a Salvatore vocem Ju'æ Iscariotæ, Joan. XII, 5: *Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, et datum est egenis?* Cum S. Laurentius martyrium subiit, in ecclesia fuisse pretiosam suppellectilem, ex his præfati ad S. Laurentium verbis viri graves doctique colligunt Peristeph. hymn. 2, vers. 57: *Soletis, inquit, conqueri, Savire nos justo amplius, Cum Christiana corpora Plus quam cruento scindimus. Abest atrocioribus Censura servens motibus, Blande et quiete effugito Quod sponte obire debeas. Hunc esse vestris orgiis Moremque, et artem proditum est, Hanc disciplinam sæderis, Libent ut auro antistites. Argenteis scyphis ferunt Fumare sacrum sanguinem, Auroque nocturnis sacris Astare fixos cereos, etc.* Nihilominus plurimi tunc erant in Ecclesia pauperes, vers. 157: *Talis plateis omnibus Exquiri, assuetos ali Ecclesiæ matris pennæ, Quos ipse primus noverat, aut ut plerique non male scribunt, Quos ipse primus noverat.* Ut intelligas recte hæc duo coherere, quod et in ecclesia divitiæ affluant, et pauperibus exinde subveniatur. Ivo vix aliquem videas qui ecclesiarum splendore consulat, qui non idem vel maxime erga pauperes misericordia commoveatur.

153. Exemplo utar Paulini, de quo paulo ante. Quam larga manu eleemosynas in pauperes erogaverit, legi potest in ejus Vita a Francisco Sacchino S. I. eleganter scripta, et suppresso nomine edita in editione operum S. Paulini Antuerpiensi 1622 (a).

131 Quantum vero Paulinus in amplificanda orandaque basilica S. Felicis elaboraverit, narrat ipse epist. 12, et passim in carminibus exponit (b). Quin

(a) Idemmet Paulinus, epist. 11 ad Severum Sulpicium, epigramma a Severo expetitum, imaginibus S. Martini et ipsius Paulini affigendum, in hæc verba composuit: *Dives opum Christo, pauper sibi, pulchra Severus Culmina sacratis fontibus instituit. Et quia coelestes aulam condebat in actus, Qua renovarentur fonte; Deoque homines, Digna sacramenta gemina sub imagine pinxit, Disceret ut vitæ dona renatus homo. Martinum veneranda viri testatur imago, Altera Paulinum forma refert humilem. Ille fidem exemplis et dictis fortibus armat, Ut meritis palmas intemerata ferat. Iste docet vobis redimens sua crimina nummis, Vilior ut sit res, quam sua cuique salus.*

(b) Natali 9: *Ecce vides istam, qua janua prima receptat, Porticus obscuro fuerat prius obruta tecto. Nunc eadem nova pigmentis et culmine crevit, etc. Trina manus variis operata decoribus illam Excelsit: bijugi laqueari et marmore fabri, Pictor imaginibus divina ferentibus ora, etc. Natali 10: *In ædibus ejus Nata recens opera hæc, quæ, molibus undiq; et celsis Cernitis emcuisse pari splendentia cultu. Et Natali 11: *Multa etenim suberat aia, ut novistis, in ipso Ornamento loco, quæ sumeret, ut crucis auro Parceret: intus enim latitabant mystica vasa, Sumendis mandata sacris... Quæ simul et variis scite distincta lapillis, Viderat... Parva corona subest variis circumdata gemmis... Continuum scyphus est argenteus aptus ad usum.***

(c) In passione S. Fructuosi et sociorum d: templo eorumdem martyrum: *Hinc aurata sonent in arce tecta. In Hippolyto, vers. 183: Ipsa, illas animæ exu-*

etiam tumulum jam olim argento tectum memorat Natali 13, vers. 524 et seq.: *Ille etiam proprii nobis secreta sepulcri Sancta revelavit... pagina quædam Marmoris affixo argenti vestita metallo. Ipsas arcas sepulcrorum ex argento fieri solitas, earumque exempla tradunt antiquitatis cultores.*

154. Neque in Prudentio desunt certa argumenta divitiarum et splendoris templorum. In Eulalia vers. 191: *Hic ubi marmore perspicuo Atria lumnat alma nitior Et peregrinus, et indigena, Reliquias, cineresque sacros Servat humus veneranda sinu. Tecta cornusca super rutilant De laquearibus aureolis, Saxaque cæsa solum variant. Floribus et rosulenta putes Prata rubescere multimodis (c)*

132 155. Plurima in eandem rem afferri possunt ex æqualibus aut præcedentibus scriptoribus. Eusebius, Vit. Constantini lib. IV, cap. 58, templum SS. Apostolorum Constantinopolitanum describens ait: *Cumque templum omne in immensam altitudinem extulisset, vario lapidum genere splendidum reddidit, a solo ad cameram usque marmoreis crustis illud operiens. Porro cameram lacunaribus minutissimi operis obducens, totam auro imbracteavit. Et supra quidem æs regularum loco... quod itidem auro plurimo superfusum resplendebat. Plura alia adjungit Theodoretus lib. I, cap. 31 Hist. de Ecclesiæ Dedicatione Hierosolymis sub Constantino: *Porro sacrosanctum altare aulais plane regalibus, et monumentis, lapidibus pretiosis, auroque collustratis adornabatur. S. Augustinus, lib. III contra Cresconium, cap. 29, ex gestis prouincularibus anno 320 a Silvano aliisque persecutionis tempore traditis refert calices duos aureos, itemque calices sex argenteos... Posteaquam apertum est in bibliothecam, inventa sunt ibi armaria inania. Ibi protulit Silvanus capitulatam argenteam et lucer-**

*vias quæ continet intus, Adicula ARGENTO fulgurat ex solido. Præfixit tabulas dives manus æquore lævi Candentes, recavum quale nitet speculum. Nec Parisi contenta adiuvi obducere saxi, addidit ornando clara talenta operi. Et vers. 215: *Stat sed juxta aliud, quod tanta frequentia templum Tunc Adent, cultu nobis e regifico. Parisiibus celsum sublimibus, atque superba Majestate potens, muneribusque opulens. Ordo columnarum geminus laquearia teci Sustinet, auratis suppositus trabibus. Adduntur graciles tecto brevior recessus, Qui laterum seriem jugiter exsurgunt. At medios aperit tractus via latior alti Culminis, exurgens editiore apice. Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal Tollit, r. antistes prædicat unde Deum. Plena laborantes ægre domus accipit undas, Arctaque confertis æstuat in foribus, etc. In hymno SS. apostolorum Petri et Pauli, vers. 51: *Dextræ Petri regio tectis tenet aureis receptum... Interior tumuli pars est, ubi lapsibus sonoris Stagnum nivali volvitur profundo. Omnicolor vitreas pictura superne tingit undas, Musci relucet, et virescit aurum, Cyaneusque latex umbram trahit imminenti ostri... Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis... Regia pompa loci est, Princeps bonus has sacravit arcas, Lusitque magnis ambitum talentis. Bracteolas trabibus sublevit, ut omnis aurulenta Lux esset intus, ceu jubar sub ortu. Subdidit et Parisi sub laquearibus columnas, Distinguit illic quas quaternus ordo. Tum camuros hyalo insigni varie cucurrit arcus: Sic prata vernis floribus renident.***

nam argenteam. Ex libro iconicali S. Silvester donavit Ecclesie tituli Equitii patenam argenteam pensantem libras viginti; ex dono Augusti Constantini. Donavit autem et scyphos argenteos 2, qui pensaverunt singuli libras denas. Calicem aureum pensantem libras duas... Amas argenteas duas, pensantes singulas libras denas. Patenam argenteam chrismalem, auro clausam, pensantem libras quinque. Inter canones apostolorum, inter rete Gentiano Herveto, can. 72: Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum nemo amplius in suum usum convertat. Optatus Afer, lib. 1 adversus Perrenianum de tempore persecutionis: Erant ecclesie ex auro et argento quamplurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec secum portare poterat (Episcopus Mensurius) (a).

CAPUT XIV.

Quem morem in corporibus defunctorum sepeliendis Prudentii ætate adhibuerint Christiani. Ostenditur diversa ratio cur SS. Patres quosdam ritus in ethnicis reprehenderint, in Christianis approbaverint.

133 1:6. Ex cura sepulcris apud omnes gentes impendi solita animæ immortalitatem colligunt Cicero alique passim gentiles. Prudentius etiam resurrectionem mortuorum inde arguit hymno circa exsequias vers. 37 et seqq. (b). Non tamen eadem

(a) Pauli Orosii præclarum exstat testimonium de auris argenteisque vasibus quæ basilicæ S. Petri apostoli Romæ inserviebant, uti etiam de veneratione, qua barbari ipsi per motu intacta esse voluerunt, dum Romam sub Alarico anno 410 everterent. Sic ait lib. vii, cap. 39 Hist.: *Discurrentibus itaque per Urbem barbaris, forte unus Gothorum, idemque potens, et Christianus, sacram Deo virginem jam ætate proectam, in quadam ecclesiastica domo reperit: cumque ab ea aurum argentumque honeste exposceret, illa fidei constantia esse apud se plurimum, et mox profectum sponddi ac protulit. Dumque expositis opibus, alto itum barbarum magnitudine et pondere ac pulchritudine ignota etiam vasorum qualitate intelligeret, virgo Christi ad barbarum ait: « Hæc Petri apostoli sacra ministeria sunt. Præsume, si audes, de facto tu videris. Ego quia descendere non valeo, tenere non audeo. » Barbarus vero ad reverentiam religionis, timore Dei et fide virginis motus, ad Alaricum per nuntium hæc retulit: qui continuo reportari ad apertolam basilicam universa, ut erant, vasa imperavit: virginem etiam, simulque omnes, qui se adjungerent, Christianos eodem cum defensione deduci. Ea domus sanctis sedibus longo, ut ferunt, et medio interjectu Urbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula, et super capita eluta palmis aurca atque argentea vasa portantur, exercitibus undique ad defensionem gladius pia pompa mutant. Hymnis Deo Romanis barbarisque concinentibus publice canitur. Personat late in excidio Urbis salutis tuba; omnesque etiam in abditis latentes irritat ac pultat. Concurrunt undique ad vasa Petri vasa Christi; plurimi etiam pagani Christianis professione, si non fide, admiscuntur, et per hoc tam n ad tempus quo magis confunduntur, evadunt. Quanto copiosius aggregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defensores. O sacra et ineffabilis divini iudicii discretio! Hæc Orosius, in cuius ve. his, Hæc Petri apostoli sacra ministeria sunt, intelligitur congeries vasorum sacrorum phrasi veteri ecclesiastica. Posterioris temporis rem, sed valde memorabilem, narra. Ado in Chronico ad an. 519 de expugnatione Toleti hæc habet. *Childebertus vero inter reliquum the-**

A et constans **134** fuit apud veteres Christianos ratio sepeliendi mortuos. In Octavio Minucii Felicis Christianis gentiles hæc inter alia opponebant: *Non corpus odoribus honestatis, reservatis unguenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis.* Tertullianus, Apolog. cap. 42: *Thura plane non emimus. Si Arabie queruntur, sciunt Sabæi pluris et carius suas merces Christianis sepeliendis profigari, quam diis sumigandis.* De coronis respondet gentilibus Minucius: *Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis aut sentienti facem, aut non sentienti coronam (c).*

157. Ornarunt postea Christiani floribus defunctorum sepulcra quos peculiari honore venerent prosequi, ut ex versibus Prudentii apparet. *Nos tecta forebimus ossa Violis et fronde frequenti, etc.* Et in fine hymni S. Eulaliæ: *Capite purpureas violas, Sanguineosque crocos metite. Non caret his genialis hiems, Laxat et arva tepens glacies, Floribus ut cumulet calathos. Ista comantibus e foliis Munera virgo puerque date, ... Sic venerarier ossa libet, Ossibus altur et impositum.* Apud Romanos scriptores passim occurrit mentio florum quibus sepulcra decorarentur, sed ita ut intelligas non fuisse morem necessario adhibitum (d). Christiani igitur simili honore mortuos

saorum, calices pretiosissimos sexaginta detulit, quindecim patenas miro opere celatas, viginti capsas evangeliorum ex auro purissimo cum geminis, quæ cuncta ecclesiis divisit. Adeo antiqua est Ecclesie Tolentane pietas in pretiosa supellectile ad cultum divinum destinata.

(b) *Venient cito sæcula, cum jam Socius calor ossa revisat... Hinc maxima cura sepulcris Impenditur; hinc resolutos Honor ultimis accipit artus, Et funeris ambitus ornat. Candore nitentia clarò Prætendere lintamos est, Aspersaque myrrha sabæo Corpus medicaminis servat. Quidnam sibi sacra cavata, Quid pulchra volunt monumenta? Nisi quod res creditur illis Non mortua, sed data somno. Hoc provida Christicolarum Pietas studet, etc. Et in fine: Nos tecta forebimus ossa Violis et fronde frequenti, Titulumque, et frigida sava Liquido spargemus odore. Vellent aliqui, qui se sapientes vocant, totum ritum sepeliendi mortuos aboleri, qui jam olim refutavit Lactantius lib. vi, cap. 12: Nos autem non quid sapienti ferendum sit, dicimus, sed quid facere ipse debeat. Itaque non quarimus nunc, utrumne tota sepeliendi ratio sit utilis, necne: sed hæc etiamsi sit inutilis (ut illi existimant) tamen facienda est, vel ob hoc solum quod apud homines bene et humane fieri videtur. Animus enim queritur, et propositum ponderatur.*

(c) *Quem locum nescio cur corruptum dicant Meursius et Heraldus, quorum hic ita vult restituere: Quemadmodum tribuatis et animi, ut non sentienti facem, ut sentienti coronam; ille: Quemadmodum tribuatis exanimi, aut non sentienti, ut sentienti coronam. Minucius inconstanter gentiles agere ait, qui mortuos comburerent, et coronis honorando censurerent, quasi his gauderent. Itaque addit: Cum et beatus non egeat, et miser non gaudet floribus. At enim nos exsequias adornamus eadem tranquillitate qua vivimus.*

(d) *Virgilium, lib. vi: Manibus date lilia p'enis, Purpureos spargam flores, animamque nepotis His sætem accumulem donis, et fungar inani Munere. Cicero pro Flacco, pag. 518: Catilinæ sepulcrum floribus ornavit. Suetonius in Nerone, cap. postremo, hoc honore aliisque Nerone ipsam auctum post obitum*

prosequerentur, erga quos bene affecti essent. S. A Hieronymus ad Heliodorum epist. 3, cap. 1: *Quotidianæ scæque nitor in verba prorumpere, et super tumulum ejus flores spargere, toties lacryma implentur oculi.* Et clarius in Consolat. ad Pammachium de obitu uxoris Paulinæ epist. 26, tom. 1, cap. 2: *Cæteri mariti super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia floresque purpureos, et dolorem pectoris his officiis consolantur. Pammachius noster sanctam favillam, ossaque veneranda, eleemosynæ balsamis rigat: his pigmentis atque odoribus sovet 135 cineres quiescentes.* Quod pariter S. Paulinus refert epist. 38 ad Pammachium: *Quam (Paulinam) non vacuum stetitibus (ut maxima pars mortalium) neque vano (ut spei nostræ expertes solent) pomparum inanium honore comitatus es, sed remediis salutaribus, et vivis opibus, hoc est eleemosynis prosecutus, debito ordine charo funeri iusta persolvens, piis lacrymis et largo charitatis rore perfusus, religiosius exsequias honorasti.*

158. Sed an nadvertere oportet hos ipsos sanctos, qui alia opera pia præferunt, non respicere venerationem sepulcris martyrum florum et frondium usu præstitam. S. Hieronymus in epitaphio Nepotiani: *Martyrum conciliabula diversis floribus, et arborum comis, vitiumque pampinis obumbravit.* S. Paulinus Natali 5:

Ferte Deo, pueri, laudem, pia solve vota.
Et pariter casis da e carmina festa choreis.
Spargite flore solum, prætex te lumina sertis,
Purpureum ver spiret hiems, sit floreus avus
Aute diem, sancto celat natura diem,
Martyris ad tumulum debes et te ra coronas.

Romæ adhuc non solum florum, sed frondium etiam usus in festis sanctorum celebrandis perseverat. Advenæ nonnulli nescio quid rusticitatis in hac consuetudine notant. Ego vero quidquid Romæ publicæ auctoritate, et ad veterum temporum regulam sit, maxime urbanum esse iudico. De eodem ritu apud Romanos aliasque gentes plura exstant testimonia. Unum Virgilium proferam, lib. II Æneid., vers. 248:

Nos delubra Deum, miseri quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.

S. Paulinus in nuptiis quoque id usitatum ostendit Epitbal. in Julianum:

Nemo solum follis, limina fronde tegat (a).

narrat: *Et tamen non defuerunt, qui per longum tempus vernis æstivisque floribus tumulum ejus ornarent: ac modo imagines prætextatas in rostris proferrent, modo edicta, quasi virentis, et brevi magno inimicorum malo reversuri. Quin etiam Vologesus Parthorum rex, missis ad senatum legatis de instauranda societas, hoc etiam magnopere oravit, ut memoria ejus coleretur.*

(a) Corruptela aliqua, aut vana superstitio in Hispaniis inducta, notatur canone 75 antiqui codicis a Dominico Lopezio de Barrera eliti: *Non liceat iniquas observationes agere calendarum, et otiosi vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganismi est.* Ex concilio. Laodic. can. 31. Prima die mensis sacrificia peragebant pagani

159. Mos etiam fuit veterum corpora defunctorum vino vel aqua lavare, non minus quam ungere, et sepulcris vina et unguenta infundere. Virgilius, lib. VI Æneid.:

Corpusque 136 lavant frigentis, et ungent.

Idem agens de honoribus ab Ænea tumulo Anchisæ præstitis lib. V:

Hic duo rite mero libans carchesia bæccho
Fundit humi: duo lacte novo de sanguine sacro,
Purpureosque jacti flores.

Ausonius in Epitaphiis, carm. 36, in tumulo hominis felicitis ita ait:

Sparge mero cineres, et odoro perlue nardo,
Hospes, et adde rosis balsama punicis.

Huc respicere nonnullis visus est Martialis, epigram. 126, lib. XIII:

Unguentum hæredi nunquam, nec vina relinquis,
Illo habeat nummos, hæc tibi tota dato.

Actor. apost. IX, 37: *Quam (Tabitham mortuam) cum lavissent, posuerunt eam in cænaculo.* Hanc igitur consuetudinem tangit Prudentius in fine hymni Exsequiarum, *Liquido spargemus odore*, ubi tamen unguenta potius intelligo. Sic lib. I, oda 5 Horatii: *Perfusus liquidis odoribus*, id est, delibutus unguentis. Sed clare in hymno S. Fructuosi et soc., vers. 43:

Tum de corporibus sacris favillæ,
Et perfusa mero leguntur ossa (b).

Martinus Roa, lib. de Die natali sacro et profano, cap. 19, putat verba Prudentii, *Et perfusa mero leguntur ossa*, non esse intelligenda juxta ritum gentilium, de quo Virgilius Æneid. lib. VI:

Reliquias vino, et bibulas lavere favillas,

sed esse explicanda hoc modo: *lauta ad ignis cinerisque reliquias expurgandas.*

160. Cæterum etsi gentilitius fuerit hic ritus, nihil est tamen cur negemus eum a Christianis diversa ratione usurpatum. Constat, a gentilibus et Hebræis usum aromatatum in sepeliendis mortuis adhibitum. De aromatibus, quibus unctum est Jesu corpus lego cap. XIX Joan., v. 30. 137 Primi Christiani eundem morem retinuerunt, neque dubium est quin balsama in sepulcris martyrum diffuderint. Prudentius in Hippolyto v. 193:

Oscula perspleto figunt impressa metallo,
Balsama diffundunt, stetitibus ora rigant (c).

(b) Barthius, cap. 9, lib. IV, sic interpretatur in S. Vincentio vers. 517: *Subjecta nam sacrario, Imamque ad aram condita Cælestis auram muneris Perfusa subter hauriunt.* Sermo est de ossibus S. Vincentii. Vino, ait Barthius, *ossa crematorum, aut cineres rigabantur.* Sed melius interpretaberis ex simili loco S. Paulini Natali 13 infra exhibendo, ubi vetus sarcophagum S. Felicitis describitur.

(c) S. Paulinus Natali VI: *Martyris hi tumulum studeant perfundere nardo, Et medicata pio reserant unguenta sepulcro.* Natali XIII, de veteri sarcophago S. Felicitis vers. 557: *Ista superficies tabulæ gemino potet ore, Præbens infusæ subjecta foramina nardo, Que cineris sancti veniens a sede reposita Sanctificat medicans arcana spiritus aura.*

Quid ergo est quamobrem S. Paulinus, qui hunc honorem sepulcris sanctorum exhibitum sæpius laudat, vel eundem vel similem ritum natali ix videatur damnare? Ita enim habet :

Verum utinam sævis agerent hæc gaudia votis,
Nec sua liminibus miscerent pocula sanctis!
Quamlibet hic jejuna cohors potiore resultat
Obsequio, castis sanctos quoque vocibus hymnos
Personat, et Domino cantatam sobria laudem
Immolat. Ignoscenda tamen puto talia, parvis
Gaudia quæ ducunt epulis: quia mentibus error
Irreperit rudibus; nec tantæ conscia culpæ
Simplicitas pietate cadit, male credula sanctos
Perfusus halante mero gaudere sepulcris.

461. His paucisque aliis similibus verbis, quibus SS. Patres aut superstitionem gentilium aut corruptelam Christianorum in religiosis ritibus, aut pravos hominum mores, aliquando permisos, nunquam approbatos, reprehendunt, hæretici abutuntur, ut universam hujusmodi consuetudinum rationem in invidiam vocent, et idololatriæ nomine condemnent (a). Verum diligenti distinctione opus est: in gentilibus **138** nonnulli ritus a SS. Patribus notabantur, quia et perverso modo fiebant, et ad verum Deum non referebantur. Simili ratione Christiani objugabantur, quia gentilium morem secuti, opera alioquin pia aut ob inanem credulitatem, aut ob animi perversitatem corrumpebant. Egrege S. Hieronymus Vigilantium refellit, qui catholicis objiciebat: *Magnam honorem præbent hujusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant de vilissimis cereolis illustrandos, quos Agnus, qui est in medio throni, cum omni fulgore majestatis suæ illustrat.* Hieronymus contra: *Quicumque accendunt cereos secundum fidem suam, habent mercedem... Et quia quondam colebamus idola, num colere Deum non debemus, ne simili eum videamur cum idolis honore venerari? illud fiebat idolis, et idcirco detestandum est; hoc fit martyribus, et idcirco recipiendum est.* Vide epist. ad Ripar., et adversus Vigilant. S. Augustinus lib. XXI contra Faustum, cap. 10: *Sicut autem non ideo contemnenda vel detestanda virginitas est sanctimonialium quia et Vestales virgines fuerunt, sic non ideo reprehendenda sacrificia Patrum quia sunt et sacrificia gentium; quia sicut inter illas virginitas multum distat, quamvis nihil aliud distet nisi quæ cui voveatur atque reddatur, sic inter sacrificia paganorum et Hebræorum multum distat eo ipso quod hoc solum distat, quæ cui sint immolata et oblata: illa scilicet superbæ impietati dæmoniorum, ista vero uni Deo.*

162. Itaque cum in SS. Patribus quædam occurrant verba quibus universe ritus aliquis repro-

(a) Paulini quidem mens aperte declaratur in versibus illico subjertis: *Ergo probant obiti, quod damnare magistri? Mensa Petri recipit, quod Petri dogma refutat? Unus ubique calix Domini, et cibus unus, et una Mensa domusque Dei. Dividunt vina tabernis; Sancta precum domus est ecclesia: cede sacratis Liminibus, serpens: non hac male ludus in aula Debetur, sed pœna tibi.* Inde se permotum ait Paulinus ad ecclesiam picturis ornandam, ut populum ab epulis ad hæc spectacula revocaret. De hujusmodi epulis loquitur S. Augustinus lib. VI Conf. cap. 2, ubi de B.

A bari videtur, inspiciendum est adversus quos ea sint directa. Sic Lactantius (cujus tamen auctoritas non magni ponderis habetur), qui celebritatem sabbati paschalis laudavit, ut dixi num. 147, non ignorans certe quo more perageretur, nihilominus lib. VI, cap. 1, in fine, et cap. 2, hunc morem aliosque in ethnicis ferre non potest: *Eadem miseros cæcitas premit: sicut enim qui sit verus Deus, ita qui sit verus cultus ignorant. Mactant igitur opimas et pingues hostias Deo, quasi esurienti; profundunt vina tanquam sitiienti; accendunt lumina velut in tenebris agenti.... Num igitur mentis suæ compos putandus est qui auctori et datori luminis candelarum ac cereorum lumen offert pro munere?... Itaque diis non cælestem sensum, sed humanum potius attribuunt; ideoque illis necessaria et grata credunt esse quæ nobis, quibus aut **139** esurientibus opus est cibo, aut sitiientibus potu, aut veste alimentis, aut, cum sol decesserit, lumine, ut videre possimus... Hic verus est cultus, in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam victimam sistit.* Lactantius ergo objugat gentiles, quod Deo res creatas offerrent, tanquam his indigenti, et ignorarent Dei cultum in animi virtutibus potissimum consistere. Nihil hæc ad catholicorum, vel etiam omnium Christianorum et Hebræorum cultum, a Deo præscriptum evertendum. S. Augustinus de Moribus cathol. Eccles. lib. I, cap. 34: *Nolite consecrari turbas imperitorum, qui vel in ipsa vera religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, ut oblitii sint quid promiserint Deo. Novi multos esse sepulcorum et picturarum adoratores: novi multos esse qui luxuriosissime super mortuos bibant, et epulas cadaveribus exhibentes, super mortuos seipsos sepeliant, et voracitates ebrietatesque suas deputent religioni.* Hic corruptelæ castigantur. Pia religionis officia commendat idem Augustinus lib. I de Civit. Dei, cap. 12, et lib. de Cura gerenda pro mortuis ad Paulinum cap. 3: *Ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad sepeliendum eum fecerit: et laudabiliter commemorantur in Evangelio qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt.* Et ipse miracula quæ fiebant ad memorias martyrum, tum Mediolani, tum Nolæ, laudat epist. 78: *Verumtamen ad ista, quæ hominibus visibilibus nota sunt, quis potest ejus consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fant, in aliis non fant. Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi B. Felicia Nolensis corpus conditum est.* In libro XXI de Civit. Dei, cap. 8,

Monica ait: *Cum ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, pulles et panem et merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, tam pie, atque obedienter amplexa est, etc. Iaque ubi comperit, a præclaro predicatore atque antistite (Ambrosio) pietatis præceptum esse, ista non fieri, ne ulla occasio se ingurgitandi daretur ebriosus, et quia illa quasi parentalia superstitioni gentilium essent simillima, abstinnit se libentissime, et pro canistro pleno terrenis fructibus plenum purgantioribus votis pectus ad memorias martyrum afferre didicerat.*

hæc habet : *Cumque corpus jaceret, atque a gementibus et plangentibus exsequiæ pararentur, amicorum ejus quidam inter consolantium verba suggestit, ut ejusdem martyris oleo caput perungeretur. Factum est, et revixit.*

163. Plura in eandem sententiam confirmandam peti possunt ex aliis scriptoribus, ut circa flores in templis spargendos ex S. Gregorio Turonensi in Vita Severi Sulpicii, cap. 50, de quo ait : *Solitus erat flores liliorum, tempore quo nascuntur, colligere, ac per parietes hujus ædis appendere, et ex Fortunato lib. vii, epigr. 9, ad domnam Radegundem, cujus titulus est, Ad eandem de floribus super altare : nam aliud præcesserat, De vicis :*

At vos non vobis, sed Christo fertis odores,
Has quoque primitias ad pia templa datis.
Texistis variis altarâ festa coronis,
Pingitur ut liliis floribus ara novis.

140 De oleo vero sepulcrorum martyrum legendus est Paulinus Petricordius in Vita S. Martini, lib. v (a), ut plures alios prætermittam.

CAPUT XV.

Quo sensu Prudentius animam liquidam et elementum dixerit.

164. Ea nunc diluam quæ Prudentio sive ab hæreticis, sive a catholicis opponuntur, tanquam religioni Christianæ repugnantia. Bailius in Diction. post Clericum tom. XII Bib. univers. putat Prudentium animam appellare corpoream his versibus Cathem. hymn. x : *Rescissa sed ista scorsum Solvunt hominem, perimuntque, Humus excipit arida corpus, Animæ rapit aura liquorem.* Et contra Symmach. lib. ii, vers. 184 :

Non occidet, inquit,
Interior qui spirat homo, luet ille perenne
Supplicium, quod subjectos male rexerit artus.
Nec mihi difficile est liquidam circumdare flammis
Naturam, quamvis peribilibis illa feratur
Iustar notî : capiam tamen, et tormenta adhibebo.

Bailius more notî scripisset, si ad metrum attendisset. Ita certe habet Prudentius. Duo responderi possunt : primum, Prudentium, cum animæ liquorem et animam liquidam dicit, materiam sive corpus animæ non tribuere, sed ejus puritatem cœlestemque originem indicare ; alterum, hanc significationem liquidî absurdam non esse, neque reprehendendam. Prudentium interdum liquoris ac liquidî vocabulo spiritum et spirituale intelligit, ut Apoth. de dæmone v. 411 : *Pulsus abi, ventose liquor : Christus jubet, exi.* Cath. iii, [14] v. 190, de anima nostra loquens, affirmat eam non mori, quia *Vim liquidæ rationis habet.* Et Apoth. v. 87, de natura divini : *Pura, serena, mi-*

(a) *Namque ut sæpe solent præcauto corde fidelis Vasa oleo opplere, et servandæ adducta saluti Vel justis offerre viris, vel condere sanctis Religionis locis, quibus aut operatio præsens Martyris emeritis prodit virtute patronos, etc.* In Biblioth. Lugdun. Patrum paulo aliter hæc carmina leguntur. Posteriori tempore Iohannes monachus in funere Odilonis anno 1048 : *Floridus, et niveus defertur lectulus illi, Quem tegit alma cœdrus, redolensque cupressus adornat ; Spargantur violæ, sternuntur lilia quæque, Tum videas rivos illum*

canis, liquido prælibera motu. Et ibidem de spiritu divino v. 694 :

Sed postquam liquidus cœlesti spiritus ore
Virgineam respersit humum, medicabilis illa est

165. Hoc autem sensu locutum Prudentium locis objectis tam perspicuum est ut nihil supra. Etenim sæpe ille clarissime distinguit animam a corpore, et a materia. Apoth. v. 830 :

Ille quidem status Domini est : sed spiritus, et vis
Non est plena Dei, tanto moderamine missa,
Quanto flans voluit flandi servare honorem.
Est impossibile spectare profundam Sabaoth :
Sed speculum Deltatis homo est. In corpore discas
Rem non corpoream solers, interprete Christo,
Qui Patrem proprium mortali in corpore monstrat.

Crederes, Prudentium præ oculis habuisse symbolum Athanasianum, si vere Athanasii fuisset, aut jam tum exstitisset : *Nam sicut anima rationalis, et caro unus est homo : ita Deus et homo unus est Christus.* Cath. iii, v. 196 : *Credo equidem, neque vana fides, Corpora vivere more animæ.* Evidens in primis est locus in Passione Romani v. 452 et seqq. :

Cernant ut illud lumen æternæ spei,
Non succuleatis insuech obtulibus,
Nec corporales per fenestras emicans,
Puris sed intus quod relucet mentibus.
Pupilla carnis crassa crassum perspicit,
Et res caduca, quod resolvendum est, videt.
Liquidis videndis aptus est animæ liquor,
Natura fervens sola, ferventissimæ
Divinitatis vim coruscantem capit.
Hoc, opto, lumen Imperator noverit.

Diversitas substantiæ animæ a substantia corporis aperte astruitur Psyc. v. 905 :

Fremit et discordibus armis
Non simplex natura hominis : nam viscera limo
Effigata premunt anticum, contra ille sereno
Editus afflato nigrantis carcere cordis
Æstuat, et sordes arcta inter vincula recusat.
Spiribus pugnant variis lux atque tenebræ,
Distantesque animat duplex substantia vires.

142 Perist. x, v. 533, de anima : *Cælo refusus subvolabit spiritus.* Ham. v. 527 :

Quippe animus longe præstantior, ut pote summo
Æthere demissus, subjectos si velit artus
Imperio quassare gravi, etc.

Alia hujus generis multa prætereo.

166. Ut autem intemperantium criticorum insolentia manifestius appareat, ex duobus ipsis locis quibus animam corpoream a Prudentio vocari illi aiunt, evincam rem contrario modo se habere. Cathem. x, v. 5 et seqq. : *Tua sunt, tua, Rector, atraque, Tibi copula jungitur horum, Tibi, dum vegetata cohærent, Et spiritus et caro servit. Rescissa sed ista scorsum Solvunt hominem, perimuntque : Humus exci-*

sibi pingere flores, Et varias herbas oculis spectare benignis, Balsama non desunt, et aromata multa teruntur, Nardus, myrrha nitent, stactus, et maxima cyprus, Sunt mille species, plures variantur odores, Nectareusque sapor cælum replet alius ipsum. Plura circa rivos funebres Christianorum congerit Paulus Aringhus lib. i Romæ subterraneæ, præsertim a cap. 17 ad 31, ubi sæpius nostrum poetam laudat, et testem appellat.

pit arida corpus, Animæ rapit aura liquorem. Vellet A Clericus his verbis exprimi sententiam Epicureorum, qui animam mortalem assercbant, et allegat Bailius versus Lucretii de ea sententia (a). Sed advertere primum necesse est auctoris cujusquam verba non eorsum esse considerata, sed prout congruunt his quæ præcedunt et consequuntur, et ejusdem menti aliis in locis luculentius declarata. Aliud enim judicabo voluisse dicere Clericum, aut Bailium, aliud hominem bene de religione sentientem, quamvis uterque verba ambigua eadem pronuntiet (b). Deinde quid magis est Prudentianæ sententiæ dissimile, quam versus Lucretii? Is terram veluti communem matrem frugum, arbustorum, hominum, ferarum repræsentat, quæ omnia eodem modo nascantur, eodem intercant (c). At Prudentius statim in limine B hymni : *Deus, ignee fons animarum, v. 21 : Ut dum generosa caducis, Ceu carcere clausa, ligantur, Pars illa potentior exstet, Quæ germen ab æthere traxit. Si terrea forte voluntas luctum sapit, et grave captat, Animus quoque pondere victus Sequitur sua membra deorsum, At si generis memor ignei Contagia pigra recuset, Vehit hospita viscera secum, Pariterque reportat ad astra. V. 129 : Animæ fuit hæc domus olim Factoris 143 ab ore creata. Fervens habitavit in istis Sapientia, principe Christo. V. 149 : Sed dum resolvable corpus Revocas, Deus, atque reformas, Quanam regione jubebis Animam requiescere puram?* Multis aliis in locis animæ immortalitatem Prudentius explicat et tuetur, quæ neque indicare quidem opus est; nam Bailius fate ur, his verbis, *Animæ rapit C aura liquorem*, non negari animæ immortalitatem, quam paulo post Prudentius admittit; Clericus vero solum velle videtur Prudentium plus dixisse quam voluit dicere : at neque voluit dicere, neque dixit aliud, nisi in obitu animam puram e corpore, quod humus excipit, abire, migrare, evolare.

167. Alii versus opponebantur ex lib. II adversus Symmachum, ubi *liquida natura*, et *perflabilis* more noti anima dicitur. Verum cum Prudentius eo loco agat de supplicio quo animæ peccatorum puniendæ sunt, intelligendus est affirmare, posse Deum naturam, quamvis *liquida* et *perflabilis* sit more noti, sive *par levibus ventis*, circumdare flammis, ut scilicet

(a) Lib. II: *Denique cælesti sumus omnes semine oriundi: Omnibus ille idem pater est, unde alma liquentes Humorum guttas mater cum terra recepit, Fæta parit nitidas fruges, arbustaque læta, Et genus humanum : parvis omnia sæcla ferarum.... Quapropter merito maternum nomen adeptæ est. Cedit item retro, de terra quod fuit ante, In terras : et quod missum est ex æthereis oris, Id sursum cæli rellatum templa recipient.*

(b) Bailius ipse assentitur, in similibus verbis diversam fuisse mentem Epicuram apud Plutarchum, de Consolatione, pag. 110 : *Præclare igitur Epicharmus, e Concretum, inquit, fuit, et discretum est, reditque unde venerat, terra deorsum, spiritus sursum.) Quid ex his omnibus iniquum est ? nihil.*

(c) Ita enim pergit : *Nec sic interimit mors res, ut materia Corpora conficiat, sed cætum dissipat ollis. Inde aliis aliud conjungit et efficit, omnes Res ut convertant formas, mutentque colores.*

A significet animam esse spiritualement, atque igne nullo modo afficiendam, nisi admirabili quadam Dei potentia. Quod fiet manifestius, si tota periodus referatur.

Nec mihi difficile est, liquidam circumdare flammis Naturam : quamvis perflabilis illa feratur
More noti, capiam tamen, et tormenta adhibebo
Ipse incorporeus ac spirituum sator unus.
Quin et corporibus parilis consortia pœnæ
Decernam : possum quoniam renovare favillas
Antiquam in faciem, nec desperanda potestas :
Qui potui formare novum, reparabo peremptum.

En ut non solum corpus ab anima distinguatur, sed etiam ideo dicatur Deus animam, hoc est rem spiritualement et non corpoream, igne posse punire, quia ipse est summa potestate præditus, *incorporeus*, et *sator unus SPIRITUUM*. Hac ratione S. Augustinus demones sine corpore, et animas damnatorum igni cruciandas affirmat lib. XXI de Civit. Dei, cap. 10 (d).

144 168. Supervacaneum nunc esset quærere, an proprie animam spiritualement *liquidam* et *liquorem* Prudentius appellaverit; quæ est de nomine quæstio. Barthius lib. XXI, cap. 4, putat id eleganter dictum : *ANIMÆ RAPIT AURA LIQUOREM : Liquorem animæ eleganter dixit, quia liquida, pura, clara, cælestis ejus natura. Apoth. .*

Quæ collata rudem fecit vivere limum,
Ut pote de liquido naturæ semine primos
Accipiens habitus, superoque expressa sereno. »

Qui sunt versus 902 et seqq. Profecto propria significatio spiritus ex origine est *status aeris* a verbo *spiro*, quæ deinde ad animam rationalem est diffusa : et anima ipsa sæpe a Prudentio *status* dicitur, ut Nam. v. 920, *status sine corpore*. Cum autem aqua elementum sit aeri conjunctum, poetæ epibetæ utriusque sæpe confundunt; nam aer vulgo *liquidus* dicitur, et Lucretius, lib. II, undas vocat *aereas*. Idem Lucretius, et Virgilius ignem *liquidum* appellant, ut æthereum purumque, ac terræ gravitati oppositum esse denotent. Apud Hebræos *liquidi*, seu *cæli* nomine comprehenditur quidquid Græca aer, æther et οὐρανός nominatur. Hinc Prudentius non male animæ *liquorem*, et animam *liquidam* posuit pro animæ spiritu et puritate, pro anima spirituali et cælesti, seu ex cælo originem trahente : nam hoc sæpiissime ille inculcat (e). Alia ratione veteres

(d) *Cur ego non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affigi, si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei, et tunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? De hac quæstione videri possunt theologi; mihi satis est notare Prudentium ignem corporeum agnoscere, et difficultatem excitare, qua ratione animæ incorporeæ igne corporeo affici possint. Et cum ita disserat Prudentius, dum animam LIQUIDAM vocat, consequens est eum ea voce non intellexisse CORPOREAM.*

(e) Vide S. Augustinum de Genesi ad litteram lib. VII, enarrat. in psalm. CXXVI : *Sicut ait quodam loco Scriptura : Volavit super pennas ventorum? hoc est, super virtutes animarum : unde et status Dei dicitur anima tanquam ventus, non ut iste inelligatur ventus quo corpus propellent sentimus, sed ejus nomine si-*

Christiani liquorum vocare poterunt animam, scilicet quia corpus vas anime appellabant. Vide comment. ad hymn. vii Cath. v. 190.

169. Aliam de nomine litem movent nonnulli, quod Prudentius animam elementum nuncupaverit, cod. hymn. Exsequiar. v. 1 et seqq.: *Deus, ignee fons animarum, Duo qui socians elementa, Vivum simul ac moribundum Hominem, Pater, effigasti.* Qua voco usum quoque Lactantium non distentur lib. iii, cap. 6: *Scientia in nobis ab animo est, qui oritur e cælo: ignoratio a corpore, quod est et terra. Unde nobis et cum Deo, et cum animalibus, est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis quorum alterum lucē præditum est, alterum tenebris, pars nobis data est scientiæ, pars ignorantiae.* Barthius loc. cit. ait Prudentium elementa principia dixisse ethnica phrasi ex Alvinoo, Epicteto et Euripide. Ego potius dicam **145** eam phrasin esse Latinam. Cicero, Acad. Quæst., p. 44: *Ergo illa initia et, ut e Græco vertam, elementa.* Sic vulgo *elementa puerorum, elementa loquendi, elementa dialectices.* Cur ergo initia seu principia hominis non appellentur elementa? Itaque ut Prudentium tueamur, nihil opus est configurare ad ea quæ Huetius disputat in Origenianis, lib. ii, cap. 2, quæst. 6, num. 14, ubi errorem Origenis, qui corpora animis ascribit, excusare vult, quia nondum veritas Ecclesiæ decreto erat definita, et idem visum fuit Tertulliano, S. Hilario in Matth. cap. 5; Ambrosio lib. ii de Abraham, cap. 8; Cassiano, collat. 7, cap. 15, Theodoto in Excerptis ad Clementis Alexandrini calcem adjectis; Methodio, apud Photium cod. 254; Fausto Regiensi, aliisque. Qua vero ratione animus a Prudentio igneus et ignis dicatur, in commentariis exponetur: neque ulla peculiaris in hoc est difficultas, cum ipsum Deum igneum sæpe appellaverit. Veteres nonnulli putarunt revera animam esse ignem, et ideo dici hominem *extingui* cum moritur, et illi aqua et igni interdici cum exsilio multabatur, quibus verbis minor, seu media capitis diminutio significabatur: quasi corpus ex aqua seu humore, anima ex igne constaret. Alii hanc insaniam addiderunt, grave esse perire naufragio, quod anima esset ignis, adeoque maxime aquæ contraria. Quam longe ab his deliriis Prudentius absit, ex omnibus eius carminibus perspicitur evidenter.

gnificetur aliquid invisibile, etc. Apud auctores Latinos liquidum pro puro sæpe sumitur, ut *liquida oratio*, et similia. Catullus carmine de Atty, v. 46, *Liquidaque mente vidit.*

(a) *Et vidit (Petrus) cælum apertum, et descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram. In quo erant omnia quadrupedia, et serpentina terræ, et volatilia cæli. Et facta est vox ad eum: Surge, Petre, occide, et manduca. Ait autem Petrus; Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune et immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.*

(b) *Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem sunt munda; sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem et non bibere vinum, neque in quo frater tuus*

CAPUT XVI.

Faveritne Prudentius Pythagoreis et Manicheis super abstinentia a carnibus, an Manichæorum argumenta de duobus principiis valide evertit.

170. Ecce iterum Clericus, qui Prudentium ad Pythagoreismi et Manichæismi errorem de abstinentia a carnibus accessisse contendit. Hymno Cather. 3 Ante cibum, vers. 56, hæc habet Prudentius: *Hæc opulentia Christicolis Servit, et omnia suppeditat. Absit enim procul illa fames, Cædibus ut pecudum libeat Sanguineos lucerare dapes! Sint fera gentibus indomitis Prandia de necs quadrupedum: Nos oleris coma, n s siliqua, Fata legumine multimodo, Paverit innocuis epulis.* Solet usu hoc evenire, ut qui errores libenter ipsi amplectuntur præsertim in rebus fidel, in aliis diligenter **146** errores deprehendere conentur, quasi socios sibi quærant et adjungant. Prudentius hoc hymno id unum agit, ut Christianos ad eum morem hortetur, qui inter ipsos tunc temporis valde communis erat, ut cibus innocentibus contenti, a carnibus quadrupedum abstinerent, non quod his vesci nōget lere, sed quia melius est non vesci. Nullum cibum Christianis vetitum esse haud obscure ante innuerat vers. 11 et seqq.: *Te sine dulce nihil, Domine, Nec jurat ore quid appetere, Pocula ni prius, atque cibus, Christe, tuus favor imbuerit, OMNIA SANCTIFICANTE FIDE.* Quibus postremis verbis alludit aut ad caput x Act. apost., vers. 11 (a), aut ad caput xiv epist. ad Roman., vers. 20 (b).

171. Prudentii mens clarius intelligitur ex ratione quam subjicit, cur Deo gratias agere debeamus: *Ipse homini quia cuncta dedit, Quæ capimus dominæ nte manu, Quæ potus, aut humus, aut pelagus Aere, gurgite, rure creant, Hæc mihi subdidit, et sibi me.* Inter ea vero quæ Deus homini subdidit, ad Christianorum cibum seligit aves et pisces (c). Tum addit fructus terre et arborum, nec non lac et quæ ex lacte multa fieri solent. Syrorum ea fuit dementia, ut a piscibus et a columbis religionis causa abstinerent. Hyginus, fabula 195: *Ob id Syri pisces et columbas, unus in deorum numerum habent, non edunt.* Christiani veteres pisces avesque eodem loco ponebant, quod ex aquis tam volucres quam pisces natos doceat Genesis cap. i, vers. 20 (d). Ex quo S. Ambrosius, hymno ad vespas

offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes te metipsum habe coram Deo. . . Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non est EX FIDE. Omne autem quod non est EX FIDE peccatum est.

(c) *Callidus illaqueat volucres Aut pedicis dolus aut maculis, Illita glutine corticeo Vimina plumigeram seriem Impediunt et abire velant. Ecce per æquora fluctivagos Texta greges sinuosa trahunt. Piscis item sequitur calamum, Raptus acumine vulnifico, Credula saucius ora cibo.*

(d) *Dixitque etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, et volatile super terram sub firmamento cæli. Creavitque Deus cete grandia, et omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum.*

seriæ 5 : *Magnæ Deus potentia, Qui fertili natos aqua Partim relinquis 147 gurgiti, Partim levas in aera, Demersa lymphis imprimens subvoluta cœlis erigens. Ut stirpe ab una prodita Diversa rep'cant loca.* Rabanus Maurus, lib. II de Institutione clericorum, cap. 27, esum avium et piscium permissum ait, quia *ex eodem elemento de quo et pisces creatæ sunt aves*, neque in regula monachorum aliarum carniū esum prohibitum, nisi quadrupedum. Intelligit, opinor, caput 39 regulæ S. Benedicti : *Carnium vero quadrupedum ab omnibus abstinence comestio, præter omnino debiles et ægros (a).*

172. Possent etiam verba Prudentii ita intelligi, ut *Sanguineas lacerare dapes* pertineret ad usum abstinendi a sanguine et suffocato, qui diu in Ecclesia perseveravit. Tertull., Apolog. cap. 9 : *Erubescat error ves'er, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contamine-mur vel intra viscera sepulto.* Concilium Aurelian. II anno 533, cap. 20 : *Catholici, qui ad idolorum cultum, etc., ab Ecclesiæ cœlibus arceantur. Similiter et hi qui bestiarum morsibus extincti, vel quolibet modo aut casu suffocata vescuntur.* Sed S. Augustinus jam suo tempore aliter existimabat lib. VI, cap. 32 adversus Faustum Manichæum : *Ubi Ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis jam hoc Christianus observat, ut turdos vel minores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a cæteris irridentur.* Revera cum Prudentius aves et pisces in cibis Christianorum admittat, quadrupedum vero respuat, non ad hunc paucorum irridendum morem respexit, sed ad laudabilem plurium consuetudinem, de qua idem S. Augustinus lib. I de Moribus Ecclesiæ catholice, cap. 33 : *Ita multi neque vescuntur carnibus, neque tamen eas immundas superstitiose putant.... Continent se igitur ii qui possunt, qui tamen sunt innumerabiles, et a carnibus et a vino duas ob causas, vel propter fratrum imbecillitatem, vel propter suam libertatem (b).*

148 173. Refellendus modo est Bailius, qui in Dictionario aliisque operibus sæpe hoc saxum volvit, catholicos argumenta Manichæorum de origine mali nunquam satis diluisse. Jacobus Georgius de Chaufepie, in Nov. Diction. histor. critic., artic. *Manichæi,*

Bailium docte et nervose refutat, ejusque alios oppugnatores hac in parte recenset, Kingium, Clericum, Bernardum, Jaquelotum, Leibnizium, Clarkium, la Placette, de Crousaz. Ego solum ea breviter explicabo quæ Bailius Prudentio objicit, neque Chaufepius illi objecta esse meminit. Princeps, inquit Bailius, qui impedire potest malum, neque impedit, vult illud malum; et hanc vocat notionem evidentem. Quod autem Prudentius respondet hominem libere percare, dicit Bailius, hanc esse petitionem principii, quia thesin impugnatam dat pro responsione. Idem Bailius, Clericum secutus putat Prudentium responsurum paucos esse qui damnantur: nam ait hymno 6 Cathem., vers. 93 : *Idem tamen benignus Ultor retundit iram, Paucosque non piorum Patitur perire in ævum.*

B Quam responsionem idoneam non esse reponit Bailius, quia si damnatio omnium hominum esset *actus servituti ut octo*, damnatio paucorum erit *actus servituti ut quatuor, vel ut duo, vel ut unum.* Ita enim scholasticus esse amat contra religionis causam. Sed qui Prudentium sine opinione aliqua præjudicata attente legat, penitus Bailii inanes subtilitates perspicit. Primum cur existimat Prudentium responsurum paucos esse qui ad inferos detruduntur? Prudentius argumentum Manichæorum et Bailii sibi proponit, et tantum abest ut id respondeat, ut etiam contrarium aperte eo in loco affirmet. Hamartig. vers. 819 :

Sic animas cœli de fontibus unicoloras
Infundit natura solo : sed snavis isth'c
Devinctæ illecebris retinentur, et æthera paucæ
Conscendunt reduces, multas viscosus inescat
Pastus, et ad superas percurrere non sinit auras.
Præscius inde Pater liventia Tartara plumbo
Incendit liquido, piceasque bitumine fossas
Infernalis aquæ turvo suffodit Averno.

149 174. Prudentius argute objectionem Manichæorum ante expresserat, et subtilius etiam quam Bailius, quamvis hic omnes ingenii nervos contendant. Lege vers. 640 et seqq.

Si non vult Deus esse malum, cur non vetat? inquit. Nil refert, auctor fuerit, factorque malorum. Anne opera in vitium sceleris pulcherrima verti, Cum possit prohibere, sinat; qui si velit omnes Innocuos agere omnipotens, nec sancta voluntas Degeneret, facta nec se manus inquinat ullo. Condit ergo malum Dominus, quod spectat ab alto, Et patitur, fierique probat, tanquam ipse creavit. Ipse creavit enim, quod cum discludere possit, Non abolet, longoque sinit grassariet usa.

neque deorum aras sanguine polluebant. Ipse Castellanus, cap. 2, contra alios probat carnes præ cæteris omnibus optimam ac plurimum præstare alimentum. Confer Clementem Alexandrinum, Pædag. lib. II, cap. 4; Tertullian., de Cibis Judaicis; et S. Hieronym., lib. I adversus Jovinian. In antiquo codice Ecclesiæ Hisp., quem Lopezius de Barrera edidit, canon 58 exstat ex Ancyr. III : *Si quis non pro abstinentia, sed pro execratione escarum abstinet, placuit sancto concilio ut prægustet, et sic, si vult, abstineat; si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste, non obediens neque suspicionem hæreticæ a se removens, deponatur de ordine clericatus.*

(a) Nicephorus, lib. XII Hist., cap. 35, diversos jejunantium mores enarrat : *Quidam animalia non attingunt; alii autem attingunt, sed pisces solos. Sunt qui animalia quoque cum piscibus volatilia degustant, ex aquis ea quoque progenita esse, ut Moses inquit, dicentes. Nonnulli ab ovis et nucibus sive baccis abstinere. Nonnulli vero arborum fructibus vescuntur. Quidam panem siccum tantum comedunt; quidam vero ne hunc quidem attingunt.*

(b) Petrus Castellanus, qui de esu carniū 4 libros edidit, lib. I, cap. 1, consuetudinem hominum primi temporis exponit abstinendi a carnibus. Plato, lib. VI de Leg., pag. 782, tom. II, ait : *A carnibus majores nostri abstinabant, tanquam non esset pium illas edere.*

Quid ad hæc Prudentius?

Damna aures, Pater alma, mess, et claude meatus
Obbrutescentis capitis, ne pervia tales
Concipiat flexura sonos...

Et cum insigniter probasset Dominum *Nolle malum, nec, quod post abluit, ante probare*, Marcionem iterum urgentem inducit:

Invitone aliquis potis est peccare Tonante?
Cui facile est in corde hominis componere sensus.
Quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
Pulsibus, et totum venis infundere honestum.

Huic ergo objectioni occurrit Prudentius, non respondens simpliciter hominem libere peccare, sed vim libertatis in eo sitam esse, ut homo possit peccare, oportuisse hominem creari hac libertate præditum, ut laudabilis præmioque dignus esset; quæ minime est petitio principii.

Nescis, stulte, tuæ vim libertatis ab ipso
Formatore datam? Nescis ab origine quanta
Sit concessa tibi famulo super orbe potestas...
Quale erat, electus magni rex orbis ut esset
Non rex ipse sui, curto fœdatus honore?
Quæ laus porro hominis, vel quod meritum, sine certo
Inter utramque viam discrimine vivere justii...

Itaque cum melior sit Providentia, in qua homines possint libere agere, adeoque aliquando peccent, quam Providentia, in qua nemo unus libertate sit præditus, corrui quidquid Marcion, quidquid Clericus, quidquid Bailius oggerit. Nam etiam princeps mortalis (cujus aliæ sunt leges) non diceretur velle malum, quamvis **150** Providentiam, bonam alioquin et utilem, non tolleret e medio, e qua certo sciret, quædam secutura esse mala. Neque video quare Bailius thesin a se confictam pro notione clarissima venditet, qua etiam Deum velit alligari.

175. Si tamen Bailius aut aliquis pro eo opponat, potuisse Deum efficere ut homo et bene et libere semper ageret, primum cum S. Augustino dicam, melius judicasse Deum de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere; tum non est modo querendum quid Deus potuerit facere, sed an id quod fecit cum ejus bonitate cohæreat. Dubium autem non est quin Deus bonus sit judicandus, etiamsi hominem peccare permittat. Postremo quidquid sit, an aliqua excogitari possit Providentia, in qua semper omnes homines bene uterentur, libertate, ordo rerum qui nunc est, fert, ut homo interdum peccet, nisi Deus cursum naturalem causarum impediatur, quod agere non debet. Neque enim contingere potest, ut libertas

tot contrariis impulsibus commota constanter bonum prosequatur. An autem Prudentius crediderit exiguum esse damnatorum numerum, nihil ad hanc questionem. Bertius et cum eo Riscus, Hisp. sacr. tom. XXXI, interpretantur Prudentium non tenuisse sententiam quorundam theologorum de majori numero prædestinatorum, sed solum asserere paucos ex impiis perire comparate ad eos qui damnandi essent, nisi Deus eis sua gratia et benignitate optularetur. Id videtur colligi ex versibus num. 174 relictis, nisi sibi ipsi plane contrarius dicatur, quod nonnulli in Prudentio aliisque poetis absurdum esse male negant. Theologi hoc fuse disputant, majorie

A sit prædestinatorum quam reproborum numerus. Inter angelos si fiat comparatio, plures fuisse prædestinatos probabiliter asseritur. Si quæstio instituat de omnibus omnino hominibus qui fuerunt quique futuri sunt, majorem esse numerum reproborum communior et verior est sententia. Tenendum pariter est, ex Christianis, comprehensis hæreticis, plures damnari quam salvari. Ex his qui intra Ecclesiam catholicam decedunt, plures esse prædestinatos quam reprobos theologi docti piique existimant quibus repugnare non audeo. Exstat cl. Petri Francisci Foggini opus inscriptum: *Patrum Ecclesiæ de paucitate adulterorum fidelium salvandorum, si cum reprobis fidelibus conferantur, mira consensio asserita et demonstrata.* Romæ, 1752. Debuisset Fogginius dis-

tinguere loca Patrum in quibus Christiani omnes adulti, etiam hæretici, comprehenduntur, ab aliis auctoritatibus quæ ad solos catholicos pertinent; tum alia testimonia **151** Patrum quæ contrariæ opinioni favere videntur, exscribere et explicare: non enim aliter tutum judicium ferri potest pro mira illa asserita consensione. De distinctione inter *non pios et impios* dicam cap. seq., et nonnihil in comment.

CAPUT XVII.

Oratio in fine Hamartigeniæ exponitur et defenditur.

176. Postquam Prudentius in Hamartigenia de piorum prænitentis impiorumque supplicii late dissevererat, orationem ad Deum convertit vers. 931, ubi hi præcipue versus vulgo in examen revocantur:

Non posco beata

In regione domum...
At mihi Tartarei satis est si nulla ministri
Occurrat facies, avidæ nec flamma gehennæ
Devoret hanc animam mersam fornacibus imis.
Esto cavernoso, quia sic pro libe necesse est
Corporea, tristis me sorbeat ignis Averno,
Saltem mitificos incendia lenta vapores
Exhalent, æstuque calor langüente tepescat.
Lux immensa alios, et tempora victa coronis
Glorificet, me pœna levis clementer adurat.

Plerique catholici in hac oratione exagitanda acerbiores sunt quam nonnulli heterodoxi: nam hi agnoscunt ignem purgatorium ea defendi; quam sententiam etsi falsam ipsi tentent, tamen fatentur quorundam veterum fuisse, et nunc ab universa catholica Ecclesia teneri. De Magdeburgensibus dixi num. 128. Nic. Antonius in Bibl. Hisp. vet. docet disertam ignis alterius ab igne inferno distincti mentionem fieri in fine Hamartigeniæ, quod inter purgatorii ignis osoros torquet hæreticos, allegatque Osiandrum Epitom. hist. eccles., ce. t. 4, lib. 1, cap. 26. Eº Osiander quidem eo in capite Prudentium laudat. sed apud Weitzium nihil de igne purgatorio loquitur, quamvis illi nævos aliquos objiciat.

177. In editione Veneta B. bl. vet. Lat. Fabricii anno 1728, lib. iv, cap. 2, in quadam nota lego, in fine Hamartigeniæ subjici preces, quibus aucter ait sufficere sibi, si modo in Tartara non detrudatur, **152** licet pœnæ luendæ sint in purgatorio. Bailius alia via Prudentium tueri conatur adversus Perkinsium, quia nimirum potuit Prudentius se beatitudine indignum,

supplicio dignum existimare, quæ humilitas impia non est: *Cette humilité est-elle impie? En donnant un bon tour aux choses, ne la nommerait-on pas une oblation de sa personne à la justice de Dieu?* Quibus verbis Bailius satis innuit nescire se quid sit humilitas. Quænam enim esset ista humilitas qua homo, cum possit Deum deprecari, ut criminibus in hac vita deletis ab æterna damnatione liberetur, potius sese Deo offerat, ut perpetuis flammis torqueatur, beatitudine cœlesti, Deoque ipso æternum privatus? Petrus Wesseling., Probabilium lib. singulari, cap. 22, contra Guilielmum Caveum asserentem, impium et Prudentio indignum esse dictum, *Non posco beata In regione domum*, reponit: *At quid si poeta indicet, se gravissimorum errorum sibi conscius, non aspirare ad beatissimam eam stationem in quam martyres et virginæ transcribentur? Quod arguunt verba quæ præcedunt et sequuntur. Multa in thesauris Patris est habitatio Christi, Disparibus discreta locis, non posco beata In regione domum: sint illic casta virorum Agmina, pulverem quæ dedignantia censum, Divitias petierunt: sit flore perenni Candida virginitas, animum castrata recisum.* Cætera quæ addit Prudentius, ait Wesselingius, in Christiano homine non laudanda, sed tamen comparata esse, ut a doctorum veteris ævi opinionibus non prorsus dissentiant, qui putabant, omnes qui beatitudinis futuri aliquando erant compotes per ignem esse traducendos, coque purgandos. Nimirum Wesselingius ab igne purgatorio abhorret, qui nihilominus affirmat, poeticum esse et in poeta ferendum, *cavernoso Averno*, pro indefesso igne. Postremi versus prima fronte duriores illi videntur: *Nolim tamen*, pergit, *existimes, poetam damnatorum gregi sese inservisse verbis illis, Me pœna tamen clementer adurat. En itidem ex veterum opinionibus explicanda sunt (a).*

153 178. Plurimi aut negant eam orationem esse Prudentii, aut saltem id in dubium revocant. Andreas Rivetus, lib. III Critic. sacr., cap. 26, affirmat eas preces videri falso ascriptas Prudentio, et contradicere odæ 7 Cathem., idemque putare Perkinsium. Guilielmus Caveus eadem ratione spurias eas judicat.

(a) Ludewigius in Vita Prudentii in aliis dogmatis quæ Prudentius cum catholicis sustinet de libero arbitrio, de carnis innocentia, de bonis operibus, de martyrum culta et invocatione, de Virgine beata Prudentium vult excusare tum ob codices corruptos, tum quia carmen non est ad angustos verborum cancellos emancipandum. Sed hunc locum, *Non posco beata In regione domum*, vocat stultum et mulierularum fabulis dignum commentum. *Quamquam illud, ait, hic Prudentium excuset, quod pro labe sic pati necesse esse dixerit, cum sanctos martyres dedisse jam penus in tormentis pro Christo sustentis existimaret. Et hoc modo ei fere æquales errarunt apud centurias, centur. 4, cap. 4, quamquam ad saniores quam hodie pontifici mentem exponi illos debere, theologi nostri sen iant.... Fuisse tamen privatus et domesticus error Prudentii potuit; qui scelerum juventutis conscius, se indignum statim post mortem vita æterna crediderit. Ita Ludewigius catholicos cum veteribus idem dicere testatur, nisi quod saniores quandam mentem in veteribus introspicere laborat; et illud demum in Prudentio reprehendit, quod pœnas temporales pur-*

Ansam præbuit Giselinus, qui in commentario refert se vidisse hanc orationem seorsum cum aliâ excusam, non indicato auctoris nomine, quod fortasse librario incognitum erat. Id coniicit e duobus versibus quos in fine appenderat, *omnino præter auctoris mentem et sententiam*, qui epilogo hymni S. Romani adversantur (b). Ludewigius narrat Giselini opinionem in catalogo Flacci esse expressam; sed quod spuria sit oratio, non assentiunt, illa ratione quod scriptores sui, uti poetæ citius, oblivisci queunt.

179. Mihi certe nulla idonea esse causa videtur quamobrem huiusmodi preces Prudentio abjicerentur, siquidem præter omnium codicum consensum Iso Magister inter reliqua Prudentii opera hanc orationem glosis illustrat, et eandem Prudentio Theodulfus Aurelianensis adjudicat in lib. de Spiritu sancto: *Sic perfectam, atque singularem naturam sanctæ Trinitatis mirabili veritate demonstravit Prudentius in libro contra Marcionistas metro heroico: O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Christe, Cujus ab ore Deus subsistit Spiritus unus.* Interpretatio verò quam Riscus adhibet, non omnino displicet, Prudentium non audere petere beatitudinem statim post obitum, et videri pœnis purgatorii ignis contentum esse: affertque Riscus versus ex Apotheosi in fine:

Pellite corle metum, mea membra, et credite vosmet
Cum Christo reditura Deo, nam vos gerit ille,
154 Et æcum revocat, morbos ridete miraces,
Inlicitos casus contemnite, tetra sepultura
Despuite; exurgens quo Christus provocat, ite.

Quod autem Ludewigius respondet, scriptores, et præsertim poetas, interdum sui oblivisci, id locum habere potest, cum clare dicunt contraria: nam si verba alio in loco perspicua sunt, alio dubia, æquitas flagitat, ut in rebus maxime alicujus momenti benigna interpretatio adhibeatur, quin ad oblivionem confugere necesse sit. Ac ne credamus Prudentium de vita æterna consequenda desperare, in promptu est ode 7 Cathem., quam his precibus nonnulli contrariam dicunt, nos potiori jure ex ea interpretationem sumendam contendimus (c). Igitur cum Purgatorii crediderit. Vide infra num. 181, ubi similes preces, ex quorundam ore expressæ, a S. Joanne Climaco proferuntur.

(b) Ad versus 963: *Saltem mitificos, exclamat Giselinus: Itane, o Prudenti, tam objecto quemquam esse animo? aliud certe nobis spondent suaves Evangelii voces. Siquidem propositis divinæ gratiæ obtinendæ instrumentis, stricte imperant, vocationem nostram certam facimus, certoque et indubitato æternæ vitæ gloriæ expectemus; docentque e contrario, infernum ignem aut gravius supplicium deprecari seroorum esse semper metuentium ac pene desperantium, cum nulla nunc sit condemnatio his qui in Jesu Christo permanent, ut pote qui factus sit nobis a Deo sapiens: a. iustitia, etc.* Quæ Giselini verba deleri jubet Appendix Belgica indicis Romani apud Labbeum de Script. ecclies., sive potius corrigi juxta recognitionem ab ipso auctore editam; ne in alieno opere nimis curiosi sint heterodoxi. Recognitionem Giselini non vidi.

(c) In hac oda de Ninivitis, vers. 96: *Sed paritendi dum datur diecula, Si forte vellent improban libidinem, Veteresque magna condonare ac frangere,*

dentii mens de misericordia divina facile placabili A tam aperta totque locis declarata sit, ut etiam ante num. 175 elaborandum fuerit, ne sententiam nimis benignam videretur amplexus de majori numero prædestinatorum, consequens est, orationem Hamartigenicæ explicandam esse ex his quæ alibi dixit, et ad eorum rationem quæ a ii SS. Patres protulerunt, ut S. Hilarius Enarrat. in 1 psalmum: *Sunt enim aliqui inter impios, piosque... Plures namque Dei metus in Ecclesia continet; sed eosdem tamen ad sæcularia vitia sæculi blandimenta sollicitant... Impii non manent, quia his Dei nomen in honore est; pii non sunt, quia quæ pietati sunt aliena sectantur... In eos ergo judicium est, quod jam et in incredulus actum est, et in credentes non necessarium est (a).*

155 180. Quapropter censeo non aliud Prudentium postremis versibus suæ orationis voluisse, nisi ut leviter igne purgatorio torqueretur, si necesse esset pro labe corporea animum purgari ante diem extremam judicii: nam de obitu hominis clare loquitur:

Dona animæ quandoque meæ, cum corporis hujus
Liquerit hospitium...

Cum flebilis hora

Clauserit hos orbes, et conclamata jacebit
Ma eries, oculisque suis mens nudi fruatur,
Ne cernat truculentum aliquem de gente latronem,
Immittem, rabidum, vultuque et voce minaci
Terribilem, qui me maculosum aspergitæ morum
In præceps, ut prædo, trahat, nigrisque ruentem
Immergat specubus, cuncta excurtus ad usque
Quadrantem minimum maculose debita vitæ.

Non igitur loquitur de pœnis æternis inferorum, quibus corpora etiam sunt torquenda: de quibus pœnis hoc ipso in carmine vers. 827: *Et Phlegethonte sub gurgite sanxit edaces Perpetuis scelerum pœnis inolescere vermes... Vermibus, et flammis, et discruciatibus ævum Immortale dedit.* Et II, in Syn., vers. 491: *Quin et corporibus parilis consortia pœne Decernam.* Verba illa, *Esto cavernoso, quia sic pro labe necesse est Corporca, tristis me sorbeat ignis Averno,*

Suspendit ictum terror exorabilis, Paulumque dicta substitit sententia. Et vers. 471: *Mollitus his et talibus brevem Deus Iram refrenat, temperans oraculum Propter sinistrum: prona nam clementia Haud difficulter supplicem mortalium Solvit reatum, fitque faultrix stentium.* Multa alia in fine de jejunio aliisque pi-tatis operibus quibus Deus placatur. His addo ex præf. lib. I in Symm., vers. 80: *Salvator generis Romulei, præcor, Qui cunctis veniam das pereuntibus, Qui nullum status non operis tui Mortalem, facili quem relevas manu, Hujus, si potis es, jam misere-scio, etc.*

(a) Et cap. 2 in Matthæum: *Salutis igitur nostræ judicii tempus designat in Domino dicens: Ille baptizabit vos in Spiritu sancto et igni: quia baptizatis in Spiritu sancto reliquum sit consummari igne judicii.* S. Cyprianus epist. 52 ad Antonianum ait, quod non nisi die Domini vasa lignea divini ardoris incendio concrenentur, et fictilia ab eo cui data est ferrea virga frangantur. S. Ambrosius Enarrat. in psal. xxxvi: *Ignem ergo purgabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne David. Sed hi etsi per ignem examinabuntur, dicent tamen, Transivimus per ignem et aquam... Etsi salvos faciet Dominus servos suos, salvus erimus per fidem, sic tamen salvus quasi per ignem.* Sixtus Senensis, Bibl. lib. vi, adnot. 345, multis SS. Patrum testimoniis, nominatum Prudentii hymno Exsequiar., et octodecim mar-

hunc reddunt sensum, quod si necesse sit, me, quippe locum inter pios et sanctos non meritum, igni purgatorio mancipari, saltem miti incendio afficiar, et dum sanctos martyres et virgines statim post obitum lux immensa et tempora victa coronis glorificant, me pœna clementer adurat. Eodem spectant alia verba: *Non posco beata In regione domum.* Scilicet, poscere non audeo domum in ea regione beata, ubi i lico post mortem animæ quarum egregia fuit in hac vita sanctitas, recipiuntur. Semper enim intelligit de tempore, quod proxime obitum sequitur: *cum flebilis hora Clauserit hos orbes.* Revera æternam beatitudinem se tandem consecuturum sæpissime sperat, et ad eam rem martyrum patrocinium implorat. Ac ne longius abeam, in hac ipsa oratione ita ait:

Judice te pallens trepido, te judice eodem
Spem capio, fore, quidquid ago, veniabile apud te
Quilibet indignum venia faciamque, lo parque,
156 Constetor (dimitte libens, et parce faten i),
Omne malum merui; sed tu bonus arbiter aufer
Quod merui: meliora favens largire precanti.

B Qui aiunt poetam, sui obitum, de misericordia Dei desperasse, clare indicant obitos seipsos quid poeta in hac oratione fuerit complexus (b).

CAPUT XVIII.

Opinio Prudentii de pœnis damnatorum in pervigilio sabbati paschalis mitigatis, an aliorum mentes occupaverit.

181. Singularem quamdam sententiam expressit Prudentius Cathem. hymn. 5, vers. 125: *Sunt et spiritibus sæpe nocentibus Pœnarum celebres sub Styge feræ Illa nocte, sacer qua rediit Deus Stagnis ad superos ex Acheronticis... Marcent supplicii Tartara mitibus, Exsulatque sui carceris otio Umbrarum populus, liber ab ignibus (c).* Bellarmus lib. II de Purgatorio. cap. 48, in questione an suffragia prosint damnatis Prudentii loco responsurus, ait: *Nihil aliud dico, nisi more poetico lusisse Prudentium.* At potuit aliud dicere: et certe si aliud dixisset, occasionem

tyr. Casaraug., et Daniel Huetius, lib. II Origenianor., cap. 2, quæst. 11, demonstrant, de modo et loco felicitatis SS. ad Florentinam usque synodum nihil certi ab Ecclesia fuisse præscriptum, adeo ut in diversa Patres abiciant.

(b) Joannes Lamius, in Deliciis eruditorum tom. XIII, pag. 314, orationem Prudentii exscribens, tingit locum mittiorem in inferis eum postulasse, cum paradiso indignum se crederet, et subiungit impium testamentum Philippi Strozzi, quod alia mente factum affirmat: *Per non venire più in potere de'nemici miei... io Filippo Strozzi mi sono deliberato in qual modo che io posso, quantunque duro all'anima mia mi paia, con le mie mane finire la mia vita. L'anima a Dio somma misericordia raccomandando, umilmente pregandolo, se altro di bene darle non vuole, le dia a meno qual luogo, dove e Catone Uticense, ed altri simili virtuosii uomini, che tal fine hanno fatto, etc.* Quid Prudentii precibus cum hac oratione?

D (c) Clericus in Vita Prudentii male intelligit hunc locum, ac pejus inde argumentum conicit: *Il dit (Prudentius) que tous les ans, la nuit que Jésus-Christ ressuscita, les damnés ne ressentent point de pînæ, ce qui suppose que Jésus-Christ était descendu dans ce lieu et en avait tiré les damnés cette nuit-là.* Vide comment. ad hymn. 5 Cath., vers. 196.

evalland non præbisset Hospinianus, qui in lib. de A Origine festor. Christ. in festo S. Hippolyti affirmat Prudentium in martyrio S. Hippolyti describendo more poetico lusisse, quod etiam, inquit, Bellarminus in re majori eum fecisse dicit. Quid ergo aliud potuit dicere Bellarminus? Potuit et fortasse debuit dicere, nonnullos veteres in ea opinione fuisse quam S. Augustinus non est ausus condemnare cap. 112 Enchiridii: *Pœnas damnatorum certis temporum intervallis existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, 157 dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio.* Ad quem locum Bellarminus reponit, Augustinum ibi non agere de oratione pro defunctis, et solum dicere, non esse erroneum concedere, damnatos puniti citra condignum, quod clarus docet lib. XXI de Civit. Dei, cap. 24. Cur igitur idem de Prudentio non dicatur? Illud negari nequit, Prudentii sententiam ab Augusto indicari, dum liberum relinquit existimare, si placet, pœnas damnatorum certis temporum intervallis aliquatenus mitigari (a).

182. Confer quæ addidit loc. cit. Enchiridii: *Hæc enim vocatur ira Dei, non divini animi perturbatio, ut in ira sua, hoc est, manente ira sua, non tamen contineat miserationes suas, non æterno supplicio finem dando, sed levamen adhibendo, vel interponendo cruciatibus.* Hanc sententiam amp'exus est S. Joannes Chrysostomus Homil. 3 in epist. ad Philipp., quem in alium sensum trahere conatur Bellarminus: *Ilos igitur lugeamus* (loquitur de damnatis), *opem pro viribus seramus, aliquid ipsis auxilium comparemus, exiguum illud quidem, sed quod tamen auxiliari queat...* Atque id quidem de his qui in fide decesserunt. Catechumeni vero neque hac dignantur consolatione, uno quodam excepto. Quale vero hoc? licet pauperibus aliquid pro ipsis dare, atque hinc aliquid percipiunt refrigerationis. Omissis Joanne Damasceno, sive vero, sive alio sub ejus nomine, S. Paulino Nolano, cujus preces ad Nicetam proman. num. 485 in nota, et Innocentio III, a quorum auctoritate non satis se extricat Bellarminus, clariora sunt propiusque ad Prudentium accedunt, quæ ex Missali Mozarabico feria 4 post Pascha describunt: *Viderunt te inferi, Deus, viderunt et tremmerunt a voce tonitruu tui, dicentes, Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Propter quod attornita paululum stetero supplicia miserorum. Nec habeant cruentum tormenta sic vicisse cernentia crucifixum: et judicem suum ipsa etiam pœna contremuit.*

183. Sixtus Senensis, Bibl. sanctæ lib. vi, cap. 47, profert sententias theologorum Præpositiv. Leodiensis Ecclesiæ presbyteri, Gilberti, Guilielmi, Ruperti, qui ex verbis S. Joannis Chrysostomi allegatis aliisque in Matth. hom. 35 Joannis item Damasceni, 158

(a) Neque aliud docuit S. Augustinus lib. XXI de Civit. Dei, cap. 24: *Sed quibus placet istam sententiam usque ad illa impiorum tormenta protendere, saltem sic intelligant, ut manente in eis ira Dei, quæ in æterno est prænnuntiata supplicio, non contineat Deus in hac ira sua miserationes suas, et faciat eos non tanta quanta*

S. Gregarii Magni, et Prudentii in hymno de Novo Lumine paschalis sabbati (sic enim inscribit) aliisque hujusmodi illustrium Patrum dictis, in hanc opinionem inclinarunt; alii aliter eam explicant: nam S. Thomas solum agnoscere videtur in damnatis inanein quamdam fallacis gaudii speciem, gratamque mœrentis animi illusionem: qualem esse ferunt in dæmonibus, qui homines ad peccandum inducentes, vana quadam lætitia afficiuntur, quin pœna decrescat: qua de re agunt theologi scholastici.

184. In codice ms. sæculi XI Bibl. Riccard. exstat missale, et in hoc missa, pro cujus anima dubitatur, cujus meminit Lamius tom. XIII Delic. erud., pag. 311 et seqq. Preces ad hoc ipsum tendunt quod quærimus. *Et si plenam veniam animæ ipsius obtinere non possumus, saltem vel inter ipsa tormenta quæ forsitan patitur, refrigerium de abundantia miserationum tuarum sentiat ... ut si forsitan pro gravitate criminum non mereatur gloriam, per hæc sacræ oblationis libamina, vel tolerabilia fiant sibi ipsa tormenta.* Apud Bollandianos tom. III Maii, ad diem 14, pag. 336, S. Pachomius ita ait de quodam damnato: *Eam ob rem rogo vos, ut si cruciatus defuncti cupitis reddere leviores, sine psalmis eum sepulturæ manetis: posset enim Deus, cum bonus sit et misericors, requiem aliquam eidem præbere. Vide notus Bollandianorum.* S. Joannes Climacus, gradu 5 Scalæ paradisi, similes preces ex quorundam ore exponit: *Alii simul oneris conscientie gravitate depressi, et supplicia æterna deprecabantur, et indignos tamen se cælo sincere proclamabant, et dummodo hoc, inquit, fiat, sufficit nobis. Vidi illic animas humilis, et oneris pondere depressas, quæ...*

C dicitabant ... Satis enim nobis est si a gravissima tua comminatione et inexplicabilibus et reconditis suppliciis liberemur. Ut enim omnis prorsus pœna nobis remittatur, venique donetur, petere non audemus. Quod fortasse magis pertinet ad orationem Prudentii in fine Hamartigeniæ, de qua cap. 17, nam utraque hæc res similitudine aliqua continetur, et inter se connectitur. Non omitteam hymnum hunc Prudentii in multis ecclesiis ad accensum cerei paschalis fuisse decantatum: in quibus propterea ea sententia non male audiebat. Quæ rationes Dionysium Petavium fortasse impulerunt, ut, cum Prudentii versus exscripsisset t. m. III, lib. III de Angelis, cap. 7, addiderit: *De hac damnatorum saltem hominum respiratione nihil adhuc certi decretum est ab Ecclesia catholica: ut propterea non temere, tanquam absurda, sit explodenda sanctissimorum Patrum hæc opinio: quamvis a communi sensu catholicorum hoc tempore sit aliena.* Scio liberam hæc Petavii sententiam a multis defendi, a multis impugnari. Sed censeo, melius a Petavio intelligi Prudentium quam ab iis qui hunc non dogm...

digni sunt pœnarum atrocitate cruciari, non ut eas pœnas vel nunquam subeant, vel aliquando finiant, sed ut eas mitiores quam merita sunt eorum, levioresque patientur. Sic enim et ira Dei manebit, et in ipsa ira sua miserationes suas non continebit.

lice, sed poe ice locutum propugnant; quam distinctionem vellem ab ipsis explicari. Nonnullam explanationem invenio in indice librorum expurgandorum a P. Jo. Maria Brassichellensi sac. pal. apost. magistro confecto, ubi pag. 257, **159** ex tomo VIII Bibliothecæ Patrum Margarini hæc expurgantur in Aurelio Prudentio: *Ad verba illa textus, sunt et spiritibus appone ad marginem, CAUTE LEGE NAM EX PRACTICIS THEOLOGICIS NULLUM VERE REFRIGERIUM UNQUAM EST ANIMABUS DAMNATORUM IN INFERNIS. Forsan Prudentius poetico more lusisse tantum voluit, ad indicandam lætitiæ diei resurrectionis Domini. Quam interpretationem aii tueantur, per me licet; ego potius credam Prudentium cum aliis errasse, si tamen certo affirmari potest illam opinionem quorundam veterum errorem esse (a).*

CAPUT XIX.

Cur Prudentius in extremi iudicii die ad dexterum Iudicis latus transferri oraverit.

185. Illud etiam reprehensionibus quorundam est obnoxium, quod Prudentius hymnum S. Romani his versibus concluderit: *Vellem, sinister inter hædorum greges Ut sum futurus, eminus dignoscerer: Atque hoc precante, diceret rex optimus: Romanus orat; transfer hunc hædum mihi, sit dext. r agnus, induatur vellere. Et in fine Passionis S. Fructuosi et soc.: Olim tempus erit, ruente mundo, Cum te, Tarraco, Fructuosus aeri Solvet supplicio legens ab igni. Fors dignabitur et meis medelam Tormentis dare prosperante Christo, Dulces **160** hendecasyllabos revolvens. Cum in sacris*

(a) Laudatus index liber raro obivus creditur. Titulus est: *Judicis librorum expurgandorum, in studiosorum gratiam confecti, tomi primus, in quo quinquaginta auctorum libri præ cæteris desiderati emendantur. Romæ ex typ. rev. cam. apost. 1607.* Exemplar penes cl. præsulem Reggii notam habet in limine in manu ascriptam: *Ut cæterorum indicum hujusmodi seriem ac consuetum stylum sequeremur, quædam expurgæ coacti sumus, quæ licet erudite animadversa, ad institutum tamen hujus libri apponenda non erant, cum sit quid delendum et quid caute legendum animadvertere. Placuit nihilominus initio quorundam librorum quædam de eorum auctoribus (breviter tamen) attingere, ut lectori, qualis sit auctor, an catholicus vel hæreticus, cujus denique existimationis, facile innotescat. Ex quo arguo, non omnia quæ Thomas Malucenda, splendidissimum Hispaniæ et familiæ prædicatorum decus, in Bibliotheca Patrum animadverit, in iudicem fuisse conjecta; de quo hæc Nic. Antonius: *Cujusmet anni pensum bimestre fuit Bibliothecæ veterum Patrum commendatu ei per indicis, ut vocant, sacros purpuratos Patres recognitio: unde qua scriptorum ea comprehensorum quisque auctoritate aut loco censeri debeat, doctrinæ genus, atque ætas, observatione Thomæ nostri, in Romanum indicem, qui Jo. Mariæ Brassichellensis S. Palatii magistri nomine prociit anno 1607 conjecta sunt. Easque ipsas adnotationes in Bibliothecam a se anno 1605 recoctam Parisiensis typographus admisit. Pro anno 1605 legendum anno 1624 in Nic. Antonio, ut ego quidem existimo.**

(b) Locus est insignis in S. Matth. xxv, 31 et seqq.: *Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis sue. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves*

A Litteris extrema illa tremenda dies magno apparatu describatur, Christianorum, maxime veterum, voce eo respiciunt, ut quo tempore universus orbis iudicabitur, iram supremi iudicis a sese deprecantur; non quod putarent, incertum esse ante eam diem, quam sortem singuli homines essent subituri, sed quia tunc coram omnibus sententia est preferenda (b). S. Paulinus Natali idem plane confirmat.

Cum tu quoque magna plorum
Portio, regnantem Felix conuitaberis Agnum,
Poese, ovium grege nos statui, ut sententia summi
Iudicis hoc quoque nos iterum tibi munere donet,
Ne male gratis lævos adjudicet hædus,
Sed potius dextra positos in parte salutis
Munifico pecori, laudatis aggreget agnis (c).

Hæc erat SS. Patrum sententia, Deum in extremo iudicio ob merita et preces sanctorum ad dexterum latus plures esse vocaturum; quo innuunt, homines, dum vivunt, sanctis deprecantibus, obtinere, ut bona opera efficiant, et salutem æternam adipiscantur.

186. S. Cyprianus ita est exponendus lib. de Lapsis: *Credimus quidem posse apud Iudicem plurimum martyrum merita, et opera justorum, sed cum iudicii dies venerit, cum post occasum sæculi hujus et mundi ante tribunal Christi populus ejus astiterit: Venantius Fortunatus lib. iv. de Vita S. Martini:*

Tu quoque jussus æris dextro resiliere sedill.
Tuuc, precor, ut fragilem sacro velamine celes,
Et tua me trepidum defendat ab igne lucerna.
Nam scio posse reum quemvis tibi cedere Christum (d).

161 187. Fabricius hæretico spiritu impulsus in

C *ab hædis. Et statuet oves quidem a dextris, hædos autem a sinistris.*

(c) Et de reditu Nicetæ episcopi in Daciæ: *Nos locis, quantum meritis, dirempti, Eminus celsis humiles patronis, Te procul sacris socium ceteris Suspiciemus. Quis die nobis dabit hoc in illa, Ut tui stemus lateris sub umbra, Et tuæ nobis requietis aura Temperet ignem? Tunc, precor, nostri nimium memento, Et Patris sancti gremio recumbens Roscido nobis digito furentem Discute flammam.*

(d) Imitator Prudentii et hoc et aliis locis, quod observavit Barthius lib. xlv, cap. 9, Hericus Altissiodorensis lib. vi Vitæ S. Germani: *Ergo tui tunc, sancte pater, miserescito vatis, Cumque olidis junctum dispezeris eminus hædis, Id mihi nam spondent sceleorum monumenta meorum, Tum regem precibus ulsare memento benignis; Flectetur certe, dicet flexusque miniatro; Germanus orat, non fas sprevisse precantem, Hunc hædum niveus quamprimum transfer in agnos, Agnus eat dexter, decoretur vellere pulchro.* Barthius, qui his locis confirmat, damnatorum numeris eximere quos martyres voluerint, penes hos esse futurum, si fides scriptoribus, non alioquin male de religione nostra consultis, sit adhibenda (quod ait se legisse apud æmaticum sibi scriptorem Prudentium in fine Fructuosi et Romani), parum sibi constat, dum lib. viii, cap. 11, notat, Prudentium in fine Romani se hædum junctum hircis a latere sinistro Iudicis longius nimia humilitate etiam a vero Mediatore secessisse. Quod si Barthius ita intelligit, penes martyres esse futurum eximere quos voluerint e damnatorum numero, ut hi qui revera damnati jam sunt a pœna damnationis liberentur, neque Prudentii, neque aliorum mentem assecutus est.

line comm. in Romanum ita Prudentium alloquitur : *Ista sententia, si tua est, Prudenti, vir clarissime, contraria est doctrinæ prophetica... contraria item doctrinæ apostolicæ.* Scilicet Fabricius nihil sanctorum merita et preces valere apud Christum putat. Georgius Remus in notis ait : *Sinistrum auctoris iunidi nimis ac superstitosi votum.* Fabricium aliosque mentem auctoris parum perspexisse animadvertit Nic. Heinsius. *Distinguendus, inquit, hic locus. Dicit, opare se, ut vel inter hædorum greges statuatur, sed hac conditione, ut et eminus, qualis erit, dignoscatur, et Romanus pro se oraret, quem a Christo exaudiendum fore certo persuadet sibi.* Mihi hæc interpretatio, quam ad verbum Chamillardus exscripsit, non admodum placet, neque enim Prudentius ullo modo optat inter hædorum greges statui, sed tantum orat a sinistro latere, quem locum ob sua peccata sibi deberi credit, Romani precibus transferri ad dextrum, vel potius orat ne in sinistro latere cum hædis relinquatur, dum oves ab hædis separabuntur. Recte vero inquit Heinsius, non abluere ab hoc Prudentii loco illa Alcimi Aviti lib. iii de Supremo Judicio : *Tum, cum sincerus pastor discereverit agnos, Hædis disparibus diversa in parte locatis;* et de Laude Virg. (forte alibi) : *Ubi sede superna Humanum in partes dirimet genus arbiter orbis, Agnos dextra lavans lævos contemnet ut hædos;* et Tertullianum lib. iv adversus Marcionem : *Quos in Evangelio Dominus quoque dixit, et hædos Abs ovibus cerni stantes in parte sinistra, ubi cerni idem est ac discerni.* Sed clarius Prudentio favent Juvencus et Eugenius Toletanus. Juvencus in præfat. in libros de Hist. evang. :

Nec metus, ut mundi rapiant incendia secum
Hoc opus : hoc etenim forsitan me subtrahet igni
Tum, cum flammivona descendat nubem coruscans
Judex alithroni Genitoris gloria Christus.

162 Eugenii versus, quibus eandem sententiam exprimit, descripsi num. 47 (a).

188. Eandem loquendi rationem alii consequentibus temporibus tenuerunt. Tom. XXXIV Hisp. sacr., pag. 440, legitur instrumentum donationis quo Ordonius rex paulo post anno 916 multa offert prodvino cultu et ministrorum alimentis : cum enim, inquit, *tempore iudicii astantes coram redditor apparuerimus,*

(a) In catalogo bibliothecæ Laurentianæ, tom. I col. 559, Bandinius inter codices mss. recenset Psalterium sæculo viii exaratum, quod clauditur oratione quadam, cujus inscriptio est : *Hymnus, quem cantavit Gildus rex pro anima pa r s sui, qui erat in inferno. Quicumque cantaverit singulis diebus per totum annum pro anima amici sui, licet in inferno sit, eruetur, et in regnum Dei ducetur . si autem obliviscatur uno die in anno, ad caput incipiat, et per totum annum adimpleat ita : Ad Dominum cum tribularer, usque Laudate nomen Domini.* Incipit : *Deus summe pacis, et cæli sancte Pater, omnipotens æterne Deus.* Desinit : *Quod ipse præstare dignetur, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.* Hæc oratio stulta est, superstitiosa, vere theologia : et doctrinæ christianæ contraria, ac nullo modo S. Hermenegildo martyri affingenda (prout in indice catalogi fieri videtur), cum ante patrem suum Hermenegildus ab eo extinctus obierit. Illic, ut modi ineptissimæ preces ex

per intercessu Deo fideliter famulantium Qui ex hoc perceperint subsidium, animas corporisque evadere mereantur a VULGARIS, et Averni recessu, atque eruantur ex his qui tristem acceperint censoris repudium, tunc nempe tulti in dextera vellere solatii induti cum mædis adnectere queamus ovibus (sic). In alio instrumento Ordonii III anno 955 eadem est periodos ; sed pro *vulgaris* legitur *vulgalis (b).* Ex his aliud instrumentum Frumini II anno 917 suppleri potuit in sententia fere eadem : *Et in futurum... iteram promereri, nempe dexteram promereri.* Denique sententia Prudentii, ut ejus hac in re defensionem concludam, prorsus illi similis est quam in prosa aut sequentia missæ defunctorum canimus : *Inter oves locum præsta, Et ab hædis me sequestra, Stans in parte dextra.* Bellarminus, de Purgator. lib. II, cap. 5, plura acute disserit, ut explicet orationem post evangelium in missa de mortuis : *Libera, Domine, animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu, libera eos de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obcurum, etc.* Sed nihil affert quod ad Prudentium transferri non valeat. Ne vero hæc prolegomena longiora quam par est evadant, cætera quæ Prudentii doctrinæ obijciuntur, in commentariis diluentur ; nunc alia persequemur.

CAPUT XX.

Ignorantia quorundam qui putarunt ænigma esse interpretationem sacre Scripturæ, a Prudentio adhibitam in præfatione Psychomachie.

163 189. Pollicitus sum cap. 1, num. 6, me demonstraturum obscuritatem quæ Prudentio obijtur ex antiquitatis ignorance in qua multi versantur interdum oriri, non ex auctoris vitio, proposito hæc exemplo ex præfatione Psychomachie. Prudentius ea præfatione complectitur historiam ex cap. xiv Genes. vers. 14 (c). Tum, interpretationem allegoricam amplectens, addit vers. 56 : *Nos esse large vernularum divites, Si quid trecenti, bis noventis additis, Possint, figura noverimus mystica.* Mirum quantum hic locus interpretes omnes torserit. Antonius Nebriensis ait : *Tercentum decem et octo. Quid autem numerus ille significet, consulendus esset quispiam Pythagoricus, qui in hujusmodi rationibus numerorum*

verbis quorundam Patrum male intellectis originem suam ducunt, a vulgo et imperitissimis feminis plerumque formate.

(b) Hæc vocabulum originem trahit ex *vulga*, quæ capacitatem vel sinum cum laxitate significat apud Nonium. In Comœdia Dantis notæ sunt *malebolge*, seu *malebolg'e*, et *bolgie* inferorum receptacula et sedes. Hispani balnea calida in civitate Auriensi vocant *burgas*. In Dict. acad. Hisp. etymologia ducitur a sono aquæ ebullientis. Sed non est omittenda origo Latine vocis *vulga*.

(c) Quod cum audisset Abraham, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo, et persecutus est usque Dan. Et divisis sociis, irruit super eos usque Hoba, quæ est ad levam Damasci. Reducitque omnem substantiam, et Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieræ quoque et populum.

versatur. Sed ego nullum aliud mysterium video per Abraham comites significari, nisi trecentos decem et octo episcopos illos qui in concilio Nicæno interfuerunt, ubi multa de Christiana religione constituta sunt; sed imprimis de fide, qua cessatur Abraham; ibi namque symbolum Nicænum est constitutum. Giselinus non acquiescit (a). Sichardus vero in eam interpretationem descendit, quam a nemine perspicue traditam putabat (b).

190. Suspicio Sichardum vidisse glossas Isonis, ubi non vestigia tantum, sed ipsa interpretatio clare est expressa. Sic enim Iso in codice Bongarsiano ad vers. 10 præf. : cccxviii vernaculi fidem 164 significant quæ in Nicæno concilio est constituta a cccxviii episcopis. Sed x ad decalogum, viii ad octo beatitudines pertinere possunt. Qui his omnibus caret, nunquam ad prædictas beatitudines perveniet. Et ad vers. 57 : Si QUID TRECENTI : Isti trecenti mysterium significant, scilicet crucis. Tau enim, qui figuram sanctæ crucis (supple habet), trecentos significat; si vis scire de decem et octo, lege arithmeticæ minorem numerum intra novem computabis. Id ex codice Widmaniano; at ex codice Bongars. : Significat in templo Constantini cccxviii episcopos defendisse Ecclesiam Dei contra hæresin Arianorum. Chamillardus interpretationem eandem de 318 episcopis sequitur : Si QUID TRECENTI : Hæc duo carmina nihil aliud quam concilium Nicænum explicant, in quo auctoritate episcoporum 318 fides firmata fuit. Ibi namque symbolum Nicænum constitutum est. Weitzius tamen et Drusius hæc referunt ad litteram T, quæ species est crucis. Weitzius quidem ad vers. 57 : Si QUID TRECENTI, sententiam Barthii descripsit (c).

191. Quem Barthii locum cum integri Weitzius dederit, nescio cur illico ad vers. 58 : Figura novem mystica, iterum ait : Folius Sibyllæ obscurus hoc est, et numeris Pythagoricis abstrusus, quod fere nemo est qui promat, et se Œdipum exhibeat, nisi

(a) Antonius Nebrissensis cccxviii episcopis ad concilium Nicænum vocatis hunc numerum applicandum putat; sed non video quid horum mentio ad allegoriam pertineat, quare Œdipum hic aliquem aut Pythagoricum expecto.

(b) Quid sibi velit mysterium, sic enim Prudentius appellat, trecentorum bis novenorum ab Abraham armatorum, nondum a quopiam, quod modo sciam, traditum est. Suspicio autem concilii Nicæni significationem esse, in quo auctoritate cccxviii episcoporum fidei nostræ sunt certa quædam, ut sic dixerim, descripta pomeria, cum antea in incerto pleraque posita, et hæreticorum calumniis exagitata huc illuc pro cujusque libidine torquerentur. Ut vero in hanc sententiam eam, cum alia, tum maxime vetustissimi exemplaris, quo sumus usi, effecerunt vestigia quædam. Non repugnarem tamen, si alio quis referat, quamvis non video quid hic cuiquam in mentem venire possit aliud.

(c) Barthius acutissimum hoc ænigma lib. 1 Abl. crit. c. v. ita explicat : Pro POSSINT legendum ait PROSINT. Trecenti autem aliud nihil nisi crucem dominicam designant, illi inclusi litteræ, sive elemento græcanico, quo eum numerum exprimere magistri linguæ dederunt... Sequitur, ut quid per bis novena intelligendum, apparere faciamus. Notissimum est Θ litteram mortiferum signum prætoris, ut Martialis loqui-

Joannes Drusius lib. 11. Quæst et Respons., cujus verba : Vir eruditus, inquit, qui Prudentium commentario recens illustravit, hic Œdipum aliquem desiderat. Nihil opus Œdipo : ego Darius, si ullum est, ænigma solvam, quod facile intellectus est, si sciamus, Tau litteram referre figuram crucis (d). Superest difficultas, quam affert numerus auctori, QUAE ME NULLUS EXTRICO : si hoc non est, quod suspicor : quia apud Hebræos Tau littera scribitur binis 165 consonantibus, videlicet Th et v, quarum posterior valet sex, existimasse veteres, sicut in Tau ter iteratur centum, sic in Van ter repeti debere sex. Est autem ternus numerus inter mysticos. Ita emergunt trecenti, terque seni vernuli. Cæterum ut nolim hoc posterius pro certo affirmare : ita prius illud, nempe in mente habuisse Prudentium, cum hos versus scriberet, memoratam allegoriam tam certum habeo, quam quod maxime.

192. Clarum est igitur, a Drusio nondum solutum esse ænigma. Et Barthius ipse in gratiam Drusii ad ænigma explicandum aggredi se testatur l. h. xxix, cap. 15 Advers. : In fronte, ait, operum suorum summi auctores sueti aliquid figure, quod, quam primo aspectu poscere videatur, curam exigit pensulantiorem. Sic non sine causa librorum de Republica initium totica mutavit Plato, nec Homerica duo ingentia volumina unico versu divinæ Æneidos princeps inclusit Maro. Exempla congerere operæ non est. Prudentium vel solum Christianum poetam quis inspicit, cui non fecerit negotium ænigma acutissimum, quod præfationi Psychomachiae prudens intrusit? Explicat deinde Barthius ænigma in gratiam vel unius Joannis Drusii, viri eruditissimi, qui id numeris Pythagoricis et Silyllinis obscurus pronuntiavit. Negat intelligi posse de 318 Patribus Nicænis, quia figura mystica typum quempiam rei inanimatæ indicat; tum interpretationem addit, quam Weitzius ex alio opere transecripsit. Cum locus, inquit Barthius, hactenus obscurissimus in optimo vate et vivo Dei spiritu afflato omnium ingenia illuserit (e).

tur, esse; quia scilicet inauspicatum mortis vocabulum Θάνατος ab ea incipiat. Jam ne pueris quidem incognitum, idem elementum Græcis novenarium numerum exprimere. Per duo itaque theta, sive novenarios indices, duas mortes et quidem eorum qui cum Tau suspensio Domino obierunt, circumloquitur poeta... Horum latronum cognitio et consideratio magnopere prodest, etc.

(d) Nam eadem (ita pergit Drusius primam ænigmatis partem declarans) in numeris notat trecentos. Isidorus de etymologiis : Inter mysticas litteras tertia est Tau, figuram demonstrans dominicæ crucis. Hieronymus in commentariis Ezechielis ix, 4, antiquis Hebræorum litteris, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema littera Tau crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, et frequenter manus inscriptione signatur. Quod vobis, magis crescet ex glossa ordinaria; in qua Gen. xiv lxxv, ubi hanc historiam sensu allegorico illustrat, ita legitur : Quisque pro anima sua contra spirituum nequitias bellum gerat cum trecentis decem et octo vernaculis, id est cum auxilio sanctæ crucis. T. e. en. m. littera, quæ habet figuram crucis, ccc significat.

(e) Teolii interpretatio obscura mihi est, ut nunc quidem legitur. Omnes fers Patres, tam Græci quam Latini, in numero hoc 318 vel 500 rotundo mysterium

195. In his Barthii Drusiique explicationibus prima pars de trecentis, figura crucis indicatis, expressa est non solum in glossa ordinaria ad locum Genesis, sed etiam in glossis Isonis ad Prudentium (a). In altera parte exponenda neque Barthius, neque Drusius satis aliis fecerunt; Drusius neque sibi ipsi, Barthius vero, qui confidentius loquitur, in aliam sententiam abiit lib. XLIII, cap. 7. **166** Nos ait geminæ mortis reos esse: ideo duo Θ; respexisse poetam ad duos libros: alterum indicem nostrorum criminum, quem habere Satanam a pluribus traditum; alterum, de quo Exod. xxxii. De militaribus Isidorus i Orig., cap. 53: *In breviculis quibus militum nomina continebantur, propius nota erat apud veteres, quæ inspiceretur, quanti ex militibus superessent quantique in bello excidissent; T nota in capite versiculi posita superstitem designabat, O vero ad uniuscujusque defuncti nomen apponebatur. Si itaque, a Idit Barthius, veram vitam a vera morte mystica figura, scilicet per crucem Christi distinguere poterimus, satis superque vernularum dirites erimus.*

194. Vere ænigma obscurissimum in Prudentii versibus lateret, nisi alia esset explicatio. Hanc autem dico esse communissimam interpretationem allegoricam, quæ adhuc in plurimis Patrum voluminibus occurrit, videlicet cccxviii vernulis Abrahami significari crucem Domini, et duas primas litteras nominis Jesu, i et n, quia apud Græcos Tau, quæ figura est crucis, tercentum, i decem, et η octo significat, ex quibus summa efficitur cccxviii. Quod atinet ad numerum trecentorum, sæpe SS. Patres aiunt eo

quæsierunt, ac vel crucem nomenque Jesus eo significatum fuisse putant, vel Putres trecentum decem et octo in concilio Nicæno contra Arium congregatos. Hoc planum est: dominicam vero crucem et nomen, quia T Græcum habet formam crucis, et significat 300, L vero et N decem et octo, exprimunt nomen Jesus Ἰησοῦς. Ita prorsus ille. Sed sciendum litteram A, hoc est L, Græcis pro numero 30 esse; litteram N pro 50, adeoque non intelligo quo pacto significent 18, aut expriment nomen Jesus. Suspiciandi locus est, Teollii verba ab exscriptore vel typographo esse corrupta, nam digitum in fontes intendit.

(a) Barthius locis citatis allegat etiam Tertullianum, lib. iii in Marcionem: *Ipsa est enim littera Græcorum Tau, nostra autem T, species crucis.* Et carmine 3: *Hoc etenim signo prædonum stravit acervos, Congressus populo Christi sine milite multo, Tercenteno equite, numerus T littera Græca est.* Ubi loquitur de Gedeone. Addit Paulinum, epist. 2, de quo postea dicam.

(b) Præter alios S. Augustinus sermone 36 appendicis: *Gedeon elegit trecentos viros ad prælium, ut ostenderet, non in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundum ab incursu gravium hostium liberari. Trecenti enim in Græca T similitudinem crucis ostendunt...* et quia trecenti secundum Græcum computum crucem faciunt, ita tunc Gedeon in trecenti viris Judæorum populum de crudelissimis gentibus eripuit, quomodo postea Christus per mysterium crucis totum genus humanum de potestate diaboli liberavit. S. Ambrosius in Lucam lib. vi, cap. 7, explicans illud Joannis, *Potuit enim venundari trecentis denariis, ait: Trecenta autem æra crucis insigne declarant.* S. Gregorius Magnus, lib. xxx Moralium, cap. 17: *Tricentarius numerus in Tau littera continetur quæ crucis*

indicari crucem dominicam, etiam illi qui de historia Abrahami nihil cogitant (b). In cccxviii vernulis Abrahami designari crucem et compendium nominis Jesu, sive duas primas litteras, Clemens Alexandrinus ab aliis jam traditum docuit lib. vi Stromat. pag. 656: *Quemadmodum ergo in astronomia habemus exemplum Abraham, ita etiam in arithmetica eundem Abraham. Cum enim audivisset abductum fuisse Iob captivum, TRECENTIS VERNACULIS suis sibi numeratis, hostes aggressus, vicit maximum eorum numerum. Dicunt ergo dominici quidem signi typum, 167 quod ad figuram attinet, esse elementum, quod significat trecentos: ἰσραῖ autem et ἦρα significare nomen salutare, significari ergo eos esse Abrahamæ domesticos, et ei conjunctos, quod ad salutem attinet, qui ad signam et nomen Domini confugunt, et superasse eos qui ipsos abducebant in captivitatem, et plurimas gentes infideles quæ eos sequebantur. Jam vero numerus quidem trecentenarius est ternarius in centenario. Decimus autem sine ulla controversia est undequaque perfectus. Octo autem, qui est primus cubus, est æqualitas in omnibus dimensionibus, etc. Addendum est versioni Latine, qua utitur, Lutetiæ Parisiorum 1647, trecentis decem et octo vernaculis, nam Græco est τρι (c). S. Ambrosius lib. i de Abraham, cap. 3: *Numeravit autem (Abraham) trecentos decem et octo, ut acies non quantitatem numeri, sed meritum electionis expressum... Trecentos enim T Græca littera significat, decem et octo autem η exprimit. Fidei ergo merito Abraham vicit, non populoso exercitu. Alii legunt, summa η exprimit nomen fidei; alii, summa Jesu exprimit nomen. Et in**

speciem tenet. Cui si super transversam lineam id, quod in cruce eminet, adderetur; non crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in Tau littera continetur, et per Tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur, non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt quibus dictum est: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* Isidorus in Genes. vii: *Potest quidem et in his trecentis cubitis (arcæ) signum ligni passionis ostendi. Ipsius enim litteræ T numerus crucis demonstrat signum, etc.*

(c) Clemens Alexandrinus epistolam Barnabæ, sive alterius sub Barnabæ nomine, sæpe allegat. In hac epistola eadem interpretatio invenitur, quamvis minus bene ad historiam circumcisionis referatur: *Discite igitur, filii, de omnibus abunde. Abrahamus, qui primus dedit circumcisionem, in spiritu prospiciens in Filium (rectius in Jesum, ut in versione Latina legitur) circumcidit, accepto trium litterarum documento: narrat enim Scriptura, quod Abrahamus viros e domo sua decem et octo et trecentos circumcidit. Quæ ergo illi in hoc data est cognitio? Discite: primo DECEM ET OCTO, dein TRECENTOS: DECEM autem et octo exprimuntur per i (decem) η (octo): habes initium nominis Jesu. (Ita hanc periodum interpungo, alii aliter.) Quia vero crux in figura litteræ T, quæ designat numerum ccc, habitura erat gratiam, ideo ait, ET TRECENTOS. Ostendit itaque Jesum in duabus litteris, et crucem in tertia. Scit hoc, qui insitam donum doctrinæ suæ posuit in nobis. Nemo magis germanum a me accepit sermonem; sed scio vos dignos esse. Legi possant notæ Hugonis Menardi, Joannis Davisii, Joannis Baptiste Cotelerii, Eduardi Bernardi, et editionis Oxoniensis in hunc locum.*

prologo ad lib. 1 de Fide: *Nostrum enim, fide magis imperatoris quam virtute militum, queri solere victoriam. Nam et Abraham trecentos decem et octo duxit ad bellum, et ex innumeris tropæa hostibus reportavit; signoque dominicæ crucis et nominis... ultus est proximum, etc.*

495. His accedit Eucherius in commentario ad Genesin, quem laudat S. Isidorus Hispalensis in lib. de Viris illustribus: *Quod vero ille (Abraham) non in multitudine nec virtute legionum, sed tantum in trecentis decem et octo comitantibus, adversarios principis debellavit: jam tunc in sacra crucis figuram, quæ per tau, litteram Græcam, et Jesu nomen, qui iota et theta Græcis characteribus scribitur, qui Salvator interpretatur, in numero trecentorum decem et octo exprimitur: quod nos Christi passio liberaret a dominatu quinque carnalium sensuum, qui 168 nos antea vitiiis captivantes exsuperaverant. Ubi post exprimitur supplementum est imaginabatur, quo nos, etc. S. Isidorus in Genes., de Victoria Abraham cap. 11, repetit locum Eucherii cum aliqua varietate in postrema editione Matrit.: *Jam tunc in sacramento crucis (cujus figura per Tau litteram Græcam numero trecentorum exprimitur) imaginabatur, quod nos, etc. Ex quo Rosweydas ad epist. 2 Paulini restituit in Eucherio imaginabatur. Sed præterea in Eucherio legendum est, qui iota, et ita, aut eta Græcis characteribus. Rosweydas scribit, qui per i et η Græcis characteribus. S. Maximus Confessor tom. I edit. Paris. opera P. Francisci Combefis, pag. 170, inter quæstiones in sacr. Script.: *Quo typo (crucis) cum ejus nomine qui propter nos in illo affixus est, fortean fretus magnus patriarcha Abraham, cum trecentis decem et octo (hoc est, figura et nomine Jesu) adversarias potestates regum symbolo designatas, educens profligavit. Moris enim Scripturæ est, ut ex elementorum quoque figuris, suum ipsa scopum, purgatis ut hoc consequamur, non raro manifestet. Faustus Rhegiensis lib. de Spiritu sancto: *Sacer numerus dictimus, quia trecenti in æra sive supputatione signum crucis, decem et octo vero Jesu adorandum nomen ostendunt. Et in epistola de Pœnitentia ad Felicem PP., et Patricium eandem interpretationem sequitur, et ad pugnam cum vitiiis transfert, Prudentium imitatus: *Et ideo sicut pater fidei Abraham quinque illos reges in trecentis decem et octo, mysterio intra litteram latente, devicit: ita et nos contra hos principales vitiorum duces in Jesu nomine et crucis signo (hoc enim utraque æra exprimitur) dimicemus. Ita legitur in raro opere, Veterum aliquot Gallicæ theologorum*****

*A scripta. Parisiis, 1586, quod exstat apud cl. Giovenazzium. Minemarus Rhemensis, in responsione ad quorundam quæstiones: *Cur in quodam scripto posuerit mysticam Nicenam synodum, plura habet de hac eadem interpretatione, ubi docet, in libris Græcorum et Latinorum per notas scribi nomina, quæ interdum prima, et novissima, et virgula superposita in dexteram æque veniente a sinistra, ut ΙΣ, ΝΚ, ΨΑ, interdum autem prima, et media, et novissima notantur littera, et virgula superposita in dexteram æque veniente a sinistra, ut ΧΡΣ, ΩΝΣ. Non dissimili modo rem explicat Rupertus Tuitiensis lib. v in Genesin, cap. 15, qui notat nomen Jesu cum I et H superposita linea efferi in gignendi casu, ut numerus XVIII compleatur. Alii advertunt veteres solitos fuisse nomina propria per duas primas litteras significare, ut CN, Cneus, TI., Tiberius.**

496. Eandem allegoriam attigerat S. Paulinus in epist. 2 ad Severum prope finem: *Sed sicut ille (Abraham) non multitudine, nec virtute legionum, sed jam tum in sacramento crucis, cujus figura per 169 litteram græcam T numero trecentorum exprimitur, adversarios principes debellavit: cujus mysterii virtute, trecentis in longum texta cubitis, superavit arca diluvium, etc. Recte notat Rosweydas, Eucherium et Isidorum hæc in commentaria sua transtulisse, Eucherium etiam numerum 18 explicuisse, quem Paulinus hic præterit, nisi membrum hoc omissum fuerit a librariis ob difficultatem Græci numeri i et η, quod nominis Jesu compendium est. Probabilissimum id mihi videtur: nam et in Eucherio librariorum noto errorem, et in Ambrosio magnam varietatem lectionum ob difficultatem Græci numeri i et η. Rosweydas ipse aliter legendum ait locum Ambrosii, de quo paulo ante, nempe: *Trecentos enim T Græca littera significat, decem et octo autem summam ei exprimit nomen. Paulinum hoc loco respexisse ad Prudentium judicat Barthius. Sed nihil est necesse ut Paulinus Prudentium, aut Paulinum Prudentius respexerit. Patebat enim interpretatio a præcedentibus jam pridem tradita (a). Quamvis autem nonnulli in numero cccxviii Patrum Nicænorum mystice intelligant crucem dominicam, et nomen Jesu, tamen expositio allegorica cccxviii vernaculorum Abraham etiam ante concilium Nicænum ad crucem ipsam dominicam, et primas litteras nominis Jesu referebatur, quam alii Patres post concilium secuti sunt. Nec dubito quin majori diligentia plura adhuc exempla congeri possint. Sed quæ attuli satis sunt superque ut quivis**

(a) De reliquo Barthius, lib. xxix Advers., cap. 15, putavit denique, probabilem esse interpretationem Paschasii in præfat. lib. de Spiritu sancto, ubi simul cccxviii Patres Nicænos nominat, et per numerum trecentorum crucem, per decem et octo vero primas litteras nominis Jesu apud Græcos intelligit. Ita ait Faustus Reliensis, quem supra laudavi, sive potius, ut Barthius aliique volunt, Paschasius post S. Ambrosium lib. 1 de Fide, cap. 18: *In quibus etiam verbis trecentorum decem et octo sacer numerus sacerdotum Arij ac Macedonii damnavit errores... Nam etsi ex*

hoc numero paucorum fragilitas declinavit, universalis tamen numeri mysterium non resolvit. Et ideo sacer numerus diximus, quod trecenti mera supputatione Græca signum crucis, decem et octo vero Jesu adorandum nomen ostendunt. In hoc ergo numero atque mysterio in quo et sanctus Abraham de innumerabilibus gentibus triumphavit, seniorum pietas hostem fidei sub una Patria, et Filii, et Spiritus sancti prædicatione confudit. Itæ ipsa minus correctæ inter Fausti opera leguntur.

sine Sp'inge et OEdipo intelligat quid exprimere voluerit Prudentius, cum exposita historia de victoria Abrahami addidit :

Nos esse large vernularum divites,
Si quid trecenti, bis noventa additis,
Possiut, figura noverimus mystica.

CAPUT XXI.

Fidei catholicæ et Ecclesiæ catholicæ appellatio quantum Prudentio aliisque antiquis Hispanis debeat.

170 197. Sæpe Prudentius, repugnante quamvis metro, *catholicus* vocem in suis carminibus usurpavit, non illa communi significatione qua *catholicus* sonat *universalem*, sed hac magis propria qua *catholicus* dicitur qui non est hæreticus, et prout ab eo discernitur. In præfat. omnium operum, vers. 39 : *Pugnet contra hæreses, catholicam discutiatur fidem*. Peristeph. hymn. 11, vers. 24 : *Munere ditatum catholicæ fidei* et paulo post exponit quid sit catholica fides, vers. 30 :

Catholicis reddite vos populis.

Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est,
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri (a).

Apoth. vers. 2 : *Ne dira relatu Dogmata catholicam maculent male prodita linguam*. Ibid., vers. 291 : *Hæc tu si dubitas nati mysteria Christi, Perdite, catholica nones de plebe*. Psychom. vers. 107 : *Catholico in templo divini fontis ad aram Consecrat*. Præf. 1 in Sym., vers. 59 : *Catholicam puppem*. Vox quidem *catholicus* a primis sæculis Ecclesiæ adhiberi est cœpta apud Irenæum, Clementem Alexandrinum aliosque ; sed hanc peculiarem significationem qua hæretici a catholicorum numero excluduntur, nulli aut prius aut illustrius expresserunt, quam Hispani scriptores.

198. In concilio Eliberitano canon est 16 : *Hæretici si se transferre noluerint ad Ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas*. Ab hoc canone reliqua, vel generalia vel provincialia, concilia accepisse, quæ hujusmodi matrimoniis aditum præcluserunt, notavit Ferdinandus Mendoza lib. II de Confir. Concil. Eliberit. Pacianus Hircinonensis episcopus, cujus filio Dextro S. Hieronymus **171** suum scriptorum ecclesiasticorum catalogum inscripsit, sub Theodosio principe ultima senectute mortuus, castitate et eloquentia, et tam vita quam sermone clarus a S. Hieronymo dicitur. Is epistolam adversus quemdam Novatianum de catholico nomine scripsit, de quo nomine Novatiani controversiam excitant. *Si bonum, inquit, nomen est, non recipit odium ; si malum, caret invidia.... Sed sub apostolis, inquires, nemo catholicus vocabatur. Esto, sic fuerit, vel illud*

(a) In hac fidei catholicæ descriptione observanda est accurata loquendi ratio qua utitur poeta theologus. Nominat enim Paulum et Petrum, sed soli Petro cathedram tribuit. Et ubique sui similis in Laurentio, vers. 460 : *Alter vocatur gentium, Alter cathedram possidens Primam, recludit creditas Æternitatis januas*. Pariter in præf. lib. I contra Sym., quæ est de S. Paulo : *Paulus, præco Dei, qui scra gentium Primus corda sacro prodromit stylo*. At de S. Petro in præf. lib. II : *Simon, quem vocitant Petrum, Summus discipulus Dei*. In hoc argumento erudite, ut solet, versatus est V. C. Franciscus Antonius Zacharias in dissert. de Primatu S. Petri, Romæ, 1776.

indulge. Cum post apostolos hæreses existissent.... nonne cognomen suum plebs apostolica postulabat, quo incorrupti populi distingueret unitatem?... Ego forte ingressus populosam urbem hodie, cum Marcionitas, cum Apollinariacos, Cataphrygas, et Novatianos, et ceteros ejusmodi comperissem, qui se Christianos vocarent, quo cognomine congregationem meæ plebis agnoscerem, nisi CATHOLICA diceretur? Plura alia addit egregia, sed illud non omittendum quod in multorum libris repetitur : *Nec tamen æstus, frater; CHRISTIANUS MIHI NOMEN EST, CATHOLICUS VERO COGNOMEN. Illud me nuncupat, istud ostendit; hoc probet, inde significor*. Nihil potuit dici luculentius.

199. Codicis Theodosiani titulus est in lib. XVI : *De fide catholica*. Theodosius noster, præclarissimus imperator, ad populum urbis Constantinopolitane legem secundam ejus tituli 1 anno 380 tulit in hæc verba : *Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari quæ divinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque nunc ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret, et Petrum Alexandræ episcopum, virum apostolicæ sanctitatis : ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unam deitalem sub parili majestate et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes CHRISTIANORUM CATHOLICORUM NOMEN JUBEMUS AMPLERI : reliquos vero dementes, vesanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos*. Justinianus hanc legem primam esse voluit sui codicis, ac tituli primi : *De summa Trinitate ac fide catholica*, ubi etsi nomina imperatorum Gratiani, Valentiniani et Theodosii præmittantur, tamen a solo Theodosio Magno latam eam fuisse legem constat ex codice Theodosiano et commentario Gothofredi. Obiter animalverto, *intolerantiam* illam religionum, quam novatores aliqui vocant, et sæculis barbaris natam clamitant, ab ipsis primis Christianis imperatoribus fuisse edictis solemnibus stabilitam ; quam qui nunc tueri velit, auctoribus non levibus, et haud scio an gravissimis **172** uti poterit, bello et pietate insignibus, Constantino, Theodosio, aliisque antiquis imperatoribus ; quorum leges adversus paganos, hæreticos, Judæos, constant ex Historia ecclesiastica, et ex codice Theodosiano toto lib. XVI, quibus adli. possunt aliæ ex codice Justinianæo (b). Alia leviora non

(b) In cod. Just., leg. 2, tit. 1, ex constitutione Theodosii Magni : *Nullus hæreticis mysteriorum (aliter, sed minus bene ministeriorum) locus, nulla ad exercendam animi obstinatiois dementionem pateat occasio*. Leg. 3 ejusdem tit. scripta hæreticorum, nominatim Nestorii comburi jubetur : *His qui talia scripta, aut libros habere, aut legere sustinuerint, ultimum supplicium experturis*. Lib. 1, tit. 5 de Hæreticis et Manichæis, leg. 2 : *Hæreticorum vocabulo continentur, et latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel lvi argumento a judicio catholicæ religionis, et tramite detecti fuerint deviare*. Leg. 5 sectæ viginti novem hæreticorum, quæ sigillatim recensentur.

consecrator : hæc quæ de prompse abunde probant jure meritoque regis, regniq[ue] catholici titulum fuisse Hispanis attributum, cum præ cæteris egregiam fidei et Ecclesiæ catholicæ appellationem antiquitus illustraverint ; ut nihil nunc dicam, Recaredum a concilio Toletano in fuisse regem catholicum acclamatum, quodque magis ad rem pertinet in Hispania maxime bellum perpetuum esse hæresi indictum. Neque immerito Prudentius noster, qui huic disputationi causam obtulit, a Christophoro Brower in notis ad Venantii lib. v, pag. 141, appellatur castissimus et vere catholicus christi vates.

CAPUT XXII.

Dux insignes trajectiones quorundam versuum Prudentii in examen revocantur,

200. Sæpe accidit, ut librariorum incuria in codicibus trajectiones verborum et versuum irrepserint, quas critici solent non sine aliqua utilitate animadvertere, et singula verba suis locis restituere. Exempla in Prudentio duo ponam illustria, alterum ex correctione Barthii, alterum ex conjectura cl. Viti Mariæ Giovenazzii. Barthius lib. v, cap. 21 Advers., ex scheda membranacea ms. in Eulaliæ Passione notat, a versu 56 manifestam esse trajectionem duorum versuum, quam, inquit, cum corrigendam huic schedæ debeamus, 173 vel sola ea ope meruit, ut ejus ratio habeatur. In omnibus editis et mss. codd. quos ego quidem excussi et alii interpretes viderunt, ita leguntur illi versus : Sic habuit generosa patrum Turba columniferum radium : Scindere qui tenebrosa potens Nocte viam face perspicua Præstitit, intereunte chao. Non aliter pia virgo viam Nocte secuta diem meruit, Nec tenebris adoperta fuit, Regna Canopica cum fugeret, Et super astra pararet iter, Illa gradu cita pervigili, Millia multa prius peragit, Quam plaga pandat Eoa polum, etc. Restitutio memorabilis ex Barthii scheda hæc est : Præstitit, intereunte chao, Nec tenebris adoperta fuit, Regna Canopica cum fugeret, Et super astra pararet iter. Non aliter pia virgo viam Nocte secuta diem meruit. Illa gradu cita pervigili, etc. Ait Barthius duorum versuum transpositionem peperisse difficultatem, translationem vero Ægypti congruere fugæ puellæ, nam per Ægyptum plerique Christiani tenebras intelligunt, ut Gaudentius, tract. 1 et 2.

201. Nemini mirum videri debet, hujusmodi trajectiones contigisse in omnibus aut fere omnibus exemplaribus. Scaliger in præfatione Maniliana ad tertiam editionem carminum Manilii advertit innumera menda, trajectionemque non solum unius, sed et plurimorum versuum in Manilio. Barthius ipse lib. vi, cap. 28, in opere Chalcidii vitium trajectionis, interdum corrigendæ, observavit, ut alios præteream. In re nostra restitutionem approbat codex ms. a

musquam in Romanum locum convenire et morari permittuntur ; Manichæis etiam de civitatibus pellendis, et ultimo supplicio tradendis, quoniam his nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat injuria.

Barthio allegatus. Si cui tamen Barthii fides in membranæ citandis fluxa videatur (de quo vide num. 94), nihilominus prudenti hominis docti conjectura licet restitutionem sustinere. Non negaverim aliquo commodo sensu lectionem veterem posse retineri, quam ipse quoque propter codd. vet. auctoritatem sequar : sed certe versibus ex Barthii scheda, vel opinione restitutis congruentior explicatio reddi poterit, quam sit interpretatio Chamillardii : Ita olim Deus noctu ignea columna, cujus candor eximius fugabat tenebras, Israelitis, clavis patriarcharum nepotibus, viam commonstravit. Eulalia igitur, dum media nocte iter facit, ut ex hoc mundo exeat petatque cælum, clara veluti diei luce convestitur, nihilque videt tenebris nigrescere. Versus autem, Et super astra pararet iter, intelligendus esse videtur de itinere quod noctu populus Israeliticus peragebat (a).

202. Alter locus est, quem trajectionis vitio laborare conjicit 174 cl. Giovenazzius, in Passione Vincentii, vers. 37 et seq. : Nos lucis auctorem Patrem, Ejusque Christum Filium, Qui solus ac verus Deus, Datiane, confitebimur. Putat Giovenazzius legendum, Nos lucis auctorem Patrem, Qui solus ac verus Deus, Ejusque Christum Filium, Datiane, confitebimur, cujus verba ex ms. commentario in hymnum S. Hilarii, Hymnum dicat turba fratrum, hoc loco insererem, nisi ipse intercessisset. Rationes multas affert ex antiquitate petitas. Duo tamen adinone juvabit : alterum, posse quidem hos versus Prudentii, prout in libris editis et mss. leguntur (et a nobis quidem legentur, ne a nostra regula recedamus), ad divinitatem Jesu Christi comprobendam produci : sed tot aliunde esse in Prudentio hujus veritatis catholicæ clarissima argumenta, ut minime esset dolendum, si versus illi aliter ordinati in hujusce rei confirmationem affertur amplius non possent. Præterquam quod recte Giovenazzius arguit, ex hoc solo Prudentii versu, Ejusque Christum Filium, non solum sententia, sed verbo etiam divinitatem Christi comprobari : nam verus Filius Dei, necesse est sit Deus. Alterum, non esse mirandum si in Prudentii carminibus trajectio aliqua minus congruens consentientibus omnibus quos hactenus videre licuit codicibus mss. fuerit invecata, cujus vitium fortasse aliquando detegatur. In Apoth. vers. 248 : Perquam ridiculum dicam, quanta consensione omnium editorum, et plurimorum mss. hic versus ante Heinsium fuerit transpositus. Major in re tenuiore fuit gloria Latini Latini. In præfatione libri adversum Symmachum, vers. 74, omnes ediderant, Spes insucta subit, serpe flexibus, Et vibrare sagax eloquii caput. Latinius, trajectionem litterarum odoratus, seps restituit, plaudentibus et sequentibus omnibus. Chamillardus hanc restitutionem Sirmondo ascribit, Heinsius aut ita castigandum jam pridem

(a) Exod. xiii, 21 et 22 : Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis et per noctem in columna ignis, ut dux esset i ineris utroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

monuisse Latinum Latinium, Jacobum Sirmondum et Laurentium Pignorium. Ego quidem plurimi facio cum Sirmondum, tum Pignorium: sed ut gloria ejus castigatiois Latinio debita cum his aliqua ex parte communicetur, oporteret demonstrare nihil eos audivisse de correctione Latinii, qui longe ætate præcessit. Percrebuit autem ea fama multorum sermonibus circa annum 1581; nam Latinus ænigma condidit ad cardinalem Guilielmum Sirletum, quod, quia nondum editum puto, hic referam ex schedis mss. apud cl. præsulem Reggium.

Si cui, quæ suorat procerum obsignata tabellis
In manibus spes certa diu, conversa repente
175 Serperet, inque sinu latebrasfera quæreret aspie,
Quis non horrendi subitque pericula casus
Si sanus reputet, miseratus desseat? atque
Vix fieri potuisse putet quin protinus omnes
Corporis atque animi vires, roburque superbum
Quamvis magnanimo caderent? Audentior ergo
Solutus ego intrrepidus monstrum complector anicum,
Spemque valere simul jubeo; usurpataque furtim
Jura aliena suis extemplo reddere cogō.
Quid velis obscurum, Sirleti, ænigma, resolvo.

Tum subjicitur epistola data 12 Octobris 1581, quæ typis jam est vulgata. Deinde hoc epigramma, quo etiam ænigma explicatur:

Fortè sub obscura seris Prudentius umbra
Texerat ingentidra venena tui,
Symmachæ, splendore o nimium confise superbi
Nominis, et clari viribus cloquii.
Nescius historiæ antiquarius, et simul audax
Grammaticus serps serps local in solio.
Sæcula perque novem tenuit male conscia furti,
Ipsa licet non fur, serps aliena tamen.
Exsulis est ausus causam defendere nemo,
Nemo quirilanti ferre rogatus opem,
Divino tandem perfusus lumine mentem,
Injustum aspiciens exsilium miser!,
Serps jubeo ire foras, et sedem reddere serps,
Nullius metuens acre supercilium.

Sequitur Julii Jacobonii divinatio, qui ænigma explicabat de spe, quæ Latinium jam senem sefellerat: alii aliter interpretabantur. Anno 1594 editæ sunt Romæ

(a) Syllabæ quæ male a Prudentio corripuntur, ex Chamillardo: syllaba 1 in ænigma, Apoth. vers. 331; 3, *allophylus*, Hamart. vers. 500; 2, *Arius*, Psych. vers. 794; 1, *Beryllus*, Psych. vers. 855; 3, *calcamentum*, Peris. hymn. 6, vers. 74; 3, *Chalcedon*, Psych. vers. 857; cui, monosyllabum, Cath. 3, vers. 167; 2, *dæmon*, Sym. 2, vers. 888; 2, *dispar*, Hamart. vers. 26; 2, *elutus*, Peris. 5, vers. 562; 3, *energima*, Apoth. vers. 400; 1, *enerratus*, Sym. 2, vers. 143; 2, *eremus*, Psych. vers. 371; 1, *fo*, Peris. 13, vers. 59; 1, *ganeo*, Hamart. vers. 322; 1, *hæresis*, Psych. vers. 710; 2, *idolium*, Apoth. vers. 186; 2, *idololatra*, Hamart. vers. 401; 2, *idolum*, Psych. vers. 379; 2, *imbecillus*, Apoth. præf. 2, 31; 2, *impar*, S. 1, vers. 168; 3, *involutrum*, S. 1, præf. vers. 54; 4, *Lacedæmon*, S. 11, vers. 247; 2, *mathesis*, Sym. 11, vers. 478; 2, *phrenesis*, Hamart. vers. 125; 2, *poesis*, S. 11, vers. 52; 1, *pugillaris*, Peris. 9, vers. 15; 3, *Pyreneus*, Peris. 6, vers. 147; 3, *quadrupes*, Apoth. vers. 212; 2, *romphæalis*, Cath. 7, vers. 93; 1, *rubigo*, Psych. vers. 105; 1, *socors*, Cath. 1, vers. 35; 1, *sphaera*, Apoth. vers. 210.

Syllabæ quæ male producuntur: 1, *cui*, dissyllabum, Hamart. vers. 105; 2, *Cyaneus*, Psych. vers. 859; 2, *delibutus*, Psych. vers. 512; 1, *Duita*, Hamart. præf. vers. 37; 2, *hecatombe*, Per. 10, vers. 1051; 2, *margarita*, Psych. vers. 874; 2, *redimitus*, Psych. vers. 688; 2, *Sardinia*, Sym. 11, vers. 945; 1, *smaragdinus*, Psych. vers. 863; 2, *sophia*, Sym. 1,

Josephi Castalionis variæ lectiones, non semel deinde recusæ, ubi cap. xii hæc lectio ex Latinio produci-
tur, et præfertur alteri *spes*, exstanti etiam in codice miræ antiquitatis, quem Federicus Rainaldus emptum in bibliotheca Vaticana collocaverat. Videri etiam possunt, quæ in Bibliotheca selecta Latinii ex Ulyse Aldrovando, aliisque annotantur. Weitzius tandem in Egmondano codice reperit, *Sepe insueta*.

CAPUT XXIII.

Peccata metri Prudentio objecta. Opusculum ms. Ludovici Cavalli contra Hymnos Breviarii Romani refellitur.

176 203. Cum passim Prudentius in metri regulas dicatur peccasse sive ex ignorantia, sive ex negligentia, plura ego collegeram, non tam ut eum defendere, quam ut rationem præscriberem qua Patrum Ecclesiæ carmina sanari valeant, observata veterum consuetudine, non corrumpi, quod a multis factum esse constat. Sed ex ingenti silva pauca seligam; eaque potissimum quæ ad Prudentium magis pertinere videbuntur, explicabo meliori ordine, quo res multum inter se connexæ atque implicatæ possint digeri. Ex quibus tamen non difficulter compendium artis poeticæ ecclesiasticorum poetarum primæ ætatis possit adumbrari. Chamillardus in limine suæ editionis catalogum exhibuit syllabarum, in quibus erravit Prudentius, quem hic subjiciam, aliis ex Cellario additis (a).

177 201. Cellarius præterea notat Prudentium es finita per is formasse brevitatis causa, ut *sumis* recto casu, *luis, pubis*; verba secundæ quasi a forma tertia corripuisse, *extorque, percensæ, collucis*. Frequentius etiam Prudentio quam aliis esse, brevis in sine producere propter sequentis vocis geminam consonantem, ut Cath. 7, vers. 152 et sæpe alias. Casaubonus, comment. in Trebellium, pag. 211, af-

vers. 34.

Eadem quantitate usus est Prudentius dum hæc ipsa verba repetit, nimirum: *Allophylus*, D. v. 71; *dæmon*, Per. 2, 505; et ibid. 10, 1038; *dispar*, Ham. 775; *enervans*, C. 8, 64; *eremus*, C. 5, 89, D. 45; *ham*, etc., Per. 6, 85; S. 1, 223; Per. 10, 855; *ganeo*, Ps. 543, H. 322; *hæresis*, C. præf. 39, H. 64, Ps. 710, 725, D. 72; *idolum*, passim; *imbecillus*, C. 4, 2; 11, 99; 12, 207; Per. 10, 721, C. 7, 90; *impar*, P. 10, 565; Ps. 549; *involutrum*, C. 5, 36; H. 868; *mathesis*, Sym. 11, 803; *socors* et *socordia*, Per. 10, 810; A. 126; de cui dicam postea; *Cyaneus*, Per. 12, 41; Sym. 1, 302; *margarita*, P. 10, 648; *sophia*, C. 1, 34.

His alia addit Cellarius: *Asclepiades*, a 2 longo, Per. 10, vers. 42, 108, 392, 548, 687, 921; *charisma*, a 1 longo, Ap. præf. 1, 11; S. 11, 94; P. 13, 61; *idolum*, i 2 brevi, P. 11, 52; A. 186; S. 1, 611; 2, 79; *Jesus*, eliso i primo, P. 756; A. 417; Ps. 777; D. 142; C. 181; A. 222, 502, 770; D. 102, C. 7, 178; 12, 175; A. 935, 992, 1058; Per. 6, 74; *Hadrianus*, a 2 brevi, S. 1, 274; quod tamen produxit Per. 12, 61; *homo*, prima longa; *Marcion*, i longo, H. præf. 36; H. 56, 124, 129, 502; *Paracletus*, i brevi, C. 5, 160; Per. 10, 430; *Magia*, i longo, S. 1, 89; *utraque*, plur. a longo, C. 10, 5; P. 3, 80; Ap. 520, quo in versu male Chamillardus in indice ait, *utraque* esse in ablat. sing.

firmat Prudentium i primum Spiritus corripuisse; A sed voluit dicere Sedulium, ut puto: nam is, ut gloriam sanctæ et individuæ Trinitatis clara voce decantaret, neglexit regulam grammaticæ dispositionis: *Gloria magna Patri semper, tibi gloria, Nate, Cum sancto Spiritu gloria magna Patri*, quod observavit V. Beda lib. de Arte metrica. Si Prudentium Casaubonus vere respexit, fortasse notavit vers. 8, hymn. 10 Cath., *Spiritus simul, et caro servit*. Sed hunc versum aliter legendum esse constat ex commentario. Prudentius sæpissime ea voce utitur, et semper i primum producit. Ricciolius part. 8 Pro-sod., cap. 2, app. 5, ait, Prudentium produxisse a in *criminaque delusum ab accentu*. Sed magis delusus est Ricciolius: nunquam enim a in *crimina* Prudentius produxit. Longum quidem fecit a in *ridendaque* Syn. 1, B vers. 361, *Mimica, ridendaque suis*, sed ob cæsuram, ut mox explicabo, vel potius ob dictionem encliticam que.

205. Barthius lib. xi Advers., cap. 20, observat, Agobardum in phaleco post obitum Caroli et Ledradi propitii vocem prima producta posuisse, secutum Prudentium in Passione Agnetis. Ita certe habet Prudentius vers. 150: *Purgabor oris propitiabilis*. Et in Eulalia, vers. 215: *Carmine propitiata fovet*. Potuit tamen Agobardus rationem sequi, cum in huiusmodi vocibus, ubi plures quam duæ breves concurrunt, aliqua ex his produci valeat, ut pentametrum, aut hexametrum ingrediatur. Ita accidit in *religio, reliquias, Italia, Priamides, catholicus, pupugerat*. Præ- terea cur non erit longum o in *propitius (a)*? 178 C Ludovicus Cavallus in observationibus ad novos hymnos, quæ mss. exstant in bibliotheca collegii Romani, correctoribus sub Urbano VIII objicit quod in *azyra* cum Prudentio y corripuerint, observat. 39; item quod pariter a in *Judaicus* cum eodem Prudentio longam fecerint, observ. 40; quod i in *sempiternus*, secuti eundem Prudentium, breviterint, observ. 41; et quod *Paraclitus* cum i brevi ejusdem Prudentii auctoritate protulerint, observ. 42 (b).

206. Memini me hoc Cavalli opusculum ab aliis laudatum allegare dissert. de Hymn. eccles., num. 159, 160, ac rursus in hymn. Hispan., pag. 267. Aliam hominis docti fuisse mentem existimaveram, alias rationes, quibus correctionem Urbanianam impugnaret. Postea in librum ms. incidi, et pauca re-

(a) Becmanus, de Origin. lng. Lat., fatetur *propitius* esse a porro, aut *prosus pius* ex quorundam veterum sententia, quamvis ipse præferat, a *prope* cum terminatione communi *itius*, ut *felicitus, commentitius*. Si primam veterum opinionem teneamus, patet ex origine o esse producendum. Ante Prudentium produxerat quoque Juvencus, lib. 1, in principio: *Nam me propitius rerum pater unicus alto*. Ricciolius hanc quantitatem primum indicat, deinde aliam ex Seneca, et Plauto; sed Plauti versus ambigui sunt.

(b) Hoc loco non possum quin verba observationis 42 describam: *Et licet*, inquit, SS. *Patres, et hymnographi antiqui hoc nomen in suis hymnis posuerint in fine iambici dimetri, non tamen sequitur ut corripuerint, sed spondæum maluerunt ponere, et legem metri*

per i quæ aliqua responsione digna videantur. Verum quod suo loco prætermisum est, alieno dicere non pigebit: si tamen alienus hic locus est judicandus, quo eadem opera et hymnos corrector Breviarii Romani, et nostrum Prudentium licet vindicare. In hymno Ad vespas sabbati in Albis, *Ad regias Agni dapes*, reprehendit, ut dixi, *Sinceritatis azyra*, correpto y in *azyra*, quamvis Prudentius corripuerit Apoth. vers. 353: *Lascivire choris, similaginis azyra non esse*. Ricciolius in indice 2 syllabarum controversarum numerat hanc ipsam, et concedit produci a Nicandro in Alexipharmacis, sed addit, nos in pronuntiando sequi posse ex consuetudine jam in- vecta accentum Græcum, qui est in antepenultima. Quid si saltem quarto Ecclesiæ sæculo ea consuetudo jam obtinuerat? Sic enim habet Paulinus in carmine ad Cytherium de naufragio Martiniani: *In veritat's azyris*; et Natali 8: *Inde fugæ memores etiam nunc azyra sumunt*. Recte ergo Casimirus Sarbievius S. I, qui solus eum hymnum correxit, censuit non mutandum versum *Sinceritatis azyra*. Nam Sarbievium, poetam lyricum præstantissimum, fuisse e numero eorum qui emendationi hymnorum jussu Urbani VIII operam navarunt, quod tunc me fingerat, nunc plano affirmo edoctus ab eminentissimo cardinale Joanne Carolo Boschio, qui, ut est cum aliarum, 179 tum præcipue ecclesiasticarum rerum cognitione egregio instructus, id me perhumaniter adnotuit; ostenditque editionem Parisiensem pulcherrimam operum Sarbievii, in cujus præfatione hæc narratio de correctione Urbaniana continetur.

207. De voce *Paraclitus* eadem responsio ex consuetudine et accentu Græco petitur. Et cum Cavallus fateatur, Patres in fine iambici posuisse *Paraclitus*, ut S. Hilar., *Cum Spiritus Paraclitus Effulsit in discipulos*, inepte contendit tum ab ipsis adhibitum spondæum pro iambo: nam potius in aliis sedibus contra metrum peccabant quam in fine iambici, ubi semper iambum adhibebant (c). Correctores etiam retinuerunt quod Prudentius scripserat Cat. 12, vers. 42: *Populique rex Judaici, in vespas Transfigurationis*. Contra nihil profert Cavallus, nisi dubium exemplum Juvenalis, satir. 14, vers. 101: *Judaicum addiscunt, ac servant, et metunt jus*. Similiter usus est Prudentius Apoth. vers. 552: *Sunt qui Judaico cognatum dogma furori*, et vers. 321: *Hæc si Judaicos*

D *spernere, quam hoc insigne Spiritus sancti epitheton natura productum corrumpere et corrumpere*. Miror cur Prudentium e numero aliorum Patrum et veterum hymnographorum exemerit, cur etiam eadem defensione qua alios eum non tueatur, ac demum cur solam recentium auctoritatem Prudentio aliisque veteribus opponat.

(c) In hymno de Spiritu sancto, quem descri si num. 73, et Paulini Nolani esse conjicio, *Paraclitus* i brevi profertur. Sidorius pariter *Heracitus* i brevi protulit; *Quidquid Pythagoras, Democritus, Heracitusque*, quem hæc de causa Hermolaus accusat, defendit vero Ptolemæus Hispaniolus in Collatorio de licentiis poetarum tom. IV operum Baptistæ Mantuani ejus fratris, pag. 167.

sic intellecta rigissent. Sed in his omnibus versibus locus est spondæo per synæresin Judæi, in primo illo opus est iambo in sede extrema, *Populique Rex Judaici*, uti etiam dactylo in versu Alcimi Aviti de Origine mundi, *Quando induratum plebes Judaica nomen.* Ut in *sempiternus* i longum asseratur, sola Josephi Scaligeri auctoritas idonea minime est, neque enim certum est derivari a *semper* et *æternus*, neque, si id certum sit, derivata semper legem primitivorum sequuntur, præsertim quia *æ* sicut in *i* mutatur, ita in *i* breve converti poterit. Paulinus pariter *i* corripuit in carmine ad Cytherium de Nautragio Martiniani prope finem: *Ut sempiternæ clara vitæ gloria.* Eandem quantitatem defendit Huetius in Origenianis contra Scaligeri opinionem. Hæc Prudentio cum correctoribus Urbanianis communia. Cætera prætermitto, quia et leviora sunt, et ad nos non pertinent, vel si ad nos quidem, non tamen ad hoc tempus, neque ad hunc locum.

CAPUT XXIV.

Leges a Prudentio aliisque antiquis poetis Christianis in metro servatæ.

180 208. Et ut in Prudentio defendendo pergam, totamque defensionem ad certa capita revocem, nonnullas regulas exponam quibus syllabarum quantitas ab eo adhibita vindicetur (a). PRIMA SIT REGULA: *Quædam sunt voces in Ecclesia Romana ab ipsis religionis nostræ initiis usitatæ peculiari quodam intervallo brevitatis, aut longitudinis, sive ex Græco, sive ex Hebraico idiomate conversæ, quas viri docti jure eadem quantitate proferebant, non ad originem, sed ad consuetudinem attendentes, populo usum concedentes, sibi scientiam reservantes.* Ludewigius Vossium lib. IV, part. 2 Insit. orator., cap. 1, § 3, secutus, de Prudentio ita ait: *Cæterum voces in diviniore cætu Christianorum 181 inventas, quod receperit noster et adhibuerit, culpæ velle absurdum est.* Idem observat, poetas Christianos verba *ecclesia*, *mysterium*, *psalterium*, et alias in Ecclesia Romana receptas adeo

(a) Ex tribus indicibus syllabarum quas licentius solito dicitur Prudentius produxisse aut corripuisse, a Chamillardo, Cellario et Teolio confectis, quædam vocabula excerpam, in quibus hi auctores contra communes et pervulgatas regulas artis poetice videntur judicare. Chamillardus et Teolius notant, a Prudentio primam produci in *Duita* in præfat. Hamart. vers. 37: *Docet, Duitas discrepare a spiritu.* Vides versum senarium, ubi necessario corripitur prima in *Duitas*. Cellarius secundam in *magia* a Prudentio produci animadvertit vers. 89 lib. 1 in Sym.: *Necnon Thessaliæ doctissimus ille magiæ.* Non video autem cur debeat corripri; nam Græce est *μαγισια*, neque aliam quantitatem vulgo indicant scriptores prosodiæ. Idem Cellarius in suum indicem conjicit homo prima producta, ex hymno 5 Peristeph. vers. 157. Ita enim ille legit: *Est alter homo intrinsecus.* Sed cum solus Aldus ita hunc versum ediderit, cæteri editi et mss., *Est alter, est intrinsecus*; Fabricius vero, *Homo alter est intrinsecus*, inepte illam lectionem prætulit, nulla adhibita ratione. Præterea cur in iambico dimetro secundo loco non recipiatur tribrachys? Sic Horatius 2 epod., *Videre properantes domum.* In Prudentii versu illo, *Est alter homo in-*

voces, ut non sine periculo falsæ doctrinæ immutari a quovis potuerint, adeoque et a plebe fuerint usitate, in antepenultima brevitas. In his tamen exemplis non una eademque videtur fuisse consuetudo. Nam Prudentius in *ecclesia* et *mysterium* antepenultimam producit, S. Paulinus sæpe etiam eandem syllabam longam fecit. Ex hac regula sustineri poterunt in Prudentio *Allophylus*, *Arrius*, *eremus*, *heresis*, *idolum*, *dæmon*, *Jesus eliso i*, aut *e*; *Paraclitus*, *Azymon*, *Judaicus*, et aliæ similes voces, quanquam nihil prohibet quominus eadem vocabula diversis rationibus ac regulis defendantur, ut ex regulis sequentibus constabit.

Altera est regula. *In vocabulis e Græco derivatis, accentu a quantitate discordantibus, veteres poete Christiani neglecta quantitate accentum secuti sunt in antepenultima, quod ita tum pronuntiarent.* Diversam olim fuisse rationem pronuntiandi, variasque doctorum opiniones ex Quintiliano lib. 1, cap. 5, discimus: *Ut Atreus, quem nobis viventibus doctissimi sensu acuta prima dicere solebant, ut necessario secundo gravis esset.* Ac revera Plantus non solum dactylum facit *Phædromus*, cujus *o* est *o* mega, sed etiam penultimam corripit in *Philippus*, quia utrobique Græce scribitur, et pronuntiatur cum accentu in antepenultima. Sic ex usu brevem penultimam proferimus in *antiphona*, quamvis *o* longum sit; et Italice, *Otranto*, *Taranto*, Hispanice vero *Fromesta* dicimus, accentu in antepenultima collocato. Ex hac regula plures defenduntur syllabæ in Prudentio, *eremus*, *phrenesis*, *idolum*, *poesis*, *nathesis*, secundi correpta; contra produxit *i* in *sophia*, quia Græce acuitur, ut nunc eadem ratione, et ob consuetudinem, multi proferunt longam secundam in *Andreas*, *Matthias*, *idea*.

209. Tertiam regulam statuo. *Multa sunt quæ Prudentii aliorumque æqualium auctoritate defendi possunt, tum maxime cum antiquiorum exempla vel præcepta contraria non obstant.* Sæpe Prudentius e in

trinsecus hiatus esset admittendus, qui neque Prudentio, neque aliis insolitus est. Teolius e sua penultimam addit, *excitus* secunda brevi, hymno 3 Perist., vers. 96: *Talibus excitus in furias*, et *noverimus* tertia producta in præf. Psych., vers. 58: *Possint, figure noverimus mystica.* At de *excitus* docent grammatici posse esse vel ab *excio*, et tum esse secundam longam; vel ab *excio*, et tum esse brevem: hinc *excio*, *excitas*. Ita etiam *percitus* et *concitus*. De *noverimus* hærent adhuc memoriæ versiculi Artis grammaticæ Jo. Ludovici de la Cerda sub Nebrissensis nomine:

Hi conjunctivi poterit variare poesis,
Orator patriæ doctum ne spreverit usum.

Ac revera plerique Hispani in oratione soluta et subconjunctivi producunt. Nonnulli veteres grammatici consentiunt, penultimam subconjunctivi modi in *rius* et *ritis* esse longam: Vossium etiam et Emmanuelem Alvarez in eam sententiam inclinare alicubi legi. Ii putant, necessitate metrica corripri penultimam subconjunctivi modi in *rius* et *ritis*. Ad Prudentium vindicandum abundat hæc defensio; neque exempla ad regulas confirmandas sunt necessaria.

imbecillus corripuit. Cur reprehenditur a Vossio lib. II Gramm., cap. 17, Chamillardo aliisque? Nam *imbecillum* formatur a *baculo* seu *bacillo*, quasi sine baculo. Dicunt, Horatium et Lucretium in hexametris produxisse. At in hexametris necessitate metrica debuit produci. Itaque Beermanus, de Origin. ling. Lat., verbo *Baculus*, potius accusat Horatium, quod posthabita origine produxerit, nisi excuses per figuram, qualis in reliquiis, exemplumque 182 Prudentii et I. C. Scaligeri, qui corripuerunt, producit. In *involutis* u corripuit Prudentius. Cur reprehenditur? Aiunt esse ab *involutum*, et Prudentium deceptum, quasi putaverit esse a *volucris*. Quid si derivetur ab *involvere*, ut nonnulli suspicantur, et dicatur *involutum* quasi *involutum*, extrito v consonante (a)? At *involutum* dictum ab *involvere* sive *involvendo* comprobatur Iso in glossis ad vers. 36 hymni 5 Cath., *Ne sanctum involucris pollueret locum. Calceamentis a volvendo*. Hæc origo quidem mihi non placet: sed consuetudo veterum certa est, ut corripuerent etiam *simulacrum*, *lavarum*, quod ex Prospero Aquitanico aliisque incerti auctoris versibus Fabricius observat in ind. poet. Christ. Cl. Teolius testatur, apud S. Prosperum carm. de ingratis occurrere *involutis* penultima correpta: locus mihi quærenti non occurrit. In vet. codd. reperio scriptum *involuta*, quasi ab *involutum*. Notatum ab aliis non invenio, Prudentium corripuisse u primum in *lugubri* vers. 79 hymni 9: *Sol refugit, et lugubri sordidus ferrugine*. Contra sunt optimorum poetarum exempla, et in *lugeo* u est longum. Nihilominus cum syllabarum quarundam varia fuerit, et communis quantitas, et sæpe derivata declinent a sua origine, non statim erroris arguendus est Prudentius, sed vel ejus exemplo defendi poterit, *saltem eo tempore quo scripsit*,

(a) Ricciolius in Syllabis controversis ita defendit Prudentium: *Qui putant formari ab involutum succensent Prudentio penultimam corripienti; sed si quamprimum formari potest ab involvo, ut a molo, moloerum, et a polluo, pollubrum, non est necesse derivari ab involutum. Neque tam perperam de Prudentio existimaverim, ut putem similitudine deceptum ab adjectivo, involucris, quod significat tardum: imo potius hinc ejus opinionem firmaverim, si involucrum dictum suspicer eo quod involucrum reddat, quem involverit. Sed hæc mera suspicio esto.*

(b) In *palus* esse u longum etiam grammaticorum veterum regulæ tradunt, nunc quia scimus illud positum breve ab Horatio in Arte poetica,

Regis opus sterilisve diu palus, aptaque remis,

commune esse prosodiæ auctores docent. Fac perisse illum Horatii versum: damnaretur Prudentius, ejusve æquales, qui ea syllaba brevi usi fuissent, quamvis Horatianum versum ipsi vidissent. Quot carmina antiquorum poetarum legerit Prudentius, quæ nobis tempus invidit!

(c) Ut Ovidius lib. IV de Ponto, elegia 12, qui *Tuticanum* in versum venire posse negat, et tamen cum ludens bis inducit:

Et pudeat, si te qua syllaba parte moratur,
Arcius appellem. Tuticanumque vocem.
Nec potes in versum Tuticani more venire,
Fiat ut e longa syllaba prima brevis.

A corripui potuisse u primum in *lugubre*; quod etiam corripuit S. Damasus in versibus de S. Agnete:

Fama refert sanctos dudum flexisse parentes
Agaen, cum lugubres cantus tuba conerepuisset (b).

Illic fere revocari possunt in Prudentio *propola* prima producta (quæ vox abest ab indicibus Chamillardii, et Cellarii), *berillus*, *calceamentum*, cui, *pugillaris*, frustra a brevi, *dispar*, *ganeo*, *impar*, *Pyreneus*, *delibutus*, *smaragdinus*, *charisma*, *redimitus*, quantum in *redimitus* cum sæpius i primum corripuerit, semel tantum 183 produxerit, in codd. pro *coronatus* irrepsisse *redimitus*, haud levis est conjectura. In *berillus* e corripuit etiam Venantius Fortunatus lib. III Vitæ S. Martini:

B Quæ palla ex humeris mixto Chrysopræse berillis
Ita lego. Alii male, *mixto Chrysopræso*, vel *Chrysopræsoberillis*.

210. Quarta est regula. In nominibus propriis magna fuit veterum poetarum licentia, sive quia quorundam erat opinio, communes eorum esse syllabas sive aliorum exemplo: multo vero magis in nominibus quæ a gentibus exteris et barbaris accipiebant. Huc pertinent *Allophylus*, *Lacædæmon*, *Pyreneus*, *Cyaneus*, *Sardinia*, *Aclepiades*, *Hadrianus*, *Arrius*, *Marcion*, *Marcionita*, *Jesus*, et alia Hebræa, quantum ex his pura possunt alia et meliori ratione defendi, ut *Hadrianus*, *Marcionita*, *Jesus* per synæresin. Scio nonnullos poetas veniam præfari, cum nomina propria efferunt, contra quam usitatum syllabarum intervalum exigere videatur (c).

211. Non dubito quin poetæ plerumque luserint, dum difficultatem nominis proprii enuntiabant, ut Horatius satira 5:

Mansuri oppidulo. quod versu dicere non est,

Aut ut ducatur, quæ nunc correptus exit,
Et sit correcta longa secunda mora.
His ego si vitii ausim corrumpere nomen,
Ridear et merito peccus habere neger.

Et Martialis in nomine Earinus:

Nomen nobile, molle, delicatum
Versu dicere non rudi volebam.
Sed tu syllaba contumax repugnans;
Dicunt *εἰρων* tamen poetæ,
Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos *ἄρας*, *ἄρας* decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui musas colimus severiores.

Barthius lib. VIII, cap. 18, levitatem poeticam in Martiale animadvertit, qui lib. I epigram. 104. (mibi 105), cui per duas breves protulit, et eandem vocem monosyllabam posuit, cum in Græcis alibi *ἄρας ἄρας* reprehendat, seque cum Latinis suis severiores musas colere autmet. Sed valde dispar est utrobique ratio: aliud enim est e duabus vocalibus synæresin efficere, aut diphthongum sive ordinariam sive extralinearum dissolvere; aliud eandem omnino syllabam modo corripere, modo producere. Alio exemplo Martialis posset revinci: nam Latini nomen Martis, *Gradivus*, solent a sive brevi, sive longa efferre, uti plura alia propria: recte igitur procederet hic versus:

Romani possunt Gradivum, sive Gradivum
Dicere,

quod, si libuisset, vel licentia, vel necessitate metrica intruisset. Ausonius epist. 20 ad Paulinum sic incipit :

Paulino Ausonius : metrum sic suavit, ut esses
Tu prior, et nomen prægredere meum.

At poterat metrum consistere, quamvis prior esset Paulinus, si alio modo versus formaretur (a). Noster quoque Prudentius pariter metrum 184 repugnare dixit, ne Saturninorum nomen Sapphico carmine includeretur, vers. 161, hymno 4 Perist. : *Quatuor posthinc superest virorum Nomen extolli, renuente metro, Quos Saturninos memorat vocatos Prisca vetustas* (b). Hoc ipsum tamen ob aliquam difficultatem ab eo dictum intelligo, non quod versus Sapphicus hoc modo compingi non posset : *Inde Saturnini obcunt securi Quatuor una, aut alio simili*. Prudentium imitatus est Sidonius lib. ix, epist. 46 :

Post Saturninum volo plectra cantent...
Singulos quos nunc pia nuncupatum
Non valent versu cohibere verba,
Quos tamen rhoræ nequeunt sonare,
Cordi sonabunt.

Plura exempla similia affert Sirmondus, pag. 103, in notis ad Sidonium. In Sedulio, Aratore, Venantio Fortunato, Prudentio reperio scriptum more Latino, *Arrius*, secunda correpta. Cur id damnum? Cur potius communem ita loquendi consuetudinem non fastear? Christiani poetæ majori licentia quam veteres, nomina propria syllabis communibus pro arbitrio pronuntiabant, ii vero maxime qui ferrea ætate vel post eam scribebant. Fortunatus lib. viii, carm. 4 :

Has inter comites conjuncta Cesaria fulget.

Quo versu relato ait Barthius lib. LXVI Advers., cap. 3 : *Nominum propriorum cura exigenda non est a poetis hujus auctoris*. Itaque concludam, optimos quosque poetas certa quadam licentia usos fuisse in variandis syllabis nominum propriorum, sed cum moderatione et verecundia, quod attinet ad nomina Latina et Græca : nam qui diligentius quærent quo

(a) Colligunt hinc nonnulli, morem tunc fuisse, ut nomen eius ad quem data esset epistola, postponeretur. Sed ego in ejusdem Paulini epistolis sæpius contra fieri video, SEVERO FRATRI PAULINUS.

(b) Is putavit, nomina Saturninorum propria taceri : *Nam barbara nomina erant. Ideo in metro ponere nequibat*. Idem quoque Nebrissensi visum : *Renuente metro, quia syllabæ quædam illorum nominum repugnabant legi carminis Sapphici*. Nebrissensem secutus est Ambrosius Moraes, quos Riscus probe refellit : etenim ipsum nomen Saturninorum metro includi non posse ait Prudentius.

(c) Hispaniolus, lib. de Licentia veterum poetarum, de synæresi ait : *Tali licentia utuntur et Græci, et vocatur apud eos synæphonesis... vel duas longas in unam longam, vel brevem et longam in unam longam vertunt; vel duas breves in unam brevem, vel duas breves in unam longam*. Sic duæ breves in cui in unam brevem verti possunt; brevis et longa in *Jesus* in unam longam. In Lucretio, lib. vi, pag. 218, Gifanius legit, *Janua ne potius his orci regionibus esse, ut potius sit dissyllabum, et brevis ultima*. Apud comicos passim similia occurrunt *sua, tua, mea, quasi sa, ta, ma*. His adde *bobus et subus, ex bovis et subibus*. Nullum quidem exemplum invenio ubi cui monosyllabum sit breve; sed figuræ hujus generis raræ sunt, et præ-

A intervallo brevitatis vel longitudinis Hebræi suas voces pronuntiaverint, aut ex Massoretarum disciplina tradunt esse nunc pronuntiandas, ii mihi videntur oleum et operam perdere, ne dicam judaizare. Qui si mihi persuaserint denique, opinionem R. Moy-sis potius quam R. Salomonis tenendam esse; vocem aliquam scribi per *chatef patach*, scilicet a brevissimum; aut per *patach*, quod est a breve; aut per *kametz*, nempe a longum; originem magis Hebræam quam Arabicam aut Syriacam attendendam esse: cum, inquam, id obtinuerint, tum bona eorum pace respondebo, malle me sequi Tertulliani, Juvenci, Prudentii, Paulini 185 aliorumque veterum Patrum sententiam, qui sui sæculi et linguæ morem non ignorantes, aut consuetudinem Hebræorum scierunt B et contempserunt, aut ne curarant quidem scire, quorum imitari malo negligentiam quam istorum obscuram diligentiam.

212. Quinta regula. *Erroris non sunt arguendi Prudentius alique antiqui poetæ ecclesiastici, quod licentia poetica interdum, et figuris synæresi, crasi, aliisque hujusmodi utantur*. Hæc cum explorata sit regula, e catalogo errorum metricorum Prudentii delendæ sunt hæc voces : *eni*, monosyllabum breve; *geneo*, cujus a potest esse longum synæresi facta in duabus syllabis postremis; *delibutus*, ubi i necessitate metrica fit longum (ut etiam concedit Ricciolus de Regulis generalibus prosodiæ part. 2, reg. 9); *margarita, Jesus* eliso e, *Hadrianus, Marcionita, ia et io* synæresi facta, nam i in *Marcion* est longum. Exstat apud cl. C Glovenazzium Christophori Wasii Senarius, sive de legibus et licentia veterum poetarum, Oxonii e Theatro Scheldoniano 1687, liber in nostris regionibus rarus, ubi auctor aliquantulum obscure, sed docte de figuris poetarum, hiatu, ectasi, diæresi aliisque disserit, ac multa affert quæ Prudentio conveniunt, nisi quod is non tanta licentia abusus est quantum antiqui poetæ, præsertim comici, sibi arrogabant (c).

terea cui sæpius occurrit iis locis in quibus et breve et longum esse possit, quin intelligamus quo determinato intervallo auctor fuerit usus. In carmine S. Paulini ad Cytherium libenter legerem, *Centum cui Cellas nomen est*, ut versus iambicus secunda sede reciperet iambum, cui monosyllabo brevi. Nunc legitur, *Cui Centumcellas nomen est*, antea, *Cui Centumcellis nomen est*; Fronto Duceus correxit errorem inductum a typographis, qui usum illius ævi ignorabant, nomina urbinum indeclinabilia enuntiandi nonnunquam per quartum, nonnunquam per sextum casum, *Colonia Veios, Fundis oppidum*. Sed nihil ausim definire : nam scio, Paulinum nonnunquam loco secundo iambici dimetri spondæum admisisse; quod his fecisse Ausonium notat Julius Cæsar Scaliger Poetices lib. vi, ac notare poterat multo sæpius id ab Ausonio factum. Quod in *Jesus* ex una brevi, et altera longa synæresis fiat, non magis est reprehendendum quam quod ex *ejicit* Lucretius fecerit *cicit*, et ex *oriundi* in *semine oriundi* spondæum ex tribus ultimis, ex *rejice* Virgilius *veice*. In synæresi *Jesus* pronuntiatio veterum magis i quam e videtur expressisse : nam adhuc apud nonnullas Orientis nationes *Isa* pro *Jesus* profertur. *Ysus* pro *Jesus* in quodam hymno, quem nondum editum puto, olim canebatur : exstat hic hymnus in codice pergam. nunc Ecclesiæ Velericæ,

186 215. Sexta regula. *Poetae III et IV saeculi, A praesertim Christiani, frequentius quam veteres, syllabas breves producebant ratione caesurae.* Id multi non advertentes, carmina ecclesiastica corrigere ausi, ea corruerunt. Christophorus Cellarius, quamvis non indoctus grammaticus, in curis posterioribus de barbarismis versus Juvenci ex prologo,

Sanctificus adsit mihi carminis auctor
Spiritus,

ita refert, ut addat, *Nisi forte quod lex metri postulat, legendum est SANCTIFICANS.* Ineptissima est haec conjectura. Idem Cellarius notat, frequentius Prudentium quam alios, brevem in fine producere propter sequentis vocalis geminam consonantem, quasi id reprehensione aliqua dignum esset. Verum Prudentius non solum recte id facere potuit, sed etiam **B** debuit, si plurimum doctorum hominum sententiam tueri velimus (a). Difficilior est controversia, **187** siue syllaba communis ratione solius caesurae, quam-

olim Bisantinæ, exarato circa annum 1030, ut ex praemisso catalogo episcoporum Ecclesiae Bisonticensis liquido colligitur; quo ut uterer, acceptum refero cl. praesuli Stephano Borgia, in hujusmodi sacris antiquitatibus apprimè versato, qui eum codicem meum perhumaniter voluit communicatum, ex quo integrum hymnum dabo: **FERIA III PASCHAE**:

Alma chorus Domini nunc pangat, nomina summi
Messias, Sother, Emmanuel, Sabaoth, Adonay
Est unigenitus, via vita manus o mousion,
Principium, primogenitus, sapientia, virtus
Alpha caput finisque simul vocatur et est o
Fons et origo boni Paraclitus, et Mediator.
Agnus ovis vitulus serpens aries leo vermis.
Os verbum splendor sol, gloria lux et imago.
Pans flos vitis mons janua petra lapisque
Angelus et sponsus pastor,que propheta sacerdos.
Altissimus Kyrios Theos, pater pateron Ysus
Salvificet nos sit cui secula per omnia doxa.

In codicibus antiquissimis legitur apud Prudentium III, et IIII pro *Iesu* et *Iesum*. Vidimus supra num. 193, duas primas litteras nominis *Iesu* z, et η habitas fuisse a Christianis pro summa, seu compendioso nominis *Iesu*. In inscriptionibus aliisque monumentis antiquis saepius ita hoc angustum nomen scribitur IIII, ut videri potest in dissertatione anonyma Comendatoris Victorii *de hoc sacrosancto nomine*. Mihi saepe verisimile videtur, Christianis non solum compendio nomen *Iesu* scripsisse, sed etiam interdum pronuntiasso, cum illud saepe in ore haberent. Apud Romanos similia exstant exempla, in *Hercle, Mecastor, Aedepol*. Prudentius igitur fortasse secutus est vulgarem hunc morem pronuntiandi, et spondæum fecit *Iem, Ieu, pro Iesum. Iesu*. In picturis Strabonis Walafridi editis in Manuali biblico Francofurti 1610 versibus hexametris, quibus Novum Testamentum breviter enarratur, spondæus etiam sit ex *Iesus* et *Iesu*, et scribitur IIII et IIIV. In codice veterrimo Puteano Prudentii testatur Heinsius legi *Hisum* et *Hisu* pro *Iesum* et *Iesu*; in Egmondano *Hiesum*. Juvencus alicque poetae veteres Christiani semper scribunt *Iesum*, et i corripunt, e producent.

(a) Barthius, lib. IX, cap. 9, Advers., tradit, Hiericum, uti perosque Christianos, non observare, quod de litteris scisciant doctissimi viri, et et *sp* produciam reddere syllabam praecedentem. Hericus vers. 229:

Seque stupet superesse sibi.

Vers 209:

Lucem jam lumina spirant

vis vocalis, ubi sit caesura, consonanti aliqua ejusdem dictionis non terminetur: nam in his, *pectoribus, oratis, Eurialus, caput, tuus, obruimur*, et similibus, nulla est ratio dubitandi. Et Servius quidem versus 164 lib. III *Aeneid.*:

Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto

reprehendit, quia *GRAVIA finalitatis ratione produci-tur, sed satis aspere: nam in nullam desinit consonantem.* Alia etiam exempla proferri solent ex Lucretio, Ovidio, Statio, Virgilio, quae explorata non esse, neque rem conficere, ostendi in censura hymnor. Santol. post Hymnod. Hispan., pag. 440. Scaliger contra quosdam grammaticos (fortasse intelligit Servium) ait lib. II, cap. 17 Poetic.: *Omnis caesura indifferens est; neque caret ratione: sistitur enim in ea dimensio. Et in saltationibus ad caesuras terram pede seriebant.* Rationi adjungam auctoritatem Prudentii aliorumque aequalium, si alienius ea sit ponderis (cur autem non sit?) ex qua saltem efficitur, poetarum

Sextilius lib. IV:

Christus adest panis, sanctus quoque Spiritus ignis,
Victorinus,

Luna quoque splendidus axis.

Guilielmus Brito passim. Idem Barthius, lib. XXXII, cap. 13, ex antiquo membranaceo codice prosodico id profert: *Vocalis ante z praecedentis dictionis inventitur brevis, ut apud Juvenalem:*

Si tibi zelotypo reserentur scrinia mocho:

perinde quasi id sit contra aliquam regulam, quia z vim duplicis consonantis obtinet. Si veteres consulas, Priscianus ita prorsus videtur sensisse lib. II: *Et sciendum, quod non solum ante l vel r, sed etiam ante m, ut supra docuimus, et n positæ mutæ faciunt communes syllabas... Ovid. in x:*

Piscosamque Gndon, gravidamque Amathunta metallis.

Illud quoque non est praetermittendum, quod tribus consonantibus sequentibus potest fieri communis syllaba, quando in principio syllabæ sequentis post vocalem correptam s, et muta, et post eum liquida sequatur: quippe cum s in metro subtrahi more solet veteri, ut Horat. in Sermono,

Linguntus insani ridentes premia scribæ.

Bermanus, de Origin. linguæ Latinæ, sub lit. ST, quaestionem hanc agit, an *sc, sp, st*, vocales proximæ antecedentes producant. Difficile quidem est rejicere omnia exempla ex Lucretio, Virgilio, Propertio, Ovidio, Lucano aliisque optimis poetis allata, quibus brevis relinquitur vocalis, quamvis dictio sequens his litteris inchoetur *sp, sc, st*, ut in Virgilio, *Ponite spes*; in Ovidio, *Occidit ille Scinis*; in Catullo, *unda Scamandri*: Quod enim ait Bermanus, notum esse quod veteres de propriis non adeo solliciti saepe fuerint, id confirmare potest, quod dixi num. 210, at in re praesenti locum non habet, cum agatur de vocali, quæ nomen proprium praecedat; et quamvis fingas, locum habere, plurima sunt in aliis dictionibus exempla. Itaque existimo, licere vocali ita correpta versus construere, congruentius tamen es-e, si producat. Ex quo vides ineptias quorundam, qui versus nonnullos Prudentii emendare vel ea sola ratione ausi sunt, quod vocalem brevem protraxisset, cum duæ consonantes vocis subsequenter longam fieri suaderent. Sic Aldus alicque legerunt ex aliquo cod. m. *cessisse e stomacho pro cessisse stomacho*, vers 904 *Psychon achiæ*.

Christianorum eam fuisse consuetudinem, ut sæpius A quam antiquiores cæsuras indifferentem adhiberent.

214. Regula septima. *Primi ecclesiastici poetæ ob aliquam dialectum 188 Græcam, vel propter sui temporis consuetudinem in nonnullis vocabulis Græcis ω, η et α in vocales breves convertebant, non sine antiquorum exemplo.* In Prudentio hæc passim reprehenduntur, ænigma, Berillus, Chalcedon, demon, energina, ærenus, heresis, idolum, Lacedæmon, mathesis, phreneis, poesis, Pyreneus, romphealis, sphaera; quia syllabas Græcas natura longas corripuit. Ecce autem antiquiores, qui simili licentia usi sunt, exemplumque dederunt, sine ulla reprehensione abire permittuntur? Quædam colligam partim ab Hispaniolo aliisque, partim a me observata. *Ionius* B describitur per ω; tamen Virgilius, *Ionio in magno*, alii similiter corripunt. *Orichalchum* habet diphthongum ei. Horatius in Art. poet. breviam i,

Tibia non ut nunc orichalcho juncta, tabæque.

Ita Virgilius et alii. *Sithonius* per ω, itemque *æmonia* a Virgilio aliisque corripiuntur. *Orion* etiam per ω, *Servius* vero per ου scribi olim tradit, et extr. to v manere o micron. Ovidius lib. iv Pastor. :

Hunc, Hyreus quæ sic genitus, vocat Oriona,
Perdidit antiquam littera prima sonum.

O mega in *Origenes* ab Horatio corripitur. Virgilius in Ciri,

Sordibus, et scoria pariter tabescere tali.

Scoria Græce habet ω. In *hepar* η Latini breviant, et C similiter Catullus et Persius in *crepida* η. In *mater* et *pater* η corripitur notissimum est: in *aer* interdum protrahitur, sed Claudianus breviam i,

Lucidus umbrifero miscbitur aer Averno.

Valerius Flaccus in vi :

Æquaque nec ferro levior, nec romphea ligno.

(a) Hispaniolus pag. 167 Hermolaum refutat, qui Apollinarem Sidonium accusaverat, quod primam in *Phonascus*, penultimam in *Paracritus*, primam in *Ctesiphonte*, penultimam in *diastema* corripuisset; et ita concludit: *Si enim antiqui reperiuntur breviasse η et ω, et diphthongum, ut puta, in Virgilio et Persio magnis auctoribus, cur hoc neotericis imputatur?* Julius Cæsar Scaliger lib. vii. pag. 4, cap. 6, notat, enim esse ex Græco ην, ηνι. *Neque repuquat longa vocalis: id quod in libris Originum docuimus: sicut neque in crepida, κρηπίς, neque in venio βαίω.* Joseph Scaliger *Animadv. in Græca Eusebiana Chronici*, pag. 102, advertit, olim Ionice ω etiam per o scriptum. Ex Platone in Cratyllo constat, veteres Græcos non habuisse ω, sed o tantum, neque η, sed ε. Nomen autem vocalis o erat ω, quod negandi vim habet, ex quo intelligitur illud Ausonii, et aliorum :

Una fuit tantum qua respondere Larones,
Littera, et irato regi placuere negantes.

Rescripserunt enim non ου, quæ sunt duæ litteræ, sed o; quod a Græcis vocabatur ου, quod est non. Muretus, Var. Lect. lib. xviii, cap. 4, addit rectissime dici in Apocalypsi, *Ego sum alpha et o*, quia necesse sit Latine loquentibus dicere o mega. Ac revera in Prudentio, Paulino, et aliis alpha, et ω scri-

Chorea a Tibullo, et *platea* a Catullo e brevi efferuntur, quamvis sit diphthongus α. Græci scribunt *ptisana*, per duas ss, et *grabbatum* duabus bb. Horatius dixit *ptisana* brevi i, et Virgilius *grabbatum* a primo brevi in Moreto. Q. Sereni est hic versus :

Et vitio capitis phrenesis furiosa movetur.

Æneadæ in secunda vocali habet α, et corripitur a Virgilio (a). Multa errant nonnulli recentiores, cum 189 veterum scripta in iudicium vocant. *Ætatem* linguæ Latinæ sæculo Augustæo concludendam esse putant, vel ita certe iudicant quasi minus Latinum esset quidquid ab aliquo ejus sæculi scriptore non reperitur scriptum. De Prudentio, Paulino, Ausonio, et æqualibus eorum, perinde loquuntur ac de nostri temporis hominibus, qui linguam Latinam jam mortuam labore, et industria, et ex libris solis ad discunt. Itaque viros illos clarissimos, qui in foro et luce publica hominum versati sunt, in pronuntiatione et usu quarundam vocum frequentissimarum errasse, deceptos aut delusos fuisse temere jactant. Inique poesin et Latinitatem Prudentii et similium ad regulas seu consuetudinem sæculi aurei, quod vocant, exigere volunt, cum interea non solum Terentium, quem plurimi Cicero faciebat, sed etiam Plautum, Ennium et alios tueantur, quamvis ea quæ Terentius et cæteri in prosodia ausi sunt, longius ab ætate Augusti recedant quam Prudentii carmina. Denique vix poterit syllaba aliqua in Prudentio deprehendi quæ per figuram aliquam poeticam non valeat excusari: quales multas in similibus vocibus adhibuerunt Lucretius, Catullus, Virgilius, Horatius, Ovidius et æquales, quas nonnulli errores et vitia esse putant.

CAPUT XXV.

Prudentius ab aliis corruptus, ab aliis male correctus, ab aliis defensus. Peculicres animadversiones de ejus prosodia.

190 215. Si ea excipias quæ Prudentius ratione

bitur, et si Latine versus undecunquæ esset exarandus, scriberetur alpha et o, nam o mega ratio carminis non patitur. Sed notandum est tamēn, diverso modo a veteribus fuisse pronuntiatum o breve, et o longum. Casaubonus in Trebellium, pag. 214, ait, in antiquis multis reperiri *sepulcrum* cum diphthongo, ut in epitaphio Aureoli unius e 30 tyrannis, *Donat sepulcro victor post multa tyranni*, uti contra Prudentius e in sphaera corripuit. Salmasius, pag. 129, 169, 215, not. in script. histor. August., fuse de sphaera, et enigmatē disserit, et promittit commentarium de vitiiis recentium poetarum. Ostendit, scriptores ejus temporis scripsisse sphaera, ut machera, et macera e brevi, et apud Ausonium *Cithæron e* brevi pro *Cithæron*; apud Maximianum lib. Eleg.: *Me pedagogus adit pro pedagogus*; neque Latinos solum, sed Græcos quoque ita scripsisse et pronuntiasse: quod ex antiquis Græcis inscriptionibus probat. Notat, ultimam corripit a Prudentio et Ausonio in *fames, lues, majestas, colluces*. Sed Ausonius fortasse non corripuit a secundum in *majestas*, sed spondæo usus est pro iambo, ut sæpe alias, loco secundo iambici dimetri. *Fames, lues, colluces, e* breve habent ex veteri consuetudine scribendi, *famis, luis, collucis* tertiæ conjugationis, ut *quido, is; strido, is; seruo, is; fulgo, is*, et alia, de quibus uberius agit Priscianus lib. x. Quæ omnia poetarum vitia dici non debent.

aut aliorum exemplo fecit, admodum pauca invenies **A** quæ peccata metri possis appellare: in quo socios ille haberet præstantissimos poetas Horatium, Virgilium, alios, de quibus tamen sæpius affirmare licet, quod de comicis Terentianus Maurus: *In metra peccant arte, non inscitia*. Scaliger lib. II Poetic., cap. 31, de vitiiis in quantitate loquens: *Ex Homero, ait, multa petere queas: fuit inquam negligentissimus*. Aristarchus ea modestia Homeri errores notavit, ut nunquam diceret, Homerum errasse, sed quidquid non probabat, Homeri esse denegabat. Cicer., epist. 11, lib. III: *Ut enim Aristarchus Homeri versum negat quem non probat: sic tu (libet enim mihi jocari) quod disertum non erat, ne putaris meum*. De eodem Aristarcho intellige Ausonium epist. 18: *Quique notas spuris versibus apposuit*. Obiter corrigam alium locum Ausonii, a Scaligero filio in *Lectio. Ausonian.* non animadvertens, in præfat. ad Ludum septem sapientum:

Mæonio qualem cultum quæsitivè Homero
Censor Aristarchus, normaque Zenodoti.
Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum,
Palmas, non culpas esse putabo meas.

Lege meo periculo, spuriorum stigmata versuum, vel versuum (a). Igitur quod Aristarchus in Homeri carminibus fecit, idem potiori jure in Prudentio facere liceret, ut spurios esse versus diceremus, quos aliquo vitio infectos constaret (b).

191 216. Egregia sunt quæ affert Barthius lib. LXI, cap. 25, qui, cum ostendisset recte dici *aer* et *æther* neutro genere, Talia, inquit, plura sunt apud Christianos vates, quæ non ignorantia antiquitatis, ob amissos tot egregios, imo fere uno et altero demptis, summos Romanæ eloquentiæ conditores non intellecta damnamus. Præcipue apud coryphæum eorum Prudentium, quem ego ad plurimos mores ritusque explicum-

(a) In comment. ad hymnum S. Eulaliæ errorem ejusdem Scaligeri redarguam, qui in epigrammate, quo Ausonius *Hispalim* celebravit, contra veterem lectionem amplexus est *Emeritam*, cum ratio suadeat *Hispalim*, non *Emeritam*, legi debere.

(b) Barthii verba lib. XXI, cap. 4 Adv., non prætermittam: *Veteres Christiani scriptores, quod hodie vulgus contra magna præsumptione ingenitæ doctrinæ solet, minime aspernabant illi adscititiam e libris sapientum eruditionem, qui extra ecclesiæ penetralia quidem erant, cum ea tamen non raro mirissimum in modum consentiebant. Ei rei animadvertere debuisse puto, tum alios talium explanatores, tum vel præcipue, qui Prudentium bono publico illustrare professi sunt. Est enim in eo poeta recondita eruditio, rursus in verbis lepor, in phrasi Latinitas non impura, nisi qua imitatione sacræ loquelæ fregit volens regulam, et qua a barbarie monachorum exscribentium secus quam voluit non raro scribere coactus est. Monendum tamen, monachis gratias esse habendas, quod nobis non solum Prudentium, sed alios veteres scriptores conservarunt, neque tam culpandam eorum ignorantiam, quam temporum injuriam et difficultatem.*

(c) Barthius iterum hoc loco invidiam monachis aliqua ex parte confiare vult; sed non omitterendum est elogium Prudentii, quod subjicit: *Hinc claustralibus viris familiarior multa vulnera pro eruditionis mercede reulit. Eloquentiæ tanti viri testis sit vel una Coronatio Romani, quæ præterquam quod paucis nævis,*

dos maxime idoneum scriptorem exstare in hoc censu arbitror; sed qui sit etiamnum plurimis maculis confossus atque confectus, non alia majore de causa, quam quod maxime omnibus accepta scripsit, et tali genere dicendi, quali vix optari poterat (c). Non solum autem codd. mss., sed etiam editionibus Prudentii plurima vitia imputanda esse Gronovius aliique docent; quod a nobis singulis locis adnotabitur, cum varietates lectionum expendemus. Aliqua etiam confusio oriri potuit ex duplici editione carminum Prudentii, dum adhuc is viveret, quod suspicatur Heinsius. Exempla vetera non desunt ex quibus liquet scriptores sua opera emendatiora iterum vulgasse. Mihi probabile est Prudentium suos hymnos et opuscula seorsum ac diversis temporibus composuisse et publicasse, quæ tandem anno ætatis 57 in unum corpus coacta in publicam lucem emiseric, ac nonnulla emendaverit.

217. Exemplum vero errorum qui a typographis sunt inducti, ponam in *idolum*, quod brevi o a Prudentio semper induitur. Aldus senior codd. mss. errorem putans, sæpe emendare voluit, ut Psychom. vers. 579: *Quosque viros non ira fremens, idolaque bello* pro *Quosque viros non ira fremens, non idola bello*. Et Aldus quidem regulam secutus est, neque in errorem incidit; non ita Muratorius in S. Paulino, qui eandem syllabam corrigere ausus, multo majus ipse peccatum commisit, nam i in *idolum* contra omnes regulas, cum sit *ἰδωλον*, et sine ullo exemplo corripuit, poem. ultimo In ethnicis vers. 203, *Nec se paganus laudet, si vitat idola*. Subjicit nota Muratorii: *In ms. legabatur, si qui idola vitat. Emendavi. Non emendasti, 192 Muratori, corrupisti. Idem Paulinus in Epithal. in Julianum:*

Absit, ut idolici videatur illa templi.

Manifestum est, a Paulino o in *idolici* corripit (d).

isique non tam auctoris quam exscriptorum, etiamnum inquinata est, ceteroquin provocare possit ianitorum omnes jam inde ab Horatio poetas. Rursus Barthius in exscriptores Prudentii invenitur lib. LXI, cap. 18, ubi in titulo ait, distinctionem capitum Psychomachie esse monachicam, et postea id explicat: Mihi autem universa omnis illa capitum distinctio et inscriptio non esse auctoris videtur, sed scholasticorum magistrorum, quibus magno suo malo tam familiaris fuit optimus Christianorum auctorum quoad poesim quidem.

(d) Barthius lib. XXXIV, cap. 4: *Idola*, inquit, *duicylo* usurpat Prudentius noster; in quo ad unum omnes cæteri Christiani poætæ cum velut auctorem suum insecuti inveniuntur. Tertullian. lib. III in Marcionem, quem tamen ille potius sequitur: *Idola vana sequi. Sedulius lib. IV: Idola dilexit. Arator lib. I: Idola querens. Prudentius tamen studio fecit: nam alibi suo ordine eadem voce usus invenitur, ut alibi notamus. Fallitur Barthius, quod Prudentium credidit alicubi produxisse o in *idolum*. Locum indicat lib. LX, cap. 7: *Idem eruditissimus poeta cum in syllabas Græcis impingit, non errore, sed judicio facit, velut eas Latinis legibus astringens. Idolum quoque media brevi posuit? Scivit tamen producendam esse. Sym. I. Cæruleasque animas, et nigra idola volare. Versus est 424, ver. lectio, Cæruleasque animas, atque idola nigra volare. Adde alios Venantium Fortunatum de Certamine piorum, qui ait: *Idola dum cuperet Martinius sternere.***

Josephi Blanchinii eruditionem, multum ab aliis laudatam, ego quoque valde commendo: peculiari etiam ratione hominis diligentiam amplector, quod officium nostrum Isidorianum illustraverit. Sed nollem, vir doctus, a facultate poetica, vel ab ejus cognitione imparatus, ad hymnos Prudentii in Officio Mozarabico emendandos, accessisset. Animadverti num. 74, quam abnormes versus Prudentio affligere voluerit, nunc quædam attingam quæ emendare cupiens vitavit, ne aliquando in Prudentii carmina novi errores irreperant. In S. Eulalia vers. 64, *Mane superba tribunalia adit*, nullam correctionem adhibet, cum legi debeat, *Mane superba tribunal adit*. Vers. 209, *Texta feram pede dactylico*, emendat *ductylo*, vel *dactylico*. Legendum *dactylico*, nam aliud metro repugnat. In hymno Jejunantium, vers. 7: *Quo fibra cordis expiatur viridi*: corrigi, *expiamur viridi*; male: nam *fibra* est in nominativo, a correpto. Vers. 24, *Liberque flatu*, nescio cur mutavit in *libet*. Vers. 98, *Veteresque nugæ condomare ac frangere*, contra sensum et metrum posuit *condonare et frangere*: fortasse ex errore typographico editionis Giselini, quem is in erratis notaverat. Pari errore pro vera lectione vers. 134, *Impendit*, inquit, *IRA summi judicis* substituit, *Impendet*, inquit *IRA*, sensu et metro repugnante. Vers. 161, *Nullus vivendi*, corrigendum fuit, *Nullus bibendi*. Blanchinius, nisi erravit typographus, scripsit, *Nullus habendi*. Plura prætereo quæ male correxit, plura quæ, cum deberet, non emendavit. In quædam etiam peccata hujus generis incidit Gallandius, vir cæteroquin doctissimus, in editione Prudentii (a). Non his auxiliis, non defensoribus **193** istis Prudentius eget. Patrocinium ejus suscepit Scaliger in *Lection. Auson.* pag. 207 edit. 1588. *Habebant et aliud peculiare poetæ Latini, præsertim ætate Ausonii, ut non solum Græcas declinationes in Græcis negligenter, et ad regulam Latinorum referrent: sed et quantitatem ita everterent, ut accentu illam metirentur. Sic pag. 104 corripit e in Thales, ut Sidonius in Lyristes, Alcæo potior Lyristes ipso, quasi non Thales et Lyristes, sed Thalís et Lirístis dicerent. Sic Quintus Cicero: Conditur Oceani ripa cum luce Bootis. Latini, ut notat Servius in libello de Accentibus, eundem accentum quem Græci habent, efferrunt in Græcis nominibus. IOLA semper est dactylus apud Prudentium. Sidonius penultimam producit in Euripides, non quantitatem, sed accentum secutus. Orchestram quatuor alter Euripidis, secundam producit in Marryas... contra corripit secundam in Arato... Denique inspice totum Sidonium, totum Prudentium, et alios; inve-*

(a) Profecto neque pulchrum est tricas poeticæ artis callere, neque turpe ignorare. Sed contemnendum non est Horatii monitum in re simili aut proxima, epist. 1, lib. 11:

Navam agere ignarus navis timet: abrotoneum ægro Non audet, nisi qui dilicit, dare: quod medicorum est, Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti, doctique poemata passim.

Quod repetit in Arte poetica:

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis, Indoctusque pilæ, discive, trochive quiescit, Ne spissæ risum tollant impune coronæ. Qui nesit, versus tamen audet fingere.

nies, semper eos non syllabas Græcas, sed accentum Græcum esse secutos (b).

218. Adhæret his Barthius lib. xxiii, cap. 14. *In Prudentio cum larvis luctantur, qui eruditissimo, elegantissimo, et longe Christianissimo poetæ obstrepunt ea de causa, quod syllabarum modulus negligentius habet. At ille hoc studio agit, nec adeo ea de causa grammaticis pugnare vult, cum scicns solæcisæ. Nec tamen exemplis et ratione carent. Frivola utraque, et utraque nihil. Idem capital admisit Ausonius, epist. 1. Et festinato tempore utraque daret, et alibi. Et quidquid apud eruditissimum hunc poetam (Ausonium) legas, jubeo meo periculo censeas apud Lucilium, Ennium, aut tales legere. Plura deinde in Ausonio notat quæ ne in Prudentio quidem reperiuntur. Bæmanus de Origin. Ling. Latine verbo Video, quod Prudentius mediam semper in idolum corripserit, alios per systolen, alios aliter excusare ait, Tryphonem grammaticum per ἐνίστων quæ sit στοιχισίον, ἢ στοιχισίον, ἐλάττωσις, nempe εἰδῶλον pro εἰδῶλον. Ludewigius in Vita Prudentii acriter eum defendit contra eos qui barbarum illum vocant, quod metri causa dixit: **194** famis, luis, pubis, Joannis, pro fames, lues, etc. Cur legimus, inquit, apud Plautum et Virgilium *leo pro leo, hospita pro hospes, vallis pro valles, felis et vulpis pro feles et vulpes? Prudentius usus est interceptus pro interceptus, interefectus pro interfectus* (videtur num. seq.), *qua licentia usus quoque est Virgilius... Figura nihil aliud sunt, nisi palliati errores. Si ea omnia quæ Homerus, quæ Virgilius, quæ alii veteres ausi sunt, poeta aliquis junior dixisset, neque de exemplo constaret, reprehensiones hominum vix sustinere posset. Clericus in Vita Prudentii ignorantiam suam manifeste ostendit, arguens ex catalogis syllabarum quibus peccasse dicitur Prudentius, et vocum parum Latinarum quæ in eodem notantur, multa eum in metro et Latinitate errasse. Nam similes catalogi adversus optimum quemque auctorem possunt confici, et in plurimorum editionibus confecti sunt, ut verba obsoleta, antiquata, et rarioris usus dignoscantur, quin eorum propterea famæ quidquam detrahat. Prudentium studiosum fuisse antiquitatis non nego. Sed recte Cicero lib. iii de Oratore, pag. 123: *Inusitata sunt prisca fere ac vetusta, et ab usu quotidiani sermonis jam diu intermissa, quæ sunt poetarum licentiæ liberiora quam nostræ; sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem.* Multo vero magis id licuerit Prudentio, qui hominum sui temporis doctissimorum exemplum imi-**

(b) Aliis exemplis eandem rem pergit Scaliger confirmare. *Sic Ausonius in trigonos, tetragonos corripit penultimam. Quis audebit dicere, Ausonium ignorantie litterarum Græcarum hoc commississe? Nemo sanus quidem, ut puto. Sed his temporibus studium videbatur non ibi producere syllabam ubi accentus esset, quia hic est mos linguæ Latine. Adeo ut Plautus in hoc secutus sit iudicium vulgi... Contra ætate Plauti, ut in quantitate syllabarum; sic et in declinationibus Latinissimos admittabant. Dicebant enim Nestorem, Ilectorem, quomodo rectorem, mensorem, et similia.*

tabatur. Hac ratione sustineri possunt *fames, lues, A colluces* brevi ultima, de quibus adversus Salmasium dixi num. 214. Liberior fuit Plautus, qui, ut observat Muretus Var. Lect. lib. xvi, cap. 14, ultimas syllabas verborum imperandi corripit, cum libet, etiãsi primi secundæ ordinis sint, ut *ama, vide, tace, cave*. Christophorus Wasius cap. 15 Senarii multis exemplis probat, finalem syllabam prisris fere breviari in imperativis primæ, secundæ et quartæ conjugationis. Ausonius, grammaticus et rhetor celeberrimus, non dubitavit *solacismum* brevi secunda dicere, etiã cum adversus Auxilium grammaticum scriberet, cujus ceras miniatulas, vel potius ferulas potuisset revereri :

Auxilium te nempe vocas, inscite magister,
Da rectum casum, jam solacismus eris,

sive scribendum sit, *solacismus*, ut ex diphthongo *æ* prima vocalis tollatur : nam inter diphthongum *æ* et *iōra* nulla aut exigua erat differentia in pronuntiansando.

219. Eiusdem Ausonii est idyll. 11 :

Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes omnia solus,
es brevi in *bipes* et *tripes*, uti alibi in *quadrupes* S. Paulinus consonat Nat. 12, vers. 383 :

Constitit ignoto pro limine quadrupes heepes.

Rursus Ausonius epigram. 9 :

Suasisti Venus ecce duas dyseros ut amarem,
Odit utraque : aliud da modo consilium.

195 Et ad Patrem :

Et placuisse reor geminis ætatibus, ut se
Non festinato tempore utraque daret.

Quod Scaliger excusat ratione accentus (*a*). Major est difficultas, qua ratione Prudentius primam produxerit in *cuique* trisyllabo : non enim probo aut eos qui emendant Prudentii loca, *suus est mos cuique genti, sua cuique dextra est, sua cuique jura*; aut Gifanium, qui ait, Prudentium his locis *e* produxisse, quasi spondæum quinto loco pro dactylo intruserit. Sed Prudentio libuit ita diphthongum dissolvere, ut

(*a*) Ausonius sequitur morem suorum temporum, ut scilicet ibi producat syllabam, ubi prosodia erat. Nam in eadem syllaba est in nomine *femineo*, in qua erat in *masculino* uterque. Idem fecit in eadem Ausonius, Epicæo in Patrem, *Victum, habitum, mores semper eadem habuit*. Quod cum notasset Barthius, lib. v, cap. 11 : *Et videatur, inquit, sæculo indulgisse Ausonius, ego vero alicujus veteris auctoritati potius existimo, sæpe expertus, eum nihil fere sine ea usurpare*. Prudentii reprehensores, Chamillardus et Cellarius, in catalogo non invexerunt hanc vocem ex hymno I Perist., v. vs. 3 : *Sanguinis notis eadem scripta terris tradidit, ubi a in eadem est longum ratione accentus*. Servius I Æneid. : *Pronuntiationis causa contra usum Latinum, syllabis ultimis, quibus particulae adjunguntur, accentus tribuitur, ut, MUSAQUE, ILLÆNE, CUIQUE*. Idem refert Martianns Capella, lib. iii, cap. de Fæstigio. Ex quo liquet, accentum positum in media syllaba vocis utraque et eadem in nominativo plurali. De veteribus comicis notat Scaliger pater lib. vi, cap. 5, ita eos in suis carminibus pronuntiasse, ut ne consonantium quidem positione efficeretur, quominus syllaba brevis brevis esset. Sic *tempestivum* secunda correpta enuntiabant, quia ut *temporis* media brevis, ita ejus compar in deducto.

primam protraheret; sic in *aquai* fieri solet. Et notum est, veteres pro *cui* scripsisse *quoi*. Neque assentior his qui quoties occurrit *fi* aut *fat* prima brevi, versus Prudentii emendandos censent. Quamvis enim non infeliciter id interdum effici possit, neque toties Prudentius corripuerit quoties putavit Chamillardus, tamen æquum non est repugnare veteribus. Dicam igitur Prudentium secutum originem Græcæ a *φύω*, ex quo *fuat*, et *fi*. Usi similiter sunt Arator et Tertullianus. De *a* in *ratus* aliter judico. Prudentius sæpe corripuit Sym. 1 vers. 295 : *Esse rati*, etc. Cath. 9, vers. 32 : *Mando*, ut *abstuantur, inquit : fit raturum, quod jusserat*, et 5 vers. 99 : *Utque foret rata materies*. Peris, 5, vers. 15 : *Supplicium sibi dulce rata*. Non ergo temere Giselinus Peri. 10, vers. 911, emendavit, *Ergo ratus Præfectus elingnem virum pro Præfectus ergo ratus elingnem virum*, quiddid contra senserit. Vossius de Arte grammatica lib. ii, cap. 22. Quod Prudentius breve primam *e* in *enervo* fecerit, Salmasius explicat in notis ad Ælium Spartianum, pag. 61 (*b*).

196 220. Alia leviora prætermitto, quæ ex prosodiæ auctoribus facilius peti possunt, præsertim de nominibus Hebraicis ex Ricciolio in indice 1 et 2 de syllabis controversis, cujus tamen auctoritati te non semper adhærere velim. Ex his quæ docui licet colligere, non solum sui sæculi consuetudine, sed etiam ratione et antiquorum exemplo in syllabis ipsis quararissimæ esse videntur, ab hominibus artis poetiæ peritis vindicari Prudentium. Constat etiam, quas regulas sequi debeant, qui poetarum Christianorum in aut iv sæculi carmina student a mendis purgare, aut de aliquo eorum poemate judicare. In Collect. vet. Script. Edmundi Martene, Parisiis, 1733, tom. IX, col. 13 et seqq., exstat liber in Genesis, qui Juvenci presbyteri esse dicitur in codice unde extractus est. Quatuor prima capita dudum edita cum Tertulliano et Cypriano, cætera ad 50 producuntur ex codice Corbeiensi ante annos nongentos exarato. Opus

(*b*) Non enim aliter tunc temporis scribebant : *INORMIS* et *INORME* pro *ENORME*, ideoque primam *e* us vocis syllabam temporis illius poetæ correptam efferebant, quæ longa mansisset, si per e scriberetur : dicebant igitur *INORMIS* ut *INANIS*, et similia. Quod apud Prudentium bis aut ter positum (fallitur Salmasius) haud pridem ex vetustissimis libris observabam. Sed nunc in promptu non sunt loca. Sic *INERTARE* pro *ENERVARE*, prima syllaba correpta, idem Prudentius... Ita enim vetus liber. *Aldelmus de Laudibus virg., Flammas combussit inormem; sic enim etiam in veteri libro scriptum erat*. Adde *Sejulum* lib. iii,

Et septem panibus agmen

Pavit enorme virum.

Non absimile est illud Tertulliani lib. iv, adversus Marcionem : *In cataclysmo enecans*, et Fortnati, *Corripit ipse prius quod poscit, ut alter emendet*. Nichilominus suspicor, a Prudentio novum effectum verbum, *inermis*, *inermas* ab *inermis* aut *inermus*. Alii aliter emendant. Alias correctiones in commentario exhibebo, ut *erutus* pro *elutus*, legam etiam *interfectus* et *interceptus* cum codd., non *intersectus* aut *intereceptus*, quod videtur legisse Beda, approbante Ludewigio.

Pamelius Tertulliano ascribit, Elias Pinius Salviano A Massiliensi, ex conjectura quod de Salviano ait Gennadius : *In morem Græcorum a principio Genesis usque ad conditionem primi hominis composuit versus quasi hexaëmeron librum unum.* Mirum, ni Prudentio quoque velit aliquis hunc librum attribuere : nam etiam Gennadius in Prudentii elogio ait : *Commentatus est et in morem Græcorum Hexaëmeron de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis et prævaricationem ejus.* Nolim tamen id cuiquam veniat in mentem. Nam primum liber ultra conditionem et prævaricationem primi hominis longe procedit : adeoque neque Salviano Massiliensi recte adjudicabitur, qui solum usque ad conditionem, hoc est creationem primi hominis, librum suum produxit; deinde versus magnam partem omnino exleges sunt, et Juvenco, Prudentio aliisque æqualibus indigni. Non dubito quin multi librorum incuria sint mendosi : quorum plures ex conjectura in schedis habeo correctos. **197** Plerumque ablativus in *a* corripitur, quamvis in editis emendatio aliqua fuerit adhibita contra codd. mss. Sed quid facias his versibus 43 et 44?

Virtim cunctis nomen quod permanet, inquit Adamus, donata sibi prudentia solers.

Quatuor aut quinque voces mutare debes, ac vix id sufficit (*a*). Hujusmodi carmina qui a Juvenco, Prudentio, primisque Christianis poetis componi potuisse putet, is similis videbitur esse homini qui de picturis judicare volens, imaginem quam pictor aliquis malus e vulgo fecisset, Raphaeli Urbinati adjudicaret. Putavit Barthius, fuisse apud veteres nonnullos qui *macarronice* quodammodo versus conderent, partim metrorum legibus, partim soluta oratione, cujus generis est Testamentum ludicrum Sergii Polensis, et, ut nonnemini videtur, carmen Anacreonticum Aneui Flori ad Adrianum, et *Querolus*, drama ad Aululariam Plauti compositum a Gilda Sapiente. Quod attinet ad versus Sergii Polensis parasiti et histrionis, compertum jam est, eos sæculo xv fuisse factos, non confictos, ut pro antiquis venditarentur, quod aliqui existimaverant. Versus Flori ad Adrianum legem metri servant, quod contra Barthium, Muratorium et alios facile esset demonstrare. Opportunius exemplum est in celebri illa *Comædia clodo pede*, Quenolus. Alii nulli metri lege versus faciebant, syllabarum certo numero contenti, ut Commodianus sub Constantino instructiones suas versu quasi hexametris :

Prefatio nostra viam erranti demonstrat
Respectumque bonum; cum venerit sæculi meta,

atque ita reliqua. Sed liber in Genesin, cujus præbui specimen, neque ad primum neque ad alterum genus spectat, sed magis ad sequiora tempora, quibus si-

(*a*) Paucos similes excerptam :

Femina fraudiferis misere decepta snadelis
Cui junctus Abelus
Innocuus multa servabat cura bidentes,
Qui tibi ceu Domino subjectus colla præbebit ;
Nam malo promeritis signo fit notus inusto.

milis licentia in quantitate syllabarum sine ratione, sine exemplo invaluerat, quo genere usus est Alibo, aliique æquales.

CAPUT XXVI.

Metra Prudentiana.

193 221. Primum metri genus ode tricolos tristrophos, cujus primus versus est Glyconius spondæo, choriambis et Pyrrichio seu spondæo, et duobus dactylis constans; secundus Asclepiadeus ex spondæo, duobus choriambis, et Pyrrichio, sive, ut vulgo nunc scanditur, ex spondæo, dactylo, syllaba longa et duobus dactylis; tertius choriambicus Callimachus ex spondæo, tribus choriambis, et Pyrrichio seu iambo. Hujus generis est præfatio operum ante librum Cathemerinon, *Per quinquennia jam decem*, etc. Hoc dulcissimo metri genere semel tantum usus est Prudentius, neque ab aliis usurpatum illud scio, excepto Wandelberto, qui metrum et sententiam æmulatus est, ut dicam in comment. Possunt omnes hi versus dici *choriambici*. Sed in idem res tota recidit. In cod. Vat. 1715 glossa est, versum secundum dici Asclepiadeum, quia hujus metri inventor fuit Æsculapius filius Apollinis. Sed etsi Æsculapius Græce sit Asclepius, tamen auctor carminis fuit Asclepiades poeta. In Glyconio primum pes nonnunquam est choreus, raro iambus. Ratio mensura hæc est : 1^{us} versus. *Per quin-quennia jam-decem*; 2^{us} versus : *Ni sal-lor fuimus-scptimus in-super*; 3^{us} versus : *Annum-cardo rotat-dum fruimur-sole volubili*.

222. Secundum genus ode monocolos. Versus iambici dimetri ex iambo locis paribus, ex iambo vel spondæo locis imparibus. Hujus generis sunt hymnus 1, 2, 11 et 12 libri Cathemerinon, et hymnus 2 et 5 libri Peristephanon. Pedes pares aliquando sunt tribrachys, impares anapæsti aut tribrachys. Scanduntur hoc modo : *Ales-die-i nun-tius*. Nisi quando longiores pedes, ut dixi, aliud postulent, ut *Vijila-te jam-sum pro-ximus*.

223. Tertium genus ode monocolos, carmen dactylicum alcmanium trimetrum hypercatalecticum tribus dactylis, et una syllaba constans. Hujus generis hymnus 3 Cathemerinon, qui a Ricciolio in exemplum producitur, ubi versu 28 : *Sertaque mystica dactylico Texere docta liga strophio*, et hymnus S. Eulaliæ, qui est Peristeph. 3, in cujus fine : *Texta feram pede dactylico*. Hæc est scansio : *O cruci-fer bone-lucisa-tor*.

224. Quartum genus ode monocolos. Versus hendecasyllabi antonomastice, sive Phalecii, qui habent spondæum, dactylum, **199** et tres choreos. Hendecasyllabos vocat Prudentius 5 Perist. cum Catullo, et aliis antiquis : *Dulces hendecasyllabos revolvens*.

Et ut plura brevius complectar, in *daturus a* producitur, corripitur æ in *præsentibus*, in *æmulus*; in *præsentant*, *a* in *laturus*; producitur a primum in *carentia*, *a* in *acumine*, *o* in *columbas*; et ita cæcæcilia, quæ passim occurrunt.

Hujus generis Cath. hymnus 4, Perist. 5. Scansio- A dnas : *O Nazare-ne lux Bethlem-Verbum-Patris* (b).
nis ratio hæc : *Pastis visceribus ci-boque-sumpto*.
Exempla sunt pedum dactyli, chorei, iambi primo loco.

225. Quintum genus ode monocolos, versus Aselepiadei, ut in primo genere versus secundus. Hujus generis hymnus 5 Cath. : *Inventor rutili, dux bone, luminis*, et præfatio lib. I adv. Symmachium.

226. Sextum genus ode monocolos. Versus iambici Anacreontici, sive iambici dimetri catalecti ex tribus iambis et syllaba, qui recipiunt prima et tertia sede spondæum. Hujus generis hymnus 6 Cathem., *Ades, Pater supreme*, qui ita scanditur : *Ades,-Pater-supreme* (a).

227. Septimum genus ode monocolos. Versus senarii iambici, sive iambici trimetri acatalectici. Si puri sint, omnibus locis iambos requirunt, si mixti, B recipiunt locis imparibus tribrachyn, spondæum, anapæstum, dactylum, et raro proceleusmaticum; locis paribus iambos fere habent, sed admittunt sede secunda, quarta et sexta tribrachyn. Hujus generis hymnus 7 Cathemer., hymnus 10 Perist., præfatio Hamart. et præfatio Psychomachiae. Scandendi mo-

(a) Chamillardus non videtur admittere tertia sede spondæum, quem agnovit Aldus. Ricciolius ad e tit, Prudentium primo loco recepisse anapæstum; quod quidem sæpius fecit, et cum iambicus dimeter acatalectus anapæstum prima sede admittat, nihil est, cur il iambico dimetro catalecto denegemus; præsertim cum auctor carminis Anacreon passim anapæsto prima sede utatur. Quod autem spondæum loco tertio posuerit, non puto verum: nam versus 142: *Qui mille per mæandros* spondæum quidem habet tertia sede: sed quis certo asserere valeat, a Prudentio æ in *mæandros* non fuisse corruptum ob vocalem sequentem? Nam id fecit in *romphæulis*, et in eodem vocabulo *Mæandros* hymn. 7 Cath., vers. 124. *Ventris mæandros circuibat tortiles*, quæquam variant hoc loco codices. Sed certe valde usitatum est diphthongum in vocabulis Græcis ob vocalem sequentem corrigi.

(b) Non assequor, quid sibi Chamillardus voluerit, dum hoc explicat genus. *Sunt omnes versus iambici Hipponactei trimetri acatalecti: rec: pro: tamen in locis imparibus: tium spondeo*. Carmen Hipponactium vocari solet iambicum trimetrum catalecticum, ut *Ternos vetustis congios Falerni*. Sed missa hac de nomine quaestione, senarii iambici non solum spondæum, neque solis locis imparibus alios pedes præter iambum recipiunt, quod advertendum est, ne in iambicis senariis Prudentii errorem aliquis putet, cum alios pedes deprehenderit. Comicos librioris fuisse compertum est, qui prioribus quinque locis spondæos, dactylos, anapæstos, et nonnunquam proceleusmaticos immittebant. Quarta sede spondæum D sèp us intrusit Ausonius in Ludo septem sapientum, quem Scaliger lib. vi Poeticæ hac de causa in iudicium vocat. At Ausonius vel ideo excusari posset, quia in eo carmine quasi comice loquitur, Sapientis in scenam inducens, et ipse Scaliger contra Erasmus lib. vii, pag. 926, tradit, in pluribus apud Senecam senariis non observatas magis leges quam in comædiis aut in fabulis. Quod attinet ad Prudentium dubium non est quin leges observaverit, quas tragici solum iambici senarii exemplum ex eo petit Beda. Vide num. 242.

(c) Non erit supervacaneum quaerere, an in hoc carmine locus sit aliis pedibus, quibus Prudentius aliquando fuerit usus. Aiunt, rarissime antiquiores posuisse locis imparibus tribrachyn, raro paribus locis pedes spondeo comparare. Terentianus M. urus

228. Octavum genus ode diolos tetrastrophos. Versus tres primi Sapphici, quartus quisque Adonius. Sapphici primo loco habent choreum, secundo spondæum, tertio dactylum, quarto et quinto choreum. Adonius dactylo et spondæo constat. Hujus generis hymnus 8 Cathem., et 4 Peristeph. Mensuræ modus hic : *Christe-servo-rum regimen tu-orum*. In Adonio autem, *Lege co-erces*. Prudentius his legibus se obstrinxit, quamvis nonnulli secunda sede choreum et dactylum admiserint, Seneca vero primo loco spondæum, dactylum, et anapæstum, secundo iambum.

229. Nonum genus ode monocolos, quæ minus bene a Chamillardo tristrophos appellatur; neque enim plura hic sunt diversæ speciei carmina. Versus trochaici Archilochii septem pedibus, et una syllaba constantes: pedes sunt trochæi, qui chorei etiam dicuntur, locis paribus spondæum recipitur. Hujus generis hymnus 9 Cath. et 1 Peristeph. Ita scanditur : *Da pu-er ple-ctrum cho-reis-ut ca-nam fi-deli-bus*. Prudentius hanc legem servat (c).

in carmine de litteris et de pedibus exempla quædam profert: *η et ω, quæ bina pedibus submitunt tempora-Sicut unum; numerus antequam secundus prodidit*. - *Forma talis est minoris, animam quando dicimus-Nam quater reciprocantur numerus et tempus duplex-Is erit ἀνέπαυτος, vides, quod iste pes sit temporum*. Prudentius, hymn. 9 Cathem., aut tertia sede spondæum recepit, aut ut primum in *Ingubri* corrupit, quod magis mihi placere ostendi nuni. 209. Verum in eodem hymno. vers. 40, spondæus in sede quintam immittitur: *Extimum vestis sacratæ furtim mulier attigit*. Vers. 103, loco sexto est anapæstum, *Post, ut occasum resolvit, vitæ et hominem reddidit*; ac similiter dactylum hymno 1 Perist. vers. 63: *Tempus est Deo rependi, quidquid est proprium Dei*. Ibid., vers. 70, Tribrachys quinta sede: *Et chalybs attrita colla gravibus ambit circulis*. Ex his solum est contra regulas spondæus loco quinto, *furim* in illo versu, *Extimum vestis sacratæ furtim mulier attigit*. Fortasse librarii verba trajecerunt, et pro *mulier furtim attigit* non *eliso m* in *furtim*, posuerunt, ut nunc legitur. Quod si evangelica vox retinenda sit, melius emendarem, *mulier furim contigit*. Dubitet aliquis an Prudentius scripserit, *forte mulier attigit*, sed ad Evangelii narrationem magis accedit *furtim*. Wasius, cap. 1 de Licent. vet. poet. tradit, apud antiquiores spondæum, aut ejus vicarium anapæstum trochaici carminis sedes quasvis præter ultimam nullo discrimine obsedis-e. Hac veterum lege seu consuetudine in Prudentio retineri potest *furtim mulier attigit* Jam versus hi trochaici, tetrametri catalectici, integri scribendi sunt, quamvis olim etiam a trivialibus poetis in medium scinderentur, quod notavit Salmasius in Flaviava Vopæcum. Hinc factum opinor, ut poeta Christiani, qui vulgo suos hymnos cantandos exponeret, jam tempore Bedæ hos versus dividerent. Vide alia quæ de hæc genere metri commentatus sum in dissert. de Hymnis eccles. num. 221, et seqq., ubi in nota a num. 223, corrigas velim errorem sive typographi, sive calami, *Meyerus notum esse ait spondæum tantum admisceri locis imparibus, lege, locis paribus*, ut ex sermone consequenti potius intelligere. Simili errore pag. 199, num. 255, positum est in *iambicis trimetris pro iambicis dimetris*: quæ duo a fecundissimo poeta, mihi quæ amicissimo cl. Dominico Naxera notata, nolui nec debui præterire.

201 250. Decimum genus ode monocolos. Versus omnes sunt anapæstici dimetri catalectici; a Chamillardo *trimetri catalecti* dicuntur, qui fortasse scriperit aut scribere voluerit, *dimetri*, vel *trimetri hypercatalectici*. Constant tribus pedibus, et syllaba: pedes sunt anapæsti, recepto primo loco spondæo, ut statuit Chamillardus; sed Aldus addit, apud Prudentium spondæum etiam secunda sede induci, quod verum est. Hujus generis hymnus 10 Cath., qui ita scanditur: *Deus i-gner, fons-anima-rum (a)*.

251. Undecimum genus ode dicolos distrophos. Versus primus est trochæicus Euripidius dimeter catalectus ex tribus choreis, et syllaba, recepto in secunda sede spondæo. Versus secundus iambicus trimeter catalecticus Hipponacteus ex quinque iambis, et syllaba, spondæo in prima ac tertia sede admissio. Hujus generis ode, in qua Prudentius de suis opusculis loquitur, nobis *epilogus operis alii præfatio libri Peristh.* Scanditur primus versus hac ratione: *Immo-lat De-o Pa-tri*; secundus ita: *Pius-fide-lis in-nocens-pudi-cus (b)*.

252. Duodecimum genus ode monocolos. Versus sunt Glyconii, ut primus versus generis primi. Hujus generis hymnus 7 Peristeph., *Insignem meriti virum*, et præfatio libri II contra Symmachum, *Simon, quem vocitant Petrum*.

253. Decimum tertium genus versus elegiaci. Hujus generis hymnus 8 Peristeph., de loco in quo martyres passi sunt; hymnus 11 Peristeph., in laudem S. Hippolyti. Cujus explicatio cum obvia et nota sit, tuto a nobis prætermitti potest.

202 254. Decimum quartum genus ode dicolos distrophos. Versus primus hexameter: secundus iambicus senarius, de quo supra in genere septimo. Hujus generis hymnus 9 Peristeph. S. Cassiani.

255. Decimum quintum genus ode dicolos distrophos. Versus primus dactylicus Archilochius heptameter, ut nonnulli recentiores vocant, qui a veteribus melius dicitur hexameter herous peritosyllabus, constans septem pedibus, quorum quatuor primi dactyli, tres postremi trochæi. Loco dactylorum induci possunt spondæi. Versus secundus est iambicus trimeter catalectus, de quo in genere undecimo. Hujus generis hymnus 12 Peristeph. in honorem SS. apostolorum Petri et Pauli. Primum versum ita metiri oportet: *Plus soli-to coe-unt ad-gaudia, dic a-mice- quid sit*. Prudentius hanc legem servat, ut primo, secundo, et quarto loco semper dactylum, tertio semper spondæum adhibeat.

256. Decimum sextum genus ode monocolos. Ver-

(a) Barthius, lib. XXI, cap. 4 Adversar. in expositione hujus hymni Prudentiani, observat metrum esse funebribus cantilenis aptum, et antiquissimum, ut videre licet in versibus Græcis Timothei apud Macrobius, lib. VII, cap. 16, usum apud Latinos celebrasse Varronem in *Margopoli*, secutos, qui nunc exstant, Martianum Capellam lib. II, Terentianum in descriptione anapæstici catalectici, qui Sereni aliquot ejusmodi versus inseruit, et Boethium lib. III de Consol. Philos. metro v. Boethius in secunda sede utitur etiam spondæo: *Fædis submittat*

aus dactylicus Archilochii acatalectici, quos in decimo quinto genere explicui. Hujus generis hymnus 13 Perist. S. Cypriani: *Punica terra tulit, quo splendet omne, quidquid usquam est*.

257. Decimum septimum genus ode monocolos. Versus alcaici dactylicus ex primo spondæo, vel iambo, secundo iambo, cæsura longa, et duobus dactylis. Hujus generis hymnus S. Agnetis 14 Peristeph., cujus hæc est scansio: *Agnes-sepul-crum-romule-in domo*.

258. Decimum octavum genus ode dicolos. Versus primus est senarius iambicus, de quo in septimo genere. Versus secundus iambicus dimeter, de quo in secundo genere. Hujus generis præfatio Apotheoseos: *Est vera secta? te, magister, consulo.-Rectamne servamus fidem?*

Cætera carminasunt heroica versus hexametro, *Apotheosis, Hamartigenia, Psychomachia, Libri adversus Symmachum*, et *Dittochæum*. Mensura versus hexametri notior est quam ut a nobis debeat exponi.

CAPUT XXVII.

Latinitas Prudentii.

203 259. Horatii sententia nota est:

Mediocribus esse poetis

Non homines, non dii, non concessere columnæ.

Si poeta Latinus optimus non est, qui Augustæ Latini sermonis elegantia non eminet, concedam fortasse mediocre poetam fuisse Prudentium. Sed Horatii sententiæ opponam locum Ciceronis ex Oratore in principio: *Nam in poetis non Homero soli locus est (ut de Græcis loquar) aut Archilochus, aut Sophocles, aut Pindarus; sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec vero Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, et copia cæterorum studia restinuit. Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt, qui aut Jalysi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coræ Veneris pulchritudinem imitari: nec simulacro Jovis Olympii, aut Doryphori statua deterriti reliqui, minus experti sunt, quid efficere, aut quo progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cujusque genere laus, ut cum summa miraremur, inferiora tamen probaremus. Cicero suis carminibus locum quærisse nonnemini videbitur cum poetis infra secundos locum esse statuit. Sed res ita se habet: in Prudentio cum cætera omnia sint, quæ poetam eximium constituent, si purissimus sermo Augustæ sæculo usitatus desit, non propterea eum inutiliter legendum esse arguas ab iis, qui poetibus.*

(b) Chamillardus aliter voluit hos versus appellare, versus primum iambicum Archilochium acatalectum ex amphimacro, et duobus iambis, alterum iambicum Archilochium trimetrum catalecticum ex pedibus quos diximus. Magis placet nomen quod posuimus Manutium ferme secuti. Et Prudentius ipse ait: *Nos c'os iambicos-Sacranus, et rotatiles trochæos*; quod de hujus oræ versibus ego accipio, quidquid contra alii dixerint.

tica facultate delectantur. Nam primum si quis Christianum argumentum carmine velit tractare, non aliunde melius sumere poterit exemplar. Deinde ceteris in rebus plurima ab eo dicta elegantissime occurrunt, et ex optimis auctoribus petita, vix ut pauca rejicere possis, et si voces ecclesiasticas excipias, pauciora, quam quæ in Ausonio aliisque æqualibus reperiuntur. Præterea cum Prudentius difficillimas theologiæ quæstiones pertractaverit, necesse habuit voces plures technicas invenire, aut ab aliis scriptoribus Christianis inventas adhibere.

240. Giselinus in appendicem conjecit omnia vocabula quæ Cornelius Valerius publicus linguæ Latinæ professor quam longissime a Latinæ linguæ nitore abesse judicabat, et Latinis vocibus reddiderat, ne juniores in imitando fallerentur. Similem catalogum fecisse Antonium Nebrissensem docet Petrus Rodriguez de Castro. Ego editionem Lucroniensem commentariorum Nebrissensis 204 non vidi; in alia antiqua editione, de qua num. 407, desideratur hic catalogus. Giselini appendicem subjiciam (a), ut alii

possint judicare. 205 Ludewigius vix probaret, ut ait, singula quæ in hoc Giselini catalogo pro impuris notantur: *Cum interdum voces Latinissimæ, et rariores esse possint*. Macrobius lib. vi, cap. 4, plura verba rara, quibus usus est Virgilius, producit: *Quæ nobis, inquit, nova videri facit incuria vetustatis*. Prudentius voces quasdam Lucretii, et antiquiorum usurpavit amore vetustatis, quod poetam, si parce fiat, maxime decet: alia, ab ipso adhibitæ, fortasse olim fuerunt antiquatæ, sed ejus tempore jam revixerant; quod prænuntiavit, neque improbat Horatius, *Multa renascentur quæ jam cecidere, etc.* Plura vocabula in catalogum conjecit Giselinus, quæ ex ecclesiastico usu sunt deprompta, ut *fidelis, mediator, passio*; alia, quæ idoneos auctores habent inter veteres, ut *fulgidus, omni parens*; alia, de quibus non satis constat, sintne Prudentiana, cum variant codices, ut *nescienter, insubjectus*. Pleraque auctoritate æqualium Prudentii, aut antiquiorum defendi possunt. Certe ex verbis quæ in Prudentio reprehenduntur, nullum minus Latinum magisque cavendum

(a) *Ænipes*, pedes æneos habens. *Altrinsecus*, contra, vicissim. *Amasio*, amator, amasius. *Arilla*, diminutivum ab ara. *Audientia*, auditus, audiendi vis. *Aurulentus*, fulgens ex auri repercussione.

Bifestus, dies duobus sacer, quasi his festum dicas. *Bractealis*, bracteis inauratus. *Bustialis*, a busto seu sepulcro finxit.

Cantamen, incantatio. *Carceralis*, *Carcereus*, a carcere. *Carnalis*, *Carnaliter*, a carne. *Carnulentus*, carni et mundo delitit. *Centuplicatus*, centuplex. *Columino*, colubino. *Comperpetuus*, æque æternus. *Complices*, socii scelerum. *Congregatum*, denso agmine, turmatim. *Congrex*, unanimis. *Conspiciabilis*, conspicuus. *Corporalis*, corporeus. *Creamen*, creatura, seu res condita, creatio. *Crucianem*, cruciatus.

Defuga, transfuga. *Digestum*, distincte, suo ordine. *Dilancinare*, dilaniare. *Discruciatius*, varii dolores et tormenta. *Disparilis*, dispar.

Excrucibilis, crucians. *Excruciatius*, tormentum, dolor. *Exfibulare*, fibulas adimere, solvere, liberare. *Exsequialis*, in exsequiis usurpatus. *Exsimulare* (lege *Exsinuare*), sinuum seu lacinarum in morem explicare, latiusque extendere. *Exsibilare*, sibilando efferre. Optime conjunxit, *Anguina verba exsibilat*.

Fabriliter, more fabri. *Factura*, opus, res creata. *Falsificatus*, infectus, corruptus. *Fidelis*, Christi in religione præditus. *Figmen*, opus, figmentum. *Flabralis*, stabilis, cum flatu emissus. *Forare*, perforare. *Fotus*, fomentum. *Fulgidus*, splendidus. *Frugescere*, frugum feracem esse. *Fundalis*, adject. a funda. *Funerare*, funere afferre (legam efferre).

Genealogus, annalium auctor, familiam quamque ad suam originem revocans.

Hydrinus, adject. ab hydra serpente. *Hyūnire*, hymnis canere.

Ignire, inurere. *Impassibilis*, impatibilis, in quem pressio non cadit. *Impiatum*, impurum. *Incapar*, minime capax. *Incentivum*, incitans, accendens. *Incerare*, cera illinere. *Incircumscriptus*, ἀπεριγραπτός, infinitus. *Incorporatus*, corpore indutus, et, ut ita dicam, incarnatus. *Indages*, indago. *Indomabilis*, indomi us. *Innatus*, nunquam natus. *Inspatiari*, inambulare. *Insubjectus*, nemini subjectus, sui juris. *Intemporalis*, æternus, nullo tempore finitus. *Interminus*, idem. *Irremotus*, immotus. *Irritamen*, irritamentum.

Liquabile, quod facile liquitur. *Litamen*, litatio.

Malefabrum, infelix, parum callidum, imprudens. *Mammoncus*, avidus: a Mamnone Syrorum Plutæ derivatum est. *Manceps carceris*, præfectus carceri: sic Plinius propolam sutrinæ mancipem appellat. *Mediator*, sequester, μεσιτης. *Melodum*, suavisonium. *Mitificus*, mitis, lenis. *Muculentus*, mucosus. *Monstruosus*, monstruosus. *Mortificatus*, emortuus. *Multicolora*, multicoloria. *Multinodus*, nodosus. *Mundialis*, mundanus.

Nemo dæes, nullus dies. *Nescienter*, ut negligenter. *Noxialis*, seditio, sen noxio debitus.

Obacterare, more ovis contra balare. *Oblivialis*, obliiviosus, oblivionem inducens. *Obludere*, vana spe e inescare. *Obæquela*, obæquium. *Obs rangulatu*, suffocatus. *Occidialis*, occidentis. *Omniformis*, *omni parens*, *omnipollens* ejusdem farinae sunt. *Opulens*, opulentum. *Orarium*, sudarium ab ore deductum.

Palpamen, attractatio. *Palpebralis*, palpebris eminens. *Parricidialis*, parricidio sceleratus. *Passibilis*, patibilis. *Passio*, afflictio. *Peccamen*, crimen. *Plasmatus*, conditus. *Prænuncupatus*, annuntiatus. *Primitivus*, primigenius. *Propitiabilis*, propitius. *Properatus*, exoratus. *Pudescit*, pudet.

Resculpere, imitari, exprimere. *Resultare*, concelebrare. *Romphæale*, quod romphææ usum præbet. *Ruciamen*, ructus. *Rosulentus*, roseus, finxit ad formam, *rorulentus*.

Sagus, præragus. *Saporum*, sapidum. *Segrex*, separatus, bifariam partitus. *Separ*, idem. *Sensualis*, rationis capax. *Sequestrare*, alicujus custodiæ quid committere. *Spurcamen*, spurcitia. *Speculamen*, visus, videndi vis. *Stigmare*, stigmatis inurere. *Stricturna*, liquefactio. *Subjectio*, obedientia. *Sublidere*, paululum elidere. *Sublimare*, alte extollere. *Subternus*, subterraneus. *Sufflabilis*, spiritu eformatus. *Suggillare*, suggerere, subministrare. *Superfio*, emineo.

Terrulente, crasse. *Terrulentus*, terreus. *Tripictus*, triplici lingua pictus. *Tuaculum*, tutamen.

Ululamen, ululatus.

Vaporus, vaporiferus. *Vegetamen*, vegetatio, motus. *Venabile*, venia dignum. *Ventilari*, circumagi, sibi non constare. *Versicolorus*, versicolor; semel tantum hoc compositum ad secundam inflexionem reducit. *Veternus*, veterosus, inveteratus. *Vians*, viator. *Vitiabilis*, vitiatus. *Virginal*, ὑμῶν, seu virginium vinculum. *Viscereus*, creatus, e visceribus ortus.

est quam verbum ab auctore catalogi usurpatum, **A** *Sufflabilis, spiritu efformatus*. Scio, recentiores passim hoc verbum adhibere, *efformo, efformas*, sed apud veteres Latinos non reperitur. Jacobus Facciolatus, seu quis alius est auctor lexicæ ejus nomine vulgati, illud inter voces barbaras reponit, et nihilominus eo non semel in lexico concinnando utitur. Cæterum, si ea libido fuit Gisellino indicandi omnia vocabula quæ in Prudentio exstant, et in libris sæculi Augustæi qui ad nos pervenerunt, aut raro aut nunquam inveniuntur, catalogum longe auctiorem dare potuit. In commentariis quædam nos animadvertemus quæ huic usui esse possint, et in fine tomæ secundi indicem exhibebimus vocum rariorum quæ in Prudentio occurrunt, et 206 aliquo pacto venire possunt in controversiam. Ita vero scriptores veteres Latinos ad alicujus vocis usum comprobandum advocabo, ut interdum neque verba expromam, neque loca indicem, cum scilicet ea facile peti possunt ex accuratis lexicis Facciolati, Forcellini et aliorum, aut ex Christo hori Cellarii curis posterioribus de barbarismis et idiotismis sermonis Latini tertium recogitis, ex Olai Borrichii *Analectis*, ex *Andræ Borrichii* appendice ad curas posteriores Cellarii, sive observationibus circa Latinam linguam, quibus Cellarius opposuit disquisitionem appendicis Danicæ.

CAPUT XXVIII.

Veterum et recentiorum quorundam de Prudentio testimonia. Ejusdem antiqui imitatores.

C. SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS
(Lib. II, epist. 9.)

241. Huc libri affatim in promptu... Licet quæpiam volumina quorumpam auctorum servarent in censis disparibus dicendi parilitatem. Nam similis

(a) Barthius, lib. x *Adv.*, cap. 2: *Similis*, inquit, *scientiæ vires non frustra di il Horatium et Prudentium Apollinaris Sidonius. De illo enim constat, omnium philosophorum flores et dogmata delasse, hic nihil non Christianæ sapientiæ attingit, numerisquæ facilibus quidem, sed tamen interioris et iam eloquentiæ servantibus*. A S. Gregorio Turonensi laudatum Prudentium habes in comment. ad hymn. 6 Cathem. vers. 1, et Apotheos. vers. 449. Elogium quo Prudentium Genetius ornavit, vide num. 69.

(b) Muratorius tom. II *Anecd.*, p. 208, describit hæc carmina sub titulo: *Ve ustissimi versu, qui olim in bibliotheca S. Isidori Hispanensis leguntur. Ex codice vetustissimo*. Hæc carmina nusquam existare impressa putabat Muratorius: sed magnam partem jam eliderat Joannes Tamayus de Salazar in *Martyrol.* Hisp. die 4 Aprilis. In Muratorio sunt disticha 46, in Tamayo 52, pleraque eadem, quædam diversa. At interest magni a Muratorio esse edita; nam si Tamayo solus nomen appareret, nemo de falsitate non dubitaret; nunc quia et Muratorius, et *codex vetustissimus* non natur, nemo in dubium revocabit veritatem. Neque ego quidem contra quidquam opponam, si vere codex fuerit vetustissimus, alioquin Bibliotheca Mediolanensis nonnullam mihi suspicionem excitaret, in quam olim invecia constat plura monumenta ex Hispaniis allata. Nec mihi satis liquet an Muratorius vetustatem codicis examini subjecerit, et an, si subjecit, omnem eam diligentiam quam in hoc genere necessaria esset adhiberit: non enim Muratorius fraudes, quæ in hujusmodi scriptis auctorum Hispa-

scientiæ viri hinc Augustinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius lectitabantur. Quos inter Adamantius Origenes, Turranio Rufino interp. et alus, sedulo fidei nostræ lecturibus inspiciebatur (a).

AVITUS.

(Ad Fusciam sororem vers. 414.)

Hæc virtutis opes, hæc sunt solatia belli,
Quis dubium adversus meritis cum corpore bellum
Ipsa suos aruat clamantis buccina Pauli,
Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.

(In Chronico sub nomine Prospero Tironis.)

Prudentius lyricus poeta noster, Hispanus genere illustri, ingenii sui robur exercet.

207 S. ISIDORUS HISPALENSIS.

(In sua Bibliotheca.)

242 Si Maro, si Placcus, si Naso, et Persius borret,
Lucanus si te, Papiniusque ledet:
Par eat exinio dulcis Prudentius ore,
Carnibus variis nobilis ille satis (b).

FORTUNATUS.

(In præf. libr. de S. Marino.)

Mar viribusque piis sacra hæc donaria mittens
I rudis prudenter Prudentius immolat actus (c)

VEN. BEDA PRESBYTER.

(De Ratione metr. ca.)

Metrum iambicum senarium recipit iambum locis omnibus, tribrachum locis omnibus præter novissimum; spondæum, dactylum et anapæstum locis tantum imparibus, Pyrrhichium loco tantum ultimo, quod nobilissimus Hispaniarum scholasticus Aurelius Prudens Clemens scripsit proœmium *Psychomachia*, id est, libri quem de virtutum viatorumque pugna heroico carmine composuit. Ita eum inchoat: *Senæ fidei, prima credendi via* (d).

THEODULFUS AURELIAN.

(Lib. IV, catm. 1.)

243 Diversoque potens prudenter ponere pura
Metro, o Prudenti, nos eret ipse parens (e).

norum contingendæ sæculi superiori invaluant satis videtur agnovisse Hujus suspicionis argumentum, exstat tomo IV ejus *Inscriptionum*, p. g. mcmliii, num. 2, ubi epitaphium Wistremiri archiepiscopi Toletani profert, apud Julianum, inquit, *archidiaconum Toletanum S. Justæ. E schedis meis*. Et cum de versibus Leoninus quibus epigramma illud constat, nonnullam difficultatem excitasset solvissetque, addit: *Quod fortasse difficili se mihi offert, in hoc titulo designari videntur insignia (nunc dicimus: armis) .. Num saculo nono in usu fuerit hujusmodi insignia? non arbitror. Quare nodum hunc eruditus Hispanis resolvendum relinquo*. Non ergo legerat Muratorius quæ de scriptis supposititiis istius archidiaconi Juliani Nic. Antonius lib. viii *Bibliot. vet. Hisp.* fuse commentatus fuerat. Sed, ut ad versus S. Isidori redeam, in postrema editione *Matrit. Oper.* S. Isidori exhibetur eadem disticha auctora ex cod. ms. *Bibl. Reg. Petrus Crinitus lib. v de Poëtis Latinis cap. 90*, quod ait, *Isidorum testari, Prudentium in Latinis literis magna diligentia, parique studio institutum, ubi id legerit neque ipse doctur, neque ego invenio*.

(c) Alludit ad conclusionem seu epilogum Prudentii: *Immolat Deo Patri*, qui post librum *Peristephanon* collocatur.

(d) Weitzius, ac multo magis Cham I arduus ita hunc locum depravant ut non intelligas quid Beda sibi voluerit.

(e) Eum recenset inter libros quos legere solebat. Ejusdem auctoritate in dogmatis Fidei confirmandis non semel utitur. Ab eodem Theodulfo Ravanus mu-

208 RABANUS

Inter evangelicos viros, qui insignes libros carmine ediderunt Prudentium enumerat.

(De Instit. cleric. lib. III, cap. 18, et de Ord. sacr. cap. 12.)

Sed et Clemens Prudentius disertissimus, atque christianissimus poeta in hac significatione pompam posuit in libro Psychomachiae.

INCERTI.

(Ex cod. ms. Vat. Alex. 321.)

Hæc lege, qui rectum fidei vis noscere callem :

Quique heresum solters spicula vafra fugis.

Hic tibi peccati veteris pandetur origo,

Hic nova vis animi monstra veterina fugas

Funditus idolii virtus eversa jacebit :

Ac penitus tetri lingua teretur hydri.

Inclutus hic martyr elingui concinet ore,

Heroumque acer rite canit ur agon.

Christisonis hymnis libri prima ora resollant :

Finalis vario musa canore beat.

Hunc tu, quæso, frequens mollito gutture ruetas ;

Hunc verses animo, moribus hunc teneas.

Dequæ imo in caelum suspensa pectore laudas

Pro me, proque meo, qui notat hæc, famulo (a).

DUNGALUS

Adversus Claudium Taurinens. plura a Prudentio sumit, præcipue prope finem, ubi ait.

Aurelius Prudentius Clemens, vir consularis (b), ætate liberorum eruditissimus, eodem fidei ac devotionis studio flagrans, multa de sanctorum laudibus intercessionibusque postulandi metrico 209 textu composuit. Hinc mira humilitate substernendo ad se conversus, suamque adhortans animam, ait in præfatione libri : Atqui sine sub ultimo, etc... Item de S. Laurentii passione verbis ornatis ait, etc.

NOTKERUS BALBULUS.

(Not. de Vir. illust. cap. 7.)

Si vero etiam metra requisieris, non sunt tibi necessariæ gentiliū fabulæ, sed babes in Christianitate prudentissimum Prudentium de mundi exordio, de martyribus, de laudibus Dei, de patribus Novi et Veteris Testamenti dulcissime modulantem, virtutum et vitiorum inter se conflictus topologicam dulcedine suavissime proferentem, contra hæreticos et paganos acerrime pugnantem.

BRUNO ANTISTES COLONIENSIS.

(Ex Georg. Fabricio ad hynnum A. D. viii cal. Jan.)

264. Locum in eruditorum biblio hecis et in animis

tuatus est verba, quæ mox præferam. De Agobardo vide comment. hynn. vii, vers. 160; de Lupo Ferrariensi Hamart. vers. 2.

(a) Hoc epigramma, a cl. Teolio exseriptum, ad eod. cem ipsum recognovi. In primo versu nihil mutò, quamvis in codice repererim *dinoscere pro nescere* : est enim error metricus famuli qui hæc notabat, ut æquum est conjicere. In versu 9 a Teolio omissa est vox *libri*, in 11 vox *frequens*, quæ tamen sunt in codice, et sine quibus versus claudicant. In versu 10 legit Teolius *In aliis*, ego ex membranis *Finalis*, quod exigit metrum, et sententia : nam præcedit *libri primi ora*, cui consonat *Finalis musa*. Inducantur omnia Prudentii carmina eo ordine quo in hoc codice continentur : 1. Christisoni hymni, hoc est Cathemerinon liber ; 2. Apotheosis ; 3. Hamartigenia ; 4. Psychomachia ; 5. Libri contra Symmachum ; 6. Romanus ; 7. Peristephanon ; 8. Finalis musa vario canore, quod est Dittocheum.

(b) Dubitare a iquis possit, an a manu Dungali sit *vir consularis*, an solum V. C., quas notas aliquis li-

A piorum merito tenet (*Prudentius*), ut olim tenuit ; nam Bruno antistes Coloniensis, dux Saxonix, et Othonis I imperatoris frater, ejus volumen ecclesiis omnibus donavit, et ipse manibus semper tenuit. In *ejusdem Brunonis Vita, auctore Rotgero æquali et domestico illius, apud Bolland. ad diem 11 Octobris* Ubi prima grammaticæ artis rudimenta percepit, sicut ab ipso in Dei omnipotentis gloriam hoc sæpius ru minante didicimus, Prudentium poetam, tradente magistro, legere cœpit. Qui sicut est et fide, intentioneque catholicus et eloquentia, veritateque præcipuus, et metrorum librorumque elegantissimus, tanta mox dulcedine palato cordis ejus complacuit, ut jam non tantum exteriorum verborum scientiam, verum intimi medullam sensus et nectar, ut ita dicam, liquidissimum majori quam dici possit, aviditate hauriret. Postea nullum penitus erat studiorum liberalium genus in omni Græca vel Latina eloquentia, quod ingenii sui vivacitatem aufugeret (c).

210 (Ex codice Goldasti apud Weizium.)

Incipiunt tituli libri Manualis ameni, Exceptis quos personis tetrasticha claudunt. Primus Adæ elato de crimine narrat, et Evæ. Tum singillatim num. rata vocabula multa Provida personæ paudit descripti rhythmi.

SIGEBERTUS.

(In Chronico ad an. 395.)

In Hispania Prudentius poeta lyricus claret.

PETRUS VENERABILIS.

(L. b. III, epist. 24, de Symmacho.)

Ei et prosa et metro tam supra dictus venerabilis C Pater (*Ambrosius*) quam noster insignis poeta Prudentius potentissime responderunt.

RUPERTUS TUITIENSIS.

(Cap. 10, lib. VI, de Operib. Spiritus sancti.)

Ex hymno S. Petri plures versus sumit.

Super hoc quidam fidelis et in fide laudabilis, metrica canens ita dixit : Figitur ergo manus subter sola versus in cacumen.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS.

(Lib. XVII Specul. hist. cap. 62.)

Prudentius librum metricum de Conflictu vitiorum et virtutum eleganter composuit.

hrarius male explicuerit *vir consularis*. Ex aliis codd. mss. et isone constat, jam olim hunc errorem de Prudentii consulatu invaluisse, ut dixi num. 51. Itaque non audeo improbare lectionem quam in editione Dungali reperio.

(c) Sæculum X non fuisse tam obscurum et imperitum quam multi jactant, ex hoc aliisque monumentis arguebat cl. Joseph Petisus, egregius in his rebus judex, quocum minime sunt conterendi plerique eorum qui ignorantiam et obscuritatem sæculi X passim crepant, sive graves scientias, sive genus omne litterarum amantiorum consideres. Floruit etiam eodem sæculo poetria Roswitha, sermones utriusque linguæ Latinæ et Græcæ docta, quæ panegyrum Othonis imperatoris, fratris Brunonis, versu heroico composuit, et martyrium B. Pelagii, pueri Hispani, eodem metro descripsit : quod poema a Bollandianis pro actis authenticis S. Pelagii martyris exhibetur, non minus quam hymni, quibus alios martyres Prudentius celebravit.

PHILIPPUS BERGOMENSIS.

(Chron. sub anno 400.)

Prudentium, poetam Christianum, virum utique saecularium litterarum scientissimum, per hos dies claruisse, et in pretio fuisse, tradunt: qui et nonnulla in divinis laude dignissima composuit.

(In codice Bongar. apud Weitzium.)

215 Prudentis metrici, prudens et nomen habentis, Qui jam transactis vetulus quinquennibus annis, Commissum populum delecto jure regendum Spiritui parens sese ad meliora vocanti Consilia, hoc septem libris, unoque volumine, Divina in cunctis sit imet sanctione favente, Communem cunctis conscripsit ad utilitatem, Et pro perpetua mercede poli capienda
... pictor merce ... : minis lujus (a).

211 MARTYROLOGIUM ROMANUM.

(22 Jan. de S. Vincentio.)

Cujus passionis nobilem triumphum Prudentius luculenter versibus exsequitur.

PETRUS CRINITUS.

(Lib. v de Poetis Latinis, cap. 90.)

246. Leguntur adhuc ipsius poemata vario genere carminum composita, quibus facile probari potest, eum quidem pro conditione temporum maxime praestitisse inter Christianos poetas, non modo eruditus verborum figuris, sed etiam gravitate sententiarum.

ALDUS ROMANUS.

(In Vita Prudentii.)

Fuit homo ingeniosus, gravis et ornatis moribus ac Christianae religionis observantissimus, quod ex ipsius operibus facile est cognoscere.

(a) In codice, quem Barthius vidit et cascum appellat, lib. vii, cap. 42, legebatur: *Prudentius optimus poeta, eruditissimus theologus*. De aliis codicibus vide supra toto cap. 4. Testimonia Honorii Augustodunensis et Trithemii dedi num. 61 et 62.

(b) In cap. xiv Joannis: *Prudentius vir quovis etiam saeculo inter doctos numerandus*. De pueris liberaliter instituendis: *Jam si quis Prudentium, unum inter Christianos vere facundum poetam volet enarrare, litteras etiam arcanas calleat oportet*. Vide etiam ejusdem Ecclesiasten, et Adagia Chlid. iv, cent. 5, num. 4, ubi egregie ait, in Basilio, Nazianzeno, Ambrosio, Prudentio, Lactantio linguarum ac politioris litteraturae cognitionem ideo caruisse invidia, quia servivit pietati

(c) Et in praefatione Expositionis in hymnos quosdam Prudentii: *Prudentio adimunt doctrinam viri obscuri Leonardus Quercetanus et Petrus Summontius, eique nihil relinquunt praeter nudam religionem, qua nos contenti sumus, et virum illum nobilitate et eruditione excellentissimum, majorem putamus, quam umbrae illae viderint, et plus habere veteris elegantiae Romanae, quam ipsi aut intellexerint, aut assculti sint*. Iterum in praefat. ad hymnum A. D. viii cal. Jan. *In publica censura usitato olim studiorum liberalium honores petentibus suis proposita Aurelii Prudentii scripta, e viris doctissimis Andrea Comitiano, et Gaspare Bornero adolescens audivi, idque ab iis probatum fuisse memini*.

(d) Et in fine adnotationum.— Nam stylo sic satis perspecto, non magnopere in re laborandum fuit, utpote facili, et cuivis nota. Neque enim (ut et hoc libere dicam) in eo adhuc Erasmo assentiri possum, qui in apologia quadam contra Latomum negat Prudentium pueris praelegendum esse, quod a solis theologis queat intelligi. Quae tandem sint illa obscura,

A

ERASMUS ROTERODANUS.

(In quadam apologia.)

Prudentius poeta tantum spirans tum sanctimoniae, tum sacrae eruditionis, ut mereatur inter gravissimos Ecclesiae doctores annumerari (b).

GEORGIUS FABRICIUS.

(Com. in poetas Christ., pag. 17.)

247. Eidem (*Prudentio*) tribuit gravitatem et elegantiam alicubi Caesarius: pietatem et animum vere Christianum Rivius. Hunc unum legendum censet Vives (*id non invenio, neque iis congruit, quae aliis in locis docet Vives*). Tribuunt eidem nonnulli Romanam eloquentiam, aut certe illi propinquam. Leonardi Quercetani, hominis obscuri, nomen non novissimus, nisi male sensisset de Prudentio. Lilius ei multam eruditionem ac variam ascribit: sed eloquentia ac linguae castitate vel parum valuisse, vel potius ea neglexisse ait: neutrum homini nec deserto, nec eleganti, ut et de eloquentia et de orationis puritate judicet, concedimus (c).

B

GISELINUS.

(In epist. dedicat. primae editionis.)

212 218. Aurelius Prudentius Clemens ob incredibile pietatis studium, summamque laudatissimarum scientiarum cognitionem unice suspiciendus.... Cum mira et singularis in eo sit rerum praestantiae varietas, ornamentis tamen ac luminibus partim a se inventis, partim ex uberrimo veterum fonte haustis singula utcumque gravia, et ardua concinne ornateque depingit, ac persequitur, nihilosecuius perpetuo intra cancellos sacrae religionis sese continens (d)

C

et a communi puerorum captu abstrusa, nondum potui reperire. Si de Apotheosi loquitur, (ut revera loquitur) fateor quaedam esse ab usitata puerorum cognitione nonnihil remota, quae nimirum quaestiones de divinae triadis essentia controversas concernunt. Sed quantumvis id, quæso? Imo si in ipso dicendi artificio nihil requireremus, quanta majore facilitate, quanto uberiore reipublicae Christianae fructu haec a pueris addiscerentur, quam vanæ illae poetarum historiae, seu potius fabulae, in quibus non exigua temporis portio miserrime conteritur. Accederent aliae commoditates multo maxime, quas hic recensere neque hujus est loci, neque nostri instituti. Ut igitur ad Prudentium redeam, etsi nulla justa sit causa, cur omnium manibus teratur, quam quod non leve sit incitamentum ad honestissima quaeque tentanda, certe vel una haec ratio satis valere debeat. Nam (libeat paucis evagari) quid non castum, quid non pius, quid non sanctum in eo est non reperire?

D

Totus est in agendis Deo gratius, ejusque munificencia amplificanda: etiam minutissima in illius laudem convertit. Martyres praeterea... suis laudibus exornat... Quid hoc fieri potest religiosus? Quid dignius in exemplum trahi? Postremo quando illi cum hostibus res est sive internis corporis (vitia, amnique concupiscentias intelligo) sive externis, nempe haereticis, sive gentibus dolorum cultoribus, Deus bone, quanta animi alacritate eos aggreditur? quo ardore depugnat, ac praesternit? Militem dicas adhuc esse, non poetam. *Et in praefatione secundae editionis*. Maxime illud miror, quo pacto secundi pectoris vena in tam varia, et nova rerum maxime arduarum pertractatione nunquam exaruerit, nusquam defecerit, certe qui ex omni posteritate cum eo paria fecerit, adhuc vidi neminem.

MARCUS HOPPERUS.

(In præfatione Prudentio præfixa ad Joannem Rudolphum ab Erlach.)

219. De auctore hoc, quem tuum esse volo, vel lucubrationibus ejus quod multa dicam, nihil opus esse puto; cum eo semper loco a piis et eruditis habitus sit, quo quisvis alius, quamlibet clarus, poeta: imo tanto majore dignus pretio et honore **213** quo circa quæ versatur, argumenta, quam quorumcumque ethnicorum, nobiliora, sanctiora et utiliora habentur: ut quæ ex sincerioris theologiæ fontibus pleraque omnia desumpta sint, et omnis generis pii exercitii materiam et causam præbeant (a).

JACOBUS SPIEGELIUS.

(In comm. hymni Omni Lora.)

250. Quorum (*lyricorum*) princeps apud Græcos Pindarus, apud Latinos Horatius inter ethnicos: ut Prudentius inter eos, qui in veri Dei venerationem pietate plenos modulati sunt hymnos.

NIC. HEINSIUS.

(In epist. dedic. suæ editionis Prudentii ad Ferdinandum episcopum Paderbonensem.)

Aurelium Prudentium Clementem quo nemo veterum majore cum successu poesin Christiani argumenti dedit exultam, aut laudabiliore exemplo famæ, ac posteritati commendavit, etc. Hunc tu poetam jam ab ungue tenero familiare habuisti; hunc tecum sic admiratus est Lucas ille tuus Holstenius, clarissimus vir nominis, ut animam jam agens ac moribundus, per te sibi ex Cathemeriniis hymnum, qui exsequiis defunctorum datur, recitari voluerit, atque en pacto in solatium vitæ melioris mente erectus, ac Deo plenus exspiravit.

CHAMILLARDUS.

(In epistola dedic. ad Delphinum.)

251. Summo fuit Prudentius apud A cadum et Honorium in pretio, quia ipsis exemplum, quod sequerentur, in describendis illis catholicæ religionis heroibus proponebat. Idem tibi a summo illo poeta

(a) Pergit Hopperus singulorum carminum argumenta exlanare. *Nam ut singulorum singulis quasi verbis opusculorum periochas cognoscendas tibi exhibeam: sine carnis adversus concupiscentius armari? In Psychomachia, quæ prima occurrit, te exerceto. Vis Domini nostri Jesu Christi miracula et immensa, quæ humano generi præstitit, beneficia cognoscere, laudesque ejus decantare? Cathemerinon repetito. Vis sanctorum martyrum exemplis fidem et constantiam tuam in religione Christiana corroborari? Peristephanon inspiei o. Vis hæreticorum falsa vitare dogmata? Apotheosin et Hamartigenian legito. Vis horrendas gentiliū superstitiones et idololatrias cum detestatione admirari? Ea quæ contra Symmachum scripsit cognoscito. Vis denique sacras utriusque Testamenti historias in ἐπερομήν memoriæ mandare? Enchiridion (quod postremum est) evolcito.*

(b) In præfatione Chamillardus laudat in Prudentio studium insigne religionis, doctrinæ miram varietatem, magnos illos spiritus, quibus afflantur poetæ; quidquid in Græcis ac Latinis poetis sparsum ac fuscum est, unum Prudentium aut collegi se compenditioque representasse: Erasmus et Heinsium locutionum Latinarum, quas imitarentur ipsi, formas et lepores a Prudentio esse mutatos: præclarum de Prudentio judicium tulisse tres sapientissimos viros serenissimi Delphini adolescentiæ bonis artibus et

A proponitur. Favebis illi, opinor, et hominem ingenii ac pietatis gloria florentem, qui superiorum temporum injuria tantisper, j cuit, benigne ut cæteros soles, accipies (b). Et in Vita **214** Prudentii: Illud mirere, licet de variis hæresibus multa dixerit, tamen ipsum nihil, quod in deteriozem accipi partem posset, aut erroris insinulari, scripsisse. Quin imo tanquam e puro fonte haurire ex illius scriptis possumus omnia sanctæ Ecclesiæ Romanæ dogmata; ac potissimum ea quæ Trinitatis mysterium spectant, Christi nativitatem divinitatemque; Mariæ Virginis integritatem, cultum sanctorum; illorumque apud Deum gratiam, et potestatem. Hinc quotquot fuerunt litterati viri, auctoritatem Prudentii minime contemnendam duxerunt.

M. D. MULLER S. I. P. R.

(In præfatione editionis Prudentii anno 1701, cum notis Heinsii et aliorum.)

252. Aurelii Prudentii Clementis opera tanto minore commendatione egent, quanto magis se ab omni ævo ex quo scripta sunt commendaverunt. Nullus certe poetarum Christianorum est antiqui illius temporis, cum quo non componi possit: neque quisquam etiam qui piorum et eruditorum manibus frequentius teratur, aut in quem curas suas utriusque contulerint. Hoc toties repetitæ illius editiones, et a plurimis susceptæ in illum illustrationes, et concripta testantur adnotata.

CELLARIUS.

(In præfat. suæ editionis.)

253. Christianorum poetarum principem Aurelium Prudentium Clementem vides curis nostris factum explicatiorem. Dum in **215** votis habui, ut cum Virgilio, Horatio ac Cicerone in Christianis scholis etiam Minucius Felix, et Lactantius ac Prudentius conjungantur, ut juvenus nostra res Ecclesiæ antiquæ et ejus divinum sensum, et mores ac fata recte cognoscat (c).

litteris imbuendæ præfectos, Carolum Sancta-Monacum, Montauserii ducem, Jacobum Benignum Bæsuætiæ, et Petrum Daniele Huetium, qui Prudentium ad usum Delphini commentariis illustrandum censuerunt. Hanc Chamillardus editionem tanto apparatu procuratam, et a multis nunc expetitam, olim revidere cogitaveram, quod ita oportere judicasset vir omnigena eruditione celeberrimus. Sed ab hoc consilio multa me deterruerunt. Primum editio illa Parisiensis potissimum quæritur ad seriem completendam similium editionum; eadem typis aliis repetita vilesceret. Deinde interpretatio sæpe obscura est, interdum imperfecta, ubi autem optima, solis pueris utilis. Tum plurimæ notæ in rebus pervulgatis ac contritis versantur; criticæ notæ, ex Heinsio petitæ, non sunt a nobis, qui eodd. mss. consulimus, exhibendæ, sed in examen vocandæ. Postremo loca sacræ Scripturæ, et SS. Patrum Chamillardus ex fontibus non limpidiis plerumque descripsit. Hæc omnia singulis locis si ab eo, qui editionem Chamillardus representaret, silentio præterirentur, cæteri indiligentiam accusarent: si notarentur, tædium incredibile tot rerum repetitiones lectori parerent.

(c) Audi nunc quæ Prudentio objici dicat Cellarius: *Prudentio, ejusque in scholis usui duo objici equidem non ignoro, videlicet utramque ejus ἀνεμελιαν τὴν μέτρι, in Græcis maxime vocabulis, quam religio*

JOANNES PETRUS LUDEWIGIUS.

(In Vita Prudentii.)

254. Tot elogia quot testimonia ejus exstant. Ego vero acumen ejus in rebus maxime sacris, et prudentiam diviniorem, quam theologiam dicimus, admiror in illo non minus quam æstimo.

EMMANUEL RISCO.

(Tom. XXX Hisp. sacr.)

Haviendo yo cotejado los discursos de nuestro poeta en favor de la fe con los escritos de los teólogos mas doctos de estos tiempos... he hallado, que trae Prudentia todos los argumentos, con que hoy se vindican de las cavilaciones hereticas los dogmas de nuestra santa fe (a).

CAROLUS AUGUSTINUS ANSALDUS.

(In præfat. ad versionem Italicam librorum contra Symmachum.)

Spero che quest opera sia per riuscir: non off ito inutile, perchè oltre l'essere convincentissima per abbattere il gentilesimo, ella è sparsa di tanti lumi teologici, morali, fisici, politici, storici, che può giovare a qualunque stato di persone, e perchè vi si scopre una certa unione, ed uno spirito del Christianesimo, che sempre più conferma nella vera religione, ed ognor più persuade all' adempimento de Christiani doveri.

216 CL. JOSEPH TEOLIVS.

(In limine præfationis ad novam Parmensem editionem.)

Inde profecto omnes intelligent, quanti habitus quamque faciendus sit hujusmodi auctor; quamque de pietate, de religione, de eruditione, de historia ecclesiastica benemeritis fuerit; ita ut pudere plebrosque Christianorum debeat in impuris præfatisque poetis diu multamque versatos, hunc ne semel quidem attigisse, a cujus lectione non eruditiores tantum, sed etiam religiosiores discessissent.

255. Demum aliorum, qui Prudentium laudibus sunt prosecuti, indicabo nomina. Apud Weitzium in Votis doctorum virorum in ejus novam editionem, et in Elogiis Prudentii Conradus Rittershusius, Georgius Remus, Fridericus Taubmannus, Adamus Theodorus Siberus, M. Michael Piccartus, Christianus Becmanus, Joannes Franciscus Mirandulanus, Christophorus Mylæus, Andreas Tiraquellus IC., Obertus Gifanius, Hadrianus Turnebus, Christophorus Celerus, Melchior Goldastus Haiminsfeldius, Gaspar Barthius, P. Christophorus Brower, Bernardinus de Bustis, Catalogus

invocationis: quorum alterum decreverunt in Romanis Grævati, alterum nascenti superstitioni, utrumque sic temporibus imputandum est, et quæ incommode nunquam dixit, aliis ubique locis tum puriore de Deo et sacris sensu, tum legitimo elegantique metro compensantur. Vides heterodoxum hominem ultro fatentem, cum Ecclesia catholica Prudentium de sanctorum invocatione sentire. Ejus notationes Prudentio veterique Ecclesiæ adversantes opportunis locis refellemus.

(a) Risens in theologicis disciplinis tradendis plurimum versatus, *Hispania Sacra* post cl. Henricum Florez præclarissimum continuator (religiøsæ familiæ Augustinianorum utrumque hæc decus debet Hispania) plurima addit de Prudentii eloquentia, eruditione, poetica laude et stylo puro, ac facili supra sui

A testium veritatis, Cesar Baronius, Joannes Ludovicus Vives, Matthæus Dresserus, Henricus Beberius, Zacharius Victor. Barthius in *Adversariis*, quæ Weitzius non allegat, sæpissime Prudentium nominat, ac vix unquam sine maximis laudibus, quas partim, cum occasio tulit, exhibui, partim exhibebo in commentariis. Alia elogia sparsim dedi in prolegomenis, et sæpe in commentariis ultro aliorum verba excribam, quibus Prudentium celebratur. Consulere etiam potes scriptores Historiæ ecclesiasticæ, qui pene omnes Prudentii doctrinam, ingenium et eloquentiam commendant. Adde theologos, qui ejus carminibus dogmata religionis catholicæ confirmant, imprimis Dionysium Petavium, qui sæpe Prudentium appellat, et de SS. Trinitate disserens lib. v, cap. 9, num.

B 17, elogium non vulgare Prudentii paucis his verbis contulit: *Postremo quæ de divina generatione hucusque longiori disputatione percurrimus, versibus aliquot complexus est Prudentius, quos hic melius sit ascribere: Hoc solum scimus, etc.* Ascribit versus viginti duos ex Apoth. a vers. 268. Plurimi etiam interpretēs sacræ Scripturæ Prudentii versus summa cum auctoris laude ad explicanda loca difficilia proferunt. Nonnemo affirmat, ab Estio Prudentium habitum pro optimo sacrarum Scripturarum interprete, et hujus mentem frequenter cæterorum omnium Patrum tam Græcorum quam Latinorum sensui Estium prætulisse in commentario 217 epistolarum apostolicarum: quod ego cum Prudentii tum Estii esse cupio, et censeo esse falsum. Legesis num. 136. C Scriptores illi qui antiquitates Romanas, præsertim sacras, illustant, passim celebrant Prudentium, et Marcus Antonius Boldettus, qui lib. 1 *Observationum*, cap. 23, de vasis disputans, quibus sanguis martyrum in sepulchris asservatur, sic ait: *Più di ogni altro pero ne fa chiara testimonianza: a il non mai abbastanza lodato Prudenziò.* Ita etiam omnes illi qui bibliothecas ediderunt, ubi locus aliquis Prudentio esse potuit, præsertim qui de scriptoribus ecclesiasticis libros peculiare elucubrati sunt, in quibus omnino doctissimus Ceillierius, maximis eum laudibus celebrarunt. Neque omittendi sunt scriptorum liturgicarum auctores, qui sæpe poetam nostrum eximio aliquo elogio prosequuntur, nominatim vero D piissimus cardinalis Bona (b).

256. Poetæ Christiani veteres, qui post Prudentium captum, ut ad Augustam Latinitatem accesserit; quem solum ab iis exponendum censet, qui religione catholica imbuti studia doctrinæ sacræ reconditoris litteris humanioribus conjungunt. (b) Videri potest Thomas Pope Blount in *Censura celeberrimorum auctorum*, et Adrianus Baillet in *Judiciis virorum sapientum*, qui inter Prudentii laudatores recenset Turnebum et Scaligerum filium, a quibus elegans poeta dicitur, additque Antonium de Godeau, Davidem Chytreum, et Olavum Borrichium, quorumque his opponit Renatum Rapin, et Philippum Brit S. J., quorum hic Sidonii comparati nem inter Prudentium et Horatium rejicit, ille non audeat Prudentium inter honos poetas collocare. Confer num. 241, et judicium gravissimorum virorum quæ dedimus.

tum scripserunt, plerique illum sunt imitati, quasi A rum poescos Christianæ parentem agnoscerent, et quamvis quorundam fama obscura sit, tamen nihil inde Prudentii gloriæ detrahitur, quemadmodum neque Virgilii et aliorum veterum quorum versus sæpe poetæ Christiani sequioris ævi exprimebant. Imo Prudentio hi magna ex parte debent, quod aliquibus luminibus eorum carmina splendeant, quandoquidem ea quæ in e s maxime emicant, ex Prudentiano fonte hauerunt. Plura hujusmodi in commentariis proferam, nunc aliquorum nomina recensebo: Apollinaris Sidonius, Aemius Avitus, Fortunatus, Theodulfus Aurelianensis, Dudo, Hericus, Arnulfus, Dares, seu Joseph Devonius, Corippus, Hartmannus, Wandelbertus.

CAPUT XXIX.

De variantium lectionum delectu. Quibus notæ editiones, et non scripti codices in commentariis indicantur.

218 257. Ut commentariorum facilius sit usus et intelligentia, nonnulla ante oportet explicare. Probabiles virorum doctorum conjecturas ultro exponimus, sed ita ut repugnantibus libris veteribus et editionibus antiquis, raro, aut nunquam adoptemus, præsertim cum sensus commodus, metrique lex a Prudentio observata sustineri potest. Ea vero lectio intelligitur a nobis prælata, quæ in carmine proponitur, quamvis in commentariis plures codices contra producamus, aut aliam lectionem æque bonam, aut fortasse meliorem videri pronuntiemus. In eligendis lectionibus rationem habuimus tum sensus, tum metri, tum consuetudinis poetæ, tum aliorum similium locorum, quæ aut is imitatus fuerit, aut alii antiqui ex eo expresserint. Sæpius plures et veterimos codices paucioribus et recentioribus præferimus: nonnunquam paucos multis, recentes antiquis. Cum nihil contra variam aliorum scripturam disserimus, eam retineri posse existimamus. Nos ros codices cum voce, intelligi volo præcipue Itatib.,

(a) Aliud exemplar hujus editionis exstat in privata bibliotheca selectissima SS. D. N. Pii VI. P. M. Deest initium, sed finis respondet cæteris Aldinis Prudentii editionibus quas vidi. Ut autem quæsiio illa, quam attingi num. 104 et seq., de triplici, duplici, vel, quod verius puto, unica Aldina Prudentii editione, ab his qui alia exemplaria inspicere possunt, facilius resolvatur, quasdam observationes addam. Aldus poetas Christianos excusit typis anno 1501, sed publicavit anno 1502. Eos dedicat Danieli Clario Junio 1511, quem ita alloquitur: *Christianos poetas jam annum in thermis nostris excusos tandem, mi Clari, emitimus.* Paginae non distinguuntur numeris. Incipit Sedulius regimine a, quod continuatur ad bb. Omnes sunt quaterni, excepto d, duerno, et bb terno. In fine: *Venetii apud Aldum 1 01 mense Januarii.* Sequuntur in duobus exemplaribus, quæ vidi, alia opuscula soluta oratione, et Homero centones Probæ Falconiæ, sed alio regimine, neque in fine annus notatur editionis. Qui hoc volumen in manusumat, nisi diligentius observet, facile existimabit, typis excusum anno 1502. Quod si carmina Prudentii, 1501 excusa et vulgata, simul sint compacta, ut in exemplari bibliothecæ Barberinæ cer-

Prag., Angelicum, Alexandrinum, Marietinum, Viennen. Vat. A et B. Nam ex aliis interdum lectionem a communi, et stabilita discrepantem non adnotavi, quod mendosa esset, aut aperte superflua. Pierumque etiam vetustate ferme conumptæ literæ ita fugiebant, ut periculosum esset certo judicare quid esset scriptum. Manum primam exscriptoris a manu secunda, quod his notis indico, m. pr., m. sec., ita distinguo, ut veterem manum, tam secundam quam primam, intelligam, nisi cum recentem clare nomino. Codices vero mss. et editos, quorum frequentior mentio occurrit, primis tantum litteris soleo appellare, quos ut lector facile possit agnoscere, eorum catalogum subjiciam.

ALD. Editio Aldi Mantii, de qua supra num. 104 (a).

B 219 ALEX. Codex Alexandrinus 521 in bibliotheca Vaticana, de quo supra num. 78.

ALT. Codex Altinius apud Heinsium. Vide num. 100.

AMBR. Codex bibliothecæ Mediolanensis Ambrosianæ apud Heinsium. Num. 100.

ANG. Codex bibliothecæ Romanæ Angelicæ. Num. 76.

BOHER. Codex Boherianus vetustior et recentior apud Heinsium. Num. 100.

BONG. Codex Bongarsanus apud Weitzium. Num. 99.

BONON. Codex Bononiensis. Num. 75.

BREV. MOZ. Breviarium Mozarabicum, sive Isidorianum et Gothicum. Num. 104.

C CAUC. Cauchii codex et notæ apud Heinsium. Num. 104.

CELLAR. Editio Cellarii. Num. 117.

CHAM. Editio Chamillardi. Num. 117.

EGM. Codex Egmondanus apud Weitzium et Heinsium. Num. 99, 100.

ERF. Codex Erfurtensis apud Weitzium. Num. 99.

FARR. Editio Georgii Fabricii. Num. 111.

FULD. Codex Fuldensis apud Weitzium. Num. 99.

GALL. Editio Gallandii. Num. 114 (b).

nere licet, opinabitur, etiam Prudentium editum anno 1502. Jam omnes Aldinæ editiones Prudentii, quas ego excussi, sine numeris paginarum hoc prælitæ sunt regimine librorum. Incipiunt cum ff, et desinunt cum yy, qui postremus est quinternus. Aldus hoc regimen in limine indicavit, et fortasse voluerat post Aratorem illico Prudentium legi; nam Arator desinit in *er*. Idem Aldus præmisit regimen opusculorum Græcorum Damasceni et aliorum, et carminum S. Prosperi. Verum alio ordine procedit hoc regimen, et ita sunt ea opera seorsum excusa, ut etiam seorsum compingi possint. Itaque ego Prudentium Aldi vidi alibi solum, alibi cum opusculis Græcis in principio, et versibus S. Prosperi in fine, alibi cum his versibus, et opusculis Græcis in fine, alibi cum cæteris simul poetis Christianis.

(b) Quem ordinem Gallandius tenuerit, dixi cit. num. 114, et conjeci, eum ordinem servari in editione Tornæsiana. Sed cum eadem editio a Latino Latinio in Bibliotheca Selecta collata fuerit cum vet. libris, et diversus ordo ostendatur, satis firma non est illa conjectura. Video autem, ab aliis *Tornesium*, ab aliis *Tornæsium*, ab aliis *Tornesium* typographum appellari, nam editionem ipsam non vidi.

220 Gif. Obertus Gifanius Buranus in indice Lucretii Antuerpiæ 1565. Alii *Aubertum*, et *Giphanium* scribunt.

GIS. 1 ed., 2 ed. Editio prima, et secunda Gisellini. Cum autem *Gis.*, aut *Giselinus* laudatur, et non distinguitur editio prima a secunda, intelligitur editio secunda correctior. Vide num. 110 et 111.

GOLD. Codex Goldasti apud Weitzium. Num. 99.

HAILS. Codex Hailsbrommensis apud Weitzium. Num. 99.

HEINS. Editio Heinsii. Num. 117.

HYMN. THOM. Hymnarium editum a V. Thomasio. I. Iso ita in glossis indicatur. Vide num. 16, 113, 114, 260.

LAT. Bibliotheca selecta Latini Latini, opus posthumum.

MAR. Codex Joannis Antonii Marietti, nunc Vaticanus signatus num. 5821, de quo egi num. 77 et aliis in locis.

NEBR. Editio Ælii Antonii Nebrissensis. Num. 107.

NOMS. Codex Nomsianus apud Heinsium. Num. 100.

OX. Codex Oxoniensis apud Heinsium. Num. 100.

PAL. Codex Palatinus apud Weitzium. Num. 99.

PRAG. Codex Pragensis. Num. 79, pag. 68, in nota a.

PUR. Codex Puteanus apud Heinsium. Num. 100.

RAT. Codex Ratisbonensis. Num. 79, pag. 68, in nota a.

SICU. Editio Sichardi. Num. 110.

TEOL. Editio cl. Josephi Teolii. Num. 117.

THUAN. Codex Thuanus apud Heinsium. Num. 100.

TORN. Tornasiana editio apud Gallandum et Latinum Latinum.

TORR. Codices duo Torrentiani apud Heinsium. Num. 100.

VALL. Codex Vallicellanae bibliothecae in Urbe, quem post codices cap. 4 recensitos vidi (a).

VAT. Vaticanus. VATT. Vaticani. VAT. A. Codex Vaticanus signatus num. 3851. VAT. B. Vaticanus num. 3860. VAT. C. Vaticanus 5267. VAT. D. Vaticanus 5356. VAT. E. Vaticanus 2766. **221** VAT. F. Vat. 2868. VAT. G. Vaticanus Alexandrinus 1439 (b). VAT. H. Vaticanus Alexandrinus 2078. VAT. I. Vaticanus Alexandrinus 348. VAT. L. Vaticanus Alexandrinus 1835. VAT. N. Vaticanus Alexandrinus

(a) Hoc codice continetur solum *Dittochaemum*, quod hoc titulo insignitur, *Eva columba*. Alii tituli in testichis desunt. Orthographia codicis est *temptoria*, *deiscunt*, sine diptongis; aetas saeculi circiter XIV, ut assentiebatur ipse ejus beneficio codicem excussi, cl. P. Simon de magistris vir laudatissimus cum ob alia, tum ob *Danielem secundum septuaginta ex tetraplis Origenis ab eo primum editum ex codice Chistiano eum dissertationibus*. Romae 1772, suppresso nomine. Utinam aliquando animum inducat, plura, quae partim absoluta, partim affecta habet, luci et utilitati publicae donare. Vidi ejus dissertationem nondum vulgatam *de adventu S. Pauli in Hispaniam ad R. P. Antonium Quevedo*.

(b) Dixi num. 78, in prima pagina hujus codicis esse notatum, *N. colai Heinsii*, quasi is librum possederit, quod nunc confirmo ex Petro Burmanno Juniore, qui in *Vita Nic. Heinsii* praemissa hujus Adversariis editis Harlingae 1742 in-1, pag. 15, refert,

A 1838. VAT. O. Vaticanus Alexandrinus 58. VAT. P. Vaticanus Alexandrinus 74. VAT. Q. Vaticanus Alexandrinus 1702. VAT. R. Vaticanus Palatinus 242. VAT. S. Vaticanus Palatinus 1715. VAT. T. Vaticanus Palatinus 235. VAT. X. Vaticanus Otthobonianus 237. VAT. Y. Vaticanus Otthobonianus 1193. VAT. Z. Vaticanus Otthobonianus 1220. VAT. AA. Vaticanus Otthobonianus 1297. VAT. BB. Vaticanus Otthobonianus 1502. VAT. CC. Vaticanus Otthobonianus 3325. De quibus omnibus codicibus Vaticanis egi num. 77 et seqq.

URB. Codex Vaticanus Urbinas 666. Vide num. 79.

WEIT. Editio Weitzii. Num. 114.

VULG. Editiones vulgatae, nulla peculiari mentione dignae.

B 258. Breviter nunc exponam, qui codices Vaticani ad singula Prudentii poemata allegentur. Codices Vaticani sub Prudentii nomine a me recogniti sunt omnino 28, ex his rejeci codicem Vaticanum 4318, tanquam plane inutilem, et codicem Vaticanum Alexandrinum 334, qui est Prudentii Trecensis episcopi (c). Supersunt 26 codices: quorum septem solum habent *Psychomachiam*, scilicet codd. Vat. 2766, 2868, 5267, codd. Vatt. Alexandrini 1439, 1835, 2078, codex Vat. Palatinus 242. Alii septem codices tantum habent *Dittochaemum*, videlicet cod. Vat. 5356, codex Vat. Alexandrinus 1838, codd. Vatt. Otthoboniani 1193, 1220, 1297, 1502, 3325. Duobus codd. Vatt. Palatinis solum *glossae veteres* comprehenduntur, qui sunt signati num. 235, 1715. Codex Vat. Otthobonianus 237, unum solum *hymnum* continet. Restant igitur novem codices, in quibus plura sunt carmina. Solus Vat. Alexandrinus 321 **222** omnia Prudentiana complectitur. In codice Vat. 5821, qui fuit Marietti, desideratur liber *Cathemerinon*, si ve decem primi hymni, ex libro *Peristephanon* nonnulli versus, ex libro II in *Symmachum* pars maxima. In codice Vat. Urbinate deest sola *Psychomachia*. In Vat. 3859 deest *Psychomachia* et conclusio poematum. In Vat. 3860 desiderantur *Hamartigenia*, *Psychomachia*, libri contra *Symmachum*, et quaedam ex libro *Cathemerinon*. In Vaticano Alexandrino 348 desiderantur *Apotheosis*, *Hamartigenia*, *Psychomachia*, libri adversus *Symmachum*. In Vat. Alex. 58 desunt

D acceptissimum fuisse Christianae Suecorum reginae, quod ad bibliothecam ejus, quam splendidissimam instruebat, adornandam, donatis codicibus suis *ms. librisque egregiis undique conquisitis, nullam intermitteret opportunitatem*. Notum est autem, codices *ms.* Christianae Suecorum reginae in bibliothecam Vaticanam esse translatos.

(c) De hoc codice dixi num. 78, ubi legendum est, *in er L. Zaccagni libros inventas*, non ut editum est, *Zaragni*. Fuit is Laur. Zaccagnus custos doctissimus bibliothecae Vaticanae. Aliud autem opus ejusdem Prudentii Trecensis de Veteri et Novo Testamento, de quo in nota, erat quidem ineditum, dum Blanchinius *Flores psalms* vulgavit, sed postea cl. JOAN. CHRYSOSTOMUS Trombellius illud edidit inter opuscula veterum Patrum tom. II, part. 2, pag. 186 et seq. Quae hic ego monere volui, monitus ipse a cl. prae-sule Reggio.

Apotheosis, Hamartigenia, libri Peristephanou, et in A Symmachum. In Vat. Alex. 74 desiderantur Apotheosis, Hamartigenia, Psychomachia, libri contra Symmachum, Dittochæum.

259. Itaque in libro Cathemerinon hi proferuntur codices Vaticani, scilicet Vaticani 3859, 3860, 5821. Vaticani Alexandrini 58, 74, 321. 348, 1702, Vaticanus Urbinas 666.

In Apotheosi Vaticani 3859, 3860, 5821, Vaticani Alexandrini 321, 1702.

In Hamartigenia Vaticani 3859, 5821, Vatic. Alex. 321, Vat. Urb. 666.

In Psychomachia Vaticani 2766, 2868, 3267, 5821,

	1	2	3	4	5	6	7	8
Al-l.	Psych.	Cath.	Apoth.	Ham.	Perist.	Adv. Sym.	Dittoch.	Epilogus.
Gis.	Psych.	Cath.	Perist.	Apoth.	Ham.	Adv. Sym.	Dittoch.	
Weitz.	Cath.	Perist.	Apoth.	Ham.	Psych.	Adv. Sym.	Dittoch.	
He.n.s.	Cath.	Perist.	Apoth.	Ham.	Psych.	Adv. Sym.	Dittoch.	Epilogus.
Ca.land.	Perist.	Apoth.	Ham.	Psych.	Adv. Sym.	Cath.	Dittoch.	
Editi Rom.	Cath.	Apoth.	Ham.	Psych.	Dittoch.	Adv. Sym.	Perist.	Epilogus.

Ad harum editionum ordinem ceteræ revocari possunt. In libro autem Peristephanon nonnulla est discrepantia, quod atinet ad hymnos collocandos. Weitzius ita eos disposuit : 1. SS. Hemeterius et Celedonius. 2. S. Vincentius. 3. S. Laurentius. 4. S. Hippolytus. 5. S. Cyprianus. 6. SS. apostoli Petrus et Paulus. 7. SS. martyres Cæsaraugustani. 8. S. Agnes. 9. S. Eulalia. 10. S. Fructuosus. 11. S. Quirinus. 12. S. Cassianus. 13. De loco in quo martyres passi sunt. 14. S. Romanus. Alium ordinem exhibuerat Giselinus, quem nos sequemur, scilicet : 1. SS. Hemeterius et Celedonius. 2. S. Laurentius. 3. S. Eulalia. 4. Martyres Cæsaraugustani. 5. S. Vincentius. 6. S. Fructuosus. 7. S. Quirinus. 8. De loco duorum martyrum, ubi nunc baptisterium est. 9. S. Cassianus. 10. S. Romanus. 11. S. Hippolytus. 12. SS. apostoli Petrus et Paulus. 13. S. Cyprianus. 14. S. Agnes. Hic idem ordo exstat in prima editione

(a) Codices plures mss., qui ab aliis scriptoribus, præsertim criticis sæpe allegantur, distinctius nominabo, cum occasio incidit. Fortasse Cæsaraugustæ, aut in aliqua Hispaniæ bibliotheca latent commentarii in Prudentium, quos Bartholomæum de Morlanes elaborasse tradit Vincentius Joannes de Lastanosa in præclaro opere. *Museo de las medallas desconocidas españolas. Huesca por Juan Noguea*, 1645, in cujus præfatione plures laudat, a quibus fuit adiutus, et in his doctorem Bartholomæum de Morlanes, Cappellanum, ut vocant, in Ecclesia Cæsaraugustana Deiparæ Virginis de Columna, de quo ait : *Y su piedad estudiosa no puso menor diligencia en comentar algunos poetas católicos, quales son Aurelio Prudencio Cæsaraugustano*, etc. Præstaret, eos commentarios aliquem consulere, sicubi asseruntur : nam hujusce generis literaturæ experientissimus ille fuisse videtur qui, ut refert Lastanosa, commentarios et notas scripsit in Claudianum, Virgilium, Martialem, Valerium Flacum, Statium Papinium, Silium Italicum, Claudium Rutilium, Alcimum Avitum, Marium Victorium, Juvenum, Sædulum, Aratorum, Petrum Apollonum, Corippum, Justinum, B. etium, Titum Alexandrum, Crispum Sallustium, Lucium Florum. Ejus doctrinam celebraverunt Joannes Mariana, Joannes Ludovicus de la Cerda, Thomas Tamayo de Vargas in indice Defensionis Historiæ Marianæ, aliique. Præteritus est in Bib. Hisp. Nic. Antonii.

Ferrariæ exstant notæ mss. in Prudentii carmina,

Vatt. Alex. 58, 321, 1439, 1855, 2078, Vat. Palat. 242, Vat. Othob. 1502.

In Dittochæo Vaticani 3859, 3860, 4318, 4356, 5821, Vatt. Alex. 321, 1702, 1858, Vat. Urb. 666, Vat. Othob. 1193, 1220, 1297, 1502, 3325.

In libris adversus Symmachum Vaticani 3859, 5821, Vatic. Alex. 321, Vat. Urb. 666 (a).

223 260. Quoniam vero diverso inter se ordine plurimæ editiones procedunt, etiam id muneris mei esse arbitror, ut præcipuas editiones inter sese et cum mea conferam quod ita juvat explicare, ut numeri indicent, quem locum in singulis editionibus unumquodlibet poema occupet.

B Heinsii, et in altera ab aliis procurata anno 1701, cum notis ejusdem Heinsii, commentario Nehrissen-sis, et glossis Isonis (b). Eundem servant ordinem recentiores. Non omitto monere, 224 in numeris ipsis versus varietatem inter editiones occurrere. Primum Weitzius in Apotheosi versus a præfationibus numerare cœpit, et continuavit ad finem usque poematis, alii numeros præfationum non continuant cum numeris poematis. Deinde nonnulli quosdam versus admittunt, quos alii ut spurios rejiciunt. Præterea typographorum incuria sæpius aberrant numeri, qua labe interdum inficitur editio Heinsiana, neque ab ea immunes sunt nobiles editiones Parisina et Parmensis. Difficile quidem est omnes hujusmodi errores cavere; sed diligenter curabo primum, ne quod mendum incidat, tum ut, si quod inciderit, ex quo decipi alii possint, lector opportune de eo admoneatur.

auctore cl. P. Angelo Maria Peverati, de quo plura P. Vezzosi in *Scriptoribus ordinis Clericorum regularium S. Cajetani* tom. II. Obiit Peverati anno 1741, ejus in Sallustium notæ typis sunt editæ. In notis ad Prudentium acre judicium, et non vulgarem eruditionem litteris ad me datis laudavit is qui jure suo sententiam ferre potest, cl. Lucianus Gallisa, bibliothecæ publicæ Ferrariensis præfectus. Etiam autem sero id mihi nuntiatum est, tamen sedulo dedi operam, ut vel omnes Peverati notas, vel saltem præcipuas, et quæ ejus magis propria essent, ad me deferrentur, quibus, ut spero, Prudentius noster magis magisque illustrabitur.

(b) Hoc loco animadvertam, primam Heinsii editionem fuisse peractam anno 1667, ut ex epistola dedicatoria evincitur. Itaque necesse est ut falsus animi fuerit Remigius Ceillierius, qui affirmavit se habere editionem Prudentii ab Heinsio procuratam Amstelodami 1631 et 1667. Adlam, in secunda editione Heinsii fieri mentionem Isonis, sed quæ illustrari possit ex Mabillonio in An. Ben. ad an. 871, num. 29. Iso in monasterio S. Galli scholis exterioribus præfectus fuit; inde a Burgundionum duce ad erudiendos Grandivallenses monachos vocatus est, in quorum monasterio valida ætate anno 871 pridie idus Maii decessit non sine magna sanctitatis opinione. Plures clari nominis discipulos reliquit, Notkerum, Ratpertum, Tutilonem et alios, a quibus illi inditum est cognomen *Magistri*.

M. AURELII CLEMENTIS PRUDENTII CARMINA.



INCIPIT PROOEMIUM.

er quinquennia **225** ^A

[jam decem,

Ni fallor, fuimus : se-

l primus insuper

226 Annum cardo rotat, dum fruimur sole

[volubili.

GLOSSÆ VETERES.

Versu 1. Per quinquennia decem, per quinquaginta annos, Iso; quinquaginta annis, Vaticanus codex A.

2. Fuimus, vicinus, Iso et Vaticanus A.

3. Cardo, annus. *Cardo hic pro volubilitate ponitur; nam cardo proprie est lignum, in quo ostium voluitur, et dicitur cardo, quasi cor januae, Iso. Cardo etiam rota plaustris dicitur, Vat. A. — Sole volubili, id est, hac vita, quæ semper volvitur, l.*

4. Terminus, terminus vitæ, l.

5. Senio, Senectuti apponit, l.

6. Egimus, sc. nihil, l.

7. *Ætas, describit singulas ætates ostendendo quid B fecerit, Vat. A. — Crepantibus, resonantibus, l.*

8. *Ferulis, ferulae proprie, quæ grammatici utuntur, qua manus discipulorum feriunt. Unde Juvenalis dicit,*

Instat terminus, et diem

5 Vicinum senio jam Deus applicat :

Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?

Ætas prima crepantibus

Flevit sub se ulis : mox docuit toga

Et nos manum ferulae subduximus. Ferulae dictæ a fervore, eo quod fervere, i. e. tremere faciant discipulos; grammatici autem ferulas portabant ad feriendos discipulos. Est autem proprie genus arboris, cujus succus thapsia vocatur. Iso. Ferulae proprie est genus arboris, et cujus succus lapsia vocatur. Grammatici ferulas portabant ad feriendos discipulos. Hinc Juvenalis: Et nos ergo in num. ferulae subduximus, Vat. A. — Toga, vestis qua Romani utebantur. Ante quintum decimum aevi pueri praetexta utebantur, postea vero sub disciplina, toga, juvenili robore: nam toga vestis est qua soli liberi utebantur, l. Toga praetexta, qua utebantur pueri nobiles Romanorum usque ad quintum decimum annum, sic dicta quod ei latior purpura in capitis parte terebatur, Vat. A.

COMMENTARIUS.

Incipit prooemium Ita codex Vat. A, et apud Heinisium Egmondianus. Plerique vocant Cathemerinon præfationem. Et in Vat. A post primam illam inscriptionem his repetitur: Liber Cathemerinon incipit: sic enim scribitur. Weitzius ex Hailsbron. posuit: Incipit Hymnarius de tempore et de sanctis per totum annum.

Versu 1. De prima littera P, cui imago Prudentii est incisa, vide prolegom. num. 55.

2. Quod ait Prudentius, *ni fallor*, non dubitat, sed formulam caute affirmandi adhibet. Inepte ergo aliquis conjectit, legendum *nil fallor*, quia postea se natum refert Sapia consule; quam conjecturam in quibusdam schedis mss. reperi.

3. Peveratus in notis mss. volebat intelligi signum septimum zodiaci circuli in *cardo septimus*. Nec vita Prudentii, nec verba hanc explicationem patiuntur. Dicitur *cardo septimus* pro *cardo rotat annum septimum* per metonymiam. *Rotare, volvere*, de anni conversione passim apud poetas et sæpe apud nostrum, ut illi- co, *sole volubili*. Anacreon, oda IV :

Ἐπιπέδη δὲ μακροῦ χρόνου
Βίτου, τρέχει κελύθει.
Ὀλίγη δὲ καὶ σαρμὰθα
Κόνις, ὀστῆων λυθῆτα.

6. Lectionem *Utile quid tanti in uno Vat.*, cui ratio metri repugnat, recte rejicit Teolius. Prudentii verba et sententiam expressit Dudo, S. Quintini decanus, lib. III de Morib. Norman., pag. 159 :

In vitam miseram me quina decennia versant,

Et formido premit supplicii Stygii.

Me quoniam me nihil gessisse aut quid bonitatis,

Et tanti spatio temporis utile nil.

Intellige *hanc quid bonitas s.* Metrum etiam imitatus est Wandelbertus sive, ut nonnulli scribunt, Wan-

delbertus, qui anno 842 Martyrologium metricum edidit :

Trinis ecce decenniis

Vitam deo miser, quintus et insuper

Ævi curriculis orbis adest, atque incatilis

Me nunc nil recedens boni

Egisse, atque pii, concutor nimis.

8. Isonis glossæ similis est glossa in Vat. A. Confer Isidorum, lib. XVII Etyim., cap. 9 de Ferula. Versus Juvenalis in proverbium abiit. *Ferulam pædagogorum sceptrum* vocat Martialis lib. X, epigram. 62 :

Ferulaeque tristes sceptrum pædagogorum.

Et Ausonius in Protreptico de studio puerili ad Ausonium nepotem,

Quod sceptrum vibrat ferulae, quod multa supellex
Virgea.

De hac ætate Prudentii aliisque consecutis vide prolegom. num. 44 et seqq. Per togam Nebris-ensis intelligi *togam virilem*, quam anno ætatis 18 pueri sumunt ant quo tempore, ut inquit Terentius,

Liberior erat vivendi potestas.

Et Persius :

Totaque impune suburra

Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.

Glos. Vat. A, *toga praetexta, qua utebantur pueri nobiles Romanorum usque ad quintum decimum annum, sic dicta, quod ei latior purpura in capitis parte terebatur. Et favet huic interpretationi, quod Prudentius videtur postea distinguere juventutem, Tum lasciva protervitas... sedavit juvenem. Verum toga, cum nihil additur, virilis plerumque intelligitur. In exitu anni 16 dari solebat; sub imperatoribus aliquando serius, aliquando citius. Libera etiam dicebatur, quod pueris initium quoddam libertatis erat. Vide plura apud Joannem Rosinum lib. V Antiq. Rom.*

- 227** Infectum vitis falsa loqui, non sine cri- A
[mine.]
- 10 Tum lasciva protervitas,
Et luxus petulans (heu pudet, ac piget!)
Fœdavit juvenem nequitiae sordibus, ac luto.
Exin jurgia turbidos
Armarunt animos, et male pertinax
- 15 **228** Vincendi studium subjacuit casibus a-pe-
[ris.]
- Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus urbium :
Jus civile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiae gradu
20 Evectum pietas principis extulit,
229 Assumptum propius stare jubens ordine
[proximo.]
- Hæc dum vita volans agit,
Irrepsit subito canities seni,

GLOSSÆ VETERES.

9. Infectum, pollutum, I. — Falsa loqui, rhetorica et dialectica, quæ aliquando falsa ex veris concludunt, Vat. A. Rhetoricam tangit. — Non sine crimine, quia in mendacio crimen est. Vel falsa, i. e. dialectica et rhetorica, quæ aliquando falsa concludunt, I.
10. Protervitas, protervia et protervitas, i. e. superbia scilicet. Solent enim iudices in causa, quam præponunt, perseverare, donec vincant, I.
11. Luxus petulans, livor lasciviens. — Pudet, verrecundit. — Piget, penitentia. — Pudet, ac piget, me talium operum. I. Pudet dicimus de presentibus, piget de præterito, ut pudet facere, piget fecisse, Vat. A.
12. Juvenem, me. I.
13. Exin, p. o. exinde; metri causa. i. e. statim, deinde, I.
14. Armarunt, durarunt, superbum fecerunt. — Male pertinax, perseverans. Malarum rerum perseverantia, Iso.
16. Bis, quia bis consul fuerat. In Messalia consul fuit, Vat. T.
17. Frenos, ligationes, consulatus. Et frena dicimus, I.
18. Terruimus, præfecturam exercendo, I.
20. Evectum, sublimatum, I. — Principis, ut quidam dicunt, Richaredi principis Hispaniarum pietas, Vat. A. Theodosii, vel filiorum ejus, Rat.
21. Stare, sc. me, I.
22. Volans, cito transiens. — Agit, facit, fecit, I.
25. Irrepsit, irrepere est aliquid latenter rapere, I.

COMMENTARIUS.

9. Nebrissensis interpretatur adulationis vitium, cum blandi comites, etc., ex Persio, aut per togam vitam togatorum, qui regibus adulantur. Eundem puto, Prudentium fortasse innere vitia propria ætatum non disciplinarum.
10. Non placet glossa Isonis: nam sermo est de vitis juventutis, non iudicium. Nebrissensis ex his vocibus, lasciva protervitas, luxus petulans, nequitie sordibus, ac luto, libidinibus peccata arguit: neque alio modo, si de propensione in ea vitia intelligas, et ea que in prol. g. loc. cit. de Prudentii humilitate Christiana protuli, habeas præ oculis; que ita me sunt di putata, non quasi exploratum habeam, de Prudentii innocentia liquido constare sed tantum ut ostenderem, gravissima illa crimina minime esse comprobata.
11. Et luxus, contra Giselinum et Weitzium, qui habent ac luxus; nam infra sordibus, ac luto ubi in Hallsbron. et luto. Tum non male ac luxus. Teolius hoc et seq. versu ter ac posuit: ac luxus... ac piget... ac luto, et in piget punctum interrogationis adiecit.
12. In Halls., et luto. Vide vers. 11.
13. In Egm., Dehinc pro Exin.
14. Innocentius I. in epist. ad conc. Tolet. 1, notat i jurisconsultis pertinaciam obtinendi: ita enim voluit quod Prudentius ait male pertinax vincendi studium. Scribebant a temere eodem tempore: sed hanc relationem Prudentius post eam epistolam composuit. Etenim Innocentius litteras ad conc. Tolet. alit anno 402, aut non multo post. Hinc diversæ tæ sententiæ de anno quo celebratum est primum ad concilium Toletanum, quod plerumque anno 400 tribunt, alii tunc ceptum, ad annum sequentem tractum dicunt, alii iterum coactum sub Innocentio, alii Innocentium ad concilium, quod fuerat antea aggregatum, scripsisse affirmant. In epistola dedicata Hymnodia Hispanica obiter dixi, in concilio celebratum fuisse sæculo IV exeunte, sive potius in o initio sæculi V, hoc est anno 400. Animalverum id tuit a quibusdam viris doctis, amicisque meis. In ut alias rationes præteream, cur ita dicere possim, hoc ipsum est in controversia positum, si annus 400 finis sæculi IV, an initium sæculi V, in his verbis proponit Joannes Petrus Ludewigius. II operum, opusculo 9, lib. II, col. 760: Quo
- rumno sæculum finitum, an nonagesimo nono, an centesimo: communis nunc, sed frustranea quæstio est. Annus enim natiuitatis Christi, et magis terminus anni scriptoribus adhuc dubius est; qui contra Dionysium ætatum omnes disputant.
16. Bivarii suspicionem legendum ter pro bis, repuli num. 57 prol. Chamillardus aliique putant indicari quot urbes rexerit Prudentius. Perperam, nam quoties, non quot urbes rexerit, exprimitur.
17. Iso innuit, Prudentium fuisse consulem. Vide prol. num. 51.
18. Attingit duas juris partes, alteram de litibus iudicandis, alteram de criminibus vindicandis. Aliorum interpretationes non placent. Adverte, jus reddere dici etiam de eo qui injuste iudicat, lib. I Digest., tit. 1, leg. 11: Prætor quoque jus reddere dicitur, etiam cum iurique decernit: relatione scilicet facta non ad id quod ita prætor fecit, sed ad illud quod prætorem facere convenit. Boni dicuntur qui rei non sunt criminum, sive in iudicio aliquid petant sive quid ab eis alii petant: nam hoc sensu actor est is qui petit, reus a quo alius petit. Imo Cicero lib. II de Orat., fol. 75. edit. Ald.: Reos autem, ait, appello non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur: sic enim olim loquebantur. At Prudentius clare innuit reos quorum crimina in questione versantur, et ab his distinguit bonos; ut in cod. Theod. leg. 9 et 13, lib. XVI, tit. 5, boni dicuntur omnes qui non sunt hæretici.
20. Glossa Vat. A. inepta est et insigni cum anachronismo. Melior Glossa Rat., Theodosii, vel filiorum ejus.
21. Exposui num. 50 prol., quid sit ordo proximus, sive ordo proximus, et iussio principis.
22. Heinsius mallet volens pro volans contra Isonem, et omnes codd. n. ss. et ed., excepto Thuan. Nihil proficit congestis exemplis, quæ alio respiciunt. Nam Prudentius non ait, vitam libenter hæc munia egisse, sed cito transiisse: id oque addit, Irrepsit subito canities. Jam de brevitate et velocitate vitæ passim poetæ, volutis ætas, fugaces anni, properat cursu vita citato, volat ambiguis mobilis alis hora, vita volat, et similia. Lege versus Juvenalis, quos nunc proferam.
23. Vaticani duo, Obrepsit, quod notavit Teolius. Et confirmari potest lectio hæc ex loco Juvenalis sat. 9, quem indicavit Nebrissensis, male Virgilium

- Oblitum veteris me Salia³⁰ consulis arguens. A 30 Cum jam, quidquid id est, quod fueram, mors
[aboleverit?]
25 **230** Sub quo prima dies mihi
Quam multas hiemes volverit, et rosas
Pratis post glaciem reddiderit, nix capitis
[probat.]
Dicendum mihi : Quisquis es,
231 Mundum, quem coluit, mens tua perdidit:
Non sunt illa Dei, quæ studuit, cujus habe-
[beris.]
Nunquid talia proderunt
Carnis post obitum vel bona, vel mala,
Atqui fine sub ultimo

GLOSSÆ VETERES.

24. Salia³⁰, illius consulis, Iso. *Messal* a civitas Hispaniæ, ubi iste consul fuerat. *Persius* : *Messalinæ lippa* propago, Vat. A. *Messalia* regio, vel consul, Vat. S. — Arguens, me. Iso.
25. Sub quo, consule. Ex quo ad illum veni, I.
27. Nix, canities, I.
29. Bona, vel mala, vel prospera, vel adversa. *Media dicit!* Unde *Sulmon* : Non est prudentia, non est sapientia apud inferos quo tu properas. Media ergo sunt, quæ in hac vita et bonis, et malis communiter B
eventiunt, I. Prospera, et adversa, Vat. A.
30. Aboleverit, deleverit, I. Aboleo componitur a

verbo leo, quod non est in usu, sic deleo, Vat. A.

31. Dicendum mihi, sc. habes. — Quisquis es, o lector, I.

32. Mens tua, o Prudenti. — Perdidit, in morte, I.

33. Illa, sæcularia. — Cujus habebis, cujus servus est. Ad quem solummodo pertinebis, aut ut remuneret, aut certe damnet, i. e. ad puniendum, vel ad remunerandum, I. Cujus eris, et ad quem solum pertinebis; Dei enim solius potestas est animæ post mortem, Vat. A.

34. Atqui, potius, certe, I.

COMMENTARIUS.

pro Juvenale laudans :

Festinat enim decurrere veloc
Flosculus; angustæ, miseræque brevissima vitæ
Portio : dum b. bimus, dum serâ, unguentæ, rosasque
Pocimus, obrepit non intellecta seuectus.

Irrepsit legit Iso, cujus glossa, *Irrepre est aliquid latenter rapere*. Ego a *re*o compositum dico, et fortasse Iso scripsit latenter *repre*.

24. Thuan. et Alt. clare me *Salia*. Male *Hails*., Egm., *Palat.* *Messalia*; Vat. O., *Mesalia*; Vatt. I. et P., *Wid.*, *Bong.*, *Gold.*, *Messalia*; Angel., *Messala*; alii *Massilia*. Vid. prol. num. 59 et seq. In Vat. A. ridicula est glossa. Cl. Gallandius monet, lectionem me *Salia* placuisse etiam *Almeloveenio* in *Fastis Rom.* cons., pag. 162, qui pag. 354 annos quibus *Messalæ* fuerunt consules, secus ac *Chamillardus*, digessit. Peveratus scripturam me *Gallia*, quam apud nonnullos viderat, merito vocat ineptam. *Latinus* in *Bibl. select.* legit me *Sulia*. Sed cum id opus sit posthumum, opinor, *Latinium* scripsisse me *Salia*. *Muralorius* in *Novo Thesaurio* inscriptionum, tom. I, class. 5, pag. 379, diverso modo scripsit nomen hujus consulis, scilicet *Filippo et Satio Coss.* At inscriptio illa apud *Muratorium* non est fideliter descripta. Exstat in monasterio S. Pauli extra Urbem, et ita exarata est :

MIRI BONITATI ATQ. SANCTITATI
ESVBIÆ IANVARIÆ CONIVGI QVE VIXIT MECVM
ANNOS XVIII. M. V. D. XXV. ARRADIUS MELISSVS MARITVS
ET SIBI FECIT O DEPOSITA. IN. PAGE. III. KAL. APR.
FILIPPO ET SALLIA COSS.

Muratorius edidit, *Mire bonitatis... L. Subie. Ianuarie... D. XX. Varadius... Filippo et Satio coss.* Correctionem hujus inscriptionis *Muratoriana* acceptam ref. ro V. C. *Aloysio Galletti*, episcopo *Cyrenensi* cujus celeberrimum est nomen in tot voluminibus inscriptionum pridem excusis. Is olim privatus monachus dum esset, diligentia singulari magnam copiam veterum lapidum et pavimento basilicæ S. Pauli, monasterio, vicini que prædis collectam in claustrum monasterii collocavit, et ordine digessit, scite distinguens inscriptiones Christianas et profanas : quod exemplum alii imitati sunt in ornando aditu ad museum Vaticanum, quod nostro denique tempore *Pius VI*, princeps munificentissimus, provexit et amplificavit ad altarum gentium adm. rationem, et invidiam. Igitur inter Christianas inscriptiones in eo claustrum collectas reperitur inscriptio a *Muratorio* allata, ubi legitur quidem *Salia*; sed potius corrigenda est inscriptio ex *Prudentio*, quam *Prudentius* ex inscriptione, quæ in limine ipso offendit, *Miri bonitati*. Al-

Manutius Pauli F. in orthographia verbo *Tellarius* affert veterem inscriptionem C. *Sallio Aristeneto*. V. C. Contra certum est, a Romanis scribi *Saltii*, et *Saltare carmen* unico I.

25. Aliqui male distinguunt, *Sub quo prima dies mihi, quam multas hiemes volverit*.

26. *Carolus Paschalis*, de *Coronis* pag. 147, lib. III, cap. 5, probans veris specimen esse *rosas* his versus laudat. *Aug. ac rosas* pro et.

27. *Horatius*, lib. IV, od. 15, et *capitis nives*.

28. Male *Eg.* et *Pal.*, *proferunt* pro *prod-runt*.

29. Intelligi potest, *Prudentium* loqui de solis bonis fortunæ, quæ falso bona appellantur, et potius mala essent dicenda, cum in malum inducant : ideoque a t, talia vel bona, vel mala, ut vers. 35, *Hym. 2* : *Quæcumque nos inflant mala*. *Alcimus Avitus*, C
lib. VI :

Naturæque etiam, vel corporis, exteræque illa,
Quæ bona fortunæ falso appellare solemus.

Savaro in *Sidonium*, pag. 470, plura in eam sententiam affert ad verba *Sidonii* : *Quæ bona stultis falso vocantur*, et ad verba : *Si quid agimus, no trum, si quid habemus, alienum est*.

30. Alii glossæ etymologiam non admittunt, et *deleo* componi aiunt a verbo *oleo*, uti *aboleo* et *exoleo*. Vide *Becmanum* de *Orig. ling. Lat.* Pro id est in *Pr.* et *Rat.* idem, male. Melior est lectio *Ang.*, *fuerim* pro *fueram*, quam amplecterer, nisi vetustiores codices dissentirent.

31. *Isonis* interpretationem tenet *Nehrisensis*. Sed verus sensus est : *Dicit mihi aliquis : Prudenti, vel quisquis es.* *Martianus Capella*, lib. VIII, paulo post initium : *Næ tu, ait, infelix, vel Capella, vel quisquis es, etc.*

32. Verba hæc sunt alloquentis *Prudentium* post obitum. Non audio *Giselinum*, qui enallagen temporis hoc loco agnoscit *perdidit* pro *perdet*, *amittet*.

33. In *Pr.* pro *studuit* est *fluunt*, male. *Cujus* vel est *Hellenismus* in casu gignendi pro a quo *habebis*, vel est nominandi casus, ut apud *Virgilium* *cujum pecus*, quod maligne aliquis notavit hac parodia :

Dic mihi, *Dameta*, cu'um pecus? anne Latinum?
Non; verum *Ægonis*: nostri sic rure loquuntur.

Cicero etiam in *Ver. orat.* 13, *Cuja res*. *Plautus* *stpe* adhibet, *cuja, cuxæ, cujum*. Vide *Com. Servii* in *V. rg. Eclog.* 3, et *Vossium* de *Vitiis serm.* cap. 1, lib. I. Si intelligas esse *cujus* in gignendi casu, *Græcismus* est similis huic *Juvenici* lib. IV : *dominantur eorum*. *phrasi* ex *sacris Litt.* ret. ta.

34. *Sapientes* viri cum ad senectutem accedunt:

- 35 Peccatrix anima stultitiam exuat : A Pugnet contra hereses, catholicam discutat
Saltem voce Deum concelebrat, si meritis ne- 40 Conculcet sacra gentium, [fidem.
[quit. Labem, Roma, tuis inferat idolis :
Hymnis continuet dies, Carmen martyribus devoteat, laudet apo-
232 Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat : [stolos.

GLOSSÆ VETERES.

35. Exuat, abjiciat, I.
36. Concelebrat, laudet, I.
37. Hymnis, laudibus, I. — Dies, pluralis accusativus.
38. Canat, laudet, I.
39. Discutat, inquirat, I.
40. Sacra, idola despiciat, I.
41. Roma, o Roma, Iso.

COMMENTARIUS.

sarcinas colligunt, seque ad alteram vitam præparant diligentius : quod propositum litteris solent considerare, si quid in vulgus tunc edunt. Varro, quamvis ethnicus, hoc usus est exordio in lib. 1 de Re rustica : *Cogitans esse properandum, quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesima admonet, ut sarcinas colligam ante quam proficiscar e vita.* Vincentius Lirinensis in principio Commonit. : *Tempus, propterea quod cum ab eo omnia humana rapiantur, et nos ex eo aliquid invicem rapere debemus, quod in vitam proficiat æternam...* Quippe cum aliquandiu variis ac tristibus sæcularis militiæ turbinibus volveremur... depositis vanitatis, ac superbiæ statibus Christianæ humilitatis sacrificio placantes Deum, etc. Sidonius, epist. 16, lib. ix :

Nam senectutis propterea meta,
Quidquid extremis sociamur annis,
Plus pudet, si quid leve luserit ætas,
Nunc remidisci.
Quod perhorrescens ad epistolarum
Trans uli cultum genus omne curæ,
Ne reus cantu petulantiore
Sim reus actu...
Persecuto un nisi quæstiones
Forsitan dicam, meri o que cælum
Martyres, mortis pretio parasse
Præmia vitæ.

35. Vox peccatrix a Tertulliano adhibetur cap. 15 de Resurrect. carnis : *Caro peccatrix.* Vox peccator frequentissima est in Ecclesia, apud profanos non facile reperietur. *Exuere stultitiam*, ut apud Virg. Georg. 2 :

Exuerent silvestrem animum.

36. Quod addit, *si meritis nequit*, intellige de aliis operibus heroicis, sive excellentibus : nam *laudare Deum*, etc., si recte fiat, merito non vacat.

37. De antiquissima Christianorum consuetudine hymnos die noctuque concinendi ex Christi exemplo et apostolica traditione egi pluribus in dissertatione peculiari *Hymnodia Hispanica* præfixa : *De hymnis ecclesiasticis, eo, umque correctione, atque optima constitutione.*

38. Hoc et superiori versu liber Cathemerinon exprimitur, quo hymni per d. em, noctemque decantandi comprehenduntur. Quare non recte Rat., *vox ulla pro nox ulla.*

39. In *Eg. puget*, mendose, pro *pugnet*. Teolius hic notat : *hereses, media producta* : voluit dicere, *prima correpta*. Apotheosis et Hamartigeniæ convenit *pugnare contra hereses, et catholicam discutere fidem* : convenit etiam Psychomachia, quo in poemate primas partes agit fides catholica contra idola, et hæresim ; et poeta impugnat hæreticos Photinianos, Antidicomarianitas, item Carpoeratem, Eb onem, Cerinthum, et Tertullianum, ut ex Chamillardo notabimus ad vers. 79 Psychomachia. Quidni item dicas de Dittochæo, quod exstat, et de Hexæmero, quod de-

sideratur ? Nonne hoc carminum genere fides catholica discutitur ? *Discutere* est examinare, in ordinem digerere, illustrare, ut ex hoc Prudentii loco observat Barthius lib. LXXIX Adv., cap. 5. Forcellinus in suo locupletissimo vocabulario solum agnovit *discussæ, discussor, discussio*, quibus tamen in verbis auctores Prudentio meliores non producit. In cod. Theod. tit. de Discussoribus non semel hoc verbum *discutio* occurrit ; quod alibi etiam Prudentius repetit. De appellatione *fidei catholicæ* vide in proleg. caput 21.

40. Hoc, et sequenti versu libri duo contra Symmachum indicantur.

41. *Labes* proprie est damnum, perniciēs, hinc *labo, as*, ut quidam putant, et *labor, eris*. *Labem inferre integris* Ciceronis est pro Cælio, pag. 46. Notio ecclesiastica *idoli* est pro communitio Deo.

42. Liber Peristephanon hoc versu denotatur, in cuius hymno 12 celebratur passio apostolorum Petri et Pauli. Observa Prudentium neque nomias e, neque laudasse sanctos confessores, quia ejus ætate vel soli martyres, vel hi præcipue celebrabantur. Multo post Prudentium anno 632 solum hymni in laudem Dei, apostolorum et martyrum in concil. Tolet. iv, can. 13, memorantur : *Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, etc.* S. Gregorius Magnus in decreto concilii Romani anno 597 plebem correns, quæ Romanos pontifices recens defunctos veneratione facile prosequeretur, hæc habet : *Et cum adsint multa a sacris corporibus apostolorum, martyrumque velamina, a peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reverentia reservatur.* Nihilominus cultum publicum confessorum sæculo iv cæpisse exploratum est : et quamvis S. Martinus primus fortasse fuerit qui solemniori festo et officio ecclesiastico in diversis diocæsesibus et regionibus cul un obtinuerit, ante eum tamen aliquos confessores honore publico religioso fuisse decoratos pro certo habeo. S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis refert, jussisse S. Antonium in loco ignoto suum corpus sepeliri, *ne Pergamius, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam sancti corpore MARTYRIUM fabricaretur.* Cur ita, si nullum præcesserat exemplum ? Præterea S. Hilarionem, S. Ephremum Syrum, alios. Cæterum a martyribus, quæ maxima erat pars, nonien *martyrologia* sumpserunt, et non dubito, quin martyrum nomine, cum de sanctis est sermo, olim confessores quoque nonnunquam comprehenderentur : quod explicat S. Isidorus lib. vii Orig., cap. 41. S. Hieronymus *martyrium* vocavit sacellum, sive altare, quod Pergamius sublato corpore S. Antonii esset ædificaturus, et in epitaphio Paulæ ait cap. 15 : *Mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur : sed devotæ quoque mentis servitus immaculata quotidianum martyrium est.* Hac fere significatione martyr accipitur apud Ammianum Marcellinum lib. xxvii, cap. 7 : *Quos interfici tanquam noxios jubes, ut martyras, id est, DIVINITATI ACCEPTOS, colit religio Christiana.* Confer Benedictum pont. XIV, lib. 1 de Beat. cap. 5.

233 Hæc dum scribo, vel eloquor,

25 Liber, quo tulerit lingua sono mobilis ultimo!

A Vinculis o utinam corporis emicem

GLOSSÆ VETERES.

44. O utinam, nunc.—Emicem, exsilium, exeam. Emico est exsilio. Unde Virgil.: Emicant digiti. Ponimus emicare pro splendere, quia dum splendet, quasi exsilire videtur, et immotum est. 1. Emicem, exeam, egrediar,

exsilium: id etiam, quod splendet, micare dicitur, quod ex. l. re videatur, Vat. A.

45. Tulerit, ad Christum vide: icet, Vat. A.

COMMENTARIUS.

44. Vincula corporis vocat Prudentius ipsum corpus, quod vinculum est an. mæ. Scio, quibusdam theologis, vinculum religionis, displicere, quod corpus carcer aut vinculum anime vocetur, quorum scrupulos exitum in hymno Exsequiarum. Nunc tantum asseram locum Apostoli cap. vii ad Roman.: Quis me liberabit de corpore mortis hujus. Et ad Philippens. cap. i, 35: Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo. Quo respicit S. Ambrosius lib. ii Comment. in Luc., cap. 2, loquens de sene Simeone: Cupiens ipse corporeæ vinculis fragilitatis exsolvi, etc. Vide justum, velut corporeæ curcæ: e molis inclusum, velle dissolvi, ut incipiat esse cum Christo.

45. In Rat. cod., Explicit præfatio. Vetus nostra inscriptio, et carmen ipsum satis arguunt, præfatorem esse omnium opusculorum quæ tum edebat Prudentius. Dungalus adversus Claudium Taurinensium scribens præfationem libri appellavit. Vide prolegom.

num. 51 et 245. Scaliger, lib. vi Doctrinæ, existimat, ante Claudianum primum et solum Persium præfationem suis carminibus affixisse. Scaligerum secutus est cl. Michael a S. Josepho Bibliogr. crit., verbo Claudianus. At non oportuit, Scaligerum ignorare, alios etiam præter Persium et ante Persium id fecisse: nam ut omittam nostrum Prudentium, Claudiani æqualem, Catullus præfatur, Corælium Nepotem alloquens, Cui dono lep. dum novum l. bellum. Martialis non solum epigrammate, sed etiam soluta oratione suis libris solet præfationem apponere, quam epistolam vocat, ut in Præf. lib. i et ii: Quid nobis, inquis, cum EPISTOLA?... Video, quare tragediæ EPISTOLAM accipiunt, quibus pro se loqui non licet Epigrammata... in quacunque pagina visum est. EPISTOLAM faciunt. Prudentius etiam inter poetas Christianos habuit, quem imitari ardet, Juvenenum, qui libris de Historia evangelica prolegom adjecit. De epilogis deam suo loco.

INCIPIT LIBER CATHEMERINON.

234 I. HYMNUS AD GALLICINIUM.

Ales diei nuntius

Lucem propinquam præcinit:

GLOSSÆ VETERES.

Cathemerinon, gen. tit. plur., id est, quotidianus, vel consecrationum, vel dedicationum, l.

Vers. 1. Ales, per gallum, qui diem canendo denun-

tat, Christus significatur, qui mentes nostras ab infidelitate ad veram vitam, ad veram lucem vocat, l.

COMMENTARIUS.

Cathemerinon. Sic plerique codd. mss. et ed.; Genadius, Theodulfus Aurelianensis lib. de Spiritu sancto, Bergomensis in Chron. ad an. 400, et Trithemius Hymnorum librum appellant. At non dubito, quin Cathemerinon sit inscriptio Prudentiana: nam ita legit Iso, et codices Isone antiquiores. Isonis glossa est: Cathemerinon, etc. Weizsæus nescio ex quo codice hunc titulum fecit: Incipit liber Cathemerinon Aurelii Prudentii Clementis nobilissimi ac facundissimi poetæ. In Rat. est: Incipit liber Hymnorum Aurelii Prudentii Clementis nobilissimi ac facundissimi poetæ. Liber primus Cathemerinon. In Prag.: Liber Hymnorum Aurelii Prudentii Clementis nobilissimi ac facundissimi poetæ, qui claruit sub Theodosio imperatore anno Domini 387. Scripsit Dirocheum, Sichomachiam, contra Symmachum, etc. In editione antiqua, quam vidit Fabricius, Diurnorum Hymnorum liber, qui et Cathemerinon dicitur. Quod vero nonnulli duos postremos hymnos loco movent, non recte faciunt: nisi simul movent hymnum Defunctorum, Jejunantium, Post jejunium, atque etiam Omni hora, quibus non magis congruit inscriptio Cathemerinon quam duobus postremis. Trithemius Hymnorum libros duos ex uno fecit, fortasse ut cathemerinos sive diurnos a reliquis discerneret. Verum hymni omnes, qui non sunt de Sanctis, apte in hunc librum conjiciuntur, Cathemerinon nuncupatum a præcipua et maxima parte. Heinio opinanti, Prudentium inscriptionem Cathemerinon ab Act. apost. cap. vi, ubi occurrit δ ακροια καθημερινή, fuisse mutatum, non assentior: nam res admodum diversa ibi proponitur: In diebus autem illis, crescebat numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerebantur in ministris quototiano viduæ eorum. Georgius Remus, qui in notis dixit, ejusdem argumenti esse ephemeriden

Ausonii, et librum Cathemerinon Prudentii, non videtur legisse ephemeriden Ausonii, cujus est argumentum totius diei negotium.

Ad gallicinium, sic Vat. A et I, et Weitz. Alii, ad Galli cantum; Vat. P., ante lucem. De Gallicinio vult Apuleium, et Isidor. lib. v Orig., cap. 50 et 51, cum notis Grialis. Horas, quibus preces erant Deo offerendæ, lib. vii Constit. apost., cap. 34, habes expressas: Precationes facite mane, hora tertia, ac sexta, et nona, et vespere, atque ad galli cantum. M ne gratibus agentes, quod illum narit nos, nocte subla a, et reddita die. Tertia, quod ea hora Pilatus judicium adversus Dominum pronuntiavit. Sexta, quod ea hora in crucem actus sit. Nona, quod tunc omnia mota, et transfacta sint, Domino crucifixo: quia horrent audaciam Judæorum, et contumeliam Domini ferre non possent. Vespere, quod noctem dederit ad requiescendum a laboribus diurnis. Ad galli cantum, quod ea hora nuntius adventus diei ad faciendum opera lucis. Non tamen putes, eis omnes horas ad orandum fuisse in Ecclesia jure vetuti publico et universali præscriptas: sed solum privatis religionis exercitiis in servisse, quamvis apostolorum tempore, et paulo post ex Judæorum consuetudine tres potissimum horæ precibus erant destinatae, ut dicam hymno 3, vers. 86. Teolus vult, intelligi in hoc hymno gallicinium non primum media nocte, sed postremum sub adventum lucis, qui proprie gallicinium dicitur; quæ hoc tempore strepunt aves... paulo antequam lux emicet. Con r ruis his est S. Isidorus loc. cit. cap. 50: Dies... inchoat... secundum Romanos a media nocte. Unde et tam gallicinium est, id est gallorum cantus, quorum vox diei ostendit præcomium, quando et mesony tius afflatus est. Ad quem locum erudit Grialis: Et quia noctis melior pars acta, solque ad nos jam spectatur, afflari radiis ruz

- 235** Nos excitator mentium
Jam Christus ad vitam vocat.
- 5 Auferte, clamat, lectulos,
Ægro sopore desides,
236 Castique, recti, ac sobrii
Vigilate : iam sum proximus.
Post solis ortum fulgidi
- 10 Serum est cubile spernere :
Ni parte noctis addita
Tempus labori adjeceris :
- A Vox ista, qua strepunt aves,
Stantes sub ipso culmine,
15 Paulo antequam lux emicet.
237 Nostri figura est judicis.
Tectos tenebris horridis,
Stratisque opertos segnibus,
Suadet quietem linquere
- 20 Jam jamque venturo die.
Ut cum coruscis flatibus
Aurora cælum sparscrit,

GLOSSÆ VETERES.

3. Excitator, quia excitat nos ad bonum, l.
6. Desides, *desas vel reses, i. e. piger : quasi in uno loco residendo piger efficitur, Iso.*
8. Proximus, *Christus enim in suo servitio laborantibus semper proximus est, l.*
10. Serum, *tardum. — Cubile spernere, exsurgere, l.*
11. Ni parte noctis, *nisi parte noctis servitio laboraveris, l.*
13. Strepunt, *personant cum quodam strepitu, l.*
14. Culmine, *culmen domus dicitur a culmo, unde*

antiqui tecta sua eo operiebant, l. Culmen domus dicitur a culmo, quo univisi culmina domorum cooperiebant, Vat. A.

16. Nostri figura, *qui similiter monet nos a lituis exurgere, l.*

17. Tenebris ignorantiae, l.

21. Coruscis flatibus, *solis impetu, l.*

22. Aurora, *aurora dicitur a splendore, hinc aurati dicuntur favitores. Eos Græce dicitur primus splendor aeris, quem nos quasi per derivationem auroram vocamus, quasi eorumam, Vat. A.*

COMMENTARIUS.

orbis hic dicitur. Affari autem magorum est verbum, qui adveniente sole, simulacra nocturna auferere credebant. Unde Philostratus, lib. iii de Vita Apollonii, negat Achilæ simulacrum gallicinium expectasse. Quo pertinet illud quoque Anclisæ :

Jamque vale : torquet medios nox humida cursus,
Et me sævus equis orieus afflavet aubeis.

Eodemque modo interpretatur Servius illud Æneid. vi:
Ecce autem primi sub lumina solis et ortus.

ut lumina primi solis medium noctis intelligat. Porro Prudentius ea commemorat quæ media nocte et post solent accidere. Et Teolius quidem consentit veteres Christianos consuevisse non solum ante solis ortum, sed etiam nocte ipsa et lectulo surgere ad orandum. Nonnulli gallicinium post mediam noctem statuunt, et conticinium post gallicinium. Vide Commentar. ad tit. hymni seq. Plura de Gallis Barthius lib. xxxv Adv., cap. 7, ex Theognidis Gnomologia, et Heliodoro l. b. i Æthiop., ex Martiali, Antipatro Thessalonicensi, Petro Venerabili lib. v contra Judæos. Videri etiam possunt commentatores hymnorum Breviarii Romani, Michael Timotheus, Gregorius Valentianus, et alii, nam pars hujus hymni canitur *seria 3 ad laudes.*

5. Ex Apost. ad Romanos xiii, 14 et seq.: *Et hoc scientes tempus : quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim prop or est nostra salus quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.*

6. Heinsius legit cum aliis, *lectulos ægros, soporos, desides.* Beermanus cap. 6 Manuduct. ad ling. Latin. ex cod. Palat. eandem lectionem tuetur, quæ etiam exstat in Hymnar. 5 Thomasii, et a Teolo est adoptata. Aldus, Nebr., Vat. P et alii, *lectulos ægros, soporos desides,* Widm., Bong., Rat., Prag., Gis., in textu, *lectulos, ægros, sopore desides.* Prætero *lectulos, Ægros sopore desides,* cum Vat. A, Weitz., Gold., Gisel. ad oram, correctoribus hymnorum Breviarii Romani sub Urbano VIII; nam epitheton *ægro* mollius coheret cum *sopore*, quam cum *lectulos*, et suavior decurrit versus. Vat. l, *Ægro sopore desides*, sed supra *sopores*; et in *ægro* videtur erasum s. Intelligo etiam *desides* in vocandi casu, o vos *ægro sopore desides* : neque aliter sensisse videtur Iso in glossa. Iidem homines qui dormientes dicuntur *desides ægro sopore*, vigilantes vocantur *Castique, recti ac sobrii.* Ægritudo animi notatur, ut infra, et in hymno S. Ambrosii *seria 4 ad mat.,*

Nos a quiete noxia
Mersos sopore libera :

Et in distichis Catonis :

Nam diuturna quies vitis alimenta ministrat.

In edit. 1 Gs. versus 4 strophæ 1, est *Castique*, versus 2 strophæ 2, *Jam Christus*; vers. 3 ejusd in strophæ, *Ægros*, errore typographico, quem multi deinde sunt amplexi.

7. Weitz., Gold., Widm., *Castique recti*; sed in Widm. supra, *Castique. Prag., Castique, recte. Rat., Castique, recte, ac sobrie.* Ita Vat. l a prima manu : supra, *Castique, recti, ac sobrii.*

8. Vigiliandi verbum sæpe in sacris litteris occurrit. Epist. I S. Petri cap. v, 8 : *Sobrii estote, et vigilate.* Matthæi xxiv, 42 : *Vigilate ergo, quia nescitis quæ hora Dominus vester venturus sit, etc.*

9. Vox *fulgidus* in Lucretio antiquata creditur. Eam revocarunt Lampridius, Solinus, Arnobius, Juvenius. De qua iterum redibit sermo.

13. Teolius pro diversa scriptura, *Vox illa.* De avium strepitu plura ex Prudentii hoc loco aliisque scriptoribus habes in Burmanniana editione Propertii, quam cl. Laurentius Santenius, elegantissimus poeta, complevit, ac publici juris fecit an. 1780, ad versum 46 lib. 1, eleg. 16 : *Et matutinis obstrepitalibus.*

14. S. Paulinus Natali 6, *culmea tecti Culmina.* Virgilius ecloga 1, *congestum cespite culmen.* et *vil-arum culmina fumant*; et vii: *Æn.*, vers. 456, *Et matutini volucrum sub culmine cantus.*

15 et 16. Apud Isonem legam a lectis exurgere, non a lituis. In Vat. P hi duo versus ita leguntur : *Nova antequam lux emicet, Nostri forma est judicis.* Prior non absurde; posterior contra metrum. Vat. O, *Vestri figura est judicis.*

19. Teol. ad oram, *Monet quietem.*

21. Nebrissa interpretatur *flammis aut auris*, quæ sub auroram spirant. Chamillardus suspicatur legendum *stetibus.* Nihil mutaveris. Cælum spargere coruscis flatibus est complere lumine. Flatus hic est oris halitus, ut i Sym. præf. vers. 86 : *Spirat sacrilegis flatibus inactus.* Cicero in Arato de Cane sidere : *Æstiferos validis erumpit flatibus ignes.* Sic Solis equi apud Ovid. Metamorph. lib. ii : *Ignemque vomentes... hinni-tibus auras Flammiferis implent.* De aurora Virgilius simili phrasi : *Et jam prima novo spargebat lumina terras.* Æn. lib. iv, vers. 584.

22. Extrema pars glossæ Vat. A desumpta est ex Isidoro, lib. v Etym., cap. 51. In prima parte lege *aurarii pro aurati* : nam *aurarii* dicebantur qui sae-

- Omnes labore exercitos
Confirmet a l' spem lum nis.
- 25 Illic somnus, ad tempus datus,
Est forma mortis perpetis :
238 Peccata, ceu nox horrida,
Cogunt jacere, ac stertere.
Sed vox ab alto culmine
- 30 Christi docentis præmonet,
Adesse jam lucem prope,
Ne mens sopori serviat :
Ne somnus usque ad terminos
Vitæ socordis opprimat
- 35 Pectus sepultum crimine,
Et lucis oblitum suæ.
Ferunt, vagantes dæmones
Lætos tenebris noctium, .

- A Gallo canente exterritos
40 **239** Sparsim timere, et cedere.
Invisa nam vicinitas
Luci, salutis, numinis,
Rupto tenebrarum situ,
Noctis fugat satellites.
- 45 Hoc esse signum præscii
Norunt repromissæ spei :
Qua nos soporis liberi
Speramus adventum Dei.
Quæ vis sit huus alitis,
- 50 Salvator ostendit Petro,
Ter, ante quam gallus canat,
Sese negandum prædicans.
B Fit namque peccatum prius

GLOSSÆ VETERES.

25. Exercitos, *exercitatos*, l.
25. Illic somnus, *sed peccatorum*, l.
26. Forma, *figura*, Iso.
28. Stertere, *runcare*, Vat. A.
31. Socordis, *pigræ*, l.
37. Ferunt, *homines*, l.

41. Invisa, *odiosa dæmonibus*, l.
43. Situ, *negligentia*, l.
44. Satellites, *sequaces*, l. *Dæmones*, Rat.
45. Hoc, *gallicinium*, Rat.—*Præscii, dæmones*, l.
47. Soporis, *vitiorum, mortis*, l.
49. Vis, *significatio*, Iso.

COMMENTARIUS.

hant, non ab *aurora*, ut putat glossæ auctor, sed ab *auris*, quas oratio excitabant ii qui gestu favebant, ut vult Servius in illum Virgilio versum : *Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris*. Explicat, *auris favoribus*, unde et *aurarii* dicuntur *suatores*. Sic *orarii* e it quasi *aurarius*. Casaubonus ab *oratio* putat dictos *orarios*, et euphoniæ gratia *aurarios*; *orarii* linteam dictum ori tergendum paratum. Vide notas ad Aurelianum Vopisci, qui refert, Aurelianum *primum donasse orarii populo Romano, quibus uteretur populus ad favorem*. Antea in ludis et theatris jactatione togæ soliti erant favere.

26. Put., *Mortis imago est perpetis*, repugnante meiro; ex quo Heinsius conjicit, *Imago mortis perpetis*. Retinendum est cum reliquis omnibus, *Est forma mortis perpetis*: nam forma a Græco *μορφή* est species, figura, idea. Sic Cicero passim, *forma reipublicæ*; et de *Divinat.* lib. II : *In nubibus nunquid animadvertisti leonis formam, aut hippocentauroi*. Tuscul. lib. I, *somnum vocat mortis imaginem et simulacrum*. Prud., Apoth. vers. 309 : *Christus forma Paris, nos Christi forma et imago*. Weitzius pluribus confirmat, somnum esse mortis imaginem, quæ tibi vel non querenti occurrunt : ut mirer interpretes dicere Prudentium respexisse ad illud *N. sonianum* : *Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago*? Cur non ad alia similia?

29. Ald., *vox ablato culmine* ex traiectione litterarum pro *ab alto*. Vat. A *ab alato*, male.

31. In vulg. nonnullis, *Adesse lucem proxime*.

32. Peveratus censet posse hunc esse sensum : Ne Deus serviat peccatis per somni desidiam, juxta illud Jeremiæ, *Servire me fecistis in peccatis vestris*; quia scilicet Deus a Platonice vocatur *mens*, ut a Virgilio vi *Æneid.*, *Mens agitat molem*. Subtilis est hæc interpretatio, sed non probanda.

34. Egm. a manu secunda, et Vat. P, *socordes*, male. Primum o corripitur raro exemplo, non enim secundo loco spondæum admittit poeta. Socordiam aliqui dictam volunt, quasi *sine corde*, alii a particula separandi *se*, et *cor* : nonnulli inde scribunt *secors* et *secordia*. Vat. unus apud Teol. perperam legit *mentes socordes*.

35. *Pectus sepultum crimine*, ut homines vino somnoque sepulti apud Virg.

37. S. Ambrosius Hexaem. lib. V, cap. 24, a Weitzio allegatur in hunc locum; sed nihil ibi Ambrosius

de dæmonibus, sed de avibus nocturnis, imprimis de lusciniæ incubantis cantu, de noctua, vesperilione et gallo. S. Augustinus, lib. viii de Civit. Dei, cap. 22, tradit, dæmones in aere versari, quod sæpe alias inculcat; et confirmat S. Gregorius Magnus lib. II *Moral.*, cap. 24. Idem Augustinus, cap. 3 lib. xiv de Civ., docet, dæmonem esse in carceribus hujus caliginosi aeris æterno supplicio destinatum. Et serm. 103 : *Ista demonia seducere animas querunt, sed ubi sol non ortus est, tenebræ enim sunt*. Fortasse dæmones intelligit S. Ambrosius hymno ad laudes dominicæ : *Hoc omnis errorum cohors Viam nocendi deserit*. De S. Isidoro et Grialis notis dixi ad titulum hymni.

40. Etsi supra dixerit *vagantes dæmones*, tamen recte nunc *sparsim* timere, et cedere eos affirmat, quia catervatim vagantur tenebris læti, sed adveniente luce dispersi aufugiunt. Conjecerat aliquis *passim*.

42. Vat. A, *numinis, al. numini, id est dæmoni*. Non assentior. Inaudium quippe est mihi, dæmonem ab ecclesiasticis scriptoribus *numinis* appellatione simpliciter donari, quamvis *Deus hujus mundi* in sacris Litteris dicatur.

43. Virgilius lib. vi describens *Æneæ iter per Averni fauces ad inferos*, ait : *Per loca senta situ*.

50. Math. cap. xxvi, 34 : *Amen dico tibi, quia in hac nocte untequam gallus cantet, ter me negabis*. Ita Lucas et Joannes. Ma cus vero cap. xiv, 50, *Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus*. Vossius putavit, hanc vocem *Salvator* post Tertulliani tempora inventam. Antiquiorem esse ostenditur ex hac inscriptione apud Gruerum : IOVI CVSTODI-QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAE-SARIS NERVAE-TRAIANI AVG-COL SARNII. At non deerunt qui dubitent sitne genuina hæc inscriptio. Cicero ausus non est eo verbo uti, cum *solus* vellet interpretari. Merito restarguitur P. Castus Innocens Ansaldo, qui in *Comm. de forensi Judæorum buccina* statuit, cantum galli in Evangeliiis fortasse intelligi clangorem forensis buccinæ. Vide cl. Cancellierium loco mox citando.

55. Ald., Gis. in edit. 1, *peccator*. Idem Gis. in edit. 2, *peccatum*, et falso *peccator* alios habere dicit, quia paulo post ait, mentem Petri mansisse integram, et cantu galli cognito justum destitisse peccare. Lego quidem *peccatum* ex mss. codd., sed rationem Gisellini non probō : nam Petrus vere peccavit,

Quam præco lucis proximæ
 55 **240** Illustret humanum genus,
 Finemque peccandi ferat.
 Fleuit negator denique
 Ex ore prolapsum nefas :
 Cum mens maneret innocens,
 60 Animusque servaret fidem.
 Nec tale quidquam postea
 Linguæ locutus lubrico est ;
241 Cantuque galli cognito,
 Peccare justus destitit,
 65 Inde est, quod omnes credimus.
 Illo quietis tempore,
 Quo gallus exsultans canit,

A
 Christum redisse ex inferis.
 Tunc mortis oppressus vigor,
 70 Tunc lex subacta est tartari,
 Tunc vis diei fortior
242 Noctem coegit cedere.
 Jam jam quie-cant improba.
 Jam culpa furva obdormiat,
 75 Jam noxa lethalis, suum
 Perpressa somnum, marceat.
 Vigil vicissim spiritus,
 Quodcunque restat temporis,
 Dum meta noctis clauditur,
 80 Stans, ac laborans excubet.
 Jesum ciamus vocibus,

GLOSSÆ VETRES.

57. Negator, Petrus, 1.
 59. Cum mens, quia quamvis voce Christum negaret, timore correptus, mens tamen et animus fidem servabat, 1, Vat. A.
 62. Lubrica, volubili, 1.
 64. Destitit, dimisit, 1.
 70. Tunc lex, lex Tartari erat talis, ut nemo post mortem resurget, quæ tunc destructa est, Vat. A. — Subacta, a Christo, 1.

B
 75. Improba, improbus dicitur nulli probabilis, probus autem quasi prohibus, id est, justus, qui se ab omni malo prohibet, Vat. A.
 74. Furva, nigra, 1.
 75. Lethalis, mortalis, 1.
 76. Marceat, tepescat, 1.
 79. Meta, finis, terminus, 1.
 80. Stans, in Dei servitute, 1. — Excubet, vigilet, 1.
 81. Ciamus, invocamus, 1.

COMMENTARIUS.

et tunc deum justitiam recuperavit, cum respicit et destitit peccare, ut mox patebit. Plura hic peccat Chamillardus : notam versui 57 supponit, et ait, Nebrissam legere negator, quod falsum est de hoc versu 53. Addit, se scribere peccator, et in textu invenitur peccatum. Callandus hoc errore deceptus edidit vers. 57, contra legem metri, Fleuit peccator, et auctorem hujus correctionis vel potius corruptionis laudat Chamillardus. Hujusmodi lapsus in scriptoribus præsertim insignioribus annotare prodest ; ut solent scopolos et brevia indicare ii qui cursus maritimos in tabula pingunt :

59. Incassum aliqui conantur Prudentium erroris arguere, perinde quasi Petrum peccasse negaverit, in quibus est Cellarius, qui poetam non intellexit, dum eum ait errasse, quia mens Petri magis quam lingua peccavit. Præcesserat Clericus, tom. XII Bibl. univers., qui putat plus dixisse Prudentium quam voluit, sociumque illi dat S. Cyprianum pag. 127 edit. Oxoniens. de his qui tormentis cesserunt : *Infirmis viscerum sensit, nec animus, sed corpus dolore defecit. Rectius Calmetus ex hoc Prudentii loco veriorum sententiam confirmat, Petrum negationis externæ peccato fuisse implicitum, quod vere peccatum est, hominemque peccatorem efficit, sed fidem intus servasse ; quandoquidem Christus rogavit ne illius fides deficeret. S. Augustinus lib. Contra mendacium, cap. 6 : In illa negatione intus veritatem tenebat ; foris mendacium proferbat. Prudentius peccatum negationis externæ sapius declarat : Ter... sese negandum prædicans... Fit namque peccatum prius... Fleuit negator denique Ex ore prolapsum nefas... Peccare destitit.* Confer S. Ambrosium lib. x in Evan. Luc. cum notis Maurinorum.

62. Legunt lingua lubrica Gis., Bong., Wid., Vat. 1, Iso, Cell. et alii, non male. Rat. pariter, Lingua locutus lubrica est, sed supra locutus erat a, ut esset locuta, et quidem ab eadem manu. At metrum non patitur, in nominandi casu poni lingua. Prag. aut alii (non enim bene distinguit annotator editionis Coloniensis qua utor), Lingua proloquitur lubrica, male. Nostra lectio elegantior est, et ex Prudentii stylo, quam optimi et vetustissimi codd. tenent ; quæ videtur etiam fuisse in Hal., et in Gold. erat supra. Vat. O, Lingua locutus lubrico sine est.

63. S. Ambrosius in hymno *Æterne r-rum conditor* ad laudes dominicæ pulchre conversionem in hanc Petri, ex galli cantu admoniti, describit : *Hoc ipsa petra Ecclesiæ Canente culpam diluit*, etc. In tanta librorum copia, ne dicam turbam, quibus expenditur locus Matth. cap. xvi, 18 : *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, etc., haud scio an alii animalvererint, ex hoc maxime loco interpretationem catholicam demonstrari. *Qui sensus*, ait S. Augustinus lib. ix Retract. cap. 21, *etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii, ubi de gallo gullinaceo ait : Hoc ipsa petra Ecclesiæ Canente culpam diluit.* Cum autem Ambrosiani hymni ad omnes, aut fere omnes Occidentis Ecclesiæ permanerint, consequens est, eam interpretationem, qua Petrus petra Ecclesiæ dicitur, pro explorata esse habendam ex communi Ecclesiarum consensu. In officio quoque Isidoriano hymnus ad cathedram S. Petri incipit. *O Petre, petra Ecclesiæ.* Quare cum res sit de sacræ Scripturæ expositione, locum hic habet regula S. Augustini et theologorum, *Legem credendi lex statuat supplicandi.* Unus vel alter SS. Patribus, qui aliam explicationem adhibent, ad hanc Ecclesiæ catholicæ interpretationem, si possint, revocandi sunt : si non possint, eorum expositio probabilis, per nos licet, censeatur, quoniam idem S. Scripturæ locus duos sensus habere potest ; sed ita ut alteri eæ interpretationi non officiat.

65. Christum ex inferis resurrexisse, cum adhuc tenebræ essent, ex Evangelio liquet. Olim credebant Christiani, media nocte Christum esse venturum ad homines judicandos, ut videre potes proL. num. 148. Hinc est quod poeta non solum resurrectionis, sed etiam extremi judicii meminit, ut ex sequentibus patebit, et antea dixit : *Nostris figura est judicis.* Hymno 2 matutino similiter extremum judicium commemorat.

69. Vigor. Teol., Ald., Weitz., Gis. 1 ed., Rat., Prag., Vatt. A, 1 et P, et alii vetustissimi. Chamillardus cum Gis. 2 edit., et Heins., rigor. Sed melius dicitur *opprimere vim, potentiam, vigorem mortis, quam rigorem.* Et poeta infra hymno 2 vers. 8 : *Culpæ vigorem perdidit.* In Vat. A male expressus pro *oppressus*. Nota, tres primos hujus strophæ versus incipere *Tunc*, quibus respondent tres alii primi sequentis strophæ *Jam*.

Fientes, precantes, sobrii :
 Intenta supplicatio
 Dormire cor mundum vetat.
 85 Sat convolutis artibus
243 Sensum profunda oblivio
 Pressit, gravavit, obruit,
 Vanis vagantem somniis.
 Sunt nempe falsa et frivola,

A 90 Quæ mundiali gloria,
 Ceu dormientes, egimus :
 Vigilemus; hic est veritas.
 Aurum, voluptas, gaudium,
 Opes, honores, prospera,
 95 Quæcunque nos inflant mala,
 Fit mane, nil sunt omnia.
 Tu, Christe, somnum disjice,

GLOSSÆ VETERES.

83. Inten'a, *ad Deum*, I.
 88. Somniis, *somnia gloria hujus mundi, nam fugit*,
 Vat. A.
 89. Frivola, *vana, nihil valentia*, I.
 92. Veritas, *Christus*, I.

95. Inflant, *in præsentī vita*, I.
 96. Fit mane, *fit dies judicii*, I.
 97. Disjice, *defectivum verbum est*, I. *Dissipa, et ef-*
fuga, et discute. Dissice verbum defectivum est, et non
habet amplius, Vat. A.

COMMENTARIUS.

82. Sichard. *sobrios* male pro *sobrii*. Vat. O, *sobrie*. B *vanis*.

Advertenda est ratio Christianorum maxime propria, qua Deum colunt, fletu eum precantes, ab iis qui antiquitates ecclesiasticas prosequuntur, aut penitus prætermittunt, aut non satis illustrata. Poeta hymno 2, vers. 49, *Te mente pura et simplici, Te voce, te cantu pio Rogare curvato genu Fleido, et canendo discimus*. Judith populum hortabatur ut ab obsidione Bethulæ liberari precaretur cum lacrymis, cap. viii, 7 : *Dicamus fletus Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam*. Exstant in Veteri Testamento alia exempla Davidis et Ezechie, in Novo S. Petri, Magdalensæ. Alia legi possunt in Vitis Patrum, quas Rosweydyus collegit, ut in Vita abbatis Pauli Nazarbensis, abbatis Thallelei Cilicis. Historiæ sanctorum recentium donum lacrymarum passim commemorant, quo insignitum fuisse Prudentium colligo ex Passione Cassiani, vers. 99 : *Par-o, complector tumulum, lacrymas auoque fundo, Altare tepescit ore, saxum pectore*. S. Maximus Taurinensis, homil. 3, laudans S. Petri lacrymas ait : *Lacrymæ, inquam, tacite quodammodo preces sunt, veniam non postulant, et merentur; causam non dicunt, et misericordiam consequuntur*. Vide Raynaudum, tom. XV He. erocl. spirit., pag. 151, et Benedict. XIV, de Beat. lib. iii, cap. 26. In utraque pœnitentia baptismatis, et laporum fundi lacrymæ olim solebant, quæ a SS. Patribus commendantur, si et constantes sint et ex corde intimo profluant.

84. Ald., Gis., Chamil., Vat. P, O et I a secunda manu, cum aliis ed. et mss. et Breviario Romano, *vetat*. Magis sensui congruit *vetet* cum Prag., Gold. (in quo supra *vetat*), approbante in notis Heinsio. *Quiescant, obdormiat, marceat, excubet, ciamus, postulant vetet*. Hymnarium Ven. Thomasi habet *vetat*, quod rotineo.

88. Apud Teolium Vat. unus, *racuis* non male pro

90. Aldus ediderat, *Quæ mundi alit gloria, sed cor-rexit*. Tertullianus, de Anima cap. 54, *labes mundialium sordium*. Sulpicius Severus Hist. sacr. ii, c. p. 14, *historicos profanos vocat mundiales*. Significatio mundi pro improbis, pro vanitate, profanaque pompa ab ecclesiasticis invecata est.

95. Gisel. in 1 edit., *instant*, quo fortasse respicit glossa Isonis. Reliqui omnes, *inflant*. Vat. A, *male pro mala*. Commune in lectionem amplector, et intelligo, vocari mala quæ alii bona fortunæ dicunt, aurum, voluptatem, gaudium, opes, honores, prospera, de quibus dixerat : *Sunt nempe falsa, et frivola, Quæ mundiali gloria Egimus*, etc. Et nunc, *Quæcunque nos inflant mala, nil sunt omnia*. Vide notata in præf. vers. 29, *vel bona, vel mala*.

96. Vat. A, *nihil pro nil*. Teolius punctum interrogationis adjicit, *Fit mane?* quod replicat in nota. An data opera, an mendo typographico?

97. Heinsius cum vetustissimis codd. et Weitzio, *dissice*. Rat., *dissice*, sed ablato altero s factum a correctiore *disice*. Franciscus Juretus lib. iii Paulini de Vita S. Martini, et Casperius in Electis, pag. 61, de hoc verbo pluribus disserunt, et legendum *dissice* contendunt. Nihil moveor. Scriba *disjice* cum vulg. nonnullis, et Hymnar. Thom., ut in Virgilio et aliis, a verbo *disjicio*, quo usus etiam est Prudentius in præsentī, hymno S. Laurentii vers. 209 : *Cum membra morbus disjicit*. Non ergo verbum est defectivum, quod nihil amplius habeat, quam *disjice* aut *dissice*. Tota controversia est orthographica, in qua vulgatam scribendi rationem sequor. In vulg. et in Brev. Rom. *discute* est pro *disjice*, quæ est glossa veterum codicum, ut vidimus. Hunc hymnum, ejusque elegantiam laudat Aringhus lib. vi Romæ subterr., cap. 57, quod est de Gallo gallinaceo. Ex ejus lib. vi, cap. 57, sequens monumentum exhibeo.



Vetus pictura ex cœmeterio Priscillæ via Salaria.

Tu rumpe noctis vincula,

244 Tu solve peccatum vetus,

100 Novumque lumeningere.

II. HYMNUS MATUTINUS.

245 Nox, et tenebræ, et nubila

Confusa mundi, et turbida,

Lux intrat, albescit polus,

Christus venit, discedite.

5 246 Caligo terræ scinditur

Percussa solis spiculo :

A Rebusque jam color redit
Vultu nitentis sideris.

Sic nostra mox obscuritas,

10 Fraudisque pectus conscium,

Ruptis relectum nubibus,

Regnante pallescet Deo.

Tunc non licebit claudere,

Quod quisque fuscum cogitat :

15 Sed mane clarescent novo

247 Secreta mentis prodita.

Fur ante lucem squalido

GLOSSÆ VETERES.

6. Spiculo, radio, *spiculum proprie est sagitta*, I. Radio, Vat. A.

7. Color redit, *secundum physicos loquitur, qui dicunt, omnia co'orata in nocte colorem perdere : sole iterum redeunte, illis colorem redire. Sic et illud : Nox abstulit a'ra coloris. Quidam autem hoc negant, dicentes, squamas piscinum nocte lucere*, Vat. A.

8. Nitentis, splendentis. *Secundum physicos loquitur, qui dicunt omnia colorata in nocte perdere colo-*

rem : sole redeunte, redire colorem.—Sideris, solis. I.

12. Pallescit, fulgescit, Rat.

13. Claudere, occultare, I.

14. Fuscum, vitiosum, demigratum peccatis. I.

15. Mane, adverb. *est mane temporis significativum ; sed hoc loco non est, cum conjungitur declinabili parti,*

B *ut mane novo, i. e. in die judicii, I.*

16. Prodita, manifestata, Vat. A.

17. Squalido, tenebroso, I.

COMMENTARIUS.

Quippe Christiani veteres galli imaginem, vigilantiam, necnon Christi Domini, et divini verbi præconum symbolum, exprimere solebant; neque solum juxta apostolum Petrum ejus imago frequenter occurrit, sed aliis in locis cœmeteriis, ut in sarcophagis et lucernis, et in editiore subterraneorum cubiculorum prospectu, in fornicibus et absidibus. Inde in sublimioribus temporum nostrorum fastigiis gallus representari cœpit. In codd. Vat. Alexandr. 74 et 348 gallus in prima hujus hymni littera pingitur. Vide proleg. num. 78. Verum de gallis plura nuper edidit cl. Franciscus Cancellierius, qui quatuor voluminibus docte eleganterque conscriptis argumentum novum de Secretariis basilicæ Vaticanæ exhaustit. Fuscè disserit lib. 1, cap. 14, § 4 et seqq. : *Cur veteres Christiani turribus campanariis gallos imponerent. De Christi verbis, Antequam gallus cantet. De galli symbolo apud Christianos.*

Matutinus, alia inscriptio Abli., Rat., Gold., Weitz., Ad Matutinum ex breviariis in codices videtur inventa. Alex., Vat. I et alii, Hymnus matutinus. Ex erudita præfatione excellentissimi archiepiscopi Toletani ad Breviarium Isidoriani novam editionem colligo, hunc hymnum posse vocari ad pullorum Cantum ex veteri Hispanica consuetudine. In calce nostri codicis (ait doctissimus præsul) non solum horas matutinas et laudum invenies, sed etiam hymnos ad primam noctis vigiliam, AD GALLI CANTUM, QUOD ERAT CIRCA MEDIUM NOCTIS, ET AD PULLORUM CANTUM, QUOD ERAT CIRCA EMISSIVAM AURORAM; hunc secundum, ut a galli cantu mediæ noctis discerneret, hymnum PULLORUM CANTUS appellabant. Egregie hæc consonant S. Isidori verbis cap. 21, lib. v Etymol., *Matutinum est inter abscessum tenebrarum et auroræ adventum.* Pars hujus hymni Matutini canitur feria 4 ad laudes Breviarii Romani, Nox, et tenebræ, et nubila; pars vero feria 5 ad laudes, Lux ecce surgit aurea, pro quo versu Prudentius habet, *Sol ecce surgit igneus.* Riccio-lius part. 8 Prosod., cap. 6, reg. 2. *Quid, inquit, elegantius illo hymno Boethiano, qui canitur in laudibus ferie 4, Nox, et tenebræ, et nubila, etc.? Putarem, Boethii nomen excidisse pro Prudentio.* Sed paulo ante dixerat : *In hymnis autem a S. Ambrosio, Boethio, aut Prudentio constructis utitur Ecclesia catholica iambicis hujusmodi, per strophas tetra-strophas distributis in horis canonicis.* Sed neque hic est hymnus Boethianus, neque alium iambicum dimetrum novi, a Boethio compositum, quo utatur Ecclesia catholica.

1. Egin., *jubila pro nubila, mendose.* Infra vers.

65. *Nox mundi, ut hic. Nox, tenebræ, nubila mundi; quæ omnia inter se differunt.*

3. Vetus codex in edit. Colon., *micat pro intrat, male, et ex aliqua glossa.* Hymnarium V Thomasi multis in locis correctione indiget, ut in hoc tertio versu, *intrat, albescit polus, ubi deest lux.*

4. *Discedite*, formula, qua e sacris abire jubentur profani, ut *Procul, o procul este profani*; et infra hymno 6, vers. 136 et seq., *Procul, o procul vagantem Portentia somniorum : Procul esto pervicaci Præstrigator actu... Discede, Christus hic est : Hic Christus est, liquesce.* Imperatores cum ignominia causa milites dimittebant, hæc formula utebantur, *Discedite, Quirites, atque arma deponite.* Vide Brissonium de formulis lib. iv.

6. Spiculum proprie est sagitta. Chamillardus post Fabricium ait, *spiculo* improprie dici pro radiis, et rectius sibi radiorum *spicula*. Hamart. vers. 87. Contra Gifanium in ind. Lucret., verbo *Tela dei*, observat, venuste et docte tela diei appellari *solis radios*, sicut Varro *jacula solis*, et Prudentius *spicula* dixerunt. Gifanium rationem addit, quia radius nihil est aliud Latine quam hostile, seu hasta sive ex ferro, sive ex materia. Hæc ratio non placet Becmano de Orig. lingue Latinæ, verbo *Radius*; sed assentitur spiculum usurpari de solis lumine pariter, ut radium; quem consilare poteris.

8. *Nitens*, nitenti pro nitentis, quod melius adhæret *sideris*, ut sol denotetur, ut recte interpretatur Iso. Concinnum tamen est, *vultu nitenti*.

9. Prag., *hic pro sic, male.*

12. Ald., Rat. (ulii glossa *fulgescit*), Gis, Fabricius, Weitz., Vat. I, O, P, et alii legunt *pallescit*. In Vat. A et Alex. est *pallescet*, quod videtur exigere sensus. Agit enim poeta de extremi Dei judicio; idcirco adjungit : *Tunc non licebit claudere... Sed mane clarescent novo.* Nebrissensis habet : *Pallescat pro albescat, et alludit ad tempus matutinum, quo aurora pallet.* Sed in contextu Nebrissensis legitur *pallescit*. Aurora primum pallida est, tum rosea, postremo candida, seu clara. Verum hæc vocabula, auroræ et matutini temporis propria, a Prudentio poetice ad extremum judicii diem, quo sol justitiæ apparebit, transferuntur.

15. Vat. I et Gold. a prima manu *clarescent*, quod poterit sustineri, si supra legatur *pallescit*.

17. Cave ab Aldinæ editionis errore, *Furante pro Fur ante.* Mirifice poeta exornat hanc sententiam, *qui male agit, odit lucem.* Similia sunt apud SS. Patres. S. Ambrosius lib. II de Cain et Abel, cap. 8 : *Latre*

- Impune peccat tempore :
Sed lux dolis contraria
20) Latere furtum non sinit.
Versuta fraus et callida
Amat teneris obtegi,
Aptamque noctem turpibus
Adulter occultus fovet.
25) Sol ecce surgit igneus,
Piget, pudescit, pœnitet.
Nec teste quisquam lumine
Peccare constanter potest.
Quis mane sumptis nequiter
50) **248** Non erubescit poculis,
Cum sit libido temperans,

49. Dolis, *furtum*, l.
22. Amat, *cupit cooperiri*, l.
23. Turpibus, *rebus*, l.
24. Fovet, *amat*, Vat. A. et l.
26. Pœnitet, *adulterum sui sceleris*, l.
28. Constante, *audacter, fiducialiter*, l. *Audacter*, Vat. A.
29. Mane, *si mane ebrius fuerit*, l.
31. Cum, *quando*, l.
32. Castum, *castitatem*, l. *Pro castitate, nomen*. Vat. A.
33. Severum, *adverb. graviter*, l. *Pro adverbio. i. e. graviter et honeste*, Vat. A.
34. Ludicrum, *ludibrium*, l.

diem refugit, quasi criminis testem. Lucem adulter erubescit, quasi adulterii consciam. Poetae fingunt ex Nocte Fraudem et Mendacium progenita, ut denotent noctem fraudibus esse aptam. Ethnici nocturnas congregationes primis Christianis objiciebant. Minneius Felix in Octavio: *Illic post multas epulas, ubi convivium caluit, et incestæ libidinis ferror ebrietate exarsit, canis, qui candelabro nexu est, jactu offulæ ultra spatium linæ qua vinculus est, ad impetum et saltum provocatur: sic everso et extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexu infandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis*. Quo respexit Tertullianus Apolog. cap. 7: *Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii, et pabulo inde, et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebris tum et libidinum impiarum inverecundiam procurant*. Et cap. 8: *Præterea candelabra et lucernæ, et canes atque, et offulæ quæ illos ad eversionem luminum extendant*. Hanc fabulam et calumniam vel ex eo maxime depellebant Christiani, quod Deum semper præsentem, et cui nihil est clausum, cogitarent, et colerent; quod in fere toto hoc hymno Prudentius exponit, ut patebit.

21. Oxon., *frons* pro *fraus*, sed longe melius est *fraus*.

29. Respicit consuetudinem fere omnium gentium, præsertim Judæorum, et inde Christianorum, vinum mane non bibendi: ex qua S. Petrus Actor. apost. cap. 11 a se, ab apostolis aliisque centum viginti hominibus, in quos Spiritus sanctus descenderat, suspicionem ebrietatis depulit: *Non enim sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia*. Neque enim credibile erat, tot simul religiosos cordatosque viros contra consuetudinem, communemque vivendi modum, et præscriptam legem, vino se ante horam tertiam proluisse. Chamillardo et Teolio alia interpretatio placuit, quod sermo sit de poculis sumptis die vel nocte superiore. Non probo, nec videtur probare Iso.

32. Accipit *nugator* pro libidinoso, ut hymno 7, vers. 98: *Veteresque nugas condomere et frangere*, et

- A Castumque nugator sapit ?
Nunc nunc severum vivitur,
Nunc nemo tentat ludicrum,
35) Inepta nunc omnes sua
Vultu colorant serio.
Hæc hora cunctis utilis,
Qua quisque, quod studet, gerat :
Miles, togatus, navita,
40) Opifex, arator, institor.
Illum forensis gloria,
249 Hunc triste raptat classicum :
Mercator hinc, ac rusticus
Avara suspirant lucra.
45) At nos lucelli, ac fenoris,

GLOSSÆ VETERES.

- B 35. Inepta, *incesta*, l.
36. Colorant, *laudant*. — *Serio, honesto, sobrio*, l. *Serio, i. e. mature, modeste, honeste*, Vat. A.
38. Qua, *in qua*, l.
39. Miles, *p'beius*, Vat. A. — *Togatus, pacatus, qui in foro disputat*, l.
40. Institor, *negotiator*, l.
41. Forensis, *a foro*, Iso.
42. Classicum, *tuba bellica*, l.
44. Suspirant, *desiderant*, l.
45. Lucelli, *diminutivum a lucro*. — *Fenoris, æuræ. Fenus dicitur a manipulo feni, quia sicut fenum manipulis augetur, ita fenus, i. e. pecunia augmentatur colligendo*, l.

COMMENTARIUS.

Psych. vers. 437, *jocus, petulantia, voluptas, cupido* dicuntur NUGATRIX acies. Castum pro caste, et similia libenter usurpat: sic duobus proxime sequentibus versibus *severum et ludicrum*. Paulo ante *tarpia* pro *rebus turpibus*, et mox *inepta sua* pro *sua ineptiis*.

36. In *Isona laudant pro colorant* non intelligo, nisi legendum sit *lavant*, aut, quod magis congruit, *laurant*. Ad marginem editionis Coloniensis reperio ex cod. ms. *cultu pro vultu*.

38. Præf. vers. 33 eodem sensu *studeo* occurrit, *Non sunt illa Dei, quæ studuit*.

39. Chamillardus *togatum* pro *judice* sumi vult, quia infra de togato dicitur, *illum forensis gloria*. Sed parum vidit: nam *forensis gloriæ* omnibus qui in foro versantur potest applicari, et hoc loco oratores potissimum significari declarat versus 46, qui huic respondet, *Fandique prorsus nescii*.

40. Male *institor* Widm. et Bong., in quo supra *institor*: nam postea *mercator* idem nominatur. *Institor* dicitur qui instat negotio. Vide glossam.

42. Suspicio mihi nonnulla est de traiectione horum versuum, ut primum debeat esse, *Hunc triste raptat classicum, tum illum forensis gloria*. Hoc enim ordine prius recensentur *miles, togatus, et mercator*. D ut postea ordine inverso eadem artes indicantur, *At nos lucelli, ac fenoris*, etc. Notat poeta, plures vivendi certum genus non eligere, sed casu aut temeritate arripere: id enim est *raptat*. Confer primam satiram lib. 1 Horatii:

Qui sit, Mæneas, ut nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors objecerit, illa
Contentus vivat ?

et quæ addit de milite, de mercatore, de agricola et de jurisconsulto:

Agricolam laudat juris legumque peritus.

45. Visne audire aliam feneratoris, aut, ut alii scribunt, fenoratoris etymologiam ex Varrone? ecciliam: *Fenerator a fenere est cognominatus, fenus autem dictum a fe'u, et quasi a fetura quadam pecunie pe-*

Fandique prorsus nescii,
Nec arte fortes bellica,
Te, Christe, solum novimus.
Te mente pura, et simplici,
50 **250** Te voce, te cantu pio
Rogare curvato genu,
Flendo, et canendo discimus.

A Illis nos lucratur quæstibus,
Hæc arte tantum vivimus :
55 Hæc inchoamus munera,
Cum sol resurgens emicat.
251 Intende nostris sensibus,
Vitamque totam dispice :
Sunt multa fucis illita,

GLOSSÆ VETERES.

46. Fandi, *rhetoricæ*, Vat. A. — Nescii, *sumus*, I.
52. Canendo, *laudando*, I.
58. Dispice, *diligenter aspice*, *deorsum aspice*,
Diligenter inspicere. Vat. A.

59. Fucis, *peccatis*, *vel nigris*. *Fucus dicitur de omni colore, unde fuc las vestes dicimus quocunque modo tinctas : peccatis tenebræ, l. Fucus est color niger, sed pro omni colore ponitur*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

rientis atque increscentis : et idcirco et M. Cato, et cæteri ætatis ejus seneratorem sine o littera pronuntiant, sicuti fetus ipse, et secunditas appellata. Ex A. Gellio lib. xvi, cap. 12, Nonio et Marcello. Hæc eadem ratione Græco partus τὸχος est lenus. Lucelli voce ut tur Cæro.

41. Quærat aliquis, ex quorum persona Prudentius hæc proferat : non enim omnes Christianos potest comprehendere, in quibus erant milites, togati, nautæ, opifices, aratores, institores. Igitur quod ait *Hæc arte tantum vivimus*, nempe laudandi Deum, solum ad clericos pertinet, et fortasse etiam ad eorum hominum collegia et societates, in quibus religiosi ordines jam erant adumbrati, ut videri potest apud S. Augustinum lib. 1 de Moribus Ecclesiæ catholicæ, ubi præter anachoretas, præter cœnobitas in communem vitam congregatos, viventes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, præter feminas habitaculis segregatas, ac remotas a viris quam longissime, adjungit aliud genus laudabile Christianorum, qui in civitatibus degunt, a vulgari vita remotissimi. Vidi, inquit, *ego diversorium sanctorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus unus presbyter præerat vir optimus et doctissimus. Romæ etiam plura cognovi, etc. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis ; quibus item multis viduis, et virginibus simul habitantibus, et lana, ac tela victum quærantibus, præsumi singulæ gravissimæ, probatissimæque*. Ac fortasse Prudentius ad aliquod hujusce generis diversorium secesserat.

49. His quatuor versibus præcipui ritus colendi et rogandi Deum continentur, primus internus in spiritu et veritate, *mente pura et simplici*, alter voce sine cantu, *te voce*, tertius *cantu pio*, quarto *curvato genu*, quinto *flendo*. De cantu ecclesiastico moderato ab ipsis Ecclesiæ nascentis initiis plura passim alii, et nonnihil nos in dissert. de Hymn. eccles., § 9 et seqq. De fletu in eorum supra ad hymn. 1 vers. 82. Inflexio genuum inter primos Christianos adeo in usu erat, ut pro oratione ipsa in Actis S. Theclæ *inflexio genuum* ponatur. Binghamus, lib. xiii Antiq. eccles., c. p. 8, tradit, hunc ritum usitatum fuisse in matutino et vespertino ministerio diebus profestis et stationariis, sive jejuniis constitutis. Tertullianus in fine libri de Oratione : *Stationi militia nomen dedit, usum oratio*. Quarta quavis et sexta hebdomadis die fieri stationes solebant, in quibus jejuniis simul cum statione solvebatur, ut dicam ad hymnum SS. Fructuosi et sociorum. Illis etiam diebus Christiani orantes genua flectebant. Quibus autem diebus non flecterent, S. Justinus, sive alius vetus auctor, quæst. 115 ad orthodoxos, explicat : *Si genuum inclinatio in precationibus magis Deo commendat, quam si stantes orent, quare diebus dominicis, et a Paschæ feriis ad Pentecosten usque precantes genua non flectunt ? unde talis in Ecclesiis provenit consuetudo ?* Quæstioni huic ita respondeat : *Quia semper utriusque conservare memoriam oportebat, et lapsus nostri per peccatum, et gratiæ Christi, per quam a lapsu resurreximus. Ea propter genuum per sex dies inclinatio nota est*

lapsus nostri in peccatum. Quod vero die dominica genua non inflectimus, designatio est resurrectionis, per quam gratia Christi, et a peccatis et a mortificata cum eis morte liberati sumus. A temporibus autem apostolorum consuetudo talis accepit initium, prout ait beatus Irenæus martyr et episcopus Lugdunensis, in libro de Paschate : ubi quoque mentionem facit Pentecosten, in qua genua non inflectimus, quoniam pari est cum die dominico potestate. iustia eam, quæ de ista dicta est, causam. Hujus ritus vestigia exstant in officio ecclesiastico, in cujus fine antiphonæ beatæ Mariæ flexis genibus dicuntur præterquam in diebus dominicis, et toto tempore paschali, quod idem observatur, cum campanæ sonitu deiparam salutare admonemur. De genuum inclinatione vide præter alios Cæsarium Arelatensem, homilia 31. *De genibus flectendis in oratione*, qui eos reprehendit qui, diacono clamante : *Flectamus genua*, ut columnæ erectæ stabant, quod, inquit, *Christianis, dum in ecclesia oratur, omnino nec licet nec expedit*. Dum autem Christiani stantes orationem fundebant, sæpe manus in crucis formam expandebant, quem ritum exponam ad hymnum S. Fructuosi.

56. Christiani veteres non solum oriente sole preces Deo offerebant, sed etiam orantes ad orientem respiciebant. S. Justinus loc. cit., quæstione 118 : *Cur cum omnia loca idonea sint ad Deum colendum pura mente, in solis orientis clima intentis oculis hymnos et orationes offerimus ? et qui sunt qui hæc nobis tradiderunt ?* Respondet : *Præstantissima quæque ad honorem Dei destinamus : oriens præstantior est omnibus creaturis, ergo vultum ad orientem vertimus*. De ritu ad orientem regionem precandi exstat dissertatio Jacobi Thomasi. Etiam templa olim Christiani versus orientem exstruebant.

58. Gold., Wadd., Bong., Vat. unus apud Teol., Weitz., *despice*. Prag., *despice*, ad oram *dispice*, Rat., *despice*, sed correctum *dispice*. Juretus ad lib. iii de Vita beati Martini restituere volebat *dissice*. Legendum *dispice*. Catullus de coma Berenices : *Onia qui magni dispicit lumina mundi*, quem ad locum plura congerit Joan. Antonius Vulpius in sua Catulli editione, quæ magnam partem etiam in lexicis invenies. Vulpius non semel in uberrimis suis in Catullum commentariis magno cum elogio poetæ nostri meminit.

59. Gisel. legendum contendit in 2 edit. *fucis* ex vetustissimo libro, cum antea etiam poeta dixerit, *Quod quisque fuscum cogitat*, quod Heinsius, Hymnar. Thomasi, Alex. et alii approbant. Communior est alia lectio neque rejicienda, quam tenent Vat. codd. optimæ notæ I, P aliique, Aldus, Weitzius, correctiores hymnorum sub Urbano VIII, et pleræque editiones, non excepto cod. Egm., quæ male pro *fucis* Weitzius allegavit, cum discrete habeat *fucis*, prout Heinsius observavit. In Vat. O, *Sunt multa illita*, deest *fucis* aut *fuscis*. Teolius in notis ait, *Celarius post Weitzium habere fucis inclita* (lege *illita*), nec aliter Heinsium, si attendas, quæ habet in addendis. Sed Heinsius in addendis sententiam non mutavit. Hæc sunt verba connexa ex nota et ad-

60 Quæ luce purgentur tua.
Durare nos tales jube,
Quales remotis sordibus

A Nitere pridem jusseras,
252 Jordane tinctos lumine.
65 Quodcumque nox mundi delinac

GLOSSÆ VETERES.

61. Durare, perseverare, I.
63. Nitere, lucere, I.

64. Jordane lumine, baptisate, I, Vat. A.

COMMENTAR US.

dendis : Bene fuscis Egmondanus codex apud Writ-
zium. Sed al um cod. c. m. is voluit designare. Nam
Egmondanus ipse a me inspectus fuscis disertim; fusc s
tamen Giselinus ex veterrimo exemplari. Teollus cum
plerisque legit fuscis; quæ lectio confirmatur ex si-
mili phrasi in hymno S. Hippolyti, vers. 125 :
Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo Multico-
lor fuscis digerit omne nefas. Nebrissensis utramque
lectionem amplectitur et explicat : Maculata vitis :

legitur et fuscis, id est inquinata tenebris, e' sic magis
cohæret sequens littera, cum dicit, Luce purgentur tua,
aut respicit ad aliam solis proprietatem, quæ non so-
lum illustrat, sed etiam purga'.

63. Prag. male prius pro pridem.

64. Rat. male Jordanis pro Jordane. Jordanis aquas
olim Christiani plurimum laudabant, quod eis Chri-
stus fuisset baptizatus; cujus rei hoc exstat monu-
mentum :



Numisma vetus ex Museo Victorio.

Juvenens insolita, sed pia invocatione usus ait : Ergo age : sanctificus adsit mihi carminis auctor Spi-
ritus, et puro mentem riget amne canentis Dulcis Jor-
danis, ut Christo digna canamus. Paulinus Petro-
corius lib. iv de Vita S. Martini : Castalias poscant
lymphatica pectora lymphas : Altera poela decent
homines, Jordane renatos. Huc etiam pertinet
consuetudo, cujus est testis S. Hieronymus de Locis
Hebraicis : Trans Jordanem, ubi Joannes in pœnitentiam
baptizabat, unde et usque hodie plurimi de fratri-
bus, hoc est, de numero credentium ibi renasci cupi-
entes vitali gurgite baptizantur. Valesius in no is ad
cap. 62 lib. iv Vitæ Constantini, ubi narratur Con-
stantinum optasse in Jordane baptizari, observat, S.

Hieronymum verba Eusebii ex libro de Locis He-
braicis ita vertisse, ut de catechumenis exponeret,
qui maximo studio ambulabant in Jordane baptizari;
sed intelli ea posse de simplici lavacro, quod Chri-
stiani præcipue in festo Theophaniæ post baptismum
parvulorum frequentabant : ex Itinerario Antonini
martyris et Hodoeporico S. Willibaldi, quod edidit
Canisius. Aquam ex Jordane in longinquas regiones
quandoque exportatam, ut filii principum sacro ba-
ptisinate abluerentur, probat doctissimus commen-
dator Franciscus Victorius in commentario de nummo
veterum Christianorum, quem nos quoque ex-
hibuimus, ut ejus antiquitatis ecclesiasticæ memoria
latius pervagetur.

- 253** Infecit aris nubibus,
Tu, rex, eoi sideris
Vultu sereno illumina.
Tu, sancte, qui tetram picem
70 Candore tingis lacteo,
254 Ebenaque crystallum facis,
Delicta terge livida.
Sub nocte Jacob cærula
Luctator andax angeli
75 Eousque dum lux surgeret,

- A** Sudavit impar prælium.
Sed cum iubar claresceret,
Lapsante claudus i oplite,
Femurque victus debite,
80 **255** Culpæ vigorem perdidit.
Nutabat inguen sancium,
Quæ corporis pars vilior,
Longeque sub cordis loco
Diram fovet libidinem.
85 Hæc nos docent imagines,

GLOSSÆ VETERÆ.

65. Dehinc, post baptismum, I.
66. Infecit, maculavit peccatis, I.
67. Rex, Christe. — Eoi sideris, solis, qui ab oriente nascitur, I.
69. Picem, peccata, peccatorem, I.
70. Candore, iustitia, I. Qui de sordidis, et peccatoribus candidos reddit, et justos, Vat. A.
71. Ebenaque, arbor nigerrima nigro ligno: ebum est genus nigri ligni, vel ebum genus est arboris, quod postquam incisum fuerit, et projicitur in aquas, ibidem quadam coagulatione durescit, et efficitur lapis niger, unde postea sunt instrumenta ad discretionem bonorum malorumque munerum, I. Ebum genus ligni nigri, quod incisum vertitur in lapidem, ex quo dicitur altare in domo Domini fuisse, ubi ignis

- B** semper erat, Vat. A. — Crystallum, perspicuitatem, I.
72. Livida, sordida, I.
74. Luctator non brachiis, sed oratione, ut benediceret ei, I.
75. Eousque, usque; tantum significat quantum usque, Iso.
76. Sudavit, luctabatur, laboravit, I.
77. Iubar, sol, splendor diei, I.
79. Femur, figurata locutio, i. e. victum habens.
80. Culpæ, luxuriæ, I.
81. Inguen, synderoche.
82. Quæ, ubi. — Vilior, est, I.
83. Cordis, sensus, I.

COMMENTARIUS.

67. Pro rex habent lux Prag., Bong., Sichard. in contextu, Giv. in 4 editione, quod in Hymn. Thomas. repetitum non displicebat Gallandio. Ego vultum eoi sideris intelligo. Chamillardus aliter distinguit: Tu, rex eoi sideris, Vultu sereno illumina. Minus bene interponit editio Parmensis: Tu, rex, eoi sideris, Vultu sereno illumina. Correctores Romani sub Urbano VIII alium versum subrogarunt, Tu vera lux cœlestium, quod Riccius ait loc. cit. fecisse Urbanum VIII, quia prima in eoi plerumque longa est. Neque ratione neque exemplis mihi facile quisquam persuadebit, plerumque longam esse primam in eoi. In prima editione hymnorum correctorum ita legitur, Tu lux eoi sideris, quod mutatum est in alud, Tu vera lux cœlestium, fortasse ob majorem claritatem. Ipsi correctores in præfatione animadvertunt, se plura reliquisse quæ meliora fieri potuissent, ut illud, *Nascendo formam sumpseris*: nam apud poetas nascendo frequentius producitur, quam corripitur. Non igitur mutandum esset eoi, quamvis verum esset, frequentius e produci, quam corripri. Cæterum correctores non sibi constiterunt, qui dicendo pro dicens induxerunt, o correpto, dominica ad vespas in passione Domini, Dicendo nationibus: *Regnavit a signo Deus*, cum antea esset, *Dicens, in nationibus Regnavit a ligno Deus*. Sed quoniam Prudentius sæpe o postprimum in gerundiis corripit, obiter notabo, non esse iam certam, quam vulgo traditur, eam regulam, illud o frequentius produci, quasi id natura ipsa fiat. Servius ad illud Virg. Æn. lib. iv, vers. 413: *Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando*, dicit *precando* et *cantando* po breviate naturaliter. Hoc modo Terentianus: *Ut vitæ dubius varios renouando dolores*. Infra Prudentius corripit, *Luctando claudum et tabidum*. Omittit Catullum.

69. Weitzus et Mariettus observant, respexisse poetam ad illud Ovidii lib. iii de Ponto, eleg. 3: *Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor, Nec quod erat candens, fit terbinthus, ebur*.

71. Vide Plinium, lib. xii, cap. 4. Utroque modo dicitur *ebenus* et *ebenum*, et scribitur etiam *hebenus*. Plinius ait, duo esse ebena genera, sed melius *arborum* trunco enodi materia nigri splendoris. De cry-

stallo vide eundem lib. xxxvii, cap. 2, et alios qui de fossilibus agunt. Prudentii sententia ex Isaïæ cap. i, 18, desumpta est.

72. Pro terge in Vat. A et Alex. *tergens*; ita etiam Bong., et a secunda manu Hail-. Reliqui *terge*. Vet. cod. in edit. Colonien. mendose *tegens*. Adverte, C promiscue usurpare Prudentium *tergere, illuminare, purgare, inficere, noctem, atras nubes, picem, ebum*, ut significet, a Deo peccata deleri. Ita supra ex communiori lectione *facis illita luce purgentur*.

73. Narratur hæc historia Genes. cap. xxxii, cuius etiam meminit Oseas cap. xii. Prudentius anagogice eam interpretatur. S. Ambrosius lib. ii de Jacob, et Vita beata cap. 7, in simili interpretatione versatur. Huc pertinet Prudentii conclusio vers. 90. Teolius edidit *cærulea* pro *cærula*, nisi si forte mendum est typographicum. Retine *cærula*. Infra etiam hymn. quinio, vers. 41, *cærula noctis*.

74. Contra Isonem, et brachiis, et oratione pugnam illam factam, perique exponunt.

75. Aliter legit *Eousque lux surget*, ubi omittitur *dum*. Fabricius separat hoc pacto *Eo usquedum*. Iso alio modo. Poteris etiam scribere *Eo usque dum*. Oxon., *Quousque* pro diversa scriptura. Heinsius suspicabatur *Eoa dum lux surget*.

76. Legunt *impar prælio* Rat., Widm., Bong., Ald., Nebr., Vat. I, O, P, Vulg.; sed Giselinus optime ex suo ms. et Daventr. emendavit *prælium*, quod confirmavit Heinsius ex suis et poetæ stylo, qui sæpe cum accusandi casu utitur verbo *sudo*, ut Claudianus, *quæ prælia sudas?* *Prælium* etiam Vat. A et alii antiquissimi cum Alex.

78. Weitzius coniecit et legit *luxante* ex mendo in Gold. *lazante*, quod exstat etiam in Vat. I. Sed cur *lapsante* rejicietur, quod omnes habent? Vox hæc Virgilli est in eandem significationem.

80. Dicam potius *perstinacia*, qua Deo restitit, quam *luxurie* cum Isonem.

81. Pro *coxendice* positum est *inguen*. Nervus femoris tactus, et emarcuisse dicitur: nempe ille nervus, qui ligat caput ossis, quod in cotylen sive acetabulum inseritur.

85. Pro loco male *luco* Egm. et Pal.

Hominem tenebris obsitum,
 Si forte non cedat Deo,
 Vires rebelles perdere.
 Erit tamen beator,
 90 Intemperans membrum cui
 Luctando claudum, et tabidum
 Dies oborta invenerit.
 Tandem facessat cæcitas,
 256 Quæ nosmet in præceps diu
 95 Lapsos sinistris gressibus
 Errore traxit devio.
 Hæc lux serenum conferat,
 Purosque nos præstet sibi.
 Nihil loquamur subdolum,
 100 Volvamus obscurum nihil.

A Sic tota decurrat dies.
 Ne lingua mendax, ne manus,
 Oculive peccent lubrici,
 Ne noxa corpus inquinet.
 105 Speculator astat desuper,
 Qui nos diebus omnibus,
 Actusque nostros prospicit
 A luce prima in vesperum.
 Hic testis, hic est arbiter,
 110 Hic intuetur, quidquid est,
 Humana quod mens concipit:
 Hunc nemo fallit iudicem.
 257 III. HYMNUS ANTE CIBUM.
 O Crucifer bone, lucisator,
 Omniparens, pie, verbigena,

GLOSSÆ VETERES.

86. Tenebris, *peccatis*, I.
 87. Si forte, *si fortuito*, I.
 89. Beator, *sc. ille*, I.
 90. Intemperans membrum, *indomita libido*, I.
 91. Claudum, *marcidum*, I.
 92. Dies, *fnis*. — Oborta, *quasi exorta*, I.
 95. Fatescat, *discedat, facessat*, I.
 97. Hæc lux, *Christus*. — Serenum, *serenitatem*, I.
 100. Volvamus, *cogitemus*, I, Vat. A.
 101. Dies, *vita*, I.

B 103. Lubrici, *instabiles*, I.
 104. Noxa, *culpa*, I.
 105. Speculator, *Christus, Iso*.
 108. A luce prima, *infantia*. — In vesperum, *se-
 nectam*, I.
 111. Concipit, *meditatur*, I.
 2. Verbigena, *verbo genite*, I, Vat. A. *Verbo genite:
 tantum masculinum, quia solus Christus est genitus*, Vat.
 A. *Verbo genitum*. Vat. B.

COMMENTARIUS.

90. Dissyllabu-n est cui et pes iambus.
 92. Fabricius ait: *Beatitudinem in abstinentia et
 castitate ponit, quibus luctamur contra intemperantiam
 ac libidinem. Sed non is verus et propius poetæ sensus
 est. At alium sensum non exprimit ipse Fabricius.*
 Prudentius in sacra Littera interpretanda insistit,
 scilicet vers. 31. *Ortusque est ei statim sol, postquam
 egressus est Phanuel: ipse vero claudicabat.* Noctem
 et tenebras intelligit peccatum, solis ortum Jesu
 Christi gratiam; hunc beatum vocat quem Christus,
 edomitis cupiditatibus, illuminaverit. Quæ interpre-
 tatio sequentibus versibus maxime corroboratur.
 93. *Fatescat aut fatiscat* legit Iso, Weitz. et Wid.,
fatiscat; sed in Wid. supra, *face-sat*. Gis. ad oram 1
 editionis, *fatiscas*, et mox, *Errore traxisti avio*. Geor-
 gius Remus videtur legisse *fatiscas* aut *face-sas*, qui
 vers. 94 legendum monet *Errore traxi devio*. In Vat.
 I, *fatiscat*. In Prag. et Rat., *fatiscat*. Sequor Vat. A,
 O, vetustiores Heinsii, Ald., Nebr. et alios, qui legunt
face-sat.
 96. Alii, qui legunt *fatiscas*, aut *face-sas*, hic scri-
 bunt *Errore traxisti avio*, aut *traxi devio*. Vide
 vers. 93.
 102. Rat., *nec manus*. Ita Vat. I et P.
 103. Vat. A, Egm. Bong., *oculine*. Melius alii,
oculive. Vat. P, *nec peccent*.
 105. Hanc sententiam, quod Deus ubique præsens
 est et corda intuetur, Christiani omni tempore præ-
 oculis habuerunt, et in ecclesiastico officio prudentis-
 sime inseruerunt. Plura in eam rem congerunt
 Quællus, Woverus, Elmenhoratius ad Minucii locum:
*Quanto magis Deus auctor omnium ac speculator
 omnium, a quo nullum potest esse secretum, tenebris
 interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris te-
 nebris? Hæc nostri poetæ verba ab antiquitatum eccle-
 siasticarum scriptoribus alisque, dum hoc argu-
 mentum tractant, proferri solent, et vel imprimis
 emicant.*
 107. *Actus, us*, pro actione passim veteres Chri-
 stiani scriptores.
 108. Teolius ad oram, *e luce*.
 Ante cibum. Christianorum vetus hic mos est, ut
 ante cibum Deum orant. Tertullianus Apolog. cap.
 39: *Nec prius discumbitur, quam oratio ad Deum præ-*

gustetur. In codice Ecclesiæ Hispan. edito a Dominico
 Lopez de Barrera, can. 6^o ex 12 Carthag.: *Non oportet,
 clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei
 tertiam inire convivia, neque aliquando clericos, nisi
 hymno dicto, edere panem et post cibos gratias auctori
 Deo deferre.* Ita indicatur hic canon a Lopezio; sed
 in Collect. max. concil. Hisp. Sylvestri Pueyo, pag.
 150, ad marg. legiur, *Can. 12, d. 44. In addit. 4
 Capitul. Reg. Franc. cap. 69 edit. Paris. ann. 1677.*
 1. Ald. primum *lucis sator*, postea correxit *lucisa-
 tor*, in Rat. etiam a prima manu, *lucis sator*; Pal.,
lucis auctor. Burmannus, lib. iv Propertii eleg. 3 ad
 vers. *Lucis et-auctores*, affert Prudentii hunc locum,
 et ait, in Egm. legi *lucis auctor*, et ad marginem
lucis sator. Vera lectio *lucisator*, ex cuius verbi noti-
 tate aliæ lectiones falsæ inductæ sunt. Prudentius
 hoc vocabulum, uti mox *omniparens*, et *verbigena*,
 et prius *crucifer*, ex similibus imitatione formavit,
 quanquam *omniparens* Virgilius etiam usus est *Æn.*
 vi, vers. 595. S. Prosper epigr. 59 estinxit *omni-
 tens*, et epigr. 61 *omnicreator*.
 2. Vat. A, *omnipotens* pro *omniparens*. Chamil-
 lardus hoc loco allucinat: negat enim sensum
 poetæ esse ut *verbigena* intelligatur *verbo genitus*,
 atque ipse exponit *verbum genitum*. Du Cangius in
 Glossario pariter affirmat, Isonem male exposuisse
verbo genitum, et adducit versus ex Mamorecto ad
 IV Reg. cap. xxv ex Græcismo: *Communis generis
 sunt que componis ab illis. Excipe VERBIGENA, quod
 Christo convenit uni.* Sed non dubitandum quin sen-
 sus poetæ sit *Verbo genitus*, quandoquidem hymn.
 11, vers. 17. idem repetit: *Ex ore quamlibet Patris
 Sis ortus, et Verbo editus*, ubi Chamillardus interpre-
 tatur: *Et editus, quando Pater nos est allocutus.* Qua-
 nam vero ratione Filius possit dici *Verbum verbo ge-
 nitum*, theologice explicat Petavius lib. vi, cap. 8:
*Non tamen mirum videtur, in hunc modum ista pro-
 nuntiari, ut ipsa Patris sapientia, qua sapiens est, ap-
 pelletur Filius,..... illud ab usu communi remotius,
 idem et de λογος a veteribus usurpari, non solum qua-
 tenus rationem, sed etiam quatenus verbum significat.*
 Et cap. 3 num. 5: *Siquidem Verbum personæ de
 Verbo Patre, id est, ratione vel intelligentia oritur.*
 Witzius ad hunc Prudentii locum citat S. Augusti-

Edite corpore virgineo:
 Sed prius in Genitore potens,
 5 **258** Astra, solum, mare quam flerent.
 Huc nitido, precor, intuitu
 Flecte salutiferam faciem
 Fronte serenus: et irradiā,
 Nominis ut sub honore tui
 10 Has epulas liceat capere.
 Te sine dulce nihil, Domine:
 Nec iuvat ore quid appetere,
 Pocula ni prius, atque cibos,
 Christe, tuus favor imbuerit,
 15 Omnia sanctificante fide.

A Fercula nostra Deum sapiant,
 Christus et influat in pateras:
 Seria, ludicra, verba, jocos,
 Denique quod sumus, aut agimus,
 20 Trina superna regat pietas.
259 Hic mihi nulla rosæ spolia,
 Nullus aromate fragrat odor:
 Sed liquor influit ambrosius,
 Nectareamque fidem redolet
 25 Fusus ab usque Patris gremio.
 Sperne, camœna, leves hederas,
 Cingere tempora queis solita es,

GLOSSÆ VETERES.

14. Favor, lau. — Imbuerit, benedicat, sanctificet, I.
 16. Fercula, per id quod continet, id quod continetur, per fercula cibos. Val. A.
 17. Patras, mensas. Patena est dicta a patendo. Pateru vero, i. e. vas aptum receptui potus, I.
 18. Seria, senum. Serium est honestas, inde seria pluraliter, honestu. — Ludicra, juvenum. — Jocos, infantum, I.
 19. Quod sumus, et nos, et actus nostros regat superna pietas. — Aginus, facimus, I.

B 21. Spolia, sicut antiqui faciebant, I.
 22. Aromate, hoc aroma facit in singulari numero nominativo, I.
 23. Ambrosius, dulcis, divinus, pro divino ponitur; ambrosia est cibus deorum, I.
 24. Nectaream, puram, I.
 25. Ab usque, abusque et adusque licenter dicimus, I.
 26. Camœna, camœnæ dicuntur quasi canenæ acanendo. — Leves, vanas, Iso.
 27. Queis, quibus, Iso.

COMMENTARIUS.

num lib. xi Confes., cap. 7, et S. Cyprianum in Expositione Symboli. Chamillardus putavit, eos hoc vocabulo *Verbigena* usos fuisse, idque fidenter affirmavit. At neque Augustinus, neque Rufinus Aquileiensis, cui illa Expositio adjudicatur, quidquam afferunt quo Prudentii locutio possit explanari, nedum vocem *Verbigena* usurpant. Lamius, contra Clericum defendens Prudentium, existimat, cum hoc loco, tum hymno 11, poetam loqui de secunda generatione, qua Verbum caro factum est. Hanc opinionem eo hymno 11 expendam.

C TRINA DEITAS, hæc Prudentii verba cum aliis in medium protulit. Hincmarus in libro *De non trina deitate* respondet, Prudentium metri necessitate dixisse *trina pietas*, et alibi (in fine hymni de novo lumine sabbati paschalis) *numinetriplici*, vel sicut in quibusdam codicibus legitur *nomine triplici*, et rursus (in præf. Apotheosis): *Est tria summa Deus, trinum specimen*. Quas locutiones improbat ipse Hincmarus; concedit tamen ab Aratore dici *trina potestas, trinum nomen*, a Prospero *trina majestas*, a Sedulio *trina fides*, et, *Quod simplex triplicet, quodque est triplicabile, simplex*, et explicationem congruentem addit: *Hoc tantum dixisse sufficiat, quia TRINAM PIETATEM Prudentius, TRINAM POTESTATEM Arator, TRINAM MAJESTATEM Prosper, pro personis Patris, et Filii, et Spiritus sancti, qui relative in sancta Trinitate dicuntur, substantialia nomina pietatem, potestatem, majestatem posuerunt. Vide com. vers. 2 Psychom.*

4. Vat. unus apud Teol. manens pro potens.
 14. Similes preces ante cibum faciendas præscribit Origenes tom. II, pag. 36, lib. II in Joannem.
 15. In proleg. num. 170 dixi quid sit, *Omnia ianctificante fide*.
 16. Prudentius hortatur ut fercula nostra Deum sapiant, et videtur indicare quod ait S. Cyprianus lib. ad Donatum in fine: *Sonet psalmos convivium sobrium; et ut tibi tenax memoria est, voce canora aggredere hoc munus ex more: magis charissimos pascas, si sit nobis spiritualis auditio, proleciat aures religiosa mulcedo*. Similia habent alii SS. Patres. S. Bernardus lib. II, ep. 2, verba S. Cypriani a nobis allata protulisse dicitur a Weitzio, quæ ego in Bernardo minime invenio.
 17. In Miscellaneis observationibus editis in veteris auctores ab eruditissimis Britannis, tom. III, vol. III, pag. 320, conjicitur legendum esse *Spiritus influat in pateras*: sed nulla est idonea ratio cur vetus scriptura deseratur.
 18. Si placet, ita distinguit, ut ludus sit in actione, jocus in verbis; et postulat poeta, actiones et verba a Deo dirigi tam ea quæ ad continentiam pertinent, quam quæ ad eutrapeliam, sive ad animi quamdam remissionem: de qua virtute theologi agunt cum S. Thoma 2-2 quaest. 168, art. 2.
 20. Heinsius *superne* pro *superna* præfert cum Put., Alt., Egm., quibus consonat Alex., et adherent recentiores editi, quia *superne* syllabam postreman corruptit. Non inficior, eam syllabam communem esse, sed retineo *superna* cum Isone, Hincmaro, Gothescalco, vetustissimis Vat. A. I, O, P, Urb. Rat., Prag. Ald., Gis., Weit., aliis plerisque. Eruditi Britanni loc. cit. suspicantur *deitas* pro *pietas*. Nihil mutandum. Gothescalcus, ut adversus Hincmarum probaret recte dici

D 21. Hicquidem erat ethnicorum mos; at Christiani veteres adeo ab unguentis et odoribus in convivio abstinebant ut id ethnicis ipsis exprobrarent, quod liquet ex verbis Minucii Felicis: *Non floribus caput necitis, non corpus odoribus honestatis: reservatis unguenta funeribus*. Vide Clementem Alexand., lib. II Pædag. cap. 8, et S. Chrysostomum tom. II, conc. I de Lazaro. Pro rosæ Prag. in marg. rosæ, male.
 22. Alii *flagrat vel fraglat* scribunt.
 23. Ut *ambrosia* deorum cibus est, ita potus eorum nectar. Verba quibus Prudentius utitur, *liquor ambrosius, redolet, fusus*, fortasse innunt unguentum ambrosium, de quo videri potest Farcionatus.
 25. Solet præponi *usque*: Virgilius tamen *ab usque Pachyno* dixit.

26. Camœnas quasi canenas acanendo dici tradit Macrobius lib. II in Somn. Scipion., cap. 3. Poeta ex hederis quoque coronas sibi imponebant, quia Bacchi et Apollinis paria censebantur numina. Horatius lib. I, ode 1: *Me docturum hederæ præmia frontium Dis miscet superis*. Ovidius lib. I, eleg. 6: *Deme meis hederas bacchica sertis, comis. Ista decent lætos felicia signa poetæ: Temporibus non est apta corona meis*. Confer Carolum Paschalem de Coronis, edit. 1610 pag. 60, lib. I, cap. 18, qui hunc Prudentii locum cum laude pii poetæ allegat.
 27. Ex hoc versu aliquis colliget, Prudentium carminibus profanis componendis indulgere solitum. Non

- 260** Sertaque mystica dactylico
 Texere docta liga strophio,
 30 Laude Dei redimita comas.
 Quod generosa potest anima,
 Lucis, et ætheris indigena,
 Solvere dignius obsequium :
 Quam data munera si recinat,
 35 Artificem modulata suum ?
 Ipse homini quia cuncta dedit,
 Quæ capimus dominante manu .
 Quæ polus, aut humus, aut pelagus
 Aere, gurgite, rure creant,
 40 Hæc mihi subdidit, et sibi me.
 Callidus illaqueat volucres
 Aut pedicis dolus, aut maculis,
261 Illita glutine corticeo
 Vimina plumigeram seriem
 45 Impediunt et abire vetant.

- A** Ecce per arq̄ora fluctiragos
 Texta greges sinuosa trahunt :
 Piscis item sequitur calamum,
 Raptus acumine vulnifico,
 50 Credula saucius ora cibo.
 Fundit opes ager ingenuas
 Dives aristifera: segetis
 Hic, ubi vitea pampineo
 Brachia palmite luxuriant,
 55 Pacis alumna ubi bacca viret.
 Hæc opulencia Christicolis
 Servit, et omnia suppeditat.
 Absit enim procul illa fames,
 Cædibus ut pecudum libeat
 60 **262** Sanguineas lacerare dapes.
B Sint fera gentibus indomitis
 Prandia de nece quadrupedum :
 Nos oleris coma, nos siliqua

GLOSSÆ VETERES.

28. Sertaque mystica, corona, I.
 29. Strophio, cingulo aureo, strophium est cingulum : strophos enim dicitur Græce convertere : hinc dictum strophium, eo quod a posterioribus ad anteriora convertitur, I. Strophium est cingulum ita dictum, quod a renibus ad anteriora convertitur, strophe enim est conversio, Vat. A.
 30. Redimita, figurata constructio. — Comas, per comas, I.
 31. Generosa, nobilis a Deo creata, Iso.
 32. Indigena, incola. Iso.
 34. Data, sc. sibi a Domino, I.
 35. Artificem, Christum, I.
 36. Ipse, artifex, I.
 39. Aere, in aere, I.
 40. Hæc mihi, potestati hominis subdidit omnia creata, et hominem subdidit sibi, I.
 41. Callidus, ingeniosus, I.
 42. Pedicis, pedicæ sunt impedimenta gressuum; pedica est laqus quo aves capiuntur. — Maculis, reibus, I.

43. Glutin-, de cortice gluten efficitur, I.
 44. Vimina, virgulta, I.
 46. Flucivapos, per fluctus vagantes, I.
 47. Texta, retia, I.
 48. Calamum, hamum, I.
 50. Credula, qui creditur. — Saucius, sauciata habens, I.
 51. Ingenuas, innatas, nobiles, I.
 53. Hic, in isto loco, ubi ager est, I.
 54. Luxuriant, abundant, I.
 55. Pacis, insigne pacis ferebatur antiquitus oliva, I.
 57. Omnia, ea necessaria. — Suppeditat, subjicit: supposito vel supposito significat subministro, vel auxiliator, unde suppetium nomen; inde etiam pluralem legimus, ut nostra ei sint suppetia, i. e. auxilia.
 58. Absit, longe a Christicolis, I.
 61. Fera, sylvatica, extranea. — Indomitæ, quæ non habent jugum Christianitatis, I.
 63. Siliqua, vagina leguminis. Demonstrat, siliques esse folles, vel thecas esse omnium leguminum, unde Virgil., Siliqua quassante, i. e. resonante, I.

COMMENTARIUS.

ita judico. Nam poesim universe alloquitur, ut potius Dei laudes quam alia inepta canat. Adi prolegom. num. 63. Nonnemo ita explicat: O Camæna mea, docta texere seria mystica, quæ solita es cingere tempora, nunc liga ea strophio dactylico. Nam alias ligaverat strophio iambico, sapphico, etc.

Hoc loco strophium intellige coronam cum Nebrisæni: est enim strophium quiddam circumflectitur et cingit, ut corona, cingulum. Plinius lib. XXI. Tenuioribus utebantur antiqui coronis, strophia appellantes. Sensus est: Camæna, docta texere seria mystica, liga tempora strophio dactylico, quia carmen hoc est dactylicum. Ita fere interpretatur Chamillardus, nisi quod addit, O mea musa, quod mihi non probatur.

35. Hos duos versus ita interpungit Giselinus, Quam data munera, si recinat Artificem modulata suum, quem sequuntur Heins., Chamil. et alii. Melius Aldus, Quam data munera si recinat Artificem modulata suum, aut, ut nos distinguimus, sensum secuti: quam distinctionem exhibet etiam Teol., sed in textu omissa est virgula post recinat, quæ in nota apparet.

41. Lege Manilium lib. v de Artibus volucres piscesque capiendi.

42. Maculas pro retis foraminibus usurpavit Cicero: hinc Hispani mallus dicunt quod Nebr. observavit. Pro reti aliquando sumitur, ut apud Varronem lib. iii de Rustica, cap. 41, et hoc loco apud Prudentium.

44. Hails. habet plumigenam pro plumigeram. Nebrissa seriem exponit aves, quæ gregatim, et ex serie volant, sicut grues. Intelligi etiam potest multitudo quarumlibet avium, aut simpliciter series plumigena est genus volucrum.

48. Calamus est arundo, qua trahitur piscis: acumen vulnificum est hamus. Prudentius sæpe utitur vocabulo terta, ut texta linea, spinea, squamosa.

51. Nebrissa interpretatur ingenuas, quas dicit homines ingenuos esitare. Sed ingennum est nativum, proprium, non arte paratum; sic Lucretius lib. I. ingenui fontes, Ausonius ingenuam aquam, Juvenalis ingennum topium dixerunt.

57. Aliqui suppetia, arum derivant a suppeto, latenter peto, et supposito a subjicio pedibus. Hinc glossa hominis suppediat, subjicit. Aldus pro suppediat habet suppeditant, mendose.

58. Quo sensu Prudentius hæc de abstinentia a carnibus quadrupedum pronuntiet, disserui in proleg. cap. 16.

62. Scribunt quadrupedum Heins. et Cham., nisi mendum est utrobique.

63. Cibis hic designatur plebis iustum. Persius sat. 3. siliquis et grandi pasta potenta. Horat. lib. I. epist. 4. vidi siliquis, et pane secundo. Siliquæ quædam sunt esculentæ, quædam non: aliquæ cortæ eduntur totæ et phaseolorum, aliquarum sola superficie, ut pisorum, et ciceris columbini. Vide Becmanum de Origin. ling. Lat., verbo Siliqua.

Feta legumine multinodo
 Paverit innocuis epulis.
 Spumea mulctra gerunt niveos
 Ubre de gemino latices,
 Perque coagula densa liquor
 In solidum coit, et fragili
 70 Lac tenerum premitur calatho.
 263 Mella recens mihi Cecropia
 Nectare sudat olente favus :
 Hæc opifex ap̄is aërio
 Rore liquat, tenuique thymo,
 75 Nexilis inscia connubii.

A Hinc quoque pomiferi nemoris
 Munera mitia proveniunt :
 Arbor onus tremefacta suum
 Deciduo gravis imbre pluit,
 80 Puniceosque jacit cumulos.
 Quæ veterum tuba, quæve lyra
 Flatibus inclita, vel fidibus,
 264 Divitis Omnipotentis opus,
 Quæque fruenda patent homini
 85 Laudibus æquiparare queat?
 Te, pater optime, mane novo,
 Solis et orbita cum media est,

GLOSSÆ VETERES.

64. Feta, plena, l.
 65. Paverit, pro pascat, l.
 66. Mulctra, mulctrale est locus ubi mulgentur animalia : mulctrum vero vasculum in quo mulgentur, l. Mulctra, vas in quo mulgetur ; mulctrale, locus in quo, Vat. T.
 67. Ubre, sc. ovium, l.
 68. Coagula, sunt vasa quæ et calathi, ubi coagulantur lac, Iso.
 71. Cecropia, a loco ubi abundant, Iso.
 72. Sudat, stillat, l.

73. Opifex, hic et hæc opifex, l.
 74. Liquat, extenuat, l.
 76. Hinc, a rure, l.
 78. Tremefacta, concussa vel quassata, l.
 79. Deciduo, desursum cadente, l.
 80. Puniceus, rubicundus, unde et mela Punica dicimus ; vel rubeos, ut sunt mala granata, Iso. — Cumulos, mala granata, Vat. A.
 81. Veterum, sapientum, Iso.
 87. Solis et orbita cum media, media die, l.

COMMENTARIUS.

65. S. Hieronymus epist. 43, olim 18, hos cibos cum his qui sequenti syropha memorantur commendat : *Ibi cibarius panis, et olus nostris manibus irrigatum, et lac delicia rusticanae, viles quidem, sed innocentes cibos præbent.*

66. Nebrissa ait, mulctra esse vasa exceptoria lactis, quæ et mulctralia, dicuntur, ex Virg. iv Georg., implebant mulctralia vaccæ. Quo loco alii legunt mulgaria, alii mulctralia, eodem tamen sensu, ut vasa lac excipientia intelligantur. In Egm., mulctra gerit, non male pro diversa scriptura : nam femininum etiam est mulctra.

67. Ubre etiam est caprarum et boum, quæ bina ubera habent. Sues, canes et alia animalia plures fetus alunt, idcirco pluribus uberibus prædita sunt.

68. Coagulum est a coactum, quia cogit, et densat ; hinc densa vocat coagula ex effectu. Peveratus ait, coagula esse vasa in quibus lac coagulatur. At apud veteres coagulum est id quod lacti admiscetur ut coaguletur. Aliud est calathus.

70. Tria hec distinguuntur lactis genera, aliud bibendum, quod mulctris geritur, aliud densum, et in solidum coactum a coagulis, aliud pressum calatho. Calathus Græcum est, Latine fiscina, qua lac premi solet. Distinctum est autem lac ita pressum a lacte coacto. Lac pressum puto esse illud casei teneri genus, quod Itali vocant ravaggiolo ; de quo etiam intelligo Virgilii locum, ecloga 1, et pressi copia lactis.

71. Mel Atticum est celeberrimum : Cecrops autem Athenas condidit.

74. In Bong. est liquet pro liquat, non recte. Nectar mellis olens dicitur, quia ipsa mella retolent thymo.

75. Apes non indulgere concubitu ad procreandos fetus Virgilius, Plinius alique passim docent. Nunc aliqui tenent et observatum asseverant, neci etiam apes, ut prolem generent : distinguunt apes feminas, quæ rarissimæ sunt, mares, qui non ita sunt rari, et apes communes sexu carentes et mellis opifices, quarum maxima pars est. Mel cibum olim fuisse abstinentium, apparet ex S. Joanne Baptista, qui eo pasci solitus erat.

76. Aldus habet Hic, quod non omnino displicet. Hic alius cibis jejunantium, munera mitia (matura, ut mitia poma apud Virgilium) arborum. Quin etiam interdum Christiani xerophagiam, hoc est aridum victum adhibebant, ipsa uviora poma respuentes. Tertullianus cap. 1 de Jejunii, jam hæreticis implicitus, novitatis notam a suis depellit, quod xerophagiam

observemus, siccantes cibum ab omni carne, et omni jurulentia, et uvioribus quibusque pomis, nequit vinositatis vel edamus, vel potemus ; lavacri quoque abstinentiam congruentem arido victui.

81. Comprehendit carmen heroicum et lyricum, in quo utroque genere veteres præstiterant.

82. Plerique legunt inclita, inclita, vel incluta, quod perinde est. Vat. A supra mitiori caractere, incita ; in Rat. et Egm. ex inclita correctum incita. Idem in Gold. ex correctione Bong., Urb., Ald., Gis. et alii vulg., incita, quod possit sustineri, etiam mox incita subsequatur. Gallandius prætulit incita.

85. Heinsius scribit æquiparare.

86. Putant aliqui, his quinque versibus denotari actiones gratiarum, quæ Deo fieri debent quoties cibum sumitur, nempe mane, meridie et vespere, præterminissis comensationibus, quæ Christianos minime decent. Ab his quam longissime dissentio. Prudentius hoc loco sacram Scripturam et veterum Christianorum consuetudinem exprimit. Psalmo lvi, 17 et 18 : *Ego autem ad Deum clamavi : et Dominus salvabit me. Vespere, et mane, et meridie narrabo et annuntiabo ; et exaudiet vocem meam.* Hæc sunt tria tempora quibus Daniel quotidie orabat cap. vi, 10. Apostolos eadem tres horas, quas tertiam, sextam et nonam appellant, orationi destinasse ex Actibus apostolorum, Clemente Alexandrino et Cypriano colligitur. Tomo III Anecdotorum Muratorii integer est liber Tertulliani de Oratione, ubi cap. 25 ait : *De tempore vero non erit otiosa extrinsecus observatio etiam horarum quarundam. Istarum dico communium, quæ diei interspatia signant tertia, sexta, nona, quas solenniores in Scripturis invenire est. Primus Spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus qua die visionem communitatis omnis in illo vasculo expertus est, sexta hora ascendit orandi gratia in superiora. Idem cum Joanne ad nonam in templum adibat, ubi paralyticum sanitati reformavit sue.* Vide notas Muratorii. Ex Tertulliani loco alium S. Isidori lib. vi Orig., cap. 19, corrigendum monuit me cl. Giovenazzius. Petrus, ait Isidorus Tertullianum exscribens, *qua die visionem communicationis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascendit.* Legendum visionem communitatis omnis. Sed et ex Isidoro emendari poterit Tertullianus : *primus enim sanctus Spiritus congregatis discipulis hora tertia est infusus.* Ita Isidorus. In Tertulliano ergo lege *primus Spiritus sanctus, non primus.*

Te quoque luce sub occidua,
 Sumere cum monet hora cibum,
 90 Nostra, Deus, canet harmonia.
 Quod calet halitus interior,
 Corde quod abdita vena tremat,
 Pulsat et incita quod resonam
 265 Lingua sub ore latens caveam,
 95 Laus superi Patris esto mihi.
 Nos igitur tua, sancte, manus
 Cespitem composuit madido,
 Effigiem meditata suam :
 Utque foret rata materies,
 100 Flavet, et indidit ore animam.
 Tunc per amœna vireta jubet
 Frondicomis habitare locis,
 Ver ubi perpetuum redolet,
 Prataque multicolora latex
 105 Quadriflvo celer amne rigat.

A Hæc tibi nunc famulentur, ait,
 Usibus omnia dedo tuis :
 Sed tamen aspera mortifero
 Stipite carpere poma veto,
 110 266 Qui medio viret in nemore.
 Hic draco perfidus indocile
 Virginis illicit ingenium,
 Ut socium malesuada virum
 Mandere cogeret ex vetitis,
 115 Ipsa pari peritura modo.
 Corpora mutua (nosse nefas)
 Post epulas inoperta vident,
 Lubricus error et erubuit :
 Tegmina suta parant foliis,
 120 Dedecus ut pudor occuleret.
 B Conscia culpa Deum pavitans
 Sede pia procul exigitur,
 Innuba femina quæ fuerat,

GLOSSÆ VETERES.

88. Occidua, *vespere*, I.
 90. Harmonia, *modulatio suavissimum carmen vel organum : harmono Græce cano, inde harmonia, cantus cum laudibus*, I. *Hoc, quod vivo, et quod loqui possum, sit laus Dei*, Vat. A.
 91. Halitus, *spiritus*, I.
 93. Incita, *commotio*. — Resonam, *sonorum*, I.
 95. Esto, *sit*, I.
 96. Manus, *divinitas*, I.
 97. Composuit, *creavit*, I.
 98. Effigiem *similitudinem*, I. — Meditata, *sic et Virgil. de Junone : Inachiae pestem meditata juvenecæ*, Vat. A.
 99. Rata, *perfecta*, I.
 101. Per amœna, *in paradiso*. — Vireta, *virentia*, *Ubique duo adjectiva ponuntur, unum pro fixo accipiendum est, sic hic amœna per vireta, i. e. per*

amœnitatem virentem Vat. A.
 103. Redolet, *sc. flores*, I.
 104. Multicolora, *varia*, I. — Latex, *sons*, I.
 105. Quadriflvo, *quia quatuor sunt flumina paradisi*, I.
 106. Ait, *Deus*, I.
 107. Dedo, *sponde trado*, I.
 109. Stipite, *arbore*, I.
 110. Nemore, *paradisi*, I.
 111. Hic, *tunc*. — Perfidus, *perdens fidem*, I. — Indocile, *valde docile ; in enim præpositio aliquando auget, ut impulsus, intonsus*, Vat. A.
 112. Illicit, *decipit*, I.
 114. Vetitis, *pomis*, I.
 119. Parant, *præparant*, I.
 122. Exigitur, *expellitur*, I.
 123. Innuba, *virgo prius in paradiso*, Vat. T.

COMMENTARIUS.

90. Vat. A glossa pertinet ad explicandam stropham sequentem. Weitzius legit *canit* pro *canet* cum Widm., Hails., Gold.; sed *canet* nostri omnes, Ald., Gis., Put., Oxon., Heins., Pal.
 93. *Resonat*, male Aldus.
 96. Pro *sancte*, quod optimi et plerique habent, legunt *sancta manus*, minus bene, Prag., Rat., Weitz., Gis. 1 ed., Vat. I, O.
 97. Pro *tuto* posuit poeta *Cespitem madidum*. Festus : *Cespes est terra in modum lateris cæsa, cum herba, sive fructus recisus et truncatus est*. Apud Isidorum lib. xvi, cap. 6, Orig. : *Cespites sunt frutices*. Vide Psych. vers. 904, *Nam viscera limo Effigiata vrenunt animam*, etc.
 100. In margine Vat. A, *Ore animam dedit ex proprio*, quem versum Put. et Vat. O habent in textu ipso, et concisionem vulgato Heinsius dicit. Fortasse diversa est lectio ejusdem auctoris ex duplici editione operum nata. Alludit ad Gen. cap. ii, 7. Reliqua quæ hic narrat eodem loco legere poteris.
 101. Vat. A pro *tunc* habet *hunc*, minus bene, et *directa* male pro *vireta*, quod est supra. Glossæ ejusdem et Isonis non placent. *Viretum* est nomen fixum, seu substantivum, non adjectivum. Virgilius lib. vi, *Devenere locos lætos, et amœna vireta*. Paradisum simili modo describit poeta hymn. 5 vers. 113, et Hamart. vers. 856.
 107. Ad oram Vat. A, *nisibus* pro *usibus*, quod omnino retinendum.
 110. Rat., *medico* pro *medio*, sed abrasum est c, et recte : nam Gen. cap. ii, 9 : *Lignum etiam vitæ in medio paradisi lignumque scientiæ boni et mali*.
 111. Nebrissa *indocile* accipit aut pro indocto. et

rudi, aut pro indocili bonarum artium, quæ in femina non reperiuntur, teste Aristotele. Ego intelligo Evæ ingenium indocile Dei præcepto non vescendi pomo vitæ, quod Adam et Eva obstricti erant. Nam præceptum *Ne comedas* ponitur in singulari per enalagen pro *Ne comedatis*, uti Septuaginta habent. Nonnulli docent Evam ante hoc præceptum fuisse conditam, quamvis ejus formatio postea referatur.
 112. Pro *illicit* habet *afficit* Prag.
 116. Aldus ita interpungit : *Corpora mutua nosse nefas. Post epulas inoperta vident Lubricus error et erubuit*. Melius Rat., ubi legitur *videt* pro *vident* : *Post epulas inoperta videt Lubricus error, et erubuit*.
 122. Aldus male, *sede propria*.
 123. Recte Nebr. explicat, *innubam dci Evam, quia nubere est minori conditione se conjugi suo dare, et nondum illi dictum fuerat. Sub potestate viri eris, et ipse dominabitur tibi*. Vide an prosit etiam propria significatio nubendi ; nam *nubere* est velare, operire, et *nubere* aut *nubi* est proprium feminarum, quæ caput et genus, matrimonio copulandæ, operiebant, ut pudorem flameo occulerent. Lucanus lib. ii : *Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem Lutea dimissos velarunt flameo vulvis*. Alii *flammeum* scribunt. Eva igitur, quam vis uxor Adamo a Deo data, eo sensu nupta non erat, neque flameo ad pudorem occultandum indigebat. In sacris Litteris hic ritus innuitur Gen. cap. xxiv, 65, ubi Rebecca, conspectu Isaac, *tollens cito pallium, operuit se ... Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, et accepit eam uxorem*. Obnubere, seu velare caput in feminis subjectionis est signum ex I ad Corinth. cap. xi, 5 et seqq. : *Omnis autem mulier orans aut prophetans, ut*

- 125** **267** Conjugis excipit imperium,
Fœdera tristia jussa pati.
Auctor et ipse doli coluber
Pectitur improbus, ut mulier
Colla trilingua calce terat:
Sic Coluber muliebri solum
130 Suscipit, atque virum mulier.
His ducibus vitiosa dehinc
268 Posteritas ruit in facinus,
Dumque rudes imitatur avos,
Fasque nefasque simul glomerans,
133 Impia crimina morte luit.
Ecce venit nova progenies,
Æthere proditus alter homo,

- A** Non luteus, velut ille prior,
Sed Deus ipse gerens hominem,
140 Corporeisque carens vitiiis.
Fit caro vivida sermo Patris,
Nunine quem rutilan'e gravis
Non thalamo, neque jure tori,
Nec genialibus illecebris
145 Intemerata puella parit.
269 Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aspilis, atque hominis
Digladiabile discidium,
Quod modo cernua femineis
150 Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita

GLOSSÆ VETERES.

- 128.** Calce, calcaneo, l.
129. Muliebri solum, *plantam veretur*, l. *Solum dici potest, quiddam aliquid sustinet, sic terra solum est hominum et animalium, aer avium, mare piscium, solum, i. e. plantam*, Vat. A.
130. Suscipit, sc. *super se, timet*, l. *Tinet*, Vat. A. *Timeam*, Prag.
131. His ducibus, *colubro et muliere*, l.
133. Rudes, *novos*, Vat. T. — *Imitatur, Evam videlicet et Adam*, l.

- B** **137.** Proditus, *manifestus*, l.
139. Hominem, *substantiam veram hominis*, l.
141. Vivida, *vivens*, Iso.
142. Quem, *sermonem*, Iso.
144. Genialibus, *voluptuosis*, l.
148. Digladiabile, *plenum gladii, periculosum, divisibile; digladiare, i. e. pugnare*, l.
149. Cernua, *curva, quasi cernens terram*, l.
151. Merita, *digna*, l.

COMMENTARIUS.

relato capite, deturpat caput suum ... Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago, et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Hac ratione vir uxori nubere non recte dicitur, nisi cum irridetur. Uxori nubere nolo necesse, aiebat Martialis.

28, 129. Solum pro pede, seu ima pedis parte frequens est. Hymn. S. Agnetis vers. 116: *Nunc virginali perdomitus solo de dracone; et Lucretius, peragro loca nullius ante Trita solo*. Cicero Tuscul. pag. 245 in epist. Anacharsis ad Hannonem: *Mihi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra*. A solo pedis solea dicta, et Hispanicum suela, aliaque similia aliarum gentium. Potest etiam dubitari an huc pertinet quod Latini aiunt, *vertere solum, soli vertendi causa*; dicitur enim, *quo me vertam, quo se vertes, quo se vertent*, et proprie pedes alio se vertunt, non terra, cum ab ea quis recedit. Cicero tamen aliter intelligit pro Cor. pag. 69: *Qui civitatis alicujus solum civitatis mutatione vertissent*: apud quem vertere solum et mutare solum idem est. His versibus et sequentibus insigniter comprobari lectionem Vulgatæ. *Ipsa conteret caput tuum*, et B. Virginis conceptionem sine labe peccati originalis, quod ex SS. Patrum sententia in serpente est indicatum, demonstravi cap. 10 proleg. Et quoniam in Hispano poeta hæc interpretatio inter veteres maxime elucet, testimonium recentissimum pro eadem sententia ex Hispania petiit indicabo in *Oratione regii theologorum cætus pro tuendo immaculate virginis Mariæ Conceptionis mysterio ad Carolum III super hodierno hujus S. myrterii cultu, piæque de illo sententia ad ulteriorem certitudinis gradum merito provehendam*; que edita est Matrini an. 1778, regi catholico Carolo III ab archiepiscopo Toletano Francisco Antonio Lorenzana consecrata.

130. In Prag. fuerat *pri s suspiciatque*, et supra glossa, *timeat*. Widun., *suspiciatque*; Gold., *Suspiciat, utque*.

131. Adde glossæ Adamum, quem Eva mandere coegerat ex rellis. Prudentius, dum his ducibus ruere posteritatem in facinus, et rudes avos imitari athenizat, non sentit cum Pelagiano, quorum heresim exponit S. Prosper carmine de Ingratis v. rs. 20 et seqq. Peccatum originale claris verbis Prudentius explicuit Apotheos. vers. 911 et seqq. Et observa,

Laurentium Bertium lib. xiii de Theolog. disc., cap. 2, probare originale peccatum ad fidei pertinere fundamenta, ex Prudentii versibus Apoth. 909 et seqq., *Hæc prima est natura animæ*.

135. Simili phrasi Statius lib. iii, silv. 3, *rudes populos, atque aurea regna colebas*. Sæpe Prudentius *rudem* pro novo et recenti accipit.

136. Ex Virgilio ecloga 4, *Jam nova progenies cælo demittitur alto*.

C **137.** Christus dicitur *secundus homo* et *novus homo*, uti Adam *primus* et *vetus homo*. S. Paul. I ad Cor. cap. xv: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*.

138. Editi omnes et plerique mss., *prius*. Rat., *primus* pro *prius* contra meritum. Meins prior, ut respondeat Apostoli verbis, *Primus homo de terra terrenus*. Urb. ita prior, quem solum sequi juvat.

142. Quem legit Rit. Weitz., Thuan. a secunda manu, Gis., Iso. *Quam* habet Heins. cum suis optimis, Ald., Vat. A., Prag. Vaticanis plerisque, et aliis: scilicet *quam carnem*. Magis placet *quem sermonem*.

144. Genialis sæpe conjugalibus rebus tribuitur, ut *lectus genialis, torus genialis* apud Horatium, Virgilium, Martialem et alios. Genius a veteribus habebatur Deus, qui hominem genitum suscipit ac tueretur. Geniales vero deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem. Ea enim sunt semina rerum.

D **148.** Plerique scribunt *discidium*. Gis. *dissidium*, non male. Sed præstat retinere *discidium*, non a *dis* et *cardo*, quod Becmanus putat, nam tunc i secundum esset longum, sed a *discindo* in præterito *discidi*, sicut *excidium* ab *excindo*. Gifanius Ind. Lucret., verbo *Discidium*, ait *dissidium* esse animi, *discidium* corporis, et hanc vocem *discidium* apud omnes bonos scriptores depravatam esse, Catullum, Plautum, Tibullum, Terentium, Ciceronem minimum septies, in Pand. Florent., et apud Tacitum mansisse integram. Plura auctorum loca ipsa restituit.

151. B. Virginem meruisse Deum edere multi SS. Patres affirmant, ut Augustinus. Ambrosius, Hieronymus pluresque alii. Hinc theologo quæritur an B. Virgo meruerit *merito proprie dicto* esse mater Dei, vel, ut loquuntur ipsi, *maternitatem Dei*. Et probabili satis ratione multi affirmant, quia eisdem verbis

Omnia virgo venena domat :
 Tractibus anguis inexplicitis
 Virus inermis piger revomit,
 155 Gramine concolor in viridi.
 Quæ feritas modo non trepidat,
 Territa de grege candidulo?
 270 Impavidus lupus inter oves

▲
 160 Tristis obambulat, et rabidum
 Sanguinis immemor os cohibet.
 Agnus enim vice mirifica
 Ecce leonibus imperitat,
 271 Exagitansque truces aquilas
 Per vaga nubila, perque notos
 165 Sidere lapsa columba fugat.

GLOSSÆ VETERES.

155. Inexplicitis, *innumerabilibus*, I.
 154. Inermis, *nocuum*, Vat. A.
 156. Non, *nonne*, I.
 162. Leonibus, *leonem vocat diabolum ob ferocitatem*,

tem, Iso.

163. Exagitans, *persequens*, I. — Aquilas, *aeris potestates*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

SS. Patres probant, justos bonis operibus vitam æternam mereri, et Mariam Virginem meruisse, ut mater Dei efficeretur. Quæ omnia egregie disputat et illustrat Franciscus Suarez tom. I, in 3 part., quæst. 2, disput. 10, sect. 7 et 8, qui meritum de congruo admittit.

153. Poeta graphice depingit serpentem, quilibet a pictoribus in mysterio Conceptionis solet effingi, *tractibus inexplicitis*, hoc est, in spiras et nodos coactus et implicitus.

154. Non video unde hæc significatio *nocui pro inermi* in glossa Vat. A sit tracta; nisi hic quoque dicas in augere, ut ejusdem Vat. A glossa supra aiebat vers. 3. At verus est sensus, *inermis* virus dici, quod attinet ad B. Virginem, quæ viperam cernuam pedibus proterit, et omnia venena domat, scilicet a peccato originali immunis. Hinc *anguis piger*, id est debilis.

155. Anguis dicitur *concolor in gramine viridi*, quia colubris hoc epitheton *viridis* apud Horatium, Virgilium aliosque passim poetas tribuitur.

157. *Gregem candidulum* vocat Christianos ex more sumendi vestes albas, cum baptismo abluerentur, quasi candidati essent vitæ Christianæ, et ad animæ puritatem significandam. Simili phrasi hymno 1 Perist., vers. 67: *Christus illic candidatis præsidet cohortibus*. Quamvis autem *omnis dies Domini sit*, ut ait Tertullianus de Baptismo cap. 19, *omnis hora, omne tempus habile baptismo; si de solemnitate interest, de gratia nihil refert*, tamen tempus solemnè conferendi baptismi erant quinquaginta dies a Pascha ad Pentecosten, ut ex eo loco Tertulliani colligitur: *Diem baptismi solemniorè Pascha præstat, cum et Pascha Domini, in quam tingimur, adimpleta est*. Baptizati per octo dies candido vestitu incedebant. Ab albis baptizatorum vestibus septimanam in Albis appellaverunt veteres eam quæ paschalem proxime sequitur. Nunc nomen hæsit *dominicæ in Albis*. In omnibus tamen feriis ejus septimanæ paschalis plura exhibet officium ecclesiasticum ad baptismum pertinentia, ut in hymno sabbati ad vespervas: *Ad regias agni dapces Stolis amicti candidis*. S. Hedefonsus de Cognitione baptismi cap. 140 habet orationem *propter albus tollendas*, et cap. 142 *sermonem dicendum ad in antes in die tertia post Pascha propter albus tollendas*. Fortasse respexit etiam Prudentius ad symbolum Christianorum iutorum, quod erat niveus agnus, aut candida ovis, ad animæ candorem significandum, ex cap. xxv Matth., *Sicut pastor segregat oves ab hædis*. S. Paulinus epist. 12 ad Severum de pictura in abside, vel absida basilicæ (dubitat enim Paulinus, *absidane an abside* dici debeat): *Bis geminæ pecudis discors agnis genus hædi circumstant solium: lævos avertitur hædos Pastor, et emeritos dextra complectitur agnos*. Antiquissimus quoque eat mos exprimiendi in sacris calicibus parabolam pastoris ovem humeris suis ad ovis reducentis. Tertullianus, lib. de Pudicitia, cap. 7, quanquam jam in hæresin lapsus, verbis illustribus rem hanc testatur: *Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si vel in*

illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utramque Christiano an ethnico peccatori de restitutione collinet. Et cap. 10: *Cui ille si forte patrocinabitur pastor, quem in calice depingis... de quo nihil libentius bibas, quam ovem pœnitentiæ secundæ*. Prudentius versu seq., *impavidus oves Christianos appellat*.

158. *Lupus* hoc loco est diabolus. Teo ius id refert ad cap. xi Isaia: vers. 6: *Habitabit lupus cum agno*, etc. Non assentior.

159. *Prag, rapidum*, minus bene.

160. *Ald., sanguis*, mendose.

161. Cum agnus paschalis in veteri lege typus fuerit Christi, qui etiam a S. Joanne Baptista Agnus Dei vocatus fuit, agni figura veteres Christiani sæpissime Christum exprimebant. Jacobus Bosius, lib. vi de Cruce triumphante, cap. 12, bujusmodi antiquam imaginem aert agni sub cruce rupi insistentis, qui fontes quinque ad designanda quinque vulnera Christi emittit, unum ex pectore, et singulos ex singulis quatuor pedibus. S. Paulinus, epist. 12 ad Severum: *Stat Christus Agno: vox Patris cætonat: Et per columbam Spiritus sanctus fluit*. Et postea: *Sub cruce sanguinea niveo stat Christus in Agno*. Vide Aringhium lib. vi Rom. Subter., cap. 20, ubi ex consuetudine primorum Christianorum re, eum morem Ecclesiæ Romanæ conficiendi agni imagines cereas instar numismatum; quod jam Paulinus docuerat.

165. Spiritus sanctus columbæ specie super Christum baptizatum apparuit Matth. cap. iii. Inde jam consuetudo fidelium, apponendum columbas aureas et argenteas in figuram Spiritus sancti super lavera et altaria, de qua concilium Constantinopolitanum anno 536, actio 5. Verum etiam Christiani ipsi hoc simbolo representabantur. Paulinus loc. cit.: *Cruce coronata lucido cingit globo, Cui coronæ sunt coronæ apostoli, Quorum figura est in columbarum choro*. Et pluribus aliis præterminis: *Nos quoque perficis placitas tibi, Christe, columbas, Si vigeat puris pectus pectoribus*. Respicit Christi præceptum Matth. cap. i: *Estote simplices, sicut columbæ*. Per columbam unitatem Ecclesiæ significari, de qua dictum est: *Una est columba mea* (Cantic. cap. vi), docet S. Augustinus in hunc locum; idemque tradit in psalm. lvi, columbam pro signo dilectionis poni. Tertullianus adv. Valent. in princ. scribit, *columbam solitam demonstrare Christum*, quod Petrus Lazzeri dissert. de critica Regulis in rem nostram interpretator. De Christo etiam intelligunt aliqui quod ait Tertullianus cap. 3: *Nostræ columbæ domus simplex, in edis semper, et apertis, et ad lucem*. Sedulius de Christo: *Sola columba rediit, quæ totum circuit orbem: Discedant corvi, sola columba redit*. Lauretus in Silva allegoriarum, verbo *Columba*, SS. Patres indicat qui in columba ramum olivæ portante Christi typum agnoverunt, uti etiam iram Christi in ira columbæ, de qua sæpe mentio occurrit in sacris Litteris. Patet igitur Christum etiam recie a Prudentio dici *Columbam*: et fortasse antiqui nonnumquam ea specie Christum expresserunt: ut cum S. Basilius eucharistiam co-

Tu mihi, Christe, columba potens,
Sanguine pasta cui cedit avis :
Tu niveus per ovile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
170 **272** Sub juga tigridis ora premens.
Da, locuples Deus, hoc famulis
Rite precantibus, ut tenui
Membra cibo recreata levent,
Neu piger immodicis dapibus
175 Viscera tenta gravet stomachus.
Haustus amarus abesto procul,
Ne libeat tetigisse manu
Exitiale quid, aut vetitum :
Gustus et ipse modum teneat,
180 Sospitet ut jecur incolume.
Sit satis anguibus horrificis,
Liba quod impia corporibus,

A
Ab! miscram peperere necem.
273 Sufficiat semel ob facinus
185 Plasma Dei potuisse mori.
Oris opus, vigor igneolus
Non moritur ; quia flante Deo
Compositus, superoque fluens
De solio Patris artificis,
190 Vim liquidæ rationis habet.
Viscera mortua quin etiam
Post obitum reparare datur,
Equæ suis iterum tumulis
Prisca renascitur effigies,
195 Pulvere coeunte situ.
Credo equidem, neque vana fides,
Corpora vivere more animæ :
Nam modo corporeum memini
De Phlegethonte gradu facili

GLOSSÆ VETERES.

167. Avis, aquila, Vat. A.
170. Sub juga, tua, l.
171. Locuples, locorum plene, l.
172. Tenui, modico, l.
174. Neu, pro ne, et est verbum apocöpum, l.
176. Haustus, potio. — Abesto, absit, l.
179. Modum, mensuram, Iso.
180. Sospitet, sanet.

185. Ab! her! i.
186. Oris, Dei. — Vigor, anima, Vat. A. — Igneolus, anima, l.
195. Situ, positione, l.
197. More animæ, spiritalia fore, Vat. A.
199. Phlegethonte, inferno; phloa Græce, ignis Latine, hinc Phlegethon igneus, Iso.

COMMENTARIUS.

lumbæ aureæ inclusit et super altare suspendit, aut alii columbas, crucibus insidentes, vel eas supervolantes, appingebant. Sed longe probabilius est etiam tunc Spiritum sanctum designari. Etiam Tertulliani loca columbam figuram Spiritus sancti clare innuunt. Clemens Alexandrinus inter symbola quæ Christianos in annulorum palis sculptere deceret, columbam recenset : *Sint autem nobis signacula columba, vel piscis, vel navis, quæ cursu celeri a vento fertur, vel lyra musica, quæ usus est Polyocrates, vel anchora nautica, quam insculpebat Seleucus*. Quos sensus mysticos ea symbola insinuant, ibidem explicat Rosweyldus, scilicet baptismum, Petrum apostolum piscatorem hominum, Iyram Davidis, Ecclesiam, etc.

167. Giselino, Chamillardo, aliisque vehementer displicet cui monosyllabum breve; et Giselinus putat, Prudentium versum hunc cum paucis aliis emendaturum fuisse. Vide proleg. num. 212. Nihil opus est correctione.

171. Etymologiam *locupletia*, quam explicat glossa, docuit Isidorus lib. x Etym. ex Tullio lib. ii de Republica, et olim quidem agri loci dicebantur.

175. *Tenta* habent Vat. A., major pars Vatt. codd., Heinsius cum Put., Torrentianis duobus et aliis, Gis., Egm., Fabii., Pal. Alii legunt *tensa*, ut Widm., in quo supra *densa*, Bong. supra, Prag., Sich. Alii *tanta*, ut Ald., Gis. in 1 edit. Alii *densa*, ut Hails., Bong., Rat. Magis placet *tenta*. Horatius *ubera tenta*. Hanc lectionem approbat Becmanus cap. 6 *Manuduct. ad ling. Lat.* ex suo ms., qui ait alios legere *viscera tota*.

176. *Amarus* potus est, quia, si nimius sit, in tristitiam vertitur.

177. *Ne pro nec*, Vat. A., Put., Oxon. Heins. Recte etiam *nec*, quod alii tenent.

178. Ex hoc loco colligi posse videtur Teolio, præceptum abstinendi a carnibus Prudentii ætate jam obtinuisse saltem in Hispania. Verum Prudentius neque explicat quinam sint illi cibi vetiti, neque diem ullum designat. Cæterum consuetudo jejuniandi sabbato in Hispania, Romæ, et aliis in Ecclesiis ex veterioribus monumentis constat, nempe ex concilio Eliberitano, ac plurium SS. Patrum testimoniiis. Origo vero jejuniorum, aut semijejuniorum feria 4

et 6 longè antiquior et illustrior est, atque adeo à ipsis apostolis repetenda.

180. Jejunium prodesse (ac similiter modum ic victu) animabus corporibusque medendis, vox communis est omnium, et canit *Ecclesia*.

182. *Nebrissa* interpretatur *liba*, quæ ante Christi natalem dæmonibus deferebantur. Chamillardus ait, Prudentium pro quocunque fructu *liba* accepisse. De solo paradisi pomo vetito, sive alius is fuerit fructus, *liba impia* ego intelligo, quæ ita dicuntur ex propria significatione verbi *libo*, quæ est delibare. decerpere, degustare apud Lucretium, Virgilium, Varronem et alios. Tota strophæ hæc ad poenam mortis, peccato originali inflictam, spectat.

184. Ald., *hoc facinus*, mendose.

185. *Plasmare* pro *ingere*, *creare*; *plasma* pro *creatura*, *plasmator* pro *creatore*, voces sunt scriptorum Christianorum propriæ, Tertulliani, Hieronymi, Alcimi Aviti et aliorum.

186. Virgilius lib. vi *Æn.*, *Igneus est ollis vigor, et cælestis origo*. Prudentius sæpe Deum *ignem* et *igneum* appellat.

195. *Equæ* habent plerique. Gis. in ed. 2 *Deque*, neque Heinsius aliquid contra notat. Vat. A., *Etque*.

195. *Nebrissa* explicat *pulvereo situ*, *pulvere squallido*. Quid sit *situs* vide hymn. 1, vers. 43. Glossa non placet.

196. Rat., *quidem* pro *equidem*. Virgilius iv *Æn.*, vers. 12. *Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum*. Iterum vi, vers. 859, *Credo equidem*.

197. Prudentius non vult corpora fore *spiritualia* (quod ait glossa), sed esse æternum victura post resurrectionem, argumento ex Salvatoris resurrectione petito, quod in hymno *Exsequiarum* repetit:

199. Ait Prudentius *gradu facili*, quia Virgilius lib. vi dixerat, *facilis descensus Averni. . . . Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est*. Clericus Chamillardus arguit in Vita Prudentii, quod ex usitata nunc loquendi ratione interpretatus fuerit, Christum ex *limbibus* rediisse. Idem Clericus colligit, Prudentii opinionem esse, Christum ad locum inferorum, ubi torquentur damnati, descendisse. Vide proleg. num. 181.

200 Ad speros remeasse Deum.

274 Spes eadem mea membra manet,

Quæ redolentia funereo

Jussa quiescere sarcophago,

Dux parili redivivus humo

205 Ignea Christus ad astra vocat.

IV. HYMNUS POST CIBUM.

Pastis visceribus, ciboque sumpto,

Quem lex corporis imbecilla poscit,

Laudem lingua Deo Patri rependat:

Patri, qui cherubim, sedile sacrum

201. Manet, *expectat*, I.203. Sarcophago, *nam sarx caro, phago manduco, est similis, quia fuit homo, Iso.*2. Imbecilla, *infirmi, I.*4. Patri, qui cherubim: *hinc reprehenditur (Prudentius) quod dixerit, Deum sedere super cherubim et seraphim, ut enim beatus Hieronymus dicit, super cherubim tantum sedet; sed sciendum, quia vir iste sæcu-*

202. Indicatur mos uengendi corpora defunctorum. Vide prol. num. 156 et seqq.

203. Glossæ postrema verba, nescio quid sibi velint, nisi referenda sint, ut puto, ad vers. seq. *parili*. Sepulcrum dicitur *sarcophagus*, quasi carnes voret. Vide quæ ex Plinio habet Isidorus, lib. xvi, cap. 4. Orig., ubi ait, *sarcophagum esse lapidem ex quo flebant sepulcra, quod corpora defunctorum absumeret*. Alia significatione *sarcophagus* est sandapila, vel feretrum; quod alii aiunt, mihi non liquet.204. Ald. et Gis. in textu 1 edit. cum Urb. et Vat. P legunt *Dux parilis redivivus homo*. Sic etiam Nebr. In Put., *Dux parili redivivus homo*; in Oxon., *Dux parilis redivivus humo*. Reliqui, *Dux parili redivivus humo*, etiam Egm. pro diversa scriptura.*Post cibum*. Aldus inscribit: *Ode post cibum*. Janus Parrhasius, *Hymnus divi Prudentii sumpto cibo*. Ut ante cibum preces Deo sunt fundendæ, sic etiam post eum. Tertullianus Apolog. cap. 59, *Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. . . . Oratio convivium dirimit*. S. Basilius epistola ad S. Gregorium Theologum de Vita in solitudine agenda: *Orationes ante cibum digne fiant Dei donis, quæque nunc dat, et quæ in posterum reposuit. Orationes post cibum gratiarum actionem datorum habentes, et flaytationem promissorum.*1. Parrh., *pastis corporibus*.4. Parrh., *cabile sacrum*. Nebrissa ait, cherubim et seraphim esse vel in accusativo plurali (nam cherub et seraph est singularis), ut intelligatur cherubim et seraphim esse sedile, cui Deus innititur, vel in genitivo plurali, quia sedile Dei ex cherubim et seraphim constat. S. Hieronymus comment. in Isaiam cap. vi. *errare, ait, qui solent in precibus dicere: Qui sedes super cherubim et seraphim, quod Scriptura non docuit*. Et in epist. ad S. Damasum de seraphim, etc., *vocat pium errorem eorum qui in orationibus et oblationibus suis id audent dicere (vide glossam)*. Ex quo liquet, jam tempore S. Hieronymi preces aliquas fuisse, quibus id assereretur. Ac sane si id Jecitar tanquam disertis verbis a sacris litteris expressum, recte ait S. Hieronymus, errorem esse. Nam psalmo LXXIX, 1, solum dicitur: *Qui sedes super cherubim, manifestare*. Prudentius vero solum affirmat Deum supremo subnixum solio tenere ac regere cherubim et seraphim, *sedile suum*. Quod verum est, dummodo utrique ad Dei sedile ornandum pertineant, eidemque assistant. Jam Isaias cap. cit. vers. 1 et 2 sic habet: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum: et ea quæ sub ipso erant respicebant templum.*A 5 275 Necnon et seraphim suum, supremum
Subnixus solio, tenet, regitque.

Hic est, quem Sabaoth Deum vocamus,

Expers principii, carensque sine,

Rerum conditor, et repertor orbis.

10 Fons vitæ liquida fluens ab arce,

Infusor fidei, sator pudoris,

276 Mortis perdomitor, salutis auctor.

Omnes quod sumus, aut vigemus, inde est

Regnat Spiritus ille sempiternus,

15 A Christo simul et Parente missus.

Intrat pectora candidus pudica,

GLOSSÆ VETERES.

B *laris erat, nec adeo in divinis mysteriis eruditus, Vat.*A. — Cherubim, *scil. super, I.*5. Supremo, *excelsio, I.*6. Subnixus, *suffultus, I.*12. Perdomitor, *moriendo in cruce, Iso.*13. Inde, *de Christo, I.*15. Parente, *Christi, I.*16. Candidus, *Spiritus sanctus, I.*

COMMENTARIUS.

Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, et sex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant. Septuaginta vertunt: *Erant circa illum, quod recte cohæreere advertunt interpretes*. Cornelius a Lapide plane ita exponit: *Juxta vel circa solium, puta super pedem aut pavimentum solii: decebat enim, eos esse humiliori gradu, quam erat ipsa sedes, et solium Dei*. Hi seraphim stipant solium instat cherubim stipantur propitiarium Exodi cap. xxv. Ne plura; ut poetam ab inepta glossa vindicemus, satis hæc, superque.7. In Rat., *Deum Sabaoth pro Sabaoth Deum, male*. Hinc collige poetam respexisse ad locum Isaiæ cap. vi, ubi seraphim clamabant: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum*. Hæc autem Hebraica nomina scripsimus, ut in Vulgata editione invenimus, quamquam nos minime fugiat, quid contra multis dici soleat. Sic etiam Prudentium longa defensionem syllabarum, ab Hebraicæ linguæ peritis præscriptam, interdum contempserit; de quo in proleg. disimus.9. *Deus repertor orbis*, uti a Virgilio hominum rerumque repertor, et a Juvenco lib. iv, *vitæ lucisque repertor*. Vide infra hymn. 5, vers. 1: *Inventor luminis*. Contra apud Paulinum in obitum Celsi diabolus: *per Christum perditor ipse perit*.10. *Deus fons vitæ* passim in sacris Litteris et SS. Patribus, et sæpe apud Prudentium. Sic *fons animarum, fons boni, fons honorum omnium*, et similia.13. Weitzius cum solo Hailsb. contra Vulg. et reliquos voluit legere *Omne*. Cur, cum repugnet legibus phalecii, quas videmus observare Prudentium? E Vaticanis solus unus *omne* apud Teol., e vetustioribus Heinsii solus Altinus *omne*, e nostris nullus. Gisel., Gold. et Weitz. habent *ac vigemus*. Ald. nostri, Wid. supra, et Heins. cum Put., *aut vigemus*.16. Vocatur *Spiritus candidus*, vel quia columbe specie apparuit et representatur, vel ob candorem quem animæ infundit. Processio Spiritus sancti a Patre, et a Filio his versibus non obscure innuitur, et quidem *missionis* verbo quo sacra Scriptura utitur. Chamillardus affirmat, in concilio Toletano jussu Leonis additam symbolo fidei particulam *Filioque*, cum in symbolo Næno tantum dicatur, *Qui ex Patre procedit*. Inteligit Leonem I, et concilium sive Toletanum, sive Hispaniense anno 447. Cl. Henricus Florez tomo VI Hisp. sacr., dissert. 1, late dissertit de concilio Toletano anno 406, et regula fidei ejus aëris inserta, ubi invenitur particula *Filioque*. Probare

Quæ templi vice consecrata rident,
Postquam combiberint Deum medullis.
Sed si quid vitii, dolive nasci
20 Inter viscera jam dicata sensit,
Ceum spurcum refugit celer sacellum.
277 Tetrum flagrat enim vapore crasso
Horror conscius æstuante culpa,
Offensumque bonum niger repellit.
25 Nec solus pudor, innocensve votum
Templum constituunt perenne Christo
In cordis medii sinu ac recessu.
Sed ne crapula ferveat, cavendum est,
Quæ sedem fidei cibus refertam
50 Usque ad congeriem coarctet intus.
Parcis victibus expedita corda
Infusum melius Deum receptant,
Ilic pastus animæ est, saporque verus.
Sed nos tu gemino fovens paratu,

A 35 Artus, atque animas utroque pastu
Confirmas, Pater, ac vigore comples.
Sic olim tua præcluens potestas
278 Inter raucisonos situm leones
Illapsis dapibus virum refovit.
40 Illum fusile numen exsecrantem,
Et curvare caput sub expolita
Æris materia nefas putantem,
Plebs diræ Babylonis, ac tyrannus
Morti subdiderant, feris dicarant,
45 Sævis protinus haustibus vorandum.
O æmper pietas, fidesque tuta!
Lambunt indomiti virum leones,
Intactumque Dei, tremunt alumnus.
B Astant cominus, et jubar reponunt:
50 Mansuescit rabies, fameque blanda
Prædam rictibus ambit incrementis.

GLOSSÆ VETERES.

17. Quæ, quia de illis scriptum est: Vos estis templum Dei vivi, I. — Rident, gaudent, I.
18. Medullis, præcordiis, Iso.
20. Dicata, scilicet sibi, I.
21. Spurcum, spurcus, a, um; inde spurcitia. — Sacellum, ut doctrix, I.
22. Tetrum, pro tetre, nomen pro adverbio, I.
23. Repellit, a se, I.
25. Innocens, a pueritia, I.
27. Sinu ac recessu, introitu et exitu, I.
28. Crapula, apostoma, i. e. indigestio, I.

31. Expedita, libera vel parata, I.
37. Præcluens, clara, excellens, oleo Græce glorior; et cluo excello, et splendo, et glorior, I. Præpotens, nobilis. Vat. A.
38. Raucisonos, dure, et terribiliter sonantes, I.
39. Virum, Danielem, I.
44. Feris, leonibus, Iso.
49. Cominus, juxta. — Reponunt, mites effecti, I.
51. Rictibus, rincto, os aperio, hinc rictus nimia oris apertio, Vat. A. — Ambit, circumit, Iso. Circumdat, amplectitur, desiderat, Vat. A.

COMMENTARIUS.

contendit, præcessisse aliud concilium Toleti anno 596, collectorem actorum concilii Toletani, anno 400 celebrati, floruisse sæculo v exeunte, regulam fidei in hoc concilio fuisse factam, neque additionem Filioque esse supposititiam, cum omnes codices mss. librique impressi ita habeant, et in eo concilio actum fuerit adversus Priscillianistas, circa Spiritum sanctum suum errantes. Quæ confirmari possent ex his poetæ Hispani carminibus, quibus processio Spiritus sancti exprimitur, quasi regulam fidei, ejusque particulam Qui ex Patre, Filioque procedit præ oculis habuerit. Nihilominus censeo, rem non liquere, et mentionem Leonis papæ, quæ in titulo regulæ fidei occurrit, aperte indicare, eam longe posteriore esse concilio Toletano anni 400, vel certè collectorem actorum ignorasse, ad quodnam tempus esset referenda.

17. Parrh., hæc templi. Præclare describit Prudentius, quale templum Deo in intimo corde sit constituendum.

20. Weitz., Gold. et Wid. supra Parrh., intra pro inter. Prag. et Rat., pariter intra. Ald., Gis., Heins., Vat. A. inter.

21. Nescio quid sit in glossa doctrix post sacellum.

22. Ald., Prag. a secunda manu, et Boherius uster, fragrat pro flagrat. Olim promiscue nonnulli scribebant fragro et flagro, quod in codd. mss. passim notatur.

23. Consciis interdum stimulos conscientiæ denotat, ut apud S. Paulum I Cor. iv, 4: Nihil mihi conscius sum; et apud Horatium: Hic murus athenicus esto Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa, ut alios præteream.

25. Ald., Gis., Vat. I, Weitz., Prag., Parrh., innocensque. Vat. A, Alex. et pene omnes Vatt., item vetustiores Heinsii, innocensve.

27. Recessus non est exitus, neque sinus introitus, ut habet glossa. Cicero pro Marcello: Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. Hoc sensu cordis sinus et recessus.

28. Proprie crapula est dolor capitis ex nimio haustu, origine Græca.

32. Ald., eum pro Deum, non male.

33. Dubitat Chamillardus an hic pastus et sapor intelligendus sit de SS. eucharistia, an de divina providentia. Simplicius dicit Spiritum sanctum, sive Deum, in corde receptum, significari.

34. Egm. apud Weitz., fove pro fovens. Quidam Vat. apud Teol., foves.

35. Parrh., animos.

36. V. A, confirmans pro confirmas. In Prag., atque pro ac a manu secunda, perperam.

37. Parrh., prænitens pro præcluens. Verbo cluo non solum antiquiores Latini usi sunt, Ennius, Plautus, Lucretius, verum etiam Cicero. Lucretius cluo, es, adhibet, Prudentius cluo, is, ut aliis in locis potes observare. Est enim ex his verbis, quæ ad secundam et tertiam conjugationem æque pertinent. A cluo est inclutus, vel inclitus, vel inclutus.

38. Hæc historia narratur cap. xiv Danielis: qua providentia et misericordia divina erga justos declaratur.

43. Parrhasius, et tyrannus.

44. Parrhasius, dicarunt.

48. Sic in Dittochæo tetrasticho 9, Tutus agit vir justus iter vel per mare magnum. Ubi plus periculi est, ibi plus auxilii justis a Deo conferri, constans est sententia.

50. Gis. reposuit fames pro fame. Neque displicet hæc lectio; sed optimi mss. et editi legunt fame, quod, cum non abhorreat, retinendum est. In Vat. O mendum est fama. Nebrissæ falso imputatur in edit. Coloniens. anni 1701, quod agnoverit alios habere famesque blanda.

51. Hails., Gold., Bong., et a secunda manu Wid., Ald., lambit pro ambit. In Rat. videtur fuisse lambit, sed abraso primo caractere factum ambit. Illoc verum est: nunquam enim Prudentius literam s elisit, prout opus erat, ut cum rictibus lambit versu

- Seil cum tēderet ad superna palmas,
279 Expertumque sibi Deum rogaret,
 Clausus jugiter, indigensque victu :
- 55 Jussus nuntius advolare tērris,
 Qui pastum famulo daret probato,
 Raptim desilit obsequente mundo.
 Cernit forte procul dapes inemptas,
 Quas messoribus Habacuc propheta
- 60 Agresti bonus exhibebat arte.
 Hujus cæsarie manu prehensa,
 Plenis, sicut erat, gravem canistris
 Suspensum rapit, et vehit per auras.
 Tum raptus simul ipse, prandiumque
- 65 Sensim labitur in lacum leonum,
 Et, quas tunc epulas gerebat, offert.
- A Sumas lætus, ait, libensque carpās,
 Quæ summus Pater, angelusque Christi
280 Mittunt liba tibi sub hoc periculo.
 70 Illis sumptis, Danielus excitavit
 In cælum faciẽm, ciboque fortis
 Amen reddidit, halleluia dixit.
 Sic nos muneribus tuis relecti,
 Largitor Deus omnium honorum,
 75 Grales reddimus, et sacramus hymnos.
 Tu nos, tristifico velut tyranno,
 Mundi scilicet impotentis actu
 Conclusos, regis, et feram repellis ;
281 Quæ circumfremit, ac vorare tentat,
 80 Insnos acuens furore dentes,
 Cur te, summe Deus, precemur unum.

GLOSSÆ VETERES.

53. Expertum, notum, quem probatum habebat, I. B
 57. Mundo, aere, I. Aere vel nube, Rat.
 58. Inemptas, viles ; res enim vilis quæ abundat,
 non emitur, Vat. A.
 60. Agresti, rustica, I.
 61. Prehensa, comprehensa, I.
 65. Sensim, leniter, Iso.
 67. Sumas, pro sume.—Carpas, pro carpe, I-o.
 69. Liba, prandia.—Hoc periculo, leonum, I.
 70. Excitavit, elevavit, I.
 75. Hymnos, laudes, I.
 77. Impotentis, valde potentis, furoris, Vat. A.
 78. Feram, diabolum, I.

COMMENTARIUS.

recte procederet. Gallandius edidit *lambit*, et subnotavit : Sic Aldus cum aliis. Chamillardus. *AMBIT* *typothetæ* vitio, ut videtur. Abhorrent poetice aures.

52. Ratio orandi Deum extensis manibus; de qua ad hymnum S. Fructuosi.

54. Prag., Rat., Weitz., Gis., victu. Ald., V. A. Put., Oxon., Egm., Alt., Pal., Heins. et alii, victus.

57. Parrh., *disilit*. S. Isidorus lib. II Etymol., cap. 29 : *Mundus est is qui constat ex cælo, et terra, et mari cunctisque sideribus*. Vide ejusdem cap. 1, lib. XIII, et notas Criallii.

58. Parrh., *cernens*. In Vat. A legitur *ineptas* pro *inemptas*. Sed ex ejus glossa corrigitur mendum. *A* Hudit ad Virgillii locum *dapibus mensas onerabat inemptis*, quod pariter de agricola dictum est lib. IV Georg. Horatius quoque de laudibus v. tæ rusticæ epod. 2, vers. 48, *Dupes inemptas apparet*.

59. Mirum quantum discrepent codices in voce *Habacuc* exaranda. Alii *Abacuc*, alii *Abbacuc*, alii *Abbacum*, alii *Ambacum*, alii *Ambacuc*. De quo nomine vide indicem secundum Ricciolii, ubi Prudentium adversus Ludovicum Cavallum defendit quod in hoc hymno a primum produxerit juxta Syriacam aut Persicam radicem. Quamvis autem Habacuc a Prudentio propheta vocetur, non certo inde colligas, eundem esse Habacuc, cujus exstat prophetia. Legè hanc questionem in præloquiis Jacobi Bonfrerii, sect. 11.

61. Widm., *cujus cæsarie* a prima manu.

62. Hec phrasis, *sicut erat*, stylum ecclesiasticum videtur redolere : sed ab optimis antiquissimis Latinitatis auctoribus est usurpata.

68. Prudentius in hoc Habacuc sermone Christum inducit per prolepsin : nondum enim Verbum caro factum fuerat, qui est Christus, ut notavit Nebrissa. Clericus in Vita Prudentii nonnihil cavillatur circa hujusmodi locutiones.

69. Ald., mendose, *libatibus*. Nebrissa mendum transcripsit, et interpretatus est, *gustui tuo*. Sensus et carmen *liba tibi* exposcit.

70. Danielem, cibo sumpto, Deo gratias egisse expressum quidem non est in sacra pagina. At poeta id colligit ex gratiarum actione, quæ præcessit vers. 36 et 37.

71. Parrh., *ciboque functus*.

72. Parrh., *Evieque dixit*, quod vitiosum est. Vox

amen responsionibus adhiberi solebat in Veteri Testamento, quasi *certe, vere, hoc eri'*, *veritas, vel ita fiat*. Deuter. XXVII, 15 : *Et respondebit omnis populus, et dicet, Amen*. In Ecclesia Christiana statim ab ipso initio hæc consuetudo reddendi *amen* post orationem sacerdotis videtur inducta : nam Apostolus I ad Corinth. cap. XIV, 15 et seq., ait : *Quid ergo est : Orabo spiritu, orabo et mente, psallam spiritu, psallam et mente. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet AMEN, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit*. Justinus martyr in Apol. 2, sive, ut alii volunt, 1 : *Ubi ille (antistes) preces et eucharistiam abolvit, totus qui adest populus, fausta approbatione acclamat dicens AMEN*. S. Paulinus Natali 11 : *Cumque sacris pia turba ferat pastoribus AMEN, etc*. De voce *alleluia* confer Ricciolum in ind. secundo; neque tamen ei assentiarius. quod dicit, imitandum non esse Prudentium, qui e in hoc versu corripuit; quod pariter ab Orthodoxo correptum est. S. Justinus quæst. 50 ad Orthodox. testatur, Christianos, cum laudes et hymnos canerent, jam tunc uti hac voce *alleluia* et *osanna*, quod olim a pueris factum. Vide S. Hieronymum in epist. ad Marcellam, S. Augustinum in psalm. CVI, et notas Loaysæ ad can. 11 concil. IV Tolet.: *De non decantando in Quadragesima alleluia*.

74. In oratione S. Rosæ virginis Limanæ hic versus includitur mutatis verbis : *Bonorum omnium largitor omnipotens Deus*.

77. Cauchius castigabat *antro Conclusos regis, acute*, sed contra mss. Nebrissa *actum* interpretatur *actiones* mundi scilicet nimium potentis, et sævientis : nam hoc Latine est *impotens*. Heinsius *actum* accipit aut pro vago et incerto rerum humanarum motu, aut pro eo quod agunt homines. Hoc sensu alias usus est Prudentius.

79. Cum lacum leonum descriperit poeta, suo more sacræ literæ inherens, diabolum tanquam leonem representat ex epist. I Petri cap. v, 8.

81. Ald., Nebr., Rat., Widm., Gold., *tunc te*. Hails., *nunc te*. Gis., Weitz., *cum te*. Parrh., *tec te*. Vat. A, Prag., Put., Thuân., Torren. duo *cur te*, quod placet Heinsio, quia ita frequenter occurrit apud Ciceronem. Horatius lib. I, ep. 8, *Irascor amicis, Cur me funesto properant arcere veterno*. Aldus in eneu-

- Vexamur, premimur, malis rotamur;
 Oderunt, lacerant, trahunt, lacessunt;
 Juncta est supplicii fides iniquis.
 85 Nec defuit tamen anxii medela:
 Nam languente crucis leonis ira,
 Illapsæ superingeruntur escæ.
 Quas si quis sitienter hauriendo.
 Non gustu tenui, sed ore pleno,
 90 Internis velit implicare venis;
 Illic sancto satiatus ex propheta,
 Justorum capiet cibos virorum,
 Qui fructum domino metant perenni.
 282 Nil est dulcius, ac magis saporum,
 95 Nil, quod plus hominem juvare possit,

- A Quam vatis pia præcinentis orsa.
 His sumptis, licet insolens potestas
 Prævum judicet, irrogetque mortem;
 Inpasti licet irruant leones.
 100 Nos semper dominum Patrem fatentes
 In te, Christe Deus, loquemur unum,
 Constanteque tuam crucem feremus.

V. HYMNUS DE NOVO LUMINE PASCHALIS SABBATI.

- Inventor rutili, dux bone, luminis,
 Qui certis vicibus tempora dividis,
 283 Merso sole, chaos ingruit horridum
 Lumen redde tuis, Christe, fidelibus.

GLOSSÆ VETERES.

82. Rotamur, volvimur, I.
 87. Super, desuper, I.
 95. Juvare, delectare, Vat. A.
 96. Quam, prophetiæ et scripta divina, I. — Orsa,

- B dicta, I, Vat. A.
 97. Insolens, superba, I.
 98. Prævum, prave. — Irroget, inferat, Vat. A.
 3. Chaos, confusio noctis, profunditas tenebrarum, I.

COMMENTARIUS.

82. Placet interpunctio Aldi, *preminur malis, alii premimur, malis rotamur*. Alex. cum Aldo facit. Sed Vatt. I, O, P cum aliis. Simile est illud apud S. Augustinum cap. 26 Enchiridii: *Jacebat in malis, vel etiamolvebatur, et de malis in mala precipitabatur totius humani generis massa damnata*. Itaque præfere malis rotamur.

84. Nebrissa ita exponit: *fides sit, vel erit adhibita*. Gisel. videtur intellexisse, *crevit fides supplicii*. Chamillardus, *fides objecta est supplicii iniquis*. Id magis probat.

85. *Defuit pro deficit, vel deest*. Lucretius, Virgilius et alii.

86. Put., Thuan., Vat. A, *truci ira*. Alii *trucis leonis ira*. Parrh., *nam languens crucis a leonis ira*.

87. In Rat. a prima manu, *desuper*, quod metro repugnat. Parrh., *super his geruntur*. Retine *superingeruntur*.

88. In Vat. A, *hauriendo* mendum est pro *hauriendo*. Poeta, ad nos Danielis historiam transferens, ait cibum cœlestem non leviter gustandum, sed pleno ore.

91. In Rat., *hinc pro hic*, sed abrasum est *n*. Cave a mendo, quod nonnullas editiones occupavit, *sociatus pro satiatus*. Nempe satiatus escis, quas propheta Habacuc, sive alius offert. Inhæret enim poeta eidem historię, et per messores, quibus Habacuc cibum apparaverat, intelligit justos viros, quales sunt apostoli, aliique operarii, quos in *messem suam* Dominus mittit.

94. *Saporus* idem quod *sapidus*, ut loquitur Apicius de Arte culinæ.

96. Parrhasii scriptura mirum quantum a communi lectione discrepat, *Quam natum recinentis orsa verum*. Hoc etiam ex eadem historia petitum, nam Habacuc Danieli præcinuit.

101. Conjeciebam *Deum loquemur*. Ita edidit Parrhasius, sed *loquamur*, et vers. seq. *feramus*. Hac lectione admissa, unitas divinæ naturæ in Patre et Filio eleganter exprimitur. Vide correctionem Aldi ad vers. 81.

De novo, etc. Hunc titulum et hymnum fere totum fuse explanavimus cap. 12 et cap. 18 prolegom. Nunc addam, de miraculo luminis nuncupati S. sepulcri multo accuratius, quam P. Liberium a Jesu, egisse doctissimum virum P. Mamachium tom. II, Antiq. Christ. cap. 1, pag. 65, ubi contra Moshemium veritatem ejus miraculi tuetur. Drepanii versum in hymno *De cereo paschali* edidi, ut in quibusdam edd. reperi, *Hunc ut per totam possimus ducere noctem*. Sed in poetis Christianis Fabricii juveni aliam lectio-

nem quæ verior est, *Hunc ut per totam possimus ducere noctem*. Brissonius in lib. de Spectac., pag. 351, fuse agit de pervigilio sabbati paschalis, et hunc hymnum inscribit: *De luminibus sabbati paschalis*. In Hymnario card. Thomasii pars hujus hymni bis inseritur, primum hoc titulo: *Ad ascensionem cerei paschalis*, tum hoc altero: *Ad incensum lucernæ*.

1. Giselinus uberius solito hunc hymnum illustrat, et ex Georgio Cassandro statuit eum pertinere ad consuetudinem ejus ætatis, qua sabbato paschali, inclinante in vesperam die, ante solemne baptismi celebrationem cereus a diacono consecrari solebat, et novo igne, qui aut ex silice percussio, aut crystallo soli objecta eliciebatur, accendi. Ex quo cerei neophytorum (quos nempe illi manibus ferebant) accendebantur. Ille ipse cereus per septem consequentes dies, qui neophytorum dicebatur, vespertino tempore ad sacrum neophytis progredientibus præferebatur. Sed vereor, nè tota hæc ratio consecrandi cerei paschalem cum cæteris adjunctis posterior sit ætate Prudentii. Gaspar Barthius nonnullam etiam operam huic hymno exponendo navavit lib. ix, cap. 20 Adversar., ex scheda ms. membranacea: *Quam, inquit, gavisus illico cum auctore, quem omnium carissimum habeo, contuli: integer est in ea hymnus 5 in cereum paschaem*. Quamvis autem censeamus, hunc hymnum non esse quotidianum, eum tamen hoc loco reponimus, quia ea certe hora canebatur, videlicet post cibum et ante somnum. In Breviario Mozarabico ejus quædam strophæ leguntur in primo dominico post octavam Epiphaniæ ad vespas: videlicet prima, septima, trigesima quinta, trigesima octava, et tres sequentes. Ex eo varias lectiones indicabo. Circa adnotationes Nebrissensis in hunc et duos sequentes hymnos nonnulli animadverti in proleg. num. 106 contra Weitzium. Exordium, ex re ipsa petitur. Deus *inventor luminis*, ut supra hym. 4, vers. 9, *reperor orbis*. Claudianus sive potius Merobaudes, in Elogio Christi, *lucisque repertor Ante tuæ, matrisque parens*. Barthius lib. I Advers., cap. 7, mallet legi *lucisque repertor, Nate, tuæ matrisque parens*. Poteris etiam ita distinguere verba *lucisque repertor, Ante tuæ matrisque parens*. Brev. Moz., male *rutilis*.

4. Ita hunc versum legit Theodulfus Aurelianensis in lib. de Spiritu sancto. Ita etiam legunt Barthius in sua scheda membranacea, Vatt. A, P, Hymnarium Thomasii, cum primum hunc hymnum exscribit. Giselinus ad oram edit. 2. Alii aliter; Ald., Rat., Prag., Gisel. in textu edit. 2. Heinsius cum suis codd., Vatt. I, O, Weitzius, *Lucem redde tuis, Christe, fide-*

- 5 Quamvis innumero sidere regiam,
Lunarique polum lampade pinxeris,
Incussu silicis lumina nos tamen
Monstra saxigeno semine quærere.
284 Ne nesciret homo, spem sibi luminis
10 In Christi solido corpore conditam,
Qui dici stabilem se voluit petram,
Nostris igniculis unde genus venit.
Pinguis quos olei rore madentibus.

- A Lychnis, aut facibus pascimus aridis:
15 **285** Quin et filia favis scirpea floreis
Presso melle prius collita fingimus.
Vivax flamma viget, seu cava testula
Succum linteolo suggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
20 Seu ceram teretem stuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice fervidum
Guttatim lacrymis stillat olentibus :

GLOSSÆ VETERES.

5. Regiam, tuam, l. Palatium. Ovid. Regia solis erat; Regia etiam janua dicitur, Vat. A.
9. Ne nesciret, ut sciret bene, Iso.
13. Quos, ignes, Iso.
14. Lychnis, lucernis. — Facibus, fax dicitur a comedendo, fago Græce comedere, nam facula, i. e. cortex arboris materiem præstat igni comedendi.

15. Scirpea, quia de flore favi efficiuntur, l.
18. Linteolo, filis ex cannabe vel lino. — Suggestit, præbet, subdit, ministrat. — Ebrio, madido de sagina vel oleo, Vat. A.
20. Seu ceram fontem cerei vel candelæ, Vat. A.
22. Aleutibus, crescentibus, l.

B

COMMENTARIUS.

libus. Bong., Gis. in textu 1 edit., Thomas. Hymn. loco secundo, Brev. Moz., Lucem, Christe, tuis redde fidelibus, quod etiam tenuit Fabricius. Giselinus vero ad marginem 1 edit., Lumen, Christe, tuis redde fidelibus. De hoc vocabulo fidelibus pro Christiano inter se contendunt Christophorus Cellarius, et uterque Borrichius Olaus, et Andreas. Profanos antiquos illud adhibuisse eo sensu hi aiunt contra Cellarium, qui reponit, addendum esse Christo fidelis. Nobis satis est, hanc notionem esse ecclesiasticam.

7. Vat. A male Incussa.

8. Rat., Monstrans, sed abrasum est n, quod vere abundat. Post hunc versum Aldus, Sichardus et Fabricius immittunt hos quatuor: Hoc signas opere, conditor inclyte, Lumen veridicum mentibus omnium In Christo domino quærere jugiter, Quem petram loauit doctor egregius. Absunt a membranarum nostris et aliorum. Barthius ait eos esse numeris verbisque obscuros, solæcis spurcos, meritoque a Giselino reiectos. Illic potius assentiaris quam Gallandio, qui dubitat, utri versus in textum sint admittendi, cum utriusque Prudentii non indigni ei videantur, aut Teolio, qui fieri potuisse putat, ut Prudentius in prima operis editione versus ejectos scripserit, ac postea emendaverit. Nunquam credam, Prudentium duos dactylos fecisse ex doctor egregius. Rupertus in lib. v de divinis Officiis, cap. 36, eos versus non agnovit: Prudentius, inquit, in hymno qui cantatur in sabbato sancto, cum dixisset, Lumina nos tamen Monstras saxigeno semine quærere, ut ostenderet fieri hoc ad commemorandum illud quod de lapide Christo procedit nobis ignis sancti Spiritus, PROTINUS adjunxit, Ne nesciret homo, etc. In Ordine Romano, libro valde antiquo, versus illi spurii pariter omittuntur: et fortasse Rupertus ex eo versus alios protulit; inscribit autem caput illud, De novo igne.

11. Christus petra stabilis ex I Cor. cap. x, 4: Petra autem erat Christus.

12. In cod. antiquissimo Barthii, Nostris igniculis unde genus venit. Elegantisima, ait Barthius, lectio. Quam recipiendum contenderim quovis pignore. Percite enim inexhausta illa semina flammaram, que petra suppeditat, penum in ea ignium esse, atque scintillarum arguant: nil potuit magis poeticum, magisque venustum excogitari. Nihil mutò: nam et genus eleganter est dictum, et nostri omnes, et aliorum codices genus habent.

13. Gis. ed. 1, Pingui pro pinguis. Cod. Alex. mendose, quoque pro quos. De æneis lucernis fictilibusque Christianorum vide Bosium, Arioghom, Severanum, Fortunium Lycetum, Casalium et alios. S. Paulinus Natali 7 fuse describit lucernam vitream, cujus versus ad Prudentii explicationem aptissimi sunt: Cominus in medio, etc. Ex multis veterum Christianorum lucernis, quas in scriptoribus antiqui-

tatum Christianarum observare licet, unam selegi æri incidendam, que ad multa alia explicanda utilis esse potest. Exhibita ea est a Dominico Georgio in dissertatione de Monogrammate Christi Domini, Romæ, 1758, pag. 11. Exstabat Pisauri in Museo Jo. Bapt. Passerii, et a Georgio dicitur insigne sacra antiquitatis monumentum, ac auro pretiosius, quo Eusebii historia de visione Constantini adamussim exprimitur, et contra novatores defenditur. De aliis lucernis consule Victorium in Historia SS. septem dormientium, pag. 58, et Petrum Sauctem Bartolum, le antiche Lucerne sepolcrali figura e.

14. Glossæ repugnant alii, qui a φάος, lumen, lux melius fax deducunt. Vat. A, Egm., Hails., Widm., a secunda manu ac pro aut, quod non displicet. Pro hac lectione ac, Gallandius allegat Hymn. Thom., et Teolius duos Vatt.

15. Ex festo scirpus est id quod in palustribus locis nascitur, leve et procerum, unde et tegetes sunt. Olim sirpus dicebatur.

20. Non satis intelligo an fontem, an aliud glossa dicat. Rat., bibat, male.

21. Notanda est, ait Barthius, ratio a nostri æri (sic) diversa conficiendorum lychnorum, neque eam tam vive vereque ullo alio antiquitatis loco inveniri arbitror. Elegans hæc confectio fuit. Ut ignis superpendentem ceram aut oleum calcificiendum reddat liquidum, quod guttatim per sabre appositum foramen angustia convenientia distillans alat flammam eam, que ipsa ita sibi pabulum calore quærat. Possit nullo labore quis lucernam talem conficere quarvis materia, et notanda veterum ingeniositas in compendio laboris perpetui, quem in affundendo stillatum liquore citra hoc artificium erant habituri. Gronovius, Observat eccles. cap. 5, admirabile et imaginosum Barthii commentum irridet, neque Prudentium aliud canere ait, quam quod videmus quotidie in cereis aut sebaccis nostris. In Barthii ms. erat vortice, tanquam stagnum aliquod independentis humoris significaretur. Transpositi quoque erant priores duo versus, scilicet, Ambustum quomam vis facit ignea Imbrem de madido fere cacumine, Nectar de liquido vortice fervidum Guttatim lacrymis stillat olentibus.

22. Alentibus Ald., Palat., Gis., Iso., Urb., Vatt., O, P: longe melius est olentibus, olet enim cera, et hoc epitheton cereis nonnunquam tribuitur. Prudentii hymno 5, vers. 62: Nectare sudat olente favis. Ac notandum, utrobique nectar dici ex Virgilio Æneid. 1: et dulci distendunt nectare cellas. Giselinus et cum eo Chamillardus volunt per synecdochen ex uno distillante liquore cereæ reliquos intelligi ex oleo et pinu. Sed non est necesse ut in hac strophæ de aliis sermo sit præter cereum. Barthius de cera et oleo explicat, et odores additos ab antiquis docet, ut jucundior usus foret. Inde ortam existimo consuetudinem thuris

- Ambustum quoniam vis facit ignea
286 Imbrem de madido flere cacumine.
 25 Splendent ergo tuis muneribus, Pater
 Flammas mobilibus scilicet atria,
 Absentemque diem lux agit æmula,
 Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
 Sed quis non rapidi luminis arduam,
 30 Manantemque Deo cernat originem?
 Moses nempe Deum spinifera in rubo
 Vidit conspicuo lumine flammieum.
287 Felix, qui meruit sentibus in sacris
 Cælestis solii visere principem,
 55 Jussus nexa pedum vincula solvere,
 Ne sanctum involucris pollueret locum.
 Hunc ignem populus sanguinis inclyti

- A Majorum meritis tutus, et impotens,
 Suetus sub dominis vivere barbaris,
 40 Jam liber sequitur longa per avia.
 Qua gressum tulerant, castraque cæruæ
 Noctis per medium concita moverant,
 Plebem pervigilem fulgure prævio
 Ducebat radius sole micantior.
 45 Sed rex Niliaci littoris, invidio
 Fervens felle, jubet prævalidam manum
 In bellum rapidis ire cohortibus,
 Ferratasque acies clangere classicum.
 Sumunt arma viri, seque minacibus
 50 **288** Accingunt gladiis: triste canit tuba.
 Hic fidit jaculis, ille volantia
 Præfigit calamis spicula Gnossiis.

GLOSSÆ VETERES.

24. Flere, fluere, I. Guttatim defluere, Vat. A.
 27. Agit, persequitur. Æmula, imitatrix, I.
 28. Peplo, veste, id est tenebris, Vat. A.
 36. Involucris, calceamentis avolvendo, I. Hoc ro-
 lucrum, et hæc volucra dicuntur, quo aliquid involvi
 potest, Vat. A.
 37. Sanguinis, generis, I.
 38. Tutus, protectus, Vat. A. — Impotens, valde

B potens, I, Vat. A.

44. Radius, nubes, vel columna nubis, Vat. A. —
 Micantior, clarior, I.
 45. Niliaci littoris, Ægypti, I.
 48. Classicum, tubam bellicam, I.
 52. Gnossiis, Creticis. Gnossium est oppidum in
 Creta insula.

COMMENTARIUS.

paschali cereo infixi. S. Paulinus Nat. 3 lychnos, et
 cereos memorans odorem cereis attribuit, Lumina
 æratis adolentur odora papyris. Prudentius lacrymas
 ait, ut mox flere.

25. Gifanus in Ind. Lucret., verbo FLERE, legit
 Ambusti quoniam vis facit ignea, Nubem de madido
 flere cacumine. Cæteri omnes ambustum . . . imbrem,
 excepto Hails., ubi arbustum, quod probare visus est
 Rittershusius.

24. Vide Gifan. loc. cit. de hoc verbo flere pro stil-
 lare, rorare, ubi, ut dixi, legit nubem pro imbrem.

26. Nosri mobilibus, ut infra vers. 141: Pendent
 mobilibus lumina funibus. Ita etiam Ald., Gis., Weitz.
 Alii nobilibus, ut Put., Thuan., Hails., Palat., Bong.
 sup., Rotendorphius, quem codicem, uti et Nomsianum
 posthac Heinsius adhibuit. In Brev. Moz. corrupte
 legitur hic versus: Splendent perspicuo lumine
 ardua.

27. Videtur imitatus Juvenecum, lib. II, furamque
 super nox æmula pallam Sideris pictam flammis per
 inane trahebat. Eleganter quidem, ait Barthius, et
 non pauca in eo poeta (Juveneco), quæ pressisse in-
 genuum in gratiam materis arguunt. Juvenecum, nobil-
 lissimum presbyterum Hispanum, primum fuisse ali-
 qujus nominis poetam, qui musas inter Christianos
 ad argumentum sacrum revocaverit, quem deinde se-
 cutus Prudentius maximam laudem obtinuerit, adver-
 tit cl. Joannes Andreas in laudatissimo opere, quo
 omnis literaturæ historiam eleganter non minus
 quam erudite illustrat. Vide ejus volumen I, pag. 92.
 Sane sicut Prudentio poseos Christianæ principatum
 omnes concedunt, ita secundum locum nemo Juveneco
 negabit. Claudianus Mamercus lib. I, cap. 3, de Statu
 antiq. hos versus laudat atque aliter legit: Quia sicut
 nox immisso luminis rumpitur, ita lux tenebris vulne-
 ratur. Unde jucundissime Asclepiades lusit poeta no-
 tissimus, dicens: Absentemque diem nox agit æmula,
 Quam lux cum lacero victa fugit peplo. Antea legeba-
 tur: Asclepiades lusit poeta notissimus; sed Schottus
 restituit Asclepiadeo. Amicus quidam Schotti con-
 jiciebat, Quam mox cum lacero victa fugit peplo.

28. Glossa schedæ Barthii ridicula: peplo, lacerato
 hnteo, ex quo lychnus efficitur. Melius Siberus ob-
 servat, pepulum vestem esse muliebrem. Ennodius
 hymno 10 Vespertino, Nigrante noctem pallio. In
 carmine de Resurrectione Domini inter opera La-

stantii: Æternæ noctis pallia crassa cadunt. Dicitur
 autem nox fugere, quia funalia, ut ait Virgilius, no-
 ctem vincunt. In Hymnario V. Thomasii loco hujus ver-
 sus erat alius abnormis: Noctem illuminans fulgure
 prævio. Idem in Brev. Moz., sed fulgore pro fulgure.

29. Post hypotyposin elegantissimam ornatam trans-
 lationibus, ut ait Adamus Siberus. Prudentius, sibi
 similis, ad S. Scripturæ historiam enarrandam pro-
 greditur, pervigilii paschalis maxime propriam, de
 igne, in rubo Moysi manifestato, et de columna ignea,
 quæ Israelitas, ex Ægypto fugientes, noctu præcede-
 bat. Vide Exod. cap. III, XIII et XIV.

31. Pro spinifera habent spinifero Bong. et tres
 Vatt. apud Teol., et nonnulli vulg. Cæteri spinifera.
 Ex hoc loco secundum exemplar Vaticanum vetustius
 adhibuit Mariettus, quod Vat. B nominamus.

35. In ed. Basil. ad oram, hostis pro jussus nescio
 quid sibi velit. Prag. in marg., noxa pro nexa, male.
 Benedictus Balduinus de Calceo antiquo cap. 11 probat,
 vincula apud poetas pro quovis calceo usurpari,
 sed præcipue pro soleis.

36. De quantitate hujus vocis involucris in proleg.
 egi. Vat. B pro ne habet nec, minus bene. Ms. Bar-
 thii, maculis pro involucris, inepte. Alii, involucris.
 S. Bernardus explicans locum Moysis, voce involu-
 crorum usus etiam est. Teolius in carmine S. Prosperi
 de Ingratis, corripit penultimam in involucris
 ait, quod ego non inveni, quamvis relegerim illud
 carmen.

38. Præpositio in auget in impotens, ut in aliis di-
 ctum est ad vers. 77 hymni 4. Barthius contendit
 legendum tutus, at impotens, pro et, et explicat tutus,
 at timidus. Quæ non est mala conjectura.

39. Gallandius recte refellit Heumannum, qui in
 Poecil. tom. II, pag. 364, legendum censet et impo-
 tens Nutu sub domini vivere barbari.

46. Rat., Bong., minus bene, prævalida manu.

49. Ms. Barthii, seque micantibus.

51. Vat. B mendose, sudit.

52. Gnossus est oppidum in Creta insula. Gold.
 Gnoseis, alii Cnosius, alii Gnossiis scribunt. Spicula
 Gnossia a poetis celebrantur. Horat. lib. I, oda 16:
 Nequidquam calami spicula Gnossii Vitabis. Virgil.
 lib. V Æn.: Gnossia bina dabo lavato lucida ferro
 Spicula.

Densetur cuneis turba pedestribus,
 Currus pars, et equos, et volucres rotas
 55 Conscendunt celeres, signaque bellica
 Prætendunt tumidis clara draconibus.
 Hinc jam servitii nescia pristini
 Gens Pelusiaciis uſta vaporibus,
 Tandem purpurei gurgitis hospita
 60 Rubris littoribus fessa resederat.
289 Hostis dirus adest cum duce perfido,
 Infert et validis prælia viribus.
 Moses porro suos in mare præcipit
 Constans intrepidus tendere gressibus.
 65 Præbent rupta locum stagna vianibus
 Riparum in faciem prævia, sistitur
 Circumstans vireis unda liquoribus.
 Dum plebs sub bifido permeat æquore.

A Pubes quin etiam decolor asperis
 70 Irritata odiis, rege sub impio,
 Hebræum sitiens fundere sanguinem,
 Audet se pelago credere concavo.
 Ibant præcipiti turbine percita
 Fluctus per medios agmina regiã :
 75 Sed confusa dehinc unda revoluitur
 In semet revolans gurgite confluo.
 Currus tunc, et equos, telaque naufraga,
290 Ipsos et proceres, et vaga corpora
 Nigrorum videas nare satellitum,
 80 Arcis iustitium triste tyrannicæ.
 Quæ tandem poterit lingua retere
 Laudes, Christe, tuas : qui domitium Pharon
 Plagis multimodis cedere præsul

GLOSSÆ VETERES.

55. Cuneis, *cuneus est collecta in unum multitudo militum; unde cuneus quasi coneus, a con, et eo, I.*
 58. Pelusiaciis, *Ægyptiis; Ægypti civitas, I.*
 60. Rubris, *sic mare Rubrum dicitur, non quod rubrum sit per se, aqua enim per se colorem non habet; sed quia rubra habet littora: aqua autem ex rebus circumpositis, et cælo colorem trahit. Vat. A.*
 62. Prælia, *ab imprimendo hostes; unde et præligna, quibus premitur una, I.*
 66. In faciem, *instar, Vat. A.*

69. Pubes, *juventus Ægyptiaca. — Decolor, nigra ob colorem solis, Vat. A.*
 77. Naufraga, *mersa, I.*
 79. Videas, *videre poteris, Vat. A.*
 80. Arcis, *potestatis, Vat. A. — Iustitium triste, luctus publicus; iustitium est, ubi iustitia stat, et iustitium publicus luctus est, qui in arce cunctis, et ubique est, I. Iustitium proprie est juris statio, sicut solistium solis statio; ponitur autem pro luctu, luctus enim esse potest, cum iustitia relinquatur, Vat. A.*

COMMENTARIUS.

53. Legendum est *densetur a denseo, es*, quod verbum aliis etiam in locis est restituendum. Ita Heinſius cum suis codd. ex nostris Vatt. A, B, I, O, P, Alex., Prag. et Rat., in quo *ex e* factum est a ab inepto correptore. *Densatur* legunt Ald., Cham., Gis. in 1 edit., quod exstat in Urbinat. Gifanſius in Ind. Lucret., verbo *Legensere*, notat, in quibusdam Virgilij locis mendose legi *densare* pro *densere*. Eodem verbo *densere* utitur Horatius, Ovidius, et sæpe Lucretius. Codices omnes habent *turba* in hoc Prudentii versu. Gronovius *turma* reposuit ex conjectura, quæ Heinsio placebat. Sed repugnantibus omnibus codd. nihil ausim mutare. Quid enim si Prudentius consulto *turba* posuit ad turbationem populi, ac tumultuarium exercitum significandum?

54. Idem Gronovius, Observ. eccles. cap. 5, conjicit, *Currus pars et equis et volucres rotis Conscendunt celeres*, nimirum *conscendunt currus et equis, et rotis volucres*, quod pariter Heinsio arrisit. Retinenda est vetus lectio, quæ elegantia poetica non caret, et trepidationem Ægyptiorum exprimit. Heinsius nihil mutavit, Cellarius conjecturas Gronovii anplexus est.

56. *Dracones*, qui post Trajani tempora a Romanis in bellicis signis adhibiti sunt, poeta ad Ægyptios transfert, *tropo sibi familiari*, ait Giselinus. Scilicet *dracones* ponit pro vexillis insignibus. De hoc draconum usu vide hymnum 1 Peristeph., vers. 55.

57. Nostri *hinc*, nisi quod in Rat. videtur esse *hic*. Bong., Ald., Gis., *hinc*. Sed Heinsius cum suis potioribus, et Weitz., *hic*. Rottendorp. pro diversa scriptura *libera lico nescia*, fortasse ex glossa.

59. Vat. B., *purpurea*, male.

60. Græce mare hoc dicitur Erythræum. Nonnulli Rubrum dictum putant a rubente arena, Agatharides apud Photium a rege Erythra; hunc regem fuisse Esau *Rufum* a rubente pilo nominatum, alii dicunt.

62. In glossa corrigo *prela ligna*.

63. Heinsius monet, suos potiores codd. habere *suos præcipit*; ignoro, quis aliud legerit. Notanda est proprietates adverbii *porro*, quod innuit tractum ulteriorem ad extrema; hinc *porricio* verbum ex augurum disciplina, *Porro tendere in mare* est longe, et procul progredi in mare.

65. Damascenus et Cogmas hymnos plures ab hoc mirabili facto inchoant. *Viandi* verbo usus est S. Damasus in S. Felice, Juvencus et alii.

66. Vat. B., *pervias*, mendose, pro *pervia*.

67. Hunc Israelitici populi triumphum olim in sabato paschali cantatum in Ecclesia fuisse ex Ordine veteri Romano aliisque monumentis constat, idque confirmat Avitus lib. v in fine: *Inclutus egregium solemnæ carmine ductor Describit, toto quod psallitur orbe tropæum, Cum purgata sacris deletur culpa lavacris*.

68. Hic quoque Heinsius monet, in Rot. legi *dum permeat*, quod in omnibus legitur.

76. In Vat. A et Prag. a secunda manu *refluo* pro *confluo*. Ex Weitzianis Egm., Pal. et Hailsb. a prima manu, ut videtur, *refluo*: pro quo Teolius citat duos Vatt.

79. Rat. supra *nare* addit *in*, ut sit *innare*, quod habet Vat. A. Repugnat metrum.

80. Aldus addit *ut*, nempe *iustitium ut triste*, quod vere superfluum est. In membranarum Barthii ineptissime *inscitium* pro *iustitium*. Barthius multus est in hoc loco illustrando: ac fere cum glossis consonat. *Arcem* ait esse aulam, sive, ut hodie barbarissimus statum regum, *iustitium* vindictam, sive eversionem luctuosam. Lucanus lib. II, *serale per Urbem Iustitium*. Hæc denique est summa, quod veteribus *iustitium* luctus publicus erat.

81. Hunc locum expressit anonymus auctor hymni martyrum ad vesp. sæculo IX. Vide Hincmærum, de non trina Deitate.

82. Bong., Gis. 1 ed., *domitium Pharon*. Vat. B., *domitium Pharaon*. Rat., Gold., Widm., *domitium Pharaon*. Heinsius cum suis codd., Gifanſio, et Cauchio *domitam Pharon*; ita etiam Ald., Gis. 2 ed., Prag., Vat. A., Egm., Palat. Fabr., Hailsb., Weitz., qui scribit *Faron*. Poeta *Pharon* insulam Alexandriæ proximam pro Ægypto posuit. Lucanus lib. I: *Tunc claustrum pelagi cepit Pharon: Insula quondam in medio stetit alta mari*, etc. In eadem insula fuit turris præalta, unde accensæ noctu faces cursum navigantium regebant, quæ *pharos* quoque dicta est.

85. Fabr., Gis., *præcidi*; alii, *præsuli*. Hic est

- Cogis justitiæ, vindice dextera ?
 85 Qui pontum rapidis æstibus invium
 Persultare vetas, ut refluxo in salo
 Securus pateat, te duce, transitus,
 Et mox unda rapax ut voret impios.
 291 Cui jejuna eremi saxa loquacibus
 90 Exundant scatebris, et latices novos
 Fundit scissa silex: quæ sitientibus
 Dat potum populis axe sub igneo.
 Instar fellis aqua tristifico in lacu
 Fit ligni venia mel velut Atticum.
 93 Lignum est, sapiunt aspera dulcius;
 Nam præfixa cruci spes hominum viget.
 Implet castra cibus tunc quoque ninguidus,
 Illabens gelida grandine densius.
 His mensas epulis, hac dape construunt,
- A 100 Quam dat sidereo Christus ab æthere.
 Necnon imbrifero ventus anhelitu
 Crassa nube leves invebit alites,
 292 Quæ difflata in humum cum semel
 [agmina
 Fluxerunt, reduci non revolant fuga.
 105 Hæc olim patribus præmia contulit
 Insignis pietas numinis unici:
 Cujus subsidio nos quoque vescimur,
 Pascentes dapibus pectora mysticis.
 Fessos ille vocat per freta sæculi,
 110 Discissis populum turbinibus regens,
 Jactatasque animas mille laboribus
 Justorum in patriam scandere præcipit.
 Illic purpureis tecta rosariis
 Omnis fragrat humus, calthaque pinguis

GLOSSÆ VETERES.

92. Axe, sole, i. Sub perusta plaga, i. e. per Arabiam, Vat. A.
 94. Ligni, crucis. — Venia, beneficio, Vat. A. — Atticum, quod invenitur dulcius omni melle, l.
 97. Ninguidus, niveus, l.
 102. Alites, coturnices, Vat. A.
 106. Numinis, Filii Dei, Vat. A.
 107. Freta, tempestates, l.
 113. Rosariis, rosis, rosarium, et rosetum idem sunt, i. e. locus in quo rosæ nascuntur, l.
 114. Calthaque, pretiosa pigmenta, caltha virgultum in Ægypto, unde balsamum fuit. — Pinguis, herba, l.

COMMENTARIUS

Moyses, præsul justitiæ. Giselinus vult, *dextera justitiæ vindice* intelligi, non *præsuli justitiæ*: hoc mihi magis placet, ut hymno 11, vers. 115, *Quem, te furoris præsule*.

85. Vat. A, *pontum rabidis*. Heinsius cum suis (nihil enim notat), Ald., Rat., Gis., Weitz., *pontum rapidis*. Scheda Barthii *rabidis*.

86. Prag., Gis. ed. 2, *persulcare*, Ald., Vat. B, Prag., Weitz., Vat. O, *persultare*, quod videtur voluisse Vat. A, ubi est *persultare*. Barthii scheda pro *salo* habet *sale*, quod Virgilius adhibuit.

88. Pal., Ald., Weitz., *devoret*. Nostri et Heinsiani, ut *voret*. Gis. ad marg., *devoret*. Ita duo Vatt. apud Teol.

89. Ald., Gis. in textu 1 edit., *vix* pro *eremi*. Id ideo factum, quia *eremi* habet e secundum longum. Sed notanda est consuetudo poetæ, et ejus temporis, ut uberius in prolegomenis explicui. Teolius ait, *Secundam in eremi corripuit, alias producit*, et allegat vers. 39 præfat. At jam eo loco monui, secundam in *hereses* corripui, non produci; quod putabam per calami lapsum a Teolio dictum. *Eremus* vox ecclesiastica est apud Hieronymum, et æquales. In Heinsio mendum arbitror, quod ait, frequenter corripui primam in *eremus* a scriptoribus ecclesiasticis. Non dubito quin homo prædixæ peritus secundam dicere voluerit: nam prima certo est brevis. Gis. in textu 1 edit. et Fabr., *madentibus* pro *loquacibus*.

93. *Tristifcus* pro *amaro* hic, et tetrast. 13 Dittoehæi: *Tristifcus latices stagnanti selle tenebat*. Vido alia ibidem. Nebrissa *tristes* *lupinos*, et *tristes* *succos* eadem significatione in Virg. notavit. Inde Apoth. vers. 344, *Ungvine amaro contristare comas*.

94. Beccianus, de Orig. ling. Lat., verbo *VENIO*: *Venia quæ optanti venit, aut per quam venire licet. Plane ex origine utitur Prudentius, Fit ligni venia, id est, intervniu vel accessione, dum lignum advenit*. Barthius, lib. viii Adv., cap. 20, interpretatur, *ligni ope, medicina, correctione, auxilio*. Recte Prudentius autumat, eo ligno crucem significari. Locus exstat cap. xv Exodi. Mel. Atticum, ut supra Cecropium hymno 3, vers. 71.

97. Gis. 1 ed., *ribus pinguidus*. Correxist ninguidus.

99. Hailsb., ac pro hac, minus bene.

101. Barthius observat, ventorum flatu animas

dici ex Arnobio lib. 1: *Nunquid exspiraverunt animas suas venti?* Addit, Prudentium hoc *versu anhelitum* pro *animabus* posuisse. Intelligit *animas venti*: sed cur non dicit potius, Prudentium anhelitum pro *flutu* posuisse, ut Arnobius *animas* pro *statibus*?

103. Ald., Vatt. A, a prima manu, O, P, Weit., Widm., Hails., Pal. et alii, *constata*, quod ex suo ms. amplectitur. Barthius, exponens, ventum eas aves compactas conglobatum terræ illisisse. Vat. B, Rat., Prag., Bong., Widm. supra, Gis., *difflata*. Aliqui *deflata*, quod erit veluti *disjecta* et *dissipata*. Teolius in textu Heinsii legi *constata* affirmat, quamvis is monuerit in notis, *difflata* esse in duobus mss. vetustioribus. Giselinus vero, quem fere Heinsius sequitur, nisi cum contrarium aliquid notat, habet *difflata*, et in ipso Heinsii textu clare legitur *difflata*. Vat. A, in unum, quod recte correctum est supra characteris minutiore in *humum*.

104. Heinsius mallet *revolent*. At mss. non perperam, *revolant*. Barthius, *referent*.

106. In Vat. A supra, *vel nominis* pro *numinis*, quod postremum retinendum est.

108. Ex dapibus, quibus reflecti sunt Israelitæ, ad dapes mysticas, quibus Christiani in pervigilio sabbati paschalis vescebantur, poeta advolat. Vide proleg. num. 146.

109. *Sæculum* pro mundo rebusque mundanis passim ab ecclesiasticis scriptoribus adhibetur.

110. Nonnulli *discussis* pro *discipulis*.

111. Gis. 1 ed. in textu, *raptatasque*; ad oram *jactatasque*. Virg. lib. 1 Æn. vers. 3, *terris jactatus, et undis*.

114. Gronovius in Observat. eccles. legendum ait *cultaque*, ut *seges* designetur, quod aliqua conjectura fulcire vult Heinsius. Videtur distinguere Iso *caltha* a *pinguibus*, quod non est necesse. Chamillardus ait, errasse poetam, quod neutro genere protulerit *caltham*, quæ apud omnes antiquos est feminini generis, flos scilicet lutei vel crocei coloris. Et hæc est ratio Gronovii cur malit *cultaque*, exemplo Virgilii x Æneid., *ubi pinguis culta*, etc. Nebrissa ex Virgilio, et Columella observat, potius dici *caltham* feminineo genere. Neque ego invenio, quis *calthum* dixerit, præter Prudentium; sed non eum damno.

- 115 **293** Et molles violas, et tenues crocos **A** Pœnarum celebres sub Styge feræ
Fundit fonticulis uda fugacibus. Illa nocte, sacer qua rediit Deus
Illic et gracili balsama surculo Stagnis ad superos ex Acheronticis :
Desudata fluunt, raraque cinnama Non sicut tenebras de face fulgida
Spirant, et folium, fonte quod abdito **130** Surgens oceano lucifer imbuat,
120 Prælabens fluvius portat in exitum. Sed terris domini de cruce tristibus
Felices animæ prata per herbida Major sole novum reatituenis diem.
Concentu parili suave sonantibus **295** Marcent supplicis tartara mitibus,
Hymnorum modulis dulce canunt melos, Exsultatque sui carceris otio
294 Calcant et pedibus lilia candidis. **135** Umbrarum populus, liber ab ignibus,
125 Sunt et spiritibus sæpe nocentibus Nec fervent solito flumina sulphure.

GLOSSÆ VETERES.

145. Crocos, genus pigmenti, l.
146. Fugacibus, vivacibus, manantibus, vel viventibus fluentis, l.
148. Rara, pretiosa, l.
149. Folium, pigmentum optimum, genus aromatum, l. Folium est herba pretiosissima quæ dicitur venire de paradiso, unde fit unguentum pretiosum, de quo Juvenalis : Ad me venit meretrix foliato peruncta, Vat. A.
120. Prælabens, fluens, Vat. T.
122. Suave, suaviter, Vat. A.
125. Melos, laus, generis neutri singularis numeri, l.
126. Styge, Styx fluvius inferni interpretatur tristitia, luctus. — Feræ, festa, Iso.
128. Acheronticis, sine gaudio, Phlegæ hon flammens, phlox, Græce flamma, l.
130. Imbuat, expellit, impellit, vel illuminat, l.
133. Mitibus, misefaciis, l.
135. Umbrarum, defunctorum, aliter functorum, l.

COMMENTARIUS.

115. Paschalis, de Coronis pag. 145, 147, 187 et 190 edit. 1610 Parisiis, hos versus memorat ac repetit. Virgilius mollem violam dixit, Ovidius tenues crocos.
146. Prag., viventibus in textu ex glossa; in marg. recte, fugacibus. Uda pro unda præfero cum Put., Thuan., Egm., Alt., Hein., Urbin., Alex., quod tenet etiam Gronovius in Observat. eccles. Eleganter, humus, fonticulis uda, fundit violas. Ita etiam cum Thuan. Perist. hym. 8, vers. 14, terra uda legendum arbitror.
148. Barthius in scheda reperit prataque quasi vulgo, perque prata nascerentur cinnama. Sed si mutatio aliqua esset invenienda, melius legerem gratiaque cinnama. Sed rara epitheton est congruens cinnamo: Martialis, lib. iv, epig. 13: Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo.
149. In eadem scheda Barthii notatur, spirare ad odorem non vulgarem pertinere, et folium spice exponitur. Barthius intelligit folia, quæ varia variis unguentis indita, gustum pretiumque variabant, cum hodieque Gallorum, Belgarumque idiotisinis folia sint flores nucum myristicarum. Juvenal. satyra 6, mæchis foliata parantur. Scholiastes, unguenta foliis plena, vel alius aromatibus, Claudianus lib. i in Eutropium, Te foliis ditent arabes, te vellere seres. Lactantius, sive quis alius in Phœnice, Cinnama dehinc, agramque simul spirantis anomni Congerit, et mixto balsama cum folio. Medicorum innumera sunt loca Giselinus folium intelligi posse ait vel de bdellio arbore, vel de malobathro, indicis paludibus sine radice innatante.
120. Rat., Fabr. Alex., Urb., Gis. in textu prælabens. Ita Vat. Q. Cæteri, prælabens, et in Vat. l glossa, de littore attrahens, quod imitatus videtur Alcimius Avitus lib. i Poem. de Gauge: Motus odorifero quoties qui vertice crevit, Deciduas, pulchro quas sparquant flumina luco, Prælabens furatur opes. Horat. lib. i, oda 21: vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.
122. Put., Alex., et Rotten., pariles pro parili. Thuan., et Egm. pariles suavisonantibus, quod placebat Heinsio. Sic Lucretius, suaviloquus, suaviloquens, suavidica verba, et Prudentius, flavicomantes, milliformis, multinodis. Vide Indicem Lucretianum Gifanii.
124. Calcere flores felicitatis genus præsertim apud poetas. Martialis viii, 77: Liber in æterna vivere digne rosa. Persius similiter: Quidquid calcaverit hic, rosa fiet. Per translationem a lapillis, in urnam missis, quibus dies felices olim notabantur, candidus accipitur pro felici. Sic pede candido.
125. Quæstionem hinc exortam explicuimus proleg. cap. 18. Giselinus fictionem hanc esse poeticam affirmat, quamvis Æthiopes, ut auctor est Damianus Goes in Historia de illorum moribus, adhuc sentiant, animas, non quidem damnatas, sed purgandas, singulis diebus dominicis, et sabbati ab omni supplicio liberatas esse. Chamillardus sane errare poetam ait, sive de damnatis, sive de purgandis animis loquatur, quamvis nonnulli ex SS. Patribus censuerint, levari aliquando pœnas damnatorum, quos inter S. Augustinus Enchiridii capite 112. Georgius Remus etiam statuit, poeticam hanc esse fictionem, neque verbo Dei niti. Georgius Fabricius id alibi non legi asseverat, et Hispanicum videri commentum. Lege capit. Videndum an hujuscemodi sermone sub Styge ita explicari possint, ut solum levamen senserint animæ purgatorio igni addictæ, non aliæ æternum damnatæ. Olim enim inferorum nomine locum etiam ignis purgatorii comprehendebant, ubi dæmones quoque tormenta in animas purgandas exercebant. Confer S. Cæsarium Arelatensem mox laudandum ad vers. 129.
126. Stygis vera origo a στυγία, odi. Hinc Virg. lib. vi, tristisque palus inamabilis unda Alligat, et noxies Styx interfusa coerces. INAMABILIS, quia odio est omnibus.
129. Vat. B dividit Non sicut. Lucretius usus quoque est voce fulgidus, quam nonnulli ad ævum cadentis Latinitatis rejiciunt. Cicero ait fulgens. S. Cæsarius Arelatensis videtur imitatus hunc locum in homilia 3 de Paschate: Deus iste amplius ex sepulcro radiavit, quam de sole resulsit... Confestim igitur æterni nox inferorum Christo descendente resplenduit. Sicut stridor lugentium ille, soluta sunt onera catenarum, dirupta ceciderunt vincula damnatorum. Altonitæ mentis obstupere tortores. Omnis simul impia officina contremuit, cum Christum repente in suis sedibus vidit.
130. Non occurrit exemplum simile, imbere tenebras pro discutere, fugare, expellere. Melior glossa illuminat.
135. Videtur Iso agnovisse hanc aliam lectionem, functorum pro umbrarum. Thuan., Roi., Alt., Noms., Sich., duo Torrent., Boher., Egm. in textu, Pal., Hallsbr. a prima manu, functorum. Aldus, Gis., Weitz., Rat., Vat. B, umbrarum. In Vat. A, functorum, supra caractere minutiori umbrarum. Putean. quoque et Egm. in margine umbrarum, quod præfero cum vetustissimis, et quia functorum videtur glossa, aut ex correctione inepti exscriptoris Prudentius hoc loco libere utitur verbis poetarum gentiliun, ut alii veteres poeta Christiani.

Nos festis trahimus per pia gaudia
 Noctem conciliis, vota que prospera
 Certatim vigili congerimus prece,
 140 Exstructoque agimus liba sacrario.
 Pendent mobilibus lumina funibus,
 Quæ suffixa micant per laquearia,
 Et de languidulis fota natatibus
 296 Lucem perspicuo flamma jacit vitro.
 145 Credas, stelligeram desuper aream
 Ornatam geminis stare trionibus,

A Et qua Bosphoreum temo regit jugum,
 Passim purpureos spargier Hesperos.
 O res digna, Pater, quam tibi roscidæ
 150 Noctis principio grex tuus offerat,
 Lucem, qua tribuis nil pretiosius,
 Lucem, qua reliqua præmia cernimus.
 Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,
 297 Intus tu speculum, tu speculum foris,
 155 Lumen, quod famulans offero, suscipe,

GLOSSÆ VETERES.

140. Agimus liba, *sacrificamus sacrificia*, I. — Sacrarario, *sacrificio*, Vat. A.

141. Mobilibus, *lazabilibus, mollibus*, I.

142. Laquearia, *quæ cameram subtegunt et ornant, quæ et lacunaria dicimus; principaliter autem lacus dicitur, cujus diminutio lacunar facit. Inde fit alia diminutio, quæ per antistichon laquearia facit. Iso.*

143. Fota, *nutrita*. — Natatibus, *natatus dicitur olei, in quo papyrus natat*, Vat. A.

145. Desuper, *in templo*, Vat. A. — Aream, *plani-*

item, I. *Planitiem, id est tabulatum templi*, Vat. A.

146. Geminis, *sic lucent luminaria in laquearibus dependentia, ut putes, esse geminos triones, id est duas ursas, helicem et cynosuram, quæ prælucidas habent stellas*, Vat. A. — Trionibus, *plaustris*, I.

147. Bosphoreum, *Luciferum vel Bootem: dicimus Bosphoreum, vel Phosphoreum, id est igniferum, phos enim ignis dicitur*, I.

148. Hesperos, *stellas*, I.

149. O res, *scilicet est*, I.

COMMENTARIUS.

139. In Hymn. Thomas. et in Brev. Moz. pro hoc et sequenti versu immituntur alii, *Concentu parili suave sonantibus Hymnorum modulis ora resolvimus*. In Brev. Moz. legitur *suavisonantibus*. Poeta ait, vota congeri ad indicandam vim orationis, quæ a multis, in unum congregatis, fieri solet. Tertullianus, *Apollog. cap. 39. Corpus sumus de conscientia religionis, et disciplinæ unitate, et spei sedere. Coimus ad Deum, quasi manu facta precationibus ambiamus. Hæc vis Deo grata est*.

140. Barthius in suo ms. legit *Exstructo offerimus liba sacrario*, et durius illi videtur *agere liba*. Quid si legas *Exstructoque edimus liba sacrario?* Tunc sacrarium erit mensa sacrificii de qua hymno 11 Perist., vers. 171. Atque id, opinor, vult Prudentius, cum sermo illi sit de SS. eucharistiæ sacramento. Congruit autem verbum *exstructo*, nam Virgilius non semel illo utitur ad convivium describendum, *Æneid. III, vers. 224: Exstruimusque toros*; XI, vers. 66: *Exstructoque toros*. Verbum *ago* in sacrificiis usitatum erat, et nunc de sacrificio missæ dicimus, *Quod agimus mysteriis*. Fortasse hoc loco *agimus est admoveamus*.

142. Glossa Isonis desumpta est ex Servio ad illud Virgilii, *laquearibus altis*.

143. Latinus legit, *Et de pinguidulis fota namatibus*; fortasse Latinus scripsit *manatibus*, et Frontinus quidem usus est *manationis* vocabulo. Versus autem non constaret cum *manatibus*, neque est, cur *languidulis* loco moveamus. Macrus in Hierolexico confirmare nititur scripturam *namatibus*, quam ipse edidit in *Bibl. select. Latinii*. Ait Macrus, Græce *nama* esse laticem, undam, rivum decurrentem, et in codicibus mendosis Prudentii legi *natatibus*. Id arguere potest; a Latinio sive dedita opera, sive per errorem ascriptum fuisse *namatibus*. Cæterum hæc lectio probari nequit; nam præterquam quod nullum vidi codicem ubi ea existet, probum est *natatibus*, quo vocabulo alibi etiam utitur Prudentius. A Latinis usurpatum non video *nama*.

145. In ms. Barthii erat *Credas, stelligerum desuper igneam Ornatum geminis stare trionibus*. Intelligi ornatum esse nomen substantivum. In Hailsb., *Credas, stelligerum desuper aerem Ornatum*, etc. Nihil mutandum.

147. Sermo hic est de jugo, quod boves ferunt: adeoque *Bosphoreum* scribendum; alii scribunt *Fosphoreum*, alii *Vosphoreum*, alii *Bosforeum*, alii *Bosphoreum*, quod Heinso non displicet in notis, quamvis in textu ediderit *Bosphoreum*. De re ipsa constat. Quod autem

ait Teolius, scribi Græce *Bosphoreum* sine aspiratione a *Bosporo Cimmerio*, id non satis intelligo: nam *Bosphorus* sive *Thracius*, sive *Cimmerius*, a plerisque ita scribitur *Bosphorus*; neque assentior Cellario, qui *Bosphoreum* iocum dici statuit a *Bosporo Cimmerio*, qui antiquis maxime borealis erat. Magis placet interpretatio glossæ.

148. Vat. A., non recte, *sparsim pro passim*.

149. Put. *Pater*, quod Heinsio, aliisque placuit, nec mihi displicet. Alex., *Deus*; in nota *Pater*. In Brev. Moz. muta *residua* in *roscidæ*.

150. Rat., Brev. Moz., *offeret*; melius *offerat*. Ex hoc verbo, infra etiam repetito *quod famulans offero*, recte colligas, ritu ecclesiastico lucem tunc fuisse oblatam, neque solum in cereis, sed etiam in lucernis, et, ut arbitror, in facibus e pinu. Consuetudo benedicendi, et offerendi cereis in universa Ecclesia permansit: verum in Gothico officio benedictio lucernæ pariter adhibetur.

151. Figurata constructio, *O res digna lux, quam ucem, fere ut apud Virgilium, Urbem, quam statuo, vestra est*. Brev. Moz., *luce*, in hoc et in versu sequenti, non bene.

152. Codex Barthii glossam adjicit verbo *RELIQUA*, *id est pollicita*. Barthius ait, fortasse auctorem glossæ respexisse ad præmia æterna. Prudentius loquitur de præmiis seu muneribus hujus vitæ, et præclare asserit, *luce, qua reliqua præmia cernimus, nullum munus a Deo concessum pretiosius*. In Hymnario V. Thomasii deest *præmia*.

155. Nescio, cur in Hymnario V. Thomasii mutatus fuerit hic versus in alium, *Lumen, quod delibat plebs tua, suscipe*. Brev. Moz. corrumpit etiam, *Lux quoque sensibus, Intus tu speculum, fons: lumen Quod delibat plebs tua, suscipe*. Chamillardus ait, omnes fere hunc locum de cereorum oblatione esse interpretatos, Giselinum vero de quocunque lumine. Fallitur. Giselinus hunc locum dicit esse quavis ubere gleba fecundiorum, quem plane steriliter de cereorum oblatione alii interpretati fuerant. Ipse vero eum explicare aggredditur, loco simili aliunde adducto, ubi Romanus precaturum se ait pro Cæsare ejusque militibus: *Ut idolorum respuant caliginem, Cernant ut illud lumen æternæ spei*. Nihil addit Giselinus, sed de interno animi, seu rationis lumine eum loqui apertum est. Ejus tamen sententiam non sequor: sed de oblatione cereorum et lucernarum interpretor. Et lucernas quidem hoc versu indicari arguo ex sequenti, *Tinctum pacifici chrismae unguine*. Chrisma est oleum, et pacificum dicitur, quia oliva insigne est pacis. Peristeph.

Tinctum pacifici chrismatis unguine : A
 Per Christum genitum, summe Pater, tuum,
 In quo visibilis stat tibi gloria :
 Qui noster dominus, qui tuus unicus 10
 160 Spirat de patrio corde Paraclitum :
 Per quem splendor, honos, laus, sapientia,
 Majestas, bonitas, et pietas tua
 Regnum continuat nomine triplici,
 Textens perpetuis sæcula sæculis.

298 VI. HYMNUS ANTE SOMNUM.

Ades, Pater supreme,
 Quem nemo vidit unquam,
 Patrisque sermo Christe,
 Et Spiritus benigne.
 5 O Trinitatis hujus
 Vis una, lumen unum,

Deus ex Deo pereunis,
 Deus ex utroque missus.
 Fluxit labor diei,
 Redit et quietis hora :
 299 Blandus sopor vicissim
 Fessos relaxat artus.
 Mens æstuans procellis,
 Curisque sauciata,
 15 Totis bibit medullis
 Obliviale poculum.
 Serpit per omne corpus
 Lethæa vis, nec ullum
 Miseris doloris ægri
 20 Patitur manere sensum,
 Lex hæc data est caduceis,
 Deo iubente, membris,
 Ut temperet laboreum

GLOSSE VETERES.

158. Gloria tua, facta invisibilis per illum facta est
 visibilis, Vat. A.
 1. Ades, pro adesto, I.
 9. Fluxit, deficit, I.
 10. Quietis, soporis, Iso.
 11. Vicissim, inter diem et noctem, I.
 12. Relaxat, in tranquillitate obtinet, Iso.

15. Procellis, in laborum procellis, Iso.
 14. Sauciata, tuta, I.
 15. Bibit, diligit, I.
 16. Obliviale poculum, laboris senialis, I.
 18: Lethæa, obliuialis, lethæa Græce sopor, Iso. Ser-
 por, Vat. A.
 19. Doloris, laboris dies, Iso.

COMMENTARIUS.

hymno 12, vers 33, *Frondem perennem, chrismatis feracem. Nisi malis, unguen pacifici chrismatis innuere sacriorem aliquem ritum, quo lumen sabbati paschalis offerri consueverit. S. Paulinus Natali 8 etiam usus est hoc nomine unguen in describenda lucerna, Consumpto bibulum defecerat unguine lumen.*

157. *Genitus* nomen substantivum pro filio a Christianis poetis passim usurpatur. Fortunatus lib. 1 de Partu Virginis, *Curavit genitus, Virgo Maria, tuus.*

158. Plinius utitur *visibilis* pro *visivo*. Ciceronis phrasis est, *res quæ sub aspectum cadunt.*

160. Processio Spiritus sancti ex Patre Filioque hoc loco astruitur, ac repetitur initio hymni seq. Vide Petav. tom. II lib. vii, cap. 8. Filius spirare Paraclitum recte dicitur: nam et *spiritus* appellari potest, ut probat Hugo Grotius ad cap. II Marci vers. 8.

163. *Præg., contineat, pro continuat.* Rat., *contineat, sed supra continuat.* Widm. et Gold., *contineat.* Rat., Theodulfus in lib. de Spiritu sancto, *nomine, alii numine.* Alex., Vatt. A, O, P, Q, *numine.* Vat. I cum Urb., *nomine.* Brev. Moz. ita hic et alibi; sed male *tu et contines pro tua et continet.* Hincmarus utramque lectionem agnovit. Vide Psych. vers 2. Aldus huic hymno addit *Amen. Finis*, quod nusquam alias.

Ante somnum. Ex libro Constitution. apost. diximus ad titulum hymni 1, preces esse faciendas cum aliis horis, tum *vespere*, quod noctem dederit Dominus ad requiescendum a laboribus diurnis. Huc pertinet hic hymnus, ut ex versu 9 et seqq. patet, *Fluxit labor diei, Redit et quietis hora.* Completorium locum hujusmodi precatiois nunc tenet. Citatur hic hymnus a Theodulfo in lib. de Spiritu sancto, ubi probat Spiritus sancti processionem ex hoc aliisque locis Prudentii, simul cum cæteris SS. Patribus laudati. Septem strophæ ultimæ hujus hymni leguntur in Breviario Mozarabico inter hymnos alios *de Completa.* S. Gregorius Turonensis lib. 1 de Gloria martyrum, cap. 162, ex hoc hymno nonnullos decerpit versus. *Juxta Prudentium, crux pellit omne crimen, etc.* Hujus hymni titulum alicubi esse *De quiete et somno, divino munere*, notavi proleg., num. 103.

3. Adversus novatorum effrenem libidinem, qui pro *Verbum* in Evangelio legunt *sermonem*, quia nonnulli SS. Patres ita locuti sunt, ut hoc loco Pruden-

tius, videndus est Joannes Maldonatus, gravis in primis theologus, cujus aliqua verba in proleg. num. 140. retuli. Adducit autem Maldonatus inter alios SS. Patres hunc ipsum Prudentii locum.

6. In margine Vat. A additum erat *aliter, Vis, ac potestas una.* Ita etiam in Put., Alex. a secunda manu, et in schedis Grævianis. Salmasius quoque id volebat, qui locum Ausonii addiderat, *Majestas unius, modi Sociata sancto spiritu*, ut in *POTESTAS* a corripitur, sicut in *MAJESTAS* a postremum ab Ausonio corripitur. Verum nihil agit Salmasius: Ausonius enim, sæpe loco secundo iambici dimetri spondæum intrudit. Et in hoc eodem iambico Ephemeridis ait: *Illi divinæ copia est.*

6. In Rat. abest et, sed videtur spatium abrasionis. Alt., *redit.* Fabr. et Gis., *redit quietis*, sine et, quod habent reliqui omnes, exceptis Vatt. duobus quos laudat Teolius. Quod autem particulam et non putatur hujus carminis indoles, idem affirmavit. Sed in hoc hymno passim anapestus prima sede ponitur, quod minime repugnat metro.

12. Virgilius lib. v, *Vix primos inopina quies laxaverat artus.* Similia vulgo apud poetas. Cicero de Divin., *animus somno relaxatus.* Insignis est descriptio somni, quam poeta noster versibus suis complectitur. Descriptiones Somni ejusque domus collegit Joannes Baptista Gandutius inter descriptiones pæceticas. Confer etiam Lucret. lib. iv. Neque omittendus est hymnus S. Ambrosii, *Deus creator omnium.*

14. Pro, *sauciata* mallet in glossa *vulnerata, fessum, quam tuta.*

16. *Poculum* habent Aldus et Nebr. pro *poculum*, quod metrum exigit. Horatius epod. 14, *Pocula Lethæos ut si ducentia somnos.* Sumptum id ex fabulis. Sed licuit sanctissimo poetæ metaphoram continuare, et, quoniam *bibit* dixit, addere *poculum* pro *somno*. In glossa fortasse legendum *laboris sensualis.*

19. Fabricius in dolore molestias intelligit. Sed cur non verum dolorem esse dicamus, cujus sensus nullus est in dormiente? Sic paulo post *medicabilis voluptas*, quia somnus etiam sanitatem interdum inducit. In Itails., *ægris pro ægri.*

22. Teolius in uno Vat. vidit *Deo donante*, quod ratio carminis non patitur.

Medicabil's voluptas.
25 300 Sed, dum pererrat omnes
 Quies amica venas,
 Pectusque feriatum
 Placat rigante somno,
 Liber vagat per auras
30 Rapido vigore sensus,
 Variasque per figuras,
 Quæ sunt operta, cernit.
 Quia mens soluta curis,
 Cui est origo cælum,
35 Purusque fons ab æthra,
 Iners jacere nescit.
 Imitata multiformes
 Facies sibi ipsa fingit,
 Per quas repente currens
40 Tenui fruatur actu.
301 Sed sensa somniantum

A Dispar fatigat horror.
 Nunc splendor intererrat,
 Qui dat futura nosse.
45 Plerumque dissipatis
 Mendax imago veris
 Animos pavore mæstos
 Ambage fallit atra.
 Quem rara culpa morum
50 Non polluit frequenter,
 Hunc lux serena vibrans
302 Res edocet latentes.
 At, qui coinquinatum
 Vitiis cor impiavit,
55 Lusus pavore multo
 Species videt tremendas.
B Hoc patriarcha noster
 Sub carceris catena
 Geminis simul ministris

GLOSSÆ VETERES.

27. Feriatum, otiosum, quietum, I.
 35. Æthra, splendor, Vat. A.
 36. Iners, sine arte.
 39. Per quas, facies, I.
 41. Sensa, neutraliter, sensum meum; in plurali numero facit hi sensus, et hæc sensa neutro generis, I. Plural. pro sensu; hinc Tullius: Caro læsa lædit sensa; sic verum pro veritate, justum pro justitia, Vat. A.

42. Horror, somni, I.
 43. Splendor, visio superna, Vat. A. — Intererrat, intermeat, I.
 47. Pavore, de vel cum, I.
 48. Ambage, circumventionem, I.
 49. Quem, aliquem virum, I.
 51. Vibrans, illuminans, I.
 54. Impiavit, inquinavit, corrupit, Iso.
 57. Patriarcha, Joseph, I.

COMMENTARIUS.

24. Vat. B, Prag., Widm., Gold., medicalis, contra regulas metri. Est autem somnus medicabilis, quia aut sanitatem corporis restituit, aut eam conservat. Utitur hoc verbo Ovidius pro eo cui medicina adhiberi potest, in epist. Œnones ad Paridem, amor non est medicabilis herbis.

25. Rat., cum pro dum.
 27. Chamillardii mendum feriarum.
 29. Vatt. B. I, Rat., Gold., Fabr., Widm., Bong., vacat, Vatt. A, O, P, Q, duo Torrentiani, tres Heinsiani, vagas per auras. Ald., Heins., Weitz., Put., Thuan., Prag., Gis., vagat, quod etiam tnetur Gifanius in Indice Lucretii, pag. 423, et Latinus in Bibl. sel. Videri potest Priscianus lib. viii, qui de huiusmodi verbis, quæ olim antiqui usurpabant, ut auguro, opino, exsecro, agit diligentissime; et Nonius, qui de verbo vago adducit Plautum, Attium, Pacuvium, Ennium, Turpilius, Pomponium, Varrouem, et his longe posteriorem Serenum.

35. Fontem igneum animarum Deum vocat poeta in hymno Exsequiarum vers. 4. Rat., ab æthere, sed inductum est medium e recte, ut fiat ab æthra, quod corrector videtur voluisse.

37. Mens sibi multiformes facies fingere dicitur ob diversitatem insomniorum. Nam etsi somniorum causa non solum sit interna, sed etiam externa, ut ex SS. Patribus explicat S. Thomas 2-2, quæst. 95, et Thomas Hurtado tom. I Tract. varior., tract. 5, cap. 6, resolut. 56, num. 1153 et seqq., tamen facies sive figuras et phantasmata mens ipsa sibi format: agit enim etiam tunc anima. Videtur autem poeta loqui de omnibus insomniis, quamvis vers. 40 dicat, Tenui fruatur actu.

41. Rat., somniantium a manu prima.

42. Coniunctio legendum esse error pro horror, quantumvis nemo hac de re dubitaverit. Etenim erro proprie est vagor, ut apud Virgillum egloga 1, Ille meas errare boves, et noster poeta versu sequenti, Nunc splendor intererrat. Et quamvis fictionis nonnihil exprimi per errorem velis, eam in somnio poteris agnoscere: sic supra fingit, infra intererrat, mendax

imago veris dissipatis, ambage fallit, et lusus pavore multo. Vide vers. 118, Quos creber implet error. Cur autem magis error quam horror sit præferendum, rationem peto ex ipsis insomniis ministrorum Pharaonis, in quibus nihil apparebat horridum, quamvis ipsi vultu tristitiam manifestarent, quia non erat qui ea interpretaretur. Eorum vero interpretatio alteri quidem famulorum horrorem incussit, alterum vero gaudio complevit. Itaque Prudentius dispar somnium distinguit, et de primo nunquam verba horrore adhibuit: Nunc splendor intererrat Qui dat futura nosse... Quem rara culpa morum Non polluit frequenter. Hunc lux serena vibrans Res edocet latentes. Contra de altero: Animos pavore mæstos Ambage fallit atra... Lusus pavore multo Species videt tremendas.

43. Somnia a Deo aliquando inmitti perspicuum est, et plurima sunt in Veteri Novoque Testamento exempla, quæ Durantus collegit tract. de Visionibus cap. 9. Æque autem certum est, insomnia, quæ aliquando vera accidunt, interdum ad casum pertinere. Quotus enim quisque vir sapiens rei futuræ veritatem dormiens agnovit? At omnes vulgo somniant. Quid autem mirum, si in tanto numero aliquid verum contingat? Recte Cicero lib. II de Divinat. cap. 59: Quis est, qui totum diem jaculans non aliquando collineet?

51. Vibrare pro fulgere. Virgilius, Catullus, Cicero, aliique.

52. Vat. A, frequenter, supra caractere minutiori latentes, quod verum est.

53. Aldus male conjungit Atqui. Horatius utitur verbo coinquino.

54. Sidonius, Apuleius et alii usi sunt hoc verbo. Festus, impiatus, sceleratus. Rat. ex glossa pro impiavit posuit inquinavit.

56. Rat. et Vat. Q, vidit, repugnante metro, pro videt. De impiorum somniis, terrorem incutientibus, Salomon cap. xviii Sap., vers. 17, Tunc continuo visus somniorum malorum turbaverunt illos, et timores supervenerunt insperati. Et Job cap. vii, 14, Terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties.

59. Gold. et Widm. supra magistris. Ald., men-

- 60 Interpretes approbavit.
 Quorum reversus unus
 Dat poculum tyranno :
 Ast alterum rapaces
 Fixum vorant volucres.
- 65 Ipsum deinde regem,
 Perplexa somniantem,
 Monuit famem futuram
303 Clausis cavere acervis.
 Mox præsul, ac tetrarches,
 70 Regnum per omne jussus
 Sociam tenere virgam,
 Dominæ resedit aulæ.
 O quam profunda justis
 Arcana per soporem
 75 Aperit tuenda Christus !
 Quam clara, quam tacenda !
 Evangelista summi

- A
 Fidissimus magistri,
 Signata quæ latebant,
 80 Nebulis videt remotis.
 Ipsum Tonantis agnum,
 De cæde purpurantem,
 Qui conscium futuri
 Librum resignat unus.
- 85 **304** Hujus manum potentem
 Gladius perarmat anceps,
 Et fulgurans utrinque
 Duplicem minatur ictum.
 Quæsitur ille solus
 90 Animæque corporisque,
 Ensisque bis timendus
 Prima ac secunda mors est.
- B
 Idem tamen benignus
 Ultor retundit iram,
 95 Paucosque non piorum

GLOSSÆ VETĒRES.

61. Unus, *magister pincernarum*,
 62. Tyranno, *regi Pharaoni*, l. *Tyrannus Græce*
rex. Vat. A.
 66. Perplexa, *obscura*, l.
 69. Præsul, *princeps*, l.
 71. Virgam, *sceptrum*, l.
 75. Tuenda, *videnda*, Vat. A.

77. Evangelista, *Joannes*, Vat. A.
 86. Gladius, *verbum Dei*, Vat. A.
 88. Ictum, *animæ et corporis*. Vat. A.
 89. Quæsitur, *iudex*, l.
 92. Prima ac secunda, *corporis et animæ*, Iso.
 95. Non piorum, *impiorum*, Iso.

COMMENTARIUS.

dose, minister. Historia narratur cap. xi Genes. Duo hi erant eunuchi; alter pincernis præerat, alter pistori; hic pistorum magister, ille pincernarum dicitur. Hinc aliqui *ministri* cum legisset, *magistris* correxit, quod simpliciter positum ineptum est.

60. Widm., mendose *approbavit*.

61. Put., Vat. A supra, et Oxon., *regressus*. Ita Vat. major pars apud Teolium, sed nonnulli præstantissimi habent *reversus*. Id etiam placuit Gallandio cum edd. Ald. et Tornæs., et tenuerunt Gis. et Weitz.

63. Genesis cap. cit. vers. 17. *Suspendit te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas*.

66. Lege hanc historiam cap. xli Genes.

67. Put., Oxon. cum aliis nonnullis Heinsianis, Weitz., Vatt. A, B, O, Q et I supra, Prag., Rat., Sich., Giselinus cum editione Daventriensi antiquissima, *monuit*. Aldus et Gis. 4 edit., *novit*. Non inepte *movit* amplexus est Fabricius, hoc est, *movendo involvit, persuadendo coegit*, et id legitur in Vat. O. Non dubito quin vera lectio sit *monuit*. Corruptæ nonnullæ Plauti editiones contrarium errorem tenuerunt *monuit mihi pro movit*, Trucul. act. iv, scen. 1, *Unum animos movit mihi*, quanquam alii legunt, *Unum animus movit me*. Mirum est autem quod auctor dictionarii Taurinensis ex hoc Plauti loco tanquam exploratum tradiderit, *monéo* admittere casum dandi, cujus auctoritate alii, non inspectis optimis editionibus et interpretum monitis jam inde a Camerario repetitis, obscuram mihi litem intendere voverunt ac probare, *æque facile* defendi posse verbum *monéo* cum dativo coherere, ac secundam vocalem in *potitur* esse communem. Qui si defensionem aliquam tentare velint, aliam viam insistere debent, neque tamen, quod volunt, assequantur.

68. Pro frumenti cumulis *acerros* simpliciter posuit. Usus similiter est Horatius.

72. Ex hoc loco nonnulli colligunt vel, ut recte ait Fabricius in Comment. poet. Christ., somniant, Josephum ab uxore quoque Pharaonis fuisse sollicitatum.

76. In Vat. A, *clausa*, supra *vel clara*. Putean. pro diversa scriptura, *tuenda* pro *tacenda*.

77. Notat Fabricius, Prudentium dicere, evangelistam res obscuras, et obsignatas in clara luce vidisse, nebulis remotis, ipsum vero Joannem, se fuisse in spiritu vel, ut recentiores loquuntur in *extasi*, Sedulium, hæc ipsum Joannem vidisse in somnis, quod Nebrissa antea monuerat. At Prudentius etiam *per soporem* visionem accidisse affirmat, ut ex precedenti strophâ fit perspicuum. Et Sedulius, quem Fabricius nominat, est ipsemet Prudentius in Dittochæo, quod Fabricius Sedulio ascribit. Intelligo, Prudentium mystice loqui, et extasin vocare somnum. Vide S. Bernardum segm. 52 in cantica, *De excessu, qui contemplatio dicitur, in qua sponsus facit quiescere animam*, etc.

86. Locus est ex cap. i Apocal., vers. 16, *Et habebat in dextera sua stellas septem: et de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat*. Miratur Chamillardus cur Prudentius manum gladio armatam dicat, cum ex ore prodire gladium Joannes affirmet. At Prudentius progressum gladii ex ore ad manum attingit. In ore Christus gestat gladium, ut verbum Dei, sive sententia in extremo judicio indicetur: in manu vero, ut progressus in puniendo ostendatur. Psalmus vii, *gladium suum vibrabit*. Exodi xv, *Evaginabo gladium meum; interficiet eos manus mea*. Vide interpretes.

89. Rat., *quæsitus*, male. Virgilius lib. vi, *Quæsitur Minos urnam movet*.

92. Desumptum ex Apoc. xx, 14, *Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda*.

95. Nebrissensis exponit *paucos, qui scilicet sunt immedicabiles*. Interpretor *medios* inter pios et impios, scilicet qui neque sanctitate eminent, neque infidelitatis crimine, et aliis gravissimis opprimuntur. Ait igitur poeta, Deum pati, perire paucos eorum qui catholici sunt, et siquando in peccata incidunt, de his dolere et poenitentiam agere student. Porro licuit Prudentio ita existimare de sui temporis Christianis catholicis, quos serio ad vitam æternam maxima ex parte contendere constabat, quamvis multi insigni, et heroica pietate non eminent. Grævina libro *Platzæ de Paradiso* caput adjecit de majori numero sal-

- Patitur perire in ævum.
305 Huic inclutus perenne
 Tribuit pater tribunal :
 Hunc obtinere jussit
100 Nomen supra omne nomen :
 Hic præpotens cruenti
 Exstinctor Antichristi :
 Qui de furente monstro
 Pulchrum refert tropæum.
105 Quam bestiam capacem,
 Populosque devorantem,
 Quam sanguinis charybdin,
 Joannes exsecratur.
306 Hanc nempe, quæ sacratum
110 Præferre nomen ausa
 Imam petit gehennam,

- A** Christo perempta vero.
 Tali sopore justus
 Mentem relaxat heros,
115 Ut spiritu sagaci
 Cælum peragret omne.
 Nos nil meremur horum,
 Quos creber implet error .
 Concreta quos malarum
120 Vitiat cupido rerum.
 Sat est quiete dulci
 Fessum fovere corpus :
 Sat, si nihil sinistrum
307 Vanæ minentur umbræ.
125 Cultor Dei, memento,
 Te fontis et lavacri
 Rorem subisse sanctum ;

GLOSSÆ VETERES.

97. Huic, Christo, Vat. A.
 105. Capacem, omnia recipientem. Iso.
 107. Charybdin, voraginem, vorago naves sorbens.

- Ita vocat Antichristum, quia omnes ad se venientes in præcipitium trahit, Iso.*
 110. Ausa, scilicet est, Iso.

COMMENTARIUS.

vandorum, merito proscripsum, quod sententiam benignam nimium amplificaret. Vide proleg. num. 175.

97. Vat. A, hic supra huic, Christo.

100. In quibusdam et in Widm. a secunda manu super pro supra. Ille ratio carminis postulat, illud ex Vulgata editione cap. II ad Philippenses vers. 9 : *Et donavit illi nomen, quod est super omne nomen.*

101. Becmanus, de Orig. ling. Lat., verbo portior contendit, melius de Deo usurpari vel potens, ut Lucæ cap. I et alibi in sacris Litteris, vel etiam in iisdem omnipotens quam præpotens, id est, valde potens, et præ aliis. Neque movetur auctoritate Ciceronis, cui Jupiter est præpotens : nam gentiliū unus fuit Cicerone. Ut autem alia præteream, hoc loco idonee Christus dicitur præpotens, cum sermo sit de victoria ex Antichristo reportata, neque dedecet ea comparatio, ut potens præ Antichristo intelligatur. Vide ep. II ad Thessalon. cap. II, 8 et seq.

105. In Vat. A. a veteri manu abest de.

105. Rat., rapacem, sed videtur prius fuisse capacem. Hails. a secunda manu, Weitz., Gis., rapacem, quod non displicet. Cæteri, capacem. Gallandius edidit rapacem cum Ald. et Tornæs.; sed Aldus meus habet capacem. Perperam autem putat Gallandius, mendose scriptum a Chamillardo capacem.

107. Vat. A, sanguini pro sanguinis, male. Poeta respicit, opinor, ad cap. XVII Apocalyps., ubi mulier fornicaria describitur, sedens super bestiam coccineam ebria de sanguine sanctorum et de sanguine martyrum Jesu. Aretas in cap. XI Apocal. vers. 7, *Bestiam vocat Antichristum ob crudelitatem, feritatem et sanguinis aviditatem.* Put. et alii legunt charybdem.

108. Put., Joannis, quod Heinsio aliisque placet, ut metro consulatur. Verum satis metro consulitur, si teneatur, finita in es sæpius, quam vulgo creditur, posse corripri. Vide Gifanium Indic. Lucr. pag. 440, *Is terminata.* Alex. scribit Joannes : ita Vatt. O, P, cum aliis duobus apud Teol., qui nihilominus Puteanam, sive Heinsianam lectionem secutus est.

109. Potiores Heinsiani, Ald., Alex., Vat. B, Egm., hanc, alii hæc, et vers. seq. ausa est. Teolio planior videtur lectio hæc, et idem postea legit ausa sine est. Mibi aliisque non ita visum.

110. Videtur Iso legisse versus superiori hæc pro hanc. Gisel. I ed., ausa est : scilicet, quia legit hæc. De Antichristo cap. II, vers. 4, epist. II ad Thessalonicensis : *Qui adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Thomas

Malvenda fib. VII, cap. 2, de Antichristo congestis SS. Patrum testimoniis probat Antichristum a seipso appellandum Christum. In rem nostram maxime facit Lactantius lib. VII, cap. 19 : *Hic est autem qui appellatur Antichristus ; sed se ipse Christum mentietur, et contra verum dimicabit.*

112. Gallandius approbare videtur quod Heumanus hunc versum sic restituere voluerit : *Christi perempta verbo, quia Christus Antichristum interficiet spiritu oris sui.* Sed eo pacto perit elegantia antitheseos inter Christum verum et eum qui Christum mentietur, ut ait Lactantius.

114. Heroes apud ethnicos dicebantur semidei, et viri excellenti quadam virtute præditi. Hinc heroes Christiani vocati sunt sancti, earumque virtutes heroicæ. S. Augustinus lib. X de Civit. Dei : *Hos (martyres) multo elegantius, si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur, nostros heroes vocaremus.* Usus antiquissimus hanc appellationem in sanctis consecravit. Avitus rara significatione de Pharaone dixit lib. V, *impious heros.*

118. Widm. et Vat. O, horror pro error. Fortasse ex simili scribendi ratione vers. 42 horror irrepsit pro error. Intelligi etiam debet, poetam rursus hoc versus mentis, in somniis vagantis, errorem indicare.

125. Vat. A, Sat est, si nil, quod respuit carmen.

124. Rat., minetur, supra recte minentur.

127. Vat. B, sacrum, supra sanctum. Chamillardus intelligit immersionem in ipsum fontem baptisterii. Propertius rorem pro mari posuit, adeoque ea vox tam aspersioni quam immersioni potest aptari. Quamvis autem primis Ecclesiæ temporibus baptismus per immersionem collatus plerumque fuerit, tamen eos, qui vel per ætatem, vel per male affectam valetudinem immergi non poterant, per aspersionem baptismo fuisse ablutos non est negandum. Notum est de Clinici, qui in lecto baptizabantur, et de iis qui baptismum ad extrema vite tempora differabant. Multo minus persuaderi mihi poterit, ita immersionem fuisse ubique usurpatam, ut baptizandi (cujuscunque sexus, et ætatis essent) penitus nudi aquam ingrederentur. Etenim neque id necessarium erat, ut certe nunc non est, neque si ea consuetudo communis fuisset apud Christianos, ethnicis, qui oscula pacis eis objiciebant, hujusmodi nuditatem tacuissent. Veterum quædam dicta non ita clare rem hanc probant, ut multis videtur. Qualiscunque tamen nuditas illa fuerit, non dubito, quin aut separatis feminarum, et masculinarum baptisteriis, aut velis, aut alia ratione pudori fuerit

Te chrismate innotatum.
308 Fac, cum vocante somno
 170 Castum petis cubile,
 Frontem, locumque cordis
 Crucis figura signet.
 Crux pellit omne crimen :
 Fugiant crucem tenebræ :
 135 Tali dicata signo
 Mens fluctuare nescit.

A Procul, o procul vagantum
 Porta somniorum.
 Procul esto perversici
 140 **309** Præstigiator astu.
 O tortuose serpens,
 Qui mille per Mæandros,
 Fraudesque flexuosas
 Agitas quieta corda,
 145 Discede, Christus hic est :

GLOSSÆ VETERES.

131. Frontem, etc., hæc sunt duo illa superliminaria quæ sanguine agni videbantur aspergi : sic enim frons superliminare capitis, sic et cor superliminare, et principale pectoris, Vat. A.

139. Pervicaci, pertinaci, perseveranti, Iso.

140. Præstigiator, præstrigium dicitur monstrum a B

præstringendo, i. e. illudendo improbe oculos. — Astu, astutione, I.

142. Mæandros, Mæander fluvius Cariæ faciens revolutiones multimodas. Sed hic ipse fluvius pro ipsius flexibus serpentis introductus, I.

COMMENTARIUS.

provisum. Vide Lupium, dissert. 4. num. 23 et seq., et scriptorem Vitæ S. Ottonis apud Surium ad diem 2 Julii, ubi ait : Sacerdos vero, qui ad cuppam stabat, eum audisset potius quam vidisset, quod aliquis esset in aqua, velo paululum amoto, trina immersione capitis illius mysterium sacramenti perficit.

128. Heinsius, etsi in Put. et aliis ex vetustioribus invenit innotatum, tamen amplexus est innovatum cum codd. quinq., et Oxon. in marg., et Gronovio in Observat. eccles. Rat., Sich. et Hallsb. supra pariter innovatum, quod exstat etiam in Urb., Vatt. I, O, Q, quibus glossa est signatum; et secutus est Teolius, ne ab Heinsio discederet. Lego cum vetustissimis Heinsii, Ald., Vatt. A, B, P, Alex., Nebr., Prag., Gold., Bong., Fabr., Gis. et aliis, innotatum, quod mirifice in hunc locum quadrat. Prudentius loquitur de sacramento confirmationis, quod a sacramento baptismi aperte hic et alibi distinguit. Dictum vero fuit sacramentum confirmationis *chrisma*, quia sacra unctione peragebatur : quod chrisma ampullæ inclusum servari solitum in Ecclesia, colligitur ex Optato contra Parmenionem lib. II. Hac voce chrismatis confirmationis sacramentum appellant Tertullianus, Cyprianus, Augustinus, Cyrillus Alexandrinus alique multi. Quoniam vero frons confirmandi ab episcopo sacro chrismate signabatur, figura crucis inscripta, ideo nomen signaculi, aut sigilli eidem sacramento tribuebatur; quo nomine usi sunt Cyprianus, Cornelius papa, Ambrosius et alii. Itaque Prudentius, duobus verbis duo hæc nomina complexus, egregie dixit, *Te chrismate innotatum*, et infra explicat, cur *innotatum* dixerit, *signum, quod ipse nosti*. Eodem pertinent Psychom. vers. 358 et seqq. Apoc. vers. 487 et seqq., hymno 9 Cath. vers. 84, lib. I adversus Symmachum, vers. 587. Unde sacrum referat regali chrismate signum. Cave ergo a Cellario, qui non solum *innovatum* præfert, sed falso tradit, quosdam codd. habere *innotatum*, plures *innovatum*. Concedam nihilominus, in quibusdam codd. vetustis et in Brevariario etiam Mozarabico esse *innovatum*. Vide Baronium ad an. 55, pag. 248 et seqq., qui istiusmodi unctionem, ab episcopis in fronte peractam, esse sacramentum discrete probat. Quid autem differat unctio hæc ab alia, quam presbyteri adhibent in vertice dum baptizant, explicat Bellarminus alique theologi. Cf. Bertius lib. xxxii de Theol. Disc., cap. 40, non inepte his versibus utitur, ubi agit de alapa qua confirmatus leviter cæditur, *Cultor Dei momento*, etc. Lectionem vero nostram *innotatum* confirmant versus sequentes, ubi crucis figura commendatur.

129. Brev. Moz., *somnum*; corrige *somno*.

132. Quam magnus in veteri Ecclesia honor cruci fuerit habitus, testantur antiquissima monumenta et inscriptiones. Vide Aringhium in plurimis Romæ subterraneæ locis, aliosque antiquitatum Christianarum scriptores. De consuetudine vero signandi cor, fron-

tem et ora, confer Gretzerum de Cruce lib. IV, cap. 31, aliosque passim locis præclari ejus operis. S. Athanasius initio orationis contra idola : *Si enim post crucis adventum omnis simulacrorum cultus summotus est, omniaque dæmonum præstigia hoc signo propellantur*, etc. Prudentius paulo post *præstigiatorum* vocat dæmonem. Inter alia veterum aliquot Galliæ theologorum scripta Parisiis 1586, exstat carmen bucolicum Severi Sancti seu Rhetoris de Mortibus boum, ubi hoc miraculum enarratur : *Hoc signum mediis frontibus additum Cunctarum pecudum certa salus fuit*.

133. In uno ex antiquissimis Vaticanis heterodoxus aliquis ad marginem recenti manu posuit : *Non bene*. SS. Patres, qui Domini crucem his et similibus præconiis prosecuti sunt, vide apud Gretzerum de Cruce.

135. In Brev. Moz., *tales, male, pro tali*.

137. Aldus, *Procul, procul*, omisso *o*, quod ceteri habent. Alex., *vagantium pro vagantium*. Id ob metrum retinendum. Prudentium videtur imitatus S. Eugenius Toletanus episcopus epigram. 28, pag. 32, inter opera SS. Patrum Toletanorum, studio et expensis D. Francisci de Lorenzana archiepiscopi Toletani edita : *Versus supra lectum : Imperat omnipotens, procul o procul effuge, dæmon*, etc. Confer ejusdem Eugenii versus supra lectum part. 2 operum, epigr. 5 et 4, ubi ait : *Crucis almæ sero signum : fuge, dæmon*.

140. Heinsio non displicet origo et orthographia glossæ in *præstigiator*. Alii scribunt *præstigia* quasi *præstegia* a *tego*, quod illudant prætegantque oculos. Idem Heinsius tnetur *actu pro astu* cum Put., Egm., et Noms. Malo *astu* cum Ald., Weitz., Nebr., Gis., Alex., Vatt. A et B, Rat., Prag. et aliis. Etenim cohæret sensus : *præstigiator, serpens tortuose, fraudes* postulat, *legi astu pertinaci*. Chamillardus et Cellarius Heinsium secuti sunt. In Brev. Moz., *astu* videtur ex *astu*. Teolius præfert *actu* ex membranis, non *astu*. Sed etiam membranæ vetustissimæ habeat *astu*.

141. Diabolum serpentem tortuosum plures SS. Patres appellant. Philippus presbyter, discipulus S. Hieronymi, in cap. xxvi Jobi, *Coluber tortuosus, utique ille serpens, qui est callidior omnibus animantibus super terram*. S. Gaudentius ad Germinium, vel potius Serminium, *Cujus serpentis tortuosa ingenia*. Phœbadius in lib. contra Arianos : *Lucifuga serpens, per anfractus evolvens seriem suam, tortuoseque procedens*.

142. Prima in *Mæander*, cum sit diphthongus, produci solet. Prudentius corripit quod ab ejus reprehensoribus non est animadversum. Scribo autem *Mæander* cum diphthongo, quia etiam sic corripit potest prima ob vocalem sequentem.

145. Aldus, *lux est* pro *hic est*, repugnante metro et sensu. De hac formula vide hymn. 2, vers. 4.

He Christus est, liquesce :

Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam catervam.

Corpus licet fatiscens

150 Jaceat recline paulum,

310 Christum tamen sub ipso
Meditabimur sopore.

VII. HYMNUS JEJUNANTIUM.

O Nazarene, lux Bethlem, Verbum Patris,
Quem partus alvi virginalis protulit,
Adesto castis, Christe, parcimoniis,
Festumque nostrum rex serenus aspice,

5 311 Jejuniorum dum litamus victimam.

Nil hoc profecto purius mysterio

A

Quo fibra cordis expiatur vividi :

Intemperata quo domantur viscera,
Arvina putrem ne resudans crapulam

10 Obstrangulatæ mentis ingenium premat.

Hinc subjugatur luxus, et turpis gula ;

Vini, atque somni degener socordia,
Lilido sordens, inverecundus lepos,

Variaque pestes languidorum sensuum

15 Parcæ subactæ disciplinam sentiunt.

Nam si licenter diffuens potu, et cibo,

Jejuna rite membra non coercetas,

Sequitur, frequenti marcida oblectamine,

312 Scintilla mentis ut tepescat nobilis,

20 Animusque pigris stertat in præcordiis.

Frenentur ergo corporum cupidinae,

GLOSSÆ VETERES.

146. Liquesco, evanesco, aeflue, I. Vanesco, Vat. A. B
149. Fatiscens, deficiens, Iso.
150. Recline, reclinatum, Vat. T et Iso.
5. Parcimoniis, abstinentiis, Iso.
5. Litamus, sacrificamus : quidam putant, a litoribus dicta lita, id est sacrificata, quia post navigationem in litoribus maris sacrificabant ; sed falsum est, nam litus

prima longa est, litum brevis, I.

7. Expiatur, mundatur, imbuatur.—Vividi, pleni, I

10. Obstrangulatæ, suffocata, Vat. A.

11. Subjugatur, domatur, Iso.

12. Degener, ignobilis.—Socordia, pigritia, I.

13. Lepos, eloquium, eloquentia, dicimus et lepor, I.

15. Parcæ, arctam, I.

COMMENTARIUS.

146. Silius Italicus ex correctione Barthii initio lib. xvi : Hannibal ipse etiam jam jamque modestior annis Ire videbatur, Martisque liquescere famam.

149. Alii scribunt fatiscens.

150. Fabr. et Vat. O, recline, quod vehementer Chamillardo arrisit, quamvis fore omnes codices habeant recline, rejicitque Nebrissam, quod versus Ovidii Metam. x allegaverit pro recline, quem ita Chamillardus legit, Inque sinu juvenis posita cervice reclivis, neque usquam reclinis legi testatur. Giselinus, qui ex manuscr. recline prætulit, Lambini judicium secutum se ait, qui ita in suo Horatio legit. Locus quærenti Giselino non se obtulit. Fabricius ex Virgilio protulit posita cervice reclinis. Ovidium voluit dicere, ubi cum aliis lego renidens ; in Prudentio, Martiale, Tacito, reclinis, sicut Lambinus sat. 2 lib. II Horatii in Horatio, et aliis acclinis, non acclivis. Id, opinor, legerat Giselinus. Seneca epist. 26 : Solet obrepere somnus in aliquo adminiculum reclinatis. Isidorus lib. I Different. ait : Inter declinæ et declivæ hoc interest, quod declinis sol, declivus locus : sic intelligendum est accline, acclive, ut acclivus (lege acclivus) homo, acclivus locus. Item dicunt de reclinis et reclivis ; et in Isidoro legam acclivis homo, acclivus locus, et hoc acclivum dicitur, non ex hoc acclivum dicitur. Et supra declivis locus. In Brev. Mozarab. mendum est, quod nostram lectionem confirmat, reclinet paululum pro recline paulum. Nebrissa exponit reclinatum in lecto : et simili modo Chamillardus hymn. 5 Perist. vers. 365, ubi legit recline, sibi non constans. Pro paulum Ald., Vat. A, Ital., paulo. Gold. agnoscit utrumque. Prag., male, paululum.

152. Rat., meditatur, inepte, pro meditabimur, quod etiam versus exposcit. Christum sub ipso sopore meditari proprium est eorum qui vigilantes eundem meditantur, quorum cor vigilat, etiamsi dormiant. Teolius ex uno Vat. inferioris ætatis exscripsit in nota conclusionem hujus hymni, quæ minime sapit Prudentium : Gloria æterno Patri, Et Christo novo regi, Paraclitico sancto, Et nunc, et in perpetuum. Ballerini in præfat. append. operum S. Zenonis proferunt aliam hujus hymni clausulam, sed ex prima ejus strophæ imperite compactam : Laus sit Patri supremo, Quem nemo vidit unquam, Patris sermoni Christo, et Spiritui benigno. Scilicet tractatus de Signo S. crucis, a nonnullis S. Zenoni ascriptus, constat ex hac conclu sione et septemi postremis strophis hujus

hymni Prudentii.

Jejunantium. Hunc hymnum canunt Mozarabes, per ferias hebdomadis distributum, sed multis in locis corruptum. Factum a Prudentio pato ad omnes dies jejunii, præcipue quadragesimalis.

1. Ald., Vat. P et alii vulg., dux pro lux. Nostrum plerique et potiores Heinsiani, l.x., quod tenuit Weitzius. Giselinus Aldo adhæsit, cujus lectionem confirmat Nebrissa non inepte ex Matth. cap. II, 6 : Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam nimis es in principibus Juda. Ex te enim exiit dux, etc. Vide hymn. 12, vers. 78.

4. Sichard., accipe pro aspice. Aspicere in Deo misereri est, ut notantur etiam gentiles. Jejunium festum cur dicatur, vide vers. 13 hymni seq. in commentariis. Festum substantive rarum apud scriptores aurei et argentei sæculi in oratione soluta. Dicebant festus dies.

5. Alii litare deducunt cum Varrone a luere ; alii a Græco λῆρι, preces, supplicatio ; inde etiam litania, quæ Latine redditur rogatio. Ratio Isonis non semper tenet.

6. Fabr. et Bong., nihil pro nil, non male.

7. Nescio quid sit in Isonè imbuatur. Idem legit vividi, quod habent Sich., Alex., Weitz., Gis. ad marg. et omnes Heinsiani præter Rot., qui legit lividi cum Aldo, Heinsio et aliis : quod etiam in Hymnario Thomasi et edit. Fabricii exstat. Vat. P, lividi. Vati. A, I, O, Q, Breviar. Moz., vividi. Vat. B, Prag., Rat., vividi.

9. Arvina est pinguedo corporis. Alii serum intelligunt. Prag. male ve pro ne.

11. De verbo subjugandi quæritur an ad argenteum sæculum revocari possit auctoritate Asconii. Eo utuntur Arnobius, Lactantius, Eutropius, Claudianus.

12. Laudes jejunii prosequitur S. Ambrosius lib. de Elia, et Jejunio, ut innumeros alios præteream.

13. Aldus, mendose, sord's pro sordens.

15. Ex glossa Widin. supra arctam. Gis. ad marg. 4 edit., partam. Aldus, subactæ.

17. Brev. Moz., coercant, corrigendum.

20. Rat., Heinsius cum schedis Grævianis, et Noms., stertat in. Ita etiam W lizius, et Teol. cum eodd., sed non bene innuit, omnes mss. ita habere. Nam plurimi habent stertat ut, etiam Vatican. Pragensis vero, pigris ut stertat in præcordiis, quod non patitur carmen.

- Detersa et intus emicet prudentia
Sic excitato perspicax acumine,
Liberque flatu laxiore spiritus
- 25 Rerum parentem rectius precabi ur.
Helia tali crevit observantia,
Vetus sacerdos, ruris hospes aridi:
Fragore ab omni quem remotum, et segregem
Sprevisse tradunt criminum frequentiam.
- 30 Casto fruementem Syrtium silentio.
- 313 Sed mox in auras igneis jugalibus,
Curruque raptus evolavit præpti,
Ne de propinquo sordium contagio
Dirus quietum mundus afflaret virum,
- 35 Olim probatis inclytum jejuniis.
Non ante cæli principem septemplex
Moses tremendi fidus interpres throni
Potuit videre, quam decem recursibus

- A
40 Quater volutis sol peragrans sidera
Omni carentem cerneret substantia,
Victus precanti solus in lacrymis fuit:
Nam flendo pernox irrigatum pulverem
Humi madentis ore pressit cernuo:
Donec loquentis voce præstrictus Dei
- 45 314 Expavit ignem non ferendum visibus.
Joannes hujus artis haud minus potens,
Dei perennis præcurrit Filium:
Curvos viarum qui retorsit tramites,
Et flexuosa corrigens dispendia,
- 50 Dedit sequendam calle recto lineam.
Hanc obsequelam præparabat nuntius,
Mox adfuturo construens iter Deo,
Clivosa planis, confragosa ut lenibus
Converterentur, neve quidquam devium
- B
55 Illapsa terris inveniret Veritas.

GLOSSÆ VETERES.

22. Detersa, mundata, l.
23. Excitato, elevato, Iso.
27. Sacerdos, propheta. — Ruris aridi, eremi, l. *Jepte, dum irit ad præliandum contra gentes, vo. it, se Domino immolaturum, quidquid ei revertenti a prælio cum victoria occurrisset. At ille victor effectus, domumque revertens, invenit filiam sibi obviam cum tympanis venientem, quam voluit Domino sacrificare. Phinees autem sacerdos eam defendere non valens, relicto sacerdotio, adiit desertum. Ergo Judæi æstimant* (Vat. l. autumant) eum fuisse Heliam. Unde a Prudentio vocatur *vetus sacerdos*, Vat. A et l.
28. Segregem, segregatum, l.
29. Tradunt, dicunt, l.

30. Syrtium, arenarum, solitudinum, sazorum *syn-*
tes, petrosaque terra, l. *Eremi*. Vat. A.
31. Jugalibus, quadrigis, l.
34. Afflaret, inveniret, l.
40. Carentem, ipsum *Moysem*. — Substantia, cibi, ciborum, l.
43. Cernuo, inclinato, curvo, l.
44. Præstrictus, tactus, captus, l.
49. Flexuosa, devia. — Dispendia, pericula, vel *errores*, l.
50. Lineam, viam, l.
51. Obsequelam, obsequium, vel obedientiam, l.
53. Confragosa, ardua, vel aspera, l.
54. Converterentur, commutarentur, l.

COMMENTARIUS.

29. Put., Thuan., Vat. A, Prag., Alt., *Detersa et*
Alii *Detersa* ut.
26. Male Alex., Brev. Moz., Ald., Vatt. A, Q,
Helias.
27. In Vat. A, minus bene, *ruris et hospes*. Lib. III
Reg. cap. xvii, 2 et seq.: *Et factum est verbum Domini ad eum, dicens: Recede hinc, et vade contra orientem, et abscondere in torrente Carith, etc.* Chamillardus apposite notat, Heliam sacerdotem fortasse dici, quia holocaustum Domini obtulit, de quo agitur lib. cit. Reg. xv ii. Vide vers. 4 hymni 9 *Omni hora*, ubi David quoque vocatur sacerdos. Nebris-ensis *prophetam* intelligit. Glossa non placet.
28. Multa avert Savaro de *segregis* vocabulo ad verba Sidonii, *Segreges facti* pag. 352, ex Seneca et aliis.
29. Conjici potest *civium frequentiam*.
30. Prima Syrtis vel Syrtium significatio spectat ad duplicem sinum maris Libyci periculosissimum, inde ad solitudines mediterraneas Libyæ extenditur. Has indicat Horatius lib. i, oda 22, *Sive per Syrtis iter æstuosas*: nisi mavis, Horatium quævis loca deserta comprehendere voluisse, maxime arenosa et siticulosa. Prudentius, quod antea *rur aridum*, nunc *Syrtis* appellat., vide Apoth. vers. 443.
31. Vide lib. IV Reg. cap. ii, 11. Cham., male, *sex mox*.
32. Veti-iores Heins., Vat. A, *præpte*. Ald., Vat. B, Weitz., Gis., *præpti* cum Brev. Moz.
33. Ut supra dixit, Heliam fugisse criminum frequentiam, quia in hominum frequentia crimina patrari solent, sic nunc raptum ait, ne quid sordium ex propinquo contagio contraheret. Vide cap. iv Sapientiæ vers. 40 et seqq. Essæi, quo laudandos suscepit Philo, in solitudinem secedebant, existimantes, *ut contagionem aeris corporibus, sic conversationem vulgi animo nocere*.
34. Non placet Iso: melius *iniferet afflatu suo, nisi*

- C fortasse Iso vere scripserit *iniferet*.
36. Juvencus lib. i, *Scinditur auricolor cæli septemplex æthra*. Mar. Victor lib. ii, *motu septemplexis axis*. Isidorus ex Ambr. Hexaem. lib. ii, cap. 4. *Philosophi autem mundi septem cælos, id est planetas globorum consono motu introduxerunt*. Alia nunc tradunt de cælo philosophi.
40. Vide cap. xxxiv Exodi vers. 28. Ex hoc et præcedenti capite inferri videtur, Moysem vidisse tergum Domini, antequam jejunium quadragesimum pergerisset. Opinio de duabus tantum quadragesimis, a Moyse observatis, et probabilior et communior est.
41. Vestustiores Heinsiani, Vatt. A, B, l. Ald., Weitz., Egm., Gold., Hails., *precanti*. Bong., Gis., *precantis*. Widm. utrumque agnoscit. Sich., *Victus precantis solis in lacrymis fuit*. Obstat lex carminis in *solis*. Brev. Moz., *precantis solum in*, minus bene.
44. Rat., Bong. et Vulg., *perstrictus*. Optimi et plerique, *præstrictus*, ut sæpe alias apud Prudentium, a *præstringo*. Put. a manu prima habebat *perstrictus*. Teolius legit *præstrictus*, additque ita habere codd. mss., excusus vero *perstrictus*. At codd. mss. variant, et excusi optimi habent *præstrictus*, ut Ald., Weitz., Heinsius, Cell. Cham. et alii.
46. Rat., *non pro haud*, male. Vide cap. i et in Lucæ.
48. *Retorquere* est dirigere, reflectere.
49. In Rat. recenti manu erant addita hæc, *dispendia dedit sequendam*, prioribus erasis.
51. Hoc Plautino verbo *obsequela* sæpe usus et Prudentius, ut Cellarius notavit.
53. Weitz. cum al. is, *lenibus*, quod etiam habent nostri. S. Paulinus de S. Joanne Baptistæ Carm. 5, *Leniet aspera*. Aldus *lavibus* vel *levibus*, minus bene. Gis. 1 edit., *lenibus*; e lit. 2, *lavibus*. Heinsius edidit *lenibus*; sed nihil animadvertit.
54. Vat. B, Rat., Wid., *ne vel*, quod Weitzius est

Non usitatis ortus hic natalibus,
 Oblita lactis jam vieto in pectore
 Matris tetendit serus infans ubera :
315 Nec ante partu de senili effusus est,
 60 Quam prædicaret virginem plenam Deo.
 Post in patentes ille solitudines,
 Amictus hirtis bestiarum pellibus,
 Setisve tectus, hispida et lanugine,
 Secessit, horrens inquinari, ac pollui
 65 Contaminatis oppidorum moribus.

GLOSSÆ VETERES.

56. Non usitatis, *insolitus*. — Ortus, *natus est*, Iso.
 57. Jam vieto, *vetulo, maturo, antiquo, viribus privato*, I.
 61. Patentes, *vastas, amplas*, I.
 64. Secessit, *seorsum recessit*. — Horrens, *expavens*, I.
 65. Oppidorum, *populorum*, I.
 66. Parcus, *afflictus, abstinens*, I.

A Illic dicata parcus abstinentia
 Potum, cibumque vir severæ industriæ
 In usque serum respuebat vesperam,
 Parvum locustis, et favorum agrestium
 70 **316** Liquore pastum corpori suctus dare.
 Hortator ille primus, et doctor novæ
 Fuit salutis : nam sacro in flumine
 Veterum piatas lavit errorum notas :
 Sed tincta postquam membra defæcaverat,
 75 Cælo refulgens influebat Spiritus.

67. Industriæ, *diligentiæ*, I.
 69. Locustis, *locusta est genus avis digitalis longitudinis acri volatu, sed deciduo cito*. — Favorum, *non revera mel comedeat, sed confricata folia cujusdam ligni, quæ gratum saporem habebant velut mel*, I.
 73. Piatas, *immundas*. — Notas, *maculas*, I.
 74. Defæcaverat, *expiauit, mundavit, purificaverat*, I.

COMMENTARIUS.

amplexus contra leges carminis. Ald. et cæteri recte *meve*. In Rat., *quiquam, sed correctum manu recentiori quicquam*.

57. Vatt. B, I, Prag., Rat., Widm., Gold. supra *vigeto*. Bong., *vigeto in corpore pro vieto in pectore*. Terentius in Eunucho act. iv, scena 4 : *Hic est vietus, vetus, veterinosus senex*. Varro lib. iv de Ling. Lat. : *Viere est vincire, a quo est in Asoto Ennii, Ibant mane viere veneriam corollam*. Hinc vietus proprie flexus, et per translationem languidus. Nonnulli putant, secundam in vieto esse brevem ex Horatii versu oda 12 Epod., *Qui sudor vietis, et quam malus undique membris*; sed recte notat Riccioli Ind. 2, eam produci a Plauto, Terentio, Lucretio et Prudentio, cum sit *a vieto, es, vievi, vietum*. Horatius excusari potest ob synæresin, ut secundus pes sit spondæus. Quintianus Stoa communem esse patat.

58. Aldus mendose *verbera pro ubera*, uti vers. seq., *neccante pro nec ante*.

59. Breviar. Moz., male, *ante partum*.

60. Vat. A a prima manu, *prædicare, quod recte est emendatum*.

63. Vat. B, *setisque*, non male. In Rat., Vat. I et Gold. deest *et*; s-d debet addi, ut melius sensui consulatur, nempe *hispida et lanugine*.

64. Et pro ac Vat. A, Gis., et Teol.

68. In usque, ut ad usque et ab usque.

69. Giselinus parum prius ediderat cum Aldo, ut ipse ait, inepte. Castigavit postea parum duriuscule, ut ipsi videbatur, et coniciebat legi posse *parcum*, quod Heinsio non displicebat. In Vat. P et Brev. Moz., *parum*. Heinsius cum solo Put. *rarum* elegit pro *infrequenti victu*. Teolius Heinsium exscribit, quamvis PARVUM omnium pene codd. Vatt. esse fateatur. Sed cum cæteri Heinsiani præter Oxonium, qui habet *parum*, legant *parcum*, adhæreantque Lat., nostri, et Weitziani, hoc tenemus. Ita Sedulius in hymno abecedario, *Et lacte parvo pastus est*, nam modico pro parvo sine ulla necessitate correctores hymnorum invexerunt. Duplex hic oritur controversia : altera, *locusta*, quibus S. Joannes vescabatur, fuerintne genus avis, an herbæ; altera, an verum inel Joannes comederit. Plurimi veterum existimarunt, herbam fuisse hujusmodi *locustas*. S. Paulinus carmine 5 de S. Joanne Baptista : *Præbebant victum facilem silvestria mella, Pomaque, et incultis enatæ cautibus herbæ*. Alios omitto. Qui animadvertat, animalcula *locustas* dicta Levit. cap. xi, 21 et 22, inter animalia munda re-enseri, et aliorum populorum hunc quoque fuisse cibum, vix dubitabit, quin his animalibus S. Joannes victitaverit. Joannes Maldonatus in cap. iii Matth. hæreticos nonnulli exagitat, quod locustas caneros marinos interpretati fuerint, lege quidem im-

mundos, et vetitos; sed quos Joannes esitaret, ut libertatem evangelicam jam tum doceret. *Quis enim, inquit, dubitat, Joannem Baptistam Calvinistam aut Lutheranum fuisse?* Quamvis autem alii, Euthymio et Theophylacto referentibus, herbam, alii pyra silvestria, alii arborum frondiumque summas partes, quod Nicephoro placuit, locustas esse putaverint; Maldonatus ipse cum Origene, Hilario, Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, aliisque fere omnibus antiquis interpretibus animalia, sive aviculas, quas dixi, interpretatur. Quod attinet ad alteram questionem, mel silvestre exponit esse, quod apes in silvas avolantes in arborum truncis, aut in rupium fissuris elaborant : quod in Palæstina, lacte et melle manante, ut ea terra in sacris Litteris vocatur, omnino credendum est accidisse. Non autem probat, ejusmodi mel fuisse amarum et ori insuave, ac multo minus non fuisse verum mel, sed rorem quemdam quo Joannes, ut olim populus in desertis, alius fuerit. Rabanus Maurus tenet hanc sententiam, mel quo S. Joannes pascebat fuisse folia arborum candida et tenera quæ, manibus confricata et trita, odorem et saporem mellitum exhiberent. Alii existimant esse humorem ex arborum foliis collectum, alii mel riceum, de quo Plinius lib. xi, cap. 16, ex erica frutice autumnii tempore florente. Confer Cornelium a Lapide ad cap. iii Matth., et vers. 417 et 418 Dittochæi.

70. Error est Aldi *corporis vetus*.

72. Giselinus in cod. Daventriensi lectionem invenit, quam vel æque aptam, vel meliorem vulgari existimabat, scilicet : *Hortator ill' primus, et doctor novæ Salutis, atque gratiæ doctor novæ*. In Merano codice, qui dux fuit Giselinus ad suas emendationes, mutilus erat hic locus. Hæc varietas lectionis non est indicata neque a Weitzio, neque ab Heinsio, neque a recentioribus.

73. Ald., Nebr., Urb., Vat. Q, Brev. Moz., *veterum pietas*. Vatt. B, I, Prag. Rat., Gold., Vidm., We tz., *pie vetustas*; Hailsb. contra merum, *vetustas pie*. Legendum est cum Heinsiano, Bong., Wid. supra, Gis., *veterum piatas*; quod reperio in Alex., Vatt. O, P. Nebrissa suspicabatur *vietus*, ut supra *vieto in pectore*; vel *pietas* interjective positum, ut apud Virgilium, *Heu pietas, heu prisca fides!*

75. Spiritum sanctum super alios, quos Joannes baptizabat, specie visibili descendisse non recte colliges ex hoc loco. Vide comment. ad vers. seq. Narrationem Amphoclii in Vita S. Basilii, alias etiam ad Jordanem columbam Spiritus sancti descendisse, rejiciunt Baronius, et contra Franciscum Combelisium Bollandani. Vide Commentar. Victorii de æno veter. Christ.

- Hoc ex lavacro labe demp'ta criminum, **A** Corrupta vulgo so'verat lascivia :
317 Ibant renati non secus, quam si rudis Et inde bruto contumax fastidio
 Auri recocta vena pulchrum splendet : 90 Culinum superui negligebat numinis.
 Micet metalli sive lux argentei,
 80 Sudum polito prænitens purgamine.
 Referro prisca stemma nunc jejunii
318 Libet, fideli proditum volumine,
 Ut diruendæ civitatis incolis 95 Offensa tandem jugis indulgentiæ
 Fulmen benigni mansuefactum Patris Censura, justis exc'tatur moribus,
 83 Pie, repressis ignibus, pepercerit. Dextram perarmat rhomphæali incendio,
 Gens insolenti præpotens jactantia Nimbos crepantes, et fragosos turbines
 Pollebat olim : quam fluentem nequiter 95 Vibrans tonantum nube flammaram quatit.
 Sed pœnitendi dum datur diecula,
319 Si forte vellent improbam libidinem,
 Veteresque nugas condomare ac frangere,
 Suspēdit ictum terror exorabilis,

GLOSSÆ VETERES.

76. Hoc ex lavacro, hoc non est auctoratum, nam **B** 83. Ut, quomodo. — Diruendæ, destruendæ, l.
 Joannes in aqua tantum baptizabat, non in nomine Patris, 86. Insolenti, improba superbia, l.
 Filii, et Spiritus sancti : ergo illius baptisma nihil 88. Vulgo, ubique per populos, l.
 proderat, nisi Christo viam præpararet baptizatur, 89. Bruto, stulto. — Contumax, superba, l. Fasti,
 Vat. A. superbia, Vat. A.
 77. Non secus, non aliter, l.
 78. Pulchrum, adverbium, nomen pro adverbio, l.
 80. Sudum, adverbium, serene, id est serenum.
 81. Referre, dicere. — Prisci, antiqui. — Stemma, coronam, corona regalis, Iso.
 82. Libet, figurant de Ninivitis. — Proditum, manifestatum l.
 91. Offensa, irata, l.
 92. Censura, Dei judicium, l.
 93. Romphæali, gladii vindicta, l.
 96. Diecula, tempusculum, l. Tempus breve, Vat. A.
 98. Nugas, vanitates, l.
 99. Suspēdit, elevavit, l.

COMMENTARIUS.

76. Teolius glossatoris Vaticani sententiam adversus Prudentium approbat : sed Prudentius non aliter locutus est, ac multi alii SS. Patres qui disertè aiunt baptismum Joannis a baptismo Chr'sti diversum fuisse, et nihilominus baptismo Joannis peccatorum maculas ablutas esse proflentur. Sapienter Maldonatus adversus hæreticos, qui nullum discrimen inter utrumque baptismum agnoscunt, *Poetas*, inquit, ad cap. iii Matth., vers. 11, nobis Prudentium, et Juvencum aliquis objiciat, qui utroque baptismum Joannis Christi baptismo videntur æquiparare. Peccata enim remisisse dicunt. Possem respondere, non subtiliter, sed poetice locutos; sed non opus est poeti sententiam excusare, cum possimus in bonam partem interpretari. Multi enim veteres auctores eodem modo locuti sunt, qui iidem tamen negant, eundem Christi, atque Joannis fuisse baptismum. In eis recenset Basilium, Chrysostomum, Augustinum, Gregorium Magnum, Bedam, Theophylactum S. Lucas cap. iii, 3 : *Et venit, ait de S. Joanne, in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ IN REMISSIONEM PECCATORUM*. Huc oculos SS. Patres intenderunt, cum baptismum Joannis peccata fuisse remissa asseruerunt, quatenus scilicet ad pœnitentiam excitabat, qua peccata remitterentur, et ad Christi baptismum præparabat, quo, ut theologi loquuntur, ex opere operato maculæ criminum penitus eluuntur. Juvencus lib. i ad cap. iii Marci : *Nunc ego præteritas maculas in flumine puro Abluere institui : veniet sed fortior alter, etc.* S. Paulinus carm. 5 de S. Joanne Baptista : *Diluit infusus credentium crimina lymphis, Absolvitque vetus hominum, pœnasque remittit Atque ignem restinguit aquis : obliviam suadet Errorum, præstatque novæ nova corpora vitæ.* Basilus lib. de Baptismo : *Simul atque accesserat quis, et peccata sua, quantacunque et qualiacunque fuissent, confessus fuerat, in Jordani flumine baptizabatur, et confestim peccatorum remissionem accipiebat.* Chrysostomus theologiceam distinctionem edocet serm. 137 : *Erat penes Joannem venia, sed non sine pœnitentia : erat remissio, sed luctibus comparata.* Eodem sensu Spiritus, sive donum gratiæ, cælo refulgens invi-bilibi modo infusebat : ut re-fellas Nebrissam et Giselinum, qui id in Prudentio reprehendunt. Quin etiam cl. Bertius lib. xxxi de Theol. Disc., cap. 2, probat, Prudentii versus *Hoc ex lavacro, etc.*, accipiendos esse de remissione in

spe, et quæ lavacrum Joannis non comitaretur, sed conquere-tur, quia eodem in loco cecinit, *Sed tincta postquam membra defœcaverat, Cælo refulgens infusebat spiritus.*

81. In Vat. A erat stemma. An legendum schema? Stemma quidem est corona a στεῖνω : et quia Romani majorum suorum imagines in coronæ speciem in atris disponebant, idcirco insignia familiarum dicta sunt stemmata. Hoc loco stemma significare poterit imaginem, seu nobilitatem, et antiquitatem, ac velut seriem jejunii. Alii stemma illustre exemplam interpretantur.

82. Isonis glossa quo pertineat, non intelligo. Fortasse loco suo mota est, ut in his usu solet evenire, et post stemma tanquam diversa glossa legendum erit, figuram de Ninivitis.

84. In mansuefactum diæresis fieri solet in sue, ut versus constat. Teolus in uno Vat. invenit *benigne mansuefactum dextræ* : quod lex metri non patitur.

88. Nebrissa melius quam Iso, vulgo, communit, et passim exponit; qui etiam *fluentem nequiter* interpretatur *lapsus in libidinem*. Verbum *fluere* et *defluere* de libidinis sepe usurpatur.

89. Fastigio pro fastidio Hails.

90. Egm., et Vat. A a prima manu, *vultum pro cultum*; quod postremum longe melius est.

95. Romphæa est teli genus Thraciæ : alii hastam, D alii gladium dicunt.

94. Rat., male, fragrosas.

95. Ald., *nubem pro nube*, mendose.

96. Donatus in Andria act. iv, scena 2, et Eua. act. iv, scena 5, brevem moram interpretatur *dieculam*. Teolius ex nota unius Vat. ad marginem id secundum LXX dictum confirmat, quia hi tres tantum dies conversioni Ninivitarum assignant, quam lectionem cum alia Vulgatæ 40 dierum conciliare vult S. Augustinus lib. xviii, cap. 49, de Civit. Dei. Sed animadvertendum, tempus etiam 40 dierum dici potuisse breve, et *dieculam*, cum de gravissima ageretur, scilicet pœnitentia scelerum inveteratorum.

98. Vide proleg. num. 217 de verbo *condomare*, quod Blanchinius in *condonare* perperam mutavit. Prudentius *nugas* ponere solet pro libidine aut lascivia.

99. Melius *continuit manum* cum Nebrissa, quam *elevavit* cum Isonem.

- 100 Paulumque dicta substitit sententia.
Jonam prophetam mitis ultor excitat,
Pœnæ imminenti iret ut prænuntius.
Sed nosset ille cum minacem judicem
Servare malle, quam ferire ac plectere,
- 105 Tectam latenter vertit in Tharsos fugam.
Celsam paratis pontibus scandit ratem :
Udo revincta fune puppis solvitur.
Itur per altum : sit procellosum mare.
Tum causa tanti quaeritur periculi :
- 110 Sors in fugacem missa vatem decidit.
Jussus perire solus et cunctis reus,
Cujus voluta crimen urna expresserat,
Præceps rotatur, et profundo immergitur.
- 320 Exceptus inde belluini faucibus,
- 115 Alvi capacis vivus hauritur specu.
ransmissa raptim præda cassos dentium
Eludit ictus, incruentam transvolans

- A Impune linguam; ne retentam mordicus
Offam molares dissecarent uvidi,
- 120 Os omne transit, et palatum præterit.
Ternis dierum, ac noctium processibus
Mansit ferino devoratus gutture.
Errabat illic per latebras viscerum ;
Ventris mæandros circumibat tortiles
- 125 Anhelus, extis intus æstuantibus.
Intactus exin tertiæ noctis vice
Monstri vomentis pellitur singultibus,
321 Qua murmuranti sine fluctus frangitur,
Salsosque candens spuma tundit pumices,
- 130 Ructatus exit, seque servatum stupet.
In Ninivitas se coactus percito
Gressu reflectit; quos ut increpaverat,
Pudenda censor imputans opprobria,
Impendet, inquit, ira summi vindicæ,
- B 135 Urbemque flamma mox cremabit : credite

GLOSSÆ VETERES.

104. Plectere, punire, Iso.
105. In Tharsos, cum debuisset navigare Ninivem, fugit in Tharsos, I.
108. Per altum, profunditatem, I.
110. Vatem, prophetam, I.
115. Capacis, vasti. — Specu, scilicet in. — Hauritur, sumitur, voratur, Iso.
116. Raptim, velociter. — Cassos, vacuos, I.
117. Eludit, decipit, fallit, I.

118. Mordicus, mordaciter, I.
119. Uvidi, uvidi dicuntur molares, quia semper saliva perluuntur, Vat. A.
124. Mæandros, recessus, secreta, I.
126. Exin, mox, Iso.
131. Percito, veloci, I.
133. Censor, judex. — Imputans, numerans, I.
135. Credite, mihi, I.

COMMENTARIUS.

100. In Prag. prius paulum, sed inepte factum est paululum, cui metrum repugnat.
101. Hymno 6, vers. 93, benignus ultor. Sic nunc mitis ultor, et supra fulmen mansuefactum, terror exorabilis.
103. Heins. cum Put., Thuan., Noms., uno Torr., Oxon. in marg., ille qui. Ald., Gis., Weitz., et nostri, ille cum. Rott., ille dum.
104. Burmannus tom. I Antholog., pag. 736, conjicit ac perdere, quia præcedit servare.
105. Quænam sit hæc civitas, non una est interpretum sententia. Alii civitatem Ciliciæ, alii Carthaginem, alii Africam, alii mare Mediterraneum interpretantur; nonnulli Indiæ regionem volunt esse, quidam Tartessum in Hispania. Probabilis mihi est opinio Bonfrerii in notis ad Onomasticum urbium et locorum sacre Scripturæ, hoc nomine universe significari ea loca quæ navibus adiri possunt et solent, sive insulæ sint, sive loca transmarina.
108. Sich., iter pro itur, minus bene.
109. Weitzius et Cellarius nescio ubi invenerint causa tanta.

114. Non desunt interpretes qui cete illud balænam fuisse affirmant, aliis repugnantibus, quod balæna aretiori sit gutture, quam ut hominem integrum glutire possit. Prudentius paulo post dicit dentium et molares, quod balænis convenire nonnulli negant. Alii non unius speciei balænas esse affirmant, et alias quidem nullo dente, alias unico, alias pluribus gaudere tradunt. Ceti nomine omnes pisces majoris cujusdam molis comprehendendi, passim traditur. Piscem grandem, qui Jonam devoravit, fuisse eum qui charcarias dicitur, multi opinantur: ejus effligiem exhibet Aldrovandus lib. xiii, cap. 12 de Piscibus.
115. In Vat. A, haritur, a veteri manu.
119. Ald., Gis., Fabr. et alii cum Brev. Moz., vividi, quod Nebrissensis interpretatur vividi, acuti. Vatt. A et B, Prag., Rat., Heins. cum duobus vetustissimis uvidi. In Put., dissepant. Vat. A, dissecarent, Vat. B, desecarent. Offa accipi solet pro quali-

bet massa informi quæ in os injicitur. Ejus diminutivum ofella.

121. Hails., præcessibus, perperam.
124. Ald., Nebr., Gis., no-tri et Weitziani codd præter Widm. in textu, Brev. Moz., Gallandius cum Tornæo, recessus pro mæandros: in Widm. etiam ad marginem recessus, Weitz. et Heinsius cum Put., Oxon., Nom., Rot. et uno Torr. Vat. Q et Alex. ad oram, mæandros, quod magis placet: nam recessus videtur glossa, aut correctio alicujus, qui mæandros primam producere scierit, neque animadvertit, a Prudentio correptam hymno 6, vers. 142. In Egm., ventris recessus tortilis, quasi venter tortilis dicitur; non placet. Pro circumibat alii edunt circuibat.

126. Alt., et a manu prima Egm., vicem; molius vice.

127. Evomentis sive Alinius, sive Egmondanus potius; non enim clare locutus est Heinsius. Eques Victorius in prima littera dissertationis philologicæ exprimicuravit Jonam prophetam ex vetusta gemma, expansis elatisque manibus erumpentem, et fere medium prominentem ab ore ceti.

129. Mendum Vat. A cadens correctum est, ut sit candens. Apud Minucium Felicem aliqui legunt: Ibi arenas extimas, velut sterneret ambulacro, perfundens lenis unda tendebat. Alii restitutum tendebat. Elmenhorstius adducit auctoritatem S. Hieronymi, qui similiter eo verbo utitur, et hunc locum Prudentii; sed metrum corruptum uno verbo mutato: Salsosque candens spuma tundit silices. Ouzelius errore transcripsit. Quid ergo mirum, si olim monachis tantum florentibus, ejusmodi maculæ Prudentio adhæserint, et ex uno in aliud exemplar permanerint? De cana et candenti spuma fluctuum multa ibi Ouzelius, et nihil frequentius apud poetas quam tempestates describere.

131. Aliqui. Ninevitas scribunt.

133. Vat. B. judicis, sed videtur fuisse vindicis. Rat. et alius Vat. apud Teol., judicis. Brev. Moz., impendit.

- Apicem deinceps ardui montis petit,
 Visurus inde conglobatum turbidæ
 Fumum ruinæ, cladis et diræ struem,
 Tectus flagellis multinodi germinis,
 140 Nato et repente perfruens umbraculo.
322 Sed mœsta postquam civitas vulnus novi
 Haussit doloris, heu! supremum palpitat.
 Cursant per ampla congregatim mœnia
 Plebs, et senatus, omnis ætis civium,
 145 Pallens juvenus, ejulantes feminæ.
 Placet frementem publicis jejuniis
 Placare Christum: mos edendi spernitur.
 Glaucos amictus induit monilibus
 Matrona demptis, proque gemma, et serico

- A 150 Crinem fluentem sordidus spargit cinis.
 Squalent recincta veste pullati patres,
 Setasque plangens turba sumit textiles.
 Impexa villis virgo bestialibus,
 Nigrante vultum contegit velamine,
 155 Jacens arenis et puer provolvitur.
323 Rex ipse Coos æstuantem murice
 Lænam revulsa dissipabat fibula,
 Gemmas virentes, et lapillos sutiles,
 Insigne frontis exuebat vinculum
 160 Turpi capillos impeditus pulvere.
 Nullus bibendi, nemo vescendi memor:
 Jejuna mensas pubes omnis liquerat:

GLOSSÆ VETERES.

138. Struem, congeriem, cumulum, I.
 139. Flagellis, surculis. — Germinis, cucurbitar, I.
 142. Hausit, audivit, I.
 146. Frementem, irascentem. — Publicis, manifestis, Iso.
 148. Glaucos, nigros, canos, Iso.
 151. Bullati, aliter pullati, induti, ornati, gemmati. Pullati, i. e. nigri; qui in luctu vestibus nigris utuntur. Pulla vestis nigra dicitur, inde pullati patres, i. e.

- B nigri, I.
 152. Setasque, cilicis induebantur, Iso.
 156. Coos, Græcos. Coensis, ab insula ubi nascitur, I. Coa est insula ubi optima purpura invenitur, Voss. A. — Æstuantem, ostendentem. — Murices, purpuram, purpuræ regalia, I.
 157. Lænam, pallium imperatorum, genus vestis, pallium. — Dissipabat, scindebat, I.
 160. Impeditus, sædatus, maculatus, I.

COMMENTARIUS.

136. Ald., *deinde*, minus bene; reliqui, *deinceps*. Teolius, nescio, an data opera *deinde*, nullum enim allegat cod.

137. Prag., *turbidum*; alii *turbidæ*.

139. Weitz., Gis., Teol., Valt. B, I, P, Q, Urb., Rat., *multinodi*: quod Cellarius amplexus est, quia suavius profertur, et Apuleius usus est *multinodis voluminibus, multinodis ictibus*. Vat. O, *mendose, multinodi*, quod exstat etiam in Brev. Moz. Codex Alex., et Put. *multinodis a multinodis, multinode, ut trinodis, enodis*. Idem Egm., et Palat., et hoc comprobant Ald. et qui cum eo legunt *multimodis mendose*: non enim patitur carmen, uti neque *multimodi*, quod Pragensi insedit. Cellarius, et cum eo Teolius Heinsius arguunt, quod is negaverit *enodus et trinodus* dici. At Heinsius edidit *multinodi*, et solum ait in notis: Sic *clava trinodis poetis, non trinoda, et enode lignum*. Vide cap. iv Jonæ, vers. 6. Verior videtur sententia, fruticem Hebraice dictum *quiquaion* tantum nasci in Palæstina; hinc Græci, quibus hoc virgultum ignotum erat, *cucurbitam* vertunt, S. Hieronymus *hederam*, cui similis est. Ex picturis antiquis, ubi Jonas sub arbore dormiens exhibetur, ut in vitro antiquo olim musei Victorii, solum arguitur, auctore n. picturæ in hac vel in alia fuisse sententiã. Vide dissertationem Victorii de septem dormientibus, qui incassum conatur persuadere, auctoritate viri sui antiqui, quo Jonas sub cucurbita representatur, hanc quæstionem facile definiri.

140. Prag., *perfruente*, mendose. Brev. Moz., *hic et repente*.

142. Brev. Moz., male, *auxit* pro *hausit*.

143. Widm., *congregati*, non ita bene.

145. Hails., *pallans*; forte *pallans*.

147. Latinius difficultatem hanc excoit: *At Christus nondum natus erat. Eam præcepit ac dissolvit*. Nebrissa. Vide vers. 68 hymni 4.

150. Ald., *sordibus* cum Vat. A et aliis.

151. Heins. cum Put., Thuan. et aliis, *pullati*, quod habent etiam nostri. Weitz. cum Hails. et Gold., *bullati*. Utramque lectionem videtur Iso agnovisse. Pro *recincta* aliquis *relicta*.

152. Rat., *turma*; melius *turba*.

153. Vossius et Borrichius proseripserant vocem *bestialis*; cam ex Prudentio Cellarius sæculò æneo

restituit.

154. Vat. A pro div. lect., *nigranti*. Carmen *nigrante* exigit. Hymn. 2 Perist., vers. 379, *nigranti sub velamine*.

156. Vat. B, Prag., Rat., Sich., Gold., Hails., Bong., Wid. ad oram *Chios*. Alii *Coos*, quod verum est: nam celebres erant vestes tenuissimæ, quæ fiebant in insula Coos. Vide Ovid., Proper., et alios prætas. Prag. in mar. *Choos* indicat hoc ipsum *Coos*. Vat. A, *murice*, sed recentiori manu factum *murices*. Puto *Coos æstuantem murice*, quod in suis exemplaribus Torrentius invenit, et castigandum censuit *Coos exæstuantem murice*. Mihi non displicet illa lectio etiam sine castigatione. Etenim Prudentius, quod in verbis Græcis facere solet Virgilius, interduum vocalem ultimam per dialæphen non elidit. et hoc loco imitatus videtur illud iv Æneid., *Tyrioque ardebat murice læna*. Nihilominus Heinsius lectionem, quam codices constanter tæuentur, vindicare satagit, pluribus allatis exemplis ex Prudentio et aliis, ut *æstuarum sitim, cursum, æstum, annum*, et similia, quæ existimo, non nihil esse diversa a re nostra *æstuarum murices*; et ut concedam, dici posse, dubium semper mihi erit, an Prudentius id maluerit, quam *Coos æstuantem murice*. Locum hunc imitatus est Alcimus Avitus lib. iv, *Proicit hinc sceptrum, linguæ sublimis tribunal, Pallia blattarum sperto distulata auro, Serica despiciens*. De fibula vestiaria vide Pignorium in comment. de Servis, pag. 78.

159. Hæc omnia ad dolorem significandum spectant, *scindere vestem, coronam regiam abjicere, cinere capillos conspergere*. Paschalis de Coronis ex his versibus probat usum abjiciendi diadema in magno aliquo dolore; ut etiam in metu ex aliis versibus Apoth., *Ipse quoque exanimis*. Vide ejus cap. 11, lib. x.

160. Paschalis legebat *impeditos*, et inepte monuit legendum *impediens*.

161. Agobardus in lib. adversus Amalarium hos versus allegat, et interpretationem Prudentii laudat: *A majori usque ad minorem. Videt cet usque ad lactentem, sicut senserunt, qui de hac laudabili penitentia scribere voluerunt; e quibus unus Prudentius, vir doctus. Nullus, inquit, bibendi, etc.*

162. Agobardus loc. cit. pro *omnis* habet *omnes*, quod exstat in Vat. A, Egm. et Weitz. *Pubes an*

Quin et negato lac'e vagientium
 Fleitu madescent parvulorum cunulæ :
 163 **324** Succum papillæ parca nutrix derogat.
 Gregeſ et ipsos claudit armentalium
 Solers virorum cura, ne vagum pecus
 Conſingat ore rorulenta gramina,
 Potum strepentis neve fontis hauriat ;
 170 Vacuis querelæ personant præsepibus.
 Mollitus his, et talibus, brevem Deus
 Iram refrenat, temperans oraculum
 Prosper sinistrum : prona nam clementia
 Haud difficulter supplicum mortalium
 173 Solvit reatum, sitque faulrix flentium.
 Sed cur vetustæ gentis exemplum loquor ?
 Pridem caducis cum gravatus artubus
 Jesus, dicato corde jejnaverit :

A
 Prænuncupatus ore qui propbetico
 180 **325** Emmanuel est, sive nobiscum Deus
 Qui corpus istud molle naturaliter,
 Captumque laxo sub voluptatum jugo,
 Virtutis arcta lege fecit liberum,
 Emancipator servientis plasmatis,
 185 Regnantis ante victor et cupidinis.
 Inhospitali namque secretus loco,
 Quinis diebus octies labentibus,
 Nullam ciborum vindicavit gratiam,
 Firmans salubri scilicet jejuni
 190 Vas appetendis imbecillum gaudiis.
 Miratur hostis, posse lunum tabidum
 Tantum laboris sustinere, ac perpeti.
326 Explorat arte sciscitator callida,
 Deusne membris sit receptus terreis :

GLOSSÆ VETERES.

164. Cunulæ, *cunabula*, l.
 168. Rorulenta, *humida*, Iso.
 169. Strepentis, *ebullientis, bullientis*, l.
 172. Oraculum, *responsum, minam*.
 173. Prosper, *propitius*. — Sinistrum, *minacem*, l.
 175. Faulrix, *adjutrix*, Iso.
 181. Molle naturaliter, *quod naturaliter infirmum est et fragile*, l.

B
 184. Emancipator, *liberator, domitor*. — Plasmatis, *corporis*, l.
 185. Cupidinis, *quia cupidinem, quæ antea regnat: at in hominibus, ipse devicit penitus*, l.
 188. Vindicavit, *usurpavit*, l.
 190. Gaudiis, *cælestibus, non sæcularibus*, l.
 191. Tabidum, *tabescentem*, l.

COMMENTARIUS.

pubis scribatur, parum interest, dummodo constet, ultimam hoc loco corripit. Cellarius monet legendum *jejuna, non jejunas*, quod postremum a nemine dictum novi.

165. Vat. A. Put., Ambr., Oxon., Alex., unus Torrent., Weit., Pal., Bong., Hailsb., *derogat*. Alterum *denegat* sæpit glossam; quod tamen exstat in Vat. B, l, Prag., Ald., Gis., Hailsb. supra, et in Brev. Moz. Constat, Agohardum loc. cit. legisse *derogat*. Teolius legit ex mss. *derogat*, et in impressis ait esse *denegat*. Sed utrumque exstat tam in impressis quam in mss. Heins., Cel., Cham. post Veitz., *derogat*. Noms. vero *abnegat* cum Vat. Q.

166. In Ox., *armentarium* quasi armentariorum. Virgilius et *armentarius* et *armentalis* utitur.

168. Vossius et alii negarunt, Latinam vocem esse *rorulentus*. Ea usi sunt Columella, Plinius, Solinus.

169. Aldus discrete *hauriant*, quod in Thuan. et Ox. reperit Heinsio placuit. Sed cum præcesserit *contingat*, et in reliquis sit *hauriat*, hoc præfero.

173. Plerique *prosper*, quod optime cohæret cum verbo sequenti *sinistrum*. In duobus Heinsianis *propere*, quod parum congruit. In uno Torrent., *propter*. Sichardus margini apposuit, *Propter habent nonnulli codices, tanquam propere dicas*. Gis. 2 edit., *propere*; in 4 edit. hoc ipsum ad oram, in textu *prosper*. Brev. Moz., Fabr., Bong., *propere*.

174. Ald., Weit., Bong., Gold. a prima manu, Gis. 1 edit., Vat. A, *supplicem*. Vat. B, Prag., Rat., Gold. supra, *supplicum*.

178. Verbum *jejunare* solum reperitur apud ecclesiasticos scriptores, Tertullianum, Hieronymum et alios.

179. *Prænuncupo* ex analogia formatum, Exemplum antiquius deest.

181. Cham. edidit *corpus illud*.

184. Thuan. scribit *emancipator*.

186. Vides originem jejunii quadragesimalis: nam infra vers. 196, *Hoc nos sequamur*. Binghamus, qui lib. xxi, cap. 1 Antiq., tuetur, probabile esse, initio jejunium fuisse 40 horarum, non 40 dierum, ad hæc et similia SS. Patrum verba noluit animum advertere. Leges ipsæ imperatorum, quas ad vers. 14 hymni seq. exhibemus, quadraginta dies fuisse testantur. Equidem potius crediderim, in jejuniis remissionem

aliquam esse inveciam, quam ut quadraginta horæ in quadraginta dies fuerint conversæ.

187. Loquitur de quadraginta diebus, quibus jejnavit Christus Dominus. Hæc omnia habes cap. iv Matth. et cap. iv Luc.

188. *Gratiam ciborum* Nebrissa interpretatur suavitatem. Hic accipitur pro munere, favore, beneficio, quod nobis confertur. Vide hymn. 11 vers. 5. *Hec quam fugacem gratiam*.

190. Corpus vocat animæ vas, uti S. Paulinus de obitu Celsi: *Sola resurgendi caro perceptura vigorem, Quæ rationalis vas animæ fuerit*. Ex I Thessal. iv, 4, *Ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore*. Lupius, tom. I, dissert. 11, pag. 203 et seqq., probat multis exemplis, animas in sepulchris Christianorum sub columbarum specie effingi prope vas quod symbolum est corporis, uti columba symbolum est animæ. Vide Apoth. vers. 1025, et Hamartig. vers. 281. In cado vini corpus etiam representari, quasi vino anima exprimeretur, idem Lupius suspicatus est. Vide comment. ad hymn. 9 vers. 28.

191. Non semel Prudentius *limum* de corpore humano dixit, quod ex luto factum.

194. Vat. A, mendose, *sit recertus*. Mira Dei providentia factum est ut mysterium Incarnationis diabolo celaretur, eique ignotus esset partus Virginis deiparæ. Rationem S. Ignatii martyris aliorumque Patrum, Christum a desponsata conceptum, ut ejus ortus ex virgine celaretur diabolo, explicant et defendunt Petavius alique theologi. Hoc signum datum fuerat advenientis Messæ. Isaïæ cap. vii, 14 et seqq.: *Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo — Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet et pariet filium. Quærat aliquis quale hoc signi genus fuerit, si, ut partus Virginis celaretur diabolo, ea Joseph erat desponsata. Qua enim ratione Hebræi ex virgine natum Jesum scire poterant? Hanc quæstionem duobus distichis quidam complexus est et dissolvit: *Virgineum partum signum, pignusque salutis Promissæ Hebræis esse Deus voluit. Qui nosse id poterant? non ti si nempe Mariæ In vultum, et mores Virginia inspicerent*. Quod epigramma in gratiani cl. Josephi Bustinzuria, quem immaturo funere nuper raptum.*

- 193 Sed, increpata fraude, post tergum ruit. A Opem benignam terre supplicantibus,
Hoc nos sequimur quisque nunc pro viribus. Unam paremque sortis humanæ vicem
Quod consecrati tu magister dogmatis 215 Inter potentes atque egenos docere.
Tuis dedisti, Christe, sectoribus, Satis beatus quisque dextram porrigit
Ut cum vorandi vicerit libidinem, Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
200 Late triumphet imperator spiritus. Cujus sinistra dulces factum nescias,
Hoc est, quod atri livor hostis invidet, Illum perennes protinus compleat opes
Mundi potique quod gubernator probat, 220 Ditatque fructus fenerantem centuplex.
- 205 327 Quod limat ægram pectorum rubiginem. Christe, servorum regimen tuorum,
Perfusa non sic amne flamma exstinguitur, Mollibus qui nos moderans habenis,
Nec sic calente sole tabescunt nives, Leniter frenas, facilique septos
Ut turbidarum scabra culparum seges Lege coerces,
Vanescit almo trita sub jejunio, 5 Ipse cum portans onus impeditam
210 Si blanda semper misceatur largitas. B Corporis, duros tuleris labores,
Est quippe et illud grande virtutis genus Major exemplis, famulos remisso
Operire nudos, indigentes pascere, Dogmate palpas.

GLOSSÆ VETERES.

198. Sectoribus, *discipulis*, I.
201. Hoc est, *ut ipse triumphet super carnem; jejunium*. — Livor, *invidia*, I.
203. Altaris aram, *aram fidei*. — Aram, *planitiem*, I.
204. Fidem, *oblationem*, I.
205. Limat, *purgat, mundat*, I. — Pectorum rubiginem, *corporis contagia*, Prag.
206. Almo, *cum aqua*, I.
207. Calente, *ardente*, I.
208. Scabra, *aspera*, Vat. A et Iso.

210. Largitas, *elemosyna*, Vat. A.
215. Ducere, *æstimare*, Iso.
220. Fenerantem, *seuus acquirentem*, Iso.
5. Impeditam, *valde gravatam*, I.
6. Tuleris, *patereris*, I.
7. Remisso, *levi, laxo*, I.
8. Palpas, *leviter tangis, leniter tractas, foves, blandiris*, I.
9. Rotat, *sc. jam*. — *Submissum, inclinatum*, Iso.

COMMENTARIUS.

amici legemus, olim factum, vel hac de causa hic placuit inserere, ut bene merenti qualemcunque hanc memoriam consecrarem.

195. Quod Mazochius tom. III Spic. Bibl. censuerit, Prudentium hoc loco verum lapsum diaboli in tergum affirmare, et non solum quod diabolus Christum reliquerit, non probatur Teolio, mihi non displicet. Aliqui legerunt in Matth., *Abi retro*.

196. Prag., male, *sequamur unusquisque*.

197. Ald., *tum pro tu magister*.

199. Heinio magis placet *vicerint* cum solo Ambr., idque secuti sunt Cell. et Teol. Sed recte *vicerit*, scilicet spiritus.

203. Veteres dicebant altaria esse tantum superorum deorum, ab altitudine nominata, aras deorum etiam inferorum, Prudentius aram altaris partem sanctiorem esse innuit. Vide Berthaldum de Ara cap. 2, qui ex Prudentio docet aram fuisse altaris fundamentum.

205. Vat. A, *corporis*; in margine, *Alii habent PECTORUM RUBIGINEM*. Oxon., Noms., Rottend., Egm., Pal., non omnino male, *corporis libidinem*; in Oxon. pro div. script., et in Brev. Moz., *pectorum rubiginem*. Amb., *llails*, *corporis rubiginem*. Thuan., *peccati rubiginem*, obtinente metro.

209. Brev., Moz., male, *alvo* pro *almo*.

214. Inter cæteras virtutes recte hanc collocat, putare, omnes homines natura esse æquales, et, quam vocant, acceptionem personarum fugere.

216. Giselinus pro *quisque quisque* quasi *quisquis* reposuerat, ignorans, *quisque* pro *quisquis* a poetis adhiberi solitum. Ausonius in sententiis Pittaci: *Pareto legi quisque legem sanxeris*. Exempla alia sunt in Cypriano, Sidonio et similibus. Plauti etiam et Terentii loca quædam lexicographi proferunt; sed in Terentio non est ita certa et constans lectio. In codice Theodosiano *quisque* pro *quicunque* seu *quisquis* frequenter occurrit. Vide ejus Glossarium in fine tom. VI Gothofredi.

217. Cur poeta hic dicit dextram rapacem laudis,

et illico ex Matth. cap. vi, *nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua?* Quia elemosyna quidem non est facienda, sicut hypocritæ faciunt, ut *honorificentur ab hominibus*; sed nihilominus laus semper inde exsurgit, et, ut Matthæus pergunt vers. 4: *Ut sit elemosyna tua in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*.

220. Hoc etiam desumptum ex cap. xix Matth. vers. 29: *Centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit*. Quo pertinent *opes perennes* versus superioris. Aliqui habent *centplex*, ut Alex. Apud Plautum *centplex* plerique legunt.

In Editione Parrhasii titulus hujus hymni 8 est: *Hymnus divi Prudentii post jejunium*.

3. Prag. *leviter*, mendose, et ex glossa pro *leniter*. Parrh., *sepius*, minus bene. Matth. cap. xi, vers. 30: *Jugum meum suave est*.

5. Vat. A et Prag. a secunda manu, *portas*, quod sustineri posset, si versus sequenti legeretur *toleras*.

6. Vat. A, *toleras labores*. Ait, Christum tulisse duros labores, et famulos *remisso dogmate* leniter tractasse, cum ob alia, tum ob jejunii legem. Siquidem Christus quadraginta integris diebus jejunavit: nobis in ipso jejunii tempore post certam horam cibis est permissus. Hinc *major exemplis*, quia non omnia quæ fecit ipse, fieri a nobis præcepit.

7. Parrh., *exerupto*.

8. Glossa Isonis ex etymologia ducta est: nam *palpo* est *leviter palma*, seu manu contractare.

9. Qua hora veteres jejunium solverint, ex hoc loco ostenditur. Ut noctem in vigiliis quatuor, sic diem ab ortu ad occasum solis in quatuor partes dividebant, et *primam, tertiam, sextam, nonam horam* suo ordine eas nominabant. Igitur tribus lucis, hoc est, diei partibus evolutis quarta succedebat, *hora nona* dicta. Ineunte hora nona collectæ fiebant, et jejunium solvebatur. Binghamus lib. xiii, cap. 9 § 2 Antiq. Christ., et lib. xxi, cap. 3, § 3, distinguit inter jejunia quæ ad vesperam proferebantur, et stationes sive semijejuna quæ hora nona solveban-

- Nona submissum rotas hora solem,
 10 **329** Partibus vixdum tribus evolutis,
 Quarta devexo superest in axe
 Portio lucis.
 Nos brevis voti, dape vindicata,
 Solvimus festum, frulmurque mensis
 15 Affatim plenis, quibus imbuatur
 Prona voluptas.
 Tantis æterni favor est magistri:
 Doctor indulgens ita nos amico
 Lactat hortatu, levis obsequela ut
 20 Mulceat artus.
330 Addit et, ne quis velit invenusto

- A Sordidus culta lacerrare frontem:
 Sed decus vultus, capitisque pexum
 Comat honorum.
 25 Terge jejunans, ait, omne corpus,
 Neve subducto faciem rubore,
 Luteus tingat color, aut notetur
 Pallor in ore.
 Rectius læto tegimus pudore,
 30 Quidquid ad cultum Patris exhibemus.
 Cernit occultum Deus, et latentem
 Munere donat.
331 Ille ovem morbo residem, gregisque
 Perditam sano, male dissipantem

GLOSSÆ VETERES.

10. Vixdum, *adhuc*.—Tribus, *horis*, ex 12 *horis*, l. B
 14. Solvimus, *frejimus*.—Festum, *jejunium*, *laudem*, l.
 15. Affatim, *abundanter*.—Imbuatur, *satietur*, *refoveatur*, l.
 17. Favor, *clementia*, l.
 19. Lactat, *blanditur*, l.
 21. Invenusto, *indecenti*, l.

22. Lacerare, *sordidare*, ..
 24. Comat, *ornat* (lege *ornat*), l.
 27. Luteus, *croceus*, *rubicundus*.—Tingat, *colorat*, l.
 29. Pudore, *castitas*, l.
 33. Morbo, *in morbo*.—Residem, *pigram*, l.
 35. Vellus, *dicitur a vellendo*, quia antiqui non tondebant oves, sed vellera ab eis evellebant, l.

COMMENTARIUS.

tur: et de his stationibus intelligit Prudentium, advertitque festum denotare stationem qua religiosi conventus in ecclesia observabantur. Ineptissima est hæc ratio, nam Prudentius hymno superiori, vers. 4, pariter ait: *Festumque nostrum rex serenius aspice*, ubi de jejunio quadragesimali certe agitur. Existimo, discrimen inter jejunium quadragesimale et stationum ratione durationis ætate Prudenti non fuisse ab omnibus observatum, et hora nona adveniente liberum fuisse jejunium solvere aut continuare, ut ex versu 65 et seqq. hujus hymni colligi potest.

12. Juvencus similiter lib. III, *Ultima labentis restabat portio lucis*.

13. In Rat. ex *vindicta* recte factum *vindicata*. Chamillardus interpretatur *paratis cibis*. *Vindicare* est aliquid sibi proprio facere. Christianis vetitus est cibus jejunii tempore, qui soluto jejunio restituitur, seu permittitur.

14. Intellige festum *brevis voti*, seu brevis jejunii. Vide supra hymno 7, vers. 4, ubi jejunii dies festus vocatur, quia juniorum victima hatur. Opinor Prudentium etiam respexisse Theodosii imperatoris legem 4 de Quæst. in cod. Theodos. : *Quadragesima dierum, qui auspicio cæremoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeat criminalium questionum*. Et leg. 5: *Sacris quadragesimæ diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum*. Ludos etiam et spectacula in diebus jejunii fuisse prohibita, ut in aliis diebus festis, multi opinantur.

15. Barthius, quia Prudentius mediam syllabam in *affatim* corripit, colligit cap. 11 lib. XL, *affatim* potius a *fatigando* dici quam a *copia fandi*. Dubium non est quin ea syllaba sit brevis, undecunque id adverbium derivetur. An possit produci exemplo Aratoris lib. II historię apost., disputat Ricciolius ludice 2 Prosodie.

16. Hails. et Wid. supra, *voluntas*; Nebrissensis *pronom* dicit voluptatem, quia ad eam pronom sumus. Poterit intelligi voluptas *prona in cibis*.

19. Verbo *lactandi* non semel utitur Prudentius significatione quadam ab aliis non animadversa. Alia significatione *lacto* est a *lacte*, sed hic est a *lacio*, a quo est *allicio*, *pellicio*, et frequentativa *oblecto*, *delecto*, *illecto*, *prolecto*. Igitur *lactat* est *attrahit ulli-ciendo*. In Avito, lib. V, ita lego et intelligo, *Protinus et laxis verbo lactante venenis*. Ilac significatione defendam vers. 613 Apoth., *lactantibus horis*. In sacris Litteris simili significatione verbum *lacto* adhibetur. Prov. I, 10: *Si te lactaverint peccatores*; et cap. XVI,

29: *Vir iniquus lactat amicum*; ubi vox Hebraica sonat allicere. Iterum brevitate jejunii præscripti indicat his verbis, *levis obsequela*. Dum autem toties repetit benignitatem Dei, qui onus grave nobis non imponit, satis declarat, jejunium ex necessitate et cogente præcepto observandum, contra quam hæretici blaterant, qui veteres Christianos libere jejunasse tradunt. Sane si id quod Christianorum primi temporis pietas libere exsequabatur, esset attrudendum, superflua essent hæc omnia *de hora nona, de remisso dogmate, de brevi voto, levi obsequela*. Etenim, ut ex Irenæo refert Eusebius Hist. lib. V, cap. 25, alii jejunabant diem unum, alii biduum vel triduum, alii quadragesima horis diurnis ac nocturnis jejunium suum metiebantur. Vide quæ ex S. Augustino annotavi proleg. num. 172.

21. Aldus, mendose, *adit pro addit, et in venusto*. Hails., *in vetusto*, supra *invenusto*. Nebrissa, *invenuste*, adverbium. Exponit poeta æsententiam Salvatoris Matth. cap. VI, 17 et 18: *Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum*, etc.

22. Aldus, *cultum*: *cultu* exigit sensus. Aliqui codices Heinsiani et Gis. I ed., *sordidus* pro *sordidus*, quod longe melius est. Nebrissa legit *macerare* pro *lacerare*; sed a *in macero* est longum.

23. In Prag. ex *pexum* factum *plexum*. Sed *pexum* verum est. Capillus intelligit.

26. Matth. VI, 16: *Cum autem jejunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes*.

27. In glossa Isonis mendum latet, ut opinor. Color enim luteus non est rubicundus. Fortasse legendum erit *croceus*, non *rubicundus*. Ovidius, lib. XV Metam., *sulphura lutea* appellavit.

31. Parrh. *cernat*, et vers. seq., *munere ditet*. Heinsius argutam et ingeniosam putat conjecturam Gronovii, *patenti munere donat*, cum in Nouns. reperit ipse Heinsius *latente*. Egm. quoque et Pal., et ex nostris Vat. A, *latente*. Mihi vero multo magis placet *latentem*, quod est in Ald., in plerisque Heins., Weitz., Vatt. B, I, O, P, Q, Urb., Alex., Prag., Rat., Gis. Insistit enim poeta in evangelicis verbis, qualia quidem nunc in Vulgata leguntur, et olim in Græca evangelio S. Matthæi legebantur; et *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*, ubi nulla mentio *muneris patenti*, sed ejus qui *latens* jejunat.

34. Legendum *sano*, id est gregi, cum Vat. B, Rat., Put. Thu., Rot., Weitz., et suspendenda oratio usque ad sequentem stropham. Alii habent *sanat*.

35. Rot. et unus Vat. Apud Teopium, *affatum*, satia

- 35 Vellus affixis vepribus per hirtæ
Devia silvæ.
Impiger pastor revocat, lupisque
Gestat exclusis, humeros gravatus
Inde purgatam revehens aprico
- 40 Reddit ovili.
Reddit et pratis, viridique campo,
Vibrat impexis ubi nulla lappis
Spina, nec germen sudibus perarminat
Carduus horrens :
- 45 Sed frequens palmis nemus, et reflexa
332 Vernat herbarum coma: tum perennis
Gurgitem vivis vitreum fluentis
Laurus umbumbrat.
Hisce pro donis tibi, fide pastor,
50 Servitus quænam poterit rependi?
Nulla compensant pretium salutis
Vota precantum.
- A
Quamlibet spreto sine more pastu
Sponte confectos tenuemus artus,
55 Teque contemptis epulis rogemus
Nocto dieque:
Vincitur semper minor obsequentum
Cura, nec munus Genitoris æquat,
Frangit et cratem luteam laboris
60 Grandior usus.
Ergo, ne limum fragilem solutæ
Deserant vires, et aquosus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus enervans,
65 **333** Laxus ac liber modus abstinendi
Ponitur cunctis, neque nos severus
Terror impellit: sua quemque cogit
Velle potestas.
B
Sufficit, quidquid facias, vocato
70 Numinis nutu prius, inchoare,

GLOSSÆ VETERES.

38. Exclusis, *expulsis*, l. — Gravatus, *habens gravatos humeros*, Vat. A.
39. Revehens, *reportans*. — Aprico, *æstivo, calido, sereno, quasi Africo, i. e. locus, qui sine frigore*, l.
42. Vibrat, *crescit*. — Impexis, *horrentibus* l.
43. Sudibus, *spinis*, l.
45. Frequens, *densa*, Iso.
46. Vernat, *floret*. — Tum, *etiam*, l.
49. Hisce, *pro istis*, l.

51. Compensant, *rependunt*, l.
54. Confectos, *constrictos, afflictos*, l.
59. Luteam, *limosam, i. e. corpus, propter costas*.
Al. corpus a costis, l.
60. Usus, *jejunii*, Iso.
61. Limum, *hominem*, l.
64. Enervans, *infirmans*, Iso
71. Tu, *sc. dum*, l.

COMMENTARIUS.

congrue, quod Cauchio placebat. Rat., minus bene, *affixit*. Etymologia Isonis in *vellus* deprompta est ex Varrone lib. IV de Ling. Lat. alii *vellus* dictum aiunt, quia *velat* ovem.

38. Aldi error est *gravatos*. In Egm. et Hails. pariter *gravatos*. Apud veteres interdum *u* per *o* scribatur, ut *servos* pro *servus*.

39. Glossam Isonis ita intellige, ut *apricum* sit quasi *Africum*, hoc est sine horrore aut frigore a *apricis*. Hinc Africum nonnulli dictam putant, alii ab Apher, nepote Abrahami.

41. Mendum Aldi, *et patris*. Videtur Prudentius respexisse ad psal. xxii, vers. 2: *In loco pascuæ ibi me collocavit*. Vide Barthium, lib. xxxii, cap. 2, qui hunc locum explicat de prato et rore psalmi xxiii, uti etiam carmen de Passione: *Te rore fovebunt Cælesti pratique boni dulcedine pascent*. Corrigit enim Barthius *prati pro pacti*. Hæc vero parabola de ove amissa, quam inveniens pastor, imponit in humero suos gaudens, refertur Lucæ cap. xv, vers. 4 et seqq. Prati cælestis similis descriptio supra hymno 5 vers. 113 et seqq.

42. Aldus, *implexis*, minus bene. *Lappæ* sunt herbæ quæ vulgo in pratis vestibis adhærent. Virg. Georg. lib. I, *subit aspera silva, Lappæque, tribulique*.

43. *Sudes* sunt valli e quocunque ligno in modum mucronum contra transgressum, aut transcendum eorum qui vellent insillire. Prudentius *sudes* posuit pro *spinis*, seu *tribulis cardui*.

46. Widm., *dum*; melius *tum*.

47. Fabr. et Gis. 2 edit., *viri*. Tum legi posset *fluenti*.

58. *Genitorem* Deum appellat, ut sæpius *Patrem* more evangelico.

59. Vat. B. *frangat*. Alii et sensus postulant *frangit*.

64. Cur *enervans*, prima correpta, efferatur, dixi proleg. num. 219. In vetustioribus Heinsii, et Ambrosiani schedis Parrh. et Alex. scribitur *inerrans*, et eodem modo in codice valde antiquo Althelmi de virginitalis Laude, qui exstabat in Bodleiana Oxoniæ

bibliotheca. Gellius testatur, et vetusta exemplaria comprobant semel tantum exprimi *n* in vocalis *inittor*, *innecio*, et similibus, quorum imitatione *inervans* aliqui putant factum, quasi *innervans*. Heinsius aliquando suspicatus est *inerrans*. Si conjectura esset utendum, mallem *inermans* ab *inermis*. Festus meminit verbi *inermo*, *as*, pro armis spoliare. Salmasius vult *inervans* pro *enerrans* mutato *e* in *i*, ut possit corripri: sic Apoth. vers. 400 aliqui habent *inergime* pro *energema*.

65. Minime asseritur hoc loco libertas jejunandi, qualem hæretici defendunt: sed solum in jejuniis esse modum præscriptum, ultra quem abstinentiam protrahere cuilibet relinquitur liberum. Adducit enim poeta in exemplum ipsum cibum quem post jejunium sumebant, quem salubrem fore confidit. Binghamus cum Hieremia Taylorio perperam abutitur his versibus ad plenam jejunii libertatem sustinendam. Vide supra notata, et observa poetam in toto hymno sibi cohærente. Ne *grandior usus laboris frangat luteam cratem corporis*, ac *ne solutæ vires deserant limam fragilem*, concludit, *laxum ac liberum modum abstinendi esse cunctis positum*, hoc est, non esse præscripta nimium longa jejunia.

69. Pia et constans est Christianorum consuetudo Deum ad singulas actiones invocandi, ut per Deum semper incipiant, quod publicis precibus canimus, et per eum cœpæ finiuntur. I ad Corinth. x, 31: *Sire ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite*. Vide ad Colos. cap. III, 17. In conviviis ne inter cibum, et potum Dei memoria elaberetur, Christiani antiqui vasa, quibus ad prandia utebantur, imaginibus Jesu Christi sanctorumque decorabant. Consule doctissimum opus Boonrotii de Vitris cœmeterialibus.

71. Prag., *menas*. Heinsius cum suis omnibus. Ald., nostri, etiam Alex., Urb., Vatt. O, P, Q, Gis. 2 ed., *renuas*. Wid., *renues*. Weitz., Sich., Bong., Gold., Gis. in marg. 1 edit., *renoves*, quod etiam in uno Torrentii, et in Vat. I reperitur: et sic recte in Vat. I, *cibumque*, non *cibumve*. Iude Heinsius olim

Sive tu mensam renuas, cibumve

Sumere tentes,

Annuit dexter Deus, et secundo

334 Prosperat vultu : velut hoc salubre

75 Fidimus nobis fore, quod dicatas

Carpimus escas.

Sit bonum, supplex precor, et medelam

Conferat membris, animumque pascat

Sparsus in venas cibis obsecrantium

80 Christicolarum.

A

IX. HYMNUS OMNI HORA.

Da, puer, plectrum, choreis ut canam fidelibus

335 Dulce carmen, et melodum, gesta Christi
[sti insignia.

Hunc camœna nostra solum pangat, hunc lau-
[det lyra.

Christus est, quem rex sacerdos adfuturum

[protinus

5 Infultus concinebat voce, chorda, et tympano,

GLOSSÆ VETERES.

73. Annuit, consentit. — Dexter, prosper. — Secundo, prospero, l.

74. Velut, sicut, l.

77. Bonum, cibus, l.

79. Sparsus, ipsa esca, vel cibus, l.

1. Puer, Christe. — Plectrum, pro lingua. — Choreis, can'ticis, l.

2. Melodum, modulabile, l.

3. Pangat, sonet. — Lyra, dicitur a varietate chordarum : lyra Græce varietas.

4. Rex, David, l. — Sacerdos, David, qui fuit sacerdos, quia ephod vestitus saltavit coram arca Dei Vat. A.

5. Infultus, veste sacerdotali indutus, Iso.

COMMENTARIUS.

conjecerat removes, et vers. seq., tentas : frustra ut postea fassus est, nam vera lectio est renuas. Idem in suis vetustioribus reperit cibumque, in recentioribus cibumve. Hoc postremum in nostris sensus confirmat. Est enim sententia, sive mensam renuas, sive cibum sumas, ex verbis Apostoli. Teilius legit renuas, cibumve sumere tentes cum uno Vat. antiquissimo, et Weitzio. Sed Weitzius clare habet cibumque, et ita etiam Vat. antiquissimus, si est Vat. I, ut esse puto. Nec placet quod idem smit tentes pro temnas, nam tentes idem est ac tentes, in veteri scribendi ratione, non frequentativum a temno. Parrhasius nobis favet, sed non bene tentas edidit pro tentes.

77. Dixerat, fore salubre hoc quod dicatas carpimus escas, prout sudebat : precatur ut hoc ipsum sit reipsa salubre, bonum, faustum. Ex formula auspicato aliquid inchoandi, Quod bonum, felix fortunatumquesit. In Alex. et Urb., amen post hunc hymnum ascribitur.

Inscriptio 9 hymni non eadem est apud omnes. Aldus, ad omnes horas. Vatt. R, l. Rat., Bong., Thuan., omni hora. Oxon., omnibus horis. Rott., hymnus semper canendus. Gis., hymnus omni hora, atque die, et ad marg., de miraculis Christi. Spiegelius, qui in codice Peutingeri invenit omni hora, et in alio exemplari, Ode de gestis et miraculis Christi; in aliis vero exemplaribus, Hymnus ad omnes horas de miraculis Christi, hunc postremum titulum præposuit uberrimo commentario in hunc hymnum, ad quem perficiendum usus est codice Peutingeri obsoleto, ut ait, vetustatis. Alium titulum : De miraculis Salvatoris nostri. vide proleg. num. 103. Vat. A, Put., Ambr., Weitz. et alii, Hymnus omnis horæ, sicut solet dici, homo omnium horarum. Et cum hactenus Prudentius hymnos statis horis canendus scripserit, hunc offert pro qualibet diei hora. Mozarabes hunc hymnum recitant in resurrectione Domini et feriis sequentibus, qui in editione recenti Breviarii Isidoriani exstat pag. 385 et pag. xcix inter hymnos, siropharum ordine aliquatenus inverso. Variantes lectiones ascribemus, etiam vitiosas, ut possit aliquando emendatio exhiberi. Joan. Ludovicus Vives eundem hymnum fere totum inseruit opusculo suo Sacrum diurnum de sudore Christi, sed ex editione aliqua mendosa, quales tunc erant in usu.

1. Giselinus Jacobo Meyero attribuit, quod hunc hymnum, et primum libri Perist. mutata carminis forma restituerit. Erant enim secti in Alemanios et Euripideos. De qua sectione dixi in Proleg. Aldus integros trochaicos etiam edidit, et in codicibus quibusdam in se. pariter ea forma observatur, quod videtur voluisse Prudentius : nunquam enim post extremas syllabas Alemanii ita versum conclusit, ut si esset distinctus, sed tanquam integrum versum sine

B ullo vocalium concursu Alemanium et Euripidium continuavit. Vide etiam hymn. 4 lib. Perist. Crinitus inter hymnos Prudentii, quos celebrari asserit, recenset hymnum De gestis et miraculis Christi. Fabricius hunc hymnum expositurus inscripsit : Pæan de vita et morte Christi, postea vero addidit : Omni hora atque die. Pæan est carmen gratulatorium propter partam aliquam victoriam, quod Christo maxime congruit. Nemini fortasse in mentem venerit interpretatio glossæ : Puer, Christe. Prudentius more lyricorum poetarum servum vocat, qui plectrum afferrat. Fabricius ait respexisse ad consuetudinem antiquorum, ut pueri lyra canerent, aut puero cithara ludente, alii canerent; quod constat ex Athenæo. Puer antiquis est servus, sive famulus, fere ut nunc, Italico et Hispanico idiomate, ii qui serviunt giovine et mozo appellantur. Horatius, lib. 1, oda 38: Persicos odi, puer, apparatus; et lib. 1, serm. 10: 1, puer, atque meo citus hæc subscribe libello. Propertius, lib. III, eleg. 19: 1, puer, et citus hæc aliqua propone columba. Ex jure civili hæc ipsa significatio colligitur. In sacris quoque litteris idem mos observatur. Contra puto, a senioribus Italice et Hispanice signori et snores appellari, qui domini sunt. Cum enim olim senior e domo aut familia dominus rerum esset, et antonomastice senior vocaretur. Fluxit inde ea vox ad eos omnes qui facultatibus essent præditi. Ita divitiarum naturam susque deque vertunt, efficiuntque ut et senes puerorum vocabulo notentur, et pueri seniorum nomine gaudeant. In nonnullis vulg. peperam fidibus pro fidelibus. Chorei sive trochei sunt pedes hujuscarninis proprii, aut cantica his pedibus insignita. Chorei autem fideles vocantur, ut Fortunatus, sive quisvis alius auctor hymni Vexilla regis prodeunt, dixit : David fideli carmine, et Prudentius hymno 7, fideli proditum volumine, et infra vers. 26, fideles pag næ.

2. Alex., melodios, forte melodon. Vat. A, ac pro et. Etymon vocis lyra deprompsit Iso ex Isidoro, lib. III, cap. 32 : Lyra dicta ἀπό τοῦ λυρῆν a varietate vocum, quod diversos sonos efficit. Credunt aliqui, lyram Græce et Latine dictam ab aspera illa soni exilitate lyr., lyr. Vide J. C. Scaligerum lib. 1 Poet.

4. Sacerdos iste a nonnullis creditur esse Melchisedech : quod ignorent, poetam id nominis prophetis dedisse, ut hymno 7, vers. 27, vetus sacerdos de Helia.

5. Infultus dicitur David, vel quia ephod lineo accinctus saltavit ante arcam Domini, vel quia rex erat, et infula est fascia in modum diadematis. Infulam pulchre describit Lucretius lib. 1 : Cui simul infulo virgineos circumdata comptus Ex utraque pari malaram parte profusa est. Vatt. A, R, Q, legunt corde pro chorda. Gold. et elidit.

- Spiritum cœlo influentem per medullas bau- A
[riens
336 Facta nos, et jam probata pangimus 15
[miracula, Quæque in his vigent sub alto solis, et luna
[negat, Corporis formam caduci, membra morti ob-
[noxia
Cominus Deum docendis proditum mortalibus.
10 Corde natus ex parentis ante mundi exor-
[dium, Induit, ne gens periret primoplasti ex germine,
Alpha, et α cognominatus: ipse fons et clau- Merserat quem lex profundo noxialis tartaro.
[sola O beatus ortus ille, virgo cum puerpera
Omnium, quæ sunt, fuerunt, quæque post fu- 20 Edidit nostram salutem, feta sancto Spiritu,
[tura sunt. Et puer redemptor orbis os sacratum protulit.
337 Ipse jussit, et creata dixit ipse et Psallat altitudo cœli, psallite omnes angeli:
[facta sunt, **338** Quidquid est virtutis usquam psallat in
[laudem Dei:

GLOSSÆ VETERES.

8. Orbis, *ordo angelorum*. — Terra, *homines*, I.
9. Cominus, *prope*, I.
14. Fossa ponti, *maris concavitas*, Vat. A. B 16. Obnoxia, *debitricia*, I.
21. Os, *faciem*, I.

COMMENTARIUS.

6. Rot., Brev. Moz., *fluentem*.
7. Aliqui mendose, *nos etiam*.
8. Alex. Vat. B, Ald., Weitz., *Testis est orbis*, quod mollius est, quam *Testis orbis est*, quod tenent Vatt. I, O, P, Gis., Heins., Teol. et alii. Vat. A, *Testis orbis terræ, nec ipsa*. Resistit metrum. Hails. et Vat. Q similis errore, *Testis est orbis, terra nec ipsa*.
10. Heinsio concinnius videtur, magisque ex Prudentii stylo *susus* cum Amb., quamvis cæteri quos viderit habeant *natus* cum Ald., Weitz., Gis., nostris omnibus. Cl. Teolius agnoscit, veriorum lectionem esse *natus*, et retinet *susus*. *Revocarem*, inquit, *natus*. Sed nihil ad sensum. Majori libertate uti debuit. Nam sive idem sit *sensus*, sive *secus*, excudendum est quod probabilius est ab auctore scriptum. Spiegelius in codice Cunradi Peutingeri alioque, sed minus fideliter, reperit *susus*; ipse tamen Alduin, et Daventriensem editionem secutus est ob auctoritatem ecclesiastici usus. Alex. quoque et Hymnarium Thomasi legunt *natus*, cum Urb., Vatt. I, O, P, Q. In codice Veliterno, de quo num. 212 proleg., sunt versus Fortunati in laude chrismatis, quod præter alios P. Michael Angelus Luchius Benedictinus notavit in nova editione Fortunati. Is in eo hymno hemistichium Prudentii transcripsit: *Corde natus ex parentis, alvum implens virginis*. Vide num. 43 proleg. de alio hymno, *Corde natus ex parentis*. Poeta exprimit locum psalmi cix, 3: *Ex utero ante luciferum genui te*.
11. Vat. B, A, et ω cognominatur, supra cognominatus. Alii *Alpha* et ω . Weitz., Gis. et nonnulli codd. recentiores, *cognominatur*. Vat. I, A, et ω cognominatur. Apocal. cap. xxi, 6: *Ego sum α et ω , initium et finis*. Quare non est necesse addere *omega*, ut plerique faciunt. Magnus fuit harum litterarum usus inter veteres Christianos. S. Paulinus natali 11 crucem describit cum litteris α et ω utrinque locatis, vers. 645; *Alpha crucem circumstat*, et ω *Alpha itidem mihi Christus*, et ω . Confer hymnum de nominibus Christi, quem ex laudato Veliterno codice edidi num. 212 proleg. Reperiuntur nummi imperatorum cum α et ω inscripti. Constantinopoli duæ columnæ exstant, et in earum basibus clypei cum his notis α et ω . Sepulchris Christianorum passim insculptæ eadem notæ. Vide monumentum vetu-tum sanctorum septem Dormientium, et commentarium Victorii, qui illud hujusmodi ornatu insignivit. Earum litterarum occasi ne Marcus et Colobarsus hæresin suam in alphabeto Græco fundarunt, ut refert Tertullianus lib. Præscriptionum, cap. 50. Confer Rosweidum in notis ad Paulinum præter Grezerum, et Lipsium de Cruce, Bosium, Aringhium, aliosque antiquitatum Christianarum scriptores.
12. Virgilius lib. iv Georg. vers. 392: *Novit namque omnia vates, Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur*.
13. Genes. cap. i, 3: *Dixit Deus, Fiat lux, et facta est lux*. Et ita in reliquis. Psal. xxxii, 9: *Quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt*. Suspiciantur aliqui, Pythagoram suum *Ipse dixit* ab Ægyptiorum vatibus didicisse: qui loquendi modus apud prophetas frequens est.*
14. Fossa ponti pro mari parum decenter dictum videatur. Alii *stagna profunda* non dubitarunt dicere. Spiegelius *trinam rerum machinam* accipit pro triplici principio secundum opinionem Peripateticorum, qui existimant tria esse rerum principia, materiam, formam et privationem. Nugæ. Poeta tres orbis partes, quas enumeravit, intelligit, cœlum, terram, mare. Imitatus eum est Fortunatus: *Quem terra, pontus, æthera* (nunc legimus in Officio ecclesiastico *sidera*) *Colunt, adorant, prædicant, Trinam regentem machinam Clausstrum Mariæ bajulat*. Respexit Prudentius ad psal. cxlv, 6: *Qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt*.
15. Usus est voce Apostoli, cum ait *corporis formam*. At ne quis ad inanem speciem corporis delinqueret, addidit *membra morti obnoxia*.
16. Alex. et nostri cum Aldo, item vetustiores Heinsiani, Weitz., Gis. et alii, *primoplasti*. Quod non est alienum a consuetudine veterum Christianorum; ut ex duabus vocibus, altera Græca, altera Latina, unam formarent. *Hibridas* hujusmodi voces Græcolatinas appellant. Alii *hybridas*, aut *ibridas* scribunt. Eas etiam a profanis scriptoribus usurpata ex Quintiliano aliisque constat. Siculos sermone quodam aiunt esse usos, qui quasi cinnus ex Latino et Græco mixtus esset. Rot., Torrentiani duo, Fabricius et Spiegelius habent *protoplasti*, quod Nebrissæ arridebat, præsertim vero Jacobo Meyero. Brev. Moz., *primo plautii male*.
17. Ald., Weitz., Spiegelius, Gis. et alii, *quam*, id est *gentem*. Vat. B, Rat., Prag., Fabr., Egm., Bonn., Put., Thuan., Ambr., Alex., *quem*, id est *primoplastum*.
18. Hails., Prag., *partus ille*.
19. Ald., *psallant te omnes angeli*. Vatt. A, B, I, O, P, Q, Urb., Brev. Moz., Rat., Weitz., Gis., *Psallant omnes angeli*. Meyerus cum hanc lectionem metro observari vidisset, reposuit, *Psallat omnis angelus*, quod secutus est Fabr., et Spiegelius *ex codicibus non depravatis*. Placet *psallite omnes angeli* cum Alex., Ambr., Put., Thuan. et uno Torrentiano. Nonnulli putant, ad usum ecclesiasticum factum fuisse *psallant omnes angeli*. Verum in hymnario Thomasi est *psallite omnes angeli*.

Nulla linguarum silescat, vox et omnis conso- A
[net.

25 Ecce, quem vates vetustis concinebant sæ-
[culis,
Quem prophetarum fideles paginæ sponde- 55
[rant,
Emicat promissus olim : cuncta collaudent
[eum.

Cantharis infusa lympha fit Falernum no-
[bile,
Nuntiat vinum minister esse promptum ex hy-
[dria.

30 Ipse rex sapore tinctis obstupescit poculis.

339 Membra morbis ulcerosa, viscerum pu-
[tredines,

Mando, ut abluantur, loquit : sit ratam, quod
[jusserat,

Turgidam cutem repurgant vulnere p'amina.
Tu pereunibus tenebris jam sepulta lumina

55 Illinis limo salubri, sacri et oris nectare :
Mox spartis hac medela lux reducta est orbi-
[bus.

Increpas ventum furentem, quod procellis
[tristibus

Vertat æquor fundo ab imo, vexet et vagam
[ratem :

340 Ille jussis obsecundat, mitis unda ster-
[nitur.

40 Extimum vestis sacratæ furtim mulier ait -
git :

GLOSSÆ VETERES.

28. Cantharis, vasis, hydriis, I.

50. Rex, Architriclinus, regem architriclinum dicit. Architriclinus enim princeps lectorum. CLINE Græce lectus. Antiqui enim tres lectos habebant, unum domino, secundum dominæ, tertium hospiti. Regem vocat dominum domus, vel sacerdotem, qui ad benedicendas nuptias venerat. — Saporem tinctis, saporatis, coloratis, mutatis, Iso.

24. Brev. Moz. ita distinguit et legit : Nulla lingua silescat vox, sed omnis consonet.

25. Spiegelius vates vult esse sibyllas. Haud liquere puto. Nostri, Aldus, Weitz., Gis. concinebant, In Torrentianis duobus præcinebant; in Rottend., præcinebat; in Thuan., Vat. I a prima manu, concinebat. Si præcinebat aut concinebat amplecti velis, intellige Davidem, quem antea laudavit. Brev. Moz., concinebant, et in textu quam, ad oram quem.

27. Unus Tor., collaudent Deum.

28. Incipit narrare Christi miracula ex evangelica historia. Jesus aquam in vinum convertit Joan. cap. 11. Hoc miraculum sæpius in sarcophagis Christianorum veterum insculpebatur cum aliis resurrectionem corporum indicantibus. Lupius tomo 1, dissert. 2, conjicit, cadum vini in sepulchris Christianis interdum expressum significare corpus, aliquando unendum animæ, cujus figura sit vinum.

29. Thuan., Nuntias vinum, minister, esse promptum ex hydria. Ambr., sumptum pro promptum. Vini minister, et vini ministerium S. Ambrosius dixit lib. 1 Offic. 1, cap. 29 et cap. 6 de Josepho.

30. Libenter legere colore tinctis poculis, nisi omnes mss. obsisterent. Evangelii etiam locus saporem exprimit : Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum faciam, etc. Sedulius utrumque conjunxit colorem et saporem vini. De rege convivii Horatii oda 4, lib. 1 : Nec regna vini sortiere talis, ubi intelligit convivium, collatis symbolis celebratum. Ausonius in Ephemeride, et loco convivii : Quinque advocavi : sex enim convivium Cum rege justum : si super, convicium est. Rex convivii est, ut quidam volunt, qui præbet convivium; vel, ut putant nonnulli, æonimus convivii, aut etiam sacerdos qui convivio Judæorum præset. Universe rex vocatur interdum rei cujusque dominus, ut apud Virg. ecloga 1, mea regna. S. Paulinus Nat. 6 de Homine rustico : Oblatumque sibi mox ipso in limine regem Cognoscunt hilares (boves). Cicero de Oratore pag. 11 : Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, intelligit Tusculanum Crassi. Hoc Christi miraculum et alia, quæ sequuntur, carminibus celebrant auctor sub Claudiani nomine de Miraculis Christi, Juvenecus, Sedulius et alii.

31. Math. cap. viii leprosum curat Jesus et ad sacerdotes mittit. In editione Parmensi errore typographi puto membra mortis. Corrige morbis.

B 32. Ratam, firmum, Iso.

33. Piamina, medicamina, piacula, mundamina, Iso.

35. Nectare, sputo, saliva, I.

36. Orbibus, oculis : orbes vocamus oculos propter rotunditatem; hinc et orbem dicimus ob rotunditatem, I.

38. Vexet, moveat, I.

39. Obsecundat, obtemperat. — Mitis, mitefacta, I.

40. Extimum, extremitatem, I.

COMMENTARIUS.

35. G'selinus ad oram ulcerum pro vulnere. Loc. cit. Matth. vers. 4 : Ostende te sacerdoti, et offer munus quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Hæc sunt piamina. Eminentia Brev. Moz., ubi est repugnans.

34. Joan. cap. ix Jesus cæco a natiuitate visum restituit. Perennes tenebræ sunt ipsa cæcitas a natiuitate, sive a primo ortu. Elmenhorstius, in Arnobium pag. 72 editi. Hamburg. 1610, hos versus laudat ad Arnobii verba Oculorum orbiculus mobiles, et exemplis plurimum poetarum orbes oculorum dici confirmat.

35. Apoth. vers. 675, ille vit cæcos oculos et lumina limo reddidit. Vide alia ibid. de Christi miraculis, et in Dittochæo. Brev. Moz., odoris, lege et oris.

36. Ovidius 1 Metam., luminis orbis, de oculo. Intelligi possunt foramina, intra quæ latent oculi, ut hymno 2 Peristephanon vers. 146 : Orbes cavatos præferens. Corrige in Brev. Moz., ac medulla, et leg. hac medela.

37. In Hails. et Brev. Moz. error est increpas. Spiegelius suspicatur, Prudentium legisse apud Math. cap. viii : Tunc surgens increpavit ventis, quod primitus fuisse scriptum Erasmus, annotans hunc Matthæi locum, opinatur. Certe ex Prudentio, inanis est, quæ ducitur conjectura, nam is potius Lucæ verba expressit cap. viii, 24 : At ille surgens increpavit ventum et tempestatem aquæ, et cessavit : et facta est tranquillitas. Prudentius verbo S. Math. utitur Apoth. vers. 650 : Video luctantia magna Equora turbinibus tranquillo marmore tendi Imperio Christi.

38. Fabr. et Hails., verrat. Carteri, vertat, quod Heinsio unice probatur. Vat. A, summo, et pro diversa scriptura fundo. Vat. B, fundo, ad marg. summum, quod non omnino displicet. Communior et verior lectio est fundo ab imo. In Vat. A deerrat et post vexet, quod recto additum a lena, ut videtur manu. Deerrat etiam et in Vat. P. Quæ sit vis hujus verbi vexo, docent Asconius Pedianus, Probus, Gellius et Macrobius adversus Anneum Cornutum, qui in Virgilio notaverat, Dulichias vexasse rates, quasi Levi verbo usus fuisset ad tantam calamitatem describendam.

39. Mendum in Brev. Moz., ille jussit obsecundans.

40. Mulierem a sanguinis profluvio liberat Jesus Math. ix, 20; Marc. v, 25; Luc. viii, 44. Extimum pro extremitate Latine et eleganter dicitur. Loco quinto spondæum admissum in furtim dixi Proleg.

- Protinus satas secuta est, ora pallor deserit, A 50 Mobilis liquor profundi p.ardulam praestat viam,
Sistitur rivus, cruore qui fluebat perpeti.
Exitu dulcis juvenatæ raptum ephebum vide-
[rat :
Orba quem mater supremis funerabat fletibus.
47 Surge, dixit. Ille surgit, matri et astans red-
[ditur.
Sole jam quarto carentem, jam sepulcro ab-
[sconditum
Lazarum jubet vigere, reddito spiramine :
Fetidum jecur reductas rursus intrat halitus.
Ambulat per stagna ponti, summa calcat flu-
[ctuum :
GLOSSÆ VETERES.

43. Ephebum, juvenem, l.
51. Fatiscit, deficit, affatim hiscit, l.
52. Frendere, frender est membranula quæ dividit superiora et inferiora ventris; qui illam vitiatam habuerit, frenesim patitur; ille autem freneticus efficitur, Vat. A.

B 53. Impos, impotens.—Efferatis, ferinis, l.
56. Corripit, detinet et arripit, sc. diabolus, l.
57. Lymphaticum, furens, l.
58. Ferte, dicit Deus.—Qualis, cophinis, corbidus, l.—Qualus, i. e. sporta.—Ter, quaternus, i. e. duo decim corbes, Vat. A.

COMMENTARIUS.

num. 229. Georgius Remus in notis ad hunc hymnum, ait, legem pedariam in voce *furtim* ultimam corripere, ut in illo Ovidiano *Circumeuntis oves*. Sed quis non illico pensatiam disparem rationem? nam post *circum* sequitur vocalis apud Ovidium, in Prudentio consonans post *furtim*. Idem Remus suspicatur legendum *forte*.

42. In Daven. edit., *perpetim*, non ita bene ac *perpeti*. In Brev. Moz. apposite, *rivus cruoris cum perpetim* : quod ibidem versu superiori legitur *hora pro ora* ex veteri scribendi modo provenit. In versu vero sequenti male *juvenis raptum abeum*.

43. Filium unicum viduæ defunctum ad vitam Dominus Jesus revocavit Lucæ cap. vii et seqq.

44. Pro quem aliquis quam, male. Orba, ut in Romano vers. 690, *Infantis orba*. Alibi *orbare*, Cath. 12, vers. 139.

45. Vera lectio *matri et astans*. Rat., *mater et stans*, Aldus, *matri, et stans redditur*. In Brev. Moz. mendum. *retitur*.

47. Lazarus defunctus suscitatur Joan. xi. Male aliqui legerant *et sepulcro*. Mendose Brev. Moz. *jubet vivere*.

49. Math. xiv. Jesus ambulat super mare. Vide etiam Apoth. vers. 654 et seqq.

52. Marci v, 2 et seqq. de spiritu immundo, qui domicilium in monumentis habebat. Quæritur an dæmones loca immunda frequentare gaudeant. Vide Raynaudum, tom. V, pag. 85, qui ex Cassiano, Cyrillo et Procopio refert, dæmones delectari horrendis solitudinibus locisque aridis et inaquis. Causas ex aliis inquirat Ribera in cap. xviii Apocal. ad vers. 1. Sacra Scriptura innuit, eos gaudere locis humentibus et paludosis. Hæc omnia mystice intelligas, velim. Nonnulli putant, dæmoniacos olim solitos in sepulcris habitare, ut homines in errorem Platoniorum a dæmone inducerentur, quod scilicet mortuorum animæ in dæmonas convertuntur. Erant autem vetera illa sepulcra cavernæ nostris cellis vluariis similes. Ald. et alii nonnulli legunt *b. stiali*. Brev. Moz., *bustualis*.

53. Spiegelius, lege carminis vetante, scribit et explicat *inops pro impos*. Chamillardus etiam legit *inops*, sive, mendo typographico, sive Spiegelium transcripsit. Brev. Moz. in textu, *percitis*.

55. Pergit poeta enarrare miraculum de quo in superiori strophæ; cum scilicet legio dæmonum, ex energumeno in porcos immissa, in mare se precipitem dedit. In Put. legitur *milliformis*, quod Teolius invenit in duobus Vatt., ut *multiformis*, et apud Prudentium vers. 295 Apoth., *caniformis*. Alii habent

mille formis, aut *milleformis*, haud inepte. Urb., Alex. et Vat. l, *milleformis*. Vatt. O, P, Q, *mille formis*, quod habet etiam Brev. Moz.; in quo versu sequenti *greges subilli* in textu, ad oram *gregis suilli*.

57. Weitz., Gis., Vatt. B, l, Prag., Sich., st. Vatt. O, P, Ald., Oxon., Alt., Rottendor., ut. Brev. Moz., Vatt. A, Q, Put., Thuan. et Nomis., et, quod secutus est Heinsius, Spiegelius in cod. Peutingeri invenit *st*. Pecus *lymphaticum* idem ac *lymphatum*, sive furore percitus, ac proprie ex Festo de iis dicitur qui e conspectu aquæ insanunt. Cellarius *pecus lymphaticum* simpliciter interpretatur pisces. Poeta exprimeere voluit verba Matthæi viii, 32 : *Et ecce cum impetu abiit totus grex per præcepit in mare*. Confer. vers. 144 Dittochæi.

58. Magna est codicum discrepantia, in his tribus versibus ordinandis. Secuti sumus Vatt. B, l, Put., Ambr., Thuan., Isonem, Gold., Hailsb., Egm., Spiegel., Sich., Urb., Alex. a prima manu, Ald.; nisi quod Aldus legit *Fertque qualis ter quaternis*, et Sich. *Fert qualis*. Egm., *Fert æqualis*, aperto mendo, quale in Hailsb., *Ferta qualis*. Alex., *Fertque qualis ter quaternus*, tum *Affatim*, tertio *Quingue*, Weitz., Widm. et Bong., *Ferte qualis Quingue panibus Affatim*. Prag., *Fertque qualis Quingue panibus Affatim*. Giselinus, quem, ut ait Heinsius, membranæ majori ex parte sequuntur, ita ordinat cum suo ms. et editione Daventriensi, *Quingue Affatim Fertque qualis ter quaternus*. Becmanus, in Manuductione ad ling. Lat., cap. 6, ex suo ms. sic disponit : *Quingue Affatim Ferte qualis ter quaternis*, et in ms. corrigit *Fert æqualis*, et legit *Fert qualis*. Ita etiam Alex. a secunda manu, Vat. Q, O et P; sed in O tertius versus mendosus, *Ferturque casus ter quaternis*; in P, *Ferte qualis ter quaternus*. Br. v. Moz. consonat Giselino, sed in tertio versu, *Fert æqualis ter quaternis*, ubi legendum *Ferte qualis*. Fabricius contendit legendum *Fert ter in qualis quaternis* ex antiquis codd. In primo quidem versu legi non debet *fertque*, nam superflua esset hæc conjunctio. Aliunde, *ferie* videtur ex Evangelio petiitum, ubi factum narratur Joannis vi, 12 : *Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant*. Cum autem id dixerit Jesus, *ut impleti sunt discumbentes*, ordo postulare videtur ut prius nominat versus *Quingue*, secundo *Affatim*, tertio *Ferte*. Sed poeta rei gestæ ordinem servare non teneat. Teolius ex duobus Vatt. hanc præfert dispositionem versuum : *Quingue panibus peresis, et gemellis piscibus, Fertque qualis ter quaternus ferculorum fragmina : Affatim*. Sed non video quem sensum reddat conjunctio *que in fertque*

- 342** Affatim referta jam sunt accubantum A 70
[millia,
60 **Quinque panibus peresis, et gemellis piscibus.**
Tu cibus, panisque noster, tu perennis sua-
[vitas :
Nescit esurire in ævum, qui tuam sumit dapem,
Nec lacunam ventris implet, sed fovet vitalia.
Clausus aurium meatus, et sonorum nescius,
65 **Purgat ad præcepta Christi crassa quæque ob-**
[stacula,
Vocibus capax fruendis, ac susurris pervius.
Omnis ægritudo cedit, languor omnis pullitur,
Lingua fatur, quam veterna vinxerant silentia,
343 Gestat et suum per urbem lætus æger
[lectulum.

- Qu'n et ipsum, ne salutis inferi expertes fo-
[rent,
Tartarum benignus intrat, fracta cedit janua,
Vectibus cadit revulsis cardo dissolubilis.
Illa prompta ad irruentes, ad revertentes
[tenax,
Obijce extror-um recluso porta reddit mortuos,
75 **Lego versa limen atrum jam recalcandum**
patet.
Sed Deus dum luce fulva mortis antra illu-
[minat,
344 Dum stupentibus tenebris candidum præ-
[stat diem,
Tristia squalentis æthræ palluerunt sidera.
Sol refugit, et lugubri sordidus ferrugine

GLOSSÆ VETERES.

59. Referta, *satiata*, I.
63. Lacunam, *foveam, fossam*, I.
64. Meatus, *transitus*, I.
68. Veterna, *morbosa vel antiqua*, I.
71. Intrat, *Christus*, I.

- B 74. Objice, *vecte*, I.
76. Fulva, *lucida*, I.
78. Squalentis, *nigrantis*, I.
79. Lugubri, *flebili, l:crymabili*. — Ferrugine, *nigredine*, I.

COMMENTARIUS.

59. Ambr., Alt., Noms., Davent. edit., *refecta*, ple-rique melius *referta*. Chamil., Cell., Teol. tenent *refecta*. Poeta videtur voluisse *referta*, ut in Apoth. de eodem miraculo, *saturata... crudus convivæ reusdat Congeriem ventris*. Aldus, *accumbentum pro accubantum*; Put., et Oxon., *adubentum*, mendose. Nisi legas *accumbentum*, admissio spondæo quinta sede, ut vers. 40.

61. Ambr., et *perennis*, minus bene. Joan. vi, 56; *Caro mea vere est cibus*; et ibid., 51: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi*. Et rursus vers. 59: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*. Ex eodem capite, ubi miraculum est narratum, hæc pulcherrima apostrophe est desumpta, quamvis non illico ea verba a S. Joanne referantur.

63. Brev. Moz., *lacuna*, male.

65. Put., Oxon., Noms. et Vat. A pro diversa scriptura *clausa*. Magis probo *crassa* cum reliquis, etiam Brev. Moz., ubi mendose *crassa*: nam *clausus* vers. proxime præcedenti legitur, et congruentius dicitur *crassa auditus obstacula*, quam *clausa*. Historiam habes cap. vii Marci vers. 32.

66. Brev. Moz., *susurris prævius*.

67. Cap. xv Matth. vers. 30 et 31.

68. *Veternus* est inveteratus a *vetus*. De otio, pigritia et somno nimio solet dici. Fortasse legendum erit *veterno vinxerint silentia*. Sed concinnum est *veternus* adjective, quamvis magis in usu sit substantive. Brev. Moz., male, *lingua vatur*.

69. Hals., Brev. Moz., Wid. supra, et Gold. supra, *orbem pro urbem*.

70. Prag., non male, *Quin et, ipsi ne salutis inferi expertes forent, Tartara benignus intrat*.

71. Prag., *tartara*. Alii *tartarum*, quod carmini magis convenit. Christum ad inferos vere descendisse negarunt aliqui hæretici, quorum discrepantes opiniones exponunt et refellunt Bellarminus tom. I et Petavius tom. IV, part. II, qui hos Prudentii versus laudant. Christi animam ad omnia inferni loca descendisse probabile est. Brev. Moz., *facta* pro quo recte *fracta* conjecit editor. Ibid. vers. seq. male in textu *refulsis pro revulsis*.

72. Ald., Egm., Oxon., Noms., Alt., Rottend., *indissolubilis*, quod tenent etiam Vat. A, B, O, P, Alex., Urb., et mihi nonnulli placet. Opinor, Prudentium spondæum quinta sede aliquando admississe, ut *rotatiles* trochæos aliquantulum graviore redderet. Vide vers. 59 et 40. In Vat. I, *dissolubilis*, quod ha-Lent alii, et retinere, quia recte procedit sensus et

metrum. *Cardo dissolubilis quasi dissolutus*, ut supra *fracta janua*, et infra *dissolutis vinculis*.

73. Vide hymn. 3, vers. 199 et notam. Tassus in *Hierusalem liberata* carm. VII, stropha 46. staili phrasi utitur: *Che quel serraglio è con mirabil uso Sempre all'entrar aperto, a l'uscir chiuso*. Brev. Moz., mendose, *ac revertentes*.

74. Aldus ediderat *obice retrorsum repulso*, correxit postea *obice retrorsum pulso*. Utrumque male. Put., Torrentius, Vat. A, *obice extrorsum repulso*. Prag., Rat., Torrentiani duo, Spiegel. cum Peuting., Sich., Vat. B, I, O, P, Q, *obijce extrorsum recluso*, quod forte voluit Brev. Moz. *obijce extorsus recluso*. Teolius Puteanus Heinsii secutus est contra quinque Vat. aliosque, et scripsit *obice retrorsum repulso*.

C Alex., Thuan., *obijce extrorsum reclusa*, quod sustineri potest, nam *obæ* feminini genere in membranæ optimorum auctorum occurrit, et sæpe apud Alci-mum Avitum. In Alex. tamen ad marg. est *repulso*. Oxonius audiendus non est *obijce extrorsum excluso*. Ut vocatis prima producat, scribi solet *obijce*. In Urb., *introrsum*.

75. Brev. Moz. correctione indiget *lege vestra, et limen atrum*. Weitz., *porta reddit mortuos lege versa, et limen*. Heins., *mortuos: lege versa, limen*. Cell. et Teol., *mortuos: lege versa et limen*.

76. Prag., *antrum*. Heinsius putat legendum *furva*, ut ad *antra* referatur. Sed non male *luce fulva*, hoc est *rutila*. Sic anrum fulvum, sidera fulva, jaspis fulva in præstantissimis poetis.

78. Brev. Moz., male, *polluerunt*. Recte ad oram, *palluerunt*.

79. Tertio loco fortasse posuit spondæum pro trochæo, nisi malis, corripuisse primam vocalem in *lugubri*. Ald., Vat. B et plerique, *sordidus*. Vat. A, *sordibus*, addito supra d. Invenio alicubi notatum, Sichardum restituisse *sordibus*. At verior est lectio *sordidus*, ut infra *mærens*. Prudentium tenebras in passione Domini factas enarrat, Virgilium imitatus in *Georgicæ* in fine. Eodem fere modo Juvencus, et Sedulius in hoc argumento sunt versati. An verus solis defectus fuerit, a nonnullis in questionem vocatum est. Spiegelius putat, Prudentium non agnovisse verum deliquium solis, sed reipsa asserere, solem refugisse, et cælum reliquisse; et eadem ratione locutos esse Juvencum et Sedulium, necnon S. Hieronymum, ut impleretur prophetia: *Occumbet sol meridie, et contenebrabitur super terram in die lux*. Addit Spiegelius, tenebras solum factas fuisse super

80 Igneum reliquit axem, seque mœrens abdidit : A
Fertur horruisse mundus noctis æternæ chaos.
Solve vocem, mens, sonoram, solve linguam
[mobilem,

845 Dic tropæum passionis, dic triumphalem
[cruce[m,
Pange vexillum, notatis quod refulget frontibus.
85 O novum cæde stupenda vulneris miraculum!

GLOSSÆ VETERES.

81. Chaos, tenebras. Chaos et melos neutri gener. numer. singul. Iso.

COMMENTARIUS.

omnem terram Judæam, ac multa in ejusmodi sententiam di-serit. Augustinus Calmet tom. VII dissertationem edidit de *Tenobris in obitu Christi*, erudite inquiri in causas, effectus, durationem et amplitudinem hujus celebratissimi prodigii, allatis etiam testimoniiis scriptorum gentilium, Philegontis et Thalli. Triplex proponi solet ratio hujus phænomeni explicandi : prima, solem radios in se suos, lumenque recepisse; secunda, quæ communior nunc est, interjectu lunæ radios solis prohibitos, ne terram colustrarent, ut in eclipsibus accidit; tertia, quæ commodior et facilior Calmeto visa est, præsertim si universæ terræ nomine Judæa tantum designetur, radios solis nubis alicujus densæ objectu fuisse prohibitos. Equidem nihil causæ esse video, cur hoc loco universæ terræ nomen ad solam Judæam referatur. Prudentius quidem clare innuit, totum mundum horruisse noctis æternæ chaos. Videtur imitatus verba Hilarii de Trinitate lib. III, cap. 11: *Sol non occidit, sed refugit. Quid refugisse dico? Non receptus in nubem est, sed de cursu operis defecit.* Tam Prudentium quam Hilarius ad primam illam rationem explicandi miraculi alludere videntur.

81. Brev. Moz., horruisse mundum.

82. Ald., *solve lingua*; Alex., Brev. Moz., Vatt. A, B, I, O, Rat., *sonora*, quod etiam in Put. et aliis compluribus invenit Heinsius; in Ox. vero *Solve mens voce sonora*. Ex quo suspicatur *Solve voce mens sonora, solve linguam mobilem*. Weit., *Solve vocem mens sonora, solve linguam mobilem*. Gis., Urb. aliosque secuti sumus; sed fortasse magis ex fide mss. erit, *Solve vocem, mens, sonora solve lingua, mobilem, ut sonora lingua sit in ablativo, et mobilem referatur ad vocem*. Possumus etiam conjicere *Solve vocem mens tonoram, solve lingua mobili*, aut *Solve vocem mens sonoram, solve lingua mobilis*. Vat. Q. *Solve mens voce sonora*, eodem modo quo Oxoniensis.

83. Hunc Prudentii locum viderat Fortunatus, qui cecinit, *Pange lingua gloriosi prælium certaminis, quod nunc dicimus, Pange lingua gloriosi lauream certaminis*. Vox passio paucis profanis cognita, ab ecclesiasticis vulgo adhibita, exstat etiam in cod. Theod.

84. Crucis vexillum refulget notatis frontibus, quia in sacramento confirmationis frontes cruce notantur. Vide hymnum 6, vers. 128. Gifanius Collectan. in Lucrot. verbo PANGO ait, Prudentium nove dixisse *pangere pro canere*; nam *pangere* proprie est scribere, ceræ figere. Fortunatus, ut versu superiori vidimus, eadem significatione protulit *Pange lingua*. Equidem in antiquioribus eam significationem non invenio, neque celeberrimi lexicographi quidquam ea de re notant.

85. Ita legit Ald., Urb., Vatt. A, B, P, Q., Put., Oxon., Noms., Rottentil., Gis., quod mihi placet. Vocat eadem supendam punctiōnem militis, qua utrumque latus est perforatum, ut poeta existimat. Alex., Torrentiani duo, *cæde in stupenda*, ubi superfluum est in. Etenim *e* in *cæde* producitur ob et dictionis sequentis. Rat., Prag., Gisel. ad marg., Sich., Weitz., Vat. I, *cædis stupenda*, quod Heinsius improbat. Brev. Moz. nobiscum facit, nisi quod in textu mendose miracula habet. In Hallsb. est rasura quæ indicat fuisse *cæde stupenda*. In schedis Ambrosianis, *O novum cædes stupenda vulneris miraculum*, ut per epexegesin cædes stupenda et vulneris miraculum dicantur. Quod sane nescio, cur tantopere recentioribus placuerit: non enim cædes stupenda est miraculum novum vulneris; sed novum miraculum

vulneris, inflicti cæde, seu punctiōne stupenda, est, quod sanguis et aqua fluxerit, hinc sanguis, inde aqua, ut ex ver-u sequenti manifestius redditur. Teolius Ambrosianum Heinsii expressit, et *vetustiores* Vatt. pro eadem scriptura laudat. Vellem, eos di-tactius nominasset. Cæteri interpretes novitatem peculiarē miraculi non adverterunt. Primus Chamillardus notavit, Prudentium aperte velle utrumque latus fuisse perforatum, et discrepare ab evangelistis, qui militem tantum lanceæ ictu latus Domini aperuisse scribunt. At Prudentii mentem non est assecutus: neque enim is asserit, duplici ictu utrumque latus fuisse apertum, et potuit fieri, ut uno ictu utrumque perforaretur, quod evangelistæ non negant; ut omittam, expressum non esse in Evangelio, fuisse unum tantum lanceæ ictum. Cornelius a Lapide, qui Chamillardo peritius sacram paginam interpretari noverat, nostri poetæ opinionem amplexus est. Prudentius iterum ac tertio suam hanc sententiam inculcat hymn. 7 Perist., Dittoch. tetrasticho 42. Raynaudus tom. Philolog. pag. 103 ait, Prudentium exponi posse de perfossione unius lateris adeo profunda, ut ad cor atque adeo etiam aliquatenus ad sinistrum latus pervaserit, quamvis extrinsecus non nisi unum latus fuerit perfossum. Grezterus lib. I de Cruce, cap. 35, dubitat an Prudentius tenerit eam sententiam, quod miles lanceam transdigens, latus utrumque confoderit, sicut moris est apud Japones. Sed verius putat, Prudentium altitudinem vulneris indicasse, nimirum tam alte dextro lateri lanceam intortam fuisse, ut et in sinistrum pergerit, adeoque cor, quod in sinistro est, vulnerarit, et sic utrumque latus fuisse aliquo modo vulneratum, non tamen omnino trajecta lancea. Cæterum neque Grezterus neque Raynaudus sententiam Prudentii expendunt, qua parte ait, *hinc cruorem, inde aquam fluxisse*. In sermone de passione Christi inter opera S. Cypriani similis est opinio: *De latere tuo fons egreditur... divisus limisibus aqua, et sanguis emanat*. Cornelius a Lapide ad cap. 19 Joan. docet vidri, lanceam adactam per latus Christi dextrum, et transiisse per cor et pericardium, ita ut coaspis extierit per latus sinistrum ad papillam, quod confirmat ex Prudentio, Cypriano et Theophylacto, qui in plurali numero vocat hoc vulnus *τύπος*, et quia vulnus dextri lateris tantum fuit, ut Thomas manus posset immittere. Existimat Prudentium innuere, per majus, sive potentius vulnus sanguinem, per minus, et pericardio viciniis aquam erupisse. Franciscus Xavierus de Idiaquez (nomen ter magnum pietate, doctrina, generis splendore), indefesso studio et exquisita eruditione, plurima ac pene dixerim omnia collegit quæ SS. Patres alique auctores ecclesiastici de sacri cordis Jesu cultu ac de lateris vulnere literis consignarunt. Ex ejus schedis quedam mecum communicata sunt, quibus hoc argumentum possit illustrari. Multi sunt qui latus perforatum aperte tradunt, cujus verbi ea est vis, ut lanceam ex una lateris parte in alteram totum corpus trajecisse non immerito argui possit. His omissis, neque enim uno verbo res tanta confici debet, S. Gregorius Nazarenus in tragœdia *Christus patiens* ait: *Videte... ut fons duplex scaturiat ejus e latere*. S. Eustathius episcopus Antiochenus apud Theodoretum dialogo 2 Inconfusus, tom. II, pag. 329 edit. Colonien., *Eorum autem oculis... perforata latera... subjiciens ostendebat*. Iacidi postea in dissertationem G. Sagaritii de lan-

346 Hinc cruoris fluxit unda, Lympha parte A

[ex altera :

Lympha nempe dat lavacrum, tum corona ex
[sanguine est.

Vidit anguis immolatam corporis sacri ho-
[stiam,

Vidit, et fellis perusti mox venenum perdidit,

90 Saucius dolore multo, colla fractus sibila.

Quid tibi, profane serpens, profuit rebus novis
Plasma primum perculisse versipelli astutia ?

347 Diluit culpam recepto forma mortalis Deo.

Ad brevem se mortis usum dux salutis de-
[didit,

95 Mortuos olim sepultos ut redire insuesceret,
Dissolutis pristinorum vinculis peccaminum.

Tunc patres, sanctique multi conditorem B
[prævium

Jam revertentem secuti, tertio demum die

GLOSSÆ VETERES.

87. Corona ex sanguine, per martyr um est, l.

88. Anguis, antiquus hostis, l.

89. Perusti, consumpti, l.

90. Sibila, sibilosus, Rat. et l.

92. Versipelli, callido. — Hortamine, astutia,
Vat. A.

93. Diluit, abluvit, l.

94. Dux, Leus, l.

Carnis indumenta sumunt, eque bustis pro-
[deunt.

100 Cerneret coire membra de favillis aridis,

348 Frigidum venis resumptis pulverem te-
[pescere,

Ossa, nervos, ac medullas glutino cutis tegi.

Post, ut occasum resolvit, vitæ et hominem
[reddidit,

Arduum tribunal alti victor ascendit Patris,

105 Inclytam cælo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, marte rex viven-
[tium,

Dexter in parentis arce qui cluis virtutibus,

Omnium venturus inde justus ultor criminum.

Te senes, et te juvenus, parvulorum te
[chorus,

110 Turba matrum, virginumque, simplices puel-
[lulæ,

95. Insuesceret, consuesceret, artivum, l.

100. Cerneret, si adesses, cernere posses, Iso.

101. Tepescere, incallescere, l.

103. Occasum, mortem, l.

105. Carlo, ad cælum, l.

106. Macte, salve, magis aucte, l.

107. Cluis, splendes, vel abundas, l. Polles, Vat. A.
Gloriaris, Prag.

COMMENTARIUS.

cea, qua latus Christi perfossum est, ubi allegat S. Leonem Magnum epist. 98, cap. 3, qui vocat vulnera lateris, et Eustathium apud Theodoretum dialogo 1 τὰς τερωμένας πλευράς. Negat vero dialogo 2 legi perforata latera. Ego vero lego dialogo 2 τὰς τερωμένας πλευράς; sed interpres vertit latus pro latera edit. Paris. 1642, tom. IV, pag. 90. Non tamen negaverim, sententiam et communionem et evangelicis verbis congruentiorem esse unico ictu latus Domini (sive dextrum, sive sinistrum) fuisse apertum, ex quo aqua simul et sanguis effluerint, quin ex altera parte aqua, ex altera sanguis divisim limitibus intelligantur emanasse.

87. Rat., sanguine sine est.

88. Brev. Moz. vitio se immolatum.

90. Lego sibilam cum Isone, Put., Rat., Gold., Widm. a prima manu, Heinsio et aliis. Sic Virgilius lib. in Georg. vers. 421: Tollentemque minas, et sibilam colla tumentem. Prudentius igitur recte dixit colla fractus sibilam. In plerisque est sibilat, etiam in Fabricio, cui Teolius imputat sibilas.

92. Vat. A. palma; error est pro plasma. Hymn. 3, vers. 185, Plasma Dei de homine. Alex., Vat. A, B, P, Prag., Weitz., Gis. ad marg., Sich., hortamine. Ald., Fabr., Palat. ad oram, Gisel. in textu, astutia, quod placuit Heinsio, qui pro ea scriptura stare ait Put. et Oxon., et de novo occurrere versipellem astutiam Apoth. vers. 38 præfat. Idem mihi videtur, quia sermo est de serpente. Non tamen damno hortamine, quod videtur verbum Prudentianum, et cum versipellis indolem serpentis satis declarat.

93. Vat. A, deluit. Gis., Fabr., recepta.

94. Vat. B, Rat. a prima manu, Hailsb., Gold., Widm. a secunda manu, reddidit. Verius, dedidit. Spiegelius, obtulit.

95. In Aldo, mortuosque. Repugnat sensui ea conjunctio que. Brev. Moz., sepultosque, parum metro coheret. Indicatur una ex causis resurrectionis Domini, ut homines se resurrecturos sperarent. Poeta explicat, mortuos olim sepultos resurrecturos contra errorem eorum qui putabant mortuos non sua, sed alia corpora esse resumpturos. Vide vers. seqq.

PATROL. LIX.

96. Vocabulum peccamen, quod Gildæ Vossius impu-
taverat, aëneo sæculo ex Prudentio restituit Cel-
larius. Spiegelius vincula pristinorum peccaminum
exponit de peccato originali. Sed diligenter cave a
laudibus, quibus Fabrum et Erasmus prosequitur
circa Apostoli locum Epist. ad Romanos cap. v, 12,
asserens, expendendum, num consentaneum fuerit,
Paulum statim illud mysterium gentibus aperire vo-
luisse. Consule cl. Bertium lib. xiii de Theol. Disc.
cap. 4, ubi Erasmus et Joan. Pheroponum docte e-
nervose refellit.

97. Fabr. et Bong., hunc pro tunc. In Egm. et
Palat. lectio est mendosa, sub qua aliquid reconditi
latere suspicatur Heinsius, Tunc patres sancti quem
ultima virorum condidit. In margine lectio vulgata. In
Alt. Tunc patres sancti, quos ultima sors virorum
condidit. In Vat. Q sola hæc lectio, Tunc Patres san-
cti, quem ultima virorum condidit.

98. Brev. Moz. mendum diem in textu.

99. Fabr. et Gis., deque. Lege cap. xxvii Matth.
vers. 52 et 53. Recte Prudentius tertio demum die
id accidisse narrat, quod a S. Matthæo relatum est
per anticipationem, et interpretes exponunt; quid-
quid contra cum suo Erasmo Spiegelius asserat,
hanc interpretationem nonnihil esse detortam. Quod
autem ait poeta, sanctos qui surrexerunt secutos
esse conditorem prævium, sententiam illorum inruit
qui eorum corpora cælo invecta fuisse opinantur, ut
ita Christus, primitiæ resurgentium, ascendens in
altum, captivam duceret captivitatem. Aliis aliud
videtur.

100. In Brev. Moz. pro quoirz lege coire; et vers.
102. retine ex margine medullas, non medulla.

102. Vat. A, Egm., Hailsb., et pro ac. Weit. cum
solo Aldo scribit glutino.

103. Vide hymni 11 vers. 48, Hominemque porta-
ret Patri.

104. In editione Parmensi typographus omisit
alti. Sic enim legitur: Arduum tribunal victor ascen-
dit Patris. Claudicat versus.

105. Rat., non bene, inditam cælo.

110. Rat., mendose, turba martyrum a prima manu.

Voce concordēs pudicis perstrepat concen-
[tibus.

Fluminum lapsus, et undæ, littorum crepidines,
Imber, æstus, nix, pruina, silva, et aura, nox,
[dies,

Omnibus te concelebrent sæculorum sæculis.

349 X. HYMNUS CIRCA EXSEQUIAS DEFUNCTI.

Deus, igne fons animarum,

GLOSSÆ VETERES.

111. Perstrepiunt, personant. — Concentibus, simul
cantantibus, 1.

1. Ignee, quem Græci vocant pyr noeron ignem sensualem, 1.

2. Socians, contingens corpus, et animam, Vat. A.

Duo qui socians elementa,
Vivum simul, ac moribundum,
350 hominem, Pater, effigiasti.

5 Tua sunt, tua, rector, utraque,
Tibi copula jungitur horum :
Tibi, dum vegetata cohærent,
Et spiritus, et caro servit.

Rescissa sed ista seorsum

3. Vivum, etc., animam, et corpus, 1.

4. Effigiasti, finxit, Iso.

6. Tibi, a te, Iso.

7. Vegetata, roborata, Iso.

COMMENTARIUS.

111. Iso, Ambr., Rat., Vatt. B. I, perstrepiunt, quod Weitzius invenit in Gold., Hails., Widm. supr. Aldus perstrepiunt. Vatt. A, O, P, Q, Egm., perstrepiunt. Brev. Moz., corrupte, pestrepiunt. Gis., Weitz. et Heinsius cum suis, perstrepiunt. Hoc placet; nam infra concelebrent. Sententia desumpta est ex psalmis, præsertim psalmo cxlviii: Laudate Dominum de caelis, etc., et ex cantico trium puerorum Danielis iii. Iso concentibus nomen fecit participium, quasi concinentibus; perperam.

113. Rat., Prag. et Widm., arva minus bene pro aura. Cave etiam a Gselino aura, silva. In 1 edit. scripserat silva, et aura.

114. S. Damasceus cap. 1 libri secundi Orthodoxæ fidei: Quod autem sæculorum sæcula dicuntur, ideo fit quod septem mundi sæcula multa sæcula seu vitas hominum complectuntur. Atque unum illud sæculum sæcula omnia complexu suo tenet: sæculumque sæculi dicitur præsens hoc et futurum. Ita ex editione Joannis Lequien.

Titulus hymni est, quem exhibent Vatt. A et B, Rat., Put., Thuan., Palat. Aldus, In exsequiis defunctorum. Fabr., Ad defunctorum exsequias. Oxon., et Rottend. Circa exsequias defunctorum. Alex., Circa requies. Hunc hymnum cum aliis paucis commentariolo illustravit Adamus Theodorus Siberus, et nonnullam ejus partem exposuit Barthius lib. xxi, cap. 4, qui hunc hymnum plane divinum vocat; et cap. 10 lib. xlii Prudentium laudans ait: Unde longe eleganter Prudentius, cujus verba, imo totus ille funebris hymnus nullo verborum ambitu, nulla copia eruditionis enarrari satis possunt. Eundem hunc hymnum Crinitus intellexit, cum divit, commendari Prudentii carmina de natali Domini, De expiandis animis, etc. Aliquæ strophæ hujus hymni leguntur in Officio mortuorum Misælis Mozarabici, edit. 2 pag. 149, nempe quatuor primæ, duodecima, decimaquinta et duæ sequentes, quadragésima et duæ sequentes. Lectiones variantes inde excerptemus.

1. Deum igneum fontem animarum vocat Prudentius non eo sensu quo ethnici philosophi Deum et animas ignem esse affirmabant; sed phrasi propria sacræ Scripturæ, ubi Deus igni comparatur, habitare in igne dicitur. Idem in Laurentio vers. 395: Sic ignis æternus Deus, Nam Christus ignis verus est. Et Dittochei tetrasticho 8: Ignis in rubo: Sentibus involtans Deus igneus ore corusco. Malachiæ iii, 2: Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fulionum. Deuter. iv, 24: Deus tuus ignis consumens est. Fons animarum dicitur Deus, quia fons est vitæ. Vide hymnum 4, vers. 10. Arnobius lib. ii adversus Gent.: Quia uno ex fonte omnium nostrum defluunt animæ. Fortasse Prudentius rejicere voluit illorum errorem qui nesci quem fontem animarum fingeant, ex quo Deus animas educeret, non tum crearet, cum corporibus infunderet. Vide S. Augustinum, lib. x de Genesi ad litteram. Monet Barthius, huic hymno capiendæ doctrinam Christianam de anima hauriendam esse e peculiari

B libello Gregorii Thaumaturgi de ea, e Nemesii commentario de homine, et aliorum libris.

2. Quo sensu elementa de corpore et anima dicantur, dixi proleg. num. 169. Principia intellige. Brev. Moz., socians, male.

3. Weitz., Gold., Widm. a prima manu. Vatt. B. I, O, Prag., Rat. vividum, quod bonam partem codicum habere asserit Barthius, sed crasse, et contra carnis legem. Vide proleg. num. 230. Rat., morbidum pro moribundum, male. Hoc loco vivus est immortalis, moribundus mortalis. Sic vivus Deus in sacris litteris. Et eodem fere sensu Virgilius, Ovidius, et alii Moribundum pro caduco seu mortali Virgilius lib. vi, vers. 732: Terrenique hebetant artus, moribundaque membra. Cicero et alii moribundum pro mori proximo accipiunt. Brev. Moz. male distinguit moribundum hominem, pater effigiasti.

4. Effigiare est formare ad imaginem. Eo verbo utuntur Apuleius, Sidonius, et sæpe noster Prudentius, quod eleganter usurpari ait Barthius, quasi ad artificium curamque poeta respexerit.

5. Cur a in utraque producat, rationem reddidi in proleg. Gselinus in nonnullis Vulg. invenit Tua sunt, tua recta utraque, contra fidem mss. codd. Deus, qui est fons, ipse est rector.

6. Placet Barthio glossa Isonis, neque mihi prorsus displicet. Sed poterit etiam intelligi finis in voce tibi, ut statim tibi dum vegetata cohærent. Sic in Officio defunctorum Regem, cui omnia vivunt, etc. Addit Barthius, huc trahere aliquem posse entelchiam Aristotelis, de qua Nemesius. Clarius aliquis de unione, seu admirabili illa conjunctione et commercio corporis et animi locum hunc intelliget.

8. Gselinus Manilii exemplar secutus emendavit Animus simul, et caro vivit. Barthius assentitur, et barbare alios edere spiritus affirmat. Vide vers. 3. Aldus, Weitz. et alii legunt spiritus. Heinsius in suis vetustioribus reperit Et spiritus, et caro servit, quod placet, quia metro congruit, et exstat in Alex. et Urb., sed in hoc vivit pro servit. Vatt. A, B, I, O, P, Q, Spiritus simul, et caro servit, cum Brev. Moz. Prudentius aliis in locis primum i in spiritus produxit, adeoque rejicienda est lectio Spiritus simul, et caro servit, ubi corripitur. Cauchius conjiciebat flatus pro animus. In Hymnario V Thomasii, Spiritus simul, et caro servit. Vat. A, Prag., Widm. supra, Palat., Bong., Sich., servit pro vivit, quod est in aliis plurimis.

9. Versus sequentes edimus eo ordine quo sunt in Vatt. A, Q, Ald., Gis., Alex. In margine Vat. A nota: Alii libri habent: Resoluta sed ista seorsum Proprius revocantur in ortus Petit halitus aere fervens, Humus excipit aere corpus. Quia cuncta, etc. Pro aere legendum aera in versus Petit halitus aera fervens: in versus seq. ibidem notatur diversa lectio, quæ vera est arida pro aere. Vat. P, ut edidimus, sed ad oram: Alii libri habent: Resoluta sed ista seorsum, etc. Etad marg. strophæ Quia cuncta pro div. lectione, Sic cuncta, etc.

10 **351** Solvunt hominem, perimuntque :
 Humus excipit arida corpus,
 Animæ rapit aura liquorem.
 Quia cuncta creata necesse est
 Labefacta senescere tandem ,
 15 Compactaque dissociari,
 Et dissona texta retexi.

A 352 Hanc tu, Deus optime, mortem
 Famulis abolere paratus,
 Iter inviolabile monstras,
 20 Quo perdita membra resurgant.
 Ut, dum generosa caducis,
 Ceu carcere clausa, ligantur,
 Pars illa potentior existet,

GLOSSÆ VETERES.

- 12. Liquorem, serenitatem, I.
- 15. Compacta, conjuncta, I.
- 16. Retexi, dissolvi, I. Resolvi, Vat. A.
- 19. Monstras, monstrasti, I.

- 21. Generosa, nobilita animæ. — Caducis, corporis, in membris, Iso.
- 22. Carcere, in carne, Iso.

COMMENTARIUS.

Vat. O : *Rescissa sed ista deorsum* (supra seorsum) Proprios revocantur in ortus, Petit halitus æthera fervens, Solvunt hominem, perimuntque, Humus excipit arida corpus, Animæ rapit aura liquorem, Cuncta creata necesse est Labefacta senescere tandem, Compactaque dissociari, Et dissona texta retexi, Obitum tolerare supremum, Ut semina dissociata, Sibi sumat origo resorbens. Vat. B sic legit : *Recisa sed ista seorsum Proprios revocantur in ortus, Petit halitus æthera fervens, Humus excipit arida corpus, sic cuncta creata necesse est Obitum tolerare supremum, Ut semina dissociata Sibimet sumat origo resorbens Resoluta sed ista seorsum, Solvunt hominem, perimuntque, Humus excipit arida corpus Animæ rapit aura liquorem. Quia cuncta, etc.* Ita etiam Rat., et, ut puto, Ambros. Quæ melius sunt digesta quam in Vat. O et correctiora : nam in Vat. O mendum est *cuncta* pro *quia cuncta*, et *rexi* pro *retexi*. Aliter Put. post versum *Et spiritus, et caro servit illico Resoluta sed ista seorsum Proprios revocantur in ortus, Petit halitus æthera fervens, Humus excipit arida corpus. Sic cuncta creata necesse est Obitum tolerare supremum, Ut semina dissociata Sibi sumat origo resorbens. Hanc tu, Deus optime, etc.* Cum Put. faciunt Urb. et Vat. I, sed in his *rescissa* pro *resoluta*, et in Vat. I *sibimet sumat* pro *sibi sumat*. Egmondanus, ut in nostra lectione. Sed in margine pro diversa scriptura *Resoluta sed ista seorsum*, et tres sequentes versus, ut in Puteano. Weitz legit, ut in Vat. B, sed pro *sibimet sumat origo resorbens* melius habet *Sibi sumat origo resorbens*. Mendum autem est in Weitzio *arma* pro *aura* in versu *Animæ rapit aura liquorem*. Versus editionis Weitzianæ a 13 ad 21 absunt a Noms. et Rotten., in Oxonien. quædam exprimuntur ut in Weitzio, quædam non item, quod Heinzius testatur. Weitzius pro sua lectione allegat Fabr., apud quem est *rescissa* pro *resoluta*, Widm., Bong., Goldast. Ex tanta codicum discrepantia id Heinzius colligit, duas editiones carminum a Prudentia factas, ac nonnihil in utraque variatum. Igitur alii aliam lectionem amplexi sunt, nonnulli utramque in hoc hymno conjunxerunt. In versibus autem quos retinui quædam etiam est varietas lectionum. Hoc versu 9 Vat. A, *recisa* cum Gold. et Wid.; sed in Gold. supra, *refacta*. Multo melius *rescissa* cum Ald., Bong. et aliis.

omissa. Versum Proprios revocantur in ortus exponit aliis versibus Lucretii lib. II : *Cedit item retro, etc.*, quos legisis proleg. num. 166. Addit editionem recentissimam (Weitzianam) intrusisse stropham inutilem et monachicum spirantem. Hanc intellige esse stropham illam *Sic cuncta creata necesse est Obitum tolerare supremum*. In versu *Petit halitus æthera fervens* invenit apud veteres libros *Petit alter æthera fervens*, nec dubitat scribendum *Petit æthera fervens* : nam et Ovidius ultimam produxit, *Ipse meas æther accipe summe preces*. In *æther* quidem ultima apud Ovidium, et Prudentium, si ita hic versus legatur, vel solius cæsurae ratione poterit produci. Gallandius ex Tornæs. Exseribit illum versum, *Petit alter æthera fervens*. Intelligi potest *alter* de spiritu. Pergit Barthius, animadvertens, *senescere* omnium rerum defectum notare, *texta* corpus dici, ut alibi *cratem, compacta* ab Arnobio lib. II in fine accipi pro *nezibus*, quibus pelliculæ et artus homini vero sunt affixi.

18. *Abolere mortem* proprium solius Dei : quod in sacris Litteris et Ecclesiæ precibus sæpe occurrit.

19. Ald., Egm., Put. et Oxonien., *monstrans*; Rott. *monstra*. Cæteri, et sensus ipse exigit, *monstras*.

22. Quod corpus animæ carcer dici possit, constat partim ex his quæ dixi ad vers. 44 præfat., et ad vers. 190 hymn. 7, partim ex his quæ addam. Multa in eam sententiam Plato ex Socratis et Ægyptiorum scitis disserit, et ex eo repetunt alii philosophi, ut videri potest apud Barthium Adv. cap. 5, lib. XLII, et Martinum de Roa de Die natali cap. 3. Christiani philosophi et SS. Patres eodem fere modo locuti sunt, ut Nemesius de Natura hominis, Theophridus abbas de Vener. sanctorum, Arnobius lib. II, S. Paulinus sæpe. In communi unius martyris ad laudes hymnus est ubi hos versus legimus : *Soluta sunt jam vincula Tui sacrali corporis*. Itaque quamvis ethnici philosophi corpus appellaverint *carcerem, vinculum, antrum, sepulcrum, vas animæ*, ita his vocibus abutentes, ut veram et intimam animæ cum corpore unionem negarent, tamen ejusmodi voces a SS. Patribus vulgo usitate, Ecclesiastica consuetudine, atque adeo sacræ paginæ auctoritate comprobate, nequaquam rejici debent; quandoquidem inter Christianos de vero sensu constat, scilicet animam, dum corpori est unita, omnes suas functiones plene et libere exercere non posse. Apposite S. Ambrosius lib. V, epist. 21 : *Unaqueque anima videns se corporeo isto clausam gurgustio, quæ tamen terrene hujus habitationis consortio non degeneraverit, ingeniscit gravata corporis hujus conjunctione*. Animadvertere tamen oportet errorem, a concilio II Braccarensi damnatum can. 6 : *Si quis animas humanas dicit prius in caelesti habitatione peccasse, et pro hoc in corporu humana in terram dejectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit*. Cavillum Martini Lutheri retellam ad vers. 45 hymni II, *Mortale corpus induit*.

14. Error est in Vat. A, *excidit* pro *excipit*.

12. Brev. Moz., mendose, *Anima rapit auræ liquorem*.

14. Fabricius legit *labefacta*, minus bene, pro *labefacta*. In margine Vat. A nota : *Alii habent : Obitum tolerare supremum*. Hæricus in suo poemate imitatus Prudentium ait *labefacta senescere*.

16. Sichard., ut *dissona. Detexta retexere* dixit Cicero de Oratore lib. II, pag. 72. Hæricus de Resurrect. hominis mortui, *Qua virtute potest detexta retexere*. Breviter nunc attingam quæ Barthius tam in hos versus quam in alios omissos commentatur. Ait stropham illam Weitzii *Rescissa sed ista seorsum Proprios revocantur in ortus, etc.*, posse retineri antiquitatis gratia, quamvis recte jam a Fabricio fuerit

- Quæ germen ab æthere traxit.
- 25 **353** Si terrea forte voluntas
Luteum sapit, et grave captat
Animus quoque pondere victus
Sequitur sua membra deorsum.
- At si generis memor ignei
- 30 Contagia pigra recuset,
Velit hospita viscera secum,
Pariterque reportat ad astra.
- Nam quod requiescere corpus
Vacuum sine mente videmus,
- 35 Spatium breve restat, ut alti
Repetat collegia sensus.
- Venient cito sæcula, cum jam
Socius calor ossa revisat,
354 Animataque sanguine vivo

- A 40 Habitacula pristina gestet.
Quæ pigra cadavera pridem
Tumulis putrefacta jacebant,
Volucres rapiuntur in auras,
Animas comitata priores.
- 45 Hinc maxima cura sepulcris
Impenditur: hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.
- 355** Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est,
50 Aspersaque myrrha sabæo
Corpus medicamine servat.
- Quidnam sibi saxa cavat,
Quid palehra volunt monumenta?
B 55 Nisi quod res creditur illis

GLOSSÆ VETERES.

26. Luteum, non sobrie, nomen. — Sapit, vult. — Captat, appetit, Iso.
29. Generis, originis suæ. — Ignis, anima vivax, Iso. — Memor, anima, Vat. A.
33. Requiescere, in sepulcro, I.
34. Sine mente, sine anima, I.
36. Repetat, iterum suscipiat societatem animæ, Vat. A. — Sensus, anime, Iso.

38. Calor, anima, I.
45. Sepulcris, cymitron Græcæ, Latine dormitorium: hinc cymiterium et cymiteria, dicuntur. id est dormitoria, in quibus sancti quasi dormire videntur usque ad diem iudicii, I.
48. Ambitus, ornatus, vel honor, Iso.
51. Sabæo, thure, I.

COMMENTARIUS.

25. Vat. unus Teol., voluptas, minus bene. Eucherius Lugdunensis in epistola ad Valerianum, pag. 382: *Caro siquidem proclivis in vitia ad terram tanquam in originem suam nos revocat; hæc vero veniens a Patre luminum (loquitur de anima), sicut ferri ignibus mos est, in superiora nititur.* Barthius lib. xiv Adv., cap. 10, putat Eucherium expressisse hæc ipsa verba Prudentii, et alia non absinilia ex Psych.

29. Plerique legunt ignis, et Iso exponit de anima; quod pariter habent Vat. O, P, et I cum glossa anima, Alex., Urb. et alii nostri; nec debuit hæc lectio mala Gallandio videri in Aldo et aliis. Sed Vat. Q, Noms., Rottend., Torrentianus unus, et schedæ Græviæ, ignei, facta synæresi, quod mihi admodum placet, nam primo versu Deum igneum fontem animarum vocat. Vat. A videtur eodem modo legisse, saltem, qui glossam verbo menor, id est anima, apposuit. In Oxon., igneoli, mendum.

30. Ald., Nebris., Sich., Gis. 1 e. l. ad oram, nigra. Plerique et optimi, pigra; quod longe congruentius est. Teol. in Vat. uno invenit nigra. Hericus Altisiodorensis, qui ab hoc hymno plura est mutuatus, exseripsit contagia pigra. Weitzius pro nigra allegat F.; si Fabricium intelligit, hic habet pigra.

35. Aliqui adverbii nota insigniunt quod. Ego relativum puto, ut intelligatur corpus, quod videmus.

38. Hericus, Socius calor ossa revisit. Virgilius lib. ix, vers. 475, calor ossa rel'quit.

40. Ante Hadriani aut Antoninorum tempora non apparet hoc vocabulum habitaculum in usum inductum; post multi usurparunt etiam profani scriptores, Palladius, Gellius, Solinus, Ammianus.

45. Ex honore qui sepulcris impenditur, argumentum petitur resurrectionis mortuorum, quod Tertullianus alique promovent. Novella Theodosii et Valentiniiani de sepulcris tit. 5: *Scimus, nec vana fides, et solutas membris animas habere sensum, et in originem suam spiritum redire cælestem.... Nimis barbara est et vesana crudelitas munus extremum luce carentibus invidere.* Pignorius, de Servis pag. 230, hos versus adducit, ut probet, sepulcris etiam Christianorum vela candida prætendi consuevisse,

ex more Hebræorum, ut ipse putat, apud quos videbantur sepulcra dealbata. quo fortasse alludit Paulus, cum Act. xxiii Ananiam vocavit parietem dealbatum. Sedulius lib. v carminum de Juda: *Velat omne sepulcrum exteriora gerens albæ velamina formæ, Sordibus interius, fædoque cadavere plenum.* Vide infra vers. 49. Recenset poeta ea fere omnia quæ peragi solebant, ut honos defunctis haberetur. Adhibebantur etiam candelæ, et, ut ex hoc hymno liquet, hymni vel psalmi. S. Hieronymus ad Eustochium de epitaphio Paulæ: *Cum alii pontifices lampadas cereasque præferrent, alii choros psallentium ducerent.* Et in Vita Pauli sub finem: *Hymnos quoque et psalmos de Christiana traditione decantant.* Victor Vitensis, lib. 1, alique eandem consuetudinem comprobant. Concilii Toletani III, cano 23 exstat: *Religiosorum omnium corpora qui divine vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo psallentium vocibus debere ad sepulcra deferri. Nam funebre cormen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel pectoribus se, proximos, aut familias cadere omnino prohibemus.* Confer concil. Valeat. an. 524, cap. 4; Braccar. 1, cap. 16 et 17; et infra vers. 115.

47. Funus cum sepulcro est honor ultimus: in veteri epitaphio Popiliæ, *Extremum officium quoniam tibi reddere cogor.* Virgilius, lib. vi, vers. 215, et *in neri ingrato supra ferebat Munera.*

49. Plura de his diximus proleg. num. 156 et seqq. Videri possunt Baronius tom. I Annal., pag. 238, et S. Hieronymus de obitu Blesillæ, ubi meminit *velaminis aurei* quo feretrum obtendebatur, et in Vita S. Pauli, ubi pariter memorat *auratas vestes* quibus mortui involuebantur. Repete dicta vers. 45, et confer Jacobum Gretzerum, lib. 1 de Funere Christiano, cap. 3, ut plures alios præteream, qui de funeribus univærsæ scripserunt, et hos Prudentii versus laudarunt.

55. Ald., res quod nisi creditur. Codd. mss., nisi quod res creditur. Utrumque metro congruit, sed hoc postremum suavius est. Nescio cur Cellarius ediderit res quod nisi, eumque transcripserit Teolius, nullo ms. cod. producto.

Non mortua, sed data somno?
 Hoc provida Christicolarum
 Pietas studet, ut pote credens,
356 Fore protinus omnia viva,
 60 Quæ nunc gelidus sopor urget.
 Qui jacta cadavera passim
 Miserans tegit aggere terræ,
 Opus exhibet ille benignum
 Christo pius omnipotenti.
 65 Quin lex eadem monet omnes
357 Gemitum dare sorte sub una,
 Cognataque funera nobis

A Aliena in morte dolere.
 Sancti sator ille Tobiar,
 70 Sacer, ac venerabilis heros,
 Dapibus jam rite paratis
 Jus prætulit exsequiarum.
 Jam stantibus ille ministris
 Cyathos, et fercula liquit,
 75 Studioque accinctus humandi,
 Fleto dedit ossa sepulcro.
 Veniunt mox præmia cælo,
 Pretiumque rependitur ingens :
 Nam lumina nescia solis

GLOSSÆ VETERES.

56. Non mortua, unde in Job : Restituetur ut lutum signaculum, et stabit quasi vestimentum. Signaculum hominem vocat, qui in lutum redigitur, et quasi lotum vestimentum reservetur, l.
 58. Utpote, ut æstimo, id est, quasi, l.
 59. Omnia, post generalem resurrectionem, Iso.
 61. Qui, de his qui mortuos sepeliunt, l.
 62. Aggere, cumulo, Iso.

B 66. Sorte sub una, una sors est omnium, videlicet mori, l.
 69. Sator, pater, l.
 71. Rite, rationabiliter, l.
 72. Jus, legem. — Exsequiarum exsequiæ ab exsequendo, l.
 75. Humandi, sepeliendi, l.
 76. Fleta, deplorata, plorata, lamentata, l.

COMMENTARIUS.

56. In sacris Litteris, precibus ecclesiasticis sanctorumque Patrum voluminibus, mortui, præsertim sancti et qui ad vitam æternam resurrecturi sunt glorio-1, dormientes dicuntur. Hinc cæmeterium, aut cæmeterium, κοιμητήριον ἢ κοιμῶνα, dormio. Corrigenda ergo est Isonis glossa, quæ *cymitron* et *cymiterion* scribit. Ex hac phrasi gravis-imī viri natam existimant historiam de septem dormientibus, qui scilicet dormierant in Christo, hoc est, vere mortui fuerant et reperiuntur tanquam dormientes. Confer Baronium ad diem 27 Julii Martij. Rom., Cuperum Acta SS., pag. 393, tom. VI, et Petrum Lazzeri, de criticæ Regulis § 7. Eruditissimus eques Victorius edidit Romæ 1744 SS. septem Dormientium historiam ex egyptis musei Victorii expressam, dissertatione, et veteribus monumentis illustratam : qui cap. 12 observat, Prudentum his versibus mysticum sensum aperuisse, et subjicit epitaphium S. Alexandri martyris, quod mihi dubium est : ALEXANDER MORTUUS NON EST, SED VIVIT SUPER ASTRA. Multa alia affert, ut probet, sanctos illos Dormientes nuncupatos vere mortuos fuisse et martyrio coronatos. Etsi autem professus fuerit, se ex egyptis sui musei exhibere eam historiam accurate delineatam, et æri incisam, tamen cl. præsul Stephanus Borgia hujusmodi antiquitatum cultor eximius ex prototypo, quod in locupletissimo suo museo servat, notavit, litteras quibus nomina SS. martyrum exarantur, in icone Victorii non ea forma veteri esse descriptas qua exstant in suo vitro. Neque id solum me perhumaniter admonuit, sed etiam ex suo prototypo eandem historiam diligenter delineari curavit, ut eadem a me æri fideliter incisa hoc loco representaretur. Intellexi vero postea, ectypum Victorii, quod nunc in Museo Vaticano asservatur, plane respondere prototypo musei Borgiani Velitris. Notandum est ab antiquo artifice formata etiam fuisse martyrii instrumenta, scilicet clavas nodosas, secures, clavos, facès ardentes, uncas. Nomina sunt Constantinus, Maximianus, Martinianus, Joannes, Malchus, Sarpapio, Dancsius, qui fortasse est Dionysius. Victorius ait, suum ectypum esse, ex sulphure multis abhinc annis fuso, ex gemma antiqua sumpto : ætatem gemme sive prototypi, quod periisse suspicabatur, refert ad sæculum viii aut ix. Illud mirandum est, virum diligentiae laude commendatum, parum curasse, ut imago æri incisa ectypo, quod ipse possidebat, conformaretur. Pignorius in comment. de Servis, pag. 234, advertit, non solum ex ecclesiastica loquendi consuetudine originem ducere decantatam septem Dormientium memoriam, sed etiam ea de causa a Romanis

pontificibus sepulcris apostolorum adhibitos ex clero Romano custodes, qui *cubicularii* dicuntur.

59. Adverbium protinus hoc loco vim habet, quasi porro lenus, demum.

60. Vat. B, Rat. pro diversa scriptura, Sich., arce, quod secutus est Weitzius cum Bong., Goldast., et Widm., in quo supra urget, quæ est lectio communior et verior. Sic Horatius lib. 1, oda 24, Ergo Quintilium perpetuus sopor Urget. Ciceronis etiam est somnus urget. Hericus loc. cit., Quæ sopor urgebat. Giselinus in textu arce, ad oram urget.

C 61. Hanc totam sententiam et quænter Lactantius adornat lib. vi, cap. 12 Divin. Instit. : *Ultimum illud et maximum pietatis officium est peregrinorum et pauperum sepultura..... Non ergo patiemur, figuram et figmentum Dei feris ac volucris in prædam jacere, sed reddemus id terræ, unde ortum est..... In quo autem magis justitiæ ratio consistit, quam in eo, ut quod præstamus nostris per affectum, præstemus alienis per humanitatem, quæ est multo certior justiorque cum jam non homini præstatur, qui nihil sentit, sed soli Deo gratissimum sacrificium est opus justum.*

64. Egm., Ald., prius, quod amplexus est Nebrissa, exponens in primis; neque Chamillardis displicuit. Sed multo magis placere debet pius. In Vat. A est prius, et supra pius.

65. Ald. Weitz., Gis. 1 edit., quia lex, nihilque diversum ex mss. notat Mariettus. Gis. 2 edit., quin lex, nullamque varietatem Heinsius ex suis mss. animadvertit. Metrum et sententia utrolibet modo constant; quamvis quia lex Gallandio minus rectum visum fuerit in vett. edd. Brev. Moz., movet omnes.

D 66. Aldus edidit forte sub una, correxit vitiose sorte sublima.

67. Egm., Widm. supra, munera. Vat. A. munera, supra funera.

69. Lege Tobiae librum cap. 11.

70. Tobias pater heros dicitur, ut S. Joannes evangelista hymn. 6, vers. 114.

75. Verbum stare ministris conviviorum apte convenit, qui et statores dicebantur, auctore Petronio Arbitro : Nisi aut servos viderint, aut statores alius cinctos.

74. Vat. A., ac fercula; alii et.

76. Vat. B, P. I cum glossa, plorata, lamentata; Gold., Widm., Weitz., nonnulli Heinsiani. Iso, fleta, quod metro parum congruit. Bong., Fabr., Hails. supra, Thuan., Rat., Gis., fletu, minus bene; fleta sepulcro optimi codices. Aldus et alii.

- 80 Deus illita felle serenat.
Jam tunc docuit pater orbi-
Quam sit rationis egenis
Mordax, et amara medela,
358 Cum lux animam nova vexat.
- 85 Docuit quoque non prius ullum
Cœlestia cernere regna,
Quam nocte, et vulnere tristi
Toleraverit aspera mundi.
Mors ipsa beator inde est,
- 90 Quod per cruciamina lethi
Via panditur ardua justis,
Et ad astra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis :
95 Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere novit.
Hæc, quæ modo pallida tabo
Color albidus inficit, ora
Tunc flore venustior omni
- 100 Sanguis cute tinget amœnia.
Jam nulla deinde senectus
Frontis decus invida carpet,
Macies neque sicca lacertos
Succo tenuabit adeo.

- A 105 359 Morbus quoque pestifer, artus
Qui nunc populatur anhelos
Sua tunc tormenta resudans
Luet inter vincula mille.
Hunc eminus aere ab alto
- 110 Victrix caro, jamque perennis
Cernet sine fine gementem,
Quos moverat ipse, dolores.
Quid turba superstes inepta
Clangens ululamina miscet
- 115 Cur tam bene condita jura
Luctu dolor arguit amens ?
Jam mœsta quiesce querela,
Lacrymas suspendite, matres,
Nullus sua pignora plangat :
- B 120 Mors hæc reparatio vitæ est.
Sic semina sicca virescunt
Jam mortua, jamque sepulta :
Quæ reddita cespitè ab imo
Veteres meditantur aristas.
- 125 360 Nunc suscipe, terra, fovendum,
Gremioque hunc concipe molli :
Hominis tibi membra sequestro,
Generosa et fragmina credo.
Animæ fuit hæc domus olim,

GLOSSÆ VETERES.

80. Illita, tineta. — Serenat, clara facit, l.
82. Egena, indigens quia necesse est ut habeat ratio-
nem, l.
83. Mordax, dura, l.
84. Lux, correctio divina, Vat. A. — Vexat, fati-
gat, l. Quia post longam tenebrarum insuetudinem lux
cum labore suscipitur, Prag.
85. Docuit, Deus, Iso.
87. Nocte, nox pro tribulatione, l.
96. Fatiscere, resolvi, dissolvi, Iso.
98. Color, pallor. — Inficit, corrumpit. — Ora,

facies, Iso.

99. Venustior, pulchrior, l.
100. Tinget, colorat, humectat, l.
102. Carpet, corrumpet, l.
104. Adeo, consumpto, l.
105. Morbus, diabolus, qui morbos infert, l.
109. Eminus, longe, l.
112. Moverat, excitaverat contra alios. — Dolores,
morbos, Iso.
127. Sequestro, commendo, separo, Iso.
129. Hæc, caro, l.

COMMENTARIUS.

82. Iso, Vat. B, l, Prag., Rat., Weitz. cum suis, egena. Ald., Vat. O, P. Q, Gis., egenis, quod secutus est Heins. cum suis. Probum est rationis egenis, hoc est peccatoribus, qui cæcis comparantur, et ratione, seu luce egent.
86. Torrentiani duo scandere. Sed cernere est in reliquis. Vide hymni 12 vers. 88.
96. Teol. pro diversa lectione cum per. Hailsb. supra mundi pro lethi.
95. S. Paulinus Natali 6 : Placida caro morte quiescit In spem non vacuum reditivæ condita vitæ. Verbo mortificandi utitur Tertullianus, et S. Prosper epigr. 96 : Vis est corporei mortificanda hominis.
100. Iso videtur legisse tingit. Sed tinget exigit sensus.
101. Widm., Palat., Aldus cum nostris, Heinsius cum Thuan., Put. et duobus aliis, jam. Alii nam.
104. Weitz., Hailsb. a secunda manu, abeso.
107. Aldus, sua nunc, minus bene.
108. Aldus, male, luget. Sichardus restituit luet, faventibus membranis.
112. Put. a manu secunda, ipsa.
115. Chæmillardus intelligit præficas illas mulieres quæ conducebantur, ut mortuum carmine lugubri prosequerentur; non tamen diffitetur, locum explicari posse de lacrymis quorumlibet. Id innuunt verba turba superstes. Vide comment. ad vers. 45, et confer dissertationem Hieronymi Baruffaldi de Præficas, et Antonii Lanzoui de Luctu mortuali.

114. Fabr., plangens pro clangens.
115. Egm., jam pro lam.
118. Barthius lib. xlvi Adv., cap. 45, interpretatur, matres esse feminas ætatis provectoris, quales fere præerat plangentibus, videlicet præficas sic dicit, quod plangentibus præficerentur. Non assentior. Prudentius enim statim de pignoribus seu filiis loquitur.
121. Joan. xii, 24 et 25.
124. Meditari est moliri et quasi exprimere. Nam qui meditantur, proximi sunt, ut efficiant. Non semel Prudentius hoc sensu usurpavit imitator; et S. Paulinus in eodem argumento de obitu Celsi : Cuncta resurgendi faciem meditantur in omni Corpore, et in terris germina, et astra polo. Prudentius veteres aristas vocat, quia semina ex aristis prodeunt, et in aristis redeunt. Teolius invenit imitantur apud nonnullos.
125. Rat., hunc pro nunc. Egm., Vat. O, mendose favendum.
126. Prag., nunc pro hunc, male. Vigilus martyr, pag. 17, gremium sepulcri dixit, fortasse Prudentium imitatus, ex Barthii observatione.
127. Aldus, Vat. Q, male nominis pro hominis. Heinsius suspicatur tibi sequestræ. Sed sequestro sensum rectum præfert. Hoc verbo usi sunt Tertullianus, Sidonius et alii. Tertullianus de Resurr. carn. cap. 27 : Proinde enim et corpora medicata condimentis sepulturæ mausoleis et monumentis sequestrantur.

- 130 Factoris ab ore creatæ :
Fervens habitavit in istis
Sapientia principe Christo.
Tu depositum tege corpus :
Non immemor ille requirit
135 Sua munera fictor, et auctor ;
Propriique ænigmata vultus.
361 Veniant modo tempora justa ,
Cum spem Deus impleat omnem.
Reddas patefacta , necesse est

- A 140** Qualem tibi trado figuram.
Non, si cariosa vetustas
Dissolverit ossa favillis ,
Fueritque cinisculus arens
Minimi mensura pugilli ,
145 Nec , si vaga flamina , et auræ
Vacuum per inane volantes ,
Tulerint cum pulvere nervos ,
Hominem periisse licebit.
362 Sed dum resolubile corpus

GLOSSÆ VETERES.

131. In istis, corpore, I.
133. Depositam, commendatum, I.
135. Fictor, plasmator, I.
136. Ænigmata, imagines, I. Ænigma in hoc loco
pro imagine ponitur, Vat. A. Ænigmata, id est figuram. Prag.
137. Modo, cito, Iso.

141. Cariosa, corruptibilis : nam caries est putredo ligni. A carie. i. e. putredo, tremetes (lege teredines) vocantur vermes, qui ligna comedunt, et in putredinem redire faciunt, I.
145. Flamina, venti, I.
146. Inane, vacuum aërem, I.
149. Dum, sc. usque, I.

COMMENTARIUS.

130. In marg. Vat. A et P pro diversa scriptura, Cui nobilis ex Patre fons est, quam habent Put., Oxon., Hailsb., et schedæ Grævianæ Cauchii. Nomsianus utramque agnoscit.

134. Heinsius cum Put., illa. Heinsio adherent Cham., Cellar., Teol., qui unum tantum Vat. vidit, in quo esset ille. Sed Fabr., Ald., Gis., Weitz., et nostri legunt ille, quod prætulit Gallandius.

135. Hails., factor, supra fictor.

136. Nebrissa suspicatur schemata, quod placet Chamillardo, quia homo tam perfecta figura, atque imago Dei est, ut ei nullo modo conveniat ænigma, nisi id omne quod aliud refert, ænigma dicatur. Contra ego puto, ænigma Dei recte hominem appellari. Est enim ænigma, ut ait Giselinus, rei minus notæ imago. Quod si velis, ænigma e-se imaginem aliquantum obscuram, ut plerique asserunt, optime homo ænigma Dei vocabitur, neque enim clare et perspicue Deum representat. Vide hynnun S. Laurentii, vers. 118, Argenteorum ænigmatum.

137. Vat. B, Wid., Gold, a secunda manu, venient.

141. Cariosa senectus apud Ovidium lib. I Amor., eleg. 12.

142. Christiani defunctorum corpora non comburebant. Nihilominus cinerem et favillas nuncupabant reliquias in sepulchris asservatas, ut sæpissime apud scriptores ecclesiasticos licet observare, Prudentium, Paulinum, alios. Neque desunt exempla antiquiorum, quibus favilla de quovis minuto pulvere profertur, in quem homines post obitum fuerint redacti, sive igne, sive alio modo consumpti, verbo translato ex communi usu comburendi corpora.

143. Notat Nebrissa, cineris proprium esse epitheton ærens. Sic Virgilius lib. VI, bibulam favillam dixit, quia arida est.

144. Barthius, lib. V Advers., cap. 10, hunc locum tæctur adversus G. Agricolum et G. Fabricium alioque, qui illum incessunt, quod pugillus non sit mensuræ genus. Etenim apud medicos revera mensura est pugillus, ut ex Plinio, lib. III, cap. 28, aliisque scriptoribus ostenditur. Apicius lib. III, cap. 10: Porros maturos feri, pugnum salis, aquam, et oleum mixtum facies, et ibi coques. Hoc igitur voluit poeta, hominis cinisculum pugno posse contineri; quod Propertius quodammodo attingit, et cum Prudentio Burmannus Propertium confert, aliosque adjungit lib. IV, eleg. 14, vers. 14: En sum, quod digitis quinque levatur, onus. Ubi loquitur Cornelia de suis cineribus, aut de sepulchralibus urnis, quæ plerumque erant minuta vascula. Scriptores ecclesiastici sæpe hanc phrasin adhibebant pugillo claudere, continere, sit de Deo auctor carminis de resurrectione Lactantio ascripti :

cujus clauduntur cuncta pugillo. Et Venantius Fortunatus : Mundum pugillo continens.

145. Prag., inepte, nec si flamma vagæ. Gis. I ed. in textu. Fab. et Bong., vaga flamina, minus bene.

148. Vat. A, periisse, sed periisse poscit carminis ratio.

149. Index librorum expurgandorum, cujus mei num. 184 proleg., jubet apponi margini hujus loci : Cautè lege : nam videtur docere, animas piorum, quæ nihil purgandum deserunt, egressas a corpore detineri in paradiso terrestri illo unde expulsus fuit Adam. Fortasse Prudentius per paradysum voluptatis et sinum Abrahæ nihil aliud intelligit quam essentialem animæ gloriam ante glorificationem corporis. Hanc explicationem confirmat quod ante Prudentius dixit : Veniant modo tempora justa, Cum spem Deus impleat omnem. Et Hamart. vers. 839 similiter describit paradysum, et cælum intelligit. In precibus, quibus anima ex hoc mundo egressura Deo commendatur, similes adhibentur voces, ut gloria cælestis indicetur : Beatæ quietis in sinu patriarcharum te complexus asringat... Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradysi sui semper amœna virentia. Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuis... In sinum Abrahæ angeli deducant te. Animas piorum post obitum in gremio Abrahæ, patris credentium, recipi veterum quorundam fuit opinio. Paulinus in carne de Obitu Celsi : Et patriarcharum sinibus deponat ovantes, Unde gehenna procul sævit hiante chaos. In officio Mozarabico hæ strophæ Prudentii canuntur. Vide S. Ildesonsum cap. 90 de Cognitione baptisimi ; Rigaltii notas ad cap. 13 Tertull. de Idololatria ; Læsum ad Lactantium lib. VII, cap. 21 ; Bellarminum, tom. I, contr. 7 ; Malvendam, de Paradiso voluptatis cap. 90 et seq., ubi auctores adducit, qui existimarunt animas piorum detineri in paradiso voluptatis, et hunc paradysum esse sinum Abrahæ. Hi autem recensentur Tertullianus, Origenes, S. Justinus in Quæst. ad orthodoxos, noster Prudentius, Theophylactus, Euthymius, Moses Bar-Cepha, S. Athanasius, S. Augustinus, S. Joannes Chrysostomus, Petrus Comestor. Horum auctoritates Malvenda partim rejicit, partim exponit, quod allegorice locuti fuerint ; Joan. Maldonatum refellit, qui verba Christi ad latronem Lucæ XXIII, Hodie tecum eris in paradiso, de sinu Abrahæ vel limbo Parum intelligit. Rigaltius loc. cit. apertius dicit, plurimos adhuc ævo illo valde fuisse harum rerum incertos et dubios ; qui etiam Irenæi sententiam in Abrahæ sinu resurrectionem expectari ex Quæst. Justini in sine libri allegat. Nunc jam damnatus est error asserentium animas sanctas non frui visione Dei usque ad diem judicii.

- 150 Revocas, Deus, atque reformas,
 Quanam regione jubebis
 Animam requiescere puram?
 Gremio senis abdita sancti
 Recubabit, ut est Eleazar:
 155 **363** Quem floribus undique septem
 Dives procul aspicit ardeus.
 Sequimur tua dicta, Redemptor,
 Quibus, atra e morte triumphans,
 Tua per vestigia mandas
 160 S. eium crucis ire latronem.
 Patet ecce fidelibus ampli
 Via lucida jam paradisi,

- A Livi et nemus illud adire,
 Homini quod ademerat anguis.
 165 Illic, precor, optime ductor,
 Famulam tibi præcipe meum
 Genitali in sede sacerari,
 Quam liquerat easul, et errans.
 Nos tecta fovebimus ossa
 170 Violis, et fronde frequenti:
364 Titulumque, et frigida saxa
 Liquido spargemus odore.

XI. HYMNUS VIII KALENDAS JANUARIAS.

Quid est, quod arcum circum

GLOSSÆ VETERES.

152. Requiescere, usque ad resurrectionem, l.
 153. Senis, Abraham, l.
 154. Eleazar, qui et Lazarus, l. Lazarus mendicus,
 Vat. A.
 166. Famulam, famulantem, Iso.
 169. Fovebimus, ornemus, Iso.
 171. Titulum, epiphium, l.
 172. Odore, odore, vel adodore (lege adore). Ador
 est genus farris, quod in sacrificiis deorum ponebatur:

COMMENTARIUS.

153. Put., Bong. et Palat., addita; quod tenuit
 Heinsius, et cum Heinsio Teolius. Abdita magis pla-
 cet, quod exstat in plerisque mss., et Ald., Fabr.,
 Gis., Weit. aliisque.

154. Vat. l. a secunda manu, Weitz., Gis. 1 edit.,
 Recubabit, ut illa Lazari. Aldus, nostri codd., omnes
 Heinsiani præter Put., Fabr., Tornæs., et ut Weit-
 zio visum, Widm., Recubabit, ut est Eleazar; quod
 magis ad rationem metricam accedit. Gis. 2 edit. ne-
 scio unde traxit Recubabit, ubi est Eleazar, quod pro-
 barem, si mss. faverent. Cham., Cell. et Teol. se-
 cuti sunt Heinsium, et contra metrum ediderunt,
 Recubabit, ut illa Lazari.

158. Ald., Nebr., Fabr., Egm., Bong., Oxon.
 alique duo Heinsiani, prisca editiones, atra morte;
 Gis., Heins., cum suis optimis, Prag., atra e morte.
 In Vat. A additum erat e. Vat. B a prima manu, atre,
 a secunda manu atra e. Put. triumphas.

159. Oxon., Vat. B a prima manu, mandans. Eum-
 dem locum intelligit poeta esse sinum Abraham et pa-
 radisum, quo a Christo latro perductus est.

164. Rat., non male, hominem, ita duobus versi-
 bus distinctis, Licet et nemus illud adire Hominem,
 quod ademerat anguis.

165. Ald., Gis., 1 ed., illud, precor.

170. Fab., Gis. ed. 2 diserit, fronde sequenti, ne-
 que mutavit, cum editionem hanc correxit Heinsius,
 qui Giselinum sequi solet, ubi se ab eo discedere non
 monet, hoc loco legi fronde frequenti, sed nihil con-
 tra observavit. Verum cæteri, et ipse Gis. 1 edit.,
 fronde frequenti. Posset conjici recenti, quod etiam
 in mentem venit Burmanno, tom. I Anthol. pag. 753;
 sed fortasse poeta innuit, eum honorem sepulcris
 sæpe et frequenter haberi. De his funerum ritibus
 vide proleg. num. 157, 158; Baronium, tom. I Annal.,
 pag. 238; Kirchmannum, de Funeribus pag. 581;
 Carolum Paschalem de Coronis, aliosque innumeros.

171. De titulo plura dicam ad vers. 392 hymni
 S. Vincentii, Titulumque figat martyris. Pro epita-
 phio sumitur hoc loco; quo sensu apte titulus crucis
 Salvatoris eo nomine donatur.

172. Unguentum intelligo liquidum odorem. Cha-
 millardus certe non erravit, cum liquido odore per
 eadem verba interpretatus est. Vide proleg. num. 159.
 Rot., Alt., Oxon. ad oram, Alex. pro divers. script.,
 Vat. Q, adore, perpèram, pro odore. Glossa falsa, et
 inepta est. In Vat. l. Fini liber hymnorum.

B venit autem a verbo ADORO, unde producit. Sed et
 regula repugnat, nam omnia nomina neutri generis in
 or desinentia corripunt or, ut marmor, marmoris,
 æquor, æquoris. Hisce ergo regulis invicem repugnan-
 tibus mansit indeclinabile ADOR, Vat. A.

1. Quid est, quasi nesciens interrogat quomodo sol
 ab australi circulo ad septentrionalem ascendendo re-
 currit. — Arcetum, brevem, brumalem, australem,
 Vat. A.

In vetustissimis codd. Put., Ox., Mar., Vat., B
 viii kal. Jan. titulus est hujus hymni, quem Aldus
 alique expresserunt. Vat., A, Eg., Rot., Hymnus
 natalis Domini. Alii utrumque titulum conjunxerunt,
 scilicet Weitz., Fabr. In Vat. B post hymnum præ-
 cedentem sic sequitur, Finit liber primus hymnorum.
 Incipit liber Peristephanon. Post hymnum vero S. Ro-
 mani Aurelii Prudentii Clementis. Incipit hymnus viii
 kal. Januarii. Sic omnia in codice Marietti, in quo

C desunt alii hymni Cathemerinon præter hunc et se-
 quentem, utpote alio loco a cathemerinis distincto
 conservatos, in Vat. A et Q pariter hi duo hymni
 collocantur post hymnum S. Romani. In Rot. et
 Noms. claudunt agmen libri Peristephanon post pas-
 sionem S. Romani. Equidem puto, ita fecisse exscrip-
 tores, qui cum hymnos de Tempore, ut vocabant,
 ab hymnis de Sanctis dividerent; duos hos hymnos,
 quibus festa natalis et Epiphaniæ Domini celebra-
 tur, magis ad hymnos de Sanctis quam ad alios de
 Tempore spectare opinati sunt. Non tamen valde re-
 pugnabo, si quis contendat, ab ipso auctore hos duos
 hymnos fuisse a cathemerinis separatos, ex vet.
 codd. auctoritate. Hunc hymnum in paucis commen-
 dat Crinitus, et peculiari commentario Erasmus et
 Augustus Buchnerus illustrant. Buchnerus in con-
 spectu carminis hæc habet: Egregium illud ac plene
 divinum (hoc carmen). Cui neque ad dictionis elegan-
 tiam, nec concinnitatem numerorum, tum inventionis
 acumen atque ingenium quidquam deest: quodque

D perinde ut cætera pleraque principatum nostro facile
 asserat, quem Christianorum poetarum ipsi jam du-
 dum summi sæculi viri attribuerant. Post Buchnerum
 commentatus est hunc hymnum Andreas Mollerus
 Pegavius, qui multus est in inscriptione illustranda
 Ad diem viii kalendas Januarii, sed potius scribere
 debuit a. d. hoc est, ante diem, nam ex his comper-
 diis litterarum factum est, ut aliqui scriberent ad.
 Idem Buchnerus contendit, scribendum kalenda, non
 kalendæ, de qua controversia orthographica plures
 alii agunt. Baronius, Martyr. pag. 2 ad diem 4 Jan.,
 primos verus laudat, quod divino plane consilio ac-
 ciderit, ut eodem ferme tempore uterque sol diversa
 luce orbi terrarum affluerit. Scaliger putabat, ne-
 minem Ambrosio et Prudentio antiquiorem Domini
 natalem diem assignasse viii kal. Jan., sive 25 Dec.
 Verum ejusdem natalitii diei meminit Victorinus
 episcopus Pictaviensis in carmine de Jesu Deo et ho-
 mine, qui ante Constantinum floruisse dicitur. See-

- 365** Sol jam recurrens deserit?
Christusne terris nascitur,
Qui lucis auget tramitem?
5 Heu, quam fugacem gratiam
Festinaolvebat dies!
Quam pene subductam facem
Sensim recisa exstinxerat!
Cælum nitescat lætius,
10 Grateur et gaudens humus :

- A Scandit gradatim denuo
Jubar priores lineas.
366 Emerge, dulcis pusio,
Quem mater edit castitas,
15 Parens, et expers conjugis,
Mediator, et duplex genus.
Ex ore quamlibet Patris
Sis ortus, et Verbo editus,

GLOSSÆ VETERES.

2. Recurrens, sursum, l.
4. Tramitem, viam, l. Viam : trames a tramittendo, Vat. A.
5. Fugacem, celerrime fugientem. — Gratiam, lucem, Vat. A.
6. Festina, cita, Vat. A.
7. Subductam, a brevitate diei, l. — Facem, quam prope subtractam lucem, Vat. A.
8. Sensim, leniter, l. — Sensim, etc., paulatim abbreviata dies, revisa per momenta, Vat. A.
10. Grateur, gratuletur, Vat. A.
11. Gradatim, per gradus; per centum octoginta gradus ascendit sol quando crescunt dies, et per eisdem descendit; et tot sunt anni dies, additis quinque, qui intercalares dicuntur, l. Per gradus, Vat. A. — De-

- nno, iterum, Iso. Iterum. Sol centum octoginta gradus, vel lineas habet in ascensione. In descensione quoque ejusdem numeri gradus habet, Vat. A.
12. Jubar, sol. — Priores, septentrionales, Vat. A.
13. Emerge, ascende, vel exi a cælis, Christe, l. Nascere, Vat. A. — Pusio, Jesu, l. Puer parvus Christe, Vat. A.
14. Edit, parit, generat, Vat. A.
15. Parens, mater, l, Vat. A. — Expers, etc., ignara viri, Vat. A.
16. Duplex, hominis et Dei, l. — Duplex genus, Dei et hominis, Vat. A.
17. Quamlibet, quamvis, Vat. A.
18. Verbo, Patris. — Editus, angelo nominante, l.

COMMENTARIUS.

ligerum refellit Petavius, et post Petavium Antonius Maria Lupinus, in cujus dissertatione cum notis cl. Zachariæ de hoc argumento discrepantes plures opiniones, et hinc inde rationes allatæ possunt videri.
5. S. Petrus Chrysologus, serm. 159 : *Creascere dies cœpit, quia verus dies illuxit*. S. Augustinus, aliique eandem sententiam adornant.

4. Egm., auget, mendum.
5. Juvencus lib. iv Hist. pag. 507 edit. Fabric., *Amittet cursum lunaris gratia lucis*. Supra hymno 7, vers. 188, *ciborum gratia*.

9. Erasmus legit *nitescit*, non male. Cæteri, *nitescat*, quasi prophético more.

10. Erasmus, *gratatur*. In cod. Marietti videtur prius scriptum *gratet*.

13. Fabricius ait, transpositionem horum versuum, quæ erat in codicibus, obscuritatem peperisse. Nescio quos dicat codices, nam ordo versuum idem est in omnibus quos aut vidi aut ab aliis excussos legi. Obscuritas in sequentibus versibus exponitur. Arator, lib. II, col. 601 edit. Fabricii : *Quæ conjugis expers Mater inest; natusque Dei de Virginis alvo Emicat, atque hominem mediator in omnia complet*. Igitur *emerge* idem ac *emica*, ut supra hymno IX, vers. 27, *Emicat*, etc.

14. Buchnerus orationem non satis apte nexam, et obscuritate quadam perplexam notat. Nam constructio hæc esse debet *dulcis pusio, quem edit castitas matris parentis, et expertis conjugis mediatorem, et duplex genus*. Eadem fere difficultate sese implicuerant Nebrissa, Erasmus, Chamillardus. Et Nebrissa quidem cum apud Aldum reperisset vers. 15, *Parens et Christus conjugis*, errorem metri animadvertens, ita correxit, *Parens et ipse conjugis*, et explicuit, *qui et filius, et pater matris, conjugis vero pro æternus cum Patre, a con, et jugis, iuge compositum*. Sed non minus ipse contra metrum peccat; nam *u* in *conjugis, conjugæ*, est longum, in *conjugis* genitivo a *conjugæ* breve. Restituta lectione, quam Aldus exhibuit hoc versu 14 : *Quem mater edit castitas*, omnem obscuritatem evanescere facile quivis intelliget. Legitur vero *mater castitas, non matris castitas*, in Heinsianis, Vat. A et B, Urb., Alex. et aliis. In præfatione Psychomachiz, vers. 12, *matre virtute* : sic nunc *mater castitas*, hoc est, mater, quæ non solum sit casta, sed ipsa castitas : eo fere modo quo homo vitiosus, scelcratus, appellatur vitium, scelus.

15. Mendum Aldi *parens et Christus* non bene emendatur a Nebrissa *parens et ipse*, ut notatum nuper est. In Mariet. alius error a manu prima *parcens*.

16. Aiunt, Latinos nescisse hanc vocem *mediator* : at eam noverunt primi Latini Christiani, qui Dominum Jesum Christum *mediatorem Dei et hominum* appellare non dubitarunt. Profecto Latine melius dici non potest. Mollerus observat, in Apuleii vulgata editione lib. IX legi *mediatorum*, sed locum corruptum esse, et a Wowerio jam dudum emendatum, qui *metatorum* substituit. Petavius, tom. IV, part. 2, lib. XII, cap. 2, affirmat, Christianos et *quidem elegantes ac disertos scriptores* hæc voce usos, ut Lactantium, Prudentium et plures alios.

17. Apud Latiniores scriptores sæpius, aut etiam semper *quamlibet* subjicitur. Prudentius præponit, quod alii auctores illius æquales similiter fecerunt. In antiquioribus non invenio exemplum, neque invenerat Erasmus.

18. Prag., *genitus*, repugnante carmine pro *editus*. Qua ratione Verbum dici possit *Verbo editum*, disse-rui hymn. 5, vers. 2, in voce VERBGENA. Aliam interpretationem offerunt Buchnerus in comment., et Joannes Lamius de Recta Nicænorum PP. Fide cap. 22, scilicet Prudentium loqui de generatione qua Verbum caro factum est, et Mollerus explicatius ait, sensum esse quod Christus a Patre per prophetas in Veteri Testamento, et post per Gabrielem angelum, nativitatem denuntians, manifestatus atque completo tempore tandem homo editus sit. Neque dubium, quin in utroque hymno, maxime vero in hoc præsentis poeta Filii Dei generationem in tempore suscepit laudandam. Prudentius, cum ex Evangelio Joannis pateat omnia per Verbum facta esse et sine eo factum nihil, collegit, etiam Verbum per Verbum carnem factum esse, et editum, ita tamen, ut paterno in pectore prius vigerit, nam, ut ait, *Verbum Deus*. Prudentius ipse sæpe in eandem sententiam erumpit, ut Apotheos, vers. 524. Consonant Ennodius Ticinensis lib. II, hymno 10 : *Concepit aure Filium... Quod lingua jecit, semen est*. Sedulius in hymno abecedario : *Verbo concepit Filium*, quod in correctione metri mutatum est *Verbo recepit Filium*, Videtur Prudentius respexisse illud Ecclesiastici cap. XXIV, 5 : *Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam*. Ex hoc et similibus locis æterna Filii generatio agnoscenda est et demonstranda.

- 367 Tamen paterno in pectore
20 Sophia callebas prius.
368 Quæ prompta cælum condidit,
Cælum, diemque, et cætera.
Virtute Verbi effecta sunt
Hæc cuncta : nam Verbum Deus.
25 Sed ordinatis sæculis,
Rerumque digesto statu,
Fundator ipse, et artifex

- A Permansit in Patris sinu :
Donec rotata annalium
30 Transvolverentur millia,
Atque ipse peccantem diu
Dignatus orbem viseret.
Nam cæca vis mortalium
Venerans inanes nœnias,
35 369 Vel æra, vel saxa algida,

GLOSSÆ VETERES.

20. Sophia, etc., *sapientia, prudentia affluere, vi-
gebas, prudenter sapiebas, antequam aliquid faceres.
Callo verbum est, id est prudentia affluo. Unde calli-
dus dicitur prudens, astutus; hinc etiam calvo dicitur,
id est, decipio, a quo calumnius, Vat. A. — Callebas,
callo, vigeo, possum, I.*

21. Prompta, parata, I. Sophia potens, parata ad
omnia facienda, Vat. A.

25. Effecta, facta, I.

26. Digesto, disposito, ordinato, I.

28. In Patris sinu, cum Patre semper erat, I.

29. Rotata, discursa. — Annalium, temporum, vel
librorum, I.

B 34. Nœnias, vanitates, nœniæ vanitates sunt titulo-
rum, quæ adhibebantur mortuis, quæ nihil profi-
ciunt, I.

35. Algida, frigida, I.

COMMENTARIUS.

quamvis nonnunquam aliqui SS. Patres ea de gene-
ratione intellexerint qua Verbum caro factum est.
Clericus quidem, contra quem Lanius disputat, in-
aniter cavillatur, asseritque Prudentium existimasse,
Verbum paulo ante mundi effectorem generatione
prolatum fuisse, cum antea ejus natura nondum exi-
stens modo quodam inenarrabili in Deo delitasset :
quod ab aliis Patribus antenicænis pariter dictum
pronuntiat. Doctrinam catholicam Prudentii indica-
tam habes proleg. num. 126. Tota Clerici difficultas
in unico verbo prius est posita vers. 20, *Sophia cal-
lebas prius*. Ea autem prorsus diluitur cum ex priori-
tate originis, quam vocat et explicat theologi, tum
ex diversa ratione qua Verbum divinum considera-
mus, alia prout est in Patre, alia prout est ad res
creatas sermo prolatus : tum demum animadversa
temporali generatione Verbi qua caro factum est.
Vide Tournelyum De Trinit. quæst. 4, art. 2, sect.
2, et dissertationem Balleriniorem contra Petavium
pro S. Zenone et Patribus antenicænis.

19. Abest in ab Egm. et Hailsbr.

20. Vat. B, *collebas pro callebas*. Weitzius, Widm.;
Vat. I, Gold., Hails., Bong., *calebas*. Non patitur me-
trum. In exemplari edit. Weitz. apud cl. præsulem
Regium nescio quis correxerat *callebat* ex aliquo
codice, ut videtur. Tertullianus lib. advers. Praxeam,
cap. 6 : *Hæc vis, et hæc divini sensus dispositio apud
Scripturas etiam in sophiæ nomine ostenditur. Quid
enim sapientius ratione Dei, sive sermone. Itaque so-
phiam quoque exaudi, ut secundam personam conditam.*
S. Zeno, serm. 5 de Æterna Generatione Filii, *In
profundo suæ sacræ mentis arcano*. Locus etiam esse
potest his quæ theologi disputant de mutua persona-
rum in se invicem inexistencia, sive circuminsessione,
ut vocant, ex cap. xiv Joan. vers. 10 : *Ego in Patre,
et Pater in me est.*

21. Sophia seu sapientia dicitur prompta, quia
manifestata est, cum mundum condidit, a *promo*.
Tertullianus loc. cit. cap. 7 : *Tunc igitur etiam ipse
sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum, et vocem,
cum dicit Deus, Fiat lux. Hæc est nativitas perfecta
sermonis, dum ex Deo procedit. . . . apparet, unam,
eamdemque vim esse nunc in nomine sophiæ, nunc in
appellatione sermonis.*

22. Erasmus et Daventriensis editio, *noctem pro
cælum*. Alt. contra Metri regulas *cælum, noctemque,
et tartara*. Heinsius suspicatur *solum diemque, et tar-
tara*, ut hymno Romani, vers. 325 et 326, *una virtus
condidit Cælum, solumque*. Lectio, in cæteris omni-
bus codicibus recepta, non indiget correctione.

24. Prag., *nam Deus Verbum est*, Vat. Q, *nam
Deus Verbum*. Neutrum cohæret metro.

27. Aldus, *fundatur, male*.

28. Joan., I, 18.

32. *Visendi et visitandi* vocabulo libenter SS. Patres
utuntur, cum mysterium Incarnationis exponunt quod
a sacris litteris mutuantur, ut in cantico Zachariæ
cap. 1, *Visitavit*, etc.

33. Non solum poetæ, verum etiam oratores vim
pro multitudine accipiunt, ut Cicero et alii.

34. *Idola vocat nœnias*, ut in Laurentio, vers. 496,
et I in Sym. vers. 433, *nugas* : et ex probabili quo-
rundam codicum lectione vers. 515 hymno S. Lau-
rentii : *Orare nœnias Numæ* : Cicero, cap. 24 lib. II
de legibus : *Honoratorum virorum laudes in concione
memoranto, easque etiam ad cantus, et ad tibicinem
prosequuntur, cui nomen nœniæ, quo vocabulo etiam
Græci cantus lugubres nominant*. Proprie etiam *nugæ*
erant, quæ in mortuorum laudem canebantur. Recte
igitur *nœnias*, et *nugas* vocat poeta cultum hominum,
quos post obitum alii homines in deos referebant.
Nugæ etiam, et *nœniæ* intelligi possunt fabulæ et in-
venta superstitiosa quibus idololatræ fidem præstabant.
Nota sunt cogitata Numæ de cultu deorum.

35. Egm. et Palat., *vel ære, vel fixa*, mendose.
Nonnulli hæretici, alique semicatholici negant eo
dementiæ ethnicos devenisse, ut ligna vel æra crede-
rent esse deos. Honorem et cultum qui status Dei
et sanctorum præstatur, vellet abolitum, quasi hæc
esset vera illa idololatria, quæ ethnicis objiciebatur,
non vero quod divinitatem rebus humanis affingerent.
Verum evidentissimis sacræ paginæ testimoniis
refelluntur. Isaias cap. XLIV multa afferit ut probet,
Deum non esse idolum, quod homo suis manibus
effingit, ejusdem idoli artificum idololatrarum vanita-
tem, imo stuporem aperte convincit. Sexcenta alia
sunt hujuscemodi. Prudentius non solum hoc loco,

sed in multis aliis eandem ethnicorum insaniam
coarguit. Non deerant inter gentiles, qui animadver-
terent, eatenus simulacris cultum exhiberi, quatenus
deorum numen et potentiam referebant. Hos alii
rationibus nostræ religionis defensores oppugnabant.
Res tota verbis Athenagoræ manifesta redditur in Le-
gatione pro Christianis pag. mihi 17 : *Et ut paucis
absolvam, omnes ubique imagines ab hominibus factæ
sunt. Quod si dii isti ab initio non erant, illisne, a qui-
bus facti sunt, posteriores erunt? vel cur, ut essent, ho-
minibus, et arte indigerunt? Terra hæc sunt, et lapi-
des, et materia, et ars curiosa. Cæterum quoniam non
desunt, qui hæc nihil, quam simulacra esse dicunt,
deos vero, quorum honori ea sint dedicata, et quænan-
que in ipsos conferuntur, reditus, sacrificia ad ipsos
pertinere deos, neque alio modo homines convenire
posse deos (conspectusque deum gravis est, ut inquit
poeta) et ad hoc comprobandum historias quasdam re-
citant idolorum quorundam opera : agedum, inquirat-*

- Vel ligna credebatur Deum.
 Hæc dum sequuntur, perfidi
 Prædonis in jus venerant,
 Et mancipatam fumido
 40 Vitam barathro immerserant.
 Stragem sed i-tam non tulit
 370 Christus cadentium gentium;
 Impune ne forsam sui
 Patris periret fabrica.
 45 Mortale corpus induit,

- A Ut excitato corpore
 Mortis catenam frangeret,
 Hominemque portaret Patri.
 Hic ille natalis dies,
 50 Quo te Creator arduus
 Spiravit, et limo indidit,
 371 Sermone carnem glutinans.
 Sentisne, virgo nobilis,
 Matura per fastidia
 55 Pudoris intactum decus

GLOSSÆ VETERES.

38. Prædonis in jus, in diaboli potestate, l.
 39. Mancipatam, quasi mancipatum traditam, l.
 43. Impune, sine pœna diaboli, l.
 45. Induit, indidit, l.
 46. Excitato, a morte, l.

50. Te, Christe. — Creator, Pater,
 51. Indidit, corporavit, l.
 52. Glutinans, ligans, l.
 54. Matura, plena. — Per fastidia, dignitates, per
 temporales expectationes, l.

COMMENTARIUS.

mus quænam illorum qui d'i nominantur vis atque effi- B tamen.

37. Diverso modo alii hos versus distinguunt, scilicet: *Hæc dum sequuntur perfidi, Prædonis in jus venerant*, ut *perfidi* sint qui adorant idola, quod explicat Erasmus. Cum Fabricio, Weitzio et Giselino *prædonis perfidi* præfero.

39. Gis. 1 ed. habebat et *mancipatum*: et una ex glossis Ison's q. *mancipatum*. Nescio, an aliquid lateat, nec video, cur non sit legendum *mancipatam*. Iso fortasse hoc voluit, quasi ad *mancipatum traditam*, vel *mancipatum traditam*.

42. Non eadem distinctione hi versus apud omnes scribuntur. Quidam habent *Christus cadentium gentium impune, ne*, etc. Melior est sensus *ne fabrica periret impune*.

45. Imitatus est Sedulius hymno alphabetico: *Servile corpus induit*, etc. Lutherus, tom. 1, fol. 415, ait, nullos fuisse Patres aut doctores, qui non improprie aliquando sint locuti, si eorum dicta cavillari velis, et nihil magis hæreticum dici posse asserit, quam quod *Christus corpus induerit*, non enim vestis et corpus constituunt unam personam. Sed cum Apostolus et plerique SS. Patres simili loquendi formula usi sint, ea phrasis usu ipso ecclesiastico consecrata jam est, et rectum sensum præ se fert. Sic corpus dicitur carcer, vas animæ, et similia. Vide hymni 7 vers. 190, et 10 vers. 22.

46. Nebrissa pro *excitato* explicat *ascito*, vel *assumpto*. Sed melius interpretaberis *resuscitato*.

48. Prag., *reportaret*, contra metrum.

51. Erasmus contra fidem omnium mss. et edit. supposuit *Animavit, et limo induit*. Putavit vir criticus, d'ci non posse *Pater spirat Filium*, et hoc habebat omnino ille, ut quidquid non intelligeret, mutare, et corrigere arbitrato suo auderet. Hæc vera causa innumerabilium ejus in rebus sacris et theologicis emendationum, quæ in aliis auctoribus tolerari fortasse possent, in divina Scriptura nullo modo sunt ferendæ. Deum d'ci posse spiritum nemo negaverit. Poeta noster Apoth. vers. 666, *qui spiritus olim Ore superfluo patri volitabat in undis Nondum discretis*, ubi Filium intelligit. Paulinus in poemate ult. : *Hic Deus est ex corde Dei, hic spirius oris, Sancti sermo Patris*. Ubi Muratorius putavit, claudicare versus primum, neque advertit hiatum similem huic Virgiliano, *Posthabita coluisse Samo, hic illius arma*. Hugo Grotius ad cap. II Marci vers. 8, *Jesus spiritu suo*, etc., ex verbis Prudentii aliisque SS. Patrum probat, Verbum dici *spiritum* non tantum *διὰ τὸ ἀσώματον*, (ob incorporalitatem), quomodo Patri id nomen convenit, sed etiam quia laxiori vocabulo qualemcunque emanationem *spiritum* appellabant: quod loquendi genus mansit non solum post controversiam eum Arianis, sed etiam post natum cum Macedonio cer-

52. Chamillardus interpretatur, *Verbi sui efficacitate corpus compingens*. Alii melius, ut puto, unionem hypostaticam intelligunt. Buchnero sordidum verbum videtur *glutinans pro copulans*, quamvis efficacius *miscendi* verbo, quo plerique SS. Patres utuntur. *Coagulandi* vocabulo subdole quosdam fuisse usos, ut naturarum in Christo confusionem innucent, Phœbadius notavit. Plerumque accidit, ut quedam antiquorum verba humilia et sordida nos existimemus esse, quia vulgares nostræ voces quæ illis respondent, usu ipso et consuetudine sordidæ et humiles habentur. In sacris Litteris adhibetur vocabulum *conglutinandi* non semel ad res serias gravesque significandas, ut I Reg. xviii, 1 : *Anima Jonatæ conglutinata est animæ David*. In codice Theodosiano argumenta *conglutinari* dicuntur, cum multæ conjecturæ congeruntur.

53. Hanc interrogationem vim negandi habere, Fabricio asserenti non assentior, nam sic negaret, *pudoris decus crescere* Teolio placuit Fabricius. Hujus verba sunt : *Hæc interrogatio vim negandi habet, quasi diceret : Minime sentis illud fastidium quod alie matres sentiunt*. Aio igitur, interrogationem, si vim haberet negandi, hunc habituram sensum : *Minime sentis, intactum decus crescere matura per fastidia*; quod poetæ menti contrarium est, ut ex contextu et strophâ sequente colligitur. Prudentii hæc est sententia, crescere decus pudoris quo vicinior est parus. Nonnemo interpretatur, decus fuisse intactum per fastidia, hoc est, nulla fuisse fastidia quibus decus pudoris tangeretur. Simili significatione Horatius verbo *tangendi* utitur lib. III, od. 13 de fonte Blandusie : *Te fragrantis atrox hora canicalæ Nescit tangere*; et Ovidius lib. III Metam. de fonte : *Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ Contigerant, aliudve pecus*.

54. Prag., *fastigia*, minus bene. Fortasse Iso legit etiam *fastigia* cum glossa *dignitates*. Buchnerus arbitratur, trajectam esse glossam Isonis ex versu 56, ubi est *HONORE, dignitate*, quod in hunc versum translatum in *dignitates* evaserit. Satis id est verisimile. Nemo melius Nebrissensi *fastidia* hæc exposuit : *Non, inquit, quod Virgini contigerint, quæ prægnantibus solent.... Sed loquitur ex more aliarum seminarum, sicut quod dicitur, ENIXA EST PUERPERA, et alibi: ENIXA PUERPERA REGEM : non quod in partu fuerit ille NIXIS cum doloribus, qui in aliis feminis contingit, sed quod salva integritate peperit*. Vide Franciscum Suarez, qui tom. I in 3 partem S. Thomæ, quæst. 28, disput. 5, sect. 4, ex S. Augustino, Fulgentio et Bernardo rem hanc mirum in modum illustrat. Alios addit Petavius lib. XIV, cap. 6, qui *communem* hanc veterum sententiam appellat.

Honore partus crescere ?
 O quanta rerum gaudia
 Alvus pudica continet!
 Ex qua novellum sæculum
 60 Proceat, et lux aurea
 Vagitus ille exordium
372 Vernantis orbis prodidit :
 Nam tunc renatus sordidum
 Mundus veterum depulit.
 63 Sparsisse tellurem reor
 Rus omne densis floribus,
 Ipsasque arenas Syrtium
 Fragrasse nardo, et neclare.

A Te cuncta nascentem, puer,
 70 Sensere dura, et barbara :
 Victusque saxorum rigor
 Obduxit herbam cotibus.
 Jam mella de scopulis fluant :
 Jam stillat illex arido
 75 Sudans amomum stipite :
 Jam sunt myricis balsama.
 O sancta præsepis tui,
373 Æterne rex, cunabula,
 Populisque per sæclum sacra
 80 Mutis et ipsis credita.
 Adorat hæc brutum pecus,

GLOSSÆ VETERES.

62. Vernantis, *florientis*, l.
 64. Veterum, *peccatum*, *veterum morbus*, qui *intercutaneus dicitur*, l.
 66. Rus, *superficiem*, l.
 68. Nardo, *pretiosissimo unguento*. — Nectare,

B *fide*, l.
 72. Cotibus, *lapidibus*, l.
 74. Illex, *quercus*, l.
 75. Amomum, *genus pigmenti*, l.
 76. Myricis, *genistæ, humillima arbor*, l.

COMMENTARIUS.

56. Id pas-im SS. Patres affirmant. Frustra nonnulli heterodoxi claris et innumeris SS. Patrum auctoritatibus pro integritate Virginis in partu paucas alias et obscuras opponunt. Vide Huetium Origenian. lib. II, q. 4.

59. Isaïæ IX, 6.

60. Congruenter *lux aurea* exponitur *aureum sæculum*.

61. Fortunatus, *Vagit infans*, etc.

62. Gis. ad marg., *orbis protulit*.

63. Vat. A, *mendose, renatis*.

65. Poeta exscribit, et exornat allegorias prophetarum, Joel III, 18; Amos IX, 13. Pervulgata et contrita sunt quæ Virgilius ex Sibyllæ vaticinio cecinit ecloga 4 : *Ultima Cumei venit jam carminis ætas*, etc., quæ cum poetæ nostri hoc hymno conferri digna sunt.

66. Wid., *dense, supra densis*.

67. Quas dicat *Syrtes*, vide hymno 7, vers. 30.

70. Notat Buchnerus, vocabulum *sentienti* maiestatem quamdam inferre, quod multis versibus Horatii, Ovidii, Claudiani, Sedulii et aliorum comprobatur.

72. Erasmus suspicatur, poetam scripsisse *cantibus*. Verum *cos* pro rupe etiam accipitur : sic Propertius, eleg. 3, lib. 1 : *Libera jam duris cotibus Andromede*. Quanquam tam in Prudentio quam in Propertio *cotibus* potest esse *cautes*; nam *au* in o veteres sæpe commutabant, ut *clodus* pro *claudus*.

73. Animadvertit Erasmus, plus nostrum poetam dicere quam Virgilius ecloga cit. : *Et duræ quercus sudabunt rosida mella*.

75. Ald. et Fabr., *in stipite*.

76. In Egm., *sunt myrris*, mendum.

77. Gis. 1 edit., *Weitz., tua pro tui*. Aldus, codd. Heins., et nostri omnes, *tua*. Monet Buchnerus, poetam ex temporis sui ratione prædicere reverentiam, quæ præsepi Domini futuris sæculis esset habenda. Fortasse Prudentius solum innuit venerationem quæ tunc præsepi Domini habebatur; ejus tamen verba accommodari possunt ad nostra tempora. Nunc Romæ ostenditur præsepe ligneum, magnoque in honore est, favente prisca traditione; quam inepte subruere conatur Samuel Basnagius, Annal. politico-ecclæs. anno ante Dom. 5, num. 20, quia Tertullianus præsepe illud vocat *durum*, adeoque, ut argute concludit, non ligneum (quasi lignum sit molle), sed lapideum, et quia anonymus apud Chrysostomum in Luc. II ait : *Pro honore tulimus (præsepe) lateritium, et*

posuimus argenteum, et Brocardus, seu Burchardus dicit *in rupe excisum*. Duo hæc testimonia inter se pugnant. Serryus, exercit. 30, recte docet, structuram quæ præsepe ligneum continebat, fuisse vel lapideam, vel lateritiam. Monumentum antiquum musei Borgiani præsepe ligneum nobis exhibet. Anno 642 circiter ex Bethlehemica spelunca cuna et præsepe Romam advecta sunt. Vide Bianchinum, dissert. de Præs. et cun. Domini nostri Jesu Christi, et Gorium, præf. ad vers. Ital. poem. Sannazarii de Partu Virginis, ubi de quatuor vetustis præsepis imaginibus disserit.

79. In Aldo error metri *sæculum*.

80. Bovem et asinum ad Domini præsepe intellige, quod pia credit antiquitas. In carmine de Passione inter Lactantii opera : *Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum Arida in angustis præsepibus herba cubile*. Post Claudiani opera exstant quædam carmina Christiana, quæ multi Claudiano adjudicant, sive principum Christianorum adulatori, sive denique Christianam fidem professo. In his est carmen de laude Christi, quod certe Claudianum non habet auctorem, sed Merobaudem, scholasticum Hispanum, cujus nomine editum est in collectione poetarum Christianorum, et in Biblioth. SS. Patrum. Merobaudes igitur in eo carmine ait : *Auctorem scivere Deum te, conscia partus Mater, et, attoniti pecudum sensere timores*. Sedulius, lib. III de Asello cui inedit Dominus : *Non illius impar, Qui patulo Christum licet in præsepe jacentem Agnovit tamen esse Deum*. Locus est Isaïæ I, 3 : *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui : Israel autem me non cognovit, etc.*, quo respicit Prudentius. Ex quo factum est, ut hæc historia, si vera fuerit, in dubium ab his sit revocata, qui narrationem conflictam existimarunt ob Isaïæ verba; contra si falsa fuerit, ex eisdem verbis a nonnullis fuerit inventa, quod crediderint, Isaïam non allegorice locutum, sed rem futuram prædixisse; quæ alioquin similis vero redditor, cum Salvatoris ortus in stabulo et præsepi contigerit. Quod autem Serryus in suis Exercitationibus ait, Patres qui bovis et asini meminerunt allegorice esse locutos, eorum verbis et menti aperte repugnat. Locus cap. III Habacuc ex versione LXX interpretum a multis SS. Patribus in eandem rem adducitur, *In medio duorum animalium cognosceris*, sed firmam non esse eam versionem, docet S. Hieronymus. Exstant adhuc imagines antiquissimæ, quibus præsepe cum bove et asino exhibetur. A prisca usque sæculis hu-

Indocta turba scilicet :

374 Adorat excors natio,
Vis cujus in pastu sita est.

85 **375** Sed cum fideli spiritu
Concurrat ad præsepia
Pagana gens, et quadrupes,
Sapiatque, quod brutum fuit :

A Negat patrum prosapia,
90 Perosa presentem Deum :
Credas venenis ebriam,
Furii-ve lymphatam rapi.
Quid prona per scelus ruis?
Agnosce, si quidquam tibi
95 Mentis resedit integræ,

GLOSSÆ VETERES.

83. Excors, *insensata*, Iso.
84. In pasta, *quia tantum de comestione curant*, Iso.
87 Quadrupes, *pecora vel pecorina*, I.
88. Sapiatque, *intelligat*, I.
89. Prosapia, *progenies*. — Patrum, *Judæorum*, Iso.

91. Credas, *o lector*, I.
92. Lymphatam, *furentem*, I. *Legitur in Evangelio Nazæcorum, Sephoram fuisse obstetricem beatae Mariæ, quæ cum mimum inflexisset et agnovisset virginitatem illius manuisse, exclamans quasi lymphata dixit : Hæc virgo peperit, et virginitatem non amisit*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

hujusmodi picturam ad nos manasse tradit Erasmus. nos offerimus, eruditissimi præsulis Stephani Borgiæ Vetustum monumentum ex museo Borgiano Velitris liberalitate communicatum. Prodiit antea non dissi-



milis imago ex anag'yphis antiqui vitri in museo Victorino; eamque Victorius in dissertatione de Nummo æreo illustravit, ubi narrat, simile monumentum exstare apud dominos de Trautson, et aliud apud Paulum Sabbatinium. Monumentum musei Borgiani aut diversum est, aut certe nunc correctius laudati præsulis diligentia exhibetur ex ipso prototypo, quod contuli.

83. Giselinus ad oram indicat trajectionem horum versuum, ut primus sit *Vis cujus in pastu sita est*, secundus *Adorat excors natio*.

85. Fabricius impulsus studio erga reformationem, quam ipsi vocant, incassum laborat, ut peregrinationes hoc loco laudatas in alienum sensum detorqueat. Explicat *fideli spiritu* fide per spiritum sanctum accensa. Ait, ad præsepe Christi accurrere, non esse ire Hierosolymam, et loca illa muta calcare, sed Christum fide arripere, et per eum solum sperare remissionem peccatorum et vitam æternam. Argute.

C Sed quis sibi persuadeat, Prudentium non commendare peregrinationem ad præsepe Domini *fideli spiritu* peractam, ea videlicet pietate qua ejus tempore præsertim fiebat, hortatore, impulsore, exemplumque præbente maximo Ecclesiæ doctore Hieronymo? Nonne certum est, poetam sæpe cum laude commemorare ejusmodi concursus hominum, qui ad sepulcra martyrum celebrabantur? Sane cum Fabricius frequenter impietatis arguere audeat Prudentium, quod de invocatione cultique sanctorum idem dixerit et fecerit quod cæteri Patres quarti sæculi, nulla difficultate deterreri debuit, quininus hac etiam in parte nobis concederet Prudentium. Videndus præter alios de hoc argumento Gretzerus, qui etiam vatis nostri armis pugnat.

91. *Venena* hoc loco veneficia sunt, quibus meus alienatur.

92. Vat. A, *lymphatum*, mendose. In Cham. pariter mendum *furisve*.

- Ducem tuorum principum.
 Hunc, quem latebrar, et obstetrix
376 Et virgo feta, et cunulæ,
 Et imbecilla infantia
 100 Regem dederunt gentibus,
 Peccator, intueberis
 Celsum cœnascis nubibus,
 Dejectus ipse, et irritis
 Plangens reatum fletibus :
 105 Cum vasta signum buccina

- A** **377** Terris cremandis miserit,
 Et scissus axis cardinem
 Mundi ruentis solverit :
 Insignis ipse, et præminens
 110 Meritis rependet congrua :
 His lucis usum perperis,
 Illis gehennam, et tartarum.
 Judæa, tunc fulmen crucis
 Experta, qui sit, senties,
 115 **378** Quem, te furoris præsule,

GLOSSÆ VETERES.

100. Dederunt, ostenderunt.
 102. Celsum, Christum : in nube enim apparebit in
 judicio, Vat. A.
 103. Irritis, inanibus, nihil proficiendo, Vat. A.
 104. Reatum, peccatum, Vat. A.
 105. Buccina, vox angelica, hanc tubam, vel angeli-
 eam vocem describit beatus Effrem eremita in quadam
 homilia de die judicii dicens : O vos defuncti, quos abdit
 terra sepulcris, surgite, et auctori vestro celeres occur-
 rite, Vat. A.
 107. Axis, cœlum, Vat. A.
 109. Ipse, Christus. — Præminens, excelsum super
 eminentis, Vat. A.
 112. Illis, malis. — Gehennam, nomen gehennæ in

Evangelio scrip'tum reperitur. Interpretatur autem ge-
 henna vallis gratuita. Erat enim locus amœnissimus
 juxta Hierusalem, quem præterluebat fons Siloa, de-
 scendens de monte Morian, in quo erat templum Do-
 mini. Ergo propter illius loci amœnitatem Judæi re-
 cto templo ibi sacrificabant idolis. In quo etiam loco
 duplici poena..... ab hostibus : in corpore perempti, in
 anima quoque puniti sunt. Unde et gehenna pro inferno
 ponitur, in quo peccatores cum corpore et anima pu-
 niuntur, calore videlicet et frigore, Vat. A.

113. Fulmen, potestatem, Vat. A. — Epiphania,
 EPIPHANON, apparere. Inde EPIPHANIA, superficies vel
 apparitio ; THEOPHANIA vero Dei apparitio, Vat. A.

COMMENTARIUS.

96. Erasmus conjicit principem. Nulla opus est
 conjectura.

97. Vat. B, hunc, quem latebra obstetrix ; quod et
 retineri potest, non elisa ultima in latebra, et sen-
 sum plausibilem reddit, quod in partu Virginis alia
 non asiterit obstetrix, nisi latebra. Ita etiam habent
 Egm. et Palat., eodemque spectat Vat. Q, latebræ
 obstetrix. Cæteri habent et. Rat. obstetrix scribit.
 Heinsius cum Oxon., Rot., Alt., duobus Torrent.,
 latebra et obstetrix. Cham., Teol. et Cellar., sicut
 eorum est mos, Heinsio adherent. In Urb. et Alex.
 est latebræ et obstetrix. Explicatio interpretum fere
 omnium est, eandem Virginem fuisse obstetricem.
 S. Hieronymus contra Helvidium : Nulla ibi obstetrix,
 nulla muliercularum sedultas intervenit. Ipsa Maria
 involvit infantem, ipsa et mater, et obstetrix fuit :
 nam ipsa collocavit eum in præsepio, ipsa pannis invol-
 vebat. Unde commenta refelluntur apocryphorum. Tro-
 lius fictioni poeticæ mentionem fastidorum, et obstet-
 tricis ascribit. Verum negari nequit, quorundam
 veterum hanc fuisse opinionem, quod obstetrix in-
 tervenerit. Legebatur enim in libris apocryphis, sci-
 licet in Protoevangelio S. Jacobi, in Evangelio infantie,
 in libro de S. Maria et Obstetrice. Vide glossam
 ad vers. 92 de Saphora. Ejusdem narrationis memi-
 nit Clemens Alexandrinus vii Strom. pag. 543, eam-
 que amplexus est S. Zeno lib. ii, tract. 8. Vide quæ
 ad hunc locum annotarunt eruditissimi Ballerini.
 Nullum erit flagitium, si censeamus, Prudentium,
 quod alii viri docti crediderunt, credidisse.

98. Barthius lib. viii Advers., cap. 12, ait, Pru-
 dentium adeo tenacem esse suæ phraseos, ut in Dit-
 tochæo, tetrast. 28, cunam singulari numero repe-
 terit ex hoc hymno. Verum non invenio, quis cunula
 singulari numero referat, excepto Giselino 1 ed. Idem
 Gis. 2 edit. ad marg., Virgoque.

100. In Bongarsii codice hic lacuna est ; adeoque
 desunt Isonis glossæ ex hoc codice in versibus seqq.
 hujus hymni, et in hymno sequenti. Paucas ejusdem
 Isonis glossas ex Widmanni codice ad hymnum se-
 quentem protulit Weitzius.

101. Apocalyps. 1, 7 : Ecce venit cum nubibus, et
 videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Cf.
 Matth. xxiv, 30. Poeta a primo adventu, quo Jesus
 Christus humilis apparere dignatus est, progreditur
 ad secundum adventum enarrandum, quo vivos mor-

tuosque judicabit.

105. Matth. xxiv. 31 : Et mittet angelos suos cum
 tuba, et voce magna. Apostolus I ad Cor. xv : Canet
 enim tuba.

106. Mundum extremi diei judicio flammis esse
 absumendum ex Veteri Novoque Testamento com-
 pertum est, Dan. vii, 9 ; II Petri iii, 10. Lactantius,
 de Ira Dei cap. xxiii, versus Sibyllæ adducit, quæ
 per indignationem Dei adversus injustos cataclysmum
 priore sæculo factum esse dixit, ut malitia generis hu-
 mani extingueretur, et simili modo deflagrationem
 postea futuram vaticinata est, quæ rursus impietas ho-
 minum deleatur. Permanavit igitur hæc opinio in
 ethnicos scriptores. In glossa lege celeres occurrere
 vestro, ut duo sint hexametri.

109. Præminens habent nonnulli Vulg. Melius
 præminens facta crasi, ut apud Senecam et Avienum.

110. Sententia evangelica ex Joan. v, 28 et 29,
 cui concinit Apostolus ad Roman. ii, 6. Apuleii et
 Palladii vox est congruus, Solini, ut plerique legunt,
 congrue. Antiquiores dicebant, congruens, con-
 gruerenter.

111. Rat. et Mar., perperem, non male. Sed alii
 melius perperis.

113. Matth. viii, 30 : Et tunc parebit signum Filii
 hominis in cælo. Hoc signum crucem esse futuram
 docent S. Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus
 aliique, quibus adhæret Prudentius. Mollerus alii-
 que male eum exponunt de sola vi et majestate Jesu
 Christi crucifixi, ut crucis signum excludant.

114. Gloriatür Erasmus, se hunc versum resti-
 tuisse, a sciolo depravatam, cum antea legeretur
 Experta quæ sit, senties ; fortasse in editione Daventr.
 ita legebatur. Aldus jam ediderat, Experta, qui sit,
 senties, quod tenet Mar. ; secutus est etiam Heinsius
 cum Giselino et, ut puto, cum suis optimis codd.,
 necnon cum Weitzio, qui nullam varietatem codicum
 notant. Vat. B, non male, quis sit. Vat. A et Erasmus,
 minus bene, quid sit. In editione Weitziana, qua utor,
 ex aliquo codice notatum est ad oram expertæ, quod
 respuit carmen.

115. Gis. 1 ed. ad marg., præsi. Fabr., præside.
 Notam hanc apposuit Scharius : Vetus exemplar non
 præsule, sed præside habebat, quod Prudentio magis
 convenit. At Prudentius simili phrasi supra usus est
 hymno 5, vers. 83, præsulii justitiæ.

Mors hausit, et mox reddidit.

XII. HYMNUS DE EPIPHANIA.

Quicumque Christum quæritis,

Oculos in altum tollite :

Illic licebit visere

Signum perennis gloriæ.

5 Hæc stella, quæ solis rotam

379 Vincit decore, ac lumine,

Venisse terris nuntiat

Cum carne terrestri Deum.

Non illa servit noctibus,

10 Secuta lunam menstruam :

Sed sola cælum possidens

Cursum dierum temperat.

Arctoa quamvis sidera

A In se retortis motibus

15 Obire nolint : at tamen

Plerumque sub nimbis latent.

Hoc sidus æternum manet :

Hæc stella nunquam mergitur :

Nec nubis occursum abditam

20 Obumbrat obductam facem.

Tristis cometa intercidat,

380 Et si quod astrum Sirio

Fervet vapore, jam Dei

Sub luce destructum cadat.

25 En Persici ex orbis sinu,

Sol unde sumit januam,

Cernunt periti interpretes

Regale vexillum magi.

GLOSSÆ VETERES.

1. Quicumque, *credentes alloquitur*, Vat. A.
2. Altum, *cælum*, Vat. A.
4. Signum, *stellam* : *stella a stando dicitur*, Vat. A.
5. Rotam, *axem*, Vat. A.
9. Servit, *obsequitur, famulatur*, Vat. A.
10. Secuta, *sicut duodecim signa*, Vat. A.
12. Cursum, etc., *etiam diebus lucet*, Vat. A.
13. Arctoa, *polum septentrionalem dicunt*, Vat. A.
14. Retortis, *revolutis*, Vat. A.
15. Obire, *id est occidere, nam tribus elevatis, quatuor deponuntur (an deprimentur?) rursus quatuor erectis tria deprimentur*, Vat. A.
16. Nimbis, *nubibus latent, aliquando obscurantur*, Vat. A.
17. Æternum, *quia Christum qui æternus est, nuntiat*, Vat. A.
18. Mergitur, *occidit*, Vat. A.

- B 19. Abdita, *abscondita*, Vat. A.
20. Obumbrat, etc., *obtenebrat contactam, clausam lucem*, Vat. A. — *obductam, coopertam; obductum vulnus dicimus clausum*, l.
21. Cometa, *a comis dicta*. — *Intercidat, occidat. Cometa.... dicitur, quod quando visitur (al. videtur), aut mortem regis, aut regni mutationem, aut etiam famem, vel pestilentiam significat, et ideo tristis dicitur*, Vat. A.
22. Sirio, *Sirius stella est in ore Canis, quæ in mense Julio oritur, et multa mala suo calore corporibus ingerit*, Vat. A. *Syrius stella. Syro, traho; inde Syrio stella, a longo tractu*, l.
25. Sinu, *recessu, receptaculo, re, ione*, Vat. A.
26. Unde, *ab oriente*. — *Januam, exordium, quia ibi est oriens*, Vat. A. *Ortum*, l.

COMMENTARIUS.

116. Optimæ editiones habent *mox reddidit*, neque lectiones variantes observant Weitzius, Mariettus et Heinsius. Nihilominus Erasmus et Fabricius diserte legunt, *Mors hausit et mors reddidit*, quod et concinnum est, neque caret idoneo sensu. In Alex., Urb., Vat. I alisque, *mox reddidit*; in Vat. Q, *Mors hausit et mox reddidit*. Legendum *hausit*.

Heinsius ex suis veteribus inscribit *Hymnus Epiphaniæ*, ut habent Aldus, alique editi. Weitzius, *De Epiphania*. Ita Vat. A et B. In Rat. *Hymnus de Epiphania Domini*; in Mar., *Incipit hymnus de Epiphania*. Pars hujus hymni legitur in Transfiguratione Domini, *Quicumque*, etc. Alia pars in festo die SS. Innocentium martyrum, *Audit tyrannus anxius*, et *Salvete, flores martyrum*, ad matut. et laudes. Alia in Epiphania, *O sola magnarum urbium*. In codice Vcliterno, de quo vide num. 212 proleg., est hymnus, quem nondum editum opinor, ubi quædam sunt ex Prudentio petita : *Lac cum cruore fundentes.... Quantam vagiens coæculis tuis.... Floresque martyrum corusci*. Scilicet in festo SS. Innocentium.

5. Baronius, tom. I Annal., p. 68, de hac stella diligenter disputat. Dicitur solis rotam vincere, non quod sole esset major, sed quia puriori lumine fulgebat, Deumque verum sidus, et solem indicabat. Multa enim quæ de stellâ poeta profert, ad Jesum debent referri. Baronius auctoritate epistolæ S. Ignatii ad Ephesios (quæ interpolata censetur) probat, Prudentium non poetice, sed historice esse locutum. Alii simili modo stellam hanc laudarunt. Vide quæ notat Fabricius in cod. apocryph. Novi Testamenti, vol. I, pag. 115 edit. 1 et 2, et in Paralipomenis, vol. II, pag. 407, ubi versus hos verbis Glycæ illustrat. Præterea plures de stella quæstiones curiose et crudite agit Trombellius in Vita Deiparæ.

6. Gold., Vat. I, Mar., aut pro ac.

12. Stella magos, interdiu etiam iter agentes, di-

C rigebat.

15. Obitus stellarum est occasus earumdem. Dux ursæ, sive arcti, major, et minor circa polum rotantur, et nobis nunquam occidunt. Prag., *abire*, mendose.

17. Hæc partim de Christo intelliguntur, partim commode explicantur, stellam illam, quandiu opus fuit, nunquam occidisse, aut nubibus fuisse obductam.

21. Ex vulgari præsertim veterum opinione, putantur, semper aut plerumque cometas triste aliquid prænuntiare. Editio S. Isidori de Natura rerum cap. 26 corrigenda est : *Cometes stella est quæ velut comas luminis ex se fundit. Hæc cum nascitur, aut regni mutationem fertur ostendere, aut bella, aut pestilentias surgere. De qua Prudentius ait, Tristis cometa intercedit. Lege intercidat.*

25. Gold. et Mar. a prima manu, *Persæ*, male. Magos, qui Deum natum adoraverunt, fuisse Persas præter Prudentium docent Juvencus alique veteres, neque pauci ex recentibus interpretibus. Probabilis alii ex Arabia Deserta, aut Chaldaea, aut Mesopotamia eos venisse putant. Ab Oriente ad Hierosolimam venisse narrat evangelista Matthæus. Jeremias Felbingerus pugnât, vel somniat, fuisse Sinenenses.

28. Egm. mendum est *vix illum pro vexillum*. De hac historia audiendus est Chalceidius, cap. 75 Comment. in Timæum Platonis : *Est quoque alia sanctorum et venerabilior historia, quæ perhibet, ortu stellæ cujusdam non morbos, mortesque denuntiâtes, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis, rerumque mortalium gratiam. Quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profecto sapientes viri, et consideratione rerum cælestium satis exercitati quæsisse dicuntur recentem ortum Dei, repectaque illa majestate puerili veneratos esse, et vix*

- Quod ut refulsit, cæteri
 30 Cessere signorum globi :
 Nec pulcher est ausus suam
381 Conferre formam Lucifer.
 Quis iste tantus, inquam,
 Regnator, astris imperans :
 35 Quem sic tremunt caelestia,
 Cui lux, et æthra inserviunt?
 Illustre quiddam cernimus,
 Quod nesciat finem pati :
 Sublime, celsum, interminum,
 40 Antiquius cælo, et chao.
 Illic ille rex est gentium,
 Populique rex Judaici,
 Promissus Abrahæ patri,
 Ejusque in ævum semini.
 45 Æquanda nam stellis sua
 Cognovit olim germina
 Primus sator credentium,
 Nati immolator unici.

- A
 Jani flos subit Davidicus,
 50 Radice Jesse editus :
382 Scoptrique per virgam virens,
 Rerum cacumen occupat.
 Exin sequuntur perciti
 Fixis in altum vultibus,
 55 Qua stella sulcum traxerat,
 Claramque signabat viam.
 Sed verticem pueri supra
 Signum pependit imminens,
 Pronaque submissum face
 60 Caput sacratum prodidit.
 Videre quod postquam magi,
 Eoa promunt munera,
 Stratique votis offerunt
 B
 Thus, myrrham, et aurum regium.
 65 Agnosce clara insignia
 Virtutis, ac regui tui,
 Puer o, cui trinam Pater

GLOSSÆ VETERES.

29. Quod, *vezillum*, *sidus*, Vat. A.
 32. Conferre, *æquare*, Vat. A.
 33. Inquam, *magi*, Vat. A.
 34. Imperans, *præcipiens*, Vat. A.
 35. Tremunt, *expavescunt*, Vat. A.
 36. Æthra, *per æthra omnia elementa intelliguntur*,
 Vat. A.
 37. Cernimus, *regem pati*, Vat. A.
 39. Interminum, *sine termino; multis utitur nomi-
 nibus ad ostendendam Christi majestatem*, Vat. A. *Qui
 terminum non habebat*, l.
 40. Chao, *primordiali confusione: chaos est primor-
 dialis confusio rerum, antequam elementa discerneren-
 tur*, Vat. A. *Confusio elementorum, quæ fuit in pri-
 mordio*, l.
 46. Germina, *filios suos*, Vat. A.
 47. Primus, *Abraham*, Vat. A.
 48. Nati, *Isaac*, Vat. A.

49. Flos subit, *Christus succrescit*, Vat. A.
 50. Jesse, *Jesse insula sacrificium interpretatur*,
 Vat. A.
 51. Scoptri, *regni*. — *Virgam, potestatem*. — *Virens,
 florens*, Vat. A.
 52. Cacumen, *principatum omnium rerum*, Vat. A.
 53. Veloces, *perciti*, Vat. A.
 54. Altum, *cælum*, Vat. A.
 55. Sulcum, *viam quam fecit lumen stellæ*, Vat. A.
 56. Signabat, *ministrabat*, Vat. A.
 58. Signum, *stella*. — *Imminens, imminere res
 dicitur quæ super verticem pendet*, Vat. A.
 59. Prona, *humiliata*. — *Submissum, inclinatum*.
 — *Face, lumine*, Vat. A.
 60. Prodidit, *manifestavit*, Vat. A.
 61. Quod, *signum*, Vat. A.
 62. Eva, *orientalia*, Vat. A.
 64. Regium, *quia regibus offertur*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

Deo tanto convenientia nuncupasse, quæ tibi (Osium episcopum alloquitur) multo melius sunt comperita quam cæteris. Recte Prudentius *fidus interpretes* dixit viros sapientes, consideratione rerum caelestium exercitatos. Barthius, lib. LVIII, cap. 2, suspicatur, in Chalcedio legendum esse *nocturno icti sidere pro nocturno itinere*, scilicet quasi obstupescentes. Quod autem addit Barthius, magos existinasse Deum per ipsam stellam descendisse: et ipsam stellam credidisse numen divinum, mihi non persuasit. Allegat eorum verba *Vidimus stellam ejus*, quod, ait, interpretatur Prudentius Apoth. vers. 218: *Vidimus hunc, aiun', puerum per sidera ferri*. Neque omittit versus ex hoc eodem hymno, *Illustre quiddam cernimus*. Nihil hæc movent. Nam *stella regis Judæorum*, et *puerum ferri per sidera* solum arguit, stellam indicasse ortum Salvatoris. Verba magorum apud Prudentium, *Illustre quiddam cernimus*, non ad stellam, sed ad id quod stella significat referuntur, ut ex orationis serie patet.

32. Sich., et Gis. ad oram, *flammam*; cæteri, *formam*. Lucifer Venus est, planeta splendidissimus, qui aliquandiu etiam lucente sole conspicitur, et noctu umbram jacit super terram.

39. Apollinaris Sidonius voce *interminus* usus est lib. vi, epist. 4.

40. Weitzius legit *choo* cum solo Widm., in quo fatetur supra esse *chao*. Glossæ Isonis nullæ sunt post hunc versum in hoc hymno. Propterea ex Vat. A plures sumpsit.

45. Vide Genes. cap. xxii.

49. In Aldo *Davidicus*. Vide Isaïæ cap. xi. In quodam Weitzii exemplari ex vet. cod. ad oram ascribitur *subdit* contra metrum.

50. Gis., *iessæa*, non adversante Heinsio, qui non solum ita legit, sed nullam discrepantem lectionem adnotavit. Alex., Mariet., Ald., Weitz. cum suis, alique nostri *Jesse* cum hiato, qui concinnus est in huiusmodi nominibus propriis exterorum, quæ omnia pronuntiari debent, ut clare intelligantur. Virgilius sæpe id facti in Græcis vocabulis. Non nemo corripbat *Jessis*. Cum *Jessæa* suavior est versus.

51. Prag., *sceptrumque*.

52. Alex., *occupet*. Melius, *occupat*.

56. Put. et Oxon. a secunda manu, *monstrabat vim*; cæteri habent *signabat*.

59. Rott., *subnitum face*.

63. Adventum et adorationem magorum in sarcophagis veterum Christianorum interdum expressam scriptores antiquitatum ecclesiasticarum Romæ extantium exhibent.

67. Erasmus alicubi invenit scriptum *puero mendose*. Fortasse Prudentius scripsit *Puer, cui trinam Pater*; aliquis glossam supra addidit *o*, ut indicaret, esse in vocandi causa, ex qua postea una dictio effecta est *puero*, et correctus, *Puer, o cui trinam Deus. Trina indoles* quænam sit, stropha sequenti exponitur.

383 Prædestinavit indolem.
Regem, Deumque annuntiant
70 Thesaurus, et fragrans odor
Thuris Sabæi : at myrrheus
Pulvis sepulcrum prædocet.
Hoc est sepulcrum, quo Deus,
Dum corpus exstingui sinit,
75 **384** Atque id sepulcrum suschat,
Mortis refregit carcerem.

A O sola magnarum urbium
Major Bethlem : cui contigit
Ducem salutis cœlitus
80 Incorporatum gignere
Altrice te, summo Patri
Hæres creatur unicus
385 Homo ex Tonantis Spiritu,
Idemque sub membris Deus.
85 Hunc et prophetis testibus,

GLOSSÆ VETERES.

68. Indolem, *indoles est imago futuræ nobilitatis, quam in pueris videmus, in quibus non est adhuc virtus, sed signum virtutis.* Vat. A.

71. Sabæi, Arabici. *Saba Arabia, a potu (sic) SABÆIN, id est a colendo : apud illos enim thus invenitur, Unde Deus. Myrrha interpretatur amara. Ideo et corpora putreferi non permittit.* Vat. A.

74. Corpus, suum. — Exstingui, mori. — Sinit,

permittit, Vat. A.

75. Id., corpus, Vat. A.

76. Carcerem, infernum, Vat. A.

80. Incorporatum, incarnatum, Vat. A.

81. Summo, pro divinitate, Vat. A.

82. Hæres, Christus, Vat. A.

84. Sub membris, quia divinitus latebat, Vat. A.

85. Hunc. Filium, Vat. A.

COMMENTARIUS.

68. Verbum *prædestinare* idem significare ac *destinare*, quod præ se fert antecessione, monent theologo. Vocem parum Latinam esse multi docuerunt : sed a Livio fuisse adhibitam fassus est Cellarius in *Curis posterioribus de barbarismis*, ab Olao Borrichio admonitus.

69. Magos divinitatem agnovisse, et adorasse explorata res est. *Sedulius lib. II : Aurea nascenti fuderunt munera regi, Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulcro.* *Helpidius in carmine de Christi Jesu beneficiis. Gens Chaldæa... dat munera, regi Divitiæ, dat thura Deo, myrrhamque sepulcro.* *Juvenus lib. I : Submissique simul mox mystica munera promunt : Aurum, thus, myrrham regique, Deoque, hominique Dona ferunt ; qui versus Juvenci laudantur a S. Hieronymo, Alcuino aliisque antiquis. Barthius lib. LVIII, cap. 2, in quodam ms. Juvenci reperit Aurum, thus, myrrham, regique, hominique, Deoque.* Sed tunc hic alius ordo esset constituendus : *Aurum, myrrham, thus, regique, hominique, Deoque.* In S. Hieronymo lib. I *Com. in cap. II Matth. : Thus, aurum, myrrham regique, hominique, Deoque Dona ferunt.* Neque hoc modo ordo munerum servatur. *Barthius ait, Prudentium Apotheosi poemate docto et luculento hæc munera magnifice et Romana majestate appellasse fercula.* Vide *Apoth. vers. 609 et seqq.* In officio ecclesiastico Epiphaniæ canitur : *In auro ut ostendatur regis potentia ; in thure sacerdotem magnum considera ; et in myrrha dominicam sepulturam.* Sacerdotium magnum ita significatur thure, ut divinitas in ipso sacerdote magno inesse intelligatur.

70. In *Put.*, *fragrans odos.* Alii etiam hic et alibi *flagrans pro fragrans*, ut ante dixi. *Isidorus mavult fragrans odor.*

71. *Vat. B, Alex., Rat., at myrrheus*, quod longe elegantius est, quam *ac myrrheus*. *Heinsius quoque reperit in Oxon. at, et probavit, quamvis ediderit ac ; in Put., ad, quod tantumdem est. In cæteris, etiam Vatt. I, Q, ac. Ibidem. Glossam corrige : ἀπό τοῦ οὐσίου.*

73. *Alex., hocem ; forte hocce est. Put., hoc, hoc est sepulcrum.* *Heinsius corrigiit hoc, hoc sepulcrum.* At si *Puteanus* est emendandus, ad alios codices potius quam ad arbitrium reducendus est : cæteri enim recte habent *hoc est sepulcrum.* *Cham., Cell. et Teolius cum Heinsio legunt hoc, hoc sepulcrum.* In *Mar.*, quod pro *quo*, ut supra corrigitur. *Erasmus quoque et Cis. ad oram legunt quod.* *Vat. B, male, hoc sepulcrum, quo Deus.*

77. Comparativum pro superlativo adhibet *major pro maxima* : et tamen facile potuit *O sola magnis urbibus major.* Sed aliis etiam in locis hanc phrasin usurpavit. Vide *hymn. S. Vincentii vers. 294, Fortissimorum fortior ; Psych. vers. 530, magnus disci-*

pulorum ; hymn. 14 Perist., vers. 110, Et quod malorum tetrius omnium est, Hellenismus hic est, et phrasis Vulgatæ editionis Matth. XXIII, 11 : Qui major est vestrum. Confer *Drusium, Observat. lib. v, cap. 27, Curtii illud est : Duo majora omnium navigia.* Antiqui aliquando etiam positivo adjunxerunt genitivum. *Ennius lib. I, Constitit inde loci propter sos dia deorum, apud Festum. Virgilius lib. IV Æn., vers. 576, sequimur te, sancte deorum.* potius quam *deorum quisquis es* : nam videtur sumpsisse ex *Ennio : Respondit Juno Saturnia, sancta deorum.* Græci δὲ θεῶν eadem phrasi dicunt. *Ludovicus Cavallus correctores hymnorum Breviarii Romani reprehendit, quod in hymno officii parvi B. Mariæ ad laudes ediderint, O gloriosa virginum, quod Latine dici deberet, O gloriosissima virginum.* Verum exemplis, quæ attuli, correctores possunt vindicari. *Fortunatus dixerat O gloriosa Domina, rennente metro.*

78. *Mar. et Rat., Bethleem ; Wid., Gold., et Hailsb. pariter, Bethleem, quod retineri potest. In Egm., Major Bethlem, et cui contigit, non male.* *Drusius loc. cit. præfert Bethlem ex consuetudine antiqua Hebræorum, ut in hymno 5 Peristeph., Belzebulis, non Beelzebulis.* Vide ejus lib. VII, cap. 18 et 19. *Prudentius hic et alibi corripit primam in Bethlem, quamvis Græce scribatur per η. Nihil autem id mirum : nam corripuit etiam S. Hieronymus Hebræicæ linguæ peritissimus in epitaphio S. Paulæ. Eum dormitasse, et deceptos a muta et liquida, qui corripiant, ait Ricciolius. At regulas non antiquis præscribere debemus, sed ab eis accipere. Ex hoc et seq. versus confirmatur, legendum vers. 4 hymni 7, dux Bethlem, quod semper mihi placuit, quamvis cum plerisque ediderim lux.*

79. *Prag., lucem pro ducem, quod verum est. Respicit enim poeta ad Matth. II, 6. Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda : ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel.* Pro adverbio *cœlitus* laudantur *Lactantius, Cyprianus, Marcellinus, Orosius, Hieronymus, Marius Victor.*

80. *Prag., incorporatum, ut cohæreat cum lucem.* de quo vers. prox. super.

82. *Psalm. II, 8 : Dabo tibi gentes hæreditatem. In Eg. mendum creator.*

83. In *Mar.* erat *Tonanti*, sed recte aliena manu factum *Tonantis.* *Gold. etiam et Wid. ad oram Tonanti.* In *Vat. I* est *Tonanti*, sed videtur fuisse *Tonantis.*

85. Perstat in eadem sententia, *hæredem unicum summo Patri dixit filium hominem et Deum, nunc appellat testes, signatores et testatorem.* *Pater est testator : testamentum novum et sempiternum est Evangelium. Prophetæ testes et obsignatores. sive notarii divinarum promissionum.*

fislemque signatoribus,
 Testator, et sator jubet
 Adire regnum, et cernere.
 Regnum, quod ambit omnia,
 90 Dia, et marina, et terrea,
 A solis ortu ad exitum,
 Et tartara, et coelum supra.
 Audit tyrannus anxius,
 Adesse regum principem.
 95 **386** Qui nomen Israel regat,
 Teneatque David regiam.
 Exclamat amens nuntio:
 Successor instat, pellimur:
 Satelles, i, ferrum rape,
 100 Perfunde cunas sanguine.
 Mas omnis infans occidat,
 Scrutare nutricum sinus,
 Interque materna ubera
 Ensem cruentet pusio.
 105 Suspecta per Bethlem mihi

A
 Puerperarum est omnium
 Fraus, nequa furitum subtrahat
 Prolem virilis indolis.
 Transfigit ergo carnifex,
 110 Mucrone districto furens,
387 Effusa nuper corpora
 Animasque rimatur novas.
 Locum minutis artubus
 Vix interemptor invenit,
 115 Quo plaga descendat patens
 Juguloque major pugio est.
 O barbarum spectaculum!
 Illisa cervix cautibus
 Spargit cerebrum lacteum,
 120 Oculosque per vulnus vomit.
B
 Aut in profundum palpitans
 Mersatur infans gurgitem,
 Cui subter arctis faucibus
 Singulat unda, et halitus.
 125 Salvete, flores martyrum,

GLOSSÆ VETERES.

- 86. Signatoribus, symbolis ac signis, Vat. A.
- 87. Testator, deus Pater, Vat. A.
- 88. Regnum, a prophetis predictum, Vat. A.
- 89. Regnum, dico, Vat. A.
- 90. Dia, caelestia, id est omnia ambit regnum Christi. Dios dicitur generosus vel nobilis, hinc divos vocant antiqui suos imperatores, id est caelestes, Vat. A.
- 91. Exitum, occasum, Vat. A.
- 93. Tyrannus, Herodes, Vat. A.
- 94. Principem, invasorem, ut putabat, Vat. A.
- 97. Nuntio, nuntiatione magorum, Vat. A.
- 98. Instat aliter instat, pellimur, a regno, Vat. A.
- 99. I, eade, imperativus est. Satelles dicitur miles, quod satis agit regi obsequendo, Vat. A.
- 101. Occidat, moriatur, Vat. A.

- 102. Scrutare, ut inde auferas filios, Vat. A.
- 104. Pusio, puer, Vat. A.
- 106. Puerperarum, puellarum pueros parientium, Vat. A.
- 108. Prolem, masculam, Vat. A.
- 110. Districto, nudato, Vat. A.
- 112. Animas, vitas. — Rimatur, investigat, Vat. A.
- 116. Jugulo, collo. — Pugio, mucro, gladius, pugio dicitur a pugno, Vat. A.
- 120. Vomit, egerit, Vat. A.
- 121. Palpitans, moriens, diversa mortium describit genera, Vat. A.
- 124. Halitus, spiritus, Vat. A.
- 125. Flores, primitiae, Vat. A.

COMMENTARIUS.

86. Alii scribunt *hisdem*; alii *isdem*; alii *iisdem*. Non obest haec varietas versui.
 87. In Hymn. Thom., pater pro sator.
 88. In Hymn. Thomas. perperam *Ipsium audire, et cernere*. Mendose etiam Egm. et Palat., *audire regnum pro adire regnum*. Nebrissa *cernere* interpretatur *discernere et judicare*: cui Chamillardus astipulatur, *tenere et exercere regnum*, et Teolius, qui nihilominus innuit, aliam interpretationem adhiberi a Perizonio ad Sanctii Minervam lib. iv, cap. 15. Prudentius de hereditate loquens verba jurisperitorum, imo Latinorum adhibet *adire et cernere*. Passim apud Ciceronem et optimos alios auctores *cernere hereditatem pro possidere*. Ignoratio hujus significationis ansam errandi praebuit exscriptoribus, et cum *cernere* acciperent pro *videre*, scripserunt. *Audire regnum, et cernere*, et inde *Audire ipsum, et cernere*. Paulus Leopardus lib. i Emend., cap. 15, hac voce *cernere* eleganter usum postam nostrum monet, ubi *perperam*, addit, *alter interpretum cernere valere putat viscernere et succare, alter decernere*. Prudentius supra hymno 10, vers. 86, de hominibus ait *Caelestia cernere regna*, non dissimili sensu.
 90. Erasmus legit *diva*, sed suspicatur, scriptum fuisse *diva*, ut vere est in nostris; hoc est *aerea, caelestia*.
 98. Herodes, regnum Jesu Christi in aliam partem accipiens, se regno spoliandum propterea existimabat, quia, ut pervulgata docet sententia, *nulla sancta societas, nec fides regni est*.
 99. Ita habent Alex., Fabr., Ald., Gis. in textu, Put., Thuan., Noms., et vet. cod. ad marg. edit. Weitzianæ apud et. praesulem Reginam, in Egm. abest i, scilicet *Satelles, ferrum rape*. Sic etiam in

C Vat. A, sed ob incuriam, nam supra est glossa; i, vade, imperativus est. Rat., Mar., Weitz., Gold. a secunda manu, Vat. B a prima manu, Erasmus, *Ferrum satelles corripere*. Vat. B a secunda manu, Urb., unus ex Boheriis, Gold. a secunda manu, *Ferrum satelles arripere*. Cæterum omnino male Widm. et Hailsb., *Satelles ferrum corripere*. Vide Apoth. vers. 37, i, *scriba, triplicis Digere versuculis*. Et hymn. 14 Perist., vers. 65, i, *stringe ferrum miles*. In Vat. Q mendum est *Satelles ferrum rapere*. In Nebr. fortasse mendum est *Satelles in ferrum rape*.
 104. Egm., mendose, *cruen'em*.
 106. Abest est a Vatt. A, I, Q, Gold.
 107. Intellige *nequa puerpera*.
 110. Heinsius contra fidem librorum opinatur *districto*, non *districto*. Verum apud Cæsarem et Horatium eodem modo legitur *gladium distringere, ensis districtus*. In Alex., Vatt. I, Q, *districto*.
 112. Egm., male, *rimantur*.
 115. Weitz cum Hails. scribit *descendat*. In Egm. et Palat., *discedat*. Vera lectio *descendat*. Ovidius, Statius, Claudianus aliisque simili phrasi usi sunt. Burmanno, tom. I Anthol., pag. 535 rectius videtur *discedat*, quia plaga *discedere, ferrum descendere* dicitur. At quo petit *descendat*.
 116. *Cum pugio*, ait Erasmus, *sit gladiolus brevior, tamen jugulo major. Est autem epiphonema rei narratae*.
 123. Aldi erratum *arcis pro arctis*.
 124. Erasmus habet *singulit*, cæteri *singulat*, quo verbo Virgilius, Statius, aliique utuntur. Hoc mortis genus a pictoribus et scriptoribus, qui graphice innocentium martyrum stragem describunt, prætermitti solet; nempè quod pueri aequi fuerint suffocati. Id

- Quos lucis ipso in limine
388 Christi insecutor sustulit,
 Ceu turbo nascentes rosas
 Vos prima Christi victima,
 130 Grex immolatorum tener,
 Aram ante ipsam simplices
 Palma, et coronis luditis.
 Quid proficit tantum nefas?
 Quid crimen Herodem juvat?
 135 Unus tot inter funera
 Impune Christus tollitur,
 Inter coævi sanguinis
 Fluenta solus integer:
389 Ferrum, quod orbat nurus,

- A 140 Partus sefellit virginis.
 Sic stulta Pharaonis mali
 Edicta quondam fugerat,
 Christi figuram præferens
 Moses, receptor civium.
 145 Cautum, et statutum jus erat,
 Quo non liceret matribus,
 Cum pondus alvi absolvent,
 Puerile pignus tollere.
 Mens obstetricis sedular,
 150 Pie in tyrannum contumax,
 Ad spem potentis glorio
 Furata servat parvulum.
 Quem mox sacerdotem sibi

GLOSSÆ VETERES.

128. Turbo, aufert, Vat. A.
 131. Aram ante ipsam, ara passio est Christi: ante aram Christi dicitur, quia ante passionem Christi occisi sunt. Unde de aliis dicitur: Vidi sub altare animas occisorum, id est per passionem Christi, Vat. A.
 138. Integer, illæsus, Vat. A.
 139. Orbat, orbis faciebat, Vat. A.
 140. Partus, filius, Vat. A.
 141. Pharaonis, Pharaon dissipans interpretatur, Vat. A.

- B 144. Receptor, liberator, quia recepit eisdem de seruitute, Vat. A.
 145. Cautum, firmum: cavo, cavis, est confirmo; inde cautum et cautio, et facit præteritum cævi. Cævo, cævi, indicativo modo est crisso, id est clunem moveo, Vat. A.
 148. Tollere, nutrire, educare, Vat. A.
 150. Contumax, superba, quia ipsa superbia pietas fuit, Vat. A.
 153. Sacerdotem, levitam, Vat. A.

COMMENTARIUS.

satis verisimile esse arbitror.

128. In Horis ad usum diocæsis Lugdun. edit. an. 1778, ut concursus vocalium vitaretur, ita hæc strophæ est reformata: *Salvete, flores martyrum In lucis ipso limine Quos sævus ensis messuit, Ceu turbo nascentes rosas. Cur non potius versus transpositi sunt? Salvete, flores martyrum, Quos sævus ensis messuit In lucis ipso limine, Ceu turbo nascentes rosas.* Alie ineptæ trajectiones versusum reformatori ejus Breviarium placuerunt: ut in nota illa clausula, *Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine.* Transposuit: *Qui natus es de Virgine, Jesu, tibi sit gloria.* Videtur legisse Augustinum Prudentium. Ita habet ille serm. 220 app: *Quos Herodis impietas lactentes matrum uberibus abstraxit, qui jure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis extortos, velut primas erumpentes Ecclesiæ gemmas, quædam persecutionis pruina decoxit.*

128. Statius, III, silv. 3: *Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pubentesque rosæ primos moriuntur ad austos.*

131. Ita habent Ald., Sich., Weitz., Heins. cum suis, nostri codd., etiam Alex., Vatt. L, Q, Hymn. Thom. Widm., Hailsbr., Gold. Sed Erasmus, et cum eo Giselinus, *aram ante cujus.* Fabricius vero legit *aram ante et ipsam*; Egm. *aram ante ipsam et.* Torrentius et Cauchius *aram sub ipsam* ex Apocalypsis simili phrasi cap. vi, 9; quam lectionem præferrem, si codd. mss. suffragarentur. In solo Urb. recenti codice legi *aram sub ipsam.* Non dubium est quin prima sit proba lectio, non eliso *e* in *ante*, quod interdum consuevit Prudentium. Heinsius, Cellarius et Teolius aiunt, esse *synalæpham*, ego vero *dialæpham* sive *hiatus* voco, cum non ab. orbetur vocalis, *synalæpham* vero, cum absorbetur.

132. Alex., non male, *corona.*

133. Ald., Gis. et nostri, *quid.* Egm., *qui.* Heinsius cum Put., Amb., Thuan., Rott., Boh. priori, et Cauchii libris, *quo.* Teolius in Vatt. duobus reperit *quid*, cum aliis duobus et Heinsio legit *quo.* Allegat Erasmus et Weitzium pro *qui*: alios fortasse voluit nominare, nam mihi *quid* Weitzius, et apud Weitzium Erasmus, Rat., Prag. et Gis. ad *oram*, *profuit* pro *proficit.* Sententia eadem est, nihil adversus Dei consilia homines proficere, unum Jesum inter tot funera, e manibus quærentium eum, eripi.

136. Post hanc stropham nihil aliud hujus hymni exstat in codice Marietti. Sed statim sequitur, *De opusculis Prudentii*, ut in Vat. B. In Vat. B. integer exstat hic hymnus.

137. Sanguis innocentium Christo *coævus* erat. S. Hieronymus utitur hoc vocabulo, non Cicero, ut aliqui putarunt qui legerunt *coævus* pro *coquus*.

139. *Nurus* pro uxoris Martialis lib. iv, epigr. 75: *Atque inter latias gloria prima nurus.* Poetæ feminas sive sponsas nonnunquam vocant *nurus*.

C 143. Put. a secunda manu, *quadam* pro *quondam* *fugerat.*

144. *Receptor* restitutor, liberator, Eutropius, Tacitus, alii. Historiam hanc lege Exoli cap. u. In Vat. B et Rat. semper legitur *Moyse* pro *Moses*.

145. Ald., Gis. in textu, Urb., Vat. Q, Weitz., *jusserat.* Gifanius ex veteri libro restituit *jus erat* in collectan. Lucr. verbo *jussa*: quod arripuit Heinsius cum Put., Amb., et Rotten. Idem notaverat Giselinus ad marginem. Cauchius enjecerat, *Cautum statuto jusserat.* Alicubi exstat mendose, *statum* pro *statutum.*

146. Egm. et Pal., *qui pro quo*, ut *ante qui proficit.*

147. Ald. error est *absolvet.*

148. Cauchius contra auctoritatem codd. corrigit *virile.* Recte *puerile a puero.* *Tollere* est educare.

149. Prag. et Widm., *sedula.*

153. *Moyse* sacerdos laxiori significatione, ut ante Helias et David: quanquam Moysem proprie fuisse sacerdotem, communior veriorque est sententia. Sed interdum Prudentio sacerdos dicitur, qui res divinas tractat, disserit, prænuntiat, concinit. Hac ratione poetæ sacerdotem Phœbi, philosophi naturæ vocantur. Propertius III e'eg. 1: *Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos.* Lactantius cap. 2 lib. v Instit. meminit ejusdem, qui *antistitem se philosophiæ profitebatur.* Prudentius vocabulum *præsulis*, quod etiam sacerdotum proprium erat, pro duce accipit. Vide hymni 11 vers. 115, et hymni 5 vers. 83, ubi idem *Moyse præsul justitiæ* appellatur. Atque hoc sensu nonnulli exponunt verba psalmi xxviii, 6: *Moyse et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.* Locius quinque diversas hujus loci explicationes affert, quamvis ipse teneat Moysem vere et proprie fuisse sacerdotem.

- 390** Assumpsit orbis conditor,
 1455 Per quem notatam saxeis
 Legem tabellis traderet.
 Licetne Christum noscere
 Tanti per exemplum viri?
 Dux ille, cæso Ægyptio,
 1460 Absolvit Israel jugo.
 At nos, subactos jugiter
 Erroris imperio gravi,
 Dux noster, hoste saucio,
 Mortis tenebris liberat.
 1465 Illic expiatam fluctibus
 Plebem marino in transitu
 Repurgat undis dulcibus,
 Lucis columnam præferens.
391 Hic præliante exercitu,

- A 170 Pansis in altum brachiis,
 Sublimis Amalech premit,
 Crucis quod instar tunc fuit.
 Illic nempe Jesus verior,
 Qui longa post dispensia
 175 Victor suis tribulibus
 Promissa solvit jugera :
 Qui ter quaternas denique
 Reffluentis amnis alveo
 Fundavit, et sicut petras,
 18) **392** Apostolorum stemmata.
 Jure ergo se Judæ ducem
 Vidisse, testantur magi,
 Cum facta priscorum ducum
 Christi figuram pinxerint.
 185 Illic rex priorum judicium,

GLOSSÆ VETERES:

1455. Notatam, *descriptam*, Vat. A.
 1458. Per exemplum viri, *per figuram Moysis*. Vat. A.
 1459. Dux ille, *Moses*, Vat. A.
 1461. Nos, *allegorizat, quid significaverit Moyses*,
 Vat. A.
 1463. Dux, etc., *Christus, diabolo vulnerato*, Vat. A.
 1465. Expiatam, *a Moysse*, Vat. A.
 1467. Repurgat, *iterum purgat*. — Undis, *Jordanis*,
 Vat. A.
 1468. Lucis, *ignis*, Vat. A.

- B 169. Hic. *Moses contra Amalech*, Vat. A.
 173. Verior, *quam Moyses*, Vat. A.
 174. Dispensia, *pericula 40 annorum*, Vat. A.
 176. Jugera, *terram promissionis*, Vat. A.
 178. Reffluentis, *iterum fluentis, jam fluere incipientis*. — Alveo, *in medio Jordanis*, Vat. A.
 180. Stemmata, *ordines*, Vat. A.
 181. Ducem, *regem*, Vat. A.
 183. Facta, *operata*. Vat. A.
 184. Pinxerint, *finxerint, adumbraverint*. Vat. A.

COMMENTARIUS.

1455. Exodi xxxi et xxxii.
 1459. Ibid., cap. ii. Vat. B, *ipse pro ille*.
 1461. Egm., *ad, lege at*.
 1465. Exodi xiii et xxxiii. Nota, quod hic est Jesus, cujus figura est Moyses. Poeta figuram, et id quod figura indicatur simul enarrat. Nebrissensis: *Hic, sc. Moyses, qui populum per mare Rubrum trajecit: per quod significabatur baptismus Christi, quod in dulcibus Jordanis aquis est postea consecratum*. Cellarius id non intellexit: *Nebrissensis ad Jordanem refert, per quem populus tractus fuit; at non Josue, sed Moysis hic facta narrantur. Unde MALIM ad dulcem aquam in Horeb Exod. xvii refertur*. Cellarius a Teolio corripitur: *Hæc, inquit, sinistra Cellarius accipiens, interpretem hunc reprehendit, quod contra historiam veritatem dixerit, Moysen per Jordanem trajecisse populum, quod ille nunquam somniavit. Mihi Cellarius non videtur eum errorem Nebrissensi objecisse: nam Cellarius notam apponit versui 167: Repurgat undis dulcibus, quod de Moysse explicat Cellarius, Nebrissensis de Christo*.

170. Ald., Weitz., Heinsius cum vetustioribus suis, nostri *pansis*. Sic restituerat Gifanius ex veteribus membranis verbo *dispansus* Ind. Lucr., ut in Psychom., *Cornibus oppansis*, et præfat. lib. i contra Symmach., *Vix panso poterat currere carbaso*, et *retunsis* in Romano pro *retusis*.

171. Vat. A, *sublimem*, mendose.

172. Lege Exodi caput xvii, et SS. Patres interpretesque, hanc historiam enarrantes.

173. Jesus est salvator, et hoc ipsum significat Josue, quocum nunc confert Jesum. Ut enim Josue in terram promissionis tribus Israelis duxit, sic Jesus genus humanum, a captivitate dæmonis liberatum. in patriam cœlestem invehit. Christus igitur est verior Jesus, quam Josue. Iso, Cham., Cellar., Teol. exponunt, *Josue est verior Jesus, seu salvator, quam Moyses*. Non placet. Vide not. vers. 165 et 177.

177. Erasmus legit *qui ter quaternis*, et infra vers. 179, *petris*, quod ad oram Giselinus annotavit: sed recte procedit sensus sine correctione mss. codicum: *fundavit duodecim petras, stemmata apostolorum*, per epexegesis Prudentio familiarem, hoc est petras,

quæ sunt stemmata. Alludit poeta ad cap. iii et iv Josue, ubi narratur, Jordanem conversum fuisse retrorsum, ut iter Israelitis pateret; et Josue jussisse, duodecim viros singulos e singulis tribubus eligi, qui rursus Jordanem ingressi, ex alveo singuli singulos lapides tollerent, ut ad posterorum memoriam reponebantur, et alios quoque duodecim lapides posuissent Josue in medio alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis. Duodecim apostolos in his duodecim viris et lapidibus allegorice poeta agnoscit, ut Tertullianus lib. iv contra Marc., cap. 13: *Totidem enim apostoli portendebantur.... lapides solidi fide, quos de lavacro Jordanis Jesus verus elegit, etc.* Cellarius duodecim lapides in ripa Jordanis positos interpretatur. Teolius non videtur alios agnoscere lapides, nisi eos qui in medio Jordanis alveo positi sunt. Josue loc. cit. et hos poni jussit et alios in loco castrorum.

179. Prag., *fecit petras*, minus bene.

180. Quid sit *stemma*, dictum est supra hymno 7, vers. 81. Hic etiam esset locus suspicandi, legendum *schemata*, hoc est *figuras*.

181. Vat. B et Kat., *Judæ*, non patitur carmen.

182. Magi non viderunt ducem Judæ in stella, sed stellam, eum indicantem. Vide supra notam vers. 38. Ex ratione quæ subjicitur amplius id liquet. Argumentum enim petitur ex factis priscorum ducum Israel, quæ, ut multi opinantur, magos non latebant.

183. Egm., *perperam, fracta pro facta*.

184. In Egm. et Pal., *Christo figuram finxerint*. Erasmus, Thuan., Noms., Boherianus prior, Gis. ad oram, Teol., *Christi figuram finxerint*. Ald., Weitz., Gis. in textu, Heins., Vat. B, Sich. et alii, Mar. et alii, *pinxerint*. In Vat. A, *finxerint*, supra aliter *pinxerint*.

185. Vat. B et Prag. contra metri rationem, *priscorum pro priorum*. In Vat. I, *priorum* videtur factum ex *primorum*, quod cum carmine non cœrerebat. Metro etiam adversatur Put., *Illic rex prior est judicium*: alioquin poterat id sustineri, ut ante vers. 77, *sola magnarum urbium major Bethlem*. Heinsius ex hoc errore existimat, a manu Prudentii fuisse *Illic rex priorum est judicium*. At vero cum Heinsius sæpissime

Rexere qui Jacob genus,
 Dominæque rex Ecclesiæ,
 Templi et novelli, et pristini.
 Hunc posteri Ephraim colunt,
 190 **393** Hunc sancta Manasse domus,
 Omnesque suscipiunt tribus,
 Bis sena fratrum semina.
 Quin et propago degener,
 Ritum secuta inconditum,
 195 Quæcunque dirum servidus
 Baal caminis coxerat:
 Fumosa avorum numina.

A Saxum, metallum, stipitem,
 Rasum, dolatum, sectile,
 200 In Christi honorem deserit.
 Gaudete, quidquid gentium est,
 Judæa, Roma et Græcia,
394 Ægypte, Thrax, Persa, Scythia:
 Rex unus omnes possidet.
 205 Laudate vestrum principem,
 Omnes, beati ac perditii,
 Vivi, imbecilli ac mortui:
 Jam nemo posthac mortuus.

GLOSSÆ VETERES.

188. Pristini, *antiqui templi Judæorum*, Vat. A.
 189. Posteri, *filii*. — Effrem, *id est, Effraim, et interpretatur frugifer*, Vat. A.
 190. Manasse, *Manasse oblivio interpretatur. Significat autem populum gentium, cui dicitur: Obliviscere populum tuum*, Vat. A.
 195. Degener, *ignobilis, degener dicitur, quia non sequitur nobilitatem patrum et parentum*, Vat. A.

B 196. Coxerat, *formaverat*, Vat. A.
 198. Stipitem, *lignum*, Vat. A.
 199. Rasum, etc., *tribus modis omnis forma lignorum componitur, radendo, dolando, secando*, Vat. A.
 202. Judæa, *propter legem*. — Roma, *propter principatum*. — Græcia, *propter sapientiam*, Vat. A.
 206. Perditii, *peccatores*, Vat. A.
 207. Vivi, *sani*. — Imbecilli, *infirmi*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

epexegesis in Prudentio tueatur, non est, cur hanc rejiciat, stabilitam ab Aldo, Weitzio, Giselino cum Vat. A, B, multisque aliis codicibus: nullum enim dissentientem Heinsius protulit.

186. Vat. B, *domus, correctum genus*.

187. Cauchius in suis invenerat *nostræque*, ipse malebat *geminæque*. Nostri et Heinsiani cum editis, *dominæque*.

188. Ambr., Rat., Hails., Palat., *templi novelli sine et. Cæteri, templi et novelli*. Gis. ad marg., *templi novelli ac pristini*. Ecclesia a Christo fundata *templum novellum* est, ut supra hymn. 11, vers. 59, dixit *novellam sæculum*. Templum Salomonis templum est pristinum, templi novelli figura. Templum etiam post captivitatem restitutum nomine *templi pristini* comprehenditur.

189. Erasmus, Nebr., Gis., Fabr., *Ephraim*, ut Græci loquuntur. Heinsius cum vetustioribus suis, et Ald. cum aliis, *Effrem*, ut sit *sinatæpha*, inquit Heinsius; potius *dialæpha*, ut alibi dixi. Egm. scribit *Efrem*.

190. Heinsius mavult *Manassæ* quam *Manasse*. Sic etiam Giselinus. Ald., *Manasse*, nec discrepant nostri; idemque placuit Weitzio cum Widm. et Gold.

191. Ald., Nebr., Gis. in textu, Heins., *suspiciunt*. Vatt. A et B, Prag., Rat., Weitz. cum Widm. et Gold., *suscipiunt*. Quod verbum petiit videtur ex cap. i Joan. vers. 11 et 12: *Et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem*, etc.

193. Vat. B, *qui et*; sed correctum *quin et*. Supra non solum tribum Juda, sed etiam omnes alias Deum colere asseruit: nunc idem de gentibus confirmat. *Degener propago* sunt, qui neque a patriarchis ortum ducunt, et ad idolorum cultum se converterunt.

191. Prag., *ritum incognitum*, minus bene.
 195. Ald., Egm., Pal., Hails., Vat. A et Rat., *durum*, Vat. B, Erasmus, Weit., Gisel. et Heinsius, *dirum*.

196. Aldus, *coxerant*. *Baal* pro quovis idolo ponitur.
 197. *Fumosa* ob antiquitatem, ut *fumosæ imagines* apud Ciceronem. Nam de fabrorum officinis nihil est, quare cogitemus in saxo et stipite.

198. Mendum est Vat. A, *stipitem*.

199. Vatt. A, I et Weitz., *sectilem*. Numen *sectile* cum reliquis intelligo; neque *sectile* refertur ad *stipitem*, sed ad *saxum*. Tres, inquit Erasmus, *materias refert deorum, lapidem, æs, lignum. Opificium item triplex: metallum raditur lima, saxum secatur, lignum dolatur*.

203. Gisel., *Persa et Scythia*. Alii *Persa, Scythia*, quia ultima in Persa producitur ob sc. dictionis sequentis. In orthographia variant codices, *Scitha, Schita, Scyta, Scythia*. Ald., mendose, *Scythia*; Vatt. A et B, minus bene, *Scytæ*. Urb. *Persa et Scythia*.

205. Invitat omne hominum genus ad laudandum Deum, scilicet eos quos adversa premit fortuna, et qui prospera utuntur, qui bene valent, qui imbecilli sunt, qui jam mortui. hæc quidem communis est interpretatio. Nihil tamen prohibet, quominus ad mores referas, ut omnes qui bonis moribus, qui perditis sunt, invitentur ad laudes Christo concinendas, sed ita ut *nemo posthac mortuus sit*, sed omnes ad bonam frugem conversi, vita, quam offert Christus, gaudeant.

208. Canit Ecclesia, Jesum Christum mortem moriendo destruxisse: quo sensu *nemo jam mortuus est*. In cod. Vat. B post hunc hymnum sequitur: *Incipit de opusculis, Patri Deo immolat, per trochæum, et trimetrum endecasyllabum*. In cod. Ratisbonensi, *Finit Cathemerinon Prudentii Clementis*.



INCIPIT LIBER APOTHEOSIS.

Præfatio.

395 Est tria summa Deus, trinum specimen, A 5
[vigor unus.

396 Corde Patris genita est Sapientia, Filius
[ipse est :

Sanctus ab æterno subsistit Spiritus ore.

Tempore nec senior Pater est, nec numine

[major :

GLOSSÆ VETERES.

1. Summa, principalia, principia. — Specimen, divisio personarum. — Vigor, virtus, I.

5. Retro, sine initio, id est ante sæculum, in perpe-

Nam sapiens retro semper Deus edidit ex se,
Per quod semper erat gignenda ad sæcula,
[Verbum.

Edere sed Verbum Patris est, at cætera Verbi,
Assumptum gestare hominem, reparare per-
[emptum,

397 Conciliare Patri, dextraque in sede locare.

tuum, I.

7. Edere, gignere, Iso.

COMMENTARIUS.

Titulus apud Aldum est : Aurelii Prudentii Clementis V. C. Apotheosis. Hymnus de Trinitate : quæ etiam in Egn. est inscriptio hujus præfationis. In Vat. A : Liber de Trinitate; cætera desunt. Giselinus : Apotheosis. Præfatio, et ad marg. Trinitatis confessio. Weitzius : Incipit Apotheosis, id est de Divinitate. Vat. B et Mar. : Incipit liber Apotheosis cum explicatione, id est de Divinitate, quam ab auctore non esse judico. Sed in Mariet. liber hic ponitur post Dittochæum. In Alex. et Aldo statim post hymnum Epiphaniæ succedit Apotheosis. Vide in proleg. diversum ordinem operum cap. 3, 4 et 5. De hoc titulo Barthius lib. xli, cap. 24 : Prudentii is liber, qui Græco titulo Apotheosis inscribitur, nequaquam de DIVINITATE est inscribendus : non enim disputat, an sit, vel quæ sit Divinitas. Sed scopus auctoris egregii est demonstrare divinitatem Christi, quod is divino honore colendus sit, nec dispar Patri, licet humana natura deitate recepta sit, quæ vera est apotheosis. Neque ego plane improbo, imo prope est plane, ut probem, veteris nostri codicis Helvetici interpretationem de DIVINATIONE : quæ licet expressa sic non sit, nam de divinatione præferunt membrana, tamen antiquitus ita conceptam fuisse auguror. Respondet enim divatio apotheosi, ut referre inter deos aliud Latinum vocabulum, unum quidem, non habet. Joseph Rodriguez de Castro, qui in Bibl. Hisp. ait, librum Apotheosis inscribendum esse de divinatione, si fides Barthio sit adhibenda, fortasse dicere voluit de divinatione : hoc enim pugnat Barthius. Emmanuel Riscus tomæ XXXI Hisp. sacr. advertit, apotheosis vocabulum non esse stricto sensu accipiendum pro relatione inter divos, cum Prudentii scopus sit agere de divinitate Christi. Vat. A ante præfationem primam Apotheoseos aliter videtur hoc vocabulum interpretari : Quomodo, inquit, homines in divinitatem transferuntur. Facile assentiatur, Prudentium composuisse hunc et sequentem librum, ut errorem Priscillianistarum, qui altas radices in Hispania egerat, funditus everteret. Sed non propterea negandum est, veteres errores, ab aliis jam confutatos, a Prudentio data opera impugnari : imo ab eo Sabellium, Marcionem, Manichæum nominatim refelli censeo, priscillianismo nunquam nominato, ut ostenderet, quibus auctoribus illæ hæreses jam olim erupissent, aut fuissent propagatæ. Itaque non bene quidam hac ratione conjicit, lemmata librorum non esse a Prudentio, quia is Priscillianistas præsertim oppugnat. Vide not. ad titulum Apotheoseos.

1. In Trinitate sunt tria summa. S. Augustinus in append. de diversis serm. 30 : Sancta Trinitas unus, et solus, in substantia solus, in personis tria. Et lib. vii de Trin., cap. 4 : Hæc tria simul unus Deus... Rursus non esse tria quedam, non poterat dicere (humana inopia loquendi) quod Sabellius, quia dixit, in hæresis lapsus est. Et lib. vi de Trinitate, cap. 4 : Sunt

illa tria Deus unus. Scilicet, ut loquuntur theologi, tria individua. Trinitas etiam personarum non incongruenter per trinum specimen significatur, eo sensu, quo Græci tres characteres dicunt. S. Athanasius in Quæst. sec., quæst. 7 : Tres personas confiteor, tres subsistentias, tria propria, tria individua, tres characteres. His apprime consonat concilium Constantinopolitanum iv, actione 10 : Unum quidem et singularem Deum secundum rationem substantiæ, trinum autem, vel tria, si eum secundum rationem personarum prædicamus. Plures similes locutiones ex Patribus exponit Petavius tom. II, lib. viii, cap. 9, quarum omnium eo redit ratio, ut pluralis numerus significet, personas singulas qualitativis illis, si ita loqui fas est, affectas esse, quæ tamen divisæ non sunt ita, ut sua cuique propria suppetat, a qua denominantur, sed ut una et individua sit in tribus, quemadmodum et essentia. Hincmarus : De non trina deitate non probat trinum specimen ; Arator trinam potestatem, et Prudentius trinum pietatem dicunt metri necessitate... idem Prudentius fortasse metri lege coactus ad demonstrandum tres personas unius substantiæ alibi scribit, dicens : Est tria summa Deus, trinum specimen, vigor unus. Sed quoniam ut Priscianus dicit, a specie deducitur specimen, in Deo trinum specimen catholice non potest dici, ut Augustinus in libro vii de Trinitate dicit, quia non sunt tres species unius essentiæ Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. At oportuit, Hincmarum hæc distinxisse : aliud est enim dicere tres species, aliud trinum specimen ; sicut non est idem trina deitas, ac tres dii. Marius Victor lib. i dixit : Virtus trina Deus. Neque in Augustino quidquam reperio, quod Hincmari causæ ullo modo faveat. Dudo Decanus S. Quietini lib. iii de Mor. Norman., pag. 102, versum hunc a Prudentio mutuatus est : Qui tria summa manet, trinum specimen, vigor unus.

2. Post genita abest est a Pragen. Giselinus in utraque editione omisit est post Filius ipse, neque Heinisius quidquam annotavit, quamvis ediderit ipse est. Sæpe poeta id exprimit, Filium corde Patris genitum.

3. De processione Spiritus sancti vide hymnum 6 D Cath.

4. Vat. B, Urb., Mar., Vat. I, Rat. a prima manu, nomine. Ald. et alii editi, numine cum Alex. et Widm. a prima manu.

5. Æterna Verbi generatio clarissime hic explicatur. Vide hymn. Cath. 11.

6. Vat. A et Prag., semper erant, mendose. S. Cyrillus Alexandrinus in Thesaur., assert. 5, plura in hanc sententiam congerit, probans, Patrem non exstitisse ante Filium, tametsi ingenitus sit.

8. Theologis nonnullis displicet hæc locutio assumere, aut suscipere hominem de Verbi incarnatione. Eam adhibet concilium Tolet. iv, can. 1 : Unus de

- 10 Spiritus ista Dei complet : Deus ipse fideles A Quas si quis errans, ac vagus sectabitur,
In populos charisma suum diffundere promptus,
Et Patris, et Christi virtutem in corpora transfert.
- Est vera secta? te, magister, consulo :
Rectamne servamus fidem?
An viperina non cavemus dogmata
Et nescientes labimur?
- 5 Arctam salutis vix viam discernere est
Inter reflexas semitas.
- 398 Tam multa surgunt perfidorum compita,
Tortis polita erroribus,
Obliqua sese conferunt divortia
- 10 Illic inde textis orbitis :

GLOSSÆ VETERES.

11. Populos, Domini. — Charisma, gratiam, vel B donum. — Promptus, paratus, Iso.
12. Corpora, scilicet fidelium, I.
1. Secta, electio, I.
3. Cavemus, vitamus, Iso.
5. Vix, difficile, Iso.
6. Reflexas, tortuosas, I.
7. Perfidorum, hæreticorum, I, Vat. A.
8. Polita, trita, I.
9. Obliqua, scilicet tam. — Divortia, dicta a diver-
te do, id est separationes viarum, I.
10. Orbitis, vestigiis viarum, I.
17. Libido, delectatio, I.
18. Pruriat, curiositatis vitio tentet, Iso.
21. Minutis, subtilibus, Mar. — Minutis, dialecticis, subtilibus. — Ambagibus, circuitionibus, vel argumentis, I.
24. Plectiles, flexuosos, Mar. — Syllogismos plectiles, per insolubiles circumlocutiones, vel per contrariationes subtiles. Syllogismus est contrariationis, I.

COMMENTARIUS.

sancta Trinitate anima, et carne perfectum suscipiens hominem. Vide vers. 779 Apoth. In Chamill. mendum est peremptu.

10. Codex Bononiensis, fidelis, minus bene.
11. Primam in charisma etiam produxit Fortunatus lib. iv de S. Martino.
12. Prag., corpore; Wil. supra, tempora. Alii recte, corpora. Notat Chamillardus, Prudentium, contra hæreticos disputaturum, sapienter præfationis loco posuisse catholicæ fidei professionem, ut si quid forte fidei contrarium ipsi exciderent, non sponte factum constaret. Equidem in his paucis versibus indicatum videtur a poeta, quidquid in Apotheosi fusius explicatur.

Vat. A titulum huic secundæ parti præfationis assignit : Prudentii liber i Apotheosis. Vat. B et Mar. nulum præfert titulum. Ald., Hymnus in infideles, quod Weitzius arripuit; plerique habent Alia præfatio. Neque ego hanc inscriptionem respuo, quamvis teneam, unicam esse præfationem, cujus prima pars hexametris, altera alio metro constet. In Paulino alisque cernere licet unum idemque poema diversis carminum generibus compactum. Quærit Prudentius in hac secundâ præfationis parte Est vera secta? id est, Estne vera hæc fidei regula, quam superioribus proximis versibus tradidi?

1. Giselinus margini apposuit Infidelium reprehensio, fortasse ut indicaret aliorum inscriptionem, Hymnus in infideles.
3. Vat. A, servamus pro cavemus contra carmen et sensum. Horatius lib. i, oda 8, Cur olivum sanguine viperino cautius vitat. Sunt autem hæreses viperinæ, quia et nocent ut viperæ, et latenter serpunt ut serpentes.

4. Vat. A, B, I, Urb., Mar., Prag., Rat., Gis., Weitz., nescienter. Heinsius cum suis vetustioribus, præterea Ald. cum Egm., Pat., nescientes, quod et Latinus, et gratius est. Adhæret Bonon. et Alex.
5. Thuan. et Alex., distinguere pro discernere. Bonon., male, viam vix.

7. Veteres codices Vat. A et B, Mar., Prag., Rat., scribunt competa. Vulg., compita. Salmasius, Plinian. Exercit. ad cap. 17, pag. 242, notat, in antiquissimis membranis Prudentii semper scribi competum; aut

autem competa loca, ubi multæ competunt et concurrunt viæ aut semitæ. Veteres sæpe e in i vertebant, et compito, peritus, distitus dicebant. Hinc fluxit compitum pro competum.

9. In Vat. A, Obliqua, quod recenti manu correctum est obliqua. Vat. B., Put., Thuan., Rotten., Prag., conserant. Ald., Gis., Fabr., Weitz. cum Mar., Vat. A alisque, conferunt. Heinsius amplexus est conserunt, cui Vatt. codd. astipulari ait Teolius, neque deluisse Cellarium quidquam immutare. Torrentius ex suis notarat Obliqua qua se. Discrepant alii, excepto Fabricio.

11. Rott. et Cauchius ex suis membranis, quæ si quis errans, scilicet, quæ divortia. Cæteri, quas si quis errans, sc. semitas, ut vult Heinsius, vel potius orbitas.

12. Alex., linguens. Metri obstat ratio.

13. Bonon., minus bene, ruit pro ruet. Vat. B, Mar., Rat., Prag., cadet. Mar. a secunda manu, Vat. A, Alex., Heins., Ald., Gis., Weitz., ruet; nullamque varietatem ex suis animadverit Heinsius.

15. Pro viatoribus viantes apud Apuleium, Solinum, aliosque ejusdem classis. S. Ambrosius hymno Æterne rerum conditor ait, Nocturna lux viantibus.

16. Bonon., mendose, iter insequentis.

D 19. Prag., rennente metro, omnipotentis pro omnipotentis. De sim libus vocabulis vide not. ad hymn. 3 Cathem., vers. 2.

20. Verbum jurisconsultorum lites calumniosæ, quarum aperta est injustitia. Lites et actiones improbe apud eodem calumniæ nuncupantur.

21. Menda Vat. A, mutis pro minutis.

22. Widm., Bong., Rat., Vat. B, Mar., Bonon., Ald. miro consensu errorem metri admittunt quisquis. De voce quisque hymno 7 Cath., vers. 216. Alicubi ahest est post lingua.

23. In Bonon. desideratur ligantque, legitur autem solvuntque questionum.

24. Paschalis, de Coronis pag. 38, imitatione Græcorum captiosum concludendi genus syllogismos plectiles a Prudentio vocari existimat. Dominicus Aulsius, lib. ii, cap. 30 delle Scuole sacre, eleganter syllogismos plectiles a Prudentio vocari ait, non quia similes coronis plectilibus, de quibus Plautus, sed

25 Væ captiosis sycophantarum strophis?

Væ versipelli astutiæ!

Nodos tenaces recta rumpit regula,
Infesta dissertantibus.

Idcirco mundi stulta delegit Deus,

50 **400** Ut concidant sophistica,

Deque imbecillis subjugavit fortia

Simplex ut esset credere.

Lapis ecce nostro fixus offensaculo est,

Impingat in quem vanitas:

35 Signum caventi, non caventi scandalum:

Hunc sternit, illum dirigit.

Dum plura tentat cæcus incerto gradu,

Incurret id, quod obvium est.

A Fax sola fidei est præferenda gressibus,

40 Ut recta sint vestigia.

Queis in tenebris hostis errantes tamen

401 Pulsat, trahitque, et proterit:

Qui sparsa ad ipsum commeatum transitum

Fruumenta sævus devorat:

45 Qui læta Christi culta fur interpolat,

Addens avenas æmulas,

Quas de veneni lacte in herbam fertilem

Patitur colonus crescere,

Ne forte culmum fibra inanis spicuum

50 Simul revulsa internecet.

Expectat ergo, dum dolosa, et farrea

Fervens coquat maturitas,

GLOSSÆ VETERES.

25. Captiosis, *deceptibilibus, vel insidiosis.* — Sycophantarum, *calumniatorum, vel falsiloquorum.* Sycophantas autem hac de causa appellatos dicunt, quod quondam juvenes soliti erant in hortos erumpere, ficosque inde furari. Quam ob causam lege est constitutum, ut qui id fecisset, capite truncaretur; quam pœnam qui persequeretur ob parvula delictamenta, sycophanta est appellatus. — Strophis, *versutiis, vel fraudibus, revisionibus, l.*

28. Infesta, *gravis, vel importuna.* — Dissertantibus, *loquentibus, concertantibus, l.*

32. Credere, *credulitas, verbum pro nomine, infinitivus interpretatur per nominativum, l.*

B 34. Vanitas, *cœcitas hæreticorum, l.*
41. Queis, *interrogando, illos duos versus pronuntiat, vel quis, pro quibus, l.*

43. Qui, *nisi ille, l.*

45. Interpolat, *intermiscet, vel interseminat, Vat. A. Subripiat, vel subnubilet, Mar. Intermiscet, a polo tractum, Iso.*

46. Æmulas, *inimicas, steriles, l.*

48. Colonus, *Deus, Pater, l.*

49. Fibra, *radix, Vat. A.*

51. Dolosa, *vitiosa, vel lolia.* — Farrea, *triticea, l.*

— Vitiosa, *lolia.* — Farrea, *triticea, Vat. Q.*

COMMENTARIUS.

quia similes retibus, quod ad officium quidem capiendi pertinet. Aristo Chius apud Laertium et Stobæum affirmat, ratiocinationes dialecticorum similes esse telis aranearum, quæ artem præ se ferunt, sed nihil tandem prosunt aut efficiunt.

25. Prag., male, ut pro *væ*. In editione Parmensi hoc et seq. vers. apponitur interrogationis nota, quæ potius admirationis esse debet. Petavius in prolegomenis ad Theologiam elegantissimos dicit hos versus, quo elogio sæpius Prudentium celebrat insignis hic theologus, nec contemnendus poeta. Interpretationem Isonis de *sycophantiis* alii rejiciant, qui *sycophantiam* dicunt appellatum fuisse servum, qui ipse ficos comederat, in alium vero innocentem servum culpam furti mendacis et calumniis coniecerat. Paschalis, loc. cit. pag. 35, cap. 11, observat, tortuosum, et sub totum genus loquendi dici *strophas*, quia primæ coronæ *strophia* vocabantur.

26. Vat. A, male, *astutia* pro *astutiæ*.

28. Bonon., mendose, *dissentantibus.* *Dissertator* et *disserto* apud antiquiores non facile reperitur. Pli-nius tamen et Gellius utuntur nomine *dissertatio*, quamvis variant codices. Cato apud Festum *disserto*.

29. Egm. et Ox., *dilegit.* Pal., male, *diligit.* Vide hymnum S. Romani, vers. 609, et I Cor. 1, 27.

31. Vat. A et Pal., *neque* pro *deque*, quod sensus postulat. Barthius lib. xvii, cap. 17 Advers., multis exemplis confirmat, de sæpe esse superfluum, neque solum apud Prudentium, Tertullianum, Symposium, Nemesianum, Cyprianum, Alcuinum aliosque non optimos Latinos, sed etiam apud Lucretium, Catullum et alios ejus generis. Sæpe etiam de significat instrumentum, et hæc significatio huic loco congruit.

32. Notavit Teolius, religionem Christianam ab Ammiano, ethnico scriptore, in fine lib. xxi vocari *absolutam et simplicem*.

35. Weitzius cum solo Widm. scripsit *offensaculo*, nihil metri sollicitus. Prag., non bene, *offendiculo.* *Lapis fixus* accipi potest pro signo, quod in bivio aut trivio poni solebat ad iter ostendendum; postea enim signum dicitur. Ethnici Terminus, lapidem informem ac rudem, colebant, qui solus, cum Tarquinius Capitulum facere vellet, cedentibus cæteris diis, mansit;

quo respexit Virgilius lib. ix, vers. 448: *Capitoli immobile saxum.* Custos finium erat Terminus. Sibylla offensaculo saxeo errores gentium comparavit. Vide Lucæ xx, 17; Rom. ix, 32; I Petri ii, 8.

34. Error Vat. A, *Impingat in quem.*

35. Vat. A, *lignum*, supra *signum.* *Scandalum*, verbum ecclesiasticum. Hinc *scandalizari* Tertullianus et Hieronymus, ut alios omitam.

37. Ald., in *certo*, corrige *incerto*.

39. Vat. A, *fax*, pro divers. script. *lux.* In Palat. mendum puto *pax* pro *fax*.

41. Quos (gressus) malebat Cauchius. Sed aliter scripti, ut monet Heinsius. In Bonon. tamen quos pro *queis*. Intelligitur autem quibus in tenebris. Teolius hunc sensum in Cellario reprobat, et cum interrogationis nota exponit *quis hostis poterit?* Iso utramque interpretationem indicat.

42. In nonnullis Vulg., male, et *poterit*.

43. Vide Lucæ viii, et Matth. xiii. 25, ubi hæc parabola exponitur.

45. Bonon., *interpululat*, male. Gis. ad oram, *grana* pro *culta*. Barthius, lib. xxiv, cap. 41, *elegantissime* id dictum ait; sed suspicatur, legendum *furtim* pro *fur*. Lectionem codd. præfero.

47. Ald., Weitz., Gis. cum plerisque mss., in *herbam fertilem.* Heinsius in *herbam fertiles* (avenas) eleganter dictum putat cum Put., Thuan., Egm. a secunda manu, et Cauchiano. Bonon. etiam, et Alex., in *herbam fertiles.* Mihi non displicet in *herbam fertilem.* Barthius loc. cit. venustum esse ait, *lac* dicere primum incrementum herbarum: *Quas de veneni lacte. Venenum* vocat succum noxium avenarum.

48. In Ald. mendum *colonus*.

49. Ald., *inani*, lege *inanis*.

51. Ald., Weitz., Gis. cum plerisque codd., *dolosa, et farrea.* Heinsiani codd., Alex., et Weitz., Bong., et Vid. supra, *vitiosa, et farrea;* Bonon., *vitiosa farrea.* Utraque hæc lectio repugnat legibus non tam grammaticis, ut aliquis dixit, quam poetices; illis certe quas in hoc metro Prudentius servat. Heinsius olim suspicatus est *otiosa, et farrea.* Nihil est causæ cetera lectionem communiter receptam deseramus. Egm., *dolosa;* ad oram, *vitiosa.*

Det ventilabro lecta quæque ut horreis,
Urât recrementum focis.

A 55 Refert sed ipsa nosse, quæ messem necant.
Zizaniorum semina.

GLOSSÆ VETERES.

55. Refert, *prodest, vel opus est, l.*

COMMENTARIUS.

55. Prag., *dat pro det.* Vatic. B, *de, sed correctum d.t.* Pro *ut horreis* Vat. A, a secunda manu, *et horreis*.
55. Egm., Palat. et Vat. A, *negant, minus bene;*

Vat. Q, *male, serant pro necant, ut paulo ante inter-
necet.* Vat. A, *desert pro refert, mendose.*

APOTHEOSIS.

402 Plurima sunt, sed pauca loquar, ne dira
[relatu

Dogmata catholicam maculent male prodita
[linguam.

403 Ille Patrem pellens solio detrudit in ar-
[ctum

Corporis humani gestamen, nec pavet ipsum

5 Objectare neci, duroque affigere ligno.

Passibilisne Deus? cujus species, et imago

Nulli visa unquam; nec enim comprehendier illa

Majestas facilis sensuve, oculisve, manuve.

B Joannis magni celebris sententia præsto est,

GLOSSÆ VETERES.

1. Dirâ relatu, *aspera dictu, Iso.*

2. Proditâ, *prolata, Iso.*

3. Ille, *Sabellius, inde Sabelliani, et aberrare Pa-*

tripassiani, quia Patrem passum affirmant, Vat. A.

8. Facilis, *est, I.*

9. Celebris, *gloriosa vel famosa, I.*

COMMENTARIUS.

Plerique editi et mss. titulum primum ponunt *Contra hæresin, quæ Patrem passum affirmat.* Put., *dicit pro affirmat.* Aldus, *heresem*, et in secundis curis *Contra hæreticos, qui Patrem passum affirmant.* Existimo, hujusmodi lemmata non esse ab auctore ascripta: quæ desunt in Vat. Q, et aliis. Gis. 2 edit. ea prætermisit, et hoc loco ad oram annotavit *Patripassiani.* In codice Florentino proleg. cap. 4, num. 87, nulla est capitum divisio, nisi post vers. 952: *Explicit Apotheosis contra omnes hæreses. Incipit contra Manichæos.* Inscriptio carminis est *Apotheosis*, hoc est, *deificatio hominis*: nam ethnici *apotheosin* vocabant, cum hominem aliquem inter deos referebant. Impugnat igitur poeta hæreticos errantes in Jesu Christi apotheo-i explicanda. Primo capite, a vers. 1 ad vers. 177, refellit Patripassianos, qui, unum tantum in Deo personam agnoscentes, Patrem passum affirmabant. Secundo capite, a vers. 178 ad vers. 320 contra Sabellium et Unionitas disputat, eos scilicet hæreticos, qui cum Patripassianis quidem consentiebant in neganda personarum trinitate, sed ab eis dissentiebant, quod non defenderent, *Patrem esse passum.* Itaque Prudentius hoc loco potissimum demonstrat, Filium distinctam personam esse a Patre, ut colligat, Filium esse incarnatum, et Christum cum Patre esse Deum. Tertio capite Judæos, qui Christum non agnoscent, coarguit a vers. 321 ad vers. 551. Quarto capite Christianos Judaizantes, sive Humuncionitas, refutat, qui Christum hominem tantum esse dicebant, a vers. 552 ad vers. 781. Quinto capite, a vers. 782 ad vers. 952, diversum errorem evertit, quod anima sit particula Dei. Sexto capite, a vers. 953 ad vers. 1062, Manichæos et Phantasmaticos oppugnat, quod negarent Christum verum corpus habuisse. Et cum hujus disputationis gratia de morte et resurrectione Christi disserat, in epilogo a vers. 1063 ad finem, exemplo Christi resurrectionem carnis humanæ probat. De hæreticis, qui hujusmodi errores amplexi sunt, non omnes uno modo loquuntur. Neque mirum: notum enim est hæreticorum ingenium et consuetudo variandi dogmata. Hinc accidit, ut Sabellio hæresis Patripassionum tribuatur, quæ ejus tamen non fuit, sed Sabellianorum; qui trinitatem personarum cum Sabellio negabant, sed agnoscebant unionem hypostaticam, quam negabat Sabellius. Vide Petavium, lib. 1 de Incarnatione. Nestorius, apud Cyrillum, lib. II contra Nest., catholicis objiciebat, quod ducerent, naturam humanam ad apotheosin esse

perductam, quasi crederent naturam ipsam humanam in Deum esse conversam, Verum catholici nihil aliud hoc verbo significabant, nisi evocationem naturæ humanæ ad conjunctionem cum Verbo. Contra catholici negabant *apotheosin* in sensu Nestorii, quod homo jam constitutus, suis meritis in Dei statum et majestatem evectus fuerit. Prudentius catholicum sensum *apotheosin* hoc carmine explicat, et tenetur.

1. Bonon. et Vat. Q, a prima manu, minus bene,

C loquor. Vat. B, *male, ni pro ne.*

2. Egm., *mendose, male perditâ.*

3. Egm., *illa, sc. hæresis*; cæteri *ille*, Patripassianus hæreticus. Carmen hoc connexum est cum prologo: itaque *plurima sunt* refertur ad *zizaniorum semina, ille ad hostia, fur*, cujus mentio in prologo incidit.

7. In Vat. A, desideratur *illa.* Arnobius lib. 1, pag. 10: *O maxime, o summe rerum invisibilium procreator! O ipse invisus, et nullis unquam comprehensæ naturis.* Minutius Felix: *Hic non videri potest, visu clarior: nec comprehendi, tactu purior est: nec estimari, sensibus major est, infinitus, immensus, et soli sibi tantus, quantus est, notus.* Non est tamen neganda communicatio idiomatum, quam tradunt et exponunt theologi. *Deus est mortalis, est passibilis*, per communicationem idiomatum dici potest, non quod Divinitas pati aut mori possit, sed quia Christus, homo et Deus, passibilis et mortalis erat. Poeta hic loquitur de divinitate, sive de essentia divina, quæ in se ipsa sensu, oculis, manuve comprehendi non potest. Vis argumenti in eo sita est, quod Deitas non est passa, adeoque Pater passus non est, siquidem ex sacris Litteris constat Filium, non Patrem, naturam hominis assumpsisse. Illa certa regula est, per se ac natura sua, non minus Filium quam Patrem et Spiritum sanctum esse impassibilem et invisibilem. Rufinus, in Enarratione symboli apostolorum testatur, apud suos addi *invisibilem et impassibilem* ad articulum *Deum Patrem omnipotentem*, ut excluderetur hæresis Patripassiana. *Constat enim, ait, Filium non Patrem incarnatum. . . Quantum autem spectat ad illam Deitatis immortalæ substantiam, quæ una ei, eademque cum Patre est; ibi neque Pater, neque Filius, neque Spiritus sanctus visibilis aut passibilis creditur.*

8. Christianis scriptoribus *majestatem* idem esse aliquando ac divinitatem, notatum est a Barthio lib. x Advers., cap. 5, ex Prudentio aliisque.

9. Joan. 1, 18: *Deum nemo vidit unquam; et vi, 46: Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a*

- 10 Haud unquam testata Deum potuisse videri. A 20 Quod quamvis hebes intuitus speculamine
Ille Pater, quem nulla acies violenta tuendo [glauco,
Eminus ardentis penetravit acumine visus : Humentique acie potuit nebulosus adire.
404 Qui se forma hominis non induit, et dei- Quisque hominum vidisse Deum memoratur,
[tatis [ab ipso
Immensum assumpto non temperat ore, mo- 405 Infusum vidit natum : nam Filius hoc est,
[dove. Quod de Patre micans se praestitit inspiciendum
15 Aut evangelici pietas spernenda libelli 25 Per species, quas posset homo comprehendere visu.
J. m., blaspheme, tibi est, aut nunquam visa Nam mera majestas est infinita, nec intrat
[beati Obtutus, aliquo nisi se moderamine formet.
Vis intacta Patris, non admiscenda caducis. Hoc vidit princeps generosi seminis Abram,
Sed tamen et Patris est specimen, quod cernere Jam tunc dignati terras invisere Christi
[fas sit, 30 Hospes homo, in triplicem numen radiasse
Humanis aliquando oculis concurrere prom- figuram.

GLOSSÆ VETERES.

11. Pater, est, I. — Violenta, pro violenter, id est B
forit. r., Mar.
12. Eminus, longe, vel e contra, I.
14. Immensum, immensitatem. — Ore, facie, I.
16. Visa, cognita est, I.
17. Non admiscenda, spernenda est (forte, sepa-
randa), I.
18. Et, pro etiam, I. — Specimen, Filius. — Cer-
nere, ob incarnationem, Vat. A.
19. Oculis, scilicet quid sit, Iso.
20. Hebes, stultus, vel retusus. — Glauco, viridi, I.
21. Humentique, humida. — Adire, scilicet tamen, I.
22. Ab ipso, Patre, I.
26. Mera, pura, vel sincera, id est divinitas. —
Majestas, Patris, I.
28. Abram, ubi tres suscepit, et velut uni loqueba-
tur, Iso.

COMMENTARIUS.

Deo, hic vidit Patrem. Vide hymnum 6 Cath., vers. 2, et hymn. S. Romani, vers. 312. Plurimi SS. Patres docent, in Antiquo praesertim Testamento solum Filium se hominibus conspicendum praebuisse, qui angelus interdum vocatur, quod a Patre mitteretur. In ea sunt sententia Justinus, Origenes, Tertullianus, Irenaeus, Patres, qui ex Antiochena synodo epistolam synod. cam ad Paulum Samosatenum scripserunt, Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Hilarius, Ambrosius, Leo papa, Isidorus. Itaque falsum est, caeteris post S. Augustinum Patribus magis arrisisse, omnes Veteris Testamenti apparitiones per angelos esse factas, quod nuper aliquis affirmavit. Alii existimant, non solum Filium apparitiones illas omnes obisse, sed Patrem etiam, alias solum, alias cum Filio et Spiritu sancto, nonnunquam vero solos angelos. Quam opinionem S. Augustinus praeceteris corroborat lib. II de Trinit.

13. Heinsius ex suis mss., et Fabr., Qui se forma hominis non induit. Aldus et Weitzius, Qui se formam hominis non induit; nullam lectionem ab hac dissidentem Mariettus annotavit. Utrolibet modo idem est sensus. Infra, vers. 436, Deus se corpore matris induit. Sed tunc metrum id postulabat. Alex. cum Aldo facit. De verbo Deitatis S. Augustinus lib. VIII de Civ. Dei, cap. 4: *Hanc divinitatem, vel ut sic dixerim, ΔΕΙΤΑΤΗΜ : nam et hoc verbo uti jam nostros non piget, ut e Graeco expressius transferant, quod illi θεότηα appellant.* Utitur etiam S. Hieronymus.

16. Blasphemus, blasphemio, blasphemia, voces sunt a solis scriptoribus ecclesiasticis usitatae, ut a Tertulliano, Hieronymo, Orosio.

18. In Vat. A et uno Torrent. abest est post Patris. Egm. et Pal., et specimen pro est specimen. In Thuan. et Boher. priori, Sed Patris tamen est specimen. Egm., fas est pro fas sit. In Thuan., Sed Patris tamen est specimen, quod cernere fas sit.

19. Vat. A., promptum est.

20. Egm. et Pal., clauso, male, pro glauco. Speculam pro pupula posuit vers. 869. Hamart., et speculatrix pupula, ibid., vers. 308. A Graeca voce γλαυζ, ulula, noctua, est glaucus, glaucoma. Celsus vocat

suffusionem.

22. Noms., memoratus, minus bene.

25. Ald., Alex., Urb., Vat. Q et vetusti omnes Heinsii, Per species, quas possit homo. Vat. A et Egm., quam. Cellarius saltem in ed. 2, Par species, quas possit. Fortasse legendum erit Par species, quam possit homo comprehendere visu. Melius tamen per species, quas posset, sive possit. Hoc enim discrimen exigui momenti est. Vatt. A, B et Mar., posset.

26. Majestas mera est, quae nullam formam induit a sua natura distinctam. Scholastici dicerent majestas nude sumpta. Hymno S. Fructuosi, vers. 91, calce mera pro pede nudo. Mera virtus lib. II, contra Sym., vers. 744. Gifanios allucinator, dum contendit Ind. Lucret., verbo verus, hanc vocem a linguae Latinae auctoribus tantum poni pro vero, praestanti, non ficto, non simulato, pro insigni, et vehementi. Vel ex his solis Prudentii locis refellitur. Vide alia quae Becmanus de Orig. ling. Lat. adversus eum protulit. In eodem argumento Prudentius persistit. Natura divina conspici non potest oculis corporeis, nisi forma aliqua assumpta. Constat autem, Deum naturam hominis assumpsisse non in unitate naturae, sed in singularitate personae Verbi.

27. Aldus, aliquos pro aliquo. Sensus quidem idoneus subesse potest. Sed codd. habent aliquo. Heinsius in suis reperit ni se, quod tenent Ald., Bong., Vat. Q et Vulg. In nostris, Weitz., Gis., nisi se.

28. Adducit exempla ex sacra pagina, quibus Deus apparuisse dicitur, quae omnia de Filio Dei exponit. Vide Genes. XVIII, 1 et seq. Dominum, quem Abraham alloquitur, vocat Christum per prolepsin, ut alibi, hoc est Verbum. Apparuerunt Abrahamo tres viri stantes, ut personarum Trinitas significaretur. Triplex figura sunt tres viri. In carmine in Genesis, cujus auctorem non esse Juvenum, ostendi in prolegom. versu 556: Dumque Deum trina positum sub imagine passit.

29. Arnobius, lib. I, pag. 4, queri gentiles ait, ipsos etiam caelites, derelictis curis solemniibus, quibus quondam solabant invisere res nostras, terrarum a regionibus exterminatos.

- Hoc collectantis tractarunt brachia Jacob. A
Ipse dator legis divinæ accedere coram
406 Jussus, amicitix collato qui stetit ore
Cominus, et sacris conjunxit verba loquelis,
35 Carnis in effigie Christum se cernere sensit.
Sed majora petens, animum per vota tetendit
Inconcessa homini, plus quam mortale laborans
Ipsum, quantus erat, sine corpore visere Chri-
[stum.
Denique post multi sermonis mutua, postque
40 Conspectum præsentis heri, et consortia longa,
Quæso, ait, ut liceat te nunc, Deus optime, nosse.
Respondit Dominus: Mea, non me, cernere justis
Posteriora dabo; quid apertius, absque aliena,
Quam sumat, facie, Verbum non posse videri,
45 Posse tamen, cum malit idem, nunquam Patre B
[viso,

GLOSSÆ VETERES.

31. Tractarunt, tetigerunt, vel palpaverunt. — Ja-
cob, ubi collectabatur cum angelo, Iso.
32. Coram, palam, vel prope, I.
33. Collato qui stetit, facie ad faciem locutus est, I.
34. Cominus, juxta, I.
37. Plus quam, scilicet debuisset, I.
39. Mutua, alternas collocutiones, I.
40. Heri, Dei, I.
43. Posteriora, Filium, sicut inquit ipse, quia major
me est, carnem. — Apertius, huic rei, I.
44. Verbum, Filium, I.
45. Idem, Filius, I.
46. Habitu, in habitu, I.
49. Vibratum, emissum, I.
50. Fragilem, mortalem, Iso.
51. Inde, scilicet quod emicuit, I.
52. Oris, faciei, I.
53. Coactum, coagulatum, I.
54. Referebat, figurabat, simulabat, I.
55. Sentam, sentosam. — Excita, commota, ex-
tata, I.
57. Vulnificas, vulnera facientes. — Agebat, cir-
cumdabat, tangebatur, leniter tangebatur, I. — Comas,
rubi, Vat. A.
58. Exemplo, exemplum. — Deus, sc. quod erat, I.

COMMENTARIUS.

31. De Jacob cum Domino luctante vide hymn. 2
Cath., vers. 75. Fuisse Filium, sive secundam Tri-
nitatis personam plurimi tradunt.
32. Moyses Israelitis legem dedit a Domino tradi-
tam. Illic locum attingit hymn. 7 Cath., vers. 40.
35. Put., in effigiem.
36. Prag., mendose, potens pro petens.
38. Ait Prudentius, desiderasse Moysen videre
secundam Trinitatis personam sine forma ulla cor-
poræ, quod votum inconcessum homini recte asserit.
Consule theologos disputantes, utrum Deus oculis
corporeis cerni possit.
39. Bonon., munia; melius mutua.
43. Posteriora incarnationem intelligunt esse Hie-
ronymus, Damascenus, Bernardus, alii. Iso videtur
respexisse ad prioritatem et posterioritatem originis,
quam explicant theologi, inter Patrem, et Filium. Alii
referunt posteriora ad corpus lucidum, quo Deus ap-
paruerit. Ald., male, quod apertius. Interrogatio con-
tinuatur ad vers. 46.
47. Giselinus, et mortales. Ald., Put., Rott., Cau-
chianus, Vat. A pro diversa scriptura, moderatum,
cum glossa temporatum illud Verbum. Sallustius, et
alii dixerunt moderò, as; et Prudentius eadem signi-
ficatione passiva moderamen non semel posuit. Vat. A D
a prius manu, Vat. B, Oxon., memoratum; Rat.,
Mar., Weitz., Prag., memoratum est. In Thuan. et
Noms., moderatum est. Ita Vat. Q.
49. Vide hymnum 11 Cath., vers. 17.
53. Nempe Spiritus sancti virtute, ait Chamillardus
exponens illa verba Verbi virtute. Non assentior.
Solum Filium esse Verbum notionale Patris theologi
asserunt, et S. Basilium laxiori sensu locutum aiunt,
cum dixit lib. v contra Eunomium: Dei quidem Ver-
bum est Filius. Verbum autem Filii Spiritus. Prudentius
neque ipse vocat Verbum Spiritum sanctum, neque
opus est, ut ita a nobis explicetur. Ait ergo, corpus
coactum virtute Verbi, hoc est, Filii, sive secundæ
personæ. Vide quæ notavi ad loc. cit. hymni 11. infra,
- vers. 114: Verbum conspicuum misit, missumque re-
cepit. Cum voluit, Verbo præstrinxit viscera puræ Vir-
ginis, et Verbo struxit puerilia membra. Omnia per
Verbum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod
factum est. Itaque per Verbum etiam factum est ut
corpus, quod Deus erat assumpturus, fuerit coactum.
C
54. Sich., Bong., et Wid. ab alia manu ex glossa,
simulabat pro referebat. Barthius lib. xli, cap. 24,
observat, poetas Christianos varie temporum modos
transposuisse; ut Prudentius faciem referebat eandem,
hoc est, relaturus sit. At vero referebat potest et debet
intelligi de tempore quo Deus se Moysi inspicendum
præstitit, non de tempore quo sumpturus erat corpus.
Scilicet, Deus, qui quandoque sumpturus erat corpus,
faciem eandem referebat, seu simulabat, cum Moysi
apparuit.
55. Vetustiores Heinsiani et nostri, Weit., sentam,
sc. sentam rubum. Ald., Gis. et Vulg., sentum. Bonon.,
sentem, mendose. Fabricius putavit, esse syncopen
sentum pro sentium. Sed poeta paulo post ait contorta
rubus, et sentum peccamen. In hymno S. Eulaliæ,
vers. 47, Per loca senta situ, et 11 in Sym., vers. 1039,
Extirpamus enim sentos de pectore vepres, ubi alia
addit rei præsentii congruentia. Chamillardo visus est
Prudentius non satis duo distinguere, quod in monte
Sinai Deus Moysi legem dederit, et in monte Oreb
ipsi apparuerit in rubo. Ego vel maxime hæc duo
distinguisse poetam confirmo, quamvis temporis ordi-
nem non servaverit. Hactenus de visione in monte
Sinai locutus est, qua figura hominis, nondum sub
carne Moysi objecta, effigiem nostri signaverat oris.
Nunc progreditur ad visionem in figura ignis, rubum
comburentis: Sed tamen et sentam, usque ad vers. 70.
Vide Exod. III.
57. Bonon., alebat non omnino male, pro agebat.
Vide Sedulium, lib. 1: Ignibus innocuis flagrans ap-
paruit olim Non ardens ardere rubus, etc. Prudentius
in rubo ardenti ignem Verbum interpretatur, spinas
humanitatem.

- Spiniferos, sudibus quos texunt crimina densis, A
 60 Et peccata malis hirsuta doloribus implent.
 Inculto nam stirpe frutex vitiosus iniquis
 Luxuriam virgis inhonesto effundere succo
 Cœperat, et nodos per acumina crebra ligabat.
 Carnere erat, steriles subito splendere fron-
 [des,
 65 Accensisque citum foliis magno impete late
 Collucere Deum, nec spinea lædere texta,
 Lambere sanguineos fructus, et poma cruenta,
 Stringere mortiferi vitalia germina ligni.
 Quandoquidem tristes purgantur sanguine culpæ,
 70 Quem contorta rubus deus cruciatibus edit.
 Ergo nihil visum, nisi quod sub carne videndam,
 409 Lumen, imago Dei, Verbum Deus, et Deus
 [ignis, B

- Qui sentum nostri peccamen corporis implet.
 Nam lucis genitor, Verbi sator, auctor et ignis
 75 Creditur extra oculos, ut apostolus edocet auctor,
 Qui negat, intuitu fontem deitatis adiri.
 Credite, nemo Deum vidit, mihi credite, nemo.
 Visibilis de fonte Deus, non ipse Deus fons
 Visibilis, cerni potis est, qui nascitur : at non
 80 Innatus cerni potis est ; latet os Patris illud,
 Unde Deus : qui visibilem se præstitit olim,
 Tale aliquid formans in sese, quale secuta est
 410 Passio, quæ corpus sibi vindicat : ardua
 [nam vis
 Est impassibilis : quoniam natura superni
 85 Ignis ad horribilas nescit descendere pœnas,
 Nec capit humanis angoribus excrucari :
 Pura, serena, micans, liquido prælibera motu,

GLOSSÆ VETERES.

59. Textunt, *insimulatione*, Iso.
 61. Inculto, *agresti*. — Iniquis, non æquis, nequis, I.
 62. Luxuriam, *abundantiam*, I.
 65. Impete, *pro impetu*. — Late, *ubique*, I.
 67. Cruenta, *rubicunda*. I. *rubra*, Vat. A.
 68. Stringere, *decerpere*, Iso, Mar.
 69. Quandoquidem, *quoniam*. — Sanguine, *Christi*,
 Iso.
 70. Contorta rubus, *Maria, passio Christi*. — Edit.,
gignit, protulit, parit, I. — Rubus, *passio Christi*, Vat.
 A. — *Christi corpus*, Mar.
 75. Sentum, *sentosum*, I.

75. Extra oculos, *invisibilis*, I.
 76. Fontem, *Patrem*, I.
 77. Deum, *scilicet Patrem*, I.
 78. Visibilis, *scilicet est*. — Fonte, *Patre*. — Deus,
Filius. — Fons, *qui est fons*, I.
 79. Visibilis, *Patrem*. — Qui nascitur, *Filius, in quo*
est Pater, I. — Potis est, *cerni possibilis*, Vat. A.
 83. Vindicat, *usurpat*, I.
 86. Capit, *potest. Nec valet, nec vult*. — Angoribus,
angustiis, anxietatibus, I.
 87. Liquido, *puro*, I.

COMMENTARIUS.

59. Lact. lib. vi, cap. 15 : *Nam sicut in sentes ager, qui est natura secundus, exuberat : sic animus incultus, vitis sua sponte inualescentibus, velut spinis obducitur.* Alcimus Avitus, lib. v : *Et rubus in rubo viridis permanserat æstu, Quo signo spinas nostræ servescere mentis . . . pia pectora noscent.*

61. Prag., *inculta*. Ald., Weitz., Gis., vetustiores Heinsiani et nostri, *inculto nam stirpe*.

62. Vetustiores, *luxuriam*, non *luxuriam*, quod habet Giselinus. Ald., *jurgis mendum puto pro virgis*. In Vat. A. dignosci satis non potait *jurgis*, an *virgis* es-et.

63. Vat. A, et nudos, *perperam*.

65. Ald., *circum foliis*, contra metrum.

67. *Lambendi* verbo usus quoque est Sedulius loc. cit., et antea Virgilius lib. II Æneid., vers. 683, *tacitque innoxia molli Lambere flamma comas*.

68. Vat. A mendum *ostiferi* a prima manu.

71. Colligit, etiam in rubo nihil visum, nisi Verbum Deum : nam Verbum idem, quod *sentum nostri peccamen corporis implet*, representabatur in igne Iunoxio, qui in *spinis volitabat acutis*. Implere sentum peccamen corporis est Deum assumere corpus in similitudinem peccati.

72. Filius dicitur imago Dei cap. I ad Coloss. vers. 15 : *Qui est imago Dei invisibilis*. Theologi ostendunt Filium esse imaginem Patris vel ex hoc loco Apostoli : nam *Deus invisibilis* ibidem intelligitur Pater, ut ex SS. Patribus constat. Imo Filius solius Patris est imago : non enim ratio imaginis consistere potest sine vera processione, et Filius a Patre procedit, non a natura divina. Vat. A. legit *numen pro lumen* : hoc longe melius est.

74. Non placet glossa Vat. A : *Ictis, Spiritus sancti*. Sermo hic tantum est de Verbo, quod est *Deus ignis*, ut paulo ante. Fabricius unum verbum facit *Verbisator*, et ait, epitheton Dei Patris esse, ut *Verbigena*. Sed hoc loco ratio metri postulat *Verbi sator*.

75. *Apostolum* aiunt esse Joannem evangelistam, cujus sententia laudata est supra vers. 9. Potest etiam

intelligi Paulus apostolus, qui Patrem invisibilem vocat, ut exposui vers. 72. Est autem Pater fons deitatis, quatenus communicat deitatem : quo sensu frequens esse apud Patres vocare Patrem fontem deitatis et divinitatis, ex S. Dionysii aliorumque operibus demonstrat Suarezius lib. VIII de Trinitate, cap. 3. Minime vero Pater est fons deitatis, quasi eam producat.

78. Ald., Bong., et quatuor Heinsiani præstantioris notæ, *Dei fons*. Gis., Weitz., Vatt. A et B, Rat., *Deus fons*. In Mar. videtur esse *Deus*, licet sit aliqua litura. Utroque modo sensus constat. In editione glossarum Isonis Coloniae 1701, trajectæ sunt glossæ, et falsa sententia irrepsit, scilicet : *DE FONTE, de Patre ; Deus fons, Filius, qui est fons*. In Aldo quoque male hæc distincta sunt non ipse *Dei fons Visibilis cerni potis est, qui nascitur*.

79. In Bonon. scriptum est *poterit* pro *potis est*, ab aliquo sciolo invecum, tum hoc in loco, tum in aliis.

80. *Innatus pro non natus* Tertullianus. Pro *intus natus* Cicero, et alii. In Alex. deest unus versus, et ita alii leguntur : *Visibilis cerni potis est : latet os Patris illud, Unde Deus*.

83. In Thuan., *quem corpus sibi vindicat, nempe quem Deum*.

86. *Nec capit* idem est ac *non potest*, sive, ut alibi loquitur Prudentius, *incapax est*. Hieronymus et Paulinus etiam vocabulo *incapax* utuntur. Fabricius advertit, hunc versum esse ex his qui dicuntur fistulæ, quod syllabarum numerus cum singulis verbis crescat.

87. Natura divina dicitur *prælibera liquido motu* ea significatione, qua interdum poeta noster *liquidum* usurpat, videlicet *puro spirituali motu*. Vide proleg. num. 164. Chamillardus arbitratur, poetam allusisse ad Deum volitantem in rubo, et nescio quæ alia addit, quod *Deo vitia carnis non nocent, licet sit in medio sanguinis, qui liquidus est, et movetur*. Hæc a venete poetæ longe aliena esse mihi videntur.

Subdita nec cuiquam, dominatrix ut pole rerum: A
 Cui non principium de tempore, sed super omne
 90 Tempus, et ante diem najestas cum Patre sum-
 [mo,
 Imo animus Patris, et ratio, et via consiliorum.
 Quæ non facta manu, nec voce creata iubentis,
 Protulit imperium, patrio ructata profundo.
 Hanc igitur non flagra secant, non spata salivis
 95 **411** Aspergunt, alapis non vexat palma relisis;
 Nec perfossa cruce clavorum vulnera figunt.
 His affecta caro est hominis, quem femina
 [prægnans
 Enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.
 Ille famem patitur, fel potat, et haurit acetum;
 100 Ille pavet mortis faciem, tremuit ille dolorem.
 Dicite, sacrilegi doctores, qui Patre summo B
 Desertum jacuisse thronum contenditis illo
 Tempore, quo fragiles Deus est illapsus in artus;
 Ergo Pater passus? quid non malus audeat
 [error?
 105 Ille puellari conceptus sanguine crevit?
 Ipse verecundæ distendit virginis alvum?

Et jam falsiloqua est divini pagina libri,
 Quæ Verbum in carnis loquitar fluxisse figuram?
 At non, qui Verbi Pater est, caro factus habetur.
 110 Fige gradum, Scriptura, tuum, nil mobile et
 [anceps
 Affirmasse decet. Pater est, quem cernere nulli
 Est licitum: Pater est, qui nunquam visus in
 [orbe est,
412 Nec mundana inter radiavit lumina coram.
 Verbum conspicuum misit, missumque recepit,
 115 Cum voluit: Verbo præstrinxit viscera puræ
 Virginis, et Verbo struxit pueritæ membra.
 Ipse quidem in terris virtute, et numine præsens
 Semper adest quocunque loci, nec pars vacat
 [nulla
 Majestate Patris, nusquam est Genitor Deus
 [absens:
 120 Per Verbum sed semper adest, atque iude
 [Philippo
 Christus ait: Tanto tecum jam tempore versor,
 Et Patrem te nosse negas, quem perspicis in me?
 Est invisibilis donum Patris edere natum

GLOSSÆ VETERES.

- 90. Majestas, *Filii fuit*, I. *Christi divinitas*, Vat. A.
- 91. Animus, *ipse Filius est*, Iso.
- 95. Patrio profundo, *ex intima Patris substantia*, Mar.
- 94. Flagra, *flagella*, I.
- 97. Affecta, *afficta*, Iso.
- 98. Enixa est, *parturit*, I.
- 106. Distendit, *intumescere fecit*, I.
- 107. Falsiloqua, *falsiloquens*, I.
- 109. At non, *scilicet ipse*. — Verbi, *Filii*, I.

- 110. Fige, *confirma*, I.
- 111. Cernere, *scilicet manifeste*, Iso.
- 115. Coram, *præsentialiter*, I. *Corporaliter*, Vat. A.
- 114. Recepit, *post ascensionem*, Vat. A.
- 115. Præstrinxit, *præoccupavit*, I. *Implevit*, Mar.
- 116. Struxit, *ornavit*, I.
- 118. Quocunque, *in omni loco*, I. *Ubicunque in omni loco*, Mar.
- 120. Per Verbum, *per Filium innotuit mundo*, I.
- 125. Donum, *officium*, I.

COMMENTARIUS.

89. Æternitas, divinitas, et eadem natura Verbi C
 cum Patre clarioribus verbis exprimi nequit.
 91. Alex., Put., Thuan. et duo Torrentiani *ratio*,
via sine et. Filium consiliarium vocat Isaias cap. iv:
 SS. Patres, et theologi mentem, animum, rationem
 Patris.
 93. Cellarius in indice verborum duas metaphoras
indecoras notat, alteram hanc *patrio ructata profundo*,
 alteram vers. 595, *evomuit*, etc. Dicam suo loco de
 secunda. Prima metaphora *indecora* dici non debet,
 quandoquidem Prudentius psalmi XLIV, 1, verba in
 suam sententiam accommodavit: *Eruclavi cor meum*
verbum bonum: quæ de æterna Verbi generatione in-
 terpretantur SS. Patres. Ambrosius lib. IV de Virg.,
 cap. 1: *Ipse est quem Pater genuit ante Luciferum, ex*
utero generavit, ut Filium, ex corde eruclavit, ut Ver-
bum. PATRIUM PROFUNDUM dixit, ut Zeno Veronensis
 sermone 1 de æterna generatione Filii, *profundum*
arcantum. Vide not. hymn. 11, Cath., vers. 18 et seqq.
 usque ad 20. Quæ hic habet Prudentius, Theophilus
 Antiochenus lib. II ad Autolyicum uberius expla-
 navit.
 97. Ald., Weitz., Gis., Vat. B, *quam*. Mar., *quam*,
 sed supra *quem*. Vat. A et Pal., *quem*. Heinsius edi-
 dit *quem*, et nihilominus in notis id reprehendit in
 nonnullis editionibus. Mihi placet *quem* hoc maxime
 loco. Vide hymn. 5 Cath., vers. 142.
 98. Put. scribit *enisa* pro *enixa*. Ronon. male, *vir*
pro uteri.
 100. Hinc comprobatur, narrationem orationis in
 horto esse vere evangelicam.
 101. Ald. primum scripsit *quia*, correxit *qui a*
Patre. Cæteri legunt *qui Pat e*.
 102. Sich. legit *Deum* pro *thronum*. Chamillardus
 aut vocem *thronus* non esse usitatam Latinis, quia

solummodo exstat apud Plinium. Vel id solum Pru-
 dentium excusaret. Accedit, verbum id esse eccle-
 siasticum ex sacris Litteris petitum.
 103. Vat. A, *fragilis*. Put., *illapsurus*, sed tunc
 amovendum esse verbum substantivum, monet Hein-
 sius. Ego mendum puto *illapsurus* pro *illapsus*: et in
 Vat. A, *fragilis* esse pro *fragilis*, aut *fragiles*.
 104. Avitus lib. V, *Quid non furor audeat amens?*
 105. Heinsius cum suis potioribus, Ald., Vat. A,
 Pal., Widm. supra *ipse*. Weitz., Gis., Vat. B, Mar.,
 Prag., Rat., *ille*. Teol. edidit *ipse*, et in fine versus
 admirationis notam apposuit.
 112. In Vat. B deest verbum substantivum *est*:
visus in orbe. S. Joan. VI, 46: *Non quia Patrem vidit*
quisquam, nisi qui est a Deo, hic vidit Patrem.
 115. Thuan. scribit *perstrinxit*.
 117. Gisel. 1 edit. ad marginem, Sich. et Mariet.
 pro diversa scriptura *munere*. Cæteri *numine*.
 118. Apud Heinsium Cauchius conjectabat *ubicun-*
que: ac revera ita habent apud Weitzium Egm. et
 Palat., necnon Vat. A, ubi ad oram discrepans lectio
quocunque. In Rot. pro diversa scriptura *Semper ad-*
est, et ubique loci, quod Heinsio placebat, neque mihi
 displicet. Sed *quocunque* habent plerique, et optimi
 mss. et vulg. Prudentianum est *quocunque terrarum*
 in hymno S. Laurentii, vers. 431. In Mar. glos. a est
ubicunque, quæ in textum videtur irrepisse. In Bo-
 non. *una*, minus bene, pro *ulla*.
 119. Ald. male distinguit *nusquam est genitor Deus*
absens Per Verbum, sed semper adest.
 121. Joan. XIV, 9.
 125. *Invisibilis* mendum pro *invisibilis* in Fahr.
 Hanc vocem, quam Vossius reject, alii recte de-
 fendunt auctoritate Cornelii Celsi, Macrobbii, Arnobii,
 Lactantii, et nostri poetæ.

- Visibilem, per quem valeat Pater ipse videri : A
 125 Nec solis sanctorum oculis, sed lumine cassis,
 Cæcorum cæcos loquor : atra socordia quorum
 Corde tenebroso verum perpendere nescit.
 126 Quem si perspicuum mortalibus inficiaris,
 Fare age, quem videat Babylonis ab arce ty-
 [rannus
 150 Innoceus inter flammam procul expatiantem,
 Calcantem rapidos inadustus fratribus ignes?
 Nempe, ait, o proceres, tres vasta incendia an-
 [helis
 Accipere viros fornacibus : additus unus
 Ecce vaporiferos ridens intersecat ignes.
 155 Filius ille Dei est, fateorque et victus adoro.
 Irrisas removete faces, tædasque tepentes

- Subtrahite, en friget succensi sulphuris ardor.
 Filius, haud dubium est, agit hæc miracula
 [rerum,
 126 Quem video; Deus ipse, Dei certissima
 [proles,
 140 Imperat immensis ardoribus, et domat iras,
 Insultans famulante rogo, piceosque furores
 Comprimit, et rabiem flammularum algescere cogit.
 Barbaricos calida aura sinus non tangere jussa
 Præterit, et tenues stridens transcurrit amictus;
 145 Ipse per Assyrias vetitus vapor ire tiaras,
 Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.
 Hæc ait, et varios jubet obmutescere cantus,
 Organa, sambucas, citharas, calamosque, tu-
 [basque.

GLOSSÆ VETERES.

125. Lumine, fide carentibus, Iso.
 126. Socordia, stultitia, vel pigritia, quasi sopor cordis, Iso.
 128. Perspicuum, manifestum fieri. — Inficiaris, negas, I.
 129. Tyrannus, Nabuchodonosor, Mar.
 130. Expatiantem, deambulantem, I.
 138. Filius, Dei. — Agit, facit, I.

141. Insultans, deridens. — Piceos, Chaldaicos, Iso.
 143. Barbaricos, alienos, id est Chaldaicos. — Aura, flamma. — Jussa, concessa, I. — Barbaricos, sarabanas, fomaralia, quibus utebantur, cum inter barbaros versarentur, Vat. A.
 145. Vetitus, scilicet est. — Tiaras, mitras, I.
 148. Calamos, tibias, Iso.

COMMENTARIUS.

124. Prag. error visibilis pro visibilem. Paulinus visibiliter usus est.
 126. Prag., cæcis cum glossa oculis, idem loquar pro loquor. In socordia o corripitur. Si liceat, levi mutatione versus ad aliorum consuetudinem posset revocari : Cæcorum cæcos loquar, et socordia quorum.
 127. Thuan., verbum pro verum, male.
 128. Vat. B a prima manu qui, supra si.
 129. Bonon., videant. Aldus, videar Babylonis ab arce tyranni. Vera lectio, quem videat Babylonis ab arce tyrannus.
 130. Vetustiores Heinsiani, Ald., Alex., Vat. A pro scriptura diversa, expatiantem. Urb., Weitz., Gisel., Vat. B, Q, Mar., Prag., Rat., inspatiantem, quod non est æque Latinum. Gis. 1, edit., expatiantem.
 131. Fratres vocat tres pueros in caminum ignis injectos ob eandem religionem mutuamque inter se amorem. Ovidius usus est voce illa inadustus. Boldettus lib. 1, cap. 59 tres pueros igne Babylónico probatos ex vitro antiquo expressit.
 132. Vat. A et Put. scribunt tris pro tres, ut in vetustis Virgiliti codicibus.
 133. Vat. A mendam accipere.
 135. Vide cap. in Danielis, ubi tota hujus facti series exponitur. Fuisse Filium Dei, qui sub angeli figura descendit in fornacem, et excussit flammam ignis, colligit Prudentius ex verbis tyranni vers. 91 et 92 : Tunc Nabuchodonosor obstupuit.... et respondit, et ait : Ecce ego video quatuor viros solutos, et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis est, et species quarti similis Filio Dei. In Urb., fateor : quem evictus adoro. Ald., Oxon., fateor, quem victus adoro. Sich., fateorque, et victus adoro, quod etiam habent Heinsiani, Gis. 1 edit., Vat. A, Q, Mar., Alex., Rat., Weitzius. Nihil ergo fuit causæ, quamobrem Gis. in 2 edit. mutaret duriuscule fateor quem, et victus adoro. Weitzius ita legisse Aldum affirmat : fortasse dicere voluit Giselinum. Cum Giselino tamen facit Vat. B, fateor quem, et victus. Prag. non infeliciter fateor, et victus adoro, producto o in fateor.
 157. Subtrahite, friget, Aldus, duo principes codd. Heinsiani. At Giselinus in hoc pacto subtrahite, en friget, quod etiam reperitur in Torn. Prudentio solemne est vocalem brevem producere ob duas consonantes dictionis sequentis. Nihilominus en

tenent Weitzius ex suis codd., Alex. supra, Vat. A, B, Q, Prag., Urb., Rat., Mar., quos sequi præstat, quamvis dissentientibus Heinsio, Chamillardo, Cellario et Teolio, qui non bene affirmavit, codices omnes Vaticanos, uno excepto, habere subtrahite, friget.
 138. Aldi error ait pro agit. An revera Verbum sub angeli figura in fornacem descenderit, disputat interpretes. Broverus in notis ad lib. v Fortunati plurium Patrum sententia, ac nominatim ex his verbis Prudentii, probat, hanc apparitionem in fornace attribui Verbo, idque confirmat, quia Ecclesiæ canit, surrexisse Christum de sepulcro, qui liberavit tres pueros de camino ignis ardentis. Et in Canone Theodori Studite de S. Cruce ada 7 dicitur : Quittres pueros a flammis eripuit, ille assumpta carne in terras advenit.
 143. Alex., tangere visa, minus bene. Vestes barbaricas pro pretiosis a poetis sumi advertit Chamillardus. Hic sinus barbarici sunt vestes sinuosæ, pallia, aut aliud vestis genus (variant enim interpretes de significatione vocis sarabala Dan. iii, 95) quod barbarorum more factum fuerit, quoque tres illi pueri in captivitate Babylonica degentes fuerint iudati. Cl. P. Simon de Magistra in suo Daniele refellit Grotium, quod Hieronymum et Vulgatum deseruerit, ut rabbinos sequeretur. Grotius saraballa (corrupte sarabara aut sraba) exponit mantella : lexicographi tibialia apud Persas. In laudato opere Danielis secundum LXX exhibetur Daniel, barbarico cultu exornatus in lacu leonum ex celebri Menologio Basilii Porphyrogeniti.
 144. Prag., percurrit amictus.
 145. Prag., inde pro ipse, aut ire. Ald., Ipse per Assyrias metuit vapor ire tiaras : sic Mar. pro diversa scriptura, et codd. Heinsiani; Gis. item ad marg., qui in textu habet, Ire per Assyrias vetitus vapor ipse tiaras. Weitz. cum Widm., Palat., Bong., nostri Vat. A et B, Mar. a prima manu, ipse per Assyrias vetitus vapor ire tiaras. Sichardus, Ire per Assyrias vetitus vapor ipse tiaras. In Put. est Assyrios tiaras masculino genere, ut apud Virgilium, et Claudianum. Chamillardus Assyrios interpretatur Judæos, quia Europæi Assyriam cum Judæa confundebant. Malo accipere sensu pro Babyloniis, ut supra barbaricos sinus.
 148. Chamillardus ex his quæ Isidorus scribit cap. 20, lib. ii de secunda divisione musicæ, quæ organica

- 415** Stulta superstitio tacuit: vox festa quievit, A
150 Quæ male conspicuæ celebrabat imaginis au-
 [rum.
 Carmina sanctorum resonant jam sola viro-
 [rum,
 Concertu triplici regem laudantia cæli,
 Qui mare, qui terras, qui lucida sidera fecit,
 Ignibus et mediis securos texit alumnos.
155 Semper in auxilium sermo Patris omnipotentis
 Descendit servando homini: mortalia semper
 Admiscenda sibi proprio curavit amore,
 Ut socianda caro, dominoque implenda pe-
 [renni,
 Degenerem vitam, quam tunc animalis agebat,
160 **416** Exemplo mutaret heri, similesque per
 [artus
 Cernere consortem terreni assuesceret oris,
 Participemque suum visu velut obside nosso,
 Et consanguineo paulatim accedere Christo.

- Ergo animalis homo quondam, nunc Spiritus
 [illum
165 Transtulit ad superi naturam seminis, ipsum
 Infundendo Deum, mortalia vivificantem.
 Nunc nova materies, solidata intercute flatu,
 Materies sed nostra tamen, de virgine tracta,
 Exiit antiquæ corrupta exordia vitæ,
170 Immortale bonum proprio spiramine sumens.
 Filius ille hominis, sed Filius ille Tonantis,
 Jam solus vultum Patris aspicit, et videt ip-
 [sum.
 Nemo Patrem novit, nisi Filius, et cui monstrat
 Filius, et nostræ mediator, et Omnipotentis.
175 Denique concludam brevis ut compendia sum-
 [mæ,
417 Non Pater in carnem descendit, sed Patris
 [arce
 Sumpta caro ascendit: natus per utrumque
 [cucurrit.

GLOSSÆ VETERES.

- 149.** Superstitio, paganitas, vana religio. Festa.
inanis, festiva, I.
150. Conspicuæ, statuæ, I.
151. Virorum, scilicet sunt audita, I.
152. Concertu, cantu, Iso.
156. Servando, ad servandum hominem, Iso.
159. Animalis, pecorinus. — Agebat, duxit, duce-
 batur, I.
160. Heri, Dei, I.
162. Obside, ut visus obses, et testis fuisset ad vi-
 dendum Deum, I.

- 164.** Animalis, incredulus, I.
165. Seminis, deitatis, I.
167. Materies, Christi humanitas. — Intercute flatu;
*interiori spiritu, Vat. A. — Intercute, in cute manente,
 interiore; interiore spiritu, I.*
170. Spiramine, Spiritu sancto, Iso.
171. Hominis, Mariæ, I.
175. Compendia, scilicet sint. — Summæ, numeri, Iso.
177. Cucurrit, descendit, et ascendit, I. et Mar. —
 Contra Unionitas, id est Sabellianos. Unionitæ sunt,
 qui dicebant unam substantiam, et unam personam;

COMMENTARIUS.

dicitur, arguit apud antiquos organa fuisse eadem figura qua apud nos. Organum, ait Isidorus, vocabulum est generale vasorum omnium musicorum. Hoc autem, cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Ut autem organum dicitur, magis ea est vulgaris consuetudo. Hic igitur vigebat usus saltem in Hispania, ubi nunc quoque organa maxime celebrantur. Et fortasse duplex erat genus organorum, hydraulicum et pneumaticum, ut dicam ad vers. 392. An autem in Gallia hæc consuetudo vigerit ante Pipini et Caroli Magni tempora, in dubium revocat cl. Hieronymus Tiraboschius tom. III Hist. lit. Ital., lib. II, cap. 1, num. 41: qui in medium adducit verba anonymi monachi Engulismensis in Vita Caroli Magni: Similiter erudierunt Romani cantores supradicti cantores Francorum in arte organandi. Quibus ex verbis non satis constare ait, docuerintne Romani Francos artem conficiendi organa, an rationem eis utendi. Cl. Stephanus Artesga in egregio suo opere de theatro Italico musico, tom. I, cap. 3, verbum organandi aliter explicat, et quendam peculiarem musicæ rationem, et regulam eo loco significari ex idoneis auctoribus ostendit. Obiter dicam, non fuisse meum, ut Artesgæ opus, sæpe, et coram multis a me laudatum, pauculis verbis, quæ in hymnodia Hispanica de quibusdam nugis chronologicis exciderunt, et aliquis immerito in malam partem accepisse visus est, condemnarem.

150. Aurum intellige statuam auream, quam Nabuchodonosor rex fecit.
151. Mar., resonantia cum glossa erant. In Vat. B videtur idem fuisse, sed abrasum est: glossa addita ait sunt, quod innuit legendum resonantia. Isonis glossa eodem pertinet. Cæteri habent resonant jam, quod clarius est.
152. Heinsius cum solo Put., triplice concertu pro concertu triplici, non male. Sed miror, ab Heinsio Apollinatæ Sidonium laudatum, ut ostenderet, priorum in triplex produci posse. Quis id neget, aut

C quis nesciat, eam syllabam esse communem? Indicat Prudentius hymnum trium puerorum in fornace ignis Benedicite, etc.

159. Ald., Thuan., Cauch., Rat. a secunda manu, Mar., Egm., Widm., quæ tunc. Alii, quam tunc. Congruentem rationem Prudentius affert, cur Verbum, sermo Patris, semper apparuerit: ut scilicet caro, quam erat assumpturus, degenerem vitam mutaret, et cernere consortem terreni assuesceret oris.

160. Abest hic versus a Put. In Thuan., fragilesque per artus. Oxon., Rot., Noms., tres Torr., Pal., similesque per actus. Vide hymn. 4 Cath., vers. 77. Ald., Weitz., Gis. cum cæteris mss., similesque per artus. Vat. B pro diversa lectione, actus.

164. Potest accipi Spiritus pro tertia Trinitatis persona: sed nihil obest, quominus de secunda intelligatur, de qua hic potissimum agit. Vide supra vers. 53, et hymn. 11 Cathem., vers. 51. Petavius, tom. IV, part. 2, lib. II, cap. 9, his verbis confirmat theologiam, hanc sententiam, quod non solum externa efficiëntia, sed interno quodam ac substantivo, ut antiqui loquuntur, illapsu Christus nobis justitia factus est per substantivam conjunctionem, applicationemque Spiritus sancti, tanquam formæ suo modo sanctificantis, quæ propriam manus est Christi incarnationis.

166. Vox ecclesiastica videtur vivificare. Usus ea est Minutius Felix. Tertullianus etiam vivificentio; et vivificator. Apud Ammianum vivificus legitur.

168. Cham., male, tamen? interrogans.

169. Vat. A, corruptæ a prima manu, mendum.

172. Ald., perperam, solum pro solus. Explicatio hujus vocis petitur ex sequentibus.

174. In Vat. A deest et post mediator, quod sensus postulat. Vide Matth. XI, 27.

175. In Vat. A erat comprehendia, sed factum compendia, lego compendia.

- Cede, profanator Christi, jam cede, Sabelli, A 183 Quod Deus est, adimasque decus patris, et ge-
 Depositorque Patris, natiq[ue] insane negator.
 180 Nonne patrem violas, dum natum scire recusas?
 Quandoquidem non est genitor, nisi filius
 [exstet :
 Nec vocitare patrem potis es, quem germine
 [fraudas :
 Sed fortasse velis patriæ pietatis honore
 190 Despollare Deum, contentus nomine nudo,
 418 Ecquis in idolio recubans inter sacra mille,
 Ridiculosque deos venerans sale, cespite, thure,
 Non putat esse Deum summum, et super omnia
 [solum?
 Quamvis Saturnis, Junonibus, et Cytheræis.
 190 Portentisque allis fumantes consecret aras;
 Attamen in cœlum quoties suspexit, in uno

GLOSSÆ VETERES.

Filium et Spiritum negabant, sed dicebant: Idem Deus, quando vult, Pater est; quando vult, Filius est: quando et Spiritus sanctus. Ariani dicebant, tres esse personas et tres substantias in Divinitate; Sabelliani e contra unam personam, et unam substantiam. Fides autem catholica utriusque devitans errorem, unam Deitatis substantiam, et tres personas veraciter affirmat. Nam Ariani bene tres personas, male tres substantias; Sabelliani bene unam substantiam, male unam personam dicebant. l.

178. Profanator, blasphemator, contemptor profanus dicitur, quod porro a fano, id est a templo Dei, hoc est irreligiosus. — Cede, discede, l.

179. Depositor, negator, l.

180. Violas, negas. — Natum, Filium, Iso.

181. Quandoquidem, quoniam ille. — Genitor, pater, l.

183. Patriæ, paternæ, quod patris est, l.

184. Nomine, scilicet procreationis, Iso.

185. Generis vim, filii vigorem, l.

186. Idolio, paganitate, in loco idolorum, Mar. — Idolio, in sacrilegio, in loco idolorum, pro eo quis homo idololatriam est immolatur. Idolium vero est templum idoli. — Recubans, scilicet, quavis, l.

187. Cespites, cespes est terra avulsa cum herba, unde faciebant altaria, l.

189. Saturnis, pro omnibus diis posuit. — Citheræi: Citheræa, Venus, l.

190. Portentisque, idolis, l.

COMMENTARIUS.

178. Alex. titulus est ante hunc versum *Contra Unionitas*. Ita Weitz. et Vat. A. In Vat. B et Mar., *Contra Unionitas Sabellianos*. In Rat., *Contra Sabellianos*. In Ald. et Gis. 1 edit., *Contra Unionitas, id est Sabellianos*. Gis. 2 ed. ad oram *Unionitæ*. Confer Browerum pag. 223 ad Fortunatum, ubi argumenta Prudentii contra Unionitas cum laude *doctissimi Christianorum postularum* commendat. Hujusmodi lemmata *Contra Unionitas*, et similia non ab auctore esse apposita, sed ab aliis addita, dicam etiam in *Psychomachia*. Petrus Coustant in *Vindiciis* mss. codd. non bene affirmat pag. 274, Sabellianos a Prudentio hoc loco vocari *Unionitas*. Prudentius deinceps pergit exponere, Patrem et Filium in Trinitate non esse duo nuda nomina, sed personas vere distinctas: nam Patrispassionis ea ratione Patrem passum affirmabant, quod Pater a Filio non esset distinctus. *Unionitæ* hi hæretici nuncupantur, quia unam tantum personam in Patre, Filio et Spiritu sancto astruebant. In Urb. Nam cede legitur. Exscriptores veteres sæpe jam in nam commutabant.

179. Vat. B, *depositos*, mendose, vel ex consuetudine scribendi, qua veteres s pro r interdum ponebant, ut *homos, labos*, pro *honor, labor*. Poeta depositorem Patris vocat Sabellium, quia Patrem vere esse negabat, et Filium non vero genitum asserbat. Voculo *depositor* utitur Quintilianus in lemmat. Declamat.

184. Mar. scribit *dispollare*.

186. In Rat. ineptus corrector, cæteris abrasis, substituit *quisnam idolorum*, ut scilicet metro consuleret. Vat. A, et Egmon., *ne quis pro ecquis*, aut *et quis*. Si legatur *ne quis*, auferenda est interrogatio versu 188, et sensus erit, *ne quis non putat, etc.* In Widm., *ut quis, supra et quis*. Gifanius Lucr. collect. verbo *ET QUANTIS*, et quis observat, quædam verba ab antiquis duobus modis dicta, quæ recentiores unico proferre contendunt: dicebant enim *ecquis*, et *et quis*, et ita legit Gifanius in Prudentio ex veteri libro *et quis in idolio*, et similiter aliis in locis. Idolii voce utuntur Tertullianus, Hieronymus, et alii. Ut Minervium et Dianium erant Minervæ et Dianæ templum, sic idoliolum templum idolorum. Reperitur etiam *Æsculapium* pro *Æsculapii templo*. Corrigenđi sunt novum li interpretes, qui l ad Corinth. viii, 10,

in idolio recubantem accipiunt *idolium* pro mensa, aut epulo. Ethnici in templis suis recubebant ad mensam, non in mensa, multo vero minus in epulo. Erant enim lecti, in quibus recubebant, ut pranderent. Barthius lib. xxxiv, cap. 4, exponit, *in idolio recubans*, id est *paganismo deditus*, ut dicitur cubare in morbo. Cudworthus, cap. 4 System. intellect., num. 542, hos versus magna cum laude producit.

187. Vat. A, *rudiculos*, male, pro *ridiculos*. De arcespitiis dicam ad hymnum S. Eulaliæ et S. Vincentii.

189. Bonon. contra metrum *cæteris diis* pro *Cytheræis*. Urb. mendose, *Cytheræis*. Plurali numero *Saturnos, Junones, Cytheræas*, seu *Veneres* profert per contemptum, ut infra, vers. 292, *Deucalionum*, vel etiam ut indicet diversos titulos, quibus idem deus ab ethnicis insigniri et coli solebat. De hujusmodi vero falsis numinibus eorumque cultu fusius dicemus ad hymn. S. Eulaliæ vers. 122, S. Vincentii vers. 50, S. Laurentii, et præcipue S. Romani, et ad libros contra Symmachum.

191. Prag., male, imo pro uno. Radolphus Cudworthus, Syst. intellect. cap. 4, intelligit, *virtutum rationem* hoc loco esse amicum et habitum personarum, *ministros* vero esse dæmones, qui et dii audiebant, et quibus Deus ad mandata uteretur ex theologia scilicet gentilium, de quibus loquitur Prudentius. Putat enim Cudworthus plures gentiles credidisse sua numina nihil aliud esse quam unius Dei perfectiones, ac *virtutes personarum nomine indutas*: quam opinionem ad examen revocabo lib. II adversus Sym., vers. 58: *Res incorporeas, etc.* Minucius Felix: *Quid enim potest esse tam apertum, tam confessum, tamque perspicuum, cum oculis in cœlum sustuleris, et quæ sunt infra, circaque lustraveris, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur?* Vide quæ ibi notant Woverus, Elmenhorstius, Ouzelius ex nostro poeta, ex Augustino, Hieronymo, Isidoro Pelusiota, Lactantio, Cicerone: est enim argumeatum a multis pertractatum. Hoc scilicet est testimonium illud *animæ naturaliter Christianæ* de Deo uno, quod singulari libro adversus gentes ingeniose propugnavit Tertullianus. Vide ejus Apolog. cap. 17, et librum de Testimonio animæ.

- 419** Constituit jus omne Deo : cui serviat ingens A
Virtutum ratio, variis instructa ministris.
Quæ gens tam stolidâ est animis, tam barbara
[linguæ,
195 Quæve superstitione tam sordida, quæ canifor-
[mem,
Latrantemque throno cœli præponat Anubem ?

GLOSSÆ VETERES.

- 192.** Jus, religionem, I.
193. Ministris, angelis, I.
194. Barbara, alienigena, Iso.
195. Superstitio, paganitas. — Caniformem, canis habens formam, Iso.
196. Anubem, deum Ægypti, id est simiam, caput canis habentem. Mercurius lingua Ægyptiaca vocatur Anubis, qui deus eloquentiæ fertur. Unde cum canino capite depingitur, quia in animalibus nihil cane sagacius habetur. Latrare autem dicitur propter copiam sermonis, unde et oratores rabulatores dicuntur. Deum Ægyptiorum similitudinem canis habentem, I.
197. Cloacina, Cloacina et Epona, deæ rusticæ sunt. Cloacina dea cloacarum. — Epona, dea horticum. Cloacina et Epona, deæ rusticæ, Vat. T.
198. Solidam, plenam, olidam, putridam, I. — Oli-

- Nemo Cloacinae, aut Eponæ super astra deabus
420 Dat solum, quamvis olidam persolvat
[acerram,
Sacrilegisque molam manibus, rimetur et exta.
200 Consule barbati deliramenta Platonis,
Consule et, hircosus cynicus quod somniat, et
[quos

dam, putridam, Vat. T. — Acerram, vas thurarium, thuribulum, Iso.

199. Mola, sacrificium, vel notam; mola est genus sacrificii ex farre et sale, unde ignem aspergebant, et cultum, et hostiam. — Rimetur, vertat. — Extâ, viscera, I.

200. Barbati, senis, Mar. Illius senis, I. — Deliramenta, demeritiam, mendacia, amentiam. — Platonis, Plato dicitur a latitudine humerorum; qui primum athleta invictus, postea ad philosophiam conversus, omnes philosophos superavit, I.

201. Hircosus, adulterinos, vel caninos, Vat. T. — Hircosus cynicus, Epicurus, Vat. A. — Hircosus cynicus, propria nomina hæreticorum dicit, quorum alii propter immunditiam hirci dicuntur, alii canini, adulteri vocantur: κύων enim apud Græcos canis dicitur, I.

COMMENTARIUS.

193. Virtutes cœlorum, sive angeli in varios ministrantium ordines distributi. S. Gregorius homil. 34: *Novem angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim atque seraphim.* Hebræi decem angelorum ordines distinguunt, ac varia eis nomina imponunt. Erasimum et Beza, qui Apostoli locum Ephes. 1, 21, *Supra omnem principatum, etc.*, intelligunt universe de omnibus rebus creatis, refellit Petavius tom. III, lib. II, cap. 1, ex Ignatio, Irenæo, Athanasio, Cyrillo Hierosolymitano, Basilio, Epiphania aliisque. *Virtutum nomine, uti angelorum, interdum omnes angelici ordines intelliguntur, ut constat ex Chrysostomo, Theodoro, Hilario, Hieronymo et aliis.* Græce in sacris Scripturis vocantur δυνάμεις, Hebraice Sabaoth.

196. Ald. et Gis., Anubim. Weitz., cum mss. codd. plerisque, Anubem.

197. Ald., Ox., Vat. Q. Noms., Tiphonæ, Urb., Typhonæ. Gis., Hippo ab Hippo Hipponis, ut Did. Didonis. Etenim dea equorum a Græco vocabulo dicenda est Hippo aut Hippona. Vat. A., Yponæ. Præstantiores Heinsianis cum duobus Torrentianis, Vat. B., Alex., Prag., Rat., Mar., Eponæ. Quam veram lectionem Elmenhorstius est odoratus, et ante illum Gifanius Ind. Lucr. verbo SOLIDA, ex veteribus libris. Eandem lectionem approbat Adrianus Turuebus num. 794 advers., quia Latini ita, quæ Græca sunt, interdum efferunt, ut ortum ejurent suum, et quia in Juvenalibus bibliothecarum pulverulentis invenerat Eponam. Giselinus in Buslid. cod. reperit Hippo, et judicat scripturam depravatam Tiphonæ et Eponæ, auctoritate Gyraldi, qui in Historia de diis gentium hanc deam male Eponam a quibusdam vocari putat, et quia media in Epona esset producenda. Barthius, lib. xxvi Advers., cap. 41, contendit legendum in Prudentio et aliis Equona, quia huic deæ cura equorum erat; et a Prudentio mediam corripit ait more Græco, ut solet Prudentius facere in nominibus Græcis. Retineri debet nomen Eponæ, quod exstat in antiquis monumentis et inscriptionibus. De Epona, mulionum dea, vide Plutarchum in Parallelis, Minucium in Octavio, et Tertullianum in Apologetico.

198. Ald., Weitz., Vatt. A et B, Mar. pro diversa scriptura, Gifanius ex quinque exemplaribus mss., so-

lidam, ut Virgilius, a quo multa mutuatum fuisse Prudentium monet Gifanius; Æn. v, *plena supplex veneratur acerra.* Iso duas has lectiones explicat solidam et olidam. Heinsius cum suis, Giselinus per motus simili epitheto apud Juvenalem Sat. 8, *facies olida ad præcipia pietas*, Bong. a prima manu, Mar. a prima manu, Prag. et Rat. legunt olidam. Præfero olidam: nam epitheton olida de præsepibus congruenter, de acerra etiam bene dicitur, quia scilicet thus olet, Giselinus in Daventriensi invenit solitam quamvis, quod non dedecet.

199. Aldus aliter distinguit *Sacrilegisque molam manibus rimetur, et exta.* Iso quoque addit glossam: *RIMETUR, vertat,* quasi rimetur molam. Sententia est, persolvat acerram, et molam, et rimetur exta. Chamillardus vero interpretatur: *querat manibus sceleris ima viscera, et imam molam.* Si autem mola fiebat, quod ipse notat, ut ea frons victimarum, foci et cultri spargerentur, quid, quæso, est imam molam: rimari, aut querere? Festus docet immolare esse a mola, hoc est, farre molito et sale hostiam perspersam sacrare. Supra vers. 187, *venerans sale, coespite, thure.* Ex eodem Festo exta dicuntur, quod ea diis prosecuntur, quæ maxime exstant eminentque. Alii exta vocari putant quasi exsecta.

201. Put., Gifan. verbo SOLIDA ex vet. lib., Egm. a secunda manu, Urb., *hircosus cynicus quos somniat*, sc. nervos. Thuan., Rot., Torr. tres, Weitz., Ald., Pal., Mar. pro diversa scriptura, Prag., *hircosus cynicus.* Fab., Gis., Widm., Mar. a prima manu, *quos somniat.* Thuan., Rot., Torr. tres, Weitz., Alex., Ald., Mar. a secunda manu, *quod somniat.* Vat. B, male, *hircosus cynicus quos somniat*, et Vat. Q, *hircosus cynicus quos somniat*, quod etiam exstat in Tornæsiana editione. Prag., *quid somniat.* In Vat. A abrasum erat et *hircosus cynicus quod somniat*, vel alii similia verba, et supra scriptum somniat. Jam cynici hircosus dicuntur, quia obsceni maleque olentes, nam etiam cynici ob caninam obscenitatem vocabantur, nisi malis, ob effrenatam licentiam obloquendi et quasi latrandi. Alii putant, neque absurde, cynicos dici hircosos ratione barbæ hircinæ, quæ propria erat philosophorum, et in proverbium abiit. Plato vers. superiori proximo *barbatos* appellatur non tantum quia senex, ut ait glossa, sed etiam ob barbam philosophicam. Longe alio more philosophi nunc amant vivere.

- 421** Textit Aristoteles torta vertigine nervos. A 210 Cujus ad arbitrium sphaera mobilis atque rotunda
Hos omnes quamvis anceps labyrinthus, et error
Circumflexus agat, quamvis promittere et ipsi
205 Gallinam soleant, aut gallum, clinicus ut se
Dignetur præstare Deus morientibus æquum :
422 Cum ventum tamen ad normam rationis,
[et artis,
Turbidulos sensus, et litigiosa fragosis
Argumenta modis concludunt numen in unum :

GLOSSÆ VETERES.

202. Torta, Tortuosa circumlocutione. — Nervos, ludos, inenodabiles dictiones, syllogismos, I. — Vertigine, versione, Vat. A.

203. Labyrinthus, flexuosus. Idem vocat laborin-
thum, quod et errorem : laborinthus erat domus sub-
terranea, centum habens ostia, quam Dædalus fecit ad
Minotaurum, quam si quis semel ingrederetur, propter
multitudinem ostiorum non poterat reverti : dicitur
autem laborinthus, quia labor intus. I.

204. Agat, vœlet ; ducat, I.

205. Gallinam, Æsculapio gallina immolatur, qui
clinis præest. — Clinicus, curvus. CLINÆ Græce lectus
dicitur : inde clinicus proprium nomen dei, qui præerat
decumbentibus in lectum ; vel ipse infirmus, a cumben-
do in lecto, I.

206. Æquum, placatum, Iso. Propitium, Vat. A.

208. Fragosis, difficultibus, I.

209. Modis, syllogismis, I. — In unum, Deum,
Vat. A.

211. Suos, proprios. — Vaga sidera, septem er-
rantia sidera, dicit septem plene, as, quæ interpretan-
tur erraticæ : non quod ipsæ errent, sed quod homines
errare faciunt. Unde planificiæ dicuntur melius, id est

COMMENTARIUS.

202. Widm., Aristotelis, male pro Aristoteles. Teo-
lius in carmine, et in nota habet tota vertigine pro
torta. Crediderim esse mendum typographi : nullum
enim ms. allegat pro ea lectione. Recte poeta artem
texendi nervos Aristotelis adjudicat, siquidem Cicero
et alii Aristotelem nervosum in dicendo, et neminem
nervosorem eo dicunt. Celebris est ejus dialectica.
Quid sit torta vertigo, alii sortem explicant, alii pseu-
domenon, quo disserentes implicantur. Ego vero mi-
nime implicarer. Ego mentior, dicat aliquis, verane,
an falsa est hæc propositio ? Nego quemquam serio
et ex animi sententia hanc propositionem posse di-
cere : nego ab aliquo posse quidquam intelligi, si ea
ab alio proferatur. Intelligam quidem, si quis ita dicat,
Ego mentitus sui, ego mentiar : a nescio prorsus quid
sibi velit, Ego mentior. Simile quiddam est, quod
nonnulli volunt fundamentum sciendi in ea proposi-
tione niti debere, Ego cogito, ut inferam Ergo existo.
Quæ si ita sunt, plane fateor me nihil scire : nam
verbis inaniter, et nulla subjecta sententia, dicam,
Ego cogito, hanc vero cogitationem nunquam habui,
neque assequi potui.

205. Notavit Giselinus sapientem illum Socratem,
cum ex veneno hausto toto pene corpore frugeret,
dixisse : Æsculapio, o Crito, gallum debemus, quod
ita ex hac vita migraret, quasi a morbo convalesce-
ret. Clinicus deus est Æsculapius : nam medici cli-
nici dicuntur apud Martialem, et alios, quod lecto
ægotantium assidere solent, vel lecto affixis (hi enim
proprie sunt clinici a Græco vocabulo κλινικός) ope-
ferunt ; hinc medicina clinice, et apud ecclesiasticos
auctores clinici, qui in lecto ob morbum cubantes ba-
ptismatis aqua abluantur, quod multi, quandiu po-
terant differebant, sæpe ad ipsum mortis momentum,
qui iure a SS. Patribus reprehendebantur.

207. Vat. B, Mar., Prag., Rat., Gis. ad marg.,
Weit., convertunt pro cum ventum. Distinguit Weit-
zius convertunt turbidulos sensus ; quod non male pro-
cedit. Prag., arcis ; in marg., artis.

errorem facientes, I.

212. Non recipit, non intelligit. — Natura, id est,
tantummodo quadrupes homo dicitur, qui irratiōna! i-
liter more animalium vivit, et deditus ad ventris inglu-
viam nihil de cælestibus curat : nam omnia mortalia
animalia præter hominem in terram prona sunt. Unde
et quidam veridicus : Pronaque cum spectent animalia
cætera terram : Os homini sublime dedit, cælumque
tueri Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus. —
Modo, solummodo, tantummodo. — Quadrupes, ani-
malis. — Ille, homo, I.

214. Pollere, valere, I.

215. Numæ, Numa Romanis sacra instituit. Numa
genere Sabinus, quem post mortem Romuli populus
Romanus imperatorem fecit : qui, volens Romanos ab
armorum amore revocare, culturam deorum per magi-
cam invenit artem, dicens, se omni nocte ab Ægeria
nympha doceri. Post hujus mortem Romani, ejus libros
magicos reperientes, igni tradiderunt. Sed licet se er-
rasse viderent, in deorum cultura permanserunt. —
Haruspex, sacerdos, I.

216. Cottus, unde Alpes Cottiae, I, Mar. — Cane
milite, molosso, I.

208. Bonon. et Egm., turpidulos pro turbidulos. A
turpis formandum esset turpiculos melius quam tur-
pidulos.

209. Vat. A, minus bene, concludent.

211. Planetæ sunt vaga sidera, ideo planetæ, sive
stellæ errantes vocantur : quia scilicet non perinde
fixæ sunt ac cæteræ stellæ. Glossam aliter disseren-
tem nauci habeas, ut cum supra vers. 203, labyrinthus
a labor intus deducebat, quæ est inepta libido
confingendi etymologias, ab antiquis, etiam doctis
hominibus, ut Varrone aliisque usitata. Vide quæ in
hanc rem disputat Becmanus, de Orig. ling. Lat., de
propria significatione vocum contra eos qui diabolam
a duobus bolis, locustam quia longa pedibus sicut
hasta (quod apud Isidorum legitur), colossus quasi
colens ossa, et innumera hujus generis effutunt. Nam
Zaccari Fabri intolerabilis fuit impudentia, qui cum
a in examen corripuisset, contendere ausus est exa-
men dici ab ἐξ, et ἐξην, ut colligeret, a in examen
posse corripri. Opera quædam posthuma celeberrimi
viri Thomæ Serrano cum ejus vita, elegantia et ju-
dicio singulari a cl. Michaeli Garcia scripta, nuper
prodierunt in lucem, ubi acutum epigramma in re
simili contra Ferrium excusum est.

212. In Rat. ineptus correptor, prioribus abasis,
subrogavit : quadrupes modo non sit ille sed. Putavit
feri non posse e in quadrupes breve : modo quadrupes
ille non sit, et. Vide prol. In editione Parmensi clau-
dicat hic versus : ita enim concluditur, Non recipit
natura hominis, modo quadrupes. Prætermissum est
ille typographi negligentia.

214. Prag., regnum pro regimen.

215. Error est in Vat. A, studet ipse. Gis. ad
oram, suspexit pro sibi sensit.

216. Vat. B, Mar. a prima manu, Rat., Weit.,
Widm., Bong. supra Cottus, quo respicit mendum
Prag. Coitus. Iso idem est amplexus cum glossa unde
Alpes Cottiae. Quare hæc lectio non debuit Heinso
tantopere displicere. Meminit Prudentius Cottorum

Sed nos, qui dominum libris, et corpore jam bis A
Vidimus, ante fide, mox carne, et sanguine
[coram,
Quique voluminibus vatum, cruce teste probatis,
220 Rimantes digitos costarum in vulnera cruda
Mersimus, et manuum visu dubitante lacunas
424 Scrutati, æternum regem cognovimus
[Iesum,
Abjurare Deo titulum, nomenque paternum,
Credimus esse nefas, qui regem protulit ex se,
225 Non regem populi Parthorum, aut Romulida-
[rum;
Sed regem summæ, et mediæ rationis, et imæ,
Atque ideo rerum dominum, et super omnia
[regem.

GLOSSÆ

VETERES.

218. Coram, *præsentialiter*, l.
221. Lacunas, *Foramina, cavernas, fixuras, cicatrices, fossas*; seipsum apostolis immiscet: in *Evangelio enim Thomæ legitur adhuc minime credenti dixisse: Infer digitum tuum, etc.*; sed ille clavorum fixuras intuens, tangere eum non ausus est, sed dixit: *Dominus meus, et Deus meus. Ideo autem dicitur, Thomam manum in latus ejus misisse, cum tamen non miserit, quoniam, Domino jubente, hoc facere poterat, l.*
223. Abjurare, *denegare, tollere*. — Titulum, *lawdem, vel potestatem*, l.
224. Regem, *Christum*, l.
226. Summæ, *cælestium*; mediæ, *terrestrium*; imæ, *infernorum*, l. *Summa scilicet, ima et media ratio: media siquidem ratio est in homine... summa ratio est in angelis, ima in minimis animalibus. Unde et Salomon*

COMMENTARIUS.

hymn. S. Laurentii vers. 539, *Trans Cottianorum juga*. Ita appellata sunt a Cottio rege Gallorum sub Augusto. Giselinus in vulgatis edd. reperit *Gothus*; quod reject, quia omnes uno consensu primam in *Gothus* corripunt, idque plane persuasit Chamillardo. Verum posse quoque produci, compertum est: nam Latini interdum *Guttones* et *Gottos* eam nationem appellant, ut nihil dicam de Græcis, qui non minus in hoc scribendo vocabulo variant. Est autem *Gothus* in Mar. a secunda manu, in Bongars. a prima manu, in Fabr. Sed Heinsius cum suis, cum Gis., Ald., Pal., Alex., Vat. Q, Bonon., Scotus aut *Scotus*. Giselinus feritatem Scotorum auctoritate S. Hieronymi lib. ii contra Jovian. comprobat: ex qua certe patet eos fuisse pejores *canes milite*, hoc est molosso, aut castrensi, ut exponit Chamillardus: nam castrenses canes, cum vesci soleant carnibus occisorum in bellis, crudeles esse solent et feroces. Hæc autem feritas attribui etiam potest antiquis incolis Cottianarum Alpium, quæ famosæ erant latrociniiis. Cotticæ Alpes Delphinatum a Pedemontio dividunt. Erat etiam promontorium in Mauritania Tingitana *Cottes* seu *Cotes* dictum, Hispanis *Cabo esparto*.
218. Bonon., inepte, *cordis pro coram*. Nec melius Pal., *fidem pro fide*.
219. Ald., Egm., et Vat. A a prima manu, *quinque pro quique*; hoc postremum tenendum est.
220. Fortasse innuit sententiam clarius a se expressam aliis in locis, de duplici vulnere lateris.
221. Prag., *atque manum*, fortasse *atque manu*, aut intelligit *mersimus digitos, atque manum*. Communis veraque lectio, *et manuum*, sc. *lacunas*, seu *fixuras manuum*.
222. Sciolus aliquis in Rat. pro *cognovimus* supposit *veneramur*, ne *Iesum* esset dissyllabum a vocali incipiens. De quo satis in proleg. dictum. Ennodius similiter usus est lib. ii, epigram. 34, *Suscipit oblatum, veniam cui contulit Iesus*. De regno perpetuo

Carnis habet medium, summum Patris, et Stygis
[imum.
Defluit his gradibus, rursusque revolvitur in se.
230 Est Deus, est et homo, et fit mortuus, et Deus
[idem est.
Omnia percurrit naturæ munia pronæ,
425 Ut sursum Patris in gremium replicata
[reportet,
Mortua quæ fuerant: ipsos quoque subvehat
[artus.
Hæc fore cum veterum cecinissent organa va-
[tum,
235 Nos oculis, manibus, congressu, voce, loquela
Experti, heroum tandem intelleximus orsa
Priscorum, et viso patefacta oracula Christo.

B de Christo sub specie sapientiæ loquitur. Pertingens a fine usque ad finem, id est a summo angulo usque ad minimum verniculum gubernando, Vat. A.

228. Stygis, *inferni*, l.
229. *Uellit, descendit*. — In se, *cum ad cælum ascendit, in unum*, l.
231. *Munia, officia*. — *Pronæ, humanæ*, l.
232. *Replicata, reducta, reparata, vel artus*, l.
233. *Subvehat, eleveat ad cælestia, ad cælum*, l.
234. *Organa, voces*, l.
236. *Heroum, prophetarum*. — *Orsa, dicta, vel verba heroum, vel prophetarum*, l. *Dicta, locutiones*, Vat. A.
237. *Patefacta, manifestata*. — *Oracula, responsa, miracula*, l.

Christi passim SS. Patres et latissime Hieronymus in Com. ad cap. i Epist. ad Ephes.

223. Vat. A, Pal., *Deum*, non bene.

226. Gifanius Indic. Lucr. verbo PROVERBIA APUD C LUCRETIUM corrigit *regionis pro rationis*, quia, ut ait, sæpe *regionis et rationis* nomina inter se librariorum vitio sunt depravata. Heinsius suspicatus est *stationis*, quo nomine imperium sæpe significatur. Chamillardus Heinsium non intellexit: hic asseruit membranas stare constanter pro hac scriptura *rationis*, et Chamillardus putavit membranas stare pro alia *stationis*, adeoque amplexus est *stationis*. Cellarius agnovit, *stationis* esse ex ingenio Heinsii; nihilominus *stationis* secutus est contra libros. Nihil muto, repugnantibus omnibus codd. niss. et edd.; et *rationis* recte dicitur. Non enim poeta aliud vult, nisi quod versibus sequentibus explanat: *Carnis habet medium, summum Patris, et Stygis imum*. Ecce summam, mediam et imam rationem. Visne aliam audire explicationem? Idem poeta paulo post: *Est Deus, est et homo, et fit mortuus, et Deus idem est, Omnia percurrit naturæ munia pronæ*. Jam ad hæc tria munia explicanda aptius vocabulum est *rationis*, quam aut *regionis* aut *stationis*. Confer glossas.

D 228. In Vat. A. aliquid est abrasum, pro quo recenti manu factum *imum*.

230. Bong., Vat. B, Mar., Rat., *et fit*. Alii omitunt *et*.

232. Ald. et Egm., *et*. Alii *ut*. Heinsius ex Put., Thuan., Noms., et a manu secunda Roit. restituit *sursum* pro *rursus* in aliis, quod aliqua tamen ratione posset defendi: nam supra *rursusque revolvitur in se*. Urh., *rursus*; Alex., Vat. Q, *sursum* cum Bonon.

233. Perstat in eadem sententia. Deus replicata munia reportat in cælum, *mortua quæ fuerant*, vel corpus suum ex mortuis excitatum, vel aliorum sanctorum corpora: *ipsos quoque artus*, scilicet *carnem suam*; de qua supra, *carnis habet medium, et fit homo*.

Hæc est nostra salus, hinc vivimus, hinc ani- A
[mamur,
Hoc sequimur : nunquam detracto nomine nati
240 Appellare patrem : patris et sine nomine nun-
[quam
Natum nosse Deum ; nunquam, nisi sanctus, et
[unus
Spiritus intersit, natumque, Patremque vocare.
Sic tamen hæc constare tria, ut ne separe ductu
Tres faciam : tribus his subsistat sed Deus unus.
245 Nec pater ipse autem, qui filius : ut, quia natum
Scimus ab innato, vere pater, et sata vere
Sit soboles : nec sit genitor sibi filius ipse.

426 Perquam ridiculum est, et futile, natus
[ut ex se,
Sive pater natus fuerit, sive ipse repente,
250 Nascendi nova materies, ac se Deus ultro
Ediderit, natumque sibi se fecerit ipsum.
Nil falsum, aut mendax divina vocabula fingunt.
Qui pater est, gignendo pater : tum filius ex hoc
Filius, auctore ut genitus quod sit Patre summo :
255 Summus et ipse tamen : nec enim minor, aut
[Patre dispar.
Unde in utroque operis forma indiscreta, nisi
[omnem
Vim majestatis patriæ generosus haberet

GLOSSÆ VETERES.

243. Sic tamen, sequimur. — Tria nomina. — Se-
pare, separato : separ dicitur, sicut compar, et dispar.
— Ductu, auctione, vel dictione, l.
244. Tres, substantias. — Tribus, personis, l.
246. Innato, Patre. — Sata, nata, l.
248. Per quam, in quantum, quam valde. — Fu-
tile, inane. — Natus, ut ex se, natus quasi ut ex se,

B scilicet sit, id est Filius, l.
249. Natus, ab alio. — Ipse, Filius, Iso.
250. Nova, mirabilis, l.
251. Ediderit, genuerit, l.
252. Vocabula, carmina, l.
256. Indiscreta, indivisa, l.
257. Vim, virtutem. — Generosus, nobilis, l.

COMMENTARIUS.

244. Nota con-uetudinem antiquissimam invo-
candi Patrem, Filium, et Spiritum sanctum in doxo-
logia Trinitatis, *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui
sancto*. Egi de hac doxologia in dissert. de Hymn.
eccles., num. 229 et seqq.

245. Vide præfationem 1, vers. 1 : *Est tria summa
Deus*. In Prag. et Mar. pro diversa scriptura, ut non
pro ut ne. Prag., dictu pro ductu, quod est retinen-
dum.

244. Prag., male, faciat pro faciam. Hieronymus
epist. 57 : *In tribus personis Deitas una subsistit*.
Quartam subsistentiam in Deo jure negant plerique
theologi. In ead-^m sententia est Petavius, qui lib. iv
de Trinit., cap. 12, fuse disputat, *An sit in Deo quarta
quædam subsistentia*, et pro opinione negante hæc
ipsa Prudentii verba num. 3, laudat. Tournelyus
etiam in Prælect. theolog., quæst. 5 de Trinit., art.
1, quærit, *An sint in Deo admittendæ tres subsistenti-
æ relativæ, et una absoluta tribus personis communis*,
et quæstionis statum ita proponit : *Alii cum Cajeta-
no 1 part., quæst. 29, art. 4, et quæst. 39, art. 43,
Suarez lib. iv, cap. 4, quatuor admittunt subsisten-
tias, unam videlicet absolutam, et tres relativas. Alii...
communiter tres duntaxat agnoscunt relativas subsi-
stentias, nullam vero absolutam, cui opinioni tanquam
communiori subscribimus*. Bertius etiam, etsi reipsa
in Deo subsistentiam absolutam agnoscat, tamen œ-
conomix ejusdem causa concludit lib. ix, cap. 6 :
*Melius sentire censemus theologos, qui de hoc quæsitio
interrogati respondent, dari in Deo tres tantum relati-
vas subsistentias*. Si quis autem a me nunc quærat an
sint aliqui theologi qui præter tres subsistentias re-
lativas quamdam communem in Deo subsistentiam
tueantur, primum respondebo, vel ex his solis verbis
quæ pro mea opinione adduxi, satis liquere non
paucos esse theologos qui ita sentiant. Deinde profe-
ram assertionem eminentissimi cardinalis Gotti, de
Trinit. quæst. 4, dub. 2 : *Præter tres subsistentias
relativas datur in Deo subsistentia absoluta, qua Deus
præconceptus tribus personis in se subsistit. Hoc indi-
cavit S. Augustinus... expresse vero docuit S. Tho-
mas*. Centum alios theologos addere possem, si pul-
verulentis excutiendis voluminibus sesquihoram velle-
m insumere, ut dubitare jam merito quis possit,
pluresne sint theologi, qui negant, quartam esse in
Deo subsistentiam, an qui affirmant. Quid autem in-
ter notionem subsistentiæ et personæ differat, et
cur, admissis solum tribus personis in Trinitate,
possit quarta subsistentia defendi, dicerem explica-

tius, si theologicas institutiones scriberem. Pauci
hæc omittere non debui, ut gratum iis facerem qui
amico erga me animo nonnullam explicationem desi-
derabant. Nam parum me aliorum voces commovis-
sent, qui in circumforancis indoctissimorum homi-
num circulis de sanctissimis religionis nostræ mys-
teriis effutire audent, quæ nunquam didicerunt : e
quibus ita sunt rudes nonnulli, quod de similibus aie-
bat Ammianus lib. xxx, *ut nunquam se codices ho-
buisse meminerint, et si in circulo doctorum auctoris
veteris incidit nomen, piscis aut edulii peregrinum
esse vocabulum arbitrantur*.

248. Eediti ante Heinsium ita hos versus trajicie-
bant : *Sive Pater natus fuerit, sive ipse repente, Per-
quam ridiculum est et futile, natus ut ex se Nascendi
nova materies, ac se Deus ultro Ediderit, natumque
sibi se fecerit ipsum*. Nihil contra Weitzius, nihil Ma-
riettus ex mss. notavit. Teolius ait tres vel quatuor
Vaticanos Heinsio favere, cæteros Weitzio. Heinsius
in suis omnibus mss. reperit versum *Perquam ridi-
culum præponi illi Sive Pater*. In Put. vero hic ita
erat *Sive supernatus fuerit sibi ipse repente*. Putat au-
tem Heinsius *Perquam ridiculum est et futile, natus
ut ex se Sive supernatus fuerit, sibi ipse repente Na-
scendi nova materies* : nam *supernasci* verbum est
elegans, et a Plinio usurpatum, et hiatus ille *sibi
ipse* Prudentio est familiaris. In Vat. A etiam est *sibi
ipse*. Heinsius ex conjectura addit posse etiam *sibi
et ipse*. Cellarius secutus est Heinsium cum illo
hiatu, quem hoc loco non probo. Alex. consonat
codd. Heinsianis ; Urb. et Vat. Q editionibus anti-
quis. Vat. Q etiam, *sibi ipse* ; sed mendose per quem
pro *perquam*. Bonon., *perperam, sive et ipse*.

252. Vat. B pro *nil* minus bene ni.
254. Teolius repugnante metro legit *Filius, au-
ctore quod genitus sit Patre summo*, affirmatque sic
habere præstantiores Vatt., Heinsium vero in notis
paulo aliter. Puto, lapsum Teolium, et scribere
voluisse, *Filius, auctore ut genitus quod*. Heinsius
cum Put. edidit *Filius, auctore genitus*, quod non
male procedit. Suspiciat Heinsius, a Prudentii
manu fuisse : *tum Filius ex hoc Filius auctore ut ge-
nitus qui sit Patre summo*. In Vat. A, si, nullo sensu,
pro *sit*. Aldus male interpungit *tum Filius ex hoc. Fi-
lius auctore ut genitus quod sit Patre summo*. Patrem
auctorem Filii S. Hilarii sæpissime vocat. Apud ju-
reconsultos auctor appellatur is a quo jus in nos
transit. Vide Petav. tom. II, lib. v, cap. 5.
257. In Weit. mendum *generosus patriæ*.

- Filius, idque Deus genitor, quod filius esset? A 270
427 Pergunt ulterius scrutantes, quid sit id
 [ipsum
 260 Gignere, si fas est humanos tendere sensus
 Usque ad secretum, quod tempora cuncta,
 [diesque
 Prævenit antiquos, et principium super ipsum
 Eminet, et quodcumque potest homo quærere,
 [transit.
 Cum sit difficilis via noscere principiorum
 265 Semina, cui dabitur mortali exquirere, quid-
 [nam
 Ultra principium Deus egerit? aut quo pacto
 Ediderit Verbum, quod principio caret omni?
 Hoc solum scimus, quod traditur, esse Deum,
 [quem
 Non genitus genitor generaverit, unus est unum, B

GLOSSÆ VETERES.

259. Ulterius, *ultra licitum*, I.
 260. Gignere, *spiritualis generatio*.—Fas, *justum*, I.
 262. Super, *ultra*, I.—Principium, *mundi*, Vat. A.
 264. Via, *ratio*, I.
 265. Semina, *principia*.—Mortali, *homini*, I.
 266. Ultra, *ante*.—Pacto, *lege, vel modo*, I.
 268. Traditur, *in scripturis*, I.
 271. Retro, *æternaliter; hic præteritum verbum*, I.

COMMENTARIUS.

258. Interrogationis punctum post *esset* desideratur in plerisque editionibus; ex quo sensus turbatur.
 259. Egm. et Vat. B, *quod*. Legendum *quid*. Petavius, loc. cit. cap. 6, laudandam et inimitabilem esse a veterum theologorum sanctissimorum et eruditissimorum hominum modestiam in causis hujus mysterii investigandis, et hos Prudentii versus adducit, quibus liberiora ingenia castigantur.
 260. Weitz. cum Egm., Pal., Oxon. pro discrepanti scriptura, Vat. B a prima manu *gressus*. Cæteri *sensus*.
 262. Vat. A, Pal., mendose, *sprevit* pro *prævenit*.
 264. Philosophos in rerum principiis *fecisse ruinam*. Lucretius tradidit lib. I. Nostro ævo eadem difficultas noscendi principiorum semina pensentur, quidquid dicant nonnulli, systemata quædam nova amplectentes, aut antiquata jam et obsoleta denuo instaurantes.
 265. Put., *qui*, sc. qua ratione, pro cui mortali. Utroque modo constat sententia.
 266. Ald., *quod traditur esse Deumque Non genitus genitor generaverit*. Fabric., Gis., quibus accessit Cellarius, *quod traditur esse Deus, quem*. Heinsiani præstantioris notæ, et nostri, *esse Deum, quem*. Doctrinam theologiam, quam de divina generatione longiori disputatione Petavius tradidit, paucis his versibus esse comprehensam fassus est ipse Petavius, cujus verba lege num. 255 proleg. Mirabilis profecto est poetæ nostri theologia.
 269. Rat., minus bene, *generaverit* pro *generaverit*. Put. et Rot., *generavit*, fortasse *generavit et unus et unum*. Sed melior communis lectio. Teulius edidit *generavit*, sed cum lex metri repugnet, et nihil ex mss. notaverit, opinor mendum esse typographicum.
 271. Weitzius, Vat. B, Mar., *Et comperpetuum retro Patri, sed Patre natum*. Gis. et Hong., *Et comperpetuum Patri retro, sed Patre natum*. Egm., *Et comperpetuum retro Patris, et Patre natum*. Pro hæc scriptur. allegatur Aldus a Weitzio et Heinsio. Sed Aldus mihi habet, *Et comperpetuum retro Patris, sed Patre natum*. Egmondano consonant Put., Thuan. et cæteri Heinsiani. Heinsius existimat fuisse *Et comperpetuum Patri retro, et Patre natum*. Omnes hæc

- Integer integrum, non cœptum, sed tamen or-
 [tum.
 Et comperpetuum retro patri, sed patre na-
 [tum.
428 Sed nec decisis Pater est, ut pars Patris
 [esset
 Filius: extendens nec se substantia tractim
 Produxit, minuitve aliquid de numine pleno,
 275 Dum mutata novum procedit portio natum.
 Non convertibilis, nec demutabilis unquam
 Est Deus, aut gignendo aliquid sibi detrahit:
 [atqui
 Totus, et ex toto Deus est, de lumine lumen.
 Quando autem lumen sine lumine? quando re-
 [fulgens
 280 Lux fulgore caret? quando est, ut proditus
 [ignis

272. Decisus, *decurtatus, vel detruncatus, minoratus*, I.
 273. Extendens, *dilatando*.—Tractim, *paulatim*, I.
 275. Mutata, *operata*.—Procedit, *vel producit, id est generat, vel fabricat, genuit*.—Portio, *substantia*, I.
 276. Unquam, *sed certe*, I.
 277. Atqui, *at ille*, I.
 280. Proditus, *dispensus, vel manifestatus*, I.

lectiones admitti possunt, et omnium eadem est sententia. *Comperpetuus Patris* in gignendi casu non absurde dicitur, uti infra ex mss. *coæternus Patris*. Urb. et Alex. pariter *Patris*. Vat. Q, *perperam, cum perpetuum*.

273. Vat. A, *tractum*. Egm., *tactim*; corrige *tractim*.

274. Rat., mendose, *minuit vel*. Deum constitui ex tribus Trinitatis personis, ita ut earum quælibet non esset plene Deus, sed Dei portio, docuerunt nonnulli hæretici. Lamius in opere de recta PP. Nicænorum fide his allatis Prudentii versibus, aliisque aliorum verbis probat d'erte, Filium ex Patre ortum, sed non per abscissionem, aut divisionem, aut ejusdem substantiæ mutationem.

275. In exemplari Weitzii, quo utor, ad oram *producit portio* ex vet. lib.

2 G. Concil. Tol. I in regula fidei, de qua alibi dictum, can. 7: *Si quis dixerit vel crediderit, deitatem Christi convertibilem (al. nascibilem) esse, vel passibilem, anathema sit*. Hæc vocabula in usum tunc venire cœperunt ad hæreses refellendas, et religionis sacra mysteria sine ambagibus exponenda. *Demutabilis* neminem Prudentio antiquiorem dixisse novi.

277. Aldus, *atque*. Alii, *atqui*. Vat. A, *atquin*.

278. In Vat. A, *totus ex toto*, contra metrum. *Lege totus, et ex toto*. Corippus lib. IV: *Natus, non factus, plenum de lumine lumen*. S. Methodius martyr, sive alius confessor, lib. de Simeone et Anna: *Tu lumen es verum ex lumine vero*. Verba symboli nota sunt.

280. Gif. ex vet. cod., *prodigus* pro igne multo, largo et copioso. Sic etiam Aldus et tres recentiores ex Heinsianis. Alii *proditus*, ut apud Nasonem: *Lumine qui semper proditur ipse suo*, quanquam Heinsius hoc loco ignem proditum interpretatur, qui porro extenditur, ut Nonius exponit illud Maronianum, *genus alto a sanguine Teucris Proderet*. Vat. Q et Alex. a secunda manu, *prodigus*. In Urb. deest totum hæc *quando est, ut prodigus ignis ignem diminuat*. Peve-ratus ex Gifanio approbat *prodigus*, et eadem ratione dictum putat, ac *luxuriantes segetes* apud Virgilium.

- 429** Ignem diminuat? quando Pater, et Deus, A
 [et lux,
 Non lucis Deus, et pater est? qui, si pater
 [olim
 Non fuit, et serum genuit post tempora natum,
 Fit novus, inque novum jus proficit. Absit, ut
 [unquam
285 Plenus proficiat, qui non eget incremento.
 Et Deus, et genitor, lumenque, et gloria semper
 Ille fuit: nec post sibi contulit, ut pater esset.
 Sic fit, ut æternum credamus cum patre Chri-
 [stum,
 Illo auctore satum, cui nullus præfuit auctor.
290 Hæc tu si dubitas nati mysteria Christi,
 Perdite, catholica non es de plebe: sed unus

- De grege thurifero venerator, Deucalionum
 Devotus cippo, sculni et stiptis unctor.
 Quin potius scrutare Dei signacula in ipso
295 Fonte vetustatis, percurrere scrinia primi
430 Scriptoris, quem non bardus pater, aut
 [avus augur,
 Fabula nec veteris famæ, nec garrula nutrix,
 Nec sago clangore loquax, et stridula cornix
 Rem docuere Dei: sed coram proditus ipse,
300 ipse Deus trepidum mortalem mitis amico
 Imbuit eloquio, seque, ac sua summa relexit.
 Nimirum meminit scriptor doctissimus, illo
 Orbis principio non solum, nec sine Christo
 Informasse Patrem facturæ plasma novellæ.
305 Fecit, ait, condens hominem Deus, et dedit olli

GLOSSÆ VETERES.

282. Olim, æternaliter, sine initio, Iso.
 290. Tu, Sabelliane, I.
 292. Thurif-ro, thurificante. — Deucalionum, deorum, idolorum. Deucalion et uxor sua lapides seminaverunt: inde viri et mulieres, I.
 293. Devotus, inclinatus. — Cippo, trunco vel ipsi Deo. — Unctor, venerator, I.
 296. Scriptoris, Moysis. — Bardus, stultus, ab elephanto, baburrus, stultus. — Augur, qui avium garritum vel augurium observat, I. — Bardus, stultus, ab elephanto, Vat. T.

- B 297. Nutrix, anus, I.
 298. Sago, magico vel præscio; præscienti, magico vel sapienti, I.
 299. Rem, s'atum divinum. — Coram, palam. — Proditus, manifestatus, I.
 300. Trepidum, pavidum. — Mortalem, Moyssem. — Amico, amicitibus, I.
 301. Retexit, aperit, aperuit, I.
 302. Meminit, docet, I.
 305. Condens, creans, I.

COMMENTARIUS.

281. Ald. cum aliis scribit *diminuat*.
 282. Rat. ita verba collocat, *non lucis pater, et Deus est*. Gis. 1 edit., *non lucis Deus, at pater est?* Fortasse aut pater.
 290. Mar., Widm., Bong., *dubites*.
 292. Vocat paganos de grege thurifero eo sensu quo Optatus dixit *thurificare*, et Cyprianus, *thurificatos*. In gossa erat scriptum *Deucalion lapides, et uxor sua seminaverunt*. Restitui ordinem verborum. Deucaliones numero plurali efferi, ut contemptum exprimat. Vide vers. 189. In hymno S. Romani similiter mentio fit Pyrrhæ, uxori Deucalionis. Ita enim ait tyrannus Asclepiades vers. 410: *Vis summa rerum nosse? Pyrrham consule*.
 293. Oxon. et Ald., *sculni stiptis*. Pal. supra auctor pro unctor: hoc verum est. De ritu unguendi oleo simulacra, sacerdotes, lumina et ignes sacros, vide Jo. Guillelmum Stuckium Sac. gentil. descript. fol. 55 terg. Peveratus ex hymno S. Romani, vers. 260, huc affert *fuliginosos lares*, quod olim simulacra deorum apud gentiles fumo et odoribus nigrescerent.
 295. Fabr., Alex., Prag., *percurrere et scrinia*; quod tenet Gis. et alii vulgati cum Urb. et Vat. Q. Sed Aldus, et Weitz., Put., et Vat. A, B, Mar., et plerique optimi *percurrere scrinia*. Ita etiam erat in Rat.; sed recens corrector mutavit in *percurrere scrinia*, quod falso crediderit, et postremum in *percurrere* produci non posse.
 296. Vat. B, *pardus*; Prag., *barrus*: quod utrumque falsum est pro *bardus*. Proprie *bardus* est *tardus, stultus*. Chamillardus ex Festo notat, Gallie cantorem fuisse appellatum *bardum* a gente Bardorum. Poeta fortasse id respicit, quod ante dixit, *Numæ haruspes, semifer Cottus*. Glossa Isonis ab *elephanto*, et postea *baburrus* indicat, ab eo lectum *barrus*, qui est *elephas*, et pro *baburrus* legendum est *barrus*. Bardorum gens duplex recensetur; alii sunt Bardi seu Longobardi in Germania, ubi nunc est marchia Brandeburgica; alii Bardi et Bardaiici populi in Gallia.
 298. Gis. 1 edit., *saga*, male. Cornix augur aquæ a veteribus dicebatur, quia suo clangore pluviam ab ea non tantum præsciri, sed vocari etiam existimabant. Irridet poeta hujusmodi superstitiones. *Sagus* ad-

- ctive exstat in inscriptionibus.
 301. Weitz., Vat. B, Mar., Rat., Prag., *eloquio*. Ald. et Gis., *alloquio*. Nihil ad hoc vocabulum Heinsius ex suis observavit, Giselino adhaerens.
 303. Nonnulli Vulg., *ne sine pro nec sine*, quod postremum exigit sensus.
 304. Prudentius sæpe pro *creatura* usurpat *factura*, quod non absurde fieri monet Barthius lib. xlii Adv., cap. 8, quanquam delicatiora talia abhorreant. Similiter Sedulius lib. ii: *Ni pius ille sator culpas ignorere promptus, Reddere difficilis, sua ne factura periret*. Alcimus Avitus lib. i: *placet ipsa tuenti Artifici factura suo, et saepe alias*. Gregorius Bæticus non semel; Tertullianus *facitamentum* vocat lib. de Anima, cap. 13.
 305. Ad Trinitatis mysterium probandum petit argumentum ex Genes. cap. i, quod Deus creaverit hominem ad imaginem et similitudinem suam. Theologi ita disserunt: « Cum ait Deus *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, loquitur in numero plurali, adeoque unica tantum persona divina intelligi non potest eo verbo *faciamus*. Quod autem ad imaginem et similitudinem dicit, naturæ unitas declaratur. » S. Basilius personas plures esse nervose concludit homil. 19 in Hexaemeron: *Quis scaber aut ærarius, aut lignarius, aut certe coriarius sutor solus ipse quidem, nec alio quopiam sibi cooperante stipatus, interque suæ artis instrumenta desidens, quis, inquam, sibi soli admurmurat, dicens: Faciamus gladium, aut Compingamus aratrum, aut Conficiamus calceamentum, ac non potius silentio suam, cum libuerit, accommodatam ad artem exsequitur operationem?* S. Hilarius in Genes.: *Sed faciamus, ait, hominem. Dic, optime, cum quo Nunc loqueris? Clarum est, jam tum tibi Filium alto Assidet in solio*. Prudentius a'ia via eandem sententiam concludit. Deus hominem fecit ad imaginem Dei. Quid aliud hoc est, nisi esse Verbum distinctum a Patre, quod sit Deus et imago Patris? Verbum esse formam et imaginem Patris, vers. 72 explicabimus. Tertullianus adversus Praxeam cap. 12: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. Cur non suam, si unus, qui faciebat, et non erat, ad cuius faciebat? Erat autem ad cuius imaginem faciebat, ad*

- 431** Ora Dei, quidnam est aliud, quam dicere, A
[Solutus
Non erat? atque Deo Deus assistebat agenti,
Cum dominus faceret domini sub imagine
[plasma?
Christus forma Patris, nos Christi forma, et
imago.
- 310 Condimur in faciem Domini bonitate paterna,
Venturo in nostram faciem post sæcula Christo.
Possum multa sacris exempla excerptare libris,
Nihil refugis, quæ te doceant, non in Patre solo
Vim majestatis positam, sed cum Patre Chri-
[stum
- 315 Esse Deum: velut illud ait genealogus idem.
A domino dominus flammam pluit in Sodomitas.
432 Quis dominus? de quo domino? si solus B
[ab arce

- Siderea spectat Pater, aut ardescit in iras?
Filius arnati domini patris ignibus iram
520 Spargebat dominus, sunt unum fulmen utraque.
Hæc si Judaicos sic intellecta rigassent
Auditus, stupidas ut possent tangere fibras:
Audissent dominum virtutum, qui pereuntes
Venerat ut servaret oves: sed ab auribus omnis
- 325 Fluxerat ornatus, caput et jam coctile Baal
Finxerat, auriculasque suo spoliaret honore.
Dux populi peccantis adest de monte corusci
Luminis, alloquioque Dei; tabulasque tremendo
Incisas digito cæca ad tentoria defert.
- 330 **433** Sed cedit in faciem plebs, non visura
profunde
Legis in effigie scriptum per enigmata Chri-
[stum.
Infelix, quæ luce oculos præstricta paventes

GLOSSÆ VETERES.

306. Ora, vultum, Imaginem, Iso.
307. Deo Deus, Filius Patri, I.
311. Sæcula, in fine sæculorum, I.
315. Genealogus, generis computator, id est Moyses,
scriptor de generatione loquens, I.
322. Stupidas, ab stupendo. — Fibras, venas cordis, I.

326. Suo, proprio, I.
327. Dux, Moyses. — Monte, Sinai, I.
328. Alloquioque, fulgebat a colloquio Dei, I.
329. Incisas, scriptas. — Cæca, incredula, I.
330. In faciem, operuerunt faciem suam, I.
331. Enigmata, figuras, vel umbram, I.
332. Præstricta, circumdata, I.

COMMENTARIUS.

Filii scilicet. Et cap. 6 de Resurrectione carnis: *Ita linus ille jam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed etiam pignus.* Hominem conditum ad imaginem Verbi complures veterum docent apud Petavium lib. II de Opificio sex dierum, qui observat eam sententiam displicere Augustino lib. XII de Trinit., cap. 6. Vide interpretet, quorum aliqui volunt imaginem Dei esse Filium, similitudinem Spiritum sanctum.

312. Virgilii imitatio: *Georg. vers. 176: Possum multa tibi veterum præcepta referre, Nil refugis.*

313. Ald., non Patre, mendose.

315. Ald., ille ait, scilicet ille idem genealogus. Sed non est elidendum e in ille.

316. Heinsius in Cauchiano reperit *flamma*; in aliis vestustioribus *flammam*, quod concinnius existimat Vulgata lectione *flammam*. Editi et nostri, *flammam*. Chamillardus et Cellarius Heinsium exseribunt: locus Genesis exstat cap. XIX, vers. 24: *Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrhham sulphur, et ignem a Domino de celo.* Interpretationem Prudentii multi docuerunt, Ignatius, Justinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Athanasius, Ambrosius, Augustinus, et alii præter concilium Sirmiense in Photinum. Vide Browerum, pag. 140 ad Fortunati lib. V. carn. 5, vers. *Filius, et Pater est a domino dominus*, ubi docet Fortunatum vestigia majorum secutum, præsertim Prudentii, non pudici magis, quam Christiani poetæ.

320. Vat. A, male, *flumen*. In Rat. audax corrector posuit *sed idem sunt utraque fulmen*. Prag. ad marg., et Cauchius, *uterque*. Ita etiam Fabr. et Gis. I ed. Vera lectio *sunt unum fulmen utraque*. Cur a in *utraque* producatur, vide proleg. Sulphur et ignem, quem pluit Dominus, Prudentius *fulmen* interpretari videtur. Josephus lib. I, cap. 11, refert Deum in eas civitates jaculatum fuisse fulmina: quæ cum sulphure et bitumine abundarent, facile fulminibus et igni cælesti absorberi potuerunt.

321. Codd. Heinsiani, Alex., Mar., Rat., Aldus et alii habent hunc titulum: *Adversus vel Adversum Judæos*; alii omittunt. Gis. ad oram, *Judæi*.

322. Vat. B, Mar., Weit., Sicb., aut possent. Al-

lus, Gis., Vat. Q, nonnulli Heinsiani, *ut possent*. Put., Noms., Palat., *ut possint*.

324. Cap. XV Matth., vers. 24.

325. Exod. XXXI, 2, de quo Tertullianus Scorpiarum, cap. 3: *Urgetur Aaron, et jubet in aures seminarum suarum in ignem confri. Antissuri enim erant in iudicium sibi vera ornamenta aurium, Dei voces.* In Vat. A additum et post caput recenti manu: nam desiderabatur. Hebræos fluxisse solum caput vituli, non totum vitulum, plures tradunt, ut videre poteris in dissertatione Francisci Monceii de Vitulo aureo, lib. I, cap. 24, qui hanc sententiam rejicit: ipse vero tenet, vitulum ex Aaronis mente fuisse Cheruum vituli volucris specie.

327. Exodi XXXI. Vide hymnum 6, vers. 36 et seqq. Cath.

330. Poeta cæcitatem Judæorum ex multis sacræ Scripturæ locis indicatis ostendit. Exodi XX: Judæi perterriti et pavore concussi, Deum loquentem audire noluerunt, sed Moysen. Ibid. XXXIV: videntes cornutum Moysis faciem timerunt prope accedere, et Moyses posuit velamen super faciem suam. Chamillardus acute colligit poetam, si hanc respexit narrationem, sane errare: solum enim legitimus, Moysen suam velasse faciem. At vero Prudentius explicationem hujus loci ab Apostolo est mutuatus II ad Corinth. cap. III, vers. 13 et seqq.: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur. Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuatur). Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, VELAMEN POSUIT EST SUPER COR EORUM. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Puto etiam Prudentium respexisse caput XVIII Joan., vers. 6, ubi Jesus, a Judæis ad necem quæsitus, cum dixisset: *Ego sum; abi runt retroisum, et ceciderunt in terram.*

331. Vat. A et Egm., mendose, *regis in effigie*.

332. In Vat. A mendum *luce pro luce*. Pro præstricta Vatt. A et B, itemque alii *perstricta*. Gis. ad oram *perstrincta*.

- Texerit, et presso faciem volarit amictu! A Paschatuum, dic, dic, ejus de sanguine festum
At nos detecto Christum velamine coram Tam solemne tibi est? quis laudem cœditur
355 Cernimus, atque Deum vultu specularum [agnus
[aperto] 350 Anniculus? sacer ille tibi redeuntibus annis:
Nec sub lege gravi depressa fronte jacemus: Sed sacer in pecude, stultum est sic credere
Sed legis radium sublimi agnoscimus ore. [sacrum,
Heu frondosa prius ramis felicibus arbos, Sanguine balantis summos contingere postes,
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis! Lascivire choris, similaginis azymon esse,
340 Ecce tibi inserto revirescit nunc oleastro 435 Cum fermentati turgescant crimine mo-
434 Truncus, et externi vestitur cortice libri. [res.
Jam miserere tui, non se silvestris olivi 355 Non sapis, imprudens, nostrum te effingere
Surculus exsultans alieno stipite jactat: [pascha?
Sed monet, ut generis proprii memor unguine Legi et antiq̄æ præductis pingere sulcis
[amaro] Omne sacramentum, retinet quod passio
345 Contristare comas desuescas, stirpe nec imo vera:
Invidens missis in celsa cacumina virgis. B Passio, quæ nostram defendit sanguine fron-
Blasphemias Dominum, gens ingrattissima, Chri- [tem,
[stum] Corporeamque domum signato collinit ore?

GLOSSÆ VETERES.

353. Velarit, *ne videret Christi arcana*, l.
354. Coram, *manifeste*, l.
357. Sublimi, *erecto*, l.
358. Frondosa, *fructuosa*. — Felicibus, *fertilibus*, l.
359. Oleagina, *ab oleo*. — Baccis, *ovis*, l.
340. Tibi, *in te*. — Inserto, *indito*, l.
341. Cortice, *viriditate*, l.
343. Surculus, *ramus*. — Jactat, *gloriat*, l.
344. Monet, *ipse surculus*. — Unguine, *unguento*, *oleo*, *vel succo*, *id est errore*, l.
345. Contristare, *amarescere*. — Comas, *ramos*. — Imo, *gentili populo*, l.
353. Similaginis, *farinæ, similæ*, Mar. — Lascivire, *lasciviam facere in suis carminibus*. — Choris, *cantibus*. — Esse, *edere, manducare, comedisse, ab edo*, Iso.
354. Fermentati, *antiqui, corrupti*, Iso.
355. Imprudens, *o Judæa*, l.
356. Præductis, *præfiguratis*. — Pingere, *præfigurare*. — Sulcis, *scriptis*, l.
357. Vera, *quæ potestatem diaboli destruxit*, l.
359. Collinit, *linit*, l.

COMMENTARIUS.

353. Vel intelligit oculos mentis, et velamen super cor positum, vel narrat id quod probabiliter accidit, ut perterriti et metu confusi, faciem ipsi quoque Judæi velarint.
341. Ald., Gis., Pal., *rejecto*. Sich., Weitz. et nostri, *detecto*; Heinsius in *rejecto* Giselinii nihil animadvertit, plane illum secutus. Vide ep. II ad Cor. III. 18.
358. In Parmensi editione non bene in fine hujus et sequentis versus apponitur nota interrogationis. Virg. lib. II, vers. 81 *Georgicæ, ramis felicibus arbos*.
359. Virg. loc. cit., vers. 31, *radix oleagina*.
340. Epist. ad Rom. cap. XI, vers. 17, hæc comparatio expressa est, quam attingit S. Augustinus enarrat. I in psalmum LVIII: *Sunt ergo Judæi, non sunt occisi, necessarii sunt credentibus gentibus. Quare hoc? ut demonstraret nobis Deus in inimicis nostris misericordiam suam. In ramis superbæ præcisis inserto misericordiam suam demonstravit oleastro*. S. Prosper lib. de Ingratis: *Tu vero, o nova gens, veteris quæ stirpe oleastri Velleris, et sacræ ramis inolescis olivæ*.
342. Pro se habent sis Vat. A, Mar., Rat., Egm., Pal., Widm., Bong., Sich. Sed sensus postulat se.
343. In Mar. est *sulculos* a prima manu, ma'c.
345. Prudentius sæpe *triste* pro amaro adhibet. Vide hymnum Cath. 5, vers. 95 Judæos monet, ne oculis iniquis Christianos aspiciant.
346. In Vat. A in desideratur. Put. a prima manu, *caca*. Legendum *celsa*.
349. Hujusmodi ritus legere poteris cap. XII Exodi.
350. Vat. A, *agniculus*, perperam.
351. Gis. I ed., in *pecude est*, cum aliis vulgaris. Heinsiani et nostri codd., item Weitzius sine est. Weitzius ita interpungit: *Sed sacer, in pecude stultum est sic credere sacrum*. Alii, *Sed sacer in pecude, stultum est*. Sic correxit Giselinus in erratis 2 edit., advertens, Pascha Judæorum solum consistere in pecude, cum jam agnus non sit typus veri agni. In Put. a manu prima, *Sed sacrum in pecude*. Alicubi *stultum est sic credere Christum pro sacrum*; non placeat. In Alex. est interrogatio, *Sed sacer in pecude?*
353. Fabr., inepte, *Lascivire coris similaginis, azymon esse*. Marietius ait, Germanos adhuc panem album vocare *semel* a similagine. Chamillardus censet, male Prudentium vocabulum *similaginis* adhibuisse pro quocunque pane, cum similago sit nobilis; et laudata farinæ pars, et panes azymi nec ad gustum suaves fuerint, nec ad nutritionem utiles. Miror Chamillardum Prudentii acumen et egregiam sententiam non fuisse assecutum. Prudentius in Judæorum mores invehitur, qui ita veteres ritus mordicus retinerent, ut contra legis spiritum multa peccarent, nempe non solum choreas ducerent, sed etiam *lascivirent*, et cum panes azymi ad corporis afflictationem deservire deberent, illi delicias addebant, ex similagine eos conficientes: ut jure inter Christianos reprehenduntur, qui delicias in ciliciis quaerunt. Judæorum recentium eadem est consuetudo, qui panes azymos non tantum ex similago ne conficere solent, sed nonnunquam etiam saccharo, lacte et ovis additis delicatioribus reldunt pro ægrotis et amicis, quos vocant *Mazab hascrah*, hoc est *azyma ditia*, eosque Christianis aliquando impertiantur. Vide Leonem Modena *De' riti Ebraici*, et Calmetum Dict. Biblicæ, verb. *Azyms* et *Pascha*. Alii SS. Patres non dissimili modo Hebræorum mores depravatos descripserunt et castigarunt.
354. *Fermentum est a servo*: hinc mores crimine fermentati recte dicuntur: et eadem proprietate *turgescere* illis convenit. Contra scriptores ecclesiastici *azymon* et *sine fermento* accipere solent pro *sancto*, et *sine malitia*.
355. Ald., *ingere*; alii, *effingere*.
359. In Vat. A, male, unica dictione, *collinitore pro collinit ore*. Loquitur postea de cruce inscripta frontibus in sacramento confirmationis, præcipue tamen commendat merita passionis Jesu Christi. Vide hymnum 3 Cath., vers. 125 et seqq.

- 360 Hanc fugit exclusis Ægyptia plaga flagellis,
Hæc regis Pharii regnum ferale resolvit,
Deque potestatis mundanæ grandine densa
Eripit Abraham cum stirpe, et gente fideli.
Abrahæ genus est verum : cui sanguis in ore
- 365 **436** Creditur, inscriptusque rubet : eni visus
[in orbe,
Haud dubitante fide, Deus est, Deus ex Patre
[verus.
Ille Deum vidit, visum mox credidit : at tu
Posteritas carnis, carnaliter omnia credens,
Carnis opus sub lege geris, quam spiritus implet
- 370 Interior : nec enim cælo lex carnea fluxit,
Quam tu carne colis : sed Christo feta, meam-
[que
Spem paritura utero ; quam spem ? nisi lumi-
[nis almum
Lumen, et adventum Domini, quem viderat Abrahæ

- A Prima fides, nostrisque pater promiserat olim
375 Perspiciendum oculis, et legis voce probandum :
Nec solum legis : nam quæ jam littera Christum
Non habet, aut quæ non scriptorum armaria
[Christi
Laude referta, novis celebrant miracula libris ?
Hebræus pangit stylus, Attica copia pangit,
380 Pangit et Ausoniæ facundia tertia lingua.
437 Pilatus jubet ignorans : I, scriba, tripictis
Digere versiculis, quæ sit suffixa potestas.
Fronte crucis titulus sit triplex, triplice lingua.
Agnoscat Judæa legens, et Græcia norit,
385 Et venerata Deum percenseat aurea Roma.
Quidquid in ære cavo reboans tuba curva re-
[mugit ;
Quidquid ab arcano vomit ingens spiritus
[haustus,
Quidquid casta chelys, quidquid testudo resultat,

GLOSSÆ VETERES.

360. Hanc, domum, I.
361. Hæc, passio. — Pharii, Ægyptii ; sacrilegi.
Pharus Ægyptus dicitur. — Ferale, virosum, mortale.
— Resolvit, quia Christi passio potestatem diaboli destruxit, I.
364. In ore, fronte, I.
365. Creditur, immittitur, vel commendatur, I.
368. Credens, cernens, I.
369. Geris, facis, I.
371. Feta, mysteriis Christi plena, I, Mar.
377. Armaria, scrinia, volumina, I.
378. Referta, repleta, plena, completa, I.

379. Attica. Atheniensis, Græca locutio, I.
380. Ausoniæ, Latine, Italie, Romanæ, I.
381. Tripictis, tripliciter conscriptis, Iso.
382. Digere, dic, ordina, vel scribe. — Suffixa, cruci, I.
383. Fronte, in stipite, I.
385. Percenseat, perlegat, I.
386. Reboans, sonans, canens, I.
387. Ab arcano, a pulmone. — Vomit, profert. — Ingens, magnus, I.
388. Casta, ideo dicit castam, quia cum ea laudem virginum canebant. — Chelys, cithara, musa. Chelæ, id

COMMENTARIUS.

360. Nonnulli Vulg., Ægypti ; Pal., Ægyptica. Gis. in textu, Ald., Vatt. A, Q, Thuan., Ox., Noms., Urb., Sich., flagellis. Nonnulli Heins., Alex. et alii, procellis, quod Weitzius amplexus est ; flagra sive flagella Ægypti vocantur ab Alcimo Avito lib. v, Gregorio Nazianzeno, Fortunato et aliis ; quod confirmat legendum flagellis, præsertim quia plaga poscit flagellis.

365. Thuan. et duo Torr., creditus.
366. Oxon. ex Patre vero ; lege verus.
368. Vat. B a prima manu, Mar. ab aliena manu, Widm. supra, Bong. et nonnulli vulg., cernens pro credens. Glossa Isonis, cernens, potius est diversa lectio.

371. Ald., minus bene, Christo fixa.
372. Becmannus, cap. 6 Manuduct. ad ling. Lat., monet, in quibusdam mendose legi sed Christo fixa, meamque Spem paritur ut oro pro feta, meamque Spem paritura utero. Pro luminis omnes Heinsiani. Bong. supra, Ald., Gis., numinis, quod exstat in Vat. A a prima manu, in Mar. a secunda manu. Weitzius, Vat. B, Prag., Rat., Widm. supra, Vat. A supra, Mar. a prima manu luminis. Teolius cum Heinsio facit, ac solum agnovit, Vaticanum unum præstantissimum habere luminis. Gifanuis ex veteri libro ita quoque legendum ait : sic ante de lumine lumen, et in fidei symbolo lumen de lumine : crebro lumen, et numen inter se commutasse librarios notum est.

375. Prag., male, perficiendum oculis.
376. In Aldo mendum namque jam.
377. Armarium sumi solet pro tabulariis sive forulis, quibus libri collocantur, ex interprete Juvenalis, Tertulliano, Sidonio et aliis.

378. Rat., laude refecta a prima manu, non bene.
381. Primus omnium Aldus elidit I, scriba ; sed cum mendum typographicum irrepisset, nempe scriba, et errorem clare correxisset in emendatis, alii editores posuerunt tu scriba. Nebrissa vero errorum

transcripsit scriba. Neque Heinsius correctionem animadvertit ; sed cum Salinasio vestigium veræ lectionis in Aldina editione exstare affirmavit in scriba : et ex suis vetustis pene omnibus restituit I, scriba. Ex quo arguo, unam tantum exstare Aldinam editionem anno 1501 peractam : non enim credibile est, ut hic error scriba, jam in prima animadversus et correctus, in secunda replicaretur. Codices nostri variant. Prag., tu scriba. Vatt. A, Q, inscripta. Rat., scribenda. Mar., scribenda, supra caractere miniori inscripta ; in margine apparet fuisse scriba, licet evanuerint characteres. Non dubito, quin vera sit lectio I, scriba, quam exprimit Alex., et prope accidit Urb. o scriba. Librarii, quid esset illud I non intelligentes, ex ingenio suo novam lectionem procederunt. Vide hymnum Cath. 12, vers. 99 : Satelles, i, ferrum rape.

383. Rat., triplici, quod recte emendatum est supra triplice. In editione Parmensi deest vocabulum triplex, Fronte crucis : titulus sit triplice lingua. Non constat versus, ut vides. De titulo crucis triplice lingua vide Joan. cap. xiii, 38 ; Lipsium de Cruce II, in notis cap. 41, et alios. Sepulcro Gordiani Augusti milites titulum adhibuerunt litteris Græcis, Latinis, Persicis, Judaicis et Ægyptiacis, ut ab omnibus legi posset, ut refert Capitolinus.

386. Ald., mendose canore boans pro cavo reboans. Fab., Ære cavo quidquid reboans. In meo exemplari Weitzii ad marginem est hausto. His versibus multi probant licere in ecclesia uti instrumentis musicis. Vide Baronium, tom. I Annal., pag. 578, ad ann. 60, qui Prædientii auctoritate ostendit Christum instrumentis musicis laudari solitum. Gis. huic præpositum verum seq.

387. Gis. 1 edit., in arcano pro ab arcano. Prag., haustus ; Gis. ad marg., hausto. Melius alii, haustu, sc. arcano seu occulto haustu.

388. Videtur nonnullis idem esse chelys ac testudo.

- Organa disparibus calamis quod consona mi- A
[scent,
390 **433** Æmula pastorum quod reddunt vocibus
[antra :
Christum concelebrat, Chris'um sonat, omnia
[Christum
Muta etiam, fidibus sanctis animata, loquuntur.
O nomen prædulce mihi ! lux, et decus, et spes,
Præsidiumque meum ! requies o certa laborum !
395 Blandus in ore sapor, fragrans odor, irriguus
[fons,
Castus amor, pulchra species, sincera voluptas !
Si gens surda negat sibi tot præconia de te,

- Tam multas rerum voces, elementaque, tantæ
Nuntia lætitiæ, stolidas intrare per aures :
400 Audiat insanum bacchantis energima monstri,
439 Quod rabidus clamat capta inter viscera
[dæmon,
Et credat miseranda suis; torquetur Apollo,
Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
Ferre potest : agitant miserum tot verbera
[linguæ,
405 Quot laudata Dei resonant miracula Christi.
Intonat antistes Domini : Fuge, callide serpens,
Exue te membris, et spiras solve latentes.
Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas.

GLOSSÆ VETERES.

est, brachia, vel cithara magna in celo. Unde chelys B
Scorpionis, id est brachia : est autem Græcum.—Tes-
tudo, musa, vel cithara magna in celo, l.

389. Disparibus, non similibus, l.

390. Æmula, imitantia, respondentia, vel resonan-
tia, l.

392. Fidibus, sonis, l.

397. Surda, Judaica.—Sibi, ad suam utilitatem.—
Præconia, laudes, l.

398. Elementaque, significationes, quæ res per fi-
guras loquuntur, l.

400. Insanum, insane.—Bacchantis, furentis.—
Energima, illusionem, vel imaginem, furias, vel pigri-

tiam, vel inertiam, sive melius illusionem. Energima
imaginatio, vel phantasia : unde qui phantasias dæmo-
num patiuntur, energumeni dicuntur, Iso, Vat. T.

402. Credat miseranda, miserabilis gens Judæorum.
Judæa.—Suis, sociis, monastri, sive vicinis, l.

403. Fulmina, terrores verbi Dei, l.

404. Tot verbera, quot vicibus repetit sacerdos verba,
dæmones adjurans, tot verberibus affliguntur, Vat. A.

406. Antistes, unusquisque Christianus demona ex-
pellens, l.

407. Spiras, tortitudines, vel calliditates, vel no-
dos, l.

408. Mancipium, servum.

COMMENTARIUS.

Aliqui tympanum chelyn interpretantur.

391. Concelebrat, sonat, verum est : nam metrum
rejecit sonant. Vat. B a secunda manu, concelebrant,
sonant. Rat., Mar. a prima manu, concelebrant. Apud
Weitzium Fabr., Gis. et Bong., concelebrat, sonet, et
infra loquuntur; sed Giselinus mihi in utraque edi-
tione concelebrat, sonat, loquuntur. Fabricium recte
ciat, cui consonat Gallandius cum Torn.

392. Conradus Samuel Schurtzleischius in Con-
troversis Antiq. Eccles. cap. 19, erudite de organis
dixit; et in Occidente ante annum 757 organum
visum negat. Sibi objicit ex Prudentio hunc versum,
et alterum ex ead. Apoth. 148 : *Organa, sambucas,
citharas, calamosque tubasque* : quibus organa, quorum
nunc est usus, fistulis plumbeis composita Prudentio
non designare contendit. Sed melius poterat pro
organis apud veteres allegare vers. 389 : *Organa dis-
paribus calamis quod consona miscent*, ubi instru-
mentum nostris organis simile describitur. Vide supra
not. ad vers. 148. Organorum, quibus folles adhibe-
rentur, antiquior est usus quam multi viri eruditi
putant. S. Augustinus in psal. lvi : *Organum dicitur,
quod grande est, et inflatur follibus*. De his intelligo
Prudentii organa disparibus calamis, et organa Ec-
clesiæ Parisiensis, de quibus Fortunatus lib. II, carn.
19 : *Hic puer exiguis attemperat organa cannis*. Orga-
num nostris simillimum describit Claudianus, de
Consulatu Mallii Theodori : *Et qui magna levi detru-
dens murmura tacu, Innumeras voces segetis modera-
tus ahenæ, Intonat erranti digito, penitusque irabali
Vecte laborantes in carmina concitat undas*. Hydraulicum
videtur hoc fuisse organum. Alia erant pneu-
matica, de quibus Augustinus, Isidorus et Plinius
lib. VII, cap. 37, qui pneumatica et hydraulica organa
videtur distinguere. Confer. Gloss. Ducangii.

395. Nomen Jesu Christi dulce, blandus in ore sapor,
mel in ore, in aure melos, in corde lætitia, et similia apud
S. Bernardum, serm. 15, in cant. et alios passim. Ex
Prudentio id sumpsisse S. Bernardum putat Teolius.
Idein scribit flagrans odor, nisi mendum est pro fra-
grans.

399. Egm., male, auras pro aures

400. Put., inergima; Pal., inergima. Ald., Urb.,
Bong. a prima manu, Torn., energia. Mar., inergia;
in marg., inergima; Sich., Alex., energima. Vat. Q,
inergia nostri. Bonon., inorgia, sive in orgia, male.
C Græca vox effertur, *ἐνργίμα*; Latine ea usus est
Tertullianus pro opere, effectu, vi, efficacia. Cur pe-
nultima corripitur, dixi in proleg. Notat Mariettus,
ad hunc locum respexisse Gregorium Turonensem lib.
VII, pag. 414 : *Nonnulli, arrepti a demone, per ener-
giam debacchantes, martyrem declamabant*.

402. Dæmones, e corporibus obsessorum olim
emigrare jussi, nomina deorum quos ethnici cole-
bant, se habere profitebantur. Lactantius, lib. II,
cap. 16 : *Justos autem, id est, cultores Dei, metuent
(dæmones) cujus nomine adjurati, de corporibus
exerunt : quorum verbis, tanquam flagris, verberati, non
modo dæmones esse se confitentur, sed etiam nomi-
na sua edunt, illa quæ in templis adorantur, etc.* Plura
in hanc rem asserit Baronius tom. I Annal., pag. 413,
ubi maxime hæc Prudentii verba eminent, quibus
quamdam exorcismi formulam contineri doctissimus
cardinalis affirmat. Vide S. Paulinum Natali II,
vers. 95 et seqq., et quæ notant Woverus, Elmen-
horstius, Heraldus et Ouzelius hunc Minucii locum :
*Hæc omnia sciunt plerique, pars vestrum, ipsos dæ-
monas de semetipsis confiteri, quoties a nobis tormen-
tis verborum, et orationis incendiis de corporibus exi-
guntur. Ipse Saturnus, et Serapis, et Jupiter, et
quidquid dæmonum colitis, victi dolore, quod sunt,
eloquuntur. Homines a malis dæmonibus vexati vo-
cantur energumeni; quo pertinet, opinor, vox illa
Prudentii, Severi Pulpii, Gregorii Turonensis et
aliorum energima. Siquidem energumens est dæ-
moniacus, qui operationes diabolicas imitatur.*

403. Rat., nec flumina, a prima manu, male.

407. Egm., male, exui te pro exus te. Heiusius con-
jicit et spira solve latentem, hoc est, solve te spira,
sub qua lates. Lectio codicum magis placet spiras
solte latentes, non enim magis latet dæmon, quam
ejus spiræ.

408. Gis. ad oram, cur, corruptissime, vexas? Re-
centiores, fur, et vexas?

- 440** Desine, Christus adest, humani corporis A 420
[ultor :
410 Non licet, ut spoliū rapias, cui Christus
[inhæsit.
Pulsus abi, ventose liquor : Christus jubet,
[exi.
Has inter voces medias Cyllenius ardens
Ejulat, et notos suspirat Juppiter ignes.
Ecce gerasenos legio ruit effera porcos,
415 Et, post multiplices busti sub rupe catenas,
Pœnarum gemitus longis grunnitibus edit.
Clamarat sed ab ore hominis : Cognoscimus,
[Iesu,
Nate Deo, nate sceptris, et germine David,
Qui sis, quid venias; qua nos virtute repellas,

GLOSSÆ VETERES.

410. Spoliū, corpus, I.
411. Ventose, defluens, instabilis, I.
412. Cyllenius, Mercurius, a monte Cylleno, I.
413. Ignēs, furores, iras, I.
416. Grunnitibus, grunnitus proprie vox porcorum est, Iso.
419. Quid, cur, I.
420. Jacemus, prostrati, I.
422. Egenam, miseram, I.
423. Lucis, aurium tuarum, Vat. A.
424. Iberi, Hispanici, Iberia, Hispania, I.
425. Ortus, solis, qui habitat in Oriente, I.

- B 426. Laxavit, calefecit, vel mollivit, Vat. A. — Laxavit, mollefecit. — Pruinas, in aquilone, I.
427. Hyrcanas, Scythicas. — Brumas, hiemes, I.
428. Amnis, Tanais, I.
429. Caucasea, petrosa. — Rhodopeius, Rhodope, mons, de quo emanat Hebrus fluvius, I. — Cote, rupe, Mar.
430. Getæ, Gothi, qui prius feroces erant, I. — Geloni, gentes Scythiæ, stigmata sibi, ut Sergius dicit, more Scottorum inurentes; populi Scythiæ, I.
431. Mero, puro, I.

COMMENTARIUS.

410. Put. a manu prima, *Christus adhæsit*.
412. In Mar. a manu prima, *medius Cyllenias*.
415. In glossa ignes dicuntur esse iræ, furores; melius intelligi possunt ignes, quibus dæmon ardet; ut Mercurius, sive Cyllenius dicitur etiam ardens, nisi inavis respexisse poetam ad Jovis libidinem, de qua multa fabulæ. Verior tamen interpretatio desumitur ex Minucii verbis relatis ad vers. 402, a nobis tormentis verborum, et orationis incendii de corporibus exiguntur. Hinc restituendum putarem nostros ignes. Cauchius conjicit *admotos ignes*. Res constat ex Lactantio cap. 22, lib. v: *Nomine Dei veri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant, et uti se, verberarique testantur*. Et lib. II, cap. 16: *Itaque maximis sæpe ulalaitibus editis, verberari se, et ardere, et jam jamque exire proclamant*. Poeta noster hymno 1 Perist. incendia orationum et gehennæ ignem quo dæmones ardent, conjungit vers. 106: *His modis spurcum latronem martyrum virtus quatit: Hæc coerct, torquet, urit*. Denique fugit dæmon *Confitens ardere sese: nam gehennæ est incola*.
414. In Put., *gerasinos*. Optimæ membranæ, *ruit*; Fabr. et Gis., *irruit*. Widm. supra, Vat. A a prima manu obruit, quæ est glossa: nam ruit Virgilianum esse observavit Heinsius. Prudentius a in *gerasenos* producit, quamvis Juvencus corripuerit. Hæc eadem historia exposita est hymno Cath. 9, vers. 55 et seqq.
417. Confer. Matth. cap. VIII, Marci cap. I, III et V, et Lucæ cap. IV et VIII. Ald., Egm., Palat., *Iesum*, alii *Iesu*.
418. Fabr. et Gis., *nate et sceptris*. Abest a codicibus et, quod revera superfluum est. In Urb., *nate ex sceptris*, in Vat. Q, *nec te sceptris*, male.
419. Ald., Gis., Urb., tres vetustiores Heinsiani, Vat. A, *quis sis, quid venias*. Rot., tres Torren., Fabr., Cauch., *qui sis, qui venias*. Prag., *qui sis, quid venias*. Vat. B, Alex., Mar., Weitz., *quid sis, quid venias*, Quolibet ex his modis sententia eadem constat, *qui sim* Virgilianum est. Barmannus, tom. I Antholog., pag. 417, ex Egm. præfert *quid sis*, et ab Ovidio ita

- dici confirmat. An dæmoni clare perspectum fuerit mysterium Incarnationis, quæri solet. Nonnulli putarunt dæmones illud agnovisse, non autem dæmonum principem diabolum; quod ineptum est. Alii tenent, ante prædicationem non cognovisse, post prædicationem vero ita cognovisse, ut redemptionem hominum per mortem ignorarent. Perique cognitionem conjecturæ, non certam, statuunt.
C 421. In Heinsii editione, quod raro illi accidit, mendum irrepsit, *auræas pro aures*. In notis vero ejus editionis plura occurrunt menda, etiam contra sensum, et quæ non facile a quovis animadvertantur. Quod eo a nobis dictum est, ne alii fama editionis Heinsianæ et Elzevirianæ decipiantur. In Mar., *mendose, diras nox*.
423. Prag., *discussa*; alii *disclusa*. Glossa videtur trajicienda ad verbum *foribus*.
424. Error Aldi *solus pro solis*.
425. Heinsius cum Put., Thuan., Rot., duobus Torrent., *Vesper habet, roseos et qui novus excipit ortus*, quod omnino legendum existimat, quia *roseus vesper* perperam dicitur: id enim convenit *ortui*. Mihi aliorum lectio placet, si recte verba distinguantur: *quem solis iberi Vesper habet, roseus et quem novus excipit ortus*. Sellicet *roseus novus ortus*. Imo *qui novus excipit* minus recte dicitur, nisi *novus* significet *primus*. Ut autem ait *quem vesper habet*, sic *quem excipit ortus*. In *roseus* poeta more suo producit ultimam ratione cæsuræ. In Alex. abrasum est *roseus*, quod in Urb., Vat. Q et aliis clare legitur. Bonon. et Teol. cum Heinsio faciunt.
428. Noms., *exutus glaciem*, elegantè Græcismo ait Heinsius. Gis., et *exutus*.
429. *Cotem pro caute* dixit etiam hymn. 11 Cath., vers. 72. In Put., *Hæbros pro Hebrus*, more Græcorum, vel etiam veterum Latinorum. Gis., *fluit*.
430. Prag., *Gelonum quasi Gelonorum*. De Gelonis vide Savaronem pag. 221 ad Sidonii verba *equimulgas Gelonos*, hoc est, mulgeutes equos, et lac equinum sugentes.

- Libatura sacros Christi de sanguine potus.
Novit et Atlantis pridem plaga perfida Mauri
Dedere crinitos ad Christi altaria reges.
- 435 Ex quo mortalem præstrinxit spiritus alvum,
Spiritus ille Dei, Deus, et se corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit:
Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,
Non tripodas cortina regit, non spumat anhelus
- 440 ~~443~~ Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit insanos mendax Dodona vapores,

GLOSSÆ VETERES.

432. Libatura, bibens, vel bibitura, l.
433. Atlantis, mons ad meridianum. — Mauri, populi, l.
434. Dedere, offerre, l.
435. Præstrinxit, præoccupavit, l.
438. Delphica, Apollinea. Delphi locus est in Græcia, in quo Apollo colebatur. — Antra, responsa, l.
439. Tripodas, mensas Apollinis. — Cortina, secretum quod cortinis oppansum est. — Spumat, loquitur, l.
440. Fanaticus, sanorum sacerdos, l.
441. Dodona, silva, civitas Græciæ. — Vapores, hostias, l.
442. Cumæ, civitatis, l.
443. Libycis, Africanis arenis. — Ammon, Jovis, Jupiter Afrorum, l.
444. Mœrent, dolent, vel timent, l.
446. Purpura, regalis dignitas, Vat. A.
447. Æneadæ, Romani, quod de Ænea sint orti, l. — Atria, templa, Vat. A.
448. Dominator, imperator, Cæsar, l. Constantinus, Vat. A.
449. Tamen, etiam, l.
450. Fortissimus, Julianus, Vat. A.

COMMENTARIUS.

432. En apertum de præsentia corporis et sanguinis Jesu Christi in eucharistia testimonium. Nam olim Christianos sub utraque specie sacra synaxi refici solitos res nota est omnibus.

435. Bong., Widm. a manu prima, et nonnulli Vulg. apud Weitzium *fervida*, non absurde, quamvis jam præcesserit. Sic Avitus lib. v: *Plaga fervida cæli*. Sed Ald. cum Heinsianis et nostris, Weitz., Gls., *perfida*. *Punica fides* ahiit in proverbium.

435. Gifanien Collect. Lucret. hunc locum illustrat. Videlicet ex quo, *postquam, jam vero postquam; præstrinxit, occupavit, obseidit, obumbravit, ut Scriptura loquitur*. Summa est, nato jam Christo evanuisse falsa ethnicorum oracula. Alii scribunt *perstrinxit, alii præstrinxit*.

436. Heinsius cum Put. et Thuan., *Spiritus ille Deus, Deus*. Alii, *Spiritus ille Dei, Deus*. Hoc etiam loco Verbum vocatur *Spiritus*. Vide quæ supra dixi.

438. Vat. A, *sordibus*, minus bene, pro *sortibus*.

Gifanien ex vet. lib. *jacuerunt pro tacuerunt*, non probō.

439. Bong., Widm., Ald., Mar., Prag., *regit*, cum Alex., Urb. et Vat. Q. Alii fortasse melius *tegit*, quod Gifanien tuetur: nam cortina erat operculum, et integumentum æneum tripodis. Virgilius lib. iii *Æn.*, *adytis cortina reclusis*. Vocabatur etiam cortina tripus, sive vas illud ingens Delphis aureum, quo intersternebatur mensa, in qua oracula fundens Pythia assidebat. Expl. cæcis isthæc ab interpretibus Virgiliti aliisque traduntur. Servius ait, esse locum, unde oraculum exit. Cortinæ in alio genere apud Isidorum lib. xix, cap. 26, sunt aulæa, seu vela de pellibus. Illud a nobis aliquis quærat, verumne sit falsorum numinum oracula tacuisse, postquam Verbum caro factum est. Scriptus est Gallicæ liber anonymus, cujus auctor fuit Balthus S. I., de Silentio oraculorum adversus Antonium Van Dale, anabaptistam, medicum Harlemensem, et ejus defensorem D. Fontenelle, Latine redditus anno 1725. Balthus, part. 3, cap. 3, ostendit Prudentium hoc loco cum incariquis SS. Patribus consentire, quia etiam de incarnatione dominica loquitur, tamen conjungit idololorum eversionem et ruinam paganismi. Id confirmat interpretatio Gifanien, quam exposui, ex quo, *postquam*: non enim poeta asserit, illico omnia ubique oracula siluisse. Plutarchus tractatum edidit de Silentio oraculorum, de quo libro fuse idem Balthus disserit part. 3, cap. 9. Nobis ad alia properantibus

hæc indicasse sufficiat: sed non est omittendum responsum, quod ex oraculo Delphico accepit Augustus, cum misisset legatos suos sciscitatum de rebus futuris, ut referunt multi: *Me puer Hebræus, divos Deus ipse gubernans, Cedere sede jubet, tristemque subire sub orcum. Aris ergo dehinc tacitus discedito nostris*. Confer etiam lib. i adversus Sym., vers. 245, ubi iterum Van Daleus refellectur.

440. Prudentium hoc loco rejicere carmina Sibyllina, quæ inter Christianos circumferebantur, nonnemo affirmat, mihi non liquet. Romani ad Sibyllinos libros, tanquam ad oracula, confugere solebant. Recenset Prudentius celeberrima veterum oracula, Delphicum, Sibyllinum, Dodonæum, quod in Dodonæ Epiri silva quercus, et his insidentes columbæ reddebant, Cumæum, ubi antrum Cumanæ Sibyllæ, Ammonium in Libyæ.

441. Insanos vapores vocat furorem fanaticam, cujus materia a medicis vapor calidus, et urens in cerebrum elatus statuitur. Ita explicat medicus Giselinus, non infelix interpret in cæteris partibus, in hac vero optimus.

443. Non est reprehendendus poeta, quasi oraculum Ammonis in Marmarica regione, ubi Syrtis erant, collocaverit. De alia significatione Syrtium jam dixi hymno 7 Cath., vers. 30, et videri potest Turnebus num. 506 Advers., qui hunc versum citat.

444. *Capitolia Romula* pro Jove Capitolino sumi, præcipue a nostris scriptoribus, Augustino, Cypriano et aliis, observavit Peveratus.

446. *Purpura* pro imperatore, ut apud Claudianum in Stiliconis, *Posito jam purpura fastu*, Vide Bulengerum, de Imper. Rom. lib. ii, cap. 4.

449. In Vat. A, male a prisca manu, *tamen cunctis*. S. Gregorius Turonensis lib. i de Gloria martyrum, cap. 4: *Sicut Prudentius noster in libro contra Judæos meminit, etc., Principibus tamen e cunctis, etc.*, usque ad versum *Erigit in cælum facies, atque invocat Iesum*. Multi alii, qui de crucis laudibus commentarios conscripserunt, hos Prudentii versus commemorant, et cum auctoris elogio describunt: omisi tamen sunt in opere Hispanico Petri Ordenez de Zevallos, Matrili, 1614, de hoc argumento: *Quarenta triunfos de la SS. Cruz de Christo*, ubi multa hujus generis congeruntur.

450. Gregorius Turonensis legit *quem puer memini*: mendum codicum puto. Contemnendæ glossæ sunt, quibus Symmachus ductor iste *perfidus* esse dicitur, de quo Prudentius. Fortasse cam ob causam recentio

- Conditor et legum, celeberrimus ore, manūque. A 465 Vittatus de more senex, manibusque cruentis
 Consultor patriæ, sed non consultor habendæ
 Religionis, amans tercentum millia divum,
 Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus Urbi,
 455 Augustum caput ante pedes curvare Minervæ
 Fictilis, et soleas Junonis lambere, plantis
 Herculis advolvi, genua incerare Dianæ :
 445 Quin et Apollineo frontem submittere
 [gypso,
 Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis.
 460 Forte litans Hecaten placabat sanguine multo :
 Pontificum festis ferienda securibus illic
 Agmina vaccarum steterant, vitulasque revincta
 Fronte coronatas umbrabat torta cupressus.
 Jamque insertato reserabat viscera cultro

GLOSSÆ VETERES.

451. Conditor, *constitutor, constructor*. — Celeber-
 rimus ore, manūque, *famosissimus eloquio et pote-
 state*, l.
 453. Relligionis, *Christianitatis*, l.
 455. Augustum, *nobite*. — Curvare, *solebat, vel
 curvabat*, l.
 456. Soleas, *ima pedum, id est vestigia*. — Lam-
 bere, *lambebat*, l.
 457. Advolvi, *advolvebatur, et incurvabat*, l.
 458. Quin, *insuper*. — Gypso, *lapidi simula-
 cro*, l.
 459. Pollucis, *quia domitor fuit equorum*. — Suf-
 B fire, *infumare, fumigare*. — Extis, *visceribus*, l.
 460. Hecaten, *Dianam*, l.
 464. Insertato, *immissio*. — Reserabat, *secabat*, l.
 466. Trepidus, *palpitantes*, l.
 468. Callidus, *ingeniosus*. — Fine, *qualis sit finis*.
 — Notabat, *secundum consuetudinem illorum*, l.
 472. Cymbia, *vasa oblonga. Cymbia, poculorum ge-
 nera quæ et carchesia dicuntur, a similitudine cymbæ
 navis nuncupata*, l.
 474. Umbras, *imagines demonum*, Iso.
 475. Thesiphone, *Diana, vel Persephone*, l. — The-
 siphone, *Diana*, Vat. T.

COMMENTARIUS.

- rum aliquis Symmachum *apostatam* appellavit. Vide
 proleg. num. 52. Sermonem esse de Juliano Apo-
 stata nemo adeo erit insipiens qui neget. Mariettus
 prope videtur fuisse, ut glossæ de Symmacho lo-
 quenti fidem præstaret. Peveratus hinc colligit, Pru-
 dentium adfuisse præsentem sacrificio Juliani, quod a
 Prudentio describi putat in Romano, vers. 1011 et
 seqq. Id mihi non probatur.
 451. Marcellinus refert Julianum jura in melius
 correxisse.
 454. Put. et Thuan., *orbi*; alii, *Urbi*. Recentiores
 amplius *orbi*, quod Gallandio non placet, mihi
 non dispicet.
 456. Apud Gregorium Turonensem diversa lectio
 ex Colbertino codice *plantas*: quæ admitti nequit.
 Adverte, *soleas* esse genus calcei seminarum pro-
 prium, neque eis uti solitos viros, nisi raro, et in
 conviviis; quibus probro vertebatur, si soleati incede-
 rent. Recte igitur Prudentius ait, *soleas Junonis*. Vide
 plura in hanc rem in Balduini opere de Calceo antiquo
 cap. 11, ubi hos versus laudat, quos pariter illustrat
 Heraldus, pag. 378 ad Arnobium.
 457. Aldus cum Urb., Vat. Q, aliisque, *incurvare*.
 Alex., Put., Thuan., Oxon., Gregorius Turonensis,
incerare, quod verum puto, et mutuatum a Juvenili
 satira 10, *genua incerare deorum*. Idem Prudentius
 Hamartiz. vers. 404, *Incerat lapides*, etc. Alii intel-
 ligunt, *incerare* esse tabellas cereas appendere ante
 statuas, alii toties statuas osculari, ut saxa sordida
 fierent, et quasi cera obducta. Neutra interpretatio
 placet: nam Prudentius lib. 1 adversus Sym., vers.
 203, ait: *saxa illita ceris Viderat unguentoque lares
 humescere nigros*. Quod rem veram designat. Con-
 suetudo fuit ethnicis unguendi oleo, aut cera statuas
 deorum. Arnobius lib. 1 Adversus gentes: *Siquando
 conspexeram lubricatum lapidem et ex olivi unguine
 odoratum tanquam inneset vis prævens, adulabar, affa-
 bar et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco*.
 Clemens Alexandrinus lib. vii Strom.: *Hi sunt illi ipsi
 qui omne tignum et omne saxum, modo oleo inunctum
 vel lubricatum esset, adorabant*. Vide supra vers. 293.
 Corporis partes alias aliis diis ethnici consecrabant,
 C genia *Misericordiæ*. Peveratus ex Apuleii Apologet.
 et Plinio epist. ad Trajanum colligit vota quæ pro
 alicujus incolunitate solvabantur, consuevisse non
 tantum tabellis mandari, sed et cera figi, et quidem
 plerumque in femore genuaque deorum annulo obsi-
 guari, et ita explicat *incerare*.
 460. Gregorius Turonensis *Achatem* pro *Hecatem*,
 male; *sanguine multo* apte de sacrificiis Juliani, qui-
 bus *agmina vaccarum* immolabantur. Consule his-
 torias.
 463. Carolus Paschalius de Cor. pag. 256, cap. 17,
 lib. iv, victimas plerumque coronatas cupressu fuisse
 ex hoc loco maxime probat, et multa congerit de cu-
 pressu.
 464. Ald., Egm., Heinsiani codd., *reserarat*, quod
 fuisse videtur in Vat. B a prima manu. Alii *reserabat*
 cum Weitz., et Gis. Paschalius, loc. cit. pag. 245,
 cap. 15, compositè disserit de sacerdotibus vitatis et
 coronatis ex Prudentio et aliis.
 469. Weitzius. *idem*; alii *cum*.
 471. Ald., Pal., Heinsiani codd., *numen, nesci*,
quod. Alii, *nescio quod numen*.
 472. Ex Virgilio lib. iii Æn. vers. 66: *Inferimus
 tepido spumantia cymbia lacte*.
 473. Verbena adhiberi solita erat in sacrificiis:
 D quo nomine etiam alias herbas quæ adhibebantur,
 vocatas aliqui putant.
 474. Veteres libri, *accitas*, cum Gregorio Turo-
 nensi. Weitzius scripsit *ascitas*. Heinsius opinatur a
 prisca manu fuisse *eccitas*, hoc est *excitas*, quod pro-
 prium in re magica est verbum, ut multis ex locis
 constat.
 475. In Thuan., *Thesiphone*, Weitz. cum Widm. a
 prima manu, Vat. B, Q, Prag., Rat., Mar. a prima
 manu *Thesiphone* vel *Tesiphone*. Cauchius ex conje-
 ctura, *Tisiphone*. Recte alii, *Persephone*, id est Pro-
 serpina, de cujus sacris hic agitur.
 476. Rot., *fracto pro tracto*, non inepte: adhæret
 Egm., Heins., Cham. et Teol. Fortasse *torto*. Virg.,
verbere torto. Val. Flaccus, *torto fuitarum erecta fla-
 gello*.

- Nil agit arcanum murmur : nil Thessala prosunt A
Carmina : turbatos revocat nulla hostia manes.
Nonne vides, ut thuribus frigentibus ignis
480 Marceat? ut canis pigrescat pruna favillis?
Ecce palatinus pateram retinere minister
Non valet, elisa destillant balsama dextra,
Flamen et ipse suas miratur vertice laurus
Cedere, et incertum frustratur victima ferrum.
485 Nescio, quis certe subrepit Christicolarum
447 Illic juvenum ; genus hoc hominum tre-
[mit infula, et omne
Pulvinar divum. Lotus procul absit, et unctus.
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.

GLOSSÆ VETERES.

477. Thessala, magica, I.
482. Elisa, concussa, tremula, I.
483. Flamen, sacerdos Jovis, quasi flamen dicitur,
quia filam rubream in capite portabat, I.
484. Frustratur, eludit, I.
486. Infula, vestis sacerdotis, I.
487. Pulvinar, locus, vel collocatio. — Lotus, bap-
tizatus, unctus, cum Chrismate, I.
488. Proserpina, Diana, I.
490. Exerto, emisso, nudato, vel expedito. — Ful-
mine, gladio, I.

- Dixit, et exsanguis collabatur : ac velut ipsum
490 Cereret exerto minitantem fulmine Christum,
Ipse quoque exanimis posito diademate princeps
Pallet, et astantes circumspicit, ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signaret tempora signo :
448 Qui Zoroastroes turbasset fronte susurros,
495 Armiger e cuneo puerorum flavicomantum
Purpurei custos lateris deprenditur unus ;
Nec negat, et gemino gemmata hastilia ferro
Proicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pavidus dejecto antistite princeps,
500 Marmoreum fugiens nullo comitante sacel-
lum,

COMMENTARIUS.

477. Ald., hircanum, minus bene pro arcanum.
Sidonius æmulatus videtur Prudentium in Panegy.
ad Anthemium, Chaldaeus in exitis Pontificum de more
senex arcana peregit Murmura. Elmenhorstius in Ar-
nobium pag. 31 plura habet de murmure arcano ma-
gorum, sive fremore verborum, ut Arnobius vocat.
483. Paschalius de Coronis pag. 247, cap. 13, lib.
iv, ex Prudentio se discere ait, flamius Romani co-
ronam fuisse lauream, his laudatis versibus.
485. Dulcis-imos vocat hos versus Barthius lib. xli,
cap. 27 Adv. Diversa videtur esse historia, quam de
eodem Juliano Apostata Gregorius Nazianzenus orat.
1 contra Julian. refert de Cruce coronata, seu circulo
inclusa : alia erat crux coronata, cui scilicet corona
supra imponebatur. De utraque docte disserit Ros-
weyds ad Paulinum in epist. 12. Historiam similem
Lactantius narrat lib. iv, cap. 27 : Cum diis suis im-
molant, si assistat aliquis signalatam frontem gerens, sa-
cra nullo modo litant. Nec responsa potest consultus
reddere vates. Et hæc sæpe causa præcipua justitiam
persequeudi malis regibus fuit. Cum enim quidam mi-
nistrorum nostrorum sacrificantibus dominis assisterent,
imposito frontibus signo deos illorum fugaverunt, ne
possent in visceribus hostiarum futura depingere. Quod
cum intelligerent haruspices, insigantibus usdem dæ-
monibus, quibus prosecrarent, conquerentes, profanos
homines sacris interesse, adegerunt principes ipsos in
furorem.
486. Vat. A, hoc ; Vat. B. Mar., hic juvenum cum
aliis. Sed Aldus non bene distinguit : Christicolarum.
Illic juvenum genus hoc hominum tremit, infula, et
omne, etc. Gis. 2 edit., huc juvenum. Fabr. Huc ju-
venum : tremit hoc hominum genus infula idoneo sensu.
Heinsius edidit hic, sed non ait quos codices secutus,
quamvis Giselinum deseruerit.
487. Lucianus in Pseudomante de impostore Ale-
xandro : Primo quidem die Atheniensium ritu denun-
tatio fiebat hujusmodi : Si quis impius, aut Christianus,
aut Epicureus mysteriorum explorator accessit,
discedat. Cæterum qui Deo credunt et parent, sacris
feliciter initiuntur. Sub hæc protinus exigebantur, illo
præeunte, dicenteque : Foras pelluntur Christiani. His
verbis lotus et unctus sacramentum baptismi et con-
firmationis exprimi certum est. Vide hymn. Cath. 6,
vers. 128, et Baronium tom. I Annal., p. 249, ac

- confer Malvendam de Antichristo cap. 10, lib. vii, qui
hos versus laudat ; ut Gretzerum de Cruce et alios
innumeros præteream.
490. Consule Baron. loc. cit., et Paschalius de
Coronis p. 246, c. 13, lib. iv, qui ex hoc loco docet,
ipsos principes, quoties sacrificabant, regalibus in-
signibus fuisse conspicuos.
491. In nonnullis Vulg., exanimis, mendose, pro
exanimis.
492. Put., circum inspicit, bono quidem sensu,
quod præfert Teol. cum Heins., sed plerique habent
circumspicit, quod exstat etiam apud Gregorium Tu-
ronensem loc. cit. Vat. B, nequis pro et quis, vel ec-
quis. Vide supra vers. 186 quod notat Gifanius de
hac voce et quis.
493. Rot., signarit, quod placuit Heinsio. S. Gre-
gorius Turonensis loc. cit., signaret ; sed in tertio
ms., signarit, ut animadvertit editor. Codices Hein-
siani, Mar., Sich., Urb., Alex. Vat. Q, Teol., Tor-
næs., editio Basil. in textu, Ald., Egm., Widm. a
prima manu, ligno, quod aptius cohæret cum signa-
ret quam signo. Aliunde tamen lignum Chrismatis
non ita apposite dicitur. Chamillardus falso ait, omnes
legere signo ; ipse legit ligno cum Heins. Gallan-
dius mavult ligno qui postea vers. 498 occurrit ac
signum Christi, quæ ratio imbecilla est. Præfero
signo.
494. Aldi error turbas et. Prag., turbarit.
495. Noms., armigero e cuneo pro armiger e cuneo.
Fabr. et Gis. 2 edit., flammicomantum, repugnanti-
bus membranis, in quibus constanter est flavicomant-
tum, excepto Vat. Q, ubi est flammicomantum. Juven-
cus lib. iv dixit tædarum flammicomantum. Vide Bu-
lengerum, cap. 39, lib. iii de Imper. Rom., de Armi-
geris, et Pignoridm comment. de Servis pag. 119.
Gifanius Ind. Lucret. verbo ET QUANTIS intelligit,
pueros flavicomantes fuisse Germanos : sic Germania
flava dicitur lib. iv Manil. Horatius Epo. l. 16 : Nec
fera cærulea domuit Germania pube. Cur pueros vocet
ministros, sive satellites custodes corporis, vide quæ
diximus ad vers. 1 hymn. 9 Cath.
499. Fabr. et Gis., prosiliit ; codices msa., prosil-
luit ; et ita scribendum esse monet Gifanius loc. cit.
verbo Dissiluit.

- Tum tremefacta cohors, domini que oblita, su- A
[pinas
Erigit ad cælum facies, atque invocat Iesum.
Jamne piget facti? jam pœnitet? en tibi Chri-
[stum,
Infelix Judæa, Deum : qui sabbata solvens
503 Terrea, mortales æterna in sabbata sumpsit,
Gentibus emicuit, præfulsit regibus, orbem
449 l'ossidet, imperii dominam sibi credere
[Romam
Compulit, et simulacra deum Tarpeia subegit.
Disce tuis miseranda malis, quo vindice tandem
510 Vana superstitio, lex et carnaliter acta
Plectatur : cujus virtus te proterat ultrix.
Destructone jacent Salomonia saxa metallo,
Ædificata manu? jacet illud nobile templum. B
Cur jacet? artificis quia dextra solubilis illud
515 Cæmentum struxit resolubile; jure solutum est,
Et jacet : in nihilum quoniam redit omne po-
[litum.
Quod fieri recipit, recipit quandoque perire.
Si nostrum contra quod sit, vis discere, tem-
[plum :
Est illud, quod nemo opifex fabrilitate aptans
520 Composuit, quod nulla abies, pinusve dolata
Texuit, exciso quod nunquam marmore crevit :
Cujus onus nullis fultum sublime columnis

- Fornice curvato tenui super arce pependit :
450 Sed Verbo factum domini, non voce so-
[nora;
525 Sed Verbo, quod semper erat, Verbum caro
[factum est :
Hoc templum æternum est, hoc finem non ha-
[bet, hoc tu
Expugnare volens, flagris, cruce, felle potisti.
Destructum jacuit pœnis vexantibus, esto :
Matris enim ex utero, quod destrueretur, ha-
[bebat.
550 Sed quod morte brevi materna ex parte solu-
[tum est,
Majestate Patris vivum lux tertia reddit.
Vidisti, angelicis comitatum cœtibus, alte
Ire meum, cujus servor munimine, templum :
Illius æternæ suspendunt culmina portæ,
555 Ac per inaccessas scalarum gloria turres
Tollitur, et gradibus lucet via candida summis.
At tua congestæ tumulant holocausta ruinæ.
Quid mereare, Titus docuit, docuere rapinis
Pompeianæ acies : quibus exstirpata per omnes
540 Terrarum pelagique plagas tua membra ferun-
[tur.
Exsiliis vagus huc illuc fluitantibus errat
Judeus, postquam patria de sede revulsus,
Supplicium pro cæde luit, Christi que negati

GLOSSÆ VETERES.

501. Domini, *imperatoris*, Vat. A.
503. En, *ostendendo*, I.
504. Sabbata, *requiem*, I.
511. Plectatur, *damnetur, puniatur*, I.

517. Recipit, *incipit*, I.
526. Hoc tu, *Judæa*, Vat. A.
528. Esto, *adverbium concedentis vel deliberantis*, I.

COMMENTARIUS.

501. Ald. Gis., *dum*; codd. mss. et alii editi, *tum*, C
quod est etiam in Gregorio Turonensi loc. cit. In
Rat. corrector ineptus hunc et seq. versum emenda-
vit vel corrupt potius, *supinis Vultibus erigitur cælo*,
atque implorat Iesum.
502. Ald. primum scripsit *Isum*, postea correxit
ipsum. Hæc correctio Gallandium fugit, qui asseve-
ravit, Aldum habere *Isum*. Lege *Iesum* ex dictis in
proleg.
506. Mar. a prima manu, *præfulgit pro præfulsit*.
Non prorsus ineptum est *præfulgit* tertiæ conjugationis.
Egm. et Vat. A, *Urbem pro orbem*.
507. Fabr., Gis. 2 edit., Heinsiani scripti, *cedere*,
quod Aldus quoque posuit. Gis. 1 ed., Weitz., Vatt.
A et B, Mar., Rat., *credere*. Elmenhorstius in Arno-
bium pag. 41 illustrat id, quod Roma dicitur *imperii*
Domina ex Arnobio et aliis.
510. *Carnaliter*, et infra *carnalis v. c. s. sæculi*
ænei. S. Hieronymus usus quoque est adverbio *car-*
naliter.
511. Pal., Vat. A, *virtus et pro virtus te*.
512. Put. et Egm. scribunt *solomonia*. Mar. a
prima manu *salmonia*.
515. Fabr., *cæmento pro cæmentum*. Heinsius ita
distinguit, *Cæmentum struxit resolubile, jure solutum*
est, Et jacet. Quod sequor cum Alex., Urb., Vat. Q,
quavis Fabricius putaverit locum esse corruptum.
Giselinus legit *cæmento* cum Fabricio, et distinguit
illud cæmento struxit; resolubile, jure solutum est.
Ita Ald. et Weitz., nisi quod hi cum membranis le-
gunt *cæmentum*.
518. In Vat. B, male a recenti manu, *quid fieri*.
523. Præstantiores Heinsiani, Sich., Weitz., Gis.

- in textu, Bong. sup., *super arte*. Aldus, nostri, Vat.
Q, Gis. 1 ed., et ad oram 2 edit., Widm. a secunda
manu, *super arce*. Alex., Urb., *super arte*, cum Cham.,
Cell. et Teol., duce Heinsio. Mihi verum videtur
arce, et puto respexisse poetam etymologiam *arcus*.
S. Isidorus lib. Etym. xiv, cap. 2 : *Arces sunt partes*
urbis excelsæ atque munitæ : nam quæcunque tutis-
sima urbium sunt, ab arcendo hostem arces vocantur.
unde et arcus, et arca.
524. Vat. Q, a prima manu, *voce serena*.
525. Alii distinguunt *erat. Verbum*.
527. *Expurgare pro expugnare*, male, nescio ex
quo codice ad mag. edit. Colon.
529. Thuan., *quo*; alii, *quod*.
531. Put., minus bene, *divum lux*.
533. In Ald. et Vat. B a prima manu error est
servor pro servor.
537. Vat. A, et a prima manu Vat. B, *cumulant*,
minus bene, pro *tumulant*.
538. Vide Baronium tom. I Annal., pag. 657.
Ruinæ Hierosolymitanæ monumentum præclarum
Romæ visitur, *arcus Titi*, in quo Judæi vincti ad la-
tera representantur, intra candelabrum, *tabulæ le-*
gis, mensa cum panibus, et alia templi supellex.
Arcam in eo exhiberi plerique jure negant, ut dicam
ad vers. 845 Psych. Inscriptio *arcus* hæc exstat.
SENATUS POPVLVSQVE ROMANVS DIVO TITO DIVI VES-
PASIANI F VESPASIANO AVGSTO. Vide Donatum de
Roma veteri ac recenti.
539. Confer Florum lib. iii, cap. 5, cum Joannis
Camertis adnotationibus, et Orosium lib. vi, c. p. 6.
542. Heinsiani scripti, *patria*, cum Gis. Alii cum
Ald. et Weitz., *patriæ*.

- 451** Sanguine respersus commissa piacula A 555 Affirmant non esse Deum, pietate fatentur, Majestate negant, morum pro laude sacratum Concelebrant, adimunt naturæ summa supernæ. Omne opus egregium, per quod solertia pollens Emicat, ingenii est, aut roboris; illud acuto
- 560 Corde viget; duris excellit viribus istud. Mortale est sed utrumque homini: nam cana [senescunt Ingenua, et validos consumunt sæcla lacertos. Hæc nos in Domini virtute et laude perenni
- 452** Non sequimur; sequimur, nullo quod se- [mine terræ
- 565 Germinat: immundum quod non de labe virili Sumit principium; tener illum seminat ignis,

GLOSSÆ VETERES.

546. Delapsa, degenerata, l.
548. Susceptat, id est suspectat. — Captiva, peregrina, l.
552. Contra Homuncionitas dicta. Homuncionita est qui Dominum tantum hominem dicit, l. Contra Ebionitas dicta. Heretici Ebionitæ interpretantur pauperes, quia pauperem de Christo sensum habent, affirmantes hominem b. num, non tamen Deum, nisi ut alii sancti dicuntur dii, Prag. — Cognatum, simile, l.
554. Hoc, hoc quidem, l.
555. Pietate, quia homo dignatus est fieri: hoc pietas fuit.
- B 556. Majestate, ut Deus sit, qui majestatem habet. — Pro laude, quasi hoc laus sit, non revera, Iso.
557. Summa, divinitatem, l.
558. Egregium, egregius est, qui gregem antecellit, id est multitudinem. — Solertia, peritia multarum artium; SOLLON Græce multum: inde solemnitas, multorum conventus; inde solemniter facta dicitur, quæ in præsentia multa est acta, l.
559. Ingenii, animi, Iso.
565. Labe, semine, l.
566. Illum, Christum. — Ignis, Spiritus sanctus, Vat. A. — Ignis, de Spiritu sancto, Iso.

COMMENTARIUS.

545. Weitz., Pal., Egm., ex quo; cæteri melius en quo. Sic Virgilius ecloga 1: En quo discordia cives Perdixit miseris, en queis consevimus agris.
546. Put. et Rat. dilapsa scribunt.
548. Put., Egm., Palat., Vat. A, Heins., suscep- C ptat; alii suspectat, quod minus placet, et secutus est Teol. post Cellar.
549. Fabr., crudelitatibus, mendose, pro credulitatis. Fidem hoc loco sonat credulitas theologica notione, ut Salviani in contra avaritiam: Non quero, ut mihi credulitatem tuam superioris vitæ actibus probes. Contra incredulitas apud Hieronymum, incredulus apud Orosium vitium fidei contrarium significant.
551. Put., priores pro fideles, dissentiente Heinsio. Ac revera optime cadit fideles pro Christianis. Nam Judæos per omnem orbem dispersos, et imperio Christianorum magnam partem subditos, constat esse testes iniquitatis suæ et veritatis nostræ, ut vocat S. Augustinus, enarr. 1 in psalmum LVIII.
552. Ald., Put., Weitz., Mar., Rat., Vat. A, Homuncionitas pro titulo, Tornæs., Homuntionitas. Thuan., Homucionitas. Vat. B. Contra Homuncionitas, id est Ebionitas, vel Marcionitas. Rot. et alii, Homusionitas; Torrentiani Omusionitas, non bene. Etenim Homusionitæ per contumeliam catholici ab Arianis appellabantur, quod Dei Filium Patri consubstantialem dicerent, et homusioni defenderent. Homucionitarum meminit S. Hieronymus in libello de errore Judæorum, quem publici juris fecit Claudius Menardus, Vigilius Tapsensis lib. III de Trinitate, et auctor sub Prædestinati nomine, quem Jacobus Sirmondus edidit. Marius Mercator tradit, ab Ecclesia Romana Homuncionitas appellatos Photinum et ejus priores, Sabellianos vero cum antiquioribus similibus eorum Patripasianos. Errorem, quem Prudentius impugnat, circa annum 70 docuerunt Ebion et alii: glossa videtur indicare Martionem sive Marcionitas, tanquam hujus hæresis patronos. Sed Marcionitæ circa annum 150 in alio errore diverso versabantur, scilicet Christum Dominum carnem tantum apparentem habuisse, ut in Hamartigenia constabit. Prudentius potissimum impugnat Ebionitas, quos Semijudæos appellant Hieronymus in ad Galat., et Isidorus in Etym., cap. 5, de quibus Isidorus ait ex Eusebio: Christum per profectum solum virum justum putant effectum. Paulus Samosatensis, a quo Pauliani hæretici dicti, et Photinus similem errorem docuerunt, Christum a Maria sumpsisse initium, et ex profectu virtutis Deum esse factum, quibus quodammodo consonabat Nestorius, duas in Christo distinguens personas. Hi putabant hominem, filium Mariæ, suis meritis consecutum ut Christus fieret. Hæc erat apothæosis ethnicorum, qua homines in deos convertebantur: quod quam esset absurdum, ipsi ethnici non ignorabant, et Vespasianus prima extremi morbi accessione jocosus, Ut, inquit, puto, deus fio. Catholici alio sensu apothæosin, seu dedicationem naturæ humanæ vocare possunt evocationem ejus ad unionem cum persona Verbi, vi cuius vere dicitur, homo est deus, et, ut multi S. Patres et theologi loquuntur, homo factus est deus: sic eadem assumptio naturæ humanæ, qua Verbum caro factum est, dicitur incarnatio Verbi, hoc tamen discrimine, quod Verbum existebat ante unionem hypostaticam, natura humana Christi non ante existit, quam Verbo unita est.
560. Put., nostri, Weitzius, Ald., Gis., excellit. D Heinsius excellit cum plerisque suis. Sensus postulat, ut sit in præsentia; sed plurima hujusmodi verba ad secundam et tertiam conjugationem spectabant, ut fulgo, fulgeo, vido, video.
561. Rat., hominis. Prag., vana pro cana, minus bene. Weitz. et Widm. ita distinguunt: Mortale est sed utrumque, homini nam cana senescunt ingenia. Tunc lectio Rat. non inepta hominis. Alii interpungunt, Mortale est sed utrumque homini: nam cana senescunt ingenia. In senibus prudentiam vigere, viribus corporis debilitatis, communis est persuasio. In eisdem delirare linguam mentemque, senescere ingenia alii aiunt. Distinguenda est ætas decrepita a vegeta senectute, atque hoc pacto contrariæ illæ sententiæ conciliandæ.
564. Fabr., Gis., terra. Melius terræ.
565. Ald., Gis. et alii, germinat in mundum. Mar., Weitz., Heinsius, germinat: immundum quod non de labe virili.

- Non caro, nec sanguis patrius, nec fœda voluptas. A 580 Credidit, atque ideo concepit credula Christum. Intactam thalami virtus divina puellam. Credentes nam Christus adit; dubitabile pectus Sincero flatu per viscera casta maritat. Sub titubante fide refugo contemnit honore.
- 570 Incomperta ortus novitas jubet, ut Deus esse. Virginitas, et prompta fides Christum bibit alvo Credatur Christus sic conditus; innuba virgo Cordis, et intactis condit paritura latebris.
- 585 Crede, quod emissus solio Patris angelus inlit: Vel, si concretus liquidam de sidere vocem Non capit auditus, mulier quid conjuge præ- [gnans Clamet anus, credens, et tandem sobrius audi.
- 455 Mira fides! utero puer interceptus anili
- 590 Virgineum dominum materno ex ore salutat Primus, et infantem non natus nuntiat infans Jam nostrum vagire sibi: nam pusio nondum Norat, et ora Deo reserabat garrula Christo. Promite secretos fastos: date, pandite librum,

GLOSSÆ VETERES.

567. Caro, *materna, vel, ut alii solent nasci, I.*
 568. Intactam, *ignaram, vel castam, I.*
 569. Maritat, *secundat, et prægnat: maritat pluvia terram, id est secundat, I.*
 570. Incomperta, *incognita, non inventa, Iso. — Ortus, nativitatis, genitivus, I.*
 572. Nubit Spiritui, *non quod Spiritus sanctus pater fuisset Filii Dei; sed cooperante Spiritu sancto, Pater genuit eum, et fecit incarnari in utero Mariæ, I.*
 573. Pubertas, *juvenilis castitas, id est virginitas. — Signata, clausa. — Gravis, gravida, I.*
 576. Non credule, *o perfide, vel Homuncionita, I.*
 577. Hoc, *fora, I.*
 582. Contemnit respuit, *I.*
 583. Bibit, *pro concepit, I.*
 584. Latebris, *interioribus, I.*
 585. Angelus inlit, *Spiritus sanctus superveniet in te, etc. Iso.*
 586. Concretus, *crassus, obduratus, vel spissus. — De sidere, descendere in corde, I.*
 587. Conjuge, *marito Zacharia, I.*
 589. Interceptus, *conceptus, I.*
 590. Ex ore, *quia Joannes non locutus est, sed gestu corporis ostendit adventum Domini, I.*
 593. Norat, *scilicet loqui. — Garrula, loquacia, I.*
 594. Fastos, *secreta dicta, annales; fastus quartæ declinationis, superbia; fasti libri annales, I.*

COMMENTARIUS.

567. Ald., non sanguis.
 569. Egm., Put., Vat. A, Pal., *flu.* Alii, *afflatu*. Roti. et duo Torr., *affectu; flatu* videtur magis Prudentianum.
571. In Vat. A abest *Christus negligentia* exscriptoris. *Innuba*, ut postea versu 614, *innupto ubere*, idem est, ac *maris inscia*, seu experta conjugis. Drepanius Florus in carmine de Cere Paschali: *Intacto prægnans utero dedit innuba mater*. Notarunt aliqui, *nubere* aliquando metaleptice actum conjugalem significare; hinc illud: *peream, nisi nubere dulce est, et nupta verba*. Hinc Deipara *mater innupta, et innuba*. Psych. vers. 74: *Atque innupta Deum concepit femina mater*. Plautus Pseud. act. 1, scen. 3: *Eho an nunquam hujus nupsisti patri?* B. Virginem *innuptam* multi Patres dixerunt, Tertullianus, Epiphanius, Augustinus, Gregorius Magnus, Bernardus.
572. Error Vat. A, *subit pro nubit*.
573. Virginitas Deiparæ hoc loco demonstratur iisdem fere verbis quibus Arnulfus usus est: *Nec reserat partus signati claustra pudoris*. Vide ejus carmen apud Barthium lib. lvi Advers., cap. 16.
576. *Quassare caput* irridens est, non solum ex testimonio Scripturæ *movere caput*, etc., sed etiam apud ethnicos, apud quos iræ, et luctus etiam id signum habebatur. Vide Delrium in Tragœd. Senecæ.
577. Heins. cum Put., Thuan., Rot., duobus Torr., Cauchiano, *fore nuntiat*. Nostri et alii, *pronuntiat*. Chamillardus ab Heinsio recessit, secutus *pronuntiat*. Teolius edidit *fore nuntiat*, sed *fastus* est æque bonam lectionem esse *pronuntiat*, et in omnibus fere Vatt. reperiri. Angeli verba lege cap. i Lucæ, 28 et seqq.
579. Weitz., Gis., Rat., Prag., *monitis*. Fabr., *monitus*. Egm., Bong., Heinsiani plerique et nosiri, *monitum*. Galland. cum Ald. et Tornæs. sequitur *monitum credidit*, ut vers. 368, *visum mox credidit*, et vers. 715, *jam crede Deum*. In Mar. recenti manu, *monitis*. Chamillardus legit *monitis*, et in nota interrogat, *nonne monitum? nam supra, Ille Deum vidit:*
- visum mox credidit*, et alia addit ab Heinsio mutuata.
583. Petrus Lucensis, revelatione feminæ, aut falsa aut male intellecta, delusus, somniavit B. Virginem corde, non utero concepisse. Hunc errorum minime favet Prudentius, qui figurate hic loquitur, et clare aliis in locis veram sententiam amplectitur, ut vers. 58 hujus poematis, *Enixa est sub lege uteri*. In responsorio 5 Circumcisionis similia sunt: *Confirmatum est cor Virginis, in quo divina mysteria, angelo nuntiante, concepit: tunc speciosum forma præ filiis hominum castis suscepit visceribus*. Peveratus in not. mss. etiam propius ad Prudentii mentem et sententiam addit B. Virginem duplici modo concepisse, fide primum, ac spiritu, tum carne, dum Christi corpus utero complexa est, ex S. Augustino de Trinitate: *Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi felicius Christum corde, quam carne portasset*.
586. Giselinus recte *auditum concretum* ex mole terrea compactum exponit, addito axioma physico: *sensus exteriores ad objectum magnopere insigne heere, eorumque judicium violari*.
587. Adi Lucæ i, 42 et seqq., de S. Elisabeth visitata a deipara Virgine.
593. Vat. A, *Deum*, mendose, pro *Deo*.
594. *Fastos* lego cum Vatt. B (ubi est *fastus*). Q, Urb., Alex. a secunda manu, Thuan., Egm. a secunda manu, et cæteris Heinsianis præter Put., ubi *fastos*, et Thuan. a secunda manu *fastos*. Aldus quoque, Tornæs., Galland., Bong., *fastos*. Widm. supra, *fastus*. *Fasti* vocabantur tabellæ quibus dies festi profestique notari solebant. Vat. A, Mar., Weitz., Gis. et recentiores, *fastus*. Egm. apud Weitz., *fastos*; apud Heinsium, *fastos*. Andreas Wilkii ab hoc versu inchoavit suam Expositionem in festo trium regum, factam ex Apotheo-eos quibusdam versibus: qui ipse etiam legit *fastos*. Bulengerus, de Rom. Imp. lib. 1, cap. 20, plura habet de fastis. Isidorus in lib. Differentiar. docet *fastos* dici de libris, *fastus* de superbia.

595 Evomuit spirante Deo quem sanctus Isaias: A
Percensere libet, calamique revolvare sulcos,
Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc, dum rutilos apices submissus adoro,
Dum lacrymans veneror, dumque oscula dul-
[cia figo.

630 **456** Gaudia concipiunt lacrymas, dant gaudia
[fletum
Advenit promissa dies, quam dixerat iste
Adfore versiculus, cum virgo puerpera, teste
Haud dubie sponso, pacti cui cura pudoris,

Edidit, Emmanuelque meum me cernere fecit.
605 Estne Deus jam noster homo? versatur, et astat
Nobiscum, nomenque probat, versumque ve-
[tustis
Obscurum sæclis præsentī illuminat ore.
Estne Deus, cujus cunas veneratus Eous,
Lancibus auratis regalia fercula supplex
610 Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis tam pennatus, rapidoque similimus austro
Nuntius auroræ populos, atque ultima Bactra
457 Attigit, illuxisse diem lactantibus horis,

GLOSSÆ VETERES.

596. Percensere, *investigare*, I.
598. Ite, *o perfidi*, I.
605. Pacti, *pactas dicimus sponsas fœdere firmatas*, I.
608. Eous, *orientalis*, I.
609. Lancibus, *lances scutellæ sunt; inde bilances dicuntur trutinæ, eo quod in modum scutellæ sunt fa-*

ctæ. — Fercula, *dona*, Iso.
611. Pennatus, *velox*, I.
612. Auroræ orientalis partis, *populi Orientales*, —
Bactra, *regio juxta Indiam*, I.
613. Lactantibus, *quia in illa hora puerum lacta-*
vit, I.

COMMENTARIUS.

595. In Cellarii indice duæ, ut ante dixi, meta-
phoræ indecoræ Prudentianæ designantur. De prima
vide vers. 93 Apoth. Hæc est altera *evomere librum*,
quæ Wilkio etiam duriuscula videtur, quia quæ fa-
cere aliquem ægrum solent, si possunt, evomuntur.
Fortasse hoc respexit poeta: nam ipse Isaias condem-
navit se, quod ante tacuerat cap. vi, vers. 5: *Væ mihi, quia tacui*. Idem verbum de Deo ad episcopum
Laodicæ: *Incipiam te evomere ex ore meo*, Apoca-
lyps. iii, 16.

596. Gis. 1 ed., *resolvere sulcos*, male.

599. Mar. a prisca manu, *lacrymis*; a recenti, *la-*
crymans. Describitur hoc loco veneratio qua veteres
Christiani sacros libros excipiebant, quos submissi
adorabant et osculabantur. Pia isthæc consuetudo
apud catholicos jam pridem refrixit, quamvis inter
cæremonias ecclesiasticas clarissima vestigia existant.
Hæretici eam inter suos instaurare allaborarunt:
non male, nisi malo animo id agerent. Nam quia
apud catholicos intermissus est aliquantulum hic
usus venerandi, adorandi et osculandi sacra Biblia,
idcirco illi hæc venerationis signa externa passim in-
culcant, et simul catholicos irrident, quod sacras
reliquias simili cultu prosequantur. Nec dubito quin
pari ratione, si veterem illam consuetudinem inter
catholicos vigere observassent, superstitionem et
idololatram esse dixissent, quod nunc ipsi agunt,
quia a catholicis prætermissum putant. Colere, vene-
rari, adorare sacra Biblia cum dico, cum SS. Patri-
bus loquor; rem intelligo ipsam quam hæretici ob-
servant, scilicet osculari et similia venerationis signa
exhibere. De hoc veteri ritu vide cardinalem Bona,
lib. i. *Rei. liturg.*, cap. 25. num. 10.

600. Lacrymas præ gudio sæpius effluere notum
est, et multis exemplis ex sacra et profana historia
comprobat Wilkius.

602. Versiculus Isaiæ est 14 cap. vii: *Ecce virgo*
concipt, de quo plura ad hymn. Cath. 7, vers. 19.
Veteres quoque libros sacros in plures titulos et ca-
pitula distinguebant. Evangelium Matthæi divisum
erat in titulos lxxviii, in capitula cccclv. Vide Suidam
sub nominibus Matthæi et Marci.

605. In Vat. A hæc duæ voces, *Deus jam*, recenti
manu sunt additæ, prioribus abrasis.

606. Emmanuel idem est ac *nobiscum Deus*. Versus
vetustis obscurus sæclis est versiculus ille Isaiæ de
quo vers. 602.

607. Veitz., *ore?* interrogans.

608. Vat. A, *veneratur*, sed recenti manu factum
veneratus, quod sensus postulat.

610. Mar., *virginem*; ad oram recentiori manu,
virginia. De hac magorum historia et stella quain
modò vocat *pennatum nuntium*, confer hymn. 12 Cath.

B 612. Ex Virgilio lib. viii, vers. 687, *atque ultima*
secum Bactra vehit. Bactra urbs, regio aut provincia
sic cognominata in regione Scythiæ. Interpretes
aiunt vocari *ultima Bactra* a Virgilio, quia imperium
M. Antonii ultra non extendebatur. Prudentius Vir-
giliū epitheton arripuit, et *ultima Bactra* dixit, quia
imperium Romanum bis finibus continebatur.

613. Valde hoc loco veteres libri inter se discre-
pant. Giselinus et suis mss., unus Torrentianus, et
pro diversa scriptura. Rot., et Ox., *lactantibus*, ad-
dito duplici interpretamento in Ox.: *LUCTANTIBUS*,
quia a nativitate Christi horæ diei cum horis noctis
quodammodo luctantur, volentibus crescere debent.
LUCTANTIBUS, quia Christus lactabatur. Giselinus præ-
fert *lactantibus horis*, quasi horæ præ incredibili stu-
dio videndi Messiam sese mutuo prævertere conaren-
tur, ut in hymno Epiphaniæ simili auxesi: *Quid est*
quod arctum circum Sol jam recurrens deserit?
Christusne terris nascitur, Qui lucis auget tramitem?
Heinsius hos eodem versus considerans, aliquando
suspicabatur *laxantibus horis*, diem videlicet: quia
arctum circum nascente Christo sol deserit. Sed
postea agnovit verum esse *lactantibus horis*, hoc est
foventibus, et quasi nutrientibus. Sic hymno S. Lau-
rentii, vers. 572, *lactante complexu sinu: vel lacten-*
tibus horis, hoc est recens natis, ut apud Alcimum
Avitum lib. iv. *lactens orbis pro recens natus*. Vat. Q
et Bonon. cum Aldo legunt *lactantibus oris*; in hanc
lectionem inclinat Gall., et expl. cat. *extimis Orientis*
plagis, neque Marietius lectionem ullam discrepan-
tem adnotavit: quod etiam habent Noms., et a prima
manu Rot. et Oxonijs. Weitzius cum Egm., *lactan-*
tibus horis; idem Weitzius allegat Ald., Fabr., Widm.,
Bong. pro, *lactantibus*, sed non distinguit an *o* is an
horis. Fabricius quidem habet *horis*. Apud Heinsium
Put. et Thuan., *lactantibus horis*, unus Weitzii, *la-*
ctantibus horis. Verum in Weitzio nullum codicem
hujus lectionis reperio, sed solam editionem Gisellini.
Exstat vero *luctantibus* in Alex. et Urb. Teolius
præfert *lactantibus horis* cum quatuor, ut ait, vel
quinque Vat. canis, in quorum uno ab interpretis
manu est: *Quando Christus lactabatur*, et eadem manu
ad marginem: *Quidam codd. habent LUCTANTIBUS*
HORIS, quia nativitate Christi horæ diei cum horis noctis
quodammodo luctantur. Intelligit Teolius horas qui-
bus Christus ab ubere matris pondebat. Mihi placet
lactantibus, sed eo sensu quem explicui ad hymn. 8
Cath., vers. 19, scilicet *allicientibus*, sive *allectanti-*
bus. Aliter satis obscura videtur hæc locutio *illuxisse*
diem lactantibus horis, aut *illuxisse diem lactantibus*
horis. Clarior est Weitziana, *illuxisse diem lactantibus*
horis; aut si ex multis mss. sumamus *oris*, hoc est
terris, illuxisse diem lactantibus oris.

- Qua tener innupto penderet ab ubere Christus? A
 615 Vidimus hunc, aiunt, puerum per sidera ferri,
 Et super antiquos signorum ardescere tractus.
 Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox
 Astrologus, cecidisse anguem, fugisse leonem,
458 Contraxisse pedes lateris manco ordine
 [Cancrum,
 620 Cornibus infractis domitum mugire juvenum,
 Sidus et Hircinum laceris marcescere villis.
 Labitur hinc pulsus puer Hydrus: inde Sagittæ:
 Palantes geminos fuga separat: improba Virgo
 Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
 625 Quique alii horrificis pendent in nubibus ignes,
459 Luciferum timere novum: rota lurida
 [solis

GLOSSÆ VETERES.

617. Pernox, totam noctem vigilans, Iso.
 619. Manco, curvo, Mar. — Manco, contracto, debilitato, mutilato, vel imminuto. — Cancrum, quia cancro in latere depinguntur pedes, l.
 621. Hircinum, Capricornum. Capricornus Græce dicitur ægoceros. — Laceris, laceratis. — Marcescere, decrescere, l.
 622. Puer Hydrus, Ganimedes, aquarius. Græce dicitur hydrochoos. — Sagittæ, Sagittarius, l.
 623. Palantes, fugientes, diffugientes, l.
 624. Amatores tacitos, id est Elicem et Cynosuram dicit meretrices: et pelices Junonis sunt in polo, et nunquam vertuntur, sicut alia sidera; et ideo tacitos dicit. Fornix mundi dicitur polus, quia ibi vertitur orbis, et curvatura cœli fornix dicitur. — Fornice mundi, in convexitate cœli, vel rotunditate, l.
 625. Ignis, sidera, l.
 626. Lurida, pallida, obscura: pallidus color luridus dicitur, et plumbeus, Iso.

COMMENTARIUS.

614. Prag., pendeat pro penderet.
 615. Non puer sidere ferebatur, ut nonnemo hoc versu indicari existimavit, sed ejus ortus per sidus nuntiabatur. Confer hymnum 12 Cath., vers. 28.
 616. Mendum in Heinsio sigorum.
 617. Magos Chaldæos vocat. Vide loc. cit. vers. 25.
 618. Miris laudibus hos versus extollunt interpretes: unum Geselinum adducam: *Nihil hac fictione liberalius, nihil vividius, nihil ingeniosius, præsertim, si ejusdem stellæ laudes supra elegantissime decantatas hæc adducas, et cum hisce compares: incredibile, quanta ingenii vis, et elegantia utrobique elucebit.* De stellis quas nominat, consule Manil lib. 1, et astrologos.
 619. In Vat. A, ex laceris, recte factum recenti manu lateris. Virg. lib. 1 Georgic., ipse tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius. Prudentius de Cancro loquitur.
 621. Alii Hirquinum scribunt.
 622. Gis., Sagitta. Vett. edd., Sagittæ, recte, nam signum est Sagittarius. Heinsius edidit Sagitta, sed in notis monuit scriptos habere Sagittæ, non Sagitta, etsi hoc malebat Cauchius. Nostri quoque codd., Sagittæ. Cham., Cell., Teol. cum Heinsii textu Sagitta, qui fortasse Heinsii notam non observavit.
 623. Vat. A, palentes, fortasse pallentes cum Egm. et Pal. Alii melius palantes. In eodem Vat. A, male, reparat pro separat. Gemini fratres sunt Castor et Pollux. In editione Parmensi mendum puto reparat non ra sensum et metrum, nisi aliqua licentia adhibeatur.
 624. Cur Virgo, signum cœleste, improba dicatur, et quid sit prodere amatores tacitos in fornice mundi, non video a recentibus commentatoribus satis explanatum. Chamillardus nude interpretatur: *falsa Virgo*

- Hæret, et excidium sentit jam jamque futurum,
 Seque die medio velandum tegmine glauco,
 Splendoremque poli periturum nocte diurna,
 630 Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
 Hunc ego non cumulem myrrhæque, et thuris,
 [et auri
 Muneribus? Scio quem videam, quæ dona re-
 [pendam.
 Hunc ego non venerer, qui cœlo visus, humique
 Inventus rex, atque Deus moderatur utrumque
 635 Naturæ specimen, tumuloque inferna refringens
 Regna, resurgentes secum jubet ire sepultos?
 Cœlum habitat, terris intervenit, abdita rumpit
 Tartara: vera fides, Deus est, qui totus ubi quo
 [est.

- B 627. Hæret, dubitat. — Excidium, in passione Christi die medio, quando mortuo Domino tenebræ factæ sunt a die medio usque ad horam nonam, l.
 628. Velandum, sentit. — Glauco, obscuro, pallido, l.
 630. Orbe, solis circulo, Vat. A.
 631. Cumulem, honorem. — Myrrhæque et thuris et auri, aurum regem, vel fulgorem sapientiæ intelligimus; thus, quando Dominum credimus; myrrham, sepulcrum, vel quando carnem nostram vitium mortificamus, et offerimus, l.
 632. Rependam, retribuam, l.
 633. Cœlo, per stellam. — Humique, per magorum oblationem, l.
 634. Inventus, aditus, vel visitatus, l.
 635. Specimen, pulchritudinem. — Inferna, infernalita. — Refringens, confringens, l.
 637. Intervenit, implet. — Abdita, occulta, l.

- C deserit in cœlo suos procos tacitos. Ac videtur quidem prodere accipiendum ea significatione qua apud Virgilium lib. 11 Æn.: *Nec jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro.* Amatores ergo erunt aliæ stellæ, quæ tacitæ solent appellari; fornix mundi pro cœlo recte hoc loco, nam fornix est opus concameratum, et fornix etiam dicebatur, ubi prostituta pudicitia mulieres erant, ex quo *fornicari, et fornicariæ mulieres* in ecclesiasticorum auctorum voluminibus passim occurrit. Meursius in Critico Arnobii pag. 2, ut probet mundum pro cœlo sæpe accipi, hos versus adducit, sed nihil aliud animadvertit. Itaque sciendum ex Manilii lib. 11 et aliorum astrologorum doctrina, signa sese alia amare, alia non amare. Taurus et Arcitenens amant Virginem, quæ nullum amat. Illi ergo sunt amatores, quos fugiens Virgo deserit, improba fortasse dicta ob effecta non proba quæ ab astrologis illi adjudicantur.
 625. Aldi menda quinque pro quique.
 627. In Vat. A desideratur et. Ald., sensit. Melius sensit.

- D 628. Aldus, Put. a manu prima, velandam, non male de rota solis. Alii, velandum, scilicet solem.
 629. Pal., perituro, videlicet orbe. Reliqui aptius periturum.
 634. Vat. B, conventus pro inventus. Prag., utramque, et versu seq., speciem. Alii, utrumque specimen, Aldus, male, utrumque specimen.
 635. Fabr. regimen. Iso videtur legisse speciem. Vide vers. sup. in utrumque.
 636. Confer not. ad hymn. 9 Cathemer., vers. 95 seqq.
 638. S. Augustinus lib. xxii de Civ. Dei, cap. 29: *Non enim quia dicimus Deum esse et in cœlo et in terra (ipse quippe ait per prophetam: Cœlum et terram ego*

- Nunquid vana viros aut mens, aut lingua fe- A 660
[fellit?
640 **460** Nunquid fortuitis frustrantia dona dede-
[runt
Casibus, aut cæco votum sub honore dicarunt?
Quæ porro causa, aut ratio submittere colla
Ante pedes Mariæ, puerique crepundia parvi,
Si tantum mortalis erat, nec summa potestas
645 Implebat teneros divinis flatibus artus?
Sed jam tolle magos, thus, aurum, myrrha
[dona,
Quæ verum docuere Deum: præsep̄a, pannos,
Matris adoratum gremium, face sideris ardens.
Ipsa Deum virtus factorum, et mira loquantur.
650 Insanos video subito mitescere ventos,
Cum jubeat Christus: video luctantia magnis
Æquora turbinibus tranquillo marmore tendi
Imperio Christi; vident, calcatus eum: lem
Cum patitur gurges, tergum solidante liquore.
655 Ipse super fluidas plantis nitentibus undas
Ambulat, ac presso firmat vestigia fluctu.
Increpat ipse notos, et flatibus otia mandat.
Quis jubeat sævis aquilonibus: Ite, silete
Carceribus vestris, amploque facessite ponto,

GLOSSÆ VETERES.

659. Lingua, *oriatur stella ex Jacob. I., Vat. A.*
640. Frustrantia, *aliqua significatione frustrata, I.*
643. Crepundia, *puerilia dona, vel crepitacula ideo dicta, quia infantibus vagientibus tinnitus æris adiebat (sic), aut sonitu illo oblectarentur, ornamenta, I.*
65. Divinis, *Spiritu sancto, I.*
648. Gremium, *quia illum continebat in gremio, per quem sidus fulgebat, I., Mar.—Face, lumine Christi, I.*
650. Insanos, *turbidos, Iso.*
651. Luctantia, *concerantia, I.*
652. Marmore, *planitie, æqualitate, I.*
657. Otia, *tranquillitatem, I.*
659. Facessite, *quiescite, vel deficite; discedite, vel recedite, lassate, I.*

COMMENTARIUS.

- impleo), aliam partem dicturi sumus eum in cælo habere, et in terra aliam; sed totus in cælo est, totus in terra, non alternis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. Expositio Wilkii ultra hunc versum non progreditur.*
640. Vat. B et Mar. a prisca manu, *fortuitu.*
649. Egm., et Pal., *facturum.* De miraculis Christi vide hymnum 9 Cath.
650. In quibusdam vulg., *mutescere, haud inepte.* Infra vers. 658, *ite, silete carceribus.*
656. Bong., Vat. B, Mar. a prima manu, *et.* Aldus et Fabr. apud Weitzium, *et;* mihi Aldus, et Fabricius cum aliis, *ac.*
658. Alii, *silete, carceribus, etc.*
662. Virg. lib. 1 Æneid., vers. 84: *Nimborumque facis, tempestatumque potentem.*
665. Rat., *ridenti:* metrum exigit *ridente.* Verrere mare, cœlum, nubila apud Lucretium, Virgilium, Ciceronem, et optimos quosque scriptores.
664. Pal., *calcaret pro calcarit.*
666. *Sola pro infimis pedum plantis:* quod non intellexisse Fabricium ait Barthius lib. xxv Advers., cap. 12. Fabricii interpretatio est, *habens sub se solum pendulum.* Recte exploditur a Barthio. Vide hymnum 3 Cath., vers. 129, et hymnum S. Agnes, vers. 116.
667. Verbum *spiritus* dicitur, ut antea adverti. Non assentior Petavio, qui lib. 1 de Opificio sex dierum, cap. 3, Prudentium exponit de Spiritu sancto.
665. Sit nisi cœlipotens, aquilonum conditor idem?
461 Ninguidus agnoscit boreas, atque imbrifer
[eurus
Nimborum Dominum, tempestatumque poten-
[tem,
Excitamque hiemem verrunt ridente sereno.
Quis pelagi calcarit aquas? quis per vada glauca
665 Gressibus impressis spatiat, triverit udum
Non submersus iter, sola pendulus, et pede
[sicco,
Æquoræ nisi factor aquæ? qui spiritus olii,
Ore superfusus patrio, volitabat in undis
Nondum discretis, nec certo litore clausis?
670 Sustinuit gressum Domini famulus liquor, ac se,
Mobilitate carens, solidos substrinxit ad usus.
Quid diversa Dei memorem facta Inclyta Christi,
Altius inspecta quem majestate negator,
462 Haud dubitans hominem, tute ipse fate-
[bere numen?
675 Ille vit cæcos oculos, et lumina limo
Reddidit, humectam sacro sputamine terram
Contrectans digitis. Luteum medicamen operta
Nox habuit: tenebras obducta uligo removit:
Insuper ostendit, quonam caligo lavacro

- 680 Expurganda foret. Variis Siloa refundit **A**
 Momentis latices, nec fluctum semper anhelat :
 Sed vice distincta largos lacus accipit hantus.
 Agmina languentum sitiunt spem fontis avari,
 Membrorum maculas puro ablutura natatu.
- 685 Certatim interea roranti pumice raucas
 Exspectant scatebras, et sicco margine pendent,
 Hoc limum jubet impositum de fonte lavari
 Christus, et infusa vultum splendescere luce.
463 Norat enim limo sese informasse figuram
- 690 Ante tenebrosam, proprii medicamen et oris
 Adjecisse novo, quem primum finxerat, Adæ.
 Nam sine divino Domini perflamine summi
 Arida terra fuit, nulli prius apta medelæ :
 Sed postquam liquidus cœlesti spiritus ore
- 695 Virgineam respersit humum, medicabilis illa est : **B**
- Inde trahit succum, lentoque humore saltem
 Ulinit, Infunditque diem baptismate lota.
 Cæcus adest, oculis jam Christi ex ore relectis,
 Seque luto, et nitidis lucem sumpsisse fluentis
 700 Clamat, et auctorem stupefacta per oppida mon-
 [strat.
 Auctorem lucis, largitoremque dierum,
 Non dedignatum medicæ purgamen aquai
 Corpore sub proprio monstrare errantibus ægris
464 Millibus ex multis paucissima quæquere-
 [texam,
 705 Summatim relegens, totus quæ non capit orbis.
 Quinque in deserto panes jubet, et duo pisces
 Apponi in pastum populis : qui forte magistrum,
 Non revocante fame, stipabant undique septum,
 Immemoresque cibi vicos, castella, macellum,

GLOSSÆ VETERES.

681. Anhelat. emanat; non semper inundant aquæ illic, Iso.
 685. Roranti, fluitanti. — Raucas, sonantes, vel morantes, I.
 686. Scatebras, ebullitiones. — Margine, litore, Iso.
 689. Figuram, hominem de limo, I.
 690. Medicamen, spiramen; inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, Iso.
 692. Sine divino, antequam spiritum illi dedisset, I.
 694. Liquidus, spiritualis, I, Mar.
 696. Lento, adhærenti, flexibili, I.
697. Diem, lucem, I, Mar.
 700. Auctorem, Christum, Iso.
 702. Medicæ, medicantis. — Aquai, aquæ. — Purgamen, quia medicina peccatorum est baptismus : ipse enim in corpore proprio monstravit purgamen medicæ aquæ, baptismum suscipiens, I.
 703. Sub proprio, sc. Christum monstrat in baptismo, I.
 705. Summatim, breviter, I.
 706. Duo, pro duos, sic ambo pro ambos, I.
 707. In, pro ad, I.
 709. Macellum, ubi tantum cibis, et potus venditur, I.

COMMENTARIUS.

681. Quod hic ait, nec fluctum semper anhelat, loc. cit. aliis verbis effert, latex, quem spiritus horis Eructat variis. Prudentius eandem ez e vult probaticam piscinam Bethsaida, seu Bethesda dictam, ac natatorium Siloe. De Probatica piscina, ubi jacebat multitudo magna languentium, expectantium aquæ motum, Joannes cap. v : de natatoria Siloe, ad quam Jesus cæcum remisit, idem evangelista cap. ix. Recentiores perique distinguunt; sed nonnulli veteres eandem piscinam fuisse putant, in quam aquæ fontis Siloe confluerint. Irenæus lib. iv adversus Hæreses, cap. 19 : Siloa etiam sæpe sabbatis curavit, et propter hoc assidebant ei multi die sabbatorum. Arator lib. 1 : Signatis etiam numero paralyticis annis Ille jacebat iners, cui proxima nota Siloa. Heu! nullas præstabat aquas. Non ergo lapsus est poeta, aut confundit, et permiscet historias, ut nonnulli objiciunt, sed aliorum opinionem tenet.
684. Optimæ membranæ Heinsianæ, ablutura; Put., ablutura. Ald., Gis., Weitz., Urb., Vat., Q, alique mss., ablutura; quod puto in Put. reponendum. Alex. a secunda manu, ablutura, quod teneo, quia Latinius est.
694. Mar., mendose, adjectivesse.
694. Ald., cœlestis pro cœlesti, quod debet præferri, nisi legas cum Cellario liquido cœlestis spiritus ore : quod nescio unde sumpsit. Fortasse opinatus est spiritum et liquidum non bene inter se coherere. Id falsum esse ostendi proleg. num. 164, et glossa hoc loco explicat, liquidus, spiritualis. Poeta more suo baptismum allegorice in his Scripturæ locis intelligit, ut versibus sequentibus exponit.
697. Baptisma, baptismus, baptizo, vocabula ecclesiastica ex Græcismo. Baptisterium Plinii est lib. v, epist. 6. Recte infundere diem de lumine, et gratia baptismatis, quod a veteribus passim illuminatio appellatur. S. Joannes Chrysostomus, catechesi 4 ad illuminandos : Vocatur et illuminatio, a:que ita hoc ipsum (baptisma) Paulus ipse appellavit (scilicet ad Hebr. vi, 4; x, 32). Ipse fons baptismatis φωτιστήριον sive illuminatorium vocabatur. Inde fortasse consuetudo invaluit, ut baptizati statim a suscepto baptismate accensos cereos manibus tenerent, ut lumen internum, quo erant perfusi, indicaretur.
702. In Egm., male, purgamen in aquæ; item in Pal. mendum purgamina quæ. In Aldo, purgamina lymphæ. Nostri mss. et vetustiores Heinsiani, purgamen aquai; quæ vera est lectio. Aquai pro aquæ apud Lucretium, Maronem et alios. Heinsius conjicit purgamina aquai, et in Tornæs. ita legi refert Gallandius.
704. Bong. et Widm. supra, relexens, et vers. seq., relegens. Heins., e multis.
705. Heinsius cum suis veteribus, relegam, quod habet Mar. a prima manu, et Vat. A, Weitz., Aldus, Vat. B, Rat., Gis., Fabr., relegens; Prag., religens. Cellarius nescio a quo sumpsit paulatim pro summatim, quod exigit sensus. Teolius videtur solum Cellarium exscripsisse; non enim allegat codd. mss. pro paulatim, et legit cum Cell. paulatim relegens. Barthius, lib. xli, cap. 24 Advers., ex hoc loco Prudentii, quem obiter theologum eruditissimum appellat, colligit, postrema verba Evangelii S. Joannis non de numero librorum, sed de pondere mysteriorum esse intelligenda. Sedulius clare numerum librorum explicat in fine operis paschalis : nec totus cingere mundus Sufficeret densos per tanta volumina libros.
706. Ecclesiastici scriptores usurpant desertum singulare et substantivum, ut Tertullianus et S. Hieronymus. Profani antiquiores dicunt deserta. Veteres grammatici tradunt dici posse duo pro duos. et Fridericus Besselius Miscellan. syntagn. pag. 206 in Vegetio restituit ex mss., Quadraginta duo pedes.
708. Prag., nec pro non. Undique septum ex Virg. lib. ix, vers. 783.

- 710 Oppida, mercatus, et conciliabula, et urbes **A** Sed Deus omnipotens orbem sine semine finxit.
 Respuerant, largo contenti dogmate vesci. Nil erat omnino, quod est : nil id, procedere, et
 Multa virum strato fervent convivio feno. [esse,
 Centenos simul accubitus iniere sodales, Atque novum fieri, mox et grandescere jus-
 Seque per innumeras infundunt agmina mensas, [sum est.
 715 Pisciculis (jam crede Deum) saturanda duobus, Parvum de nihilo primum fuit : addita parvo
 Et paucis crescente cibo per fragmina crustis. 730 Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
 Ambesis dapibus cumulativè aggesta redundant Ergo ego, cum videam manibus sic crescere
465 Fercula, bis senos micarum molibus im- [Christi
 [plent Parva alimenta hominum, possum dubitare,
 Post cœnam cophinos, crudus conviva resudat [per ipsum
 720 Congeriem ventris, gemit et sub fasce minister. Exiguas rerum species, elementaque mundi
 Quis cumulare potest epulas in grandia parvas? Ex nihilo primum modica, et mox grandia
 Quis, nisi qui corpus, pastumque, et corporis [sensim
 [omnem 735 Crevisse, ex modicis quæ consummata videmus?
 Condens ex nihilo nulla existente creavit **B** Ac ne post hominum pastus calcata perirent,
 Mundum materia? Non sicut sculptor ab æris Neve relicta lupis, aut vulpibus, exiguisve
 725 **466** Rudere decoctam consuescit vivere mas- Muribus in prædam nullo cunctode jacerent :
 [sam. Bis sex appositi, cumulativè qui bona Christi

GLOSSÆ VETERES.

710. Conciliabula, ubi concilia agebantur, Vat. A. ubi concilia celebrabantur, I.
 712. Virum, virorum, I.
 717. Aggesta, cumulata, I.
 718. Micarum molibus, fragmentis, I.
 719. Crudus, plenus, satur, indigestus, rusticus, I.
 720. Congeriem, satietatem, Vat. A. — Congeriem ventris, saturitatem. — Sub fasce, cophinorum, I.
 721. Grandia, in tam multiplicia, I.
 723. Existente, manente, I.
 725. Rudere, mina a terra, ubi æs tollitur, I.
 736. Semine, materia, I.
 727. Procedere, unde processisset, I.
 728. Mox et grandescere, non quo omnia quæ Deus creavit, perfectæ pietatis non fuissent (sic), sed poetæ dicit, I.
 735. Consummata, perfecta, I.
 736. Calcata, fragmenta, Vat. A.
 739. Appositi, scilicet sunt corbes, id est apostoli, I. De apostolis hoc intellige, Vat. A.

COMMENTARIUS.

710. Conciliabula sunt pagi, sive, ut alii aiunt, conciliabula sunt, ad quæ rustici emendi aut vendendi causa in vicis et agris conveniunt. Alex. a secunda manu, et Urb., mercatus.

718. In Rat. fuit molibus, male, pro molibus: nisi velis, mollia micarum dici pro micis mollibus, quod non est absurdum, et favet glossa. Cham., mollibus; sed in interpretatione, multitudine fragmentorum.

719. In Mar. a prima manu, cœnas; in Vat. A. recenti manu factum cœnam, abrais prioribus litteris. Alii cœnam.

720. Prag., ministra, non bene.

721. Cauchius conjiciebat in prœdia parvas pro in grandia parvas: quod neque Heinsius, neque mihi probatur.

722. Mar., Weitz., omne; alii, omnem. Heinsius suspicatur pastum quoque corporis omnem; vel intelligi omnem materiam, quod vocabulum sequitur. Si mutatio esset invehenda, mallet Quis, nisi qui corpus, et pastum corporis omnem Condens ex nihilo, nulla existente creavit Mundum materia? In carminibus Prudentii sæpe errores ab his inducti sunt, qui poetæ consuetudinem ignorarunt, et metri rationem habere volentes, neque satis artis poetice scientes, veram lectionem corruerunt. Si legatur corpus, et pastum ultima in corpus ratione cæsurae producit, quod Prudentio est familiare. Cell., et Teol. Heinsii conjecturam secuti sunt.

724. Giselinus cum Daventriensi ed. legit non sicut sculptor ab ære Crudam, et in decoctam consuescit fingere massam: qui putavit minus bene dici rudus æris. Ald., Put., Thuan., Oxon., Rot., tres Torr., Egm., Pal., Mar. a prima manu, Vaticani optimi, non sicut sculptor ab ære Rudere decoctam consuescit vivere massam. Scilicet consuescit pro consuefacit, ut lib. I contra Sym., vers. 541, assuescit supero pollere in sæcula regno, et hymno 9 Cath. Omni hora, vers. 95,

sepultos ut redire insuesceret, quod prius Alcimum Avitum cogitasse ait Heinsius, oblitus Prudentium antiquiorem esse Avito, nisi voluit Heinsius dicere **C** Alcimum Prudentii hunc locum fuisse imitatum. Sed monendum (ait) prius Alcimum Avitum libro primo poematum hæc Prudentii cogitasse, quanquam sensu non nihil diverso, agit enim de creatione hominis: Inde ubi perfectis consuescit vivere membris Totus homo. Ponitur rudus æris pro ære nondum excocto. Sic hymno S. Laurentii vers. 189: Aurum quod ardentem sitis Effusa gignunt rudera. Hinc porta ærata Romæ rauduscula dicta est, quia rudus vel raudus proprie est æris. Jam vivere de statu affabre factis dici, non ultis exemplis confirmat Heinsius, et nemo est qui revocet in dubium. Pro vivere legunt fingere Weit., Mar. a recenti manu, Rat. vetustissimus, et quidem sine ulla litura, Vat. Q. Chamillardus more suo Heinsium fere exscribit, quod mirandum non est: nam in præfatione fatetur se Heinsii lectiones, quantum in se erit, securitum. Teolius ait Heinsii lectionem ex membranarum fide unice veram esse, et gloriam ejus lectionis restitutæ totam Heinsii esse. Sed monendum plures codices variare, ut vidimus, et jam ante Heinsium in Ald. et aliis editis legi consuescit vivere: neque ita certam esse Heinsii lectionem, ut alia sustineri non possit, nam fingere de sculptore non absurde dicitur, neque satis huic I congruit laudare peritiam artificis. Quia corpus ex materia existente factum est, sæpe Prudentius verba fingere utitur ad ejus formationem explicandum. Ita nunc fingere massam non dedecet. Imo non minus existimat omnino præferendum esse fingere massam. In glossa mina pro fodina vox est mediæ ævi.

731. Prag., Mar. a prima manu, age pro ego.

732. In Mar. fuit elementa, male.

736. Vat. A, At ne; cæteri, ac ne.

- 740 Servarent, gravidis procul ostentata canistris. **A** Sed quid ego hæc autem titubanti voce retexo, Indignus qui sancta canam? procede sepulcro **467** Lazare; dic, cujus vocem tellure sub ima Audieris : quæ vis penetraverit abdita lethi?
- 745 Quod cum te Christus penitus nigrante pro-
[fundo
Immersum vocat, ut redeas, ceu proximus,
[audis,
Nec remoratus ades? quæ tam vicina Charybdis
Regna tenebrarum tenui distantia fine
Conjungit superis? ubi tænarâ tristia vasto
- 750 In præceps dejecta chao, latebrosus et ille
Amnis inexplētis volvens incendia ripis?
Ante fores tumuli, quas saxa immania duro
Obijce damnant, scopulis substructa cavatis, **B**
Siat Dominus, nomenque ciet frigentis amici.
- 755 Nec mora, funereus revolūtis rupibus horror
Evomit exsequias gradiente cadavere vivas.
468 Solvite jam lætæ redolentia vincla so-
[rores,
Solut odor sparsi spiramen aromatis efflat,
Nec de corporeo nidorem sordida tabo
- 760 Aura refert, oculos sanie stillante solutos
Pristinus in speculum decor excitat, et putre-
[factas
Tincta rubore genas paulatim purpura vestit.
Quis potuit fluidis animam suffundere membris?
Nimirum qui membra dedit : qui fictilis ulvæ
- 765 Perflavit venam madidam : cui tabida gleba
Trahit sanguineo infecto humore colores.
O mors, auritis jam mitis legibus! o mors,
Surda prius, jam docta sequi, quodcunque ju-
[betur,

GLOSSÆ VETERES.

740. Gravidis, *plenis*. — Procul ostentata, *prope dispersa, præparata ad reponendum*. — Canistris, *vasis, cophinis*, l.

744. Abdita, *secreta*, l.

747. Charybdis, *Charybdis secundum fabulam femina fuit quam Hercules in mare præcipitavit, quia seratrix erat, et adhuc officium suum facit; quia naves venientes devorat; sed revera petra est, et hic pro inferno posuit, qui omnes ad se venientes in æternam trahit voraginem et interitum*, l.

748. Tenui, *angusto*, l.

749. Superis, *vivis*. — Trenara, *loca pœnalia, vel inferna, lamentationes reorum, vel loca infernalia*, l.

750. Præceps, *in præcipitium*. — Chao, *voragine*, l.

751. — Amnis, *Cocytus*. — Inexplētis, *insat' abilibus*. — Incendia, *ignes*, l.

753. Damnarunt, *clausurunt*, Iso.

754. Ciet, *vocat*, Mar. — Frigentis, *quatruiduanus erat*, l.

759. Nidorem, *setorem*,

763. Fluidis, *putridis, dissolutis*, l.

764. Fictilis, *imaginabilis*. — Ulvæ, *terræ; ulva, herba palustris; sed hic pro illo limo posuit, unde homo factus vel formatus est*, Iso.

765. Venam, *sanguinem*. — Cui, *ab illò, vel per quem*. — Tabida, *pigra*, Iso.

766. Infecto, *immisso*, l. *Corrupto*, Vat. A.

767. Auritis, *ab aure, quæ audis*, l.

COMMENTARIUS.

741. *Sed quid ego hæc autem*, Maro lib. II Æn., C. vers. 101. In Vat. A desideratur *autem*. In Rat., *audax*, ex correctione alterius manus, veteris tamen. Non probò.

742. Fabr. et Gis., *tanta*. Codd. mss., et alii editi, *sancta*. Victorinus Pictaviensis : *Procede sepulcro, Lazare, clamat*.

743. Prudentius producit primam in *Lazare*, et corripit secundam, uti fecit etiam hymn. 9 Cath., vers. 47. Hinc confirmo, non recte Heinsium, Cham., Teol., et Cell. pro *Eleazar* posuisse *Lazari* vers. 154 hymni 10 Cath.

744. Rat., *audieras*; relliqui, *audieris*. Gis., *penetravit ad*. Ald., *intima*; alii, *abdita*.

749. Prag., *ubi tristia tartara*. Vat. B, Widm., Bong., Mar., Rat., Urbin., *trenara tristia*. Alii, *thenara*, vel *tænara tristia*. Iso videtur legisse *thenara* a threnis seu lamentis. *Tænari* vox accipitur pro inferis, quia in monte Tænaro specus erat hiatus profundo.

751. Vat. B, implexis. Mar., *inexplētis*, sed recenti manu et *expletis*. Verum est *inexplētis*, hoc est, *insatiabilibus*, quod est epitheton inferorum proprium.

753. Weitz., Iso, Mar., Prag., Rat., *damnarunt*. Prag., Egm., *substracta vel subtracta*. Rat., *substracta*, minus bene, pro *substructa*.

754. Recte notat Chamillardus ex Fes o, *ciere* esse vocare, ut apud Virgilium, *Ære ciere viros*.

755. Vat. A, *funereis*; melius *funereus*.

757. Alloquitur Mariam Magdalenam et Martham, sorores Lazari. Vide Joan. xi.

759. Elmenhorstius in Arn. pag. 116, ex hoc Prudentii loco et ex hymno 2 Perist., vers. 388, collatis aliis auctoribus, plura habet de *nidore*, qui gravis est odor præsertim sacrificiorum.

761. Ex vero simili refert poeta, Lazarum speculo pristinum decorem vidisse : nisi malis ita explicare,

C oculos iterum vitæ redditos fuisse, et in morem speculi lucidos.

762. Mar. mendum a prima manu, *tincta robore*.

763. Ald., *qui*; cæteri, *quis*, Prag., Widm. supra, *diffundere*.

764. Latinius in Bibl. sel. legit *fictilis urnæ*. quæ non est absurda lectio, nisi contra mss. starent. In versu seq. pro *venam* nonnullæ editiones habent *vestam*, mendose : ex quo aliquis conjecit *vestem*, ut corpus dicatur madida vestis fictilis urnæ. *Urna proprie vas est quod pro condendis defunctorum, cineribus adhiberi solet, de quo poeta : Cælo legitur, qui non habet urnam*. Hæc Isidorus noster XVI Etym. cap. 26.

767. Gis. in contextu, *auditis*; ad oram, *auritis*, quod habent alii. Sensus magis commodus videtur esse cum *auditis* quam cum *auritis*, neque enim leges audierunt mortem, sed mors leges Domini præcipientis. Vat. Q, perperam, *haustis pro auditis*. Teolius ait omnes Vatt. habere *auritis*, inter quos duo habent hanc interpretationem *auritis*, hoc est *exaudibilis*. Fortasse poeta intelligit leges mortis esse *auritas*. In Rat., *mitis jam* : in aliis *jam mitis*.

768. Fabr., *quacunq̄ue jubetis*, quod Heinsius et mihi placeret, si per mss. liceret. Ald., Thuan., Oxon. et alii, *quacunq̄ue jubetur*. Vat. B, Noms., Bong., *quacunq̄ue jubetur*. Rot., Cauch., *quacunq̄ue jubetur*. Præfero cum Put., Prag., Rat., Vat., A, Mar., Weitz., Gall., Tornæs. et aliis, *quodcunque jubetur*. Gis. in contextu, *quacunq̄ue jubetur*; ad marg., *quacunq̄ue jubetur*; al. *quacunq̄ue*. Sich., *quacunq̄ue jubetur*. Gallandius Aldum laudat pro *quodcunque jubetur*; sed Aldus mihi habet *quacunq̄ue*, idemque lego in exemplari Aldi in bibliotheca Sapientiæ.

- 469** Cui tantum de te licuit? convicta fatere, A
770 Esse Deum, solus qui me tibi præripit, Iesum.
 Abde negatores Christi, nemo invidet, abde :
 Utere sorte tua, blasphemis nocte tenendis
 Perpetua : plebem justorum capta resolve,
 Qui norunt hominem, atque Deum sic dicere
 [Christum,
775 Ut verus, summusque Deus mortalia gestet.
 Ipse gerit, quod struxit, opus, nec ferre pudescit,
 Factor quod peperit : corpus loquor, atque
 [animæ vim.
 Finxerat hoc digitis, animam sufflaverat ore.
 Totum hominem Deus assumit : quia totus ab
 [ipso est,
780 Et totum redimit, quem sumpserat, omne re-
 [ducens, B
 Quidquid homo est : istud tumulis, ast illud
 [abyssos.

- 470** Occurrit dubitans hic dissertator, et
 [illud
 Objicit : Anne fides capit, ut substantia, flante
 Inspirata Deo, cruciatum sentiat, atque
785 Inferni petat ima poli, barathroque coquatur?
 Crede, animam non esse Deum : sed crede,
 [creatis
 Majorem cunctis : ipsam quoque crede creatam.
 Formata est namque ore Dei, quæ non erat
 [ante :
 Sed formata habitu pulcherrima, pictaque rebus
790 Divinis, et plena Deo, similisque creati.
 Non tamen ipsa Deus : quoniam generatio non est,
 Sed factura Dei est. Solus de corde parentis
 Filius emicuit : verus Deus ille. Sed istud
471 Collatum est animæ, subito ut quæ non
 [erat, esset.
795 Ille coæternus Patris est, et semper in ipso :
 GLOSSÆ VETERES.

769. De te, in te. Iso.
 771. Abde, absconde, I.
 773. Capta, a Christo, I.
 776. Gerit, portat, I.
 780. Sumpserat, in se, I.
 781. Istud, corpus. — Illud, animam. — Abyssos, abyssum vocat cælum : quia sicut dicimus altum mare, sic etiam profundum cælum. Sic etiam abyssum cælum dicimus. — De natura animæ : Dicunt hæretici animam partem esse Dei. Substantia omnis trifariam

dividitur, in Deum animam, corpus scilicet. Vel siquidem Deus summum bonum est, anima magnum bonum est, corpus quoddam bonum : sine his tribus nihil est, I.
 782. Dissertator, concertator, disputator, I.
 783. Objicit, opponit, I.
 784. Inspirata, anima. — Deo, a Deo, I.
 785. Ima, Canopum dicit, quem antipodes nostri vident; infernum dicunt aliqui esse, I.
 789. Pictaque, imaginata, I.

COMMENTARIUS.

769. Aldus excuderat *convicta fetero* : in emendationibus correxit *conjuncta fatere* novo errore. Virgilius, lib. vi, *Cui tantum de te licuit?*

770. Weitz., Sich., Mar., Prag., *esse Deum solum*, C
 qui. Alii, *esse Deum, solus qui*. Ineptissima est correctio addita Ratisbonensi, erasa priori lectione, *Esse Deum, qui me tibi præripit unus, Iesum*, quasi aliter non constaret carmen.

772. *Utere sorte tua*, Virgilius lib. xii, vers. 932. Vat. A, *blasphemos nocte tenenti perpetua*. Ald., Vatt. B, Q, Mar., Rat., *blasphemis nocte tenendis perpetuam plebem justorum*. Hoc sequitur Weitzius ita distinguens, *Utere sorte tua blasphemis nocte tenendis! Perpetuam plebem*. Weitzius agnoscit probam esse lectionem Giselinii *blasphemis nocte tenendis perpetua*; sed ait, refragari Ald., Fabr., Egm., Widm. In Egm. et Pal., *nocte tenentis*. Heinsius hoc loco cessavit, Giselinum secutus, ac nihil notans. Mihi placet lectio Vat. A, *blasphemos nocte tenenti Perpetua, plebem justorum capta resolve*. Sed non displicet lectio Gis. et Prag., quam sequor.

777. Mar., *animavit*; et pro div. lect., *animæ vim*, quæ præferenda est.

779. Prag., *assumpsit*. Alii, *assumit*. Nonnulli SS. Patres hoc vocabulum *assumptionis* præsertim cum concreto noluerunt usurpare, quasi id Nestorio faveret. Alii illud adhibuerunt. Augustinus lib. xi de Civit. Dei, cap. 2, *homine assumpto, non Deo consumpto*. Vide plures apud Petavium, tom. IV, part. 1, lib. ii de Incarnat. cap. 1, et Patres concilii Toletani IV et VI, ut alios recentiores omittam.

784. Hoc loco *abyssus* accipitur pro sede animarum post obitum. Vox ecclesiastica est pro inferis. Isidorus lib. xiii Etym., cap. 20 ait : *Abyssus, profunditas aquarum impenetrabilis, sive spelunca aquarum latentium*. S. Hieronymus in Eccles. 1 : *Hanc matricem abyssum tartarus vocat Plato in Phædone*. Teolius explicat *abyssum* de cælo cum glossa. Ego intelligo, corpus e tumulo, animam ex abyssos extrahi.

782. Ald., Mar., Rat. et codd. Heinsiani cum

Weitz. et aliis vulg. habent hunc titulum *De natura animæ*, quem auferendum esse putat Heinsius, quia et sequentia ad disputationem contra Homuncionitas referri par est. Gis. ad oram, *Animæ natura*. In Alex. et aliis exstat idem titulus *De natura animæ*. Vide not. seq. et quæ supra ad vers. 418 admonui. De voce *dissertator* dixi vers. 28 præfat. 2.

783. Prudentius sæpe ait animam esse a Deo flante inspiratam, oris divini esse opus, et similia, ut inuat esse spiritualem, nam spiritus et flatus eadem sunt significatione. Contra asserit corpus digitis Dei factum, ut constet ex materia existente productum, non denuo creatum. Nunc ergo diluit argumenta adversariorum, qui aiebant fieri non posse ut anima spiritualis et incorporea pœnis infernis torqueretur. Hanc quæstionem agitant S. Augustinus alique Patres et theologi. Prudentius disputare videtur contra gnosticos, qui animam partem Dei esse affirmabant; adeoque non male diversus titulus adhibetur : nam Homuncionitarum alius erat error.

784. Weitz., Gis., Vat. B, Mar., Prag., Rat., *atque*. Ald., Egm. Pal., et vetusti Heinsiani cum Alex., Urb., Vat. Q, *utque*.

786. Giselinus his duobus versibus ter posuit *credo pro crede* perperam.

791. Quod ait *generatio non est*, intelligit animum non esse filium Dei.

795. Editi ante Heinsium, *Filius emicuit, verus Deus ille, sed istud*. In Alex. perperam, *verus verus Deus ille, sed istud*. Heinsius cum Put. et Thuan., *verus, verus Deus ille. Collatum est*, etc. Teolius sequitur Heinsium, et unum tantum Vat. allegat pro alia lectione. Sed in Mar. et nostris aliis, ut in edd. antiquis.

791. In exemplari Aldi, quod exstat in bibliotheca Sapientie, est nota nis. *Conflatum est animæ, scilicet spiraculum*. Sed vera lectio *collatum*.

795. Rat., Weitz., Bong., Gis., *Patri*. Plerique et vastiores, *Patris*. Bong., *in ipso est*, quod cum Toru. retinuit Gallandius.

- Nec factus, sed natus, habet, quodcunque pa- A
[ternum est.
Hæc similis, velut umbra, Dei est. Sic ipse lo-
[cutus
Factor utroque hominem meditans de figmine
[iunctum
Ædificare sui similem; sed non habet umbra,
800 Quod corpus solidum, cuius imitatio in umbra
[est :
Atque aliud verum est, aliud simulatio veri.
Est similis, sæclis quod non consumitur ullis;
Quod sapiens, justique capax, reginaque rerum
Imperat: antevidet, perpendit, præcavet, in-
[stat;
805 Verborum, morumque opifex, instructaque mille
Artibus, et cælum sensu percurrere docta.
472 His animam similem sibi conditor effigiavit, B
Cætera dissimilem; quippe hæc comprehendere
[promptum est,

GLOSSÆ VETERES.

797. Hæc similis, anima Deo, Iso.
798. Utrouque, anima et corpore. — Figmine, *figmen-
to*, I.
799. Umbra, anima perpetua est, sicut Deus; sed
sicut umbra distat a corpore, ita anima distat a perpe-
tuitate Dei, I.
800. Corpus solidum, majestas, I.
802. Est similis, anima similis Deo in hoc, I.
804. Perpendit, æstimat, discernit. — Inñt, loqui-
tur, I.
805. Opifex, artifex, I.
807. His, officiis, prædictis rebus, Iso.
808. Cætera, per cætera officia — Promptum, facile,
manifestum est, I.
809. Modus, mensura ultima, linea. — Species,

COMMENTARIUS.

798. Put., *junctim*; alii, *junctum*.
800. Thuan. et Gis. *simulatio*; cæteri, *imitatio*.
Giselinus putavit, metro et sensui repugnare imita-
tio; falsum utrumque. Cæsura ratione sæpe brevem
Prudentius producit. Umbram autem *imitationem*
quamdam esse corporis quis neget?
801. Mar.; at, recenti manu factum atque: Tertul-
lianus lib. II contra Marcionem, cap. 9, *Sicut enim
imago, cum omnes lineas exprimat, veritatis vi tamen
caret, non habens motum: ita et anima imago Spiritus,
solam vim ejus exprimere non valuit, id est, non delin-
quendi felicitatem.*
802. Bon. a prima manu, et Sich., *quia*. Reliqui,
quod, eodem sensu. Poeta imaginem, et similitudinem
Dei in animæ nostræ immortalitate ex parte collocat.
Faustus Reiensis, lib. I de Lib. Arb., cap. 1: *Quid
vero aliud intelligendum est etiam in ipsa, quæ homo
conditus est, Dei imagine, nisi perennitatis insigne?*
Adde Maximum martyrem cent. 5, cap. 25.
803. Vat. A, *quo*; melius *quod*. Sermo est de anima.
804. Gis., *in-tat*; ad oram, *infit*. Ita Iso. Gifanius
Indic. Lucr. legit ex vet. cod. *antevidet conjuncte*,
quod placet.
805. Weitzius invenit in vulgatis nescio quibus
rerumque pro morumque.
806. De mentis velocitate passim auctores, et plu-
ra poetæ.
807. Hæc vox *effigio* explanata est hymno 10 Cath.,
vers. 4.
808. Egm. et Pal., *sumptum*, non video quo sen-
su pro *promptum*.
809. Prag., *ac pro at*.
810. Consule Wowerum, Onziliun, Meursium ad
Minucii verba, quæ exripsi in nota vers. 7 Apoli.

- Quam modus, et species determinat; at Deus
[ingens,
810 Atque superfusus trans omnia, nil habet in se
Extremum, ut claudi valeat, sensuve teneri.
Incomprensa manet virtus, cui linea desit
Ultima, quam spatium non mensurabile tendit.
Ergo animam factam, magno et factore minorem,
813 Majoremque aliis, atque omnibus imperitantem,
Corruptela putris nascentem turbida carnis
Concipit, ac membris tabentibus interfusam
Participat de sæce sua; sit mixta deinde
Peccandi natura luto cum simplice statu.
820 Sed fortasse animam, Domini quia fluxit ab ore,
Compositam, factamque neges; velut ipsa Dei
[pars,
473 Quod dictu scelus est, tetras trahat oblita
[culpas,
Et pessum damnata ruens; chaos intret opertum.
Sit res illa Dei, non abnuo: pars tamen illa

divisio. — Determinat, *fnit*, I.

810. Superfusus, *dilatatus*, I.

811. Extremum, *terminabile, fniabilis*, I.

812. Incomprensa, *incomprehensibilis*. — Linea,
terminus. — Desit, *deest*, I.

815. Aliis, *creaturis*, Iso.

817. Tabentibus, *putrescentibus*, I.

818. Participat, *partem facit habere*. — Sæce, de
peccato corporis, I.

819. Natura, *scilicet*.

822. Oblita, *circumdata*, I.

823. Pessum *perditione, male*. — Chaos, *voragi-
nem*, I.

824. Non abnuo, *non nego*, I.

C Petavius lib. III, cap. 9, tom. I, multa in hanc sen-
tentiam congerens, *Et pulcherrime, ait, Prudentius:
At Deus ingens, Atque superfusus.*

813. Vegetius *mensurare* dixit, Claudianus Mamer-
tus *mensurabile*, Salvianus *immensurabile*.

819. Weitzius allegat M. Berg. pro *peccanti*. In
Cauch., Bonon. et Rot., *peccando natura luti*; tres
Tor., *peccando natura luto*. Cauchius contendit casti-
gandum *peccati natura luti*, ut *peccati* sit præteriti
temporis participium, agentis verbi significatione,
Terentiano exemplo ex Hecyra: *peccato mihi ignosci
æquum*. Idem Cauchius aliam correctionem indigit
peccantis natura luti. Lectio communis non est sollici-
tanda, cujus rectus est sensus, *fit mixta deinde Pec-
candi natura luto cum simplice statu*: scilicet ex con-
junctione animæ et corporis fit peccandi natura,
mixta ex luto et simplice spiritu: id enim est *mixta
luto cum simplice statu*. Iso interpretatur *simplice,
sine peccato*, quod non probo.

822. Iso *oblita* reddit *circumdata*; melius *maculata
ab obliquo*.

823. Giselinus ait se loco movisse adulterinam
dictionem *pressum*; fortasse ita erat in edit. Dav-
ventr., nam Ald. disertè habet *pessum*. Sich. et Fabr.
post Aldum non debuerunt edere *pressum*. Contra
Gnosticos et Manichæos, qui animam substantiam
Dei esse asseverabant, probavit bacterus animam
non esse Deum, quia sordibus corporis comprehenditur,
quod a Deo alienum est, præterquam quod
animæ *collatum est subito, ut quod non erat, esset*,
hoc est, anima cœpit esse in tempore. Nunc quoniam
respondere poterant, animam saltem esse partem
D i, eos hac etiam in parte refellit, et convincit.

824. Vat. A, Egm., *fit res*, non ita bene.

- 825 Haudquaquam dicenda Dei est, quæ tempore A
[cœpit :
Nec prior, aut senior, quam primum plasma,
[putanda est.
Tunc etenim factam video, cum cordis amici
Intravit germana domum, limique recentis
Hospita, et ipsa recens fraterna sedit in aula.
- 830 Illa quidem flatus Domini est : sed spiritus,
[et vis
Non est plena Dei, tanto moderamine missa,
Quanto flans voluit flandi servare tenorem.
Est impossibile spectare profunda Sabaoth :
Sed speculum Deitatis homo est. In corpore
[discas
- 835 474 Rem non corpoream solers, interprete
[Christo, B
Qui Patrem proprium mortali in corpore mon-
[strat.
Perspice, quam varios fundamus ab ore va-
[pores.
Spiramus quoties animæ sufflabilis auras.
- 840 Nunc flatum tepidum calor exhalatus annelat
Rorantes nebulas udis de faucibus efflans :
Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus existit tenuis, et sibilat aer.
Adde et distinctum, quem musica tibia flatum
Concipit : aut ille est presso modulamine par-
[cus.
- 845 475 Aut tumidum largo sublimat flamine bom-
[bum,
Aut raucos frangit modulos, aut lenesasurra,
Aut exile trahens sonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum sublidit voce minuta.
Hæc cum te videas mortali in corpore posse,
850 Cur non Æternum potuisse infundere credas,
Qualem animam voluit ? præscriptis quam quia
[condens
Efflavit, fuditque modis, sit facta, necesse est.
Denique multa sapit, sed non sapit omnia no-
[stræ
Vis animæ, certum sapere, ac prænoscere
[jussa.

GLOSSÆ VETERES.

826. Primum, Adam, I.
827. Amici, Adæ, I.
829. In aula, in corpore, I.
830. Vis, scilicet animæ, I.
832. Flans, Deus. — Tenorem, ordinem, I.
833. Sabaoth, Deus exercituum, I.
834. Homo, quia Deus non potuisset videri, nisi per hominem. — Discas, intelligis, I.
835. Non corpoream, divinam. — Solers, sagax, peritus, vel studiosus, I. Solertia peritia multarum artium SOLLON græce multum, Vat. A.
837. Vapores, spiritus, I.
839. Anhelat, Anhelanter emittit, I.
840. Udis, humidis, I.
841. Cum libet, cum placet, I.
844. Parcus, parvus, moderatus, I.
845. Largo, abundantii. — Sublimat, elevat. — Bombum, sonitum cornu, vel tibie; et Ennius sonitum pedum appellat bombum, I.
847. Exile, subtiliter, scilicet murmur. — Acutos, bene sonantes, I.
848. Minuta, gracili, I.
850. Æternum, Deum, I, Vat. A.
851. Condens, creans, I.

COMMENTARIUS.

825. Abest a Prag. est.
826. Ald., putandest pro putanda est.
827. Ald., male, videt concordis amici, pro video, cum cordis amici. Prag., concordis amici. Rat., cum cordis amica.
828. Anima vocatur germana carnis ob unionem seu copulam, de qua in hymno Exsequiarum 10 Cath., vers. 6, et præf. Hamartig., vers. 56, Caro in sororem, etc.
830. Theodoretus, notante Chamillardo, Nomine Flatus non intelligimus partem aliquam essentiae divinæ secundum Cerdonis et Marcionis rabiem, sed animæ naturam per id denotari, quod anima spiritus sit rationalis et intellectualis. Locus neque a Chamillardo indicatur, neque mihi quærenti occurrit.
832. Heinsiani scripti, quanto. Ita Vat. A, Bong., Widm. supra, Pragen. Alii cum Ald., Weitz., Mar., quantum. Gis., quanto. In Widm. supra, tenore.
833. Vox impossibile Latinior est quam plerisque videtur: eam adhibuerunt Quintilianus lib. v, cap. 15, Apuleius et alii.
835. Aldi mendum soleres pro so'ers.
836. Respicit ad id quod dixit Christus, Pater in me est, et quod theologi aiunt, et in symbolo Athanasiano exstat : Sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.
837. Vat. A, respice; alii, perspi. e; apud Weitzium, Egm., Pal., Widm. supra, respice.
839. Chamillardus hoc loco agnoscit naturalem rhythmum vocis animatæ. Verum de re musica paulo post Prudentius; nunc tantum flatum tepidum, et gelidum commemorat, et distinguit.
841. Mar., in gelidum; alii, in gelidum. Sermo est de gelido, seu frigido flatu. Gifanius Ind. Lucr. in e
- C longum ex vet. lib. legit flabrare, et concludit e esse interdum longum in fine dictionum. Verum cum sequatur muta et liquida, frigore, hac ratione illud e in flabrare posset produci. Goldastus, in notis ad Columbanum pag. 112, e duobus codd. antiquiss. S. Galli legit etiam flabrare. Id secutus est Weitzius. Widm. a prima manu flabrari. Plerique mss. et edd. flabrali; ita nostri et potiores Heinsiani. A flatu est flabrum, flabellum, flabratis. Vat. Q, Egin., Pal., fabrii, male.
844. Ald. Vat. A, Q, Mar., Gis., Weitz., modulamine : non displicet, quamvis postea iterum modulos. In Thuan., moderamine, hoc est moderatione, ut vers. 831. Prag. et Rat. adhærent Thuanæo. In Put., paucus; in Prag., partus pro parcus. De hac varietate sonorum Fabricius ita disserit : Prudentius musicos sonos nominat raucum, lenem, exilem, acutum : quibus addit parcum, sublinem, minutum. Sed parcus s: b leni, sublimis sub acuto, minutus sub exili comprehendit pot. est. Hæc Fabricius in Comment., verbo Mœsca INSTRUMENTA, notans a Prudentio diversis locis hæc numerari, fistulam, sambucam, cholim, lyram, tubam, tibiam, tympanum, organa. Musicos, qui suo tempore melodias ediderant in Prudentium, et alios poetas pios, recenset Ludovicum Senlicum, Martinum Agricola, Joannem Mopsam, Joannem Reuschium, Lucam Hordisium, Sebastianum Forsterum, Wolfgangum Figulum. Vide Isidorum lib. iii Etym., cap. 5 et seqq. de Musica et ejus trifirmi divisione.
845. Verbum sublimare Ennii et Catonis, quod in obsoletis habetur, reduxerunt Vitruvius, Apuleius, Solinus, Lactantius, Mamertinus, Ammianus, Macrobius.
854. Boher. Prior, pernoscere.

- 853 Jam, cui certus inest modus, et cui nosse ne- A
[gatum est
Omnia, factura est : nam condita, et aucta
[probatur.
Collige de simili, sitne hæc factura : creavit
Nempemanus Domini corpus mortale, lutumque
Composuit digitis : nunquid manus articulati
860 Est digesta Dei? nunquid vola? nunquid et
[ungues
476 Claudere flexibiles? patulam seu tendere
[palmam?
Ista figura manus nostræ est, quam non habet
[in se
Incircumscriptus Dominus : sed tradita forma
[est,
Humanis quæ nota animis daret intellectum. B
863 Ut per corpoream speciem plasmasse feratur
Corporis effigiem : sic est plasmata vicissim
Flatu incorporeo res stabilis, oris et esse

- Fertur opus, tenuis per quod constructa refusit
Forma animæ, atque rudi factam se munere
[sensit.
870 Si non est factura inanus caro nostra, nec oris
Est factura anima, flatu, et spiramine cæpti,
Inque locum deducta aliquem; namque omne,
[quod hor-
Natalis profert, locus accipit, et locus ullus
Quod cohibere potest, modicum est, nec in
[omnia fusum.
875 Et quod tam modicum est, ut certa sede lo-
[cetur,
Jam titubare potest; et quod titubaverit, Intra
Naturam vitii est; vitiosum denique tristem
477 Decidit in pœnam; Deus hoc, mihi cre-
[dite, non est.
Aut, si majestas anima est, ostendite quid sit,
880 Quod lapsam, Christique inopem nova gratia
[mundat,

GLOSSE VETERES.

855. Cui nosse, qui sensu hebes est, id est, quia nulla
potest creatura intelligere omnem sapientiam, nisi solus
Deus, l.
856. Factura, Dei, l.
857. Collige, intellige. — De simili, ratione. — Sitne
hæc factura, utrum sit hæc factura, an non? creatura,
an creator? l.
858. Manus, manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt
me, l.
860. Digesta, ordinata. — Vola, mediætas palmæ :
inde involare dicimus, quia quiddam involamus, in pal-
mæ recondimus, quæ Græce ΤΡΕΝΑΡ dicitur, l.
861. Claudere, clauderebat. — Tendere, tendebat, l.
863. Incircumscriptus, inlocalis, l.
865. Speciem, figuram, l.
867. Flatu, insufflavit in faciem ejus spiraculum
vitæ, quasi ore Deus animam insufflasset homini, l.

870. Si non est, etc., consequentia ista sic melius
legitur, si de antecedenti fiat consequens hoc modo : si
anima, inspirante Deo facta, non est factura oris stan-
tis Dei, neque caro nostra factura est manus Dei for-
mantis. Sed caro nostra est factura Dei manus. Ergo
et anima nostra est factura Dei oris. Ut sit locus ad de-
ductionem consequentis, Prag.
871. Cæpta, inchoata, l.
872. Inque locum, in corpus, l.
874. Cohibere, claudere, l.
876. Titubare, errare, l.
877. Vitiosum, animæ, l.
878. Decidit, cadit, l.
879. Majestas, Dei. Deitas. — Ostendite, dicite, l.
880. Lapsam, in peccata, in peccatis. — Gratia
in baptisate, l.

COMMENTARIUS.

855. Prag., non bene, posse pro nosse.
857. Vatt. A, Q, Rat., Egm., Palm., Urb., *dissi-
milis*, scilicet *collige*, *dissimilis sitne hæc factura*.
Melius *collige de simili*, hoc est ratione, ut Iso exponit.
Vat. A contra carminis regulas, futura pro *factura*.
In Rat., *creanti*. In eod. Rat. replicatur hic versus,
ut in plerisque optimis invenitur, et eadem manu.
Nimirum *Collige dissimilis sitne hæc factura creanti*.
Collige de simili, sitne hæc factura, creavit; et in hoc
secundo supra *creavit* aliter *creanti*. Alex., *collige dis-
simili, lege de simili*. Argumentum DE SIMILI est : sic-
ut corpus digitis Dei (qui tamen proprie non habet
digitos) formari dicitur, ideoque *factura* est, ita ani-
ma, quæ oris divini fertur opus, pari ratione *factura*
est.
860. In exemplari editionis Aldinæ bibliothecæ
Sapientiæ sciolus aliquis monuit, pro *vola* legendum
sola, hoc est, terram. Involare a *vola* dictum, quod
ait Iso, tradidit etiam Isidorus lib. xvii Etym., cap. 7.
863. Put., *incircumscriptus*, non probo. S. Hiero-
nymus in Lament. Jerem. cap. 1 : *Membra hominis,
sicut et affectus humani tropice Deo ascribuntur, non
proprie, quia incircumscriptum lumen, et immensa ma-
jestas lineamenti corporis circumscribi non novit*.
864. Prag., *oculis*; cæteri *animis*.
869. Prudentius videtur accipere *rudis* pro *novo*,
recenti. Vide hymnum 3 Cath., vers. 133.
871. Aliquis addi volebat et post *anima*, ut metro
consulatur. Carmen recte sine et procedit.
875. In Mar. videtur esse *quid tam*.
877. Ald., *triste*, corrige *tristem*.
878. Ald., Vat. A, meliores Heinsiani, Fabr.,

- Weitz., Egm., *Recidit in pœnam*. Gis., Bong., Widm.
Vatt. B, Q, Rat., Prag., *decidit in pœnum*. Mar., in
pœnam recidit. Non male *recidit in pœnam*. Articulus
re sæpe producit in *reducere, refugere, recidere*,
referre, et similibus. Vide Gifanium Ind. Lucr. in *re*,
et in *recidere, reducere, refugere*. Alex., Urb., et alii
legunt *reccidit*. Malo *decidit*.
879. Weitz., vetustiores Heinsiani, Gis. ad oram,
Mar., Rat., *animæ*; alii *anima* cum Alex., quod melius
puto.
880. Ald. et plures Heinsiani, *mundat*; alii cum
Put., Thuan., Wid., Gis., Weit., ut puto, *inundat*.
In Widm. supra, *nudat*: Alex., *mundat*. Vat. Q, *lavat*,
repugnante metro. Quod ait Prudentius, post Adæ
lapsam *novam gratiam Christi mundare*, arguere po-
test ipsum credidisse Adamo præstitam fuisse gra-
tiam, quod non solum S. Augustini principiis valde
coheret, ut ait Teol., sed etiam ad dogmata fidei
pertinet. Gratia vero Christi nova est et inundans,
quia major, validior, efficacior, potentior est quam
gratia Adamo ante peccatum collata. Cum enim libe-
rum arbitrium minime quidem amissum, et extinctum
fuerit in prævaricatione Adami, sed viribus ta-
men manserit attenuatum et inclinatum, consequens
est ut necessaria sit major gratia in statu naturæ
lapsæ quam in statu naturæ integræ. Hæc clara sunt :
neque ad Prudentium illustrandum opportunus est
difficillimus S. Augustini locus ex lib. de Corrupt. et
Grat., quod primo homini datum fuit adjutorium, per
quod posset, ac sine quo non posset permanere, si
vellet, non quo fieret, ut vellet : nunc vero per Chri-
stum datur adjutorium, sine quo permanere non pos-

Spiritus et sanctus baptisate justificatam
Nobilitat, famu'æque decus, quod defuit, addit:
Quod quia præstatur meritis, meritisque negatur,
Absurde fertur Deus, aut pars esse Dei, quæ
385 Divinum, summumque bonum de fonte perenni
478 Nunc bibit obsequio, nunc culpa, aut
[crimine perdit,
Et modo supplicium recipit, modo libera calcat.
Miraris, peccare animam, quæ carne coactam

GI.OSSÆ VETERES

882. Nobilitat, *nobilem facit*. — Famu'æ, *animæ, sibi que servienti*, Iso.

883. Quod, *decus*. — Meritis *bonis*. — Meritisque, *malis*, I.

884. Absurde, *inconvenienter, incongrue*.

885. Fonte, *Christo*, I.

886. Nunc, *aliquando*. — Obsequio, *in obsequio Christi, id est pro servitio suo propter obedientiam*, I.

Sortita est habitare domum, cum peccet et ipse
890 Angelus, hospitium qui nescit adire caducum
Cratis tabifluæ. Peccat, quia factus et ipse est,
Non genitus; quocunque modo sit factus, id unus
Scit factor Dominus; factum mihi credere sat
[sit.

Solus labe caret peccati Conditor orbis,
895 Ingenitus, genitusque Deus, Pater, et Pa're
[natus,

Bono opere, Vat. A.

887. Calcat, *supplicia*, I.

888. Miraris, o *Homuncionita*. — Coactam, *Confirmatam, solidatam, vel collectam*, I.

889. Sortita est, *accepit, consecuta, vel adepta est*, I.

890. Caducum, *corpus*; I. *Corpus humanum*. Vat. A.

891. Tabifluæ, *defectivæ, mortiferæ, sordidæ*, I.

892. Non genitus, *sicut Filius*, I.

COMMENTARIUS.

sumus, etiamsi velimus, et tantum, ac tale, quo fiat ut velimus. Quam distinctionem *adjutorii, sine quo non, et adjutorii, quo nunquam satis intellexi, quamvis in ea enucleanda multas horas consumpserim*. Neque id fateri pudet in tanta discrepantia interpretationum. Quin imo censeo, hoc loco *novam gratiam* esse baptismum, quo homo renascitur. *Gratiam Christi* Cyprianus et alii vocant baptismum. Post hæc edita quidam theologus cum judicium suum de meo opere honorificum publice exposuisset, et hanc ipsam meam interpretationem approbasset, sermonem esse de baptismo, qui gratia Christi a SS. Patribus, et in actis martyrum sæpe dicitur, plura addidit de Augustiniana distinctione *auxilii quo et auxilii sine quo non*. Existimat, hac distinctione confirmari meam interpretationem. Sed cum Prudentius loquatur de baptismo, aut de gratia habituali quæ in baptisate infunditur, ut clare explicat vers. seqq.: *Christique inopem nova gratia mundat, Spiritus et sanctus baptisate justificatam Nobilitat*, oporteret, ut S. Augustinus illa sua distinctione gratiam habitualem, non vero gratiam actualem, comprehendisset: quod, ut opinor, theologus iste non fatebitur. Dixeram verba Prudentii nulli difficultati esse obnoxia, in exponenda vero distinctione Augustiniana theologos inter se maxime discrepare. Reponit theologus nullam apparere difficultatem, nullam obscuritatem, si animo quieto et sedato verba S. Augustini legantur, et cum aliis conferantur quæ idem S. doctor dixit eod. lib. de Corrupt. et Grat., eod. cap. 12. Nucleus hujus responsionis est, tot theologos, qui de natura gratiæ actualis diversa systemata defendunt, adeoque diversas interpretationes distinctionis Augustinianæ expromunt, aut quieto et sedato animo verba S. Augustini non legisse, aut ea inter se non contulisse, his videlicet exceptis qui cum laudato theologo in systemate gratiæ adornando consentiunt. *Non equidem in video, miror magis, undique totis Usque adeo turbatur agris*. Quid ergo? inquis: nonne Augustinus doctrinam gratiæ clare explicuit? explicuit certe omnium maxime, et quam fieri potuit clarissime doctrinam catholicam de necessitate et efficacia gratiæ; at consecutiones, quas ex verbis Augustini ad diversa systemata gratiæ informanda plurimi theologi catholici (pro militiam nunc hæreticos) deducunt, cum omnes pro se evidentur facere Augustinum clament, quis mihi jure succenseat, si negem Augustinum clare explicuisse? Quod si a me quæras quænam mihi clarior aut probabilior interpretatio distinctionis Augustinianæ videatur, respondebo, ita mihi probari Petavii explicationem, ut alias aliorum catholicorum non despiciam. Petavius igitur, in Elencho Theriacæ Vincentii Lenis cap. 22 et seqq., adjutorium sine quo non exponit de sola perseverantia, sive perseverante

B gratia. Eamdem interpretationem multis rationibus gravissime confirmavit in dissertatione de adjutorii sine quo non. et adjutorii quo vera germanaque notione ab Ipseis præstigiis vindicata: ubi notat Jansenium tantum hunc locum Augustini fecisse, ut pene ducentes repetierit, et nullum aliud fundamentum suæ sententiæ substruxisse videatur.

881. Vocabulum theologicum *justificare* a SS. Patribus sumptum. Animam autem baptisate *justificari* fides nostra tenet. Vide concil. Trid. sessione 6, de justificatione cap. 4. Mentem *justificam* dixit Catullus.

883. Ex eo quod anima bonis operibus gratiam assequatur et retineat, malis vero amittat et perdat, arguit, neque Deum esse, neque Dei partem. Vide glossas.

888. Mutatio et varietas stirps est et origo peccati. Gregorius Nyssenus lib. Catech., cap. 6: *Omne quod creatione productum est, mutationi est affine*.

C 891. Nonnemo legit *gratis* male pro *cratis*. Alius in editione Aldina bibliothecæ Alexandrinæ corrigebat *tabifice* (sic). Corpus vocat *cratem tabifluam*. Vide hymnum 8 Cath., vers. 59, et hymnum 41 Perist. vers. 57: *Ungula fixa cavis costarum cratibus altos Pandere recessus et lacerare jecur* Non enim cavæ hæc crates significant instrumentum quo martyres cruciabantur, ut quidam doctissimus antiquitatum ecclesiasticarum scriptor affirmavit. Avitus Prudentium imitatur lib. 1: *Diffundit duplicem costarum ex ordine cratem*.

892. Plures olim fuerunt et nunc etiam sunt quæstiones de natura angelorum, quæ videri possunt apud theologos et auctores controversiarum. Prudentius ait eos factos fuisse, quocunque demum modo fuerint facti: id satis esse, ut possint peccare. Hoc ipsum astruunt theologi, nullam esse creaturam impeccabilem; ita enim loquuntur. Vide S. Augustinum lib. III contra Manichæos, cap. 42, et concil. Bracar. I, cap. 5: *Si quis animus humanas, vel angelos ex Dei credit substantia existitisse, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit*.

893. Cham., mendose, *s' t factor*.

895. Heinsius in Oxon. hæc perspicua esse vidit: *Ac genitor, genitusque, Deus Pater, et Patre natus*. Ita etiam in Pragen. Eodem pertinent Kat. et Mar., *at genitor*, opinor pro *ac genitor*; sicut etiam Egm., Put., *agenitus*; quanquam alii magis accipiunt pro *ingenitus* more Græco. Alii plerique *ingenitus*, ut *innatus, insubjectus*, quod exstat etiam in Mar. supra pro diversa scriptura, Alex., Urb., Vat. Q, et placuit denique Heinsio, quia *ingenitus* vox est apud SS. Patres v. lde usitata. — Fortasse melius distinguas *ingenitus genitusque, Deus Pater et Patre natus*, quam distinctionem scriptura codicis Oxon. confirmat.

- Solus, et exceptus tormentum admittere triste, A
479 Inviolatus agit, nec quidquam sentit acerbi.
 Exsortem dic esse animam crucis, atque doloris,
 Si culpæ immunem, vacuumque a crimine nosti.
 900 Quæ peccare valet, valet et succumbere poenæ.
 Ipsa quidem sincera fuit, dum conditur olim,
 Quæ collata rudem fecit viscere limum;
 Ut pote de liquido naturæ semine primos
 Accipiens habitus, superoque expressa sereno.
 905 Sex mox, ut gravido Jussa est innectier arvo,
 Suavis illecebris nimium blandita refrixit,
 Deque volutabris pretiosum polluit ignem,
 Dum transgressa Dei positum fas improba calcat.
 Hæc prima est natura animæ, sic condita sim-
 plex,
 910 Decidit in vitium per sordida fœdera carnis.

GLOSSÆ VETERES.

896. Exceptus, *sequestratus, separatus*, I.
 897. Inviolatus, *insons*. — Agit, *valet, vivit, conver-*
satur, I.
 898. Exsortem, *expertem*. — Crucis, *passionis,*
cruciatu, I.
 899. Immunem, *securam, incapacem*, I.
 902. Collata, *conjuncta, a Deo creata*.
 903. Ut pote, *sicuti, quasi*. — Liquido, *puro*. —
 Naturæ, *divinitatis*, I.
 904. Habitibus, *ornatus*. — Superoque, *de superno*.
 — Sereno, *serenitate*, I.
 905. Arvo, *terræ*, I.
 906. Illecebris, *delectationibus*, I.
 907. Volutabris, *sordibus*. — Ignem, *animam*, I.

COMMENTARIUS.

896. In Vat. A corrector antiquus, et ejusdem fere ævi, erasis prioribus, posuit *Spiritus et sanctus*, et supra caractere minutissimo *solus et exceptus*, cum glossa, *separatus, sequestratus*.

897. Vat. A, *sensit*; melius, *sentit*.

898. Egm. a manu prima, *disee pro dic*.

899. In Ald. deest a post *vacuumque*. Quamvis enim propter duas consonantes dictionis sequentis produci posset *que*, tamen mss. codd. habent a crimine.

900. Prag., *Qui peccare*; cæteri *quæ*, scilicet, anima, nam sequitur *ipsa* versu seq.

901. Cellar. ed. 2, *conditor, male*.

902. Potiores, *viscere*; alii, *vivescere*. Rudem limum dicit, ut supra vers. 869, *rudi munere pro novo*.

903. Rat., *natura, male, pro naturæ*.

904. Aldi error est *superque expressa*.

907. *Volutabra* sunt loca cœnosa, ubi sues et aprī voluntantur. Ignem vocat animæ puritatem et splendorem, ut sæpe alias.

914. Peccatum originale, quod Pelagiani negabant, clare explicat et astruit.

915. Notatur error eorum qui docebant peccatum originale ea ratione in Adami posteror traduci, quod non solum corpus, sed etiam animæ ex Adamo propagarentur. Qua in controversia valde dubius hæsit S. Augustinus, quod difficile ipsi videretur, ut anima in corpore tanquam in vase vitaretur, nisi ipsa vitiosa ex Adamo traheretur. Nunc certum est apud omnes catholicos, animas non transfundi ex Adamo, peccatum vero originale vel ex eo solum contrahi, quod homines ex semine Adæ propagati nascuntur, in quo tanquam in capite omnes peccaverunt.

919. Sich., Gis. 4 edit. ad oram, Vat. Q, Heins., Cel., Teol., Cham., Pal., Bong. a prima manu, *quod*. Heinsiani omnes, itemque nostri mss. et editi, etiam Alex., et Urb., *quo*. Teolius Chamillardum accusat, quod typographico Heinsianæ editionis mendo deceptus nihil hic viderit. Contra ego puto Chamillardum optime vidisse quod in Heinsio scriptum exstat.

Exin tincta malo peccamine principis Adæ.
 Infecit genus omne hominum, quod pullulat inde,
 Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu

480 Primi hominis maculas, nec quisquam
 nascitur insons.

- 915 Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
 Transfundi in sobolem credatur fons animarum
 Sanguinis exemplo; cui texta propagine vena est.
 Non animas animæ pariunt; sed lege latentī
 Fundit opus natura suum, quo parvula anhelent

920 Vascula, vitalisque adsit scintilla coactis.
 Quæ quamvis infusa novum penetret nova
 semper

481 Figmentum, vetus illa tamen de crimine
 avorum

Ducitur: illuto quoniam concreta veterno est.

- B 911. Exin, *deinde*. — Tincta, *polluta peccato*, I.
 912. Infecit, *maculavit, violavit*, I.
 913. Ortu, *in nativitate*, I.
 915. Traduce, *transmissione, origine, traductione*, I.
 916. Fons, *origo*, Vat. A.
 917. Sanguinis, *seminis*. — Cui, *sanguini, generi*.
 — Propagine, *generatione, procreatione*, I.
 918. Pariunt, *gignunt*, I.
 919. Natura, *animæ; Deus*. — Suum, *proprium*.
 — Quo, *opere*. — Anhelent, *desiderent*, I.
 920. Vascula, *corpora*. — Coactis, *membris, vas-*
culis, corporibus solidatis, I.
 922. Figmentum, *corpus*, Vat. A. — Illa, *peccatrix*, I.
 923. Veterno, *peste, peccato*, I.

In versibus editionis Heinsianæ nullum mendium typographicum deprehendo: in notis vero error est *corpora* pro *vascula*, qui ad rem de qua agimus non pertinet. Et Heinsius ipse in fine notæ ait, in Thuan. pro *vascula* legi *vincula*, quod recte illi displicet. Jam Heinsii mos in notis explicandis est, ut lectionem quam in Giselino reperit, primum ponat, tum eam aut rejiciat, aut defendat. Hoc igitur loco sic ait: QUO PARVULA ANHELENT, sic nostri omnes; at in duobus Weitzianis, QUOD ANHELENT, idque marginem editionum nonnullarum occupavit: probe, sic supra: Variis Siloa refundit Momentis latices, nec fluctum semper anhelat, etc. Chamillardus legit et legendum ait quod anhelent, idque marginem editionum nonnullarum occupavisse. Teolius ait Weitzium voluisse QUO ANHELENT, uti etiam habent editiones aliquot. Weitzius ita certe edidit, quod etiam exstat in plerisque veteribus editionibus, sed duos codices indicavit, ubi legitur quod anhelent, et id revera exstabat ante Heinsium in margine nonnullarum editionum. Cæterum verum quidem est, anhelare cum accusandi casu reperiri apud Prudentium et alios; sed non æque certum, hoc loco poetam accusandi casum voluisse, nam sequitur: vitalisque adsit scintilla coactis, scilicet quo adsit.

922. De voce *figmentum* plura Cellarius in Latinitate restituta sæculo æneo ex Apuleio, Ammiano, Cypriano, Aulo-Gellio, Macrobio, Minucio Felice, Lactantio, Tertulliano, Spartiano: qua voce pro re facta et creata eleganter usum Prudentium monet. Allegat etiam antiquius testimonium Asconii Pediani. 923. Ald., Put., Oxon., Alex., dicitur. Vat. A, Mar., Rat. a prima manu, Urb., Weitz., ducitur. Heinsius suspicatur diditur. Gifanius Ind. Lucret. pag. 436, de incisione seu inciso loquens, ex vet. cod. legit dicitur illata, quod rectissimum putat. Mar., in loco; Rat., in toto pro in luto, ut explicat Mariettus, nam sæpe o habet pro u. Egm., illuto. Urb. et Alex. a prima manu, in luto. Metro repugnat in luto, Alex.

Inde secunda redit generatio, et inde lavatur
 925 Naturæ illuvies, iterumque renascimur intus
 Perfusi, ut veterem splendens anima exuat
 [Adam.

Quæ, quia materiam peccati ex fomite carnis
 Consociata trahit, necnon simul ipsa sodali
 Est incentivum peccaminis, implicat ambas

930 Vindex pœna reas, peccantes mente sub una,
 Peccandique cremat socias cruciatibus æquis.

482 Illis crucibus Christus nos liberat,
 [incorruptæ

Matris, et innocui gestator corporis. Unus
 Naturam pœnæ expositam, sed non vitiorum

935 Naturam expositam contactibus indui Iesus:
 Atque ideo pœnæ nil debuit: intemeratus,
 Fraude carens, omni culparum aspergine liber.
 Quid peccatorum prosapia corpore in illo,

A Quid Christi in membris peccati sæva satelles
 940 Pœna ageret? quid mors hominis sine crimine
 [posset?

Nimirum cassis conatibus, et sine nervis

Concideret, sterilis peccati fomite nullo.

Mors alitur culpa: culpam qui non habet, ipso
 Pastus defectu mortem consumit inanem.

915 Sic mors in Domini consumpta est corpore
 [Christi

Sic perit, solitum dum non habet arida pastum.
 Suspice quapropter solum inculpabile nomen,

483 Virtutem Patris, et Christi, et jam desine
 [nostræ

Invidiam conflare animæ, quod sit Deus, aut
 [quod

B 950 Portio parva Dei, cum Christo abscondere quid-
 [quam,

GLOSSÆ VETERES.

924. Inde, *de baptisate*. — Generatio, *baptismi*, I.
 925. Illuvies, *immunditia, pollutio, macula*, I.
 926. Perfusi, *sacro lavacro*, I.
 927. Materiam, *occasione*, I.
 928. Sodali, *corpori, carni*, I.
 929. Incentivum, *incendium*. — Ambas, *naturas, animæ et corporis*, I.
 930. Mente sub una, *sub una voluntate*, I.
 932. Crucibus, *pœnis*, I.
 933. Innocui, *quia solus ille sine peccato fuit*, I.
 934. Expositam, *manifestatam, liberatam*, I.
 935. Expositam, *datam, expertem, vel jactatam*.

— Contactibus, *pollutionibus*, I.

936. Intemeratus, *integer*, I.

938. Prosapia, *generatio*, I.

939. Satelles, *sequax*, I.

941. Cassis, *vacuis, inanibus*. — Nervis, *sine fortitudine*, I.

942. Concideret, *caderet*. — Sterilis, *inanis, scilicet illa mors*. — Fomite, *nutrimento*, I.

944. Pastus, *genitus*, I.

946. Arida, *mors*, I. — Pastum, *peccatum*, Mar.

947. Suscipe, *honora*. — Inculpabile, *sine culpa*, I.

949. Invidiam, *injustitiam*, I.

COMMENTARIUS.

a secunda manu illoto. In Vat. B erat, *ducitur in luto*, sed factum *dicitur in luto*, in Vat. Q, *iluto*, quod retineo, a verbo *illuo*, a quo etiam est *illuvies* paulo post, quamvis recentiores malint *iloto*. Pro *illoto* nonnulli scribunt *inluto*. In Arnobio lib. 1 adversus gentes legitur, *Qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum*.

924. Pelagianos, negantes peccatum originale, refellit ex baptismo, quo renascimur, utique mortui per peccatum, quod ex Adami crimine contraximus. Vide S. Augustinum et theologos.

927. Fomes peccati in carne est, et in carne etiam post baptismatis lustralem undam remanet. Nihil tamen minus anima ipsa peccat, quamvis a concupiscentiæ illecebris ad peccatum trahatur: quia et libere peccat, et sæpe concupiscentiæ vim acuit et accendit. Hinc pœna corpori et animæ sapienter est constituta.

928. In Prag., *sodale*; in Rat., *sodalis*.

929. In nonnullis edd., *impleat*; corrige *implicat*. *Incentivum* adjectivum Varronis est, substantivum auctoris pænegyrici Constantino dicti, Hieronymi, Symmachii, Amiani.

931. Animam igne torqueri, quamvis sit spiritualis, docent SS. Patres et theologi, quamquam nescio cur hæc consuetudo invaluit, ut theologos a SS. Patribus discernamus, nec theologorum nomine vulgo SS. Patres comprehendamus: nam hi maxime veri sunt theologi. Sed, ut aiebam, quæstionem de igne quo animæ cruciantur utriusque agitant, et nonnihil a nobis ea de re dictum est in proleg. num. 167.

932. In Vat. A recte factum *crucibus* ex *cruciatibus*, quæ est glossa. Nam *crucem*, et *affigi cruci* pro *cruciatu* et *cruciari* accipi, dicam ad hymnum S. Laurentii, vers. 21. Heins., Cham. mendum nos *librat*.

935. Gifanius ex veteri codice *gestatur* pro *gestator*. Non sequor.

935. Prag., *expositam contractibus*, ut vers. 989. Melius *contactibus* pro contagione. In Rat. recens

C sciolus pro Iesus posuit ipse.

938. Adest hic versus in Mar., Vat. Q, Prag., Rat., et quidem sine litura et eadem manu, in plerisque Weitzii, in Giselino et aliis. Ahest. a Put., Thuan., Oxon., Tor. duobus, Ald., Pal. Urb., Alex.

939. Alex, *quidquid in membris, fortasse quidquid et in membris*.

940. Weitz., Gis., Call., Tornæs., Rat., *homini*. Plerique et vetustiores, *hominis*, quod longe melius est.

942. Egm., Put., et Pal., *concliderent steriles*, quod non intelligo. Alii, *conclideret, sterilis peccati fomite nullo*, hoc est mors, quæ ipsa sterilis dicitur: nam sequitur *mors alitur culpa*.

945. Ut supra hymno Exsequiarum, vers. 17 et 18, *abolere mortem, ita nunc mortem consumi in corpore Christi*.

947. Vat. A et B, *suscipe*. Mar., Ald., Weitz., Gis. et plerique *suspice*, quod sensui magis congruere videtur.

948. Put. pro *virtutem* habet *naturam*. Contra stant Alex., Urb. et alii nosri cum Vat. Q et editis.

950. Hieroniani omnes vetustiores, Gif., Alex., Urb., Vat. Q. Rat., Weitz., *abscondere*. Alii, *abscondere*. Nihil minus cogitavimus, quam ut hoc loco de cultu, et festo SS. Cordis Jesus, quod publica auctoritate Romæ innumerisque aliis in diæcesibus celebratur, verba mihi essent facienda, præsertim cum jam pridem causa finita sit. Sed omnino tacere non licet, quandoquidem recens interpres male Prudentium intellexit, subjecta hac nota verbis illis, cum CHRISTO ABSCONDERE QUIDQUAM: *Hæc, inquit, velim, attendunt nonnulli ex hodiernis SS. Cordis Jesu cultoribus, ne dum vividorem in se ipsis et in aliis erga Christum Jesum affectum excitare student, corpus ejus, et carnem dividentes, et in frusta secantes, oculisque subjicientes, violentiæ unitatis et inægritatis rei peragantur*. Ego vero maxime attendo et video, Prudentium nequaquam agere de Christi corpore, sed Christi nomine intelligere Verbum, et divinitatem, ut vers. 29 Apoth.:

Et resecare Deo partem, vel carpere tantum A 963
Numen non liceat, plenum sibi semper, et in se.

Est operæ pretium nebulosi dogmatis umbram

484 Prodere, quam tenues atomi compage
[minuta

955 Instituunt: sed cassa cadit, ventoque liquescit
Assimilis, fluxu nec se sustentat inani.

Aerium Manichæus ait sine corpore vero
Pervolitasse Deum, mendax phantasma, ca-

[vamque
Corporis effigiem, nil contractabile habentem.

960 Ac primum spectata, an deceat quidquam simu-
Assignare Deo, cujus mera gloria falsi [latum

Nil recipit: membris hic se fallacibus aptans
Fingeret esse hominem ventosa subdolis arte?

Mentitus toties, cum diceret, inveteratis B

GLOSSÆ VETERES.

953. Operæ pretium, *neesse vel congruum*, I.

954. Prodere, *delegere*. — Atomii, *dicunt heretici, quod omnia quæ sunt, ex illa inanitate formata sunt quæ erat ibi ubi modo est aer, et ex atomis quatuor elementa formata. Et inde omne corpus phantasma, PHAINO, appareo; inde phantasmata falsæ imagines, quæ hominibus apparent.* — Minuta, *gracili*, I.

955. Cassa inutilis, I.

COMMENTARIUS.

Hoc vidit princeps generosi seminis Abram, Jam tum dignati terras invisere Christi Hospes homo, et sæpe alias. Probat autem Prudentius animam non esse portionem Dei, cum Christo abscidere quidquam, Et resecare Deo partem, vel carpere tantum Numen non liceat. Hic enim erat quorundam hæreticorum error, animam esse partem substantiæ Dei, qui nunquam somniarunt affirmare animam esse particulam corporis aut carnis Christi. Igitur aut Prudentii mentem recens interpres non est assecutus, aut tota ejus argumentatio huc denique recidit: Prudentius ait divinam naturam resecari non posse; ergo qui SS. Cordi Jesu cultum exhibent, et ejus imagines quales in ecclesiis fidelium venerationi exponuntur, aut pingunt, aut pingi jubent, aut ita pictas adorant, corpus Christi et carnem dividunt, et in frusta secant oculisque subjiciunt, adeoque violatæ unitatis et integritatis rei peragi possunt. Nemo, opinor, huic consecutioni favebit, nisi si malæ causæ pejus patrocinium in aliquo advocato quaeratur: nam theologus præceptor, qui sua studia cum Advocato conjunxit, minime potuit discipulum docere hanc arguendi rationem. Verum hæc satis, quod attinet ad Prudentium: alia (si tanti est semisopitas quæstiones excitare) dabunt Tetamus et Marquezus, quibus adjungere libet Mozium in opere quo SS. Cordis Jesu cultum strenue vindicavit sub auspiciis fidelissimæ reginæ Lusitanæ Mariæ, cujus pietissimæ feminæ in hoc cultu promovendo pietatem, clarissimis monumentis testatam et præstantissimorum artificum manibus consignatam, nulla debebit oblivio.

953. Ante hunc versum titulus est *Adversus phantasmaticos, qui Christum negant verum hominis corpus habuisse*. Ita Vat. B, Mar., Hat., Ald., Gis. 1 edit., Weitzius et alii. In Alex. et Vat. A deest *hominis*. In Urb., *Explicit Apotheosis adversus omnes hæreses, incipit adversus Manichæos*. Alii simpliciter, *Adversus Phantasmaticos*, quod margini Giselinus 2 edit. apposuit. De Manicheorum hæresi multa historici, et passim S. Augustinus in libris adversus eosdem. Inter alios hunc errorem defendebant, quem nunc describit et evertit Prudentius.

954. Gifanius in Indice Lucret., verbo *ATOMI*, miratur, tam studiose vitasse Titum Lucretium hoc uti vocabulo: *Credo*, ait, *quia versus leges non admitte-*

Do veniam morbis, simul et peccata remitto.

485 Filius est hominis, pestem qui pelleret
[carnis,

Et scelerum nexus laxare, ac solvere possit.
Surge valens, surge innocuus, jam tolle graba-

[tum,

Filius hoc hominis jubeo. Dignusne videtur,

970 Qui testis sibi sit, seque, ac sua carnea norit?

Quid, cum discipulos, hominis quid Filius esset
Passurus, fido jam præsciis ore monebat?

Nonne fatebatur, se cum virtute paterna
Esse hominem verum? quod si non credo, fe-

[fellit.

975 Si natura Dei quæ sit, Manichæe, requiris:
Omne quod est, verum est; nam si mendosus

[agit quid,

961. Mera, *pura*. — Falsi, *falsitatis*, I.

962. Membris, *an*, I.

963. Ventosa, *inani*, Vat. B.

964. Inveteratis, *in veteri homine conceptis*, I.

970. Carnea, *membra*, I.

972. Fido, *veraci*. — Monebat, *interrogabat*, I.

973. Paterna, *superna*, I.

rent facile. Sed Gifanius ipse agnovit Lucilium lib. xxvii hac voce usum fuisse: *Idola, atque atomos Epicuri vincere volim. Græcissans*, inquit Gifanius, *id fecit Lucilius*: quasi vero vox Latina sit *atomus*. Prætereo Ausonium, Apollinatem Sidonium, aliosque, in quorum carminibus id nomen inseritur. Nonnulli prolixæ scriptores a in *atomus* longum indicant: alii non solum breve pronuntiant, sed veram regulam tradunt, in compositis Græcis præpositionem a corripit, ut in *atheos, apathos*. Putant aliqui Judæos dictos *apellas*, quasi sine pelle, et nihilominus recte corripit primam ab Horatio, *Credat Judæus Apella*. Opportunius idem Gifanius observat atomos e sententia Epicureorum esse prima rerum corpora, quæ nunquam sint visa, sunt tamen, et instar minutissimorum pulvisculorum, in sole vagantium, in inani factantur, non vero sunt ramenta illa quæ in sole volitant.

956. Mar. a prima manu, *et similis*, male.

958. *Cavam* pro inani, pulchre. Paulinus Epith. Julian., *cava mundi gloria*.

960. Prag, *ad primum*. Lege ac.

763. Vat. A, *fixerit*, male, pro *fingeret*. Aldus, mendose, *ventos ac pro ventosa*.

964. Rat. a secunda manu, *inveteratis*. Prag., *dum pro cum*.

965. *Peccata remittere* phrasin ecclesiasticam ex vulgata versione Bibliorum, et analogia similium, *remittere pœnam*, etc.

966. Sæpe in Evangelio Christus *filius hominis* dicitur. Cur, inquit Prudentius, nisi ut eum verum esse hominem intelligamus?

967. Ald., Gis., Mar., et *solvere*.

968. Vide Marc. cap. 11.

971. In Vat. A hæc voces *hominis quid filius esset* additæ sunt recenti manu, prioribus abrasis. In Thuan., *quod filius*. Id Heinsius placet, quia jam præcessit *quid*. Nostri, Alex., Urb., Vat. Q et alii *quid* habent; nec mutari necesse est.

973. Sich., Widm. supra, Bong. ad oram *superna*. Alii melius, *paterna*. Ald. et Tornæs., male, *secum pro se cum*.

974. Weitz. et Gis. distinguunt *quod si non; credo, fellit*.

975. Put., *Manichæe, requires*.

976. Scripti et editi *agit*. Aldus ait, quod non dis-

- Nec Deus est; mendum divinus non capit usus, A 990 Multimodis, hominemque hominis de mor.e le-
Objicis æterno Domino, quod lubricus ad nos [vantem.
Venerit, assimilans aliud, quam verus habebat. Imperfectus enim limus mortalis erat tunc :
930 Obinutesce, furor : linguam, canis improbe, 487 Vir solus perfectus adest, atque integer
[morde [Iesus :
Ipse tuam, lacerō consumens verba palato. Cui nihil ex septem septenis defuit, ex quo
Latranti obsistit Mattheus, rabemque refellit : Perficeret mortale genus virtute perenni.
486 Qui notat omne genus carnalis stirpis, 995 Hic ille est, nobis qui septima sabbata complet,
[ad usque Ut caro nostra Deo tandem sociata q.iescat,
Corporeum Christum, per sex septena virorum Quam bis terna malis vexabant sabbata noxiz.
985 Nomina descendens, et venam sanguinis alti Curramus notis gradibus, regumque sequamur
Ex atavis longo texens per stemmata filo. Progeniem : Christum invenies de carne pa-
Septimus hebdomadæ venit superaddere sextæ [rentum
Hunc numerum Christus : placidum qui confi- 1000 Effluxisse hominum ; qui sit de semine David,
[cit annum, Stirpe recensita numerandus sanguinis hæres.
Cuncta remittentem contractibus illaqueata B Quid, cum sac.tilloquus revoluto germine Lucas

GLOSSÆ VETERES.

977. Mendum, falsum hic pro mendacio. Sed mendam in scriptura; unde emendare dicimus, mendam de libro tollere, l.
978. Lubricus, serpens, Vat. A.
980. Furor, insania, l.
981. Lacro, lacerato, l.
982. Latranti, tibi, l.
983. Notat, scribit, l.
984. Sex septena, sex septem, quadraginta et duo, l.
985. Venam, ordinem, l.
986. Stemmata, generationes, vel circulos. — Filo, p sitione; filum appellat genealogiam ipsam hebdomadis, l.
988. Qui, numerus. — Annum, jubilæum, l.

989. Contractibus, peccatis. — Illaqueata, dec. pta, quæ diabolus illaqueaverat, Christus v. niens remisit. Iso.
990. Hominemque, omnem hominem. — Hominis, Christi, l.
991. Limus, humana caro, quia nondum septima hebdomada completa erat in Christo. — Mortalis, per peccatum, l.
993. Septem, in septima requie, l.
995. Sabbata, requiem, quia sabbato Christus requievit in sepulcro; per quod perennis requies tradita est nobis, l.
997. Quam, carnem. — Bis terna, sex, l.
1001. Recensita, numerata, l.

COMMENTARIUS.

plicet : nam de mendacio agitur, et paulo ante *Nonne fatebatur*, etc.

978. In Mar., *obiciis* cum unico *i*. Ita fuit in Aldo, qui postea mutavit in *objicis*. Hoc loco *lubricus* valet *phantasticus*, ut illico explicatur. Pro *fallaci*. Virgilius lib. xi : *Nequidquam patrias tentasti lubricus arles*.

980. Ald., Vat. A, *obmutisce*. Aldus secundis curis reformavit *obinutesce*.

982. Audax corrector in Rat. fecit *Mattheus latranti obstat*, putabat scribi debere *Matthæus*, ut revera est in Aldo, Cham., Teolio, sed contra metrum. Alii ergo cum Vat. Q, *Latranti obsistit Mattheus, rabemque refellit*, ut dissyllabum sit *Mattheus*. Mar. a prima manu, Bong. a prima manu, Sich. et Widm., *obsistet*. Mar. a prima manu, *refellat*. Giselinus edit. 2 adoram, *Latranti obsistit Matthæus, et ora refellit*, invitis codd. mss. In Hamart. vers. 404 similiter legendum est *Chananeus*, non *Chunanæus*, ut carmen constet.

986. Prag., *stilo*. et supra glossa, *id est, filo*. Hoc verum est; nam carmen non patitur *stilo*. De stemmate vide hymnum 7 Cath., vers. 81.

987. Sich., Weitz. et nostri, *hebdomadæ*. Aldus, Giselinus et alii, *hebdomadi*, quod apud Weitzium habet Palat. Prudentius sex septena virorum nomina, quæ Matthæus numerat, interp. etiatu sex hebdomadas ex septem, quibus annus jubilæi constabat : Christus aditus septimam hebdomadam complevit. Matthæi verba sunt cap. 1, 17. *Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David generationes quatuordecim : et ad David usque ad transmigracionem Babylonis generationes quatuordecim : et a transmigracione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim*. Hæ sunt sex septenæ generationes, seu sex septena nomina virorum. Sed notandum tamen, a S. Mattheo solum recenseri ab Abrahamo ad Christum 40 viros; sive exciderit aliqua generatio, ut aliqui putarunt, sive idem homo bis censetur, tanquam finis unius generationis, et principium alterius. Poeta

numerum mysticum assumit, ut locus sit allegoricæ interpretationi.

988. Plerique mss., *placidum*. Vat. Q, *placitum*. Teolius ex uno Vat. glossatim adjicit : *Jubilæum, in quo per Christum omnia peccata dimittuntur*. Giselinus notat, Chrysostomum interpretationem Prudentianæ assimilem ad Matthæi locum cit. attulisse : nam allegorice numeros septenarios trahit ad sex dies, quibus creatus est orbis, quos appellat dies operum, laboris et miseriarum, a quibus Christus nos liberat et exsolvit. Judæi celebrabant diem septimum, qui sabbatum erat, annum septimum, qui annus sabbaticus dicebatur, et annum jubilæi, sive remissionis hebdomade septima annorum, scilicet anno quadragesimo nono mense septimo. Vide Levit. xxv. Putat nonneimo poetam respicere ad annum placidum Isaiaæ lxi, 2. Ita quidem censo; sed ab ipso Isaia indicatur annus jubilæus, qui typus fuit anni Christiani seu temporis evangelici.

992. Rat. sine litura, *ille pro Iesus*. Mariettus ad vers. 1058 veretur ineptias recentis correctoris, qui ex IHC facile protulit facere *ille*.

995. *Sabbatum* accipit pro hebdomada. Perstat enim in eadem allegoria de hebdomada sexta et septima, quam Christus complevit.

998. Prag., *notis pro notis*. Ald., *tergum* pro *regum* : mendosum utrumque.

999. Put., et Egm. a secunda manu, minus bene, *de corde* pro *de carne*.

1000. Rat., Oxon., Rot., Torr. duo, *hominem*; non placet Heinsio. Melius certe est *hominum* cum optimis. In Ald. tamen *homines*, qui est error.

1001. Nonnulli veteres scribunt *recenseta*, ut Vatt. B, Q, Mar., Rat. Ita etiam Aldus excuderat : sed emendavit *recensita*. In Vat. Q, *numerandos*; corrupte.

1002. Prag., male, *quod*; lege *quid*. Ald., Egm., Noms., vocabulo Græco Latino, *sancilogus* pro *san-*

- Sursum versus agit seriem, scandente nepotis A 1020 Et quid agit Christus, si me non suscipit? aut
 488 Corpore, perque atavos cursum relegente [quem
 [vetustos?
 1005 Septenos decies conscendit Christus in ortus,
 Et duo; nam totidem doctores misit in orbem;
 Descensos nascendo gradus, redeundo retextit
 Actus ad usque apicem terreni corporis Adam.
 Inde parens Deitas recipit sua, nostrarque mix-
 [tin,
 1010 Fitque Dei summi per Christum filius Adam.
 Restat, ut aeriam fingas ab origine gentem,
 Aerios, roceres, Levin, Judam, Simeonem,
 Aerium David, magnorum corpora regum
 Aeria, atque ipsam feculae virginis alvum
 1015 Aere fallaci, nebulisque, et nube tumentem.
 Vanescat sanguis perflabilis: ossa liquescant B
 Mollia: nervorum pereat textura volantum.
 Omne, quod est gestum, notus auferat irritus:
 [auræ
 Dispergant iemnes, sit fabula, quod sumus omnes. 1025 Pertractare lutum, cum vas componeret arvo
 Nondum viscereo: sed inertis glutine limi,
 Impressoque putres sub pollice duceret artus?
 Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri!
 Dignatur præpinguis humi comprehendere mollem
 1030 Divinis glebam digitis, nec sordida censet
 Hærentis massæ contagia. Jusserrat, ut lux
 Confleret: facta est, ut jusserrat; omnia jussu
 Imperitante novas traxerunt edita formas.
 Solus homo emeruit Domini forinabile dextra
 1035 Os capere, et fabro Deitatis figmine nasci.

GLOSSÆ VETERES.

1005. Seriem, ordinem. — Nepotis, Christi; qui fuit nepos prophetarum, et patriarcharum, I.
 1005. Septenos decies, septeni decies sunt septuaginta, I.
 1007. Retexit, Lucas aperuit, I.
 1008. Actus, ductus, Iso.
 1009. Mixtum, copulatum, I.
 1018. Irritus, vanus, I.
 1020. Me, hominem, I.
 1022. Monumenta, recordamenta, facturam, Iso. C
 1023. Luteum, lethæum, id est mortale. — Consci- scere, adipisci, vel assumere, I.
 1025. Vas, corpus Adæ. — Arvo, a terra, luto, I.
 1026. Inertis, mortui, I.
 1029. Humi, limi, I.
 1031. Hærentis, glutinosæ, I.
 1033. Edifa, creata, I.
 1035. Os, faciem, corpus, vultum. — Fabro, fabri- bili. — Figmine, formatione, I. — Fabro, fabrilis, magisteriali, Rat.

COMMENTARIUS.

titloquus. Sich. restituit *germine*, cum alicubi invenisset *sanguine*. Aldus quidem *germine* excuderat. Iluc- usque habet Vat. B, cætera desunt. In Marietti codice est glossula, quæ sere evanuit, sed indicare vide- tur, plures quam septuaginta a Luca recenseri. Pruden- tius septenos decies et duos, id est septuaginta duos Christi progenitores ex Luca colligit fuisse. In- venio autem in Luca septuaginta quinque a S. Jose- pho ad Adamum usque, utroque comprehenso poeta, ut mysticam interpretationem adhiberet de 72 discipulis in hoc numero constitit. Fortasse S. Jose- phum et Adamum noluit hoc numero comprehendere, neque Cainan, a Mose omissum, de quo disputant in- terpretes. S. Augustinus serm. 83, alias 15, de Ver- bis Domini in Luca, 77 generationes a Christo usque ad Adam astruit, ut ex hoc numero mysticam expli- cationem confirmeret. De ipso discipulorum numero diversa sunt sententiæ, nam alii et Prudentius ipse in Dittochæo 70 fuisse dicunt.

1005. Aldus, ait, non bene, pro agit. Præg., male, nepotes. Legi debet nepotis.

1004. In marg. exemplaris edit. Colon., per quæ. Legendum est perque. Mar., Vat. A, Prag., Rat., curæ; melius *cursum*.

1008. Ad marg. edit. Colon., auctus ad usque, male.

1009. Ald., mixtum; alii, mixtum.

1010. Adam filius Dei per Christum recte a Pruden- tius dicitur: nam certum est salutem æternam consecutum fuisse. Aliqui hac ratione tuentur quod in quibusdam Bibliis Adam filius Dei in generatione Christi enarranda vocatur. Sed vera lectio est, Adam, qui fuit Dei, hoc est, a Deo solo creatus, et non alte- rius hominis filius. Hunc versum ita aliquis inter- pretatus est: *Fitque Dei summi (Filius) per Christum filius Adam*; quia scilicet Verbum caro factum est, et natura humana evecta est ad unionem hypostati- cam. Sed præterquam quod sensus implexus est,

Prudentius in gignendi casu dixisset Adæ, ut alibi Abæ, Abrahæ et Adæ.

1011. In Ald., ob menda est pro ab, Oxon., Ald., Gis. in textu, alique vulgati, pingas. Nostri, Weit., Heins., fingas.

1012. Aldus, Levi, Juda, Simeonem. Mar. et alii, Levin, Judam, Simeona.

1016. In nonnullis vulgatis, perperam, sanguis perstabilis.

1020. Widm. supra, aut quid.

1023. Rat., indignumque putet. Glossa inepta est: luteum enim a luto dicitur.

1023. Heinsius scribit *pertractare*.

1026. Rat., nondum corporeo a prima manu.

1028. Virgilius, vers. 301 lib. II Georgicæ: *Tan- tus amor terræ*. Animadvertit Weitzius. Ac sane e- gans est hoc epithonema, multo vero magis si Virgi- lianis verbis, non in hunc usum prolatis, expressum consideremus. Petavius de his Prudentii versibus non satis sibi constat; tom. I, lib. II, cap. I, ait videri Prudentium sentire Deum in formando homine hu- manam induisse figuram, quam opinionem tenuit Augustinus Engubinus. In opere vero de Opificio sex dierum tom. III, l. b. II, cap. I, melius explicat quid sit *homo Dei manibus factus*, ut multi SS. Patres lo- quuntur, et manus ac digitos tropice et figurate intel- ligit. *Descripsit*, inquit, *hoc elegantissimis versibus Prudentius, Tantus amor terræ*, etc.

1029. In Rat., præpinguis; et in Bong., molem: reforma præpinguis, mollem.

1031. *Jubeo ut non est valde usitatum*. Non desunt tamen auctores optimi qui ita sint locuti: idque ex Cicerone imitatus Prudentium, Victorem, Juvenum, Aratorem, observat Barthius lib. xxxvi, cap. 16 Ad- versar.

1035. Ald., Gis., Rott., Widm. supra, Torn., Alex., et Urbinas, item Vat. A, Q, fabro. Plerique

- Quorsum igitur limo tanta indulgentia nostro **A**
Contigit, ut Domini manibus tractatus, honora
490 Arte sacer fieret, tactu jam nobilis ipso?
Decrerat quoniam Christum Deus incorrupto
1040 Admiscere solo : sanctis quod fingere vellet
Dignum habuit digitis, et charum condere pi-
[gnus.
Destituit natura quidem destructa coactæ
Telluris formam, mortique obnoxia cessit :
Sed natura Dei nunquam solvenda, caducam
1045 Tellurem nostro vitiatam primitus usu
Esse suam voluit, ne jam vitabilis esset.
Christus nostra caro est : mihi solvitur, et mihi
[surgit.
Solvor morte mea, Christi virtute resurgo,
Cum moritur Christus, cum flebiliter tumu- **B**
[latur,
1050 Me video : e tumulo cum jam remeabilis astat,
- 491** Cerno Deum : si membrorum phantasma
[meorum est,
Et phantasma Dei est : mendax in utraque,
[necesse est,
Sit Christus specie, si Christus fallere novit.
Si non verus homo est, quem mors hominem
[probat ipsa,
1055 Nec verus Deus est, operis quem gloria prodit
Esse Deum; vel crede mori, vel adesse refelle,
Et gemina verum Christum ratione negato.
Nam quid magnificentum, si non est mortuus le-us,
Et redit? illa Dei virtus memorabilis est, ut
1060 Occisus redeat superis, surgatque sepultus.
Quisque Deum Christum vult dicere, dicat,
[eundem
Esse hominem, ne majestas sua foris perdat.
Nosco, meum in Christo corpus consurgere :
[in d me

GLOSSÆ VETERES.

1036. Quorsum, unde, cur. — Limo, carni, l.
1037. Honora, honorabili, l.
1039. Decrerat, decreverat. — Incorrupto, virgini-
nati utero, l.
1040. Solo, carni Mariæ, l.
1044. Nunquam solvenda, quæ nunquam resolvitur,
vel destituitur. — Caducam, mortalem carnem, l.
1047. Mihi solvitur, propter me moritur. — Mihi,
propter me, l.
1050. Me, carnem. — Remeabilis, remeare, exire, l.
1055. Operis, resurrectionis. — Prodit, manifesta, l.
1056. Mori, Christum, l.
1057. Negato, quod nec Deus sit, nec homo, l.
1058. Magnificum, fecit, l.

COMMENTARIUS.

Heinsiani cum Weitzio et Isonæ, fabro. Illud non displicet, et placuit Chamillardo. Ad vers. 778 dixi, sæpe Prudentium confirmare, corpus esse opus dextræ Dei, animam oris : *Finxerat hoc digitis, animam sufflaverat ore*. Lactantius lib. 11, cap. 13 : *Ficto enim corpore spiravit ei animam de vitali fonte spiritus sui*. Cæterum totus hic locus pertinere videtur ad solius corporis effectiorem : itaque rectius dicitur fabro quam *fabro*. Vetustiores optimi habent *fabro*. Vide glossas, et infra de limo : *tractatus honora arte sacer fieret*, etc. Teolius legit etiam *fabro*, sed non vere ait omnes Vatt. præter unum habere *fabro*.

1038. Vat. A, mendose, tactui nobilis pro tactu jam nobilis.

1039. Rat., decrevit quoniam. Prag., Pater pro Deus.

1040. Bong., Gis., velle; cæteri vellet melius. Summa capitum, quibus Manichæos sive Phantasmaticos Prudentius oppugnat, hæc est : 1° Christum habuisse verum corpus, conficit ex munis quæ obivit, ex verbis quibus se homini filium dixit; 2° ex Christi genealogiis, arguens simili modo affirmari posse, Christi parentes aëria habuisse corpora, si Christi corpus solum fuit aërium; 3° in eadem hypothese negari pariter posse concludit, Christum nostrum esse redemptorem et servatorem; 4° ex peculiari ratione, qua Deus hominem ex limo condidit, colligit id factum, quia æternus ejus Filius aliquando carne humana esset induendus; 5° ex resurrectione.

1046. Ald., Pal., nec jam. Alii, ne jam, congruentius.

1047. Ex Epist. ad Rom. 1v, 25 : *Qui traditus est propter delicia nostra, et resurrexit propter justificationem nostram*.

1048. S. Ambrosius lib. 11 de Sacram., cap. 6 : *Remedium datum est, ut homo moreretur, et resurgeret. . . sed Christus invenit resurrectionem, etc.*

1050 Ald., et tumulo pro e tumulo.

1052. Vatt. A, Q, Mar., Prag., Rat., Weitz., Alex.,

a prima manu, Urb. et alii, mendax in utraque necesse est sit Christus specie. Put., Ald., Pal. et alii, mendax in utroque necesse est sit Christus specie. Sed tunc melius cum Egm., mendax in utroque necesse est sit Christus species. Mihi magis placet, in utraque specie, hoc est in specie hominis et Dei, mendax et phantasma : quam lectionem Giselinus quoque approbavit. Bonon. parum apposite. *Et phantasma Dei mendax, in utraque necesse est sit Christus species*. Gallandius citat Aldum pro utraque, in quo lego utroque. Ego quidem nunquam in diversis Aldi exemplaribus lectionum discrepantiis inveni. Verum etiamsi hæc varietas in diversis exemplaribus constaret, non tamen certum argumentum id esset, duplicis editionis Aldinæ. Nihil enim facilius, quam ut inter excudendum verba aliquot, si libeat, mutantur, ita ut in ejusdem editiois exemplaribus variantes lectiones appareant; quod in antiquissimis Bibliis Moguntinis contigisse puto.

1054. Prag., male, ipse pro ipsa.

1055. Vat. A, mendose, hæc pro nec. In Teolio metrum corruptum est, transpositis verbis *Nec Deus verus est*.

1058. Prag., ille pro Iesus. Vide vers. 992.

1059. Aldus mendose, et redit illa Dei justus pro et redit? illa Dei virtus memorabilis est, ut.

1061. Rat., quique; Gis., quisque. Vera lectio quisque. Confer hymnum 7 Cath. vers. 216. Vat. A pro dicere habet discere cum glossa, id est credere.

1062. Vat. A, corrupte, ne majestate.

1063. Titulum ante hunc versum non agnoscent Boher. prior, Put., Alex., Urb., Vat. A : quod Heinsius probat, quia hæc omnia ad Phantasmaticos referuntur. Nihilominus eum ascribit alii veteres. Rat., *De resurrectione carnis*. Mar., *De resurrectione carnis humanæ*. Ita Ald., Weit., Gis. 1 ed. Sed in edit. 2 Gis. ad oram, *Resurrectio*. Egm. ad marg., *De resurrectione*. Trithemius tanquam librum diversum hos paucos versus re-enset.

- Desperare iubes? veniam, quibus ille revenit
 1065 Calcata de morto, viis; quod credimus, hoc est.
 492 Et totus veniam: nec enim minor, aut
 [alius, quam
 Nunc sum, restituar: vultus, vigor, et color
 [idem,
 Qui modo vivit, erit; nec tunc vel dente, vel ungue
 Fraudatum revomet patefacti fossa sepulcri.
 1070 Qui jubet, ut redeam, non reddet debile quid-
 [quam:
 Nam si debilitas redit, instauratio non est.
 Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor
 [hausit,
 Quod truncavit edax senium populante veterno,
 Omne revertenti reparata in membra redibit. B 1083
- A 1075 Debet enim mors victa fidem, ne fraude se-
 [pulcri
 Reddat cartum aliquid; quamvis jam curtus vo-
 [rarit
 Corpora, debilitas tamen, et violentia morbi
 Virtus mortis erat; reddet, quod particulatim
 Sorbuerat quocunque modo, ne mortuus omnis
 1080 Non redeat, si quid pleno de corpore desit.
 Pellite corde metum, mea membra, et credite
 [vosmet
 Cum Christo reditura Deo; nam vos gerit ille,
 493 Et secum revocat: morbos ridete mina-
 [ces;
 Inflictos casus contemnite; tetra sepulcra
 Despuite; exurgens quo Christus provocat, ite.

GLOSSÆ VETERES.

1064. Veniam, *resurgam*, l.
 1072. Hausit, *consumpsit*, l.
 1075. Edax, *consumens*.—Veterno, *morbo*, l.
 1075. Victa, a *Christo*.—Fraude, *ne furetur ali-*

- quid*, l.
 1076. Curtum, *debite*, Iso.
 1083. Minaces, *quia solent mortem minari*, Iso.

COMMENTARIUS.

1066. Ostendit poeta, resurrectionem carnis futu-
 ram in eodem omnino corpore, in quo homo vixit.
 Ut enim traditur in concilio Toletano xvi, Christus
 ejusdem carnis, qua occubuerat, veritate resumpta sur-
 rexit, exemplum nobis sua resurrectione impendens,
 ut credamus, nos etiam resurrecturos in veridica
 1066. C. *carnis substantia, in qua nunc sumus et vivimus*. Ina-
 nem, et damnatam subtilitatem quorundam de vera
 resurrectione, etiamsi corpus idem numero non sit,
 contemnamus.

1069. Ald., Vat. Q, Mar. a prima manu, Cham.
 male, *removet*.

1076. Aldus, *voravit*; melius alii, *vorarit*. Prag,
 m le, *forarent*, vel *foraret*.

1078. Gisel., *erii*; cæteri, *erat*. Bong. et præstan-
 tiores Heinsiani, *reddat*. Palat., *reddit*. Ald., Weit.,
 Gis., Alex., Urb. et alii nostri, *reddet*.

1079. Aldi error *quocunque*. Heins. et alii inter-
 pungunt *sorbuerat*, *quocunque modo*. Alii melius, ut
 edidi.

1081. Ald., mendose, *meo pro mea*. Thuan., *mem-
 bra, credite sine et*, quod metro non adversari dixi in

proleg. Spiegelii Comment. hymn. Cathem. *Omnis
 hora* ad vers. 94, *Quo gravi carmine, inquit, et Christi,
 et carnis humanæ resurrectionem Prudentius confessus
 est*. Eundem locum a Fabro sub nomine *cujusdam
 sanctorum* in primo ad Paulum commentario advo-
 cari idem Spiegelii monet. Veram apotheosin Christi,
 sive deificationem hominis concludit Prudentius, ex-
 posita resurrectione, qua Christus, verus Deus et
 homo, resurrexit, et homines secum resurgentes cælo
 invehit.

1084. Bong., *et atra*; alii, *tetra*. Ex editis tantum
 vidi Cellarium, qui tenuerit *et atra*, et Teolium post
 Cellarium, quamvis Teolius ex Vat. codd. nihil no-
 taverit. Uterque Heinsio adhaerere solent; sed hac in
 re Heinsius cum cæteris sensit, neque ullam varian-
 tem lectionem observavit. Non dubito, quin verum
 sit *tetra*.

1085. Oxon., *despicite*. Ita Urbini. Alii, *despuite*;
 sed Put., Alex. et veterimi scribunt *dispuite*. Ald.,
et surgens. In Vat. A, *Finit Apotheosis, id est deifi-
 catio*. In Mar., *Finit liber Apotheosis*. In Urb., *Explicit
 contra Manichæos*.

INCIPIT LIBER HAMARTIGENIA.

Praefatio.

- 494** Fratres ephēbi, fossor, et pastor, duo, A
495 Quos feminarum prima primos procreat,
 Sistent ad aram de laborum fructibus
 Deo sacra munerum praeordia.
5 Illic terrulentis, ille vivis fungitur :
 Certante voto discrepantes immolant,

Fetum bidentis alter, a-st alter scrobis.

Deus minoris comprobavi hostiam,

Rejecit illam, quam paravit grandior.

10 Vox ecce summo missa persultat throno :

Cain, quiesce; namque si recte offeras,

496 Oblata nec tu lege recta divides,

GLOSSÆ VETERES.

1. Ephēbi, juvenes. — Fossor, agricola. l.
2. Procreat, genuit, l.
3. Sistent, ducunt, l.
5. Terrulentis, terræ fructibus. — Vivis, ovis, l., Vat. A.
7. Bidentis, ovis. — Scrobis, terræ vel sulcorum, l.

8. Comprobavi, collaud vit, l.

9. Grandior, senior. Iso.

10. Persultat, personat, Iso.

11. Quiesce, hoc secundum LXX dictum est: Cain, peccasti, quiesce, a malo opere scilicet, l.

12. Lege, discretionē, l.

COMMENTARUS.

Heinsius contendit Hamartigeniam partem esse Apotheosis ex ipso argumento et ex titulis codicum. Nam in Thuan. est, *Incipit Hamartigenia liber II* In Put., *Incipit liber II Hamartigenia*, et in fronte paginæ cum omnium, *Prudentii liber II Hamartigenia*. Et postea *Prudentii liber III Psychomachia*. In Thuan., *Finit Hamartigenia liber II. Incipit Psychomachia liber III*. Egm., *Finit Apotheosis. Incipit liber unus Hamartigenia*. Et in fine, *Explicit liber secundus Prudentii Hamartigenia*. In nostris hi sunt tituli. Vat. A, *Incipit liber unus ad Martigenia (lege Hamartigenia)*. Mar. et Rat. cum Weltz., *Incipit Hamartigenia, id est, de origine peccatorum*. Alex., *Finit Apotheosis. Incipit Hamartigenia liber. Urb.*, *Incipit prologus adversus Marcionitas*. In Rot., *Incipit Hamartigenia de origine peccati*; et postea, *Aurelii Prudentii Clementis Hamartigenia, id est, liber de origine peccati explicat*. Ex his omnibus titulis potius colligo Hamartigeniam opus esse ab Apotheosi omnino distinctum: præsertim quia diversa est præfatio eidem apponitur. Neque Heinsio assentior, aut el. Hisco tom. xxxi Hisp. sacr. assentiri, in quibusdam codicibus Hamartigeniam partem esse Apotheoseos. Quod enim dicatur *liber II*, non arguit esse partem Apotheosis, sed partem alicujus operis, cuius I liber sit Apotheosis, II Hamartigenia, et III Psychomachia: ut tituli indicant. Et, ut ego quidem arbitror, omnes hi tres libri pertinent ad opus quod Prudentius in præfatione omnium carminum innuit his verbis: *Pugnet contra hæreses, catholicam discat at fidem*. Potest etiam dici, I liber I, II et III numerari ab exscriptoribus, qui ita libros, quos ipsi in aliquod volumen conjecerunt, distinguere voverunt. In Alexandrino quidem veteri libro ita notatum invenio post Hamartigeniam: *Finit Hamartigenia liber III. Incipit Psychomachia liber IV*. Nam in principio voluminis recensentur omnia Prudentii opera, quæ novem esse dicuntur: et cum liber I Cathemerinon astruatur, illico subditur Apotheosis, quæ proprie est liber II; tum sequitur Hamartigenia, quæ ideo liber III nuncupatur: succedit Psychomachia, quæ suo ordine liber est IV. In eodem tamen codice post Psychomachiam legitur *Finit liber III Psychomachia*, sive mendum sit, sive III appellatur ex libris contra hæreticos, et ad discutendam fidem exaratis.

I. Liber hic est adversus Marcionitas, qui duos deos esse astruebant: non enim intelligere poterant ex qua origine peccatum profunderet, nisi a deo malo:

hinc Græca inscriptio Hamartigenia, sive de origine peccati. Theodulfus Aurelianus in lib. de Spiritu sancto Hamartigeniam appellat librum adversus Marcionistas. Vide num. 179 proleg. Giselinus advertit videri poetam in Marcionis errore confundendo omnem ingenii vim ac robur explicuisse. *Materiam namque difficillimam, inquit, intricatissimamque de fato ac libera voluntate, mirum, quanta verborum et sententiarum dignitate, ac mole pertractet, ipsis rhetorum flosculis bellissime omnia referens: adeo ut ex solo hoc poematio quis facile conjecerit, in quovis illum scientiæ ac litterarum genere excelluisse*. Quod autem Manem Marcion fuerit secutus, ut ait Giselinus, contra rationem temporum est. Etenim Marcion circa annum 136, Manes circa 277, errores suos di-seminarunt. Ut hic Prudentii liber clarius intelligatur, Tertulliani adversus Marcionem libros soluta oratione scriptos, aliosque ligata sub ejus nomine vulgatos legere oportet. Chamillardus in Hamartigeniæ notis multo est secundior, quam solet, ut alium interpretem possis credere. *Ephēbi* in primo versu aliter ab aliis scribitur. Mar. scribit *Ephēbi*, Widm. *Ephēbi*, Egm. *Ephēbi*, ali *Ephēbi*.

2. Mar. a prima manu, *proximos creat*. Prag., *proximos procreat*, quod versus repugnat: supra in eodem Prag., *primos*.

5. S. Ambrosius lib. de Cain et Abel inter rationes, cur sacrificium Abel a Deo probatum fuerit, non vero Cain, etiam hanc assignat. *Plus est enim, ait lib. I, cap. 10, animalis, quam terrenus*.

9. Vat. A, *ille*; melius *illam*.

11. Prag., *nam*, quod amplexus est Weltzius cum Widm. perperam: obstant enim leges carminis. Pro recte Rat. a secunda manu, *recta*. Respicit Prudentius caput IV Genes., vers. 7: *Nonne si bene egeris, recipies?* Giselinus advertit hæc verba aliter legi in sacris Bibliis vulgatis; quæ tamen ipse legerit in quadam historia ms. e sacris Litteris excerpta. Idem Giselinus et Mariettus monent, id dictum secundum LXX interpretes. S. Isidorus cap. 6, Quæst. in Genesi: *Dixit Deus ad Cain, Si recte offeras, recte autem non divides, peccasti.... Quiesce, sub te erit appetitus*, etc. S. Ambrosius lib. II, cap. 6 de Cain et Abel, ita etiam legit et explicat, Cainum non recte divisisse, quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, ut a gratia inchoaret auctoris. Jubetur autem Cain quiescere, quia non habebat quod excusaret.

12. Pro *recta* legitur *recte* Ald., Egm., Palat. For-

Perversa nigram vota culpam traxerint.

Armat deinde parricidalem manum

15 Frater, probatæ sanctitatis æmulus;

Germana curvo colla frangit s. reulo,
Mundum recentem cæde tingit impia,
Sero expiandum, jam senescentem, sacro
Cruore Christi quo peremptor concidit.

20 Mors prima cœpit innocentis vulnere,
Cessit deinde vulnerato innovo.
Per crimen orta, dissoluta est crimine;
Abel quod ante percussit, Christum dehinc,
Finita et ipsa est, finis exortem petens.

25 Ergo ex futuris prisca cœpit fabula,
Factoque primo res notata est ultima,
Ut ille mortis inchoator rusticus

497 Insulsa terræ deferens libamina,

A Deumque rerum mortuorum deputans,

30 Rastris redacta digna sacris crederet,
Viventis atrox æmulator hostiæ.

Agnosco nempe, quem figura hæc denotet,
Quis fratricida, quis peremptor invidus
Prave sacrorum disciplinam dividat;

35 Mactare dum se vota censet rictius.

Marcion, arvi forma corruptissimi,
Docet, Duitas discrepare a spiritu,

498 Contaminatæ dona carnis offerens,
Et segregatim numen æternum colens.

40 Qui si quis sciat, nec momentem negligat,
Pacem quietam diligit germanitas,
Unum, atque vivum fassa virorum Deum.

Hic se caduco delicans mysterio,
Summam profanus dividit substantiam,

GLOSSÆ VETERIS.

13. Traxerint, *trahent, trahunt*, l.
15. Probatæ, *laudatæ*. — *Æmulus, inimicus, invidus*, l.
17. Tingit, *sædavit, vel polluit*, l.
18. Expiandum, *ipsum mundum*, l.
19. Peremptor, *diabolus*, l., Rat.
21. Cessit, *victa est*. — *Innoxio, Christo*, l.
22. Crimen, *Cain*. — *Crimine, Judæorum, in Christo facto vel perpetrato*, Iso.
24. Ipsa, *mors*, l.
25. Fabula, *narratio*, l.

- B 26. Factoque, *opere malo*, l.
27. Rusticus, *agricola, id est Cain*, l.
28. Insulsa, *rustica*, l.
30. Redacta, *laborata*, l.
31. *Æmulator, inimicus*, l.
36. Arvi, *pinguedinis, id e t, heresis*, Rat.
37. Duitas, *duplicitas*, l., Vat. T. *Duplicatus, ut aliter esset Deus animæ, et alter corporis*, Prag.
40. Qui, *Marcion*. — *Momentem, me*, l.
42. Fassa, *confessa, vel confitens*, l.
43. Caduco, *malo*, l.

COMMENTARIUS.

lasse melior est lectio Wid., *certa*. Sive *recta*, sive *certa* scribatur, intelligitur *lege certa seu recta*, in ablativo. Notatur æmulatio qua Cain diversa ab Abele munera offerebat. *Recte* offerre intelligendum est, secluso perverso voto, et quod attinet ad alias sacrificii leges.

16. Notat Browerus, Venantium Fortunatum, ut alibi non raro, sic etiam eleg. 2, lib. ix, Prudentii vestigia pressisse, quod docuerit Abelem sarculo fuisse extinctum. Alii alio modo occisum tradunt, sive gladio, sive falce, sive ferro, sive lapidibus, sive manibus, sive morsibus. Quæ omnia cum conjectura solum probentur, non temere poeta sarculo extinctum dicit, quo instrumento agricultores ad herbas inutiles evellendas utuntur. Abelem a Caino occisum plures picturæ in cœmeteriis veterum Christianorum exhibent. Vide cl. Mæmachiium tom. II Antiq. Christ., pag. 50.

19. Vat. A, minus bene, *perempto*.
20. Vat. A, Egm., Torr. unus, et Pal. a prima manu, *sors*; alii *mors*. Bong., *vulneris*, male.
21. Scripti et editi libri, *cessit*. Apud Weitzium M. Berg. legit *cessat*. Melius est *cessit*.
24. Bonon., *fnit et*, perperam.
26. Mar., *facto primo* contra metrum.

31. Bonon., *immolator*, male: nam Cain non fuit immolator hostiæ viventis, sed æmulator. Ait Prudentius, hac narratione de Caino, qui victimæ fraternæ æmulus, fratrem morte affecit, denotari rem futuram; quam? Marcionis hæresim, qui disciplinam sacrorum perverse divisit, qui Deum in duos dividit, in hoc toto prologo, et in primo carminis versus Caino comparentur, non satis explicant interpretes. Prudentius aut litteræ versionis LXX interpretum adhæsit, quod Cain non recte divisit, aut solum divisionem et schisma omnium hæreticorum proprium Marcionitis objicit. Lauretus in Silva allegoriarum ex SS. Patribus ostendit Cainum esse figuram peccati, peccatoris, Judæorum, populi hæreticorum, alios hæreticos generantis, pravi dogmatis, et pravi sensus. S. Ambrosius, in lib. 1 de Cain et Abele, cap. f,

duas sectas considerat, sub duorum fratrum nomine invicem repugnantes et contrarias sibi. Hunc Ambrosii locum imitatum Prudentium puto.

32. Ald., *quæ*. Melius cæteri, *quem*.
33. Alex., Ald., Gis., Fab., Widm. supra, *fratricida*. Mar., Urb., Prag., Weitz., Sich., *parricida*. Heinsiani et Vat. A, *fratricida*, quod magis placet.
34. Fab., Bong., Gis., *diidit*. Heinsiani, Alex., Urb. et nostri, alii *dividat*, ut supra denotet.
36. Ald. et Urb., mendose, *Arvi pro arvi*. Marcionem corruptissimis moribus fuisse traditum est. Chamillardus objicit poetæ, quod penultimam in *Marcion* produxerit: et exemplum adducit ex libris contra Marcionem sub Tertulliani nomine: *Hæc vobis per Marcionem Cerdone magistro*. Verum alii, qui prosodia indices conficiunt, contra docent tres omnes vocales in *Marcion* esse producendas. Sane exemplum ex Tertulliano potest ita accipi, ut pes tertius sit spondæus facta synaresi ex *cio*. Sic Prudentius infra vers. 429 ait *Marcionita*, ubi *Marcio* est spondrus. Vide ibi notanda. Quod si auctoritate res hæc confici deberet, non Tertullianus commentitius Prudentio, sed Prudentius Tertulliano commentitio esset præferendus. Ultima vero in *Marcion* corripitur, ut in *dæmon*. Vide Proleg.

D 37. Vat. A, Prag., Pal., Egm., *dueta*; Aldus, Alex., *duetas*; Mar., Rat. et alii, *Duitas*. Ita vocat eos qui duos asserbant esse deos. Fortasse melius scriberetur sine commate, *Docet Duitas discrepare a spiritu*. Glossæ ineptæ sunt.

41. Heinsiani scripti, *quieta*. Alex., Urb. et alii nostri, *quietam*, cum Gisel., Ald., Weitz.

42. Prag., *fessa*. Vat. A, *virorum*. Corrige *fassa et virorum*.

43. Post hunc versum in multis mss. adest alius, in Mar., Rat., Prag., Weitz., Gis. et alius, scilicet *Hic qui caduci rem laboris offerens*. Sed in Mar. deest vox *hic*, in Pragens. prius ponitur *Hic, qui caduci*, tum *Hic se caduco*. Adest ab Alex., Urb., Vat. A, Ald., Egm., Palat. et Heinsianis exemplaribus. Teolius, qui negat ullum Vaticanorum agnovisse hunc versum, non videtur observasse codicem Marietti.

- 45 Malum, bonumque, ceu duorum separans
Regnum deorum, scepra committit duo;
Deum esse credens, quem fatetur pessimum,
Cain cruentus, unitatis invidus,
Mundi colonus, immolator squalidus;
50 Cujus litamen sordet, et terram sapit,
Terram caduci corporis, venam putrem,
Humore denso conglobatam, et pulvere:
Natura cujus fraude floret fertili,
Fecunda fundens noxiorum crimina,

- A 55 499 Animæque vitam labe carnis enecat.
Caro in sororem tela mentem dirigit:
Mens in cerebro ventilatur ebrio,
Ex quo furores succulentos colligit
Madens veneno corporis lymphatico.
60 Deum perennem findit in duos deos:
Audet recare numen iusecabile.
Cain preemptor, denegans unum Deum,
Cain triumphat, morte fratris altius.

GLOSSÆ VETERES.

- 43 Committit, firmat, I.
48. Cain, Marcion, I.
50. Litamen, oblatio. — Sordet, fetet. — Sapit,
supremam terrenum habet, I.
51. Venam, scilicet sapit, I.
57. Ebrio, insano, I.

58. Succulentos, purulentos, vel insanos, I.
59. Lymphatico, furenti, I.
63. Cain, Marcion, I. — Triumphat, malo triumpho,
et malo suo munitus, Vat. A. — Alitus, nutritus,
I., Vat. A.

B

COMMENTARIUS.

46. Prag., regna duorum; supra, divorum. Mar., regna divorum; supra, duorum. Rat., Bong., Widm. supra, regna divorum. Ald., Weitz., Palat., Widm. a prima manu, regnum duorum. Gis., regnum deorum. Assentitur Giselino Heinsius: neque id mihi displicet: nam regna et divorum metro repugnant; duorum jam dictum est versu superiori: nisi interpungas hoc modo Malum, bonumque ceu duorum separans Regnum, duorum scepra committit duo. In Vat. A, Alex. et Urb. exstat utrumque regnum et duorum. Chamillardus et Cellarius Heinsio adhaerent. Sich., regnum divorum contra metrum.

51. Vat. A, male, terra caduci.
54. Cauchius conjicit noxiarum.
56. Caro, soror mentis, ut supra Apoth. vers. 827, cum cordis amici Intravit germana domum, etc.
57. Ald., Mar., Prag. a prima manu, Widm. a prima manu, illecebro. Alii, in cerebro, quod sensus flagitat. Weitz., illecebro.
59. Prag., lymphatico, non ita bene.
60. Bonon., fundit in duos, male.
61. Ald., nomen; rectius, numen. Heinsius et Cham., iusecabile? interrogans.
62. Weitz., Widm., Bong., Fabr., Alex., Rat., Mar. a secunda manu, Cain preemptor. Vat. A, Bonon., Prag., Mar. a prima manu Rat., supra, Egm.,

Put., Rott., tres Torr., cadit preempta, scilicet mens Marcionis. Thuan., cadit preemptor. Aldus, cadet preemptor. Widm. ad oram, mens preempta cadit, contra metrum. Teolius Heinsio inhæret, Cadit preempta, quamvis asruat, duos codd. Vat. illi taveri, cæteros preemptor præferre, ut in Vulgatis.

63. Ald., Fabr., Gis., illitus. Thuan., Rot., Cauch., tres Torr., Bonon., oblitus ab obliquo, quod amplexus est Heinsius, et cum Heinsio recentiores. Plurique halitus, aut alitus cum glossa ridicula nutritus ut Vat. A, Alex., Urb., Mar., Prag., Rat., Weitz. Metrum non patitur alitus pro nutritus. Ego accipio ultitus ab allino, quo verbo usus est Cicero, et Horatius in Arte poetica, incomptis allinet atrum Transverso calamo signum; et sensus est idem ac in oblitus aut illitus, hoc est maculatus. Omitti autem altera e duabus consonantibus facile potuit. Isidorus lib. 1 Etym., cap. 27, ex Victorino ait, veteres non duplicasse litteras, sed supra sicillos apposuisse, ut selta, ser'a, as'eres. In antiquis marmoribus sæpe desideratur una e duabus consonantibus quæ in aliqua voce essent duplicandæ. Prudentius Marcionem cum Caino confert: in eodem vero Marcione rursus inter carnem et mentem distinguit; carnem nomine Caini intelligit, quod male triumphaverit de mente, eam præcipitem irabens.

HAMARTIGENIA.

500 Quo te præcipitat rabies tua, perlide
[Cain,
Divisor blasphemæ Dei? tibi conditor unus

Non liquet, et bifidæ caligant nubi'a lucis.

Insincera acies duo per divortia semper

5 Spargitur, in geminis visum frustra a figuris

GLOSSÆ VETERES.

1. Cain, Marcionis, I.
3. Liquet, manifestatur, patet. — Lucis, oculorum, Iso.

- D 4. Insincera, impura, non pura. — Acies, visus. — Divortia, deviamina, diverticula, I.
5. Frustrata, ipsa acies, I.

COMMENTARIUS.

4. Argumentum operis titulo exprimitur Adversus Marcionis, qui duos deos esse affirmant, in Rat., Prag., Thuan., Oxon., Alex. In Aldo, affirmabant; Vat., A, asserunt. Gis. 2 edit., Hamartigenia, aliis omissis, et ad oram Duitæ.

2. Lupus Ferrariensis epist. 20 ad Aluvinum hunc versum et ejus auctorem hoc elogio prosequitur: Græcus quidam Græcos blasphemus dicere correpta penultima mihi constanter asseruit. ... Tamen Aurelius Prudentius, qui apud plerosque vehementissime ce-

lebratur, id nomen sic posuit, DIVISOR BLASPHEMÆ DEI. Hinc igitur longe lateque manavit, ut BLASPHEMUS, et BLASPHEMO accentum in penultima syllaba sortirentur. Lupus accentum cum syllabæ quantitate confundit: nam penultima in blasphemus est longa, accentus vero est in antepenultima. Vide Proleg.

5. Ex Tertull. lib. 1 adversus Marcion., cap. 2. Quo facilius duos deos cæci perspexisse ac existimaverunt. Unum enim non integre viderunt. Lippientibus etiam singularis lucerna numerosa est.

- Terrarum tibi forma duplex oblitit, ut excors A
 Dividuum regnare Deum super æthera credas.
 Bina boni, atque mali glomerat discrimina sor-
 [dons
 Hic mundus : domino sed cœlum obtemperat
 [uni
- 10 Non ideo duo retinent cœlestia reges,
 Quod duo sunt opera humanas agitant a curas.
 Exterior terrenus homo est, qui talia ceruens,
 Conjicit, esse duo variarum numina rerum,
 Dum potat esse Deum, qui prava effinxerit olim,
- 15 **501** Et qui recta itidem condens induxerit,
 [ambos
 Autumat esse deos natura dispare summos.
 Quæ tandem natura potest consistere duplex,
 Aut regnare diu : quam fons divisus ab arce
 Separat, alternaque apicum ditione recidit ?
- 20 Aut unus Deus est, rerum cui summa potestas :
 At quæ jam duo sunt, minuuntur dispare
 [summo.
 Porro nihil summum, nisi plenis viribus unum :

- Distantes quoniam, proprium dum quisque
 [revulso
 Vindicat imperio, nec summa, nec omnia pos-
 [sunt,
 Jusvarium non est plenum : quia non habet alter,
 Quidquid dispar habet, cumqum discretio
 [carpit.
 Nos plenum sine parte Deum testamur, et
 [unum :
 In quo Christus inest, idem quoque plenus, et
 [unus,
- 502** Qui viget, ac vigit super omnia, qui-
 [que vigebit,
- 30 Participem nullum collato fœdere passus.
 Summa potestatum simplex, dominatio rerum,
 Virtutum sublime caput, fons unicus orbis,
 Naturalis apex, generisque, et originis auctor :
 Ex quo cuncta fluunt, et lux, et tempora, et
 [anni,
- 35 Et numerus, qui post aliquid dedit esse secun-
 [dum :

GLOSSÆ VETERES.

6. Obludit, illudit. — Excors, *stultus, sine corde*, l.
 8. Glomerat, colligit. — Discrimina, *discretionēs*, l.
 11. Agitantia, *moventia*, l.
 13. Conjicit, *divinat*, l.
 15. Itidem, *iterum*, l.
 16. Dispare, *separata*, l.
 18. Ab arce, *a dignitate*, l. Principio, Vat. A.
 19. Apicum, *celsiitudinum summatarum*, l.
 21. Aut quæ, *nihil summum, nisi unum*, Vat. A. —
 Summo, *summitate*, Mar. — Dispare summo, *sepa-
 rata summitate*, l.
 22. Unum, *fuert*, l.
 25. Revulso, *separato*, l.

24. Vindicat, *usurpat*. — Omnia, *scilicet facere,
 vel esse*, Iso.
 25. Varium, *duorum*, l.
 26. Cumulum, *plenitudinem, vel summitatem*, l.
 29. Viget, *vigorem tenet*, l.
 30. Collato, *conjuncto*. — Fœdere, *amicitia*, l.
 31. Summa, *summitas est ille, sublimitas*. — Sim-
 plex, *unica*, l.
 33. Apex, *summitas capilli, et ponitur pro omni
 summitate*, l.
 35. Aliquid, *unitatem*. — Secundum, *id est filium,
 et angelos, et homines*, l.

C

COMMENTARIUS.

6. Bong., *obludit*; supra, *illudit*.
 9. Aldus male interpungit *hic mundus dommo pro
 hic mundus : domino*.
 11. Bong., nonnulli vulg., *duo sint*.
 14. Rat., *effinxerat*; alii, *effinxerit*.
 17. Gis. 4 edit. ad oram, Sich., Widm. supra,
 Bong. ad marg., *constare biformis*; cæteri, *consistere
 duplex*.
 19. Apices pro summo honore. Horatius, lib. III,
 oda 24, *Trementi regum apices, neque militum arua*.
 20. En nervosum argumentum quo SS. Patres,
 theologi et philosophi Dei unitatem demonstrant.
 Deus aut unus est, aut i plures sunt, jam non sunt
 dii. Chamillardus frustra laborat id explicare : nam
 clarius Prudentius carmine, quam ipse interpreta-
 tione, aut commentariis rem conficit. Quod si S.
 Patrum auctoritates desideras, theologos poteris con-
 sulere, qui eas exscribunt. Egregie S. Athanasius
 orat. adversus idola, *multitudo numinum, nullitas numi-
 numum*, a Prudentio adhibetur subtile argumentum,
 in scholis usitatum : quod si plures dii essent, uni-
 cuique deesset perfectio, quæ in omnium collectione
 reperitur. S. Irenæus, lib. II, cap. 4, eadem ratione
 utitur : *Deerit enim unicuique eorum partem minimam
 habenti, ad comparationem omnium reliquorum ; et sol-
 setur omnipotentis appellatio*.
 21. Gis., Bongar., Rat. a prima manu, aut qui.
 Alex., Sih., Rat. a secunda manu, Thuan., aut quia.
 Alii, aut quæ. Pro summo Alex. a prima manu, et
 Rot., *summa*.
 22. Prag., Rat., Weitz., Mar. pro diversa lectione
 æsum. Alii, *unum*.
 24. Vat. A, male, *indicat pro vindicat*.

28. Prudentius ait nos fateri Deum unum, quam-
 vis diversæ sint personæ : quia Verbum (idem dic de
 Spiritu sancto) cum Patre regnat *majestate sub una*,
 hoc est, ejusdem est naturæ ac substantiæ.
 29. Ald., non bene, *quippe vigebit*. Gis. et alii vulg.,
et vigit.
 31. Pnt., Egm. ad oram. *Summa potestatum Pater
 est*, quod Heinsio et Chamillardo non displicet, quia
 hæc, ut putant, de Deo Patre dicuntur. Longe aliter
 sentio. Etenim hæc omnia ad vers. 37 accipio de
 ipsa natura divina.
 32. Arnobius, lib. II, pag. 44 : *Ille salus rerum
 Deus omnium, virtutum caput, benignitatis et columen*,
 Et supra : *bonorum omnium solus caput*.
 33. In Rat., *generis sine que*. Ex hoc loco aliisque
 similibus Petavius tom. II, lib. IV, cap. 3, probat,
*generis nomen pro natura sumi interdum solere ab
 Hilario et Prudentio, quibus adjungit Facundum Her-
 miauensem ex Eustathio Antiocheno, Eusebium vul-
 go Emissenum nuncupatum, Tertullianum et alios*.
 34. In Vat. A, *tempora, anni, non bene*.
 35. A Deo, qui *summa potestatum simplex est*, per
 Verbum omnia facta sunt. Inter creata vero sunt ea
 quæ numerantur suo ordine. Nam Deus princeps
 et auctor numeri non potest numerari : neque enim
 est Deus primus, Deus secundus, Deus tertius : ne-
 que Pater est numero primus, aut anterior Filio, aut
 Filius secundus numero, et posterior Patre. Ut enim
 in symbolo Athanasiano dicitur, in hac trinitate *nihil
 prius, aut posterius*. Et quamvis nonnulli theologi ve-
 ram prioritatem originis inter personam producen-
 tem et productam agnoscant ac tueantur, tamen ea
 non efficit numerum, qui post aliquid dedit esse secun-

- Unus enim princeps numeri est, nec dinumerari A 45
Tantum unus potis est : sic, cum Pater, ac
[Deus alter
Non sit, item Christus non sit genitore secundus,
503 Aut numero anterior, cui Filius unicus
[uni est,
10 Ille Deus, meritoque Deus : quia primus, et unus:
In virtute sua primus; tum primus in illo,
Quem genuit : quid enim differt, generatio sim-
[plex ?
Unum semper crit gignens, atque unus ab uno
Ante chaos genitus, numeroque, et tempore li-
[ber.
- Quis dixisse duos rem majestate sub una
Regnantem, propriamque sibi, retroque peren-
[nem
Ausit, et unius naturæ scindere vires ?
504 Nunquid adoptivum genitor sibi sum; sit,
[ut alter
Externi generis numerum præstare duorum
Debeat, et geminum distans inducere numen ?
50 Forma Patris veri verus stat Filius, ac se
Unum rite probat, dum formam servat eandem.
Non amor ascitus sociat, nec jungit utrunque
Conjurata fides; pietas sed certa, genusque
55 Unum, quod Deus est, summam revocatur ad
[nam.

GLOSSÆ ULTERES.

36. Unus enim, quia ab uno inchoamus semper B
numerum, l.
38. Secundus, ac Deus Pater non sit ipse Pater
anterior numero, l.
40. Unus, Filius Pater, l.
43. Ab uno, Patre, l.
44. Chaos, mundum, principium. — Numeroque, eo
quod sit unus filius, sicut unus genitor est. — Et tem-
pore, id est, æquales in temporibus, l.
45. Duos, scilicet deos, l.
46. Retro, ab initio, Vat. A.
47. Ausit, ausus est, l.
48. Adoptivum, Filium, l.
50. Distans, alio modo stans, l.
51. Stat, est, l.
52. Unum, Filium. — Rite, veraciter. — Formam
eandem, substantiam Patris, l.
53. Amor, adoptio, l.

COMMENTARIUS.

dum, de quo loquitur Prudentius : ne solum ea prio-
ritas significat personam producentem esse id a quo
est persona producta, non vicissim, et hoc sensu in
Trinitate sunt prima, secunda et tertia persona, que
revera sunt tres personæ distinctæ. Sanctus Grego-
rius Nyssenus discretis verbis affirmat, nullo id ser-
mone comprehendi posse, quemadmodum res eadem
numerabilis sit et numerum fugiat. Consule lauda-
tum Petavium lib. xii, tom. II, cap. 13, ubi explica-
tur naturæ divinæ singularitas et unitas numerica.
Theologi aiunt in proprietatibus relativis numerum
adhiberi, non in absolutis. Simili modo S. Augustinus
tract. 39 in Joan. : *Hoc solo numerum insinuant, quod
ad invicem sunt; non quod ad se sunt.*

39. Minime dubito quin legendum sit cum Rat. et
Mar. a secunda manu : *Aut numero anterior, cui Filius
unicus uni est.* Sensus est, quod Filius non est Patre
posterior, Pater non est anterior Filio; sed Deus est
unus primus in virtute sua, primus in illo quem ante
chaos genuit, et unum sunt gignens et genitus, nume-
roque et tempore lib. r. S. Fulgentius in lib. de
Fide ad Petrum Verbum Prudentii adhibuit, senten-
tiamque explicuit : *Nullus horum extra quemlibet ipso-
rum est : qui nemo alium præcedit æternitate aut ex-
cedit magnitudine, aut superat potestate : quia nec Filio,
nec Spiritu sancto, quantum ad naturæ divinæ unitatem
pertinet, aut anterior, aut major Pater est, etc.* In
Vat. A mendum est interior. In aliis mss. et edd. : *An-
terior numero est, cui Filius unus uni est, quod nescio
qua ratione possit explicari.* Latinitatem vocis anterior
satis defendit Olaus Borrichius in Analectis ad Cogita-
tiones de lingua Latina contra Vossium et Cellarium,
et Julio Cæsare in optimis exemplaribus, Prisciano,
Symmacho, Sulpicio aliisque æqualibus. Proprietatem
loquendi *Filius unus uni est* recte notavit Teolius ex
S. Thomæ part. 1, quest. 31, art. 2 : *Dicimus unicum
Filium, quia non sunt plures filii in divinis : neque ta-
men dicimus unicum Deum, quia pluribus divinitas est
communis.*

42. Generatio simplex est generatio æterna per
communicationem ejusdem naturæ, non per divisio-
nem, aut multiplicationem essentia: nam Filius est
genitus, non creatus, aut factus. Ideo poeta theolo-
gus rogat, inter genitum et generantem per simplicem

generationem, quænam differentia esse potest in na-
tura, in virtute, in majestate.

43. Egm. a manu prima, *semper erunt.*

45. Repetere hic plura possemus ex symbolo Atha-
nasiano, ut *non tres æterni, sed unus æternus, non tres
dii, sed unus Deus, unus Pater, non tres patres, etc.*

47. Magis arridet scindere cum Mar., Rat., Weitz-
Urb., quæ *excindere* cum Put., Thuan., Ald.

48. Hoc aliud est dogma catholicum : Verbum, at-
que adeo Jesus Christus Filius Patris est naturalis, non
adoptivus; ex quo capite Mar. ionita non poterat as-
serere, aut arguere, alterum alterius generis, sive na-
turæ numerum duorum præstare, et geminum numen
inducere. Prudentius præcipue loquitur de Christo,
quatenus est Deus : nam saepe Christum pro Verbo
accipit. Hinc arguunt theologi, Christum, etiam quo-
tenus est homo, non esse filium adoptivum Dei : et-
nim filius adoptivus est persona extranea adoptanti.
Erat tunc in more positum, ut imperatores filium
aliquem alterius generis sibi adoptarent, et ad imperii
partem assumerent. Iluc fortasse animum Prudentius
advertit. *Genus* pro natura supra poeta usurpavit;
eodemque vocabulo usi sunt plures SS. Patres, quod
saepè repetendum est contra Clerici sophismata. Vox
illa adoptivum reperitur in concil. Bracarensi I, cap. 15:
Adoptiva femina ascititia, et in Collectione canonum
S. Martini Bracarensis, in oratione matutina, quæ a
multis Ausonio, a nonnullis S. Paulino ascribitur :
D *Stirpis adoptivæ meliore propage colendus.*

51. Filium esse formam, sive imaginem Patris,
monui in Apoth. Ex quo colligitur, Filium ejusdem
esse cum Patre naturæ : non enim perfecta hæc si-
militudo et ratio imaginis consistere posset inter
duas distinctas naturas. Confer theologos, probantes
unitatem essentia: in tribus personis. Petavium tom.
IV, lib. II, cap. 11, et lib. IV, cap. 15, observat, simili
argumento usus Athanasium, Basilium, Cyrillum;
sed adjungendam esse præterea divinæ generationis,
vel productionis substantialis rationem, quæ id re-
quirit, ut quod eodem modo producit, non simili-
tudinem solum, sed identitatem etiam habeat sub-
stantia:.

55. Bong., *revocatus*; reliqui, *revocatur.*

Hæc tibi, Marcion, via displicet; hanc tua da- A
[innat] 75
Seeta fidem, dominis cœlum partita duobus.
Quæ te confundunt nebula? quis somnus inertis
Incubat ingenio, cui per phantasmata duplex
60 Occurrit species, bivio dispersa superno?
505. Si vim mentis habes stupor obsidet,
[aspice saltem
Obvia terrenis oculis elementa, quibus se
Res occulta Dei dignata est prodere signis.
Hanc heresin præsağa Patris præviderat olim
65 Majestas fore: quæ rectorem lucis, et orbis
Scinderet in partes, geminatum segregè rigno.
Idcirco specimen posuisti spectabile nostris
Exemplumque oculis, nequ' s' duo numina credat
Imperitare vagis mundi per inania formis.
70 Una per immensam cœli caveam revolutos
Præbet flamma dies, textit sol unicus annus.
Triplex ille tamen nullo discrimine, trina
Subnixus ratione viget, splendet, volat, ardet,

Motu agitur, fervore cremat, tum lumine velget.
Sunt tria nempe simul, lux, et calor, et vegeta-
[men :
506 Una, eademque tamen rota sideris indi-
[cretis
Fungitur his, uno servat tot munera ductu,
Et tribus una subest mixtim substantia rebus.
Non conferre Deo, velut æquiparabile, quid-
[quam
80 Ausim, nec domino famulum componere si-
[gnum :
Ex minibus sed grande suum voluit Pater ipse
Conjectare homines: quibus ardua visere non est.
Parvorum speculo non intellecta notamus,
Et datur ocellum pro proxima quærere verum.
Nemo duos soles, nisi sub glaucomate, vidit :
Aut, si fusca polum suffudit palla serenum,
Oppositus quoties radiorum spicula nimbus
507 Igne repercusso mentitos spargit in orbis.
Sunt animis etiam sua nubia, crassus et aer :

GLOSSÆ VETERES.

60. Bivio, *divisione*, I.
62. Elementa, *signa*, I.
64. Præsaga, *prædivinatrix, præsağa*, I.
66. Segrege, *separato*, Vat. A.
67. Specimen, *imaginem*. — Posuit, *Deus*, I.
71. Præbet, *ordinat*. — Flamma, *sol*. — Textit *or-
dinavit*, I.
73. Volat, *currit*, I.
75. Vegetamen, *vegetatio, commotio*, I.
76. Indiscreti, *motus indivisibilis*, I.
77. His, *officiis*. — Ducit, *ductione*, I.
78. Substantia, *sol*, I.
79. Æquiparabile, *simile, comparabile*, I.
80. Ausim, *audiam*. — Componere, *comparare*, I.
81. Grande suum, *majestatem suam*, I.

82. Conjectare, *præcognoscere, in hoc quod ad ima-
ginem suam creati sumus*. — Quibus, *hominibus*. —
Ardua, *visere, divina cognoscere*. — Non est, *possi-
bile*, I.
83. Parvorum, *per visibilia*. — Non intellecta, *in-
visibilia, ea, quæ non possunt intelligere*, I.
84. Proxima, *quæ vidimus*, I.
85. Glaucomate, *albugine, offuscatione, infusione*.
Glaucoma est infirmitas oculorum, I.
86. Fusca, *nigra*. — Suffundit, *obumbrat*. — Palla,
nubem appellat pallam, nubecula, I.
87. Nimbus, *nubes*, I.
88. Mentitos, *infrustratos scilicet lumine*. — Orbis,
oculos, I.
89. Aer, *animus*, I.

COMMENTARIUS.

60. Prag. scribit *disparsa*.
64. Aldus, ut metro consuleret, reformare voluit
heresin hanc. Hoc ipsum ausus est librarius adnotare
in Ratisb. Vera lectio *hanc heresin*.
68. Vat. A, male, *neque quis pro nequis*; Prag.,
credens pro credat, non bene.
69. Abest hic versus a Pal., Egm., Ald., omnibus
Heins., uno Torr., Alex., Urb. Affertur a Weitz.,
Gis., Mar., Prag., Rat. et quidem sine litura, Bong.,
Fabr., et aliis. Sed in Fabr., Bong., et Mar. a prima
manu, *vagas formas pro vagis formis*. Giselinius testa-
tur hunc versum abesse ab edit. Daventr. Teolius in
uno tantum Vat. eum esse ait, sed inductum a manu
secunda (intelligo adjectum). Mariettus in suo codice
nunc Vat. a manu prima eundem versum exstare
agnovit. Alex. a secunda manu hunc ipsum versum
habet, et legit *vagas formas*.
70. Fabr., Gis., Bong., *resolutos, perperam, pro
revolutos*. Vide Becmanum, de Origine ling. Lat. p.
cap. 6, qui ex mss. hanc lectionem defendit et expli-
cat. Dies revoluti sunt, qui revolvuntur identidem,
et redeunt.
71. Codd. mss. et edd., *textit*. Fabricius excudit
textit, cui favet glossa. Hoc exemplo usus est Alexan-
der Magnus: *Neque terra potest duos soles, neque Asia
duos reges tolerare*.
75. S. Augustinus, de Cognitione veræ vitæ cap. 10,
exemplum lucis, splendoris et caloris, quæ sunt tria
diversa vocabula, sed una et individua substantia, ad
altissimum Trinitatis divinæ mysterium explicandum
adducit. Et sermone I de Verbis Apostoli soli, et igni

- comparat Trinitatem: *Et ignis enim tria habet, et di-
vidi non potest, hoc est, motum, lucem, et fervorem*.
Chamillardus ait vitiose ab uno Prudentio dictum
vegetamen pro vegetatio. Contra Barthius lib. x Ad-
vers., cap. 24, elegantem vocem dicit, nec admodum
usitatam nutamen in Silio Italico: *Niræe tremulo nu-
tamine pennæ. Quales, inquit, multas Prudentius finxit,
temere inter barbaras a censoribus nimis delicatis recen-
sitas*. Huc refero vocabulum *vegetamen*, et alia hujus
generis, *peccamen, creamen, ructamen, ostentamen,
oblectamen*. Vide in indice Fabricii ad poetas Christia-
nos *affamen, conamen, exhortamen, testamen*. Plura
similia sunt in Lucretio, quæ in indice Lucretiano
Gifanius notavit.
76. Mar., Prag., Rat., Weitz., Gis., *indiscreti*,
nempe solis. Scripti Heinsiani, Vat. A, Alex., Urb.,
Ald., Egm., Palat. *indiscretis, scilicet his tribus*.
78. Prag., *ex tribus*; alii, *et tribus*. Ald., *mixtum*;
ceteri, *mixtim*, quod est præferendum.
80. *Famulus* adjective apud Ovidium non semel
occurrit.
86. Vat. A, et: *si pro aut si*, Mar., Rat., Weit., Gis.,
Sich., *suffundit*. Vat. A., Ald., Alex., Urb., Heinsiani
suffudit. *Palla fusca* pro nube, sicut apud poetas *nube
tegi, nube amictus*. Virgilius I Æneid.: *Et multo ne-
bulæ circum dea sudit amictus*.
87. *Nimbus pro nube* apud Lucretium, Virgilium
et alios. *Spicula radiorum, ut spiculum solis*, hymn. 2
Cath., vers. 6.
88. Ald., *mentitus, reliqui, mentitos*.

- 90 Est glaucoma, aciem quod tegmine velet a quo, A
 Libera ne tenerum penetret ineditatio cælum,
 Neve Deum rapidis comprehendat sensibus unum.
 Spargitur in bifidas malesana intentio lucis,
 Et duplices geminis auctoribus exstruit aras.
- 95 Si duo sunt igitur, cur non sunt multa deorum
 Millia? cur numero Deitas contenta gemello
 [est?
 An non in populos dispersa examina divum
 Fundere erat melius, mundumque implere ca-
 [pacem
 Semideis passim nullo discrimine monstros,
- 100 Quis fera barbaries perituros mactat honores?
 Dissona discretum retinent si numina cælum,
 Convenit et nebulis, et fontibus, et reboanti
 Oceano, et silvis, et collibus, et speluncis, B
 Fluminibus, ventis, fornacibus, atque metallis
- 105 Assignare deos proprios: sua cui iura.
 508 Vel, si gentiles sordet venerarij um-
 [bras,
 Et placet, esse duos sceptris socialibus æquos,
 Dic age, quis terras ditionis sorte retentet?

- Quis regat æquoreas æterna lege prœcellas?
 110 Ede cohæredum distinctum jus dominorum.
 Unus, ais, tristi residet sublimis in arce,
 Auctor nequitix, scelerum Deus, asper, in-
 [quus:
 Qui, quodcumque malum vitioso fervet in orbe,
 Sevit, et anguino medicans nova semino succo,
 115 Rerum principium mortis de fomite traxit.
 Ipse opifex mundi terram, mare, sidera fecit:
 Condidit ipse hominem, lutulenta et membra
 [coegit
 Effigians, quod morbus edat, quod crimine
 [multo
 Sordeat, informi tumulus quod tabe resolvat.
- 120 Ast alii pietatis amor, placidumque medendi
 509 Ingenium, recreans homines, mortalia
 [servans.
 Testamenta duo fluxerunt principe utroque;
 Tradidit iste novum melior, vetus illud acer-
 [bus.
 Hæc tua, Marcion, gravis, et dialectica vox
 [est;

GLOSSÆ VETERES

90. Glaucoma, *albugo, caligo*. — *Acie, acumen visus*, l.
 91. Tenerum, *subtile, intractabile, vel serenum*, l.
 92. Comprehendat, *intelligat*, l.
 95. Intentio, *sensus, studium*, l.
 94. Geminis, *duobus*. — *Auctoribus, diis*. — *Exstruit, instruit*, l.
 95. Duo, *numina, dii*, l.
 96. Numero, *Virgil., numero Dea impare gaudet*, l.
 100. Quis, *pro quibus*, Vat. A.
 101. Discretum, *separatum*, l.
 102. Reboanti, *sonanti*, l.

106. Vel si, o *Marcion*. — *Sordet, displicet adorare simulacra*, l.
 110. Ede, *dic, profer*, l.
 111. Ais, *dicis*. — *In arce, regno*, l.
 114. Sevit, *seminavit*. — *Medicans, fundens*, l.
 117. Coegit, *copulavit*, l.
 118. Effigians, *formans*. — *Morbus, deus malus*, l.
 120. Alii, *scilicet Deo*, l.
 122. Utroque, *a principe tenebrarum, et a principe lucis*, l.
 123. Acerbus, *pejor*, l.
 124. Gravis, *importabilis*. — *Dialectica, disputantia, sophistica*, l. *Acuta*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

90. Ald., mendose, *vellet pro velet*, ut habent C Oxon., Widm., Mar., Prag., Rat., Urb. in Vat. A., Alex. et Heinsianis plerisque, *velat*, cum Weitz. et Gis.
 91. Ald., non bene, *ne tetrum*.
 95. Bong., Sibb., Gis. 1 edit. ad oram *malefida intentio*.
 95. Egm., et Gis. ita legunt: *Sunt duo? sunt, igitur cur non sunt multa deorum Millia?* Giselinus allegat etiam Daventriensem editionem. Alii scripti, *Si duo sunt igitur, cur non sint multa deorum Millia?* nisi quod in Rat. est *sunt multa* ut in Weit., Cham. et aliis. Vide Tertullianum lib. 1 adversus Marcionem, cap. 5: *Primo enim exigam, cur non plura, si duo?*
 97. Argute *examen divum fundere, ut examen apum*, quanquam de aliis etiam rebus *examen* dicitur.
 101. Rat. a prima manu, *divum pro cælum*. Recte emendatum est ab alia manu.
 105. Gis. legit *sua jura cuique*. Scripti et alii editi, *sua cuique jura*, ut *cuique* sit dactylus. Gifanius Ind. l. i. in e breve testatur etiam veteres libros Prudentii a se inspectos habere *sua cuique jura*, et alibi *sua cuique dextra est, et suus est mos cuique genti*. Illud tamen Gifanio non assentior, e in *cuique* a Prudentio pro *luci*, quasi versus illi essent spondaici, sive spondaicum quinta sede haberent. Existimo potius, a primum produci, et dactylum fieri. Beemans contra fidem aliorum miss. jubet, hæc verba transponi *sua jura cuique*, nec dissimulante inquit, ms. Hic codex erat P. latinus ex Hildeberga a Jano Grutero missus. Vide cap. 6 de Orig. ling. Lat. Codex

- abbatiæ Gronelandiæ, quo Torrentius est usus, uno versu est auctor: *Assignare deos proprios: elementaque ruris Dividui dominis addicere sigillum im.* Ubi Heinsius corrigit *juris pro ruris*, scilicet *elementaque juris*.
 107. Placet *duos* cum Vat. A., Alex., Put., Thuan. et Rot. Non male *deos* Mar., Prag., Rat., Bong., Widm. a prima manu, Urb. Ex editis Aldus *duos* præter Heinsium et recentiores. Sichardus, Weiz., Gis., *deos*.
 108. Mar., male, *ditiones* pro *ditionis*: minus male a prima manu, *gubernet*, a recente manu, *retentet*.
 110. Gis. 1, edit. ad oram notat *Erro Marcionis*.
 111. In aliquo Vulg., *ait*; melius, *ais*.
 114. Aldus scribit *anguineo*; perique *anguino*. Recentiores aliqui Aldo consonant. Prag., *medicans*, non bene, pro *medicans*. In ms. et editis antiquis est *succo*. In Thuan. tamen *fuco*, quod Heinsius probavit. Teneo, quod nostri, *succo*, sive *succo* unico e, ut semper scribit Prag.
 120. Gallandius suspicatur legendum, *est alii*; sed edidit *ast alii*, quia subintelligi potest est.
 122. In quoque suæ hæres. Marcion addebat. Confer Tertullianum lib. iv adversus Marci nomen, ubi eum errorem evertit, et antihereses Marcionis refellit, librum scilicet ab eo compositum, ut inter se contraria duo Testamenta probaret. Nonnulli delicatioris instrumentum malunt dicitare, quam *testamentum*, quod sit illud vocabulum, de sacra Scriptura dictum, ab u-u communis magis remotum.

- 125 Imo hæc attoniti phrenesis manifesta cerebri. A Novimus, esse patrem scelerum; sed novinus, [ipsum] Haudquaquam tamen esse deum; quin imo [gehennæ] Mancipium, Stygio qui sit damnandus Averno. Marcionita deus, tristis, ferus, insidiator,
- 130 Vertice sublimis; cinctum cui nubibus atris Anguiferum caput et fumo stipatur, et igni; Liventes oculos suffundit felle perusto,
- 510 Invidia impatiens justorum gaudia ferre, Hirsutos juba densa humeros errantibus hy- [dris]
- 135 Obtegit, et virides allambunt ora cerastæ. Ipse manu laqueos per lubrica fida reflexos In nodum revocat, facilique ligamine tortas B Innectit pedicæ, nervosque in vincula tendit.

- Ars ollj captare feras, animalia bruta
- 140 Irretire plagis, retinacula denique cæcis Indeprensa locis erranti opponere prædæ. Illic ille est venator atrox, qui cæde frequenti Incutatas animas non cessat plectere Nembroth; Qui mundum curvis anfractibus, et silvosis
- 143 Horrentem scopulis, versuto circuit astu. Fraude alios, tectisque dolis innectere adortus;
- 511 Porro giganteis alios luctando lacertis Frangere, funereos late exercere triumphos. Improbæ mors, quid non mortalia pectora [rogis?]
- 150 Ipse suam (pudet heu!), contempto principio [vitæ,] Perniciem veneratur homo: colit ipse cruentam Carnificem, gladiique aciem jugulandus adorat. In tantum miseris peccati nectare captis

GLOSSÆ VETERES.

125. Imo hæc, certe vox. — Attoniti, concussi, vel contriti. — Phrenesis, insaniam, vel stridentissima febris, et est nomen de sono factum, onomatopœi, l.
126. Patrem, diabolum, l.
128. Stygio, profunditate inferni; Styx, fluvius infernalis, l.
131. Anguiferum, serpentinum. — Stipatur circumdatur, l.
132. Felle, ira, l.
135. Invidia, ob invidiam. — Ferre, pati, l.
135. Obtegit, scilicet illi. — Ora, faciem. — Cerastæ, diaboli, cerastæ, genus cornuti serpentis, serpens sagittarius, vel semitarius, l.
135. Feras, feroces homines. — Bruta, homines scilicet, qui nesciunt dæmonum laqueos prævidere; insi-

- pientes, l.
140. Plagis, maculis.
141. Indeprensa, occulta. — Erranti, non rectum gressum tenenti. — Prædæ, homini, l.
143. Nembroth, gigas fuit pessimus, qui primus ædificavit Babyloniam; sed hic pro diabolo ponitur ob nimiam crudelitatem, l.
145. Astu, ingenio, dolo, l.
146. Tectisque, occultis. — Adortus, conatus, aggre- diens, incipiens, l.
147. Lacertis, brachiis, l.
148. Funereos, luctuosos. — Late, ubique, l.
149. Improbæ mors, diuole, diabolum vocat, l.
151. Perniciem, interitum, l.
153. Nectare, dulcedine, l.

COMMENTARIUS.

125. Alius metrum reformare voluit edens cerebri C manifesta phrenesis, scripti phrenesis manifesta cerebri. Cur secunda in phrenesis a Prudentio corripatur, vide proleg. Teolius notat: PHRENESIS. Longa media. Voluit, ut puto, dicere, brevi media. Aliqui ex origine Græcæ scribi malunt phrenitis, pleuritis, arthritis, etc.
127. Vat. A. Haud nequaquam, male. In editione Parmensi omissum est tamen, et uno pede brevior evasit versus: Haudquaquam esse Deum: quin imo gehennæ.
128. Ait poeta Marcionitam deum esse damnandum Averno, vel ex sententia eorum qui putant, dæmones supplicii et ignis expertes esse, donec extrema iudicii dies advenerit, ut Chamillardus explicat, vel potius quia dæmon dignus supplicio ab omnibus debet judicari. Nam postea addit cinctum cui nubibus atris Anguiferum caput et fumo stipatur, et igni. Fortasse poeta scripserit qui sit damnatus.
129. Sæpe Prudentius i in Marcion produxit; ob licentiam in nominibus propriis modo corripit, modo producit, ut ait Giselinus infra vers. 610 in *Beliade*, vel potius quia synæresi hoc loco utitur, et prima sede spondæum locat, non dactylum.
130. Rot., vertice sublimi, quod Heinsius magis probat. Non audeo mutare, quod alii omnes habent vertice sublimis.
135. Giselinus aliter legit et distinguit felle perusto invidiæ, impatiens. Ad marg. invidia cum cæteris. Alii interponunt felle perusto invidia impatiens. Alii felle pe-usto, invidia impatiens, quod teneo. De invidia diaboli cap. ii Sapientiæ vers. 24: Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.
136. S. Bernardus fortasse hunc locum imitatur term. I in die S. Andree: Habet quippe nequissimus

- ille laqueos, habet et jacula, utpote callidissimus venator hominum, solum sitiens sanguinem animarum. Alios telis appetit multitiæ cujuslibet suggestionis, et in eis vulnerat multos, quorum tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat.
140. Aldo, irretit ore plagis, corrupte.
141. Vat. A error, indepressa locis.
143. Plerique vetusti, Nembroth; alii, Nemroth; alii, Nimroth; al i Nemrod, ut in Vulgata. Vide cap. x Genes.
144. Bolter. vetustior. Gis. ad oram, sinuosis pro siluosis, quam lectionem in addendis præferri ab Heinsio ait Teolius, ego tantum ab eo referri puto. Fabricius censet siluosis esse quadrisyllabum. Sed stare potest quod versus quinta sede recipiat spondæum.
145. Epist. I Petri, v: Diabolus circuit querens quem devoret.
146. Ald., innertit. In Rot., adorsus. In aliis etiam auctoribus codices prisci variant, in quibus modo adorsus, modo adortus invenias.
- D 147. Corripit o in luctando, quod non esse reprehendendum dixi in proleg. Adverbia in o, ut porro, perperam quidam putant omnia producta esse. Vide Gifanium Ind. Lucr. in e brevæ.
149. Notum et contritum est illud Maronis lib. iii Æn., vers. 56, Quid non mortalia pectora cogis, Auris sacra fames?
153. Hanc phrasin in tantum, a magistris nescio quibus damnatam, Barthius tuetur lib. iii Advers., cap. 25, non solum quia imitatio Græcorum est, apud quos exemplorum myrias, sed etiam quia neque ipsi Latini ab ea abhorruerunt; ut Virgilius lib. vi: In tantum spe ducet aros, præter Velleium, Terullianum, et alios. Juvencus in line: Et in tantum luxit mihi gratia Christi.

- Dulce mori est; tanta in tenebris de peste vo-
luptas!
- 155 Qui mala principio genuit, deus esse putatur,
Quique bona i fecit vitiiis, et candida nigris.
Par furor illorum, quos tradit fama dicatis
- 512** Consecrasse deas, Febrem, Scabie[m]que
[sacellis.
Inventor vitii non est deus; angelus illud
- 160 Degener infami conceptum mente creavit;
Qui prius augustum radiabat sidus, et ingens
Ex nihilo splendor nutrito ardebat honore.
Ex nihilo nam cuncta retro, factumque, quod
[usquam est:
- At non ex nihilo deus, et sapientia vera,
165 Spiritus et sanctus; res semper viva, nec un-
[quam
Cœpta, sed aërios etiam moliti ministros.
Horum de numero quidam, pulcherrimus ore,
Majestate ferox, nimis dum viribus auctus
Infatur, dum grande tumens sese altius ef-
[fert,
- 170 **513** Os[te]ntatque suos licito jactantius ignes:
Persuasit, propriis genitum se viribus, ex se
Materiam sumpsisse sibi, qua primitus esse
Inciperet, nascique suum sine principe cœ-
[ptum.

GLOSSÆ VETERES.

154. Tenebris, scilicet ignorantie, l.
156. Infecti, polluit, l.
157. Furor, insania. — Tradit, narrat, l.
160. Infami, turpi. — Creavit, fecit, vel invenit, l.
161. Augustum, splendidum, nob. le. Iso.
162. Nutrito, dilato. — Ardebat, fulgebat, l.
163. Retro, a principio, Vat. A.
164. Sapientia, Filius Dei, l.
166. Moliti, creans, formans. — Ministros, ange-
los, l.
- B 167. Quidam pulcherrimus, ille de quo propheta dixit: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, etc., l.
168. Auctus, augmentatus, l.
169. Grande, adverbium. — Tumens, superbiens. Iso.
170. Licito, plus solito. — Ignis, honores, l. Animus, Vat. A.
171. Persuasit, dixit, est movit.
173. Cœptum, initium, l.

COMMENTARIUS.

157. Minucius Felix in Octavio: *Cloacina[m] Titius et invenit et coluit, Pavorem Hostilius, atque Pallorem; mox nescio a quo Febri[m] dedicata.* Exstat inscriptio, quæ puri videri possit. FEBRI. DIVÆ. FEBRI. SANCTÆ. FEBRI. MAGNÆ. CAMILLA. ANATA. PRO. FILIO. MALE. AFFECTO. Valerius Maximus lib. II, cap. 5: *Cæteros quidem deos ad benefaciendum venerabantur. Febrem autem ad minus nocendum templis colebant.* Vide quæ ad Minucium animadvertunt Elnenhorstius, Wowerus et Ouzelius. Weitzius et Chamillardus observant unum Prudentium de sacello Scabiei meminisse. Conjeciebat aliquis, lib. I, cap. 20 Lactan. mendum subesse, et mentionem Scabiei, seu Pruriginis, eo correcto, fieri. *Quæ si vetas consecrari, r spondebit tibi eadem illa Græcia, se alios deos colere, ut prosin', alios, ne noceant. Hæc enim semper excusatio est eorum qui mala sua pro diis habent, ut Romani Rubiginem, ac Febrem.* Legere volebat Pruriginem. Nam febris, et prurigo mala hominum sunt valde affinia. Verum constat aliunde, *Robigum* deum a Romanis cultum, ne rubigo occuparet segetes: ex quo *Robigalia*, seu *Rubigalia* festum. Imo *Robigo* dea etiam erat.

159. Elnenhorstius in Arnobium pag. 58 his versibus laudatis, notat Arnobium in disputatione de natura mali non se extr. casse, cum non satis dis iuxerit inter malum culpæ et malum pœnæ.

161. Diabolus sidus prius augustum dicitur, ut lucifer ab Isaia cap. IV, 12, ex communi Patrum interpretatione partim literali, partim allegorica.

162. Ex nihilo angeli, boni et mali facti, non minus quam ceteræ creaturæ. Erravit Simon Magus, vel somniavit potius, angelos a se ex Helena procreatos. Errant Angeli (nomen id hæreticorum est) qui asseruerunt angelos quosdam numina esse. Vide S. Paulum, Epist. ad Coloss. I, 16, et concil. Lateran. III, cap. Firmiter de summa Trinitate. In epist. Leonis M. ad Turibium Asturicensis cap. 6: *Sexta adnotatio indicat, eos (Priscillianistas) dicere quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit, sed eum ex chaos et tenebris emersisse, quia scilicet nullum sui habeat auctorem.* Rot. habet. *honorum pro honore;* ex quo conjicit Heinsius, legendum *nutritum ardebat honorem.* Quas criticorum conjecturas, ex mendis edicium desumptas, plorumque ingeniosas esse non disiteor, sed nullo in pretio habeo.

das judico, cum lectio pervulgata recte procedit, quæ mutari non debet, quamvis suspiciones contrariæ plausibiles videantur.

165. Simili phrasi utitur concilium Lateran. III sub Innoc. IV: *Una summa res est, incomprehensibilis quidem, et ineffabilis, quæ veraciter est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus.*

C 166. Angelos dicit aërios, scilicet spirituales, nam Prudentio aërius, liquidus, idem est ac spiritualis.

169. Nihil frequentius apud SS. Patres, et theologos quam asserere, angelos superbiæ peccatum commisisse. Non æque inter eos constat, quali superbiæ genere, aut qua cogitatione tumperint. Prudentius eorum opinioni videtur adhærere, qui aiunt diabolum eo sceleris devenisse, ut Deum imitari voluerit, ac se pro deo ostentaverit. Petavius, lib. III, de Angelis, cap. 2, tom. III, ait Prudentium poetica quadam exaggeratione superbum dæmonis factum sic explicasse, tanquam nullum sui procreatorem agnovit, sic luxurie ac ganeæ dediti pro deo ventrem habere dicuntur. Eam exaggerationem in aliis pariter intelligere possumus: nam, ut idem Petavius monet num. 21, diaboli peccatum plerique dicunt fuisse, quod Deo æqualis et similis esse voluerit, et num. seq. addit id non esse explicatum facile. Cyrillus, lib. V in Joan.: *Falsa opinione persuasit (diabolus) sibi posse creaturam ad naturam sui creatoris ascendere.* Alcimus Anitus, lib. II: *Tanquam conditor esset Ipse sui.* Nazianzenus, carm. 6: *Dum deus esse cupit, tetra caligine totus Obrutus est.* Propius ad Prudentium verba Ezechielis cap. 18, 2: *Eo quod elevatum es: cor tuum, et dixisti: Deus ego sum;* quæ de principe Tyri dicta, nonnulli ad principem tenebrarum convertunt. Theologi plures cum S. Thoma p. I, quæst. 65, art. 2, opponit, dæmonem naturali cognitione scivisse, se a Deo creatum. Prudentius quidem id non negaverit, sed ita se gessisse angelum dicit, quasi persuasum habuerit, propriis genitum se viribus. Etenim naturali quoque cognitione sciebat, se non posse contra Deum habere potestatem, et nihilominus hoc voluit. Potest etiam intelligi dæmonem hæreticis Marcionitis persuasisse se alterum deum esse. Hoc enim illi credebant, utique a dæmone edocti. Et videtur id innuere Prudentius vers. 174.

- Illic schola subtacitam meditatur gignere se-
[ctam, A
175 Quæ docet, e tenebris subitum micuisse tyran-
[num :
Qui, velut æterna latitans sub nocte, retrorsum
Vixerit, et tecto semper regnaverit ævo.
Æmulus, ut memorant, opera ad divina re-
[pente
Corrumpenda, caput caligine protulit atra.
180 Hoc ratio sed nostra negat : cui non licet unam
Infirmare fidem, saro quæ tra hita libro est.
514 Nil, ait, absque Deo factum, sed cuncta
[per ipsum.
Cuncta : nec est alius quisquam, nisi factus ab
[ipso.

- Sed factus de stirpe bonus, bonitatis in usum
185 Proditus, et primo generis de fonte serenus,
Dererior mox sponte sua, dum decolor illum
Inficit invidia, stimulisque instigat amaris :
Arsit enim scintilla odii de fomite zeli,
Et dolor ingenium subitus conflavit iniquum.
190 Viderat argillam, simulacrum et structile statu
Concaluisse dei ; dominum quoque conditioni
515 Impositum, natura soli, pelagique, polique
Ut famulans homini locupletem fundere partum
Nosset, et effusum terreno addicere regi.
195 Inflavit fermento animi stomachante tumorem
Bestia, deque acidis vim traxit acerba medullis,
Bestia, corde carens, cui tunc sapientia longi
Corporis eodem servabat recta juventam,

GLOSSÆ VETERES.

174. Illic, de hac ratione. — Schola, Marcionita-
rum, grex illius. — Subtacitam, occultam. — Sectam,
pestem scilicet Marcionitarum, I.
176. Retrorsum, ab initio, I., Vat. A.
178. Æmulus, invidus, I.
181. Infirmare, corrumpere, ægram facere. — Li-
bro, in Evangelio, I.
183. Cuncta, scilicet dico, I.
184. Factus, lucifer, I.
185. Proditus, manifestatus, I.
187. Inficit, violavit, I.
190. Argillam, limum. — Simulacrum, formam ho-

minis quæ de amo formata fuit, I.

191. Dominum, Adam vocat dominum quem Deus
constituit dominum creaturæ suæ. — Conditioni,
omni creaturæ, I.
192. Soli, terræ, I. Homini, Vat. A.
194. Addicere, subjugare vel commendare. — Regi,
Adam I.
195. Stomachante, irascente, furente. — Fermento,
maïtia, I.
196. Bestia, diabolus. — Acidis, acerbis, I.
197. Bestia, serpens. — Longi, sani sensus, I.
198. Eodem, sine nodo. — Recta, erecta, I.

COMMENTARIUS.

174. Cham., male sectam? interrogans.
175. Aliqui, non bene, qua docet.
180. Mar. a prima manu, non libet. Prag., una,
male, pro unam.
181. Prag., tradita libro sine est.
182. Giselinus confuse dictum existimat nil factum
absque Deo, sed cuncta per ipsum. Nam cap. i Joan. id
proprie Deo Filio tribuitur. Verum poeta sapien-
ter Deum memorat, quin Filium exprimat. Non enim
nunquam agit de probanda Filii a Patre distinctione;
sed illud contra Marcionitas est demonstrandum,
nihil absque Deo, sed cuncta per Deum facta esse,
adeoque ipsos angelos per Deum factos esse. Siqui-
dem patet Deum esse Verbum, et a Deo facta esse,
quæ per Verbum facta sunt.
183. Gis. ad oram, Prag., Rat. a prisco correctore,
facta. Alii, cuncta.
184. Manichæi et Priscillianistæ docuerunt dæ-
mones natura esse malos; contra quos exstat canon
7 concilii Bracar. i an. 561: Si quis dicit diabolum
non fuisse prius bonum angelum a Deo factum, nec
Dei opificium fuisse naturam ejus, sed dicit eum ex
chao et tenebris emersisse, nec aliquem sui habere au-
ctorem, sed ipsum esse principium atque substantiam
mali, sicut Manichæus, et Priscillianus dixerunt, ana-
thema sit.
189. Ald., ut dolor; alii, et dolor.
191. Gifanius Ind. Lucret. in verbo fac ex vet. lib.
legit concaluisse. Nostri omnes, concaluisse, cum
Weitzianis et Heinianis: nisi quod Prag. habet de-
caluisse, quod videtur placuisse Marietto, ut deculare
apud Plinium pro calcare, decontari apud Apuleium
pro cunctari, delitare pro litare, Aldus et Giselinus
dominum quoque conditione cum Oxon.: ex quo suspi-
catur Heinsius dominum quoque conditione imposi-
ta. Vat. A, quem pro quoque. Urb., dominumque condi-
tionem. Prag., dominum quoque conditionis. Optimi,
dominum quoque conditioni impositum; quod explicat
Heinsius et Chamilla: dus, impositum fabricæ mundi.

Nam Gennadius ait Prudentium scripsisse de fabrica
mundi usque ad conditionem primi hominis. Profecto
apud Ezechielem cap. xxviii conditio pro creatione
penitur vers. 15: Perfectus in visis tuis a die conditio-
nis tuæ, donec inventa est iniquitas in te. Gallandius
tuetur etiam conditioni pro rebus creatis ex veteri
interprete S. Irenæi et Tertulliano. Giselinus suam
lectionem conditione impositum ita interpretatur, ho-
minem dominum conditione fuisse constitutum, hac
scilicet, ut arbore scientiæ boni, et mali abstineret.
Post hunc versum Mar., Prag., Rat., Urb. et alii in-
terferunt hunc: Qui cunctum proprio reget modera-
mine mundum, quem rectius Aldus rejecit post ver-
sum Nosset, et effusum terreno addicere regi; alii
prorsus omittunt. Quod autem dæmon odio et invidia
exarserit, docent Irenæus, Lactantius, Gregorius
Nyssenus, Methodius, Cyprianus, Augustinus, Ana-
stasius Sinaita, Tertullianus; sed alii aliter hoc pec-
catum invidiæ explicant. Aliqui utrumque peccatum
in dæmone agnoscunt, superbiam et invidiam, quos
poeta noster sequitur.

193. Elmenhorstius in Arnobium pag. 20 ad verba
Arnobii utero fusus exemplis Ciceronis, Juvencalis,
Lactantii et aliorum hanc phrasin comprobat.

194. Post hunc versum, ut paulo ante dixi, Aldus
collocat alium Qui cunctum, etc. Teolius quoque eidem
versui hunc locum dedit; asseritque in omnibus Vat.
esse, hoc discrimine, quod alii post vers. 191 collo-
cant, alii hic reponunt.

195. Prag., mendose, tumore. Fermentum dicitur
a ferreo. Hinc recte, tumor inflatus fermento. Horatius
lib. i, oda 13: Ferrens difficili bile tumet jecur. Cum
autem mira sit stomachi cum corde consensio, Latini
stomachum et stoma:hari accipiunt pro ira et irasci.
Scite igitur Prudentius dixit fermento animi stoma-
chanti.

197. Weitz., Gis. 2 edit., Mar., Prag., corde carens,
scilicet ipsa bestia. Heinsiani scripti, Ald., Vat. A et
alii, sorde carens, nempe sapientia.

- Complicat esse novos sinuoso pectore nexus, A
 210 Involvens nitidam spiris torquentibus alvum.
 Simplex lingua prius, varia micat arte loquendi,
 Et discissa dolis resonat sermone trisulco.
 Hinc natale caput vitiorum : principe ab illo
516 Fluxit origo mali; qui se corrumpere
 [primum,
 205 Mox hominem didicit, nullo informante ma-
 [gistro.
 Ultimus exitium subverso præsede mundus
 Sortitur, mundique omnis labefacta supellex.
 Non aliter, quam cum incautum spoliare vianem
 Forte latro aggressus, prædæ prius immemor,
 [ipsum
 210 Ense ferit dominum, pugnae nodumque, mo-
 [ramque, B
 Quo perente trahat captivos victor amictus,
 Jam non obstanti locuples de corpore prædo.
 Sic homini subjecta domus, ditissimus orbis
 Scilicet in facilem, domino peccante, ruinam
 215 Lapsus, herile malum jam tunc vitiabilis hausit,
 Tunc lolium, lappasque leves per adultera culta

- Ferre analignus ager glebis male pinguibus
 [ausus :
 Triticeam vacuis argetem violavit avenis.
 Tunc etiam innocuo vitulorum sanguine pasca,
 220 Jamque jugo edomitos rietu laniare juvenes,
 Occiso pastore, truces didicere leones.
517 Necnon et querulis balatibus irritatus
 Plenas nocte lupus studuit percurrere caulas.
 Omne animal diri callens solertia furti
 225 Imbuit, et tortos acuit fallacia sensus.
 Quamvis maceries florentes ambiat hortos,
 Sepibus et densis vallentur vitea rura,
 Aut populator edet gemmantia germina bruchus,
 Aut avibus discerpta feris lacerabitur uva.
 250 Quid loquar herbarum fibras, medicante veneno
 Tinctas, lethiferi fudisse pericula succi?
 Noxius in teneris sapor aestuat ecce frutetis,
 Cum prius innocua tulerit natura cicutas,
 Roscidus et viridem qui vestit flos rhodo-
 [daphnen
 235 Pabula lascivis dederit sincera capellis.
 Ipsa quoque oppositum destructo fœdere certo

GLOSSÆ VETERES.

200. Spiritus, evolutionibus, I.
 202. Trisulco, vario, triplici, I.
 204. Qui se corrumpere, quando in superbiam se
 erexit, I.
 205. Informante, docente, I.
 206. Exitum, mortem. — Præsede, homine, Adam, I.
 207. Sortitur, adeptus est, consequitur. — Supel-
 lex, omnis substantia, pereunte principe, in deteriora
 versa est, I.
 215. Herile malum, peccatum Adæ. — Hausit, sum-
 psit, I.
 216. Adultera, vitata, I.
 218. Avenis, lolii, I.
 221. Truces, feroces. — Leones, demones, I.
 222. Querulis, lamentabilibus. — Irritatus, provo-
 catus, I.
 223. Causas ovile, I.
 224. Callens, versuta, vigens. — Solertia, diaboli.
 — Furti, adversitatis, ut contraria fuisset homini, I.
 225. Imbuit, instruxit, violavit, implevit. — Tortos,
 pravos, I.
 230. Fibras, radices. — Medicante, medicor: τὸν
 μέγαν est, quia dicimus, medicari sagittas, quando
 loxicantur; et cum al quem ab infirmitate erigimus ad
 sanitatem, medicari dicimus, I.
 231. Tinctas, maculatas, I.
 232. Frutetis, vilibus virgultis, I.
 233. Prius, primitus, I.
 C 234. Rhododaphnen, herba venenosissima, foliis si-
 milis lauro; nam daphnis Græce laurus dicitur; arci-
 laurum, genus herbæ, id est arcilaurus, id est foliis si-
 milis lauro; nam daphnis Græce laurus dicitur, I (sic).
 235. Sincera, salubria, I.

COMMENTARIUS.

199. Expositio vers. 14 cap. III Genes., super
 pectus tuum gradieris, satis probabilis. Alii aiunt, natu-
 rale fuisse serpenti serpere, quod nunc in poenam
 etiam peccati habet.
 200. Ald., involvit nitidam.
 201. Vid. supra, loquenti, minus bene.
 202. Teolius, mendose, resonant.
 203. Ante dixit Deum caput virtutum : nunc dæmo-
 nem caput vitiorum.
 205. Vat. A a prima manu, hominum.
 210. Vat. A, Prag., donum, perperam, pro nodum.
 Nodus pro qualibet mora, et impedimento ponitur.
 Florus lib. IV Antonium vocat publicæ securitatis sco-
 pulum, nodum et moram. Vide quæ animal veritit
 Salmasius Plin. Exercit. tom. II, pag. 1089, de Ve-
 neris nodo.
 213. Aldi error est sublecta pro subjecta. Idem Ald.,
 Weitz., Gis., Vat. A, Mar. et alii, hominis, quod vi-
 detur fuisse in Rat.; Heinsius cum suis potioribus,
 homini, quod tenent Prag. et alii, magisque sensui
 congruit.
 216. Docent SS. Patres, terram post Adæ peccatum
 maledictam fuisse, ut spinas et tribulos ferret, nisi
 diligenti cura excoleretur. Nonnulli interpretes pu-
 tant, terram nunc majori copia et pluribus in locis
 tribulos ferre, qui alioquin non ita frequentes fuis-
 sent, sed alicubi tamen provenirent.
 220. Prag., male, jugi pro jugo.
 221. Glossa Isonis non placet.
 226. Mar. scribit macheries. Usitatius est maceria,
 et versus stylo Prudentiano æque constabat producta
 ultima ob duas consonantes dictionis sequentis : et
 fortasse ita scripserit Prudentius. Pariter avaritia in
 avarities nonnulli mutarunt in Psychomachia.
 227. Prag., vinea rura; non placet.
 228. Ald., contra metrum, aut populata rodet.
 Sch., aut populator edit; cæteri edet, quod coheret
 cum lacerabitur. Bruchus locustæ genus esse dicitur.
 D Alcimus Avitus lib. V : Surgit consumere fructum B u-
 chus, et excusso confidens crure locusta.
 231. Vat. A, minus bene, fuci pro succi. Prag.,
 monstri pro succi.
 232. Vat. A et Mar. a prima manu, in tenetris.
 Prag. a prima manu, interius. Lege in teneris.
 234. Prag., non bene, vescit pro vestit. De rhodo-
 daphne vide Plinium et Dioscoridem.
 236. Gis. et apud Weitzium Aldus, impositum.
 Aldus mihi, oppositum. Sichardus, Fabr., Bong.,
 appositum. Prag. pro destructo habet destructum,
 male. Aliqui scribunt distracto.

- 518** Transcendunt elementa modum, rapiuntque
[que, ruuntque
Omnia, legirupis quassantia viribus orbem.
Frangunt umbriferos aquilonum prælia lucos,
240 Et cadit immodicis silva exstirpata procellis.
Parte alia violentus aquis torrentibus amnis
Transilit objectas, præscripta repagula, ripas,
Et vagus eversis late dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem nascentibus ipse
245 Conditor instituit : sed laxa licentia rerum
Turbavit placidas rupto moderamine leges,
Nec mirum, si membra orbis concussa rotantur,
Si vitis agitata suis mundana laborat
Machina, si terras lues incentiva fatigat.
250 Exemplum dat vita hominum, quo cætera præ-
[cent : B
Vita hominum, cui, quidquid agit, vesania, et
[error
Suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa volu-
[ptas-

257. Elementa, ignis, aer, aqua, terra, l.
258. Legirupis, legem rumpentibus, l.
259. Aquilonum, ventorum, l.
240. Immodicis, magnis, ingentibus. — Procellis, turbibus, l.
244. Torrentibus, fortiter euntibus, l.
242. Præscripta, ordinata vel constituta, quæ fuerunt illi. — Repagula, obstacula, littora, serraturæ, l.
245. Laxa, concessa, laxata, l.
247. Rotantur, volvuntur, l.
249. Lues, pestis. — Incentiva, incentrix, l.
250. Exemplum, quia Adam peccando aliis dat exemplum, l.
251. Vita, scilicet dico, l.
252. Suppeditant, subministrant, famulantur, l.
253. Igue, amore, l.

- Diffluit, impiro fervescat ut igne libido,
519 Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus
[amplis
253 Gurges avaritiæ, finis quam nullus habendi
Temperat, aggestis addentem vota talentis.
Auri namque fames parto fit major ab auro;
Inde seges scelerum, radix et sola malorum,
Dum scatebras fluviorum omnes, et operta
[metalla
260 Eliquat ornatus, solvendi leno pudoris :
Dum venas squalentis humi scrutatoris inepta
Ambitio, scalpens naturæ occulta latentis,
Si quibus in foveis radiantes forte lapillos
Rimata inveniat, nec enim contenta decore
265 Ingenito, externam mentitur femina formam.
520 Ac velut artificis Domini manus imper-
[fectum
Os dederit, quod adhuc res exigit, aut hya-
[cintidis
Pingere sutilibus redimitæ frontis in arce,

GLOSSÆ VETERES.

256. Aggestis, accumulatis, l.
257. Fames, cupiditas. — Parto, syncope, ab inquisitione, vel præparato; inde est exemplum : Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, l.
259. Scatebras, ebullitiones, l.
260. Eliquat, effluere facit; purgat. — Ornatus, de ornatu solvitur pudor. — Solvendi, ad solvendum pudorem, l.
261. Inepta, inutilis, l.
262. Ambitio, cupiditas. — Scalpens, investigans, scrutans. — Latens, naturaliter aurum latere voluit, sed cu iustas sedit pretiosa pericula, l.
264. Rimata, ipsa ambitio quaerens, investigans, l.
267. Os, faciem, formam. Hyacinthis, margaritis, l.
268. Sutilibus, quia ex gemma consuntur filo argenteo, aut aureo, l.

COMMENTARIUS.

240. Apoth. vers. 539 etiam legitur *exstirpata*, et lib. II adversus Sym. vers. 1039, *exstirpamus*. Salmassius pag. 284 in Trebellium ait in vetustissimo libro Prudentii a se repertum *stirpare* pro *exstirpare*, ut in optimis Ciceronis exemplaribus Victorius invenit *scandunt* pro *excandunt*. Sed in Apoth. et II in Syn. legi debet *exstirpare*.
241. Descriptio amnis torrentis apud poetas Lucretium, Virgilium, Claudianum, Ovidium passim occurrit.
242. Mar., Prag., Rat., Fabr., Gis., Widm., Bong., objectæ præscripta repagula ripæ. Alex., Urb., Vat. A., Weitz., Ald., Egm., Palat., objectas, præscripta repagula, ripas, per epexegesin. quæ lectio, licet elegans sit, non propterea cum Heinsio dicam, priorem illam insecta librorum oscitatione inveciam.
245. Widm. supra, *laxa licentia*.
249. Rat., *lucis*; sed c inductum sive deletum est. Alex., *lues*; supra, *luis*.
250. Aldus, Tornæs. apud Gallandium, male, *datura* pro *dat via*. Vide Elmenhorstium in Arnobium pag. 57.
251. Ald., Egm., *vesania, terror*.
257. Pervulgata sententia, *a norem nummi crescere, quantum ipsa pecunia crescit*, ut ait Juvenalis a glossa indicatus.
258. I ad Timoth. VI, 10 : *Radix omnium malorum avaritia*.
259. Vat. A., Pal., *cum scatebras*. Mar. a prisca mann, *metalli*.
260. Non potuit, inquit Giselinus, *melius epitheton*

- dari*. Videmur enim ornatu tanquam lenone uti insitam nobis verecundiam et pudicitiam prostituere. Deus faceret aliquando, impiis Turcis hoc nomine minus essemus contumptui. Quæ an ad mores nostros et ad nostra tempora possint accommodari, viderint alii. Weitzius contra mulierum ornatum alia offert ex Euripide, et ex lege Zaleuci apud Diodorum Siculum lib. XI Biblioth. Eodem pertinet illud Tertulliani de Corona militis cap. 12 : *Quid enim est in capite femine corona quam formæ lena, quam summa lascivie nota, extrema negotio verecundiæ, constatio illecebæ?*
261. Videtur poeta noster ad manus habuisse Manilii illud lib. V. vers. 116 : *Hinc lenocinium formæ, cultusque repentus Corporis, atque auro quæsitæ est gratia frontis, Perque caput ducti lapides per collum, manusque, Et pedibus niveis fulscrunt aurea vincula*.
D Ac ne matris tali sub munere desit, Quærere sub terris aurum... imperat, etc. Vide etiam Cornelium Severum in Ætina. In Egm. est *cum pro dum*.
262. Prag., *scalpens*, non bene, pro *scalpendi*.
265. Egm., *ingenita*. Legendum *ingenito*. Hæc Prudentii verba Tiraquellus laudat in leg. 3 Connubial., ubi plura in eandem sententiam producit. Confer Tertullianum de Virginibus velandis, de Cultu feminarum; Ambrosium lib. VI Hexameron cap. 8, et lib. I de Virginibus; Hieronymum ad Furiam de viduitate servanda; Isidorum Pelusiotam, lib. II, epist. 53; Arnobium lib. 2 contra gentes; Senecam de Beneficiis lib. VII, cap. 9.
268. Alex., Urb., Mar., Vat. A., Prag., Rat. et optimi Heinsii *sutilibus* : ut hymno octodecim mar-

- Colla vel ignitis sincera incingere sertis, A 280 Qui regit invalidam propria de carne resectam
 270 Auribus aut gravidis virides suspendere baccas. Particulam, qui vas tenerum ditioe gubernat,
 Nectitur et nitidis concharum calculus albens Solvitur in luxum? Cernas, mollescere cultu
 Crinibus, aureolisque riget coma texta catenis. Heroas vetulos, opifex quibus aspera membra
 Tædet sacrilegas matrum percurrere curas, Finxerat, et rigidos duraverat ossibus artus.
 Muneribus dotata Dei quæ plasmata fuco 285 Sed pudet esse viros: quærun't vanissima quæ-
 275 **521** Inficiunt, ut pigmentis cutis illita perdat, [que,
 Quod fuerat, falso non agnoscenda colore. Queis niteant: genuina leves ut robora solvant,
 Hæc sexus male fortis agit: cui pectore in arcto **522** Vellere non ovium, sed eoo ex orbe petitis
 Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æstu. Ramorum spoliis fluitantes sumere amictus
 Quid, quod et ipse caput muliebris corporis, et Gaudent, et durum scutulis perfundere corpus.
 [rex, 230 Additur ars, ut fila herbis saturata rec-ctis

GLOSSÆ VETERES.

269. Ignitis, *radiantibus*. — Sertis, *monilibus*, *coronis*, l.
 270. Baccas, *gemmas rotundas*, qui *uniones* vocantur, eo quod in capite ostrarum aperto cerebro semel reperiantur in anno, et unus tantum, quos et *perulos* (leg. *pæderos*) vocant, l.
 271. Calculus, *margarita*: *calculos* vocamus *lapillos*, quibus antea numerabant antiqui ante repertum numerum; sed hic pro quacunque pretiosa gemma ponitur, lso.
 272. Texta catenis, *ordinata vittis*, lso.
 274. Dotata, *ornata*. — Plasmata, *facies*. — Fuco, colore: unguentum, unde se mulieres pallidas faciunt, l.
 275. Inficiunt, *colorant*, l.
 277. Male fortis, *infirmus*, l.
 280. Invalidam, *particulam*, dicit *feminam*, quæ fuit corporis Adæ, de costa formata, l.
 282. Cultu, *habitu*, l.
 283. Heroas, *viros fortes*. — Aspera, *fortia*, l.
 286. Niteant, *aplandeant*. — Genuina leves, *pestis naturalis, ingemita*; *luxuria, interjective dicendum*, l.
 287. Eoo, *orientali*. — Petitis, *acquisitis*, l.
 288. Ramorum spoliis, *arbores vestibus*: in Oriente enim arbores sunt, ubi sæpissime reperitur sericum. — Fluitantes, *superbientes*, l.
 289. Durum, *fortem, firmum*. — Scutulis, *variatis, scutulatis vestibus pro omni veste, opere vario interserta, poni. ur.* — Perfundere, *involvare*, l.

COMMENTARIUS.

tyrum Cæsaraugust., *sutile vinclum*: nam quidquid sutitur, sutile est. Ald., Fab., Gis., minus bene, *sculptilibus*. Weitzius in contextu *sutilibus*, adeoque mendum est *sutilibus* in lectionibus variantibus. Sichardus etiam ediderat *sutilibus*, Pignorius; de servis pag. 200, exhibet instrumenta delineata cultus muliebris, quæ olim exstabant Romæ apud Lælium Paschalinum, scilicet aureas acus crinales, nonnullas puras, nonnullas gemmatas, viriolam e minutis smaragdīs, et brachio, et collo aptam, inaurem æream gemmis vitreis ornatam, stalagmum erudi amethysto, inaurem, alteram ex auro totam, alteram distinctam margaritis, binos elenchos, seu margaritas oblongas. Rem illustrat his Prudentii versibus.

269. Prag., *cellis pro sertis*, corrupte.
 270. Chamillardus recte Isonem refellit, quod virides baccas uniones interpretatus fuerit: cum potius sint smaragdi. Consule Plinium et Isidorum, lib. xvi, cum notis Grialii.

272. Rot., *rubet coma*. Heinsius lib. I Advers., cap. 17, ait, fortasse præstare *nexa pro texta*, et plura similia exempla congerit: neque puriora congeri possent pro *texta*.

273. In Egm. et Pal. non video quid lateat sub hac voce edita pro *tædet*. Præter Pignorium Guascus in opere delle *Ornatrici* ann. 1775 multa erudite congerit, et de cosmetis sive ornatricibus docte disserit, ac plures inscriptiones sepulcrales earum exscribit: ut communia olim erant hæc elogia servis et ancillis, sive a propinquis, sive a dominis posita.

275. Vat. A, Alex., Urb., Mur., a secunda manu, Heinsiani *pigmentis* cum Widm. supra, et Palat. Melius id est quam *figmentis* in Prag., Ald., Gis. in contextu, et Weitzio. *Pigmenta* pro *unguentis* non semel noster, et Dracontius in Hæxaemero.

276. Gis. ad oram, *quod fuit ex falso*.

277. Widm. supra, *imo pro arcto*. Muliebrem sexum infirmiore esse, omnes uno ore consentiunt. Cave tamen ab his, qui feminas in diversa quadam ab hominibus specie collocant. Vide Alcimum in lib.

ad sororem: *Quod ne femineum post hæc quis spernere sexum Audeat, hic paucis visum est ostendere verbis, etc.*

278. Imitatio Maronis, cujus hæc sunt: *iratum fluctuat æstu; curarum fluctuat æstu; vario nequidquam fluctuat æstu.*

280. Vat. A a prima manu, *carne recisam*.

281. Petrus apostolus Epist. I cap. iii, 7: *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebris impartientiam honorum. Præter Tiraquellum loc. cit. vide P. Fabrum i Semestr., cap. 16. Nihil his versibus Prudentii nervosius ad feminarum immodicum, muliebremque hominum iuxum redarguendum. Adde, si placet, illaboratam Chrysostomi eloquentiam in Matth. homil. 50, sive 49: *Quantum vobis dedecus esse putatis, cum sericia, quæ nec vestibus quidem vir probus unquam subtexeret, diligenter inseritis! quantis hoc dignum cachinnis arbitramur! Dicitis enim pedum sublevatis deambulant in plateis, nimio plerumque inde mærore confecti, ne cæno in hieme, aut pulvere in æstate calcei sui maculentur. Quid facis, homo? Quod si tu ab huiusmodi labe munda cupis culcamenta servare, cervicibus tuis, aut capiti connecte.**

286. Gisel. cum Pullmanni mss., et Daventr., Rat. a prima manu, Prag., Mar. a secunda manu, Weitz., Egm., Bong., Widm. a prima manu, *leves* Idem Alexand. cum glossa *flubiles*. Oxon. ex Heinsiani, Urbin. et Iso, *lues*, quod Aldus, alique sunt secuti.

287. Plinius de Serum regione, et vestium opificio lib. vi, cap. 16: *Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut matrona in publico transluceat. Apud Seres e frondium laugine vestes fiebant sericæ dictæ. De vestibus bombycinis idem Plinius lib. xi, cap. 25.*

289. Heinsius cum Festo scribit *scutilis*. Nostri *scutulis* cum Ald., Sich., Gis. 2 edit. et aliis. *Vestos scutulatæ*, quæ orbiculis distinguuntur.

- Illudant varias distincto stamine formas. **A** Perversum jus omne viget, dum quidquid la
 Ut quæque est lanugo fere mollissima tactu, [bendum
 Pectitur. Hunc videas lascivas præpete cursu Omnipotens dederat, studia in contraria ver
 Venantem tunicas, avium quoque versicolorum [tunt.
- 295 Indumenta novis texentem plumea telis : Idcircone, rogo, speculatrix pupula molli
 Illum pigmentis redolentibus, et peregrino Subdita palpebræ est, ut turpia semivirorum
- 523** Pulvere femineas spargentem tupiter **310** Membra theatri spectet vertigine ferri,
 [auras. Incestans miseros fœdò oblectamine visus?
 Omnia luxus habet nostræ vegetamina vitæ, **524** Aut ideo spirant, mediaque ex arce ce-
 Sensibus in quinque statuens quæ condidit [rebri
 [auctor. Demittunt geminas sociata foramina nares,
 Ut bibat illecebras male conciliata voluptas,
- 300** Auribus atque oculis, tum naribus atque palato Quas pigmentato meretrix jacet improba crine?
 Quæritur infectus vitiosis artibus usus. Num propter lyricæ modulamina vana puellæ,
 Ipse etiam, toto pollet qui corpore, tactus, Nervorumque sonos, et convivale calentis
 Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit. Carmen nequitiae, patulas Deus addidit aures,
 Proh dolor, ingenuas naturæ occumbere leges, **B** Perque cavernosos jussit penetrare meatus
- 305** Captivasque trahi regnante libidine dotes!

GLOSSÆ VETERES.

291. Illudant, colorent, I.
 292. Fere, prope, I.
 293. Pectitur, ornatur, I.
 294. Venantem, ementem.—Versicolorum, diversis coloribus, I.
 295. Plumea, mollia, I. Pluma dicitur acus, unde in Bibliotheca legitur opere plumario, Vat. A.
 296. Peregrino, exotico, I.
 298. Luxus, luxuria, vanitas. — Vegetamina, virtutes, fortitudinem, vel virilitatem, commotiones, I.
 300. Auribus atque oculis, auditu, visu, olfactu, gustu, I.
 301. Quæritur, ab illis sensibus, vel nobis. — Infectus, corruptus, I.
 303. Palpamen, amictum. — Fotibus, nutrimentis. — Ambit, cupit, desiderat, I.
 304. Ingenuas, nobiles, naturales, I.
 305. Dotes, donationes Dei, I.
 306. Perversum, perverse. — Viget, prævalet, I.
 307. Vertunt, homines, I.
 308. Rogo, interrogo. — Pupula, pupilla et pupula idem sunt, I.
 309. Semivirorum, effeminatorum eunuchorum, I.
 310. Vertigine, circuitione, rotatione, I.
 311. Incestans, polluens. — Fœdò oblectamine, turpi delectatione, I.
 314. Illecebras, fœditates, sorditates. — Conciliata, conglutinata, vel conjuncta, I.
 315. Jacit, spargit, I.
 316. Lyricæ, cytharalis, vel jocalis, I.
 317. Calentis, ferventis, I.
 319. Cavernosos, flexibiles. — Meatus, transitus, I.

COMMENTARIUS.

291. Sich., male, *famine telas*.
 292. Ald., scripti Heinsiani, et quos vidit Marietus, *feræ*; et suspicatur Heinsius, legendum *Ut cuique est lanugo feræ*. Alex., Urb., Weitz., Gis., *fere*, quod placet.
 293. Lascivæ tunicæ sunt aut sericæ, aut obscenis figuris variatæ, ut suspicatur Chamillardus. Nam libidines veterum in poculis ipsis et panibus expressæ intolerabiles erant. Vide Pignorium de Servis, pag. 67 et seqq.
 294. Widm., mendose, *ventantem*. Heinsius notat, suos scriptos habere *avium quoque versicolorum*; et ita certe habent nostri. In Gisellino quidem 1 et 2 edit. est *versicolorum*, sed mendum puto, non lectionis varietatem.
 295. In glossa Vat. A, *Bibliothecam* intellige esse Biblia sacra, quæ eo nomine a veteribus sæpe appellabantur. Locus exstat 1 Exodi vers. 4: *Decem cortinas de bysso retorta, et hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto variatas opere plumario facies*. De vestibis quæ ex plumis variis contexebantur vide Senecam ep. 91. *Plumarius* vocabatur antiquitus, qui hujusmodi vestes conficiebat, ut etiam qui in vestibus acu clavos et scutulas, et ea quæ plumas avium referunt, pingebat. Vide Turneb. Advers. lib. xi, cap. 25, num. 349, ad verba VOPISCI IN CARINO: *plumandi difficultate pernobiles*. Putat Prudentium indicare vestes in quibus sine assumpto acu pingendo plumæ avium referuntur.
 296. Weitz., et peregrino. Aldus, ex. Giselinus 1 et 2 edit. habet et cum plerisque vetustissimis Mar., Rat., Prag., Vat. A et aliis.
 297. Apud Weitzium M. Berg. legit aures pro *auras*.
 299. Pulcherrima descriptio quinque sensuum et corruptelæ qua ab hominibus pervertuntur.
 300. Prag., male, *tam pro tum*.
 301. Oxon., Prag., et Mar. a secunda manu, *artibus*. Legendum *artibus*.
 302. Alcimus Avitus lib. i, vers. 85: *Tactus ad hæc solus toto qui corpore judex Sentiat*, etc. Cicero, n, de Natura deorum: *Tactus autem toto corpore æqualiter susus est*, etc. Alia ibi de sensibus Cicero.
 303. Mar., et; supra, e. Prag., Widm., et. Aldus et apud Weitzium Giselinus, ex; sed alium voluit dicere, nam Giselinus 2 edit. habet e; vel intelligit Weitzius editionem 1 Giselini.
 307. Imitatio Maronis lib. ii, *studia in contraria*.
 308. Notandum est Chamillardum ad vers. 874 errorem suum agnovisse, quo *pupulam*, quæ est oculi pupilla, interpretatus est hic *puellam*.
 310. Theatri veteris obscenitas hoc loco indicatur, de qua satis constat: quanquam non dubito quin in recenti theatro multa sint quæ incestent *miseros fædò oblectamine visus*.
 312. Rat., atque ideo, non ita bene.
 313. Ald., Prag., Widm., dimittunt.
 315. Vat. A., *Quis pigmentato meretrix jacet improba crine*. Melius alii, *quas jacit*.
 316. Citharcedas olim in ministerio fuisse observat Pignorius de Servis pag. 78 et 79, qui epitaphium Auxesis citharædæ profert, et hoc ministerium elegantè tetigisse Prudentium advertit. Apud eundem videre poteris aliquot citharæ species delineatas.
 317. Ald., et convivæ recalentis, quod poterat retineri; sed membranæ præferunt et convivale calentis *carmen nequitiae*.

- 320 Vocis iter? numquid madido sapor inditus ori A
Vivit ob hanc causam, medicata ut fercula pi-
[gram
Ingluviem, vetitamque gulam ganconi inescens?
Per varios gustus instructa ut prandia ducat
525 In noctem, lassetque gravem sua crapula
[ventrem?
325 Quid durum, quid molle foret, quid lene, quid
[horrens,
Quid calidum, gelidumve, Deus cognoscere
[nosmet
Attactu voluit, palpandi interprete sensu.
At nos delicias plumarum et linea texta
Sternimus, atque cutem fulcro attenuante po-
[limus.
- 330 Felix, qui indultis potuit medioeriter uti B 545
Muneribus, parcumque modum servare fruendi!
Quem locuples mundi species, et amœna ve-
[nustas,
Et nitidis fallens circumflua copia rebus
- 333 Non capiti, ut puerum, nec inepto addicit amori:
Qui sub adumbrata dulcedine triste venenum
Deprendit latitare boni mendacis aperto.
Sed fuit id quondam nobis sanctumque, bonum-
[que
Principio rerum, Christus cum conderet orbem:
526 Vidit enim Deus, esse bonum: velut ipse
[Moyses
340 Historicus mundi nascentis testificatur.
Vidit, ait, Deus, esse bonum, quodcumque
[creavit.
Hoc sequar, hoc stabili conceptum mente te-
[nubo,
Inspirante Deo quod sanctus vaticinator
Prodidit antiquæ recolens primordia lucis,
Esse bonum, quidquid Deus et sapientia fecit.
Conditor ergo boni Pater est, et cum Patre
[Christus.
Nam Deus, atque Deus Pater est, et Filius
[unus:

GLOSSÆ VETERES.

321. Vivit, factus est. — Medicata, pigmentata, condita, vel infusa pigmentis. — Fercula, cibos, l.
322. Ganconis, luxuriosi: ganeo, superfluus in cibo, vel potu, seu etiam in luxuria; ganeonem appellat glutonem, sed ganeo est proprie campo, devorator, glutto, ambro et helluo. — Inescent, cibent, saturant, satient, l.
323. Instructa, parata. — Ducat, glutto prolonget, l.
327. Interprete, discernente, l.
329. Fulcro, fulcimentum, lecto: fulcrum vocamus quidquid sustentat aliquid. — Attenuante, pro attenuato. — Polimus, ornamus, l.
330. Indultis, concessis, l.
334. Addicit, deputat, subjugat, l.
335. Dulcedine, suavitate, l.
336. Deprendit, comperit, — Boni, in divitiis. — Aperto, occulto, cooperito, l.
337. Sanctumque, quia omnia quæcumque fecit Deus, bona sunt in sua natura; sed nobis male utentibus mala sunt, l.
342. Hoc sequor, ego Prudentius, l.
344. Recolens, narrans. — Primordia, initia. — Lucis, temporis, l.
345. Esse, scilicet recolens, dicens. — Sapientia, Filius Dei, l.

COMMENTARIUS.

321. Vat. A, aut, male, pro ut; fercula medicata C sunt nimium delicate apparatus.
322. Heinsius cum Put., Oxon., Rot., et tribus Torr., vegetamque, quod habent Ald., Vat. A, Alex. et Urb. In aliis, ut in Mar., Rat., Weit., vetitam. Giselinus dubitat utrum verius: nam utrumque huic loco congruit. In Prag. est recentis manu setaque, abasis prioribus. In Rot. pro diversa lectione labæonis cum glossa gulosi. Weitzius scribere ausus est inescens, quia ita invenit in Widm., et Bong. Quid ineptius? An apertos errores unius vel alterius codicis reddere oportet, præmissa vera aliorum lectione? In glossa Isonis glutto, AMBRO, nescio an sit aliquid quod ad vocabulum Hispanum hambre pro fame possit referri. Ambro devorator est in Glossario Isidoriano. Vide etiam Ducangium, qui plures auctores mediæ ævi allegat.
324. Hæc omnia breviter complexus est Tertullianus lib. de Spectaculis, cap. 2: Neque oculos ad concupiscentiam cumpsimus, et linguam ad maliloquium, et aures ad exceptaculum maliloquii, et gulam ad gulæ crimen, et ventrem ad gulæ societatem, et manus ad vim, et gressus ad vagam vitam.
325. Prag., leve, pro lene. Fortasse vera lectio est læve, seu leve pro polito et lubrico: nam sequitur quid horrens.
327. Ald. et Bong., attactum vel ad tactum. Melius alii, attacku.
328. Sich. et Bong. a manu prima, palmarum pro plumarum. De lectis plumeis Apuleius lib. x Metamorph. Quod autem linea texta in deliciis Prudentius numerat, arguit usum lini non fuisse apud veteres Romanos valde communem.
329. Aldus, mendose, cute. Maricetus, aut glossam veterem, aut notam suam adducit: Dum enim in lectis versamur, cutis attenuatur et politur.
330. Imitatio Virgilii: Felix qui potuit rerum cognoscere causas, lib. ii Georg. vers. 490.
331. Prag., non bene, partumque.
334. Thuan., Weitz., amore: non placet.
335. Egm., Pal., obumbrata. In Vat. A, quis obumbrata, cum glossa ob, pro ad.
336. Ald., aperta. Apud Weitzium M. Berg. legit apertu.
337. In editione Parmensi, sanctum, bonumque, contra metri regulas.
338. Vide Gen. cap. i. Christus per prolepsin, ut sæpe alias, scilicet Filius Dei, per quem omnia facta sunt.
340. Vat. A, Prag., Rat., Urb., Weitz., Rot., Gis. et alii, testificatur, quo spectat Mar., testificator. Alex. cum plerisque Heinsianis, testificatus; id secutus est Teolius.
342. Weit., sequor pro sequar.
347. Widm. et Mar. a secunda manu, unus; alii, unum, et distinguunt Pater est. Giselinus, Vide, ait, hominis religionem. Singularem numerum bis repetere maluit quam usurpare pluralem, ut quam longissime a gentilibus recederet. Quam prope igitur ab illis eum abesse existimas, qui nuper a tribus diis superum dæcibus donatos libellos tribus diis hominum ducibus obtulit? Hoc in genere Lipsius, Cent. misc. ii, epist. 17, in Bembo irridet persuasio pro fides: aqua et igni interdictio pro excommunicatio: deos superos, manesque illi placare pro peccata morituro remittere, et quod Senatus Venetus ad Julium pontificem scripserit, uti fidat diis immortalibus, quorum vicem gerit in terra. Alia omitto.

- Quippe unum natura facit: quæ constat utrique A
Una voluntatis, juris, virtutis, amoris.
- 520 Non tamen idcirco duo numina, nec duo rerum
Artifices; quoniam generis dissensio nulla est.
527 Atque ideo nulla est operis distantia,
[nulla
Ingenii; peperitque bona omnia conditor unus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
- 555 Nascitur, aut primæ violatur origine venæ;
Sed, dum liventes liquor incorruptus arenas
Prælabit, putrefacta inter contagia sordet.
Nunquid equus, ferrum, taurus, leo, lunis, oli-
[vum
In se vim sceleris, cum formarentur, habe-
[bant?
- 560 Quod jugulatur homo, non ferrum causa fu- B
[roris,

- Sed manus est: nec equum vesania fervida
[circi
Auctorem levitatis habet, rapide fragoris.
Mens vulgi rationis inops non cursus equorum
Perfurit: infami studio perit utile donum.
- 565 Sic Lacedæmonias oleo maduisse palæstras
Novimus, et placidum servire ad crimina suc-
[cum.
528 Inde per aerium pendens audacia funem,
Ardua securis scandit proscenia plantis.
Inde feras volucris temeraria corpora saltu
- 370 Transiliunt, mortisque inter discrimina ludunt,
Sanguinis humani spectacula publicus edit
Concessus, legesque jubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum, discerpta
[cruentis
Morsibus, oblectent hilarem de funere plebem.

GLOSSÆ VETERES.

354. Nec turbidus humor, origo nostra pura et in-
culpabilis, l.
357. Prælabit, prænatat, l.
358. Olivum, in palæstris, l, Vat. A.
361. Circi, ludi illius, l.
362. Levitatis, velocitatis. — Fragoris, inordinati
soni, l.
363. Inops, iners, l.
364. Infami, turpi. — Donum, equus, l.
365. Lacedæmonias, Lacedæmonia, ipsa est Sparta,
civitas Græciæ, ubi primum usus iste repertus est. —

- Palæstras, luctationes; PALO, id est fugio vel luctor:
inde palæstræ, l.
366. Succum, olei, Mar.
368. Proscenia, Vestibula, vel atria ante scenam.
Palæstrita, collector; proscenia ipsos passus funis
dicit; proscenia et pulpita, gradus scenæ; de schæno-
batis, id est funambulis, l.
369. Feras, equos. — Volucris, veloci, l.
370. Discrimina, pericula, l.
371. Edit, profert, cernit, l.
372. Publicum, venale, Iso.

COMMENTARIUS.

348. Vat. A, fecit, contra metrum.
350. Rat., nec tamen.
351. Prag., nullâ sine est. Clericus asserere ausus
est Nicænos Patres nihil aliud contra Arium defini-
visse, nisi divinitatem non in tres diversæ speciei
naturas, sed in tres ejusdem formæ et æqualis ordi-
nis essentias esse deductam; et vocabulo homou-
sion solum significari substantiæ æqualitatem et
naturæ similitudinem quamdam seu affinitatem, non
vero identitatem. Eandem impudentem opinionem
inculcat in Vita Prudentii, tom. XII Bibl. univers.
Ait nihil, Prudentium hoc versu negare, esse tres
artifices rerum, speciei seu genere diversos: quoniam
generis dissensio nulla est. Quid magis alienum a
Prudentii mente fingi potest? Nonne sæpissime Pru-
dentius genus pro natura accipit? nonne toto hoc
libro in eo est ut probet eandem esse in tribus
personis naturam, et non posse duos natura distin-
ctos deos consistere? Vide supra vers. 47: Ausit et
unius naturæ scindere vires. Genus pro natura ab aliis
etiam sumi, notavi ad vers. 53. Confer quæ Joannes
Lamius adversus Clerici Artem criticam disserit
in dissertat. de Recta Patrum Nicænorum Fide, ubi
egregie nostrum poetam defendit.
353. Prag., peperit quoniam omnia. Mar. a secunda
manu, Egm., Fab., Gis. ad oram, Urb., peperitque.
Giselinus in contextu, peperit bona nam omnia. Vetus
alii peperit bona omnia, non eliso a in bona, quod
Prudentio non esse insolens multi putant.
357. Prag., Vat. A, a secunda manu, Mar. a prima
mano, sordent. Alii, sordet, quod sensui convenit.
Verbo prælambo alias usus est poeta. Lambere, mor-
dere, stringere, radere, passim fluminibus tribuitur.
361. Aldus, male, nec cum pro nec equum. Isido-
rus lib. xviii Etym., cap. 59: Nihil esse debet Chri-
stiano cum circensi insania.
362. Duo veterissimi Heinsiani, Rot., Alex., rabidi,
quod in Chamillardo displicuit Gallaudio. Mar. utrum-

- C que, rabidi et rapidi. Alii plerique, rapidi. Statius
lib. iii Silv. ad Claudiam, nec aut rapidi mulcent te
prælia circi.
365. Weit., Lacedæmonicas. De his Propertius et
alii. Etymologiam, quam glossa attingit, explanat
Servius lib. ii Georgicæ.
367. Hi Terentio vocantur funambuli, aliis funire-
pi, aliis schænobatæ. Manilius lib. v eorum artem de-
scribit.
369. Giselinus auditum a se refert, istiusmodi lu-
dum apud Italos magno esse in pretio, quo tauros
acuminatis et ardentibus calamis exstimulantes in
rabie agunt. Verum si qua est ea gloria, Hispano-
rum propria est. Vide eju- ludi amœnam descrip-
tionem in Prædio rustico Vanieri. Confer Claudianum
carm. 17, vers. 294 et seqq. de pompa amphitheatra-
li, et Cassiodorum lib. v, epist. Theodori regis 42,
ubi plura de simili ludo in amphitheatro Romano Titi,
et hæc de saltu: Tunc in aere saltu corporis elevato,
quasi vestes levissimæ supincta membra j. ciuntur, et
quidam arcus corporeus supra belluam libratus, dum
moras discedendi facit, sub ipso velocitas ferina dis-
cedit.
372. Put., Rot., Mar. a prima manu, consensus,
quod recentiores editores sequi maluerunt. Tenco
concessus cum Alex., Vat. A, Prag., Urb. et pleris-
que aliis, cum editis, tum mss. codd. Virgilius lib.
v Æn.: Circus erat, quo se multis cum virgibus heros
Consessu medio rulit, exstructoque resedit.... Hic to-
tum cavæ concessum ingentis.... Amoribus implet.
Omitto Ciceronem et alios. Prudentius ipse it in
Symmachum, vers. 1090: Inde ad concessum cavæ.
Arnobius lib. ii: Interficere se alios nullius ob meriti
causam, sed in gratiam voluptatem concessorum. In
glossa lege: Venale, publicum.
374. Put., Ald., hilaram, cum Alex. et Vat. A; quo
spectat Egm., philaram. Alii, hilarem, et ex nostris
Mar., Rat., Prag., Urb.

- 375 Mille alia stolidi bacchantia gaudia mundi A
Percensere piget : quæ veri oblita Tonantis
Humanum miseris volvunt erroribus ævum.
Nemo animum summi memorem genitoris in
[altum
Excitat, ad cælum mittit suspiria nemo :
380 **529** Nec recolens apicem solii natalis ad ipsum
Respicit auctorem, nec spem super aera librat :
Sed mentem gravidis contentam stertere curis,
Indigno subdit domino, perituraque pronus
Diligit, et curvo quærit terrestria sensu.
385 Hoc pulchrum, quod terra parit, quod gloria
[confert
Lubrica, commendat quod perniciose voluptas,
Quod, velut excitus distato pulvere ventus,
Præterit, exemplo tenuis quod transvolat B
[umbræ.

GLOSSÆ VETERES.

375. Stolidi, *stulti*. — Bacchantia, *insanientia*, I.
376. Percensere, *enumerare*, Iso.
378. Altum, *cælum*, I.
379. Excitat, *elevat*, I.
381. Aera, *ad cælestia*. — Librat, *ponit, provehit*, I.
382. Contentam, *sufficientem*. — Stertere, *requiescere, dormire, id est, runcare mens dicitur cum terrenis succumbitur curis, nec se mente ad superna ullo modo vult erigi*, I. Runcare, Vat. T.
383. Domino, *diabolo*. — Perituraque, *hujus mundi*, I.
384. Curvo, *pravo, averso*, I.
386. Lubrica, *instabilis*. — Commendat, *concedit*. — Perniciose, *periculosa*, I.
387. Velut, *scilicet putat pulchrum*. — Excitus, *commotus, velox*, I.
388. Exemplo, *similitudine, similiter*. — Transvolat, *præterit*, I.
389. Pestibus, *generibus, perturbationibus*. — Urget, *commovet*, I.
390. Prædo, *diabolus*, I.
391. Bibunt, *concupiunt interior, intra præcordia*. — Medullitus, *in interioribus animæ, circa præcordia*, I.
392. Ministros, *morbos, vel vitia*, I.
395. Illic, *in medullis, vel membris*. — Numerosa, *multiplex*. — Cohors, *diabolorum, vitiorum*. — Principe, *diabolo*, I.
394. Circumsidet, *illa cohors*, I.
395. Superstitio, *vana religio, gentilitas*. — Mœror, *tristitia*. — Luxus, *luxuria, vel ventris ingluvis*, I.
396. Sitis, *cupiditas; homicidium*. — Vini sitis, *ebrietas* — Sitis auri, *avaritia, concupiscentia*, I.
397. Livor, *invidia*. — Adulterium, *fraus conjugii*. — Obtrectatio, *detractio*, I.
398. Horrent, *horrende apparent*. — Facies, *supradictæ imagines, vel species*, I.
399. Aumbit, *concupiscentia; superbia vana, vel inanis*, I.
400. Personat eloquium, *intonat, alte loquitur*, I.
401. Canina, *a canibus dicta*, I.
402. Vilis, *sæcularis*. — Clavam, *baculus Herculis, quo omnes vincebat; inde clavam appellat dialecticos syllogismos, quibus se vincere putant ubique; fastem Herculis*, I.
403. Vicatim, *per singulos vicos*. — Gymnosophistas, *philosophos, qui nudi disputabant; nudos sapientes; gymnosophistas perhibentur nudi philosophari in solitudinibus in die*, Iso.

COMMENTARIUS

378. Egregie dictum *Nemo animum, etc.*, postquam scilicet inanes hominum occupationes et perniciose studia recensuerat.
382. Ald., Prag. et nonnulli Vulg. cum Pal., *contentam sternere*. Optimi *contentam stertere*. Bong., *contentus pro contentam*, exstatque *contentus* in nonnullis Vulg., sed non in Aldo, ut putavit Weitzius, nisi duplex fuerit Aldi editio, quod non credo.
384. Ex Persio sat. 2. *O curvæ in terras animæ et cælestium inanes*.
385. Widm., *perit*; supra, *parit et capit*. Bong., *capit*. Cæteri, *parit*, quod verum est.
390. Diabolus prædo et latro sæpe ab ecclesiasticis scriptoribus dicitur. In præf. 2 Apoth. vers. 45, et in Apoth. vers. 408, *sur* idem vocatur.
394. Mar. a prima manu, *horrendas, male*. Ald., *circumsedit*; Weitz., Vat. A, *circumsedet*. Legendum cum aliis *circumsidet*.
395. Epist. B. Pauli ad Galatas, v, 19 : *Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixa, dissensiones, sectæ, invidia, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia*. Vat. A et Pal., *luctus*; non bene, pro *luxus*.
398. Ald. et Mar., contra rationem carminis, *haliu* pro *habitu*, quod vult etiam Vat. A, ubi est *abiu*.
- Habitus est forma, facies, status, cultus corporis. Virgil. 1. *Æn.*, *Virginis os, habitumque gerens*.
399. I ad Corinth. viii, 1 : *Scientia inflat, charitas vero edificat*.
400. Ald., non recte, *addita pro abdita*.
401. Jurisconsultorum *canina facundia* in proverbium abiit.
402. Fabricius Herculeam clavam sapientiæ adjudicat, quia Hercules a doctis colebatur, qui laboriosi et benefici esse debent, adeoque Herculi commune fuit cum musis templum in circo Flaminio. Giselinus probabilis putat, hoc loco notari Cynicos, quorum supellex erat baculus et pera. Clavam inter philosophorum insignia numerari, constat ex Apollinari Sidonio carm. 15, *Tetrica nodosæ commendat pallis clavæ*. Sirmondus ad Sidonium p. 45 multa offert de barba, pallio et clava philosophorum, et hos ipsos Prudentii versus de clava philosophica exponit. Chrysostomus de Statu vii : *Ubi nunc sunt qui pallis amiciuntur, et promissam barbam ostentant, et clavas dextra gestant externi philosophi?* S. Augustinus, lib. xiv de Civit. Dei, cap. 17 : *Videmus adhuc esse philosophos, qui non solum amiciuntur pallio, verum etiam clavam ferunt*.
403. In editione Parmensi typographi mendam *Ostenta* corrigendum est. In glossa Isonis legendum *Indiæ pro in die* ex Isidoro lib. viii, cap. 6.

- 531** Incerat lapides fumosos idololatrix **A**
405 Relligio, et surdis pallens advolvitur aris.
 Heu quantis mortale genus premit improbus
 [hostis
 Armigeris! quanto ferrata satellite ductor
 Bella gerit; quanta victos ditione triumphat!
 Surgit in auxilium Chananeus, atque agmina
 [denset
410 Casside terribilis, setarum pondera mento
 Concutiens, dextramque gravi cum cuspidē
 [quassans.
 Ast alia de parte furens exercitus ardet
532 Regis Amorrhæi: tum millia Gergeseorum
 Effundunt aciem toto volitantia campo:
415 Eminus hi feriunt, configunt cominus illi.

- Ecce Jebusaicæ fervent ad prælia turmæ,
 Aurea tela quibus, de sanguine tincta draconis,
 Mortifero splendore nitent, radiantque, ne-
 [cantque.
 Necnon terrificas pilis armare catervas
420 Te Cethæe, juvat: sed gens Phereza sagittis
 Insultat virtute pari, sed dispere ferro.
 Postremum cuneum rex promovet Hevæorum,
 Squamosum thoraca gerens de pelle colubri.
 Illis subnixa viris scelerum perversa potestas
425 Edomat invalidas mentes: quæ simplicitate
533 Indociles, bellique rudes sub fœdere falso
 Tristis amicitie primum socia agmina credunt,
 Mammoneamque fidem pacis sub amore se-
 [quantur.

GLOSSÆ VETERES.

- 404.** Idololatrix, *idola colens, idolis serviens*, I.
405. Advolvitur, *inclinatur*, I.
406. Premit, *constringit*, I.
407. Armigeris, *vitiis, insidiis*. — Ferrata, *dura*.
 — Satellite, *milite*, I.
408. Triumphat, *superat*, I.
409. Chananeus, *populus; interpretatur motus eorum: Cham, calidus, commotus interpretatur; commemorat modo hic septem gentes quæ insurrexerunt contra filios Israel, sed pro septem posuit vitiis, seu nequitiis spiritualibus insinuat, quæ insurgunt contra hominem*, I.
410. Casside, *galea*. — Setarum, *barbæ; in barba*, I.
411. Cuspide, *hasta*, I.
412. Furens, *iratus*. — Ardet, *stridet*, I.
415 Amorrhæi, *tristitia Amorrhæus, amarus, vel loquens*. — Gergeseorum, *Gergeseus, colonum ejiciens, vel advena propinquus*, I.

- B 414.** Volitantia, *propter ceteritatem equorum*, Iso.
415. Eminus, *longe, contra*. — Configunt, *pugnant*. — Cominus, *prope*, I.
416. Jebusaicæ, *Jebuseus, id est calcatus, sive præsepe eorum*, I.
417. Aurea tela, *avaritia*. — Tincta, *venenata*, I.
420. Cethæe, *Cethæus, abscissus a Christianitate*. — Juvat, *delectat*. — Phereza, *Pherezeus, separatus, vel absque muro*, I.
422. Rex, *diabolus*. — Hevæorum, *Hevæus feralis, vel ferox*, I.
423. Thoraca, *thorax, pectus, vel cassis, quia pectus cooperit*, I.
424. Subnixa, *subjecta, elevata*. — Viris, *vitiis*, I.
428. Mammoneamque, *diabolicam, pecuniosam, vel sæcularem, avaram*, I.

COMMENTARIUS.

404. Aldus ediderat *idololatrix*, correxit *incærat lapides fumosos idolatres*, perperam *incærat*, et *idolotres*. Nec inelius recens corrector in Rat., *vana deorum pro idololatrix, seu idololatria*. Gronovio, Observat. eccles. cap. 5, placuit *idololatrix*, neque displicuit Heinsio aliisque recentioribus editoribus; et facilis quidem fuerit mutatio *s* in *x* ob soni similitudinem. Sed scripti jubent legi *idololatrix*, et hæc fuit consuetudo Prudentii, ejusque ætatis, ut quædam vocabula Græco-Latina formaret, ut *primoplastus*. In editione Parmensi metrum corruptum est *incærat fumosos lapides*.

406. Corrector in Rat., erasis prioribus, inepte substituit *Heu quot mortale genus premit improbus hostis Militibus*. Gis., Fabr., Cell. ediderunt *premit genus*. Ald. et nostri, *genus premit*. Id tenuit Heins.

408. *Triumpho* active in Vulgata reperitur: eo verbo ita usi sunt Livius, Tacitus, Plinius, scilicet *triumphor* passive.

409. Aldus primum edidit *Chananeus, atque agmina denset*, postea emendavit *Chananeus, et agmina denset*. Giselinus hoc postremum amplexus est. Latinus in Torn. legit *Chananeus, atque agmina denset*, sed animadvertit legendum vel *Chananeus trisyllabum*, vel, si quadrisyllabum sit, *Chananeus, et agmina*. In Bibl. Latini mendum opinor esse *surgite pro surgit*. Scripti *Chananeus, atque agmina denset*, ut sit diphthongus *eus*. Vide in Apoth. vers. 982 *Matheus*. Pro *denset* Prag. *densat*, et apud Weitzium Giselinus, qui tamen in ed. 2 habet *denset*. Allegoricam interpretationem harum nationum vide apud Lauretum in Silva Allegoriarum, qui loca SS. Patrum similia indicat.

410. Ald., *terribili; cæteri, terribilis*. Fabricius pro *pondera mento* excudit *ponderamento*, errore non typographico: nam in Indice advertit Prudentium usum nomine *ponderamentum*; quod confirmat in

C Comment., docens sumi pro *pondere*. Multi hujusmodi errores ex conjunctione vocum in Prudentium irrepserunt. Ac revera in Aldo legitur *ponderamento*.

411. Prag., *vibrans*: supra, *quassans*.

415. Vat. A, *mendose, greges eorum* pro *Gergeseorum*. Hi omnes erant populi terræ Chanaan, de quibus vide Josue lib. et interpretes.

416. Put., Egm. et Vat. A, *Jebusaicæ*. Mar., Prag., Gis., *Jebusaicæ*. Weitz. et Urb., *Jebusaicæ*. Aldus et Alex., *Gebusaicæ*.

418. Ald., Mar. a prima manu, Widm., Bong., *micant, radiantque, micantque*. In Prag. videtur fuisse *micant, radiantque, nutantque*, quod metro repugnat. In Oxon., *micant, radiantque nitentque*. Fabr. et Gis., *nitent, radiantque, micantque*. Vetustiores plerique *micant, radiantque, necantque*. Emendandus est error typographicus editionis Parmensis, *radiantque, necantque*.

420. Put., *Cittee*; Egm., *Chitee*. Alii, *Cethæe*; Gisel. vero 2 edit., *Gethæe*. In Put., *gens Phereza*, quod sequor, nam *Pherezæa* carmini adversatur. Chamillardus vellet *Betæe*, si metrum pateretur. Alius error hic occurrit in editione Parmensi, *sed gens Pherezæ sagittis*. Teolius fortasse voluit *Pherezæa*.

422. Put., Rot., Ald., Pal., Egm., *Euveorum*. Vat. A et Bong., *æveorum*. Mar., Prag., Weitz., *Eveorum*. Alii, *Bevæorum*; alii paulo aliter. In nonnullis vulg., *promovet* pro *promovet*.

424. *Scelerum potestas*, ut *potestas tenebrarum* in sacra pagina.

426. *Indociles* eo sensu quo hymno 3 Cathem., vers. 111, diximus, *indocile* accipi posse pro *dociti*, ut *infractus* pro *fracto*.

427. Imitator illud Maronis lib. II Æneid., *socia agmina credens Inscius*, et alia quæ sequuntur. Vide etiam vers. 551 et seqq. *Psychomachie*.

- Mox faciles ad vincla rapi, juga dura volentes A 415
 430 Addictis subeunt cervicibus, et nebulonum
 Spirituum jussis servire ferocibus optant.
 Ille, supervacuis augens patrimonia fundis,
 Finitimisque inhians contemptio limite agellis,
 Ducitur innexus manicis, et mille catenis
 435 Ante triumphales currus post terga revinctus,
 Nec se barbaricis addictum sentit habenis :
 Hic, qui ventosæ scandit fastigia famæ,
 Inflaturque cavo pompæ popularis honore,
 Qui summum, solidumque bonum putat ambi-
 [tionis
 440 Crescere successu, præconum voce trementes
 534 Exanimare reos, miserorum in corpora
 [fascies
 Frangere, terribiles legum exercere secures, B
 In laqueum jam colla dedit, jam compede dura
 Nectitur, et pedibus servilla vincula limat.

GLOSSÆ VETERES.

430. Addictis, *subjugatis, deputatis*. — Nebulosum, *nigrorum*, I.
 432. Ille, *aliquis, quidam*. — Supervacuis, *per rapinam abundantibus*. — Fundis, *prædiis, hæreditatibus, ædificiis, terris vel prædiis; fundus dicitur ager, eo quod nobis fundat fructus*, I.
 436. Barbaricis, *diabolicis*. — Habenis, *vinculis*, I.
 437. Hic, *quidam, aliquis*, I. — Ventosæ, *vacuæ*, Vat. A.
 438. Cavo, *vacuo*, I.
 439. Ambitionis, *avaritiæ*, I.
 440. Successu, *prosperitate*. — Trementes, *timentes*, I.
 441. Exanimare, *mortificare*. — Fasces, *potentias, dignitates*, I.
 442. Exercere, *augere*. — Secures, *arma lictorum*, I.

COMMENTARIUS.

450. Egm., Weitz., Iso, Gisel. ad oram, Gifan. C
 Ind. Lucret. verbo *VESTIRE*, ex vet. lib., *nebulosum* quasi *nebulosorum*. Ita etiam Rat. cum glossa *fallacium, tenebricosorum*. Plerique, ut Alex., Urb., Mar. Vat. A, Prag., Heinsiani, *nebulonum*. Nec dubium quin *nebulo*, ut *nebulosus*, de diabolo apposite dicatur.
 431. Egm. et Ald., *aptant*; alii, *optant*. In Mar. ex *feracibus* recte factum *ferocibus*.
 433. Vat. A et Egm., *contento limite*, quasi extento; vel cum limis ipse sit contentus, homines finitimis agellis inhiant. Melius cæteri, *contempto*. Horatius lib. II, sat. 6: *O si angulus ille Proximus accedat, qui nunc denormat agellum*. Teolius omnes Vatt. allegat pro *contempto*, vel ut ipse scribit *contento*. Facile potuit *n* videri esse *m*, aut contra.
 435. Mos hic erat ducendi captivos ante triumphalem currum.
 440. Prag., male *successum*. Præconis inter alia munus erat judicia et sententias publicare.
 441. Egm., Wid., Mar. a secunda manu, Prag., Vat. A, Ald., *examinare*. Mirum quod hic error tot codices occupaverit. Metrum postulat *exanimare*, quod exstat in aliis. In Rat. est *exanimare* a recentiori manu; alioqui erat *examinare*. In Alexan., *exanimare*; sed glossa *investigare*, quasi is qui glossema addidit, legisset *examinare*. Ald., Alex., Urb., Gis., *in corpora*, ut hymno S. Cassiani vers. 47, *in ora frangere tabellas*. Heinsius nihil contra ex suis adnotavit. Mar., *corpore*, recente manu *in corpore*. Prag., Rat., Weitz., *in corpore*.
 446. Glossæ adde ex Isidoro lib. xv, cap. 6; quod ergastula etiam sunt, ubi deputantur noxii ad aliquod opus.
 447. Chamaillardus, *virtus non intellecta accipi* pro
- 415 Credite, captivi mortales, hostica quos jam
 Damnatos cohibent ergastula, quos famulatu
 Pœnarum virtus non intellecta coerces :
 Hæc illa est Babylon, hæc transigratio nostræ
 Gentis, et horribilis victoria principis Assur,
 450 Carmine luctifico quam deflens Ieremias,
 Orbatam propriis ululavit civibus urbem.
 Num latet, aut dubium est, animas de semine
 [Jacob
 Exsilium gentile pati : quas Persica regna
 535 Captivas retinent, atque in sua fœdera
 [cogunt ?
 455 Illic natali desuescunt vivere ritu,
 Moribus et patriis exutæ, in barbara jura
 Degenerant, linguamque novam, vestemque
 [sequuntur,
 Deque profanato discunt sordescere cultu,
 Nutricemque abolent petulanti e pectore Sion.

444. Limat, *purgat*, I.
 445. Hostica, *hostilia*, I.
 446. Cohibent, *constringunt*. — Ergastula, *εργαστῶν, opus; inde ergastulum, locus ubi exercetur constructio alicujus operis*, I.
 449. Assur, *dirigens interpretatur*, I.
 450. Quam, *gentem*, I.
 451. Orbatam, *viduatam*. — Ululavit, *lamentat*. — Urbem, *Jerusalem*, I.
 452. Num, *nunquid*, I.
 453. Persica, *diabolica*, I.
 456. Barbara, *pagana*, I.
 458. Profanato, *sordido*, I.
 459. Abolent, *obliviscuntur, illorum malignorum suasu; alienatio est abominabilis perditio*, I.

- vitiis, quæ specie virtutis decipiunt. Cellarius interpretatur de vera virtute, quæ ignorantiam sui et contemptum vindicat famulatu pœnarum. Fortasse melius *virtus non intellecta* dicitur esse vis quædam occulta et non intellecta ab ipsis qui pœnis sunt subiecti. Sic supra vers. 436: *Nec se barbaricis addictum sentit habenis*.
 448. Widm. supra, *nostra*, minus bene. Pergit declamare in vitia, quæ specie virtutis fallunt, hominesque captivos in servitutem redigunt. De hujusmodi vitiis Juvenalis satyra 14.
 450. Jeremias cap. I Thren., vers. 1: *Quomodo sedet so'a civitas, plena populo: facta est quasi vidua domina gentium*.
 452. Ex diversa scribendi ratione Prag. et Rat., *aud*; Egm. et Vat. A, *haud pro aut*.
 453. Prag., *quos*, et versus seq. *captivos*, non ita bene ac *quas et captivas*, sc. animas.
 455. Vat. A scribit *disuescunt*.
 456. Rat., *ex patriis*. Prag., *eruti*, ut supra *quos captivos*. Hæc omnia videri possunt in Lamentationibus Jeremias.
 458. Captivi Israelitæ, et qui ad Ægyptum confugerant, ad idolorum cultum secesserant, quos Jeremias objuravit.
 459. Palat., Widm., Egm. pro diversa lectione, Weitz., Vat. A, *petulantia pectora*. Heinsiani, *petulanti e pectore*, cum Ald. et aliis. Mar. a prima manu, Rat., Prag., *petulanti pectore*. In Mariet. a'iena manu a vel e pectore. S. Paulinus psal. cxxxvi: *Cum patrum memori traheremus pectore Sion*. Ubi etiam producitur prima vocalis, quam Fortunatus quoque produxit. Vide alia exempla in indice Fabricii ad poetas Christianos. Alii corripunt quod in his nomi-

- 460 Jam patriæ meminisse piget : jam mystica A
[frangunt
Organa, et externi laudant anathemata regni.
Nonne fuit melius, sævum Memphitidis aulæ
536 Imperium tolerasse patres, penitusque
[sinistris
Assedisse focis ? positos Pharaonis iniqui
465 Sub pedibus, limo, et paleis servire paratos,
Carnis et immodicæ spurco ructamine crudos ?
Quo tantum auxilii per prodigialia signa
Effudit Dominus, populum dum forte rebellem
Servat ope immerita, vinclis dum subdita colla
470 Solvit, et Ægyptum virga serpente coerct ?
Quid juvat æquoreum, pelago cedente, profun-
[dum
Pulverea calcasse via : cum conscia ponti B
Saxa sub ignoto patuerunt prodita cælo,

- Aruit et medio stiens in gurgite limus ?
475 Si victor virtute Dei, mediasque teuebras
Luce columnari scindens exercitus olim,
Perdidit inventi vallem Botryonis opimam ?
537 Si nescit versare solum, cui melle pe-
[renni
Gleba fluens nivcos permiscet lactea rivos
480 Si domitam Jerichon lituis, atque ære canero
Rursus in antiquos patitur consurgere muros
Si ripis reflu Jordanis pellitur, et jam
Deserit ascriptam dimensa in jugera sortem ?
Denique si structam tantis sudoribus urbem,
485 Et quæ nubigenas transcendunt culmina nim-
[bos,
Defensare nequit ; si nescit, quis lapis ille est
Hostibus obsistens, ut inexpugnabile turris
Præsidium : quem non ærato machina rostro

GLOSSÆ VETERES.

461. Organa, laudes Dei.—Anathemata, perditiones, alienationes, I. Alienationes, Vat. T.
462. Memphitidis, Ægyptiacæ, I.
463. Tolerasse, pati.—Sinistris, contrariis, I.
464. Pharaonis, qui nominabatur Cencelis, Chenclis, I.
465. Sub pedibus, dominatione, potestate, I.
466. Immodicæ, magnæ, in multitudine. Spurco, immunda eructatione.—Crudos, saturatos, plenos, indigestos, I.
467. Quo, cur illic, I.
468. Rebellem, infidelem, I.
469. Ope, auxilio, I.
470. Virga, quia virga mutata est in serpentem. —

- Serpente, existente, I.
472. Calcasse, ambulare, I.
473. Prodita, ostensa, I.
477. Perdidit, pro perdit.—Botryonis, terram promissionis.—Opimam, fertilem, I.
478. Versare, arare terram, subvertere, colere, I.
480. Jerichon, civitatem diaboli, sancta prædicatione superatam, I.
484. Sudoribus, laboribus.—Urbem, Jerusalem, I.
485. Culmina, virtutes, desideria, I.
486. Lapis, Christus est ; qui murus, et lapis est inexpugnabilis, et præsidium indeficiens, I.
488. Vis, immissa cum fortitudine, I.

COMMENTARIUS.

nibus fieri posse, monui in proleg. E Judæis captivitate Babylonica detentis, nonnulli erant qui recordarentur Sion et idolorum cultum horrerent, ut liquet ex psalmo cit. : *Super flumina Babylonis illic sedimus, et flevimus, cum recordaremur Sion.* Prudentius illos cum Jeremia reprehendit, qui gentium mores et ritus fuerunt secuti.

460. Apud Weitzium, Widm., nam pro jam. Sed non explicat Weitzium siue nam patriæ, an nam mystica, an utrumque : nam his repetitur jam. Chamillardus opinionem Pinedæ lib. vii de Salomone, cap. 10, refert Judæos citharas suas appendisse salicibus, quæ erant ante Beli Jovis templum in ipsa urbe Babylone, ex interpretatione psalmi cxxxvi : *In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra*, et in eadem opinione fuisse Prudentium affirmat. Mihi id non liquet : nam Prudentius Judæos illos reprehendit qui organa fregerant, non qui suspenderant. Neque opinionem Pinedæ approbat Lorinus, qui fuse docteq; hac de re ad eum psalmum disputat.

461. In Vat. A desideratur et post organa. Anathemata hic sunt sacrificia, mores et ritus profani. Anathema pro homine execrabili vox ecclesiastica, ut anathematizare apud S. Hieronymum et alios. Teolius monet anathemata, priori porrecta, ut hic, esse donaria numini dicata. Fortasse scribere voluit tertia porrecta. Conjici posset anadenata. Lucr. lib. iv, anadenata mitræ.

462. Longissimum esset ea omnia proferre quæ e sacris Litteris Poeta indicat aut refert. Quæ hoc loco attingit, videri possunt Exod. cap. i, 5 et seqq.

466. Ait poeta Israelitas carne immodica se in Ægypto refecisse, quia ipsi Exod. xvi, 3, dixerunt : *Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnum, et comedebamus panem in saturitate.*

467. Horatius lib. i, ep. 5 : *Quo mihi fortunes, si*

C non conceditur uti ?

472. Cauchius ex scripto suo malebat *purpurea*, quia sermo est de mari Rubro. Sed venustius est *pulverea* cum reliquis scriptis, quasi Israelitæ non solum sicco pede trajecerint mare, sed etiam via mare per medium fuerit pulverulenta. Sic mox *aruit limus*. Paulinus etiam Nat. 9 dixit *arente profundo*, et *pulverulenta vestigia* de transitu Jordanis.

474. Weitz. et Gis., *sub gurgite*. Heinsiani, Pal. et nostri codd., *in gurgite*.

475. Vat. A et Egm., *sic victor, male*.

477. Martialis lib. xi, epigr. 38 : *Nec dignam toto te botryone putat*. Alii hic intelligunt racemum uvæ conditionis, alii ova sepiarum, sive liquamen ex ovis piscium. Palladius certe pro uvæ racemo posuit *botryonem*. Prudentius loquitur de botris seu racemis terræ promissionis. Consule Num. xiii, Josue vi et seqq.

480. Ald. scribit *Hierico*, alii *Hiericon*, aut *Jericon*, D aut *Jerichon*.

482. Ald., *rivis* ; alii *ripis*. Vat. A, *refluis pro reflu*.

486. Ald. habet *illect* pro *ille est*. Perspicuum est Christum hunc esse lapidem, de quo Paulus ad Ephes. ii, 20 et seqq. Vide etiam Dittocheum tetrasticho 31, *Pinna templi*.

487. Sich. et Bong. a prima manu, *terris* pro *turris*. Vat. A, *mendose, inexpugnabilis*.

488. Ita legunt veterimi Put. et Thuan. apud Heinsium et Alex. a prima manu. Cætera quæ alii addunt, superflua sunt et tautologiam redolent, *hostibus obsistens, hosticus, arietis vis quatit, arietat, insiliens*. Giselinus : *Præsidium, quem non fragor hosticus, arietis aut quem Vis impacta quatit, non aris machina rostro Arietat insiliens, nec ferrea verbera quasvant ; et ad oram, non ærea machina. Aldus, Præsidium, quem non fragor hosticus arietis, aut*

- Arietat insiliens, nec ferrea verbera quassant ? A**
490 538 Angulus hic portæ in capite est: hic [continet omnem Saxorum seriem, constructaque limina firmat : Quem qui rite suis per propugnacula muris Noverit insertum, seque, ac sua mœnia vallo Præcingat triplici, celsa stans eminus arce,
- 495** Fretus amore petræ, castis et pervigil armis : Non illum regina Tyri, non accola magni Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus, Tempora pennatis redimitus nigra sagittis.
- 500** Allophylus tua castra velit delere tyrannus, Tutus eris : nec te firma statione movebit Ipse Charon mundi, numen Marciœnis : ipse, Qui regit acris vanas sub sole tenebras.
- 539** Nam vanum, quidquid sol aspicit : ex [elementis
- 505** Cuncta solubilibus, fluxoque creamine con- [stant.
- Fallo, creaturam nisi doctor Apostolus omnem Subjectam vanis non sponte laboribus orsus, Perjuro ingemuit miserans servire latroni. Errat, ait, qui luctamen cum sanguine nobis,**
510 Et carne, et venis ferventibus, et vitioso Felle putat, calidisque animam peccare me- [dullis.
- Non mentem sua membra premunt, nec terrea [virtus Oppugnat sensus liquidos, bellove lacessit : Sed cum spiritibus tenebrosis nocte dieque**
515 Congredimur, quorum dominatibus humidus [iste, Et pigris densus nebulis obtemperat aer. Scilicet hoc medium, cœlum inter, et infima [terræ
- Quod patet, et vacuo nubes suspendit hiatu, Frena potestatum variarum sustinet, ac sub**
520 Principe Bellia rectoribus borret iniquis. His colliuctamur prædonibus, ut sacra nobis

GLOSSÆ VETERES.

489. Arietat, sternit, commovet. — Insiliens, cum sumore saliens.—Quassant, lædunt, l.
 491. Seriem, ordinem, l.
 494. Eminus, e contra.—Arce, alte; fide, l.
 495. Fretus, confusus, iso.
 496. Regina Tyri, avaritia, l.
 497. Parthus, hæreticus.—Rapiet, scilicet captivum.—Indus, immunditia, l.
 499. Gigantas, sequaces diaboli, l.
 500. Allophylus, diabolus; Philistæus; pro diabolus posuit, alienigena a Deo, l.
 501. Tutus, protectus, l.

502. Charon, navigator inferni, diabolus. — Numen, Deus; malus deus, l.
 503. Fluxo, labili, deficiente, l.
 506. Fallo, mentior, decipio, l.
 507. Orsus, dizissit, l.
 508. Perjuro, fallaci. — Latroni, diabofo, l.
 509. Ait, Apostolus : Quia non est nobis colliuctatio adversus carnem et sanguinem, l.
 515. Congredimur, præliamur, l.
 519. Frena, dominationes, l.
 520. Bellia, diabofo, l.
 521. Ut, sicut, l.

COMMENTARIUS.

quem *Vis impacta quatit, non æris machina rostro Arietat*. Weitzius, *Præsidium, quem non fragor hosticus, arietis aut vis Concutit impacta, aut ærato machina rostro Arietat*. Gis. 1 edit. ad marg., *Præsidium, quem non fragor hosticus, arietis aut quem Vis quatit impacta, ærato non machina rostro Arietat*. Sichardus, *Præsidium, quem non fragor hosticus, arietis vis Concutit impacta, aut ærato non machina rostro Arietat*. Ita ad oram : nam in [extu cohæret primæ editioni Giselini. Membranæ æque inter se discrepant. Cum Weitzio faciunt Rat., Prag., Mar. a recente manu, et Egm., nisi quod in hoc legitur mendose *arietus pro arietis*. Tres codices Vatt. pro eadem lectione Teolius allegat. Mihi aliter visum. Mariettus a prima manu, *Hosticus arietis aut Vis impacta quatit, non ærato machina rostro*. Mariettus non bene allegaverat Sichardum, qui in sua prima editione a me visus, ita edidit ut modo dixi. Alex. ad oram, Urb., Oxon., *Præsidium, quem non fragor hosticus, aut arietis Vis impacta quatit, non ærato machina rostro contra metrum*. In Rot. et tribus Torr., *Vis impacta quatit, quem ærato machina rostro*.

490. De Christo, lapide angulari, qui et parietes et fundamentum continet, vide Chrysostomum hom. 6, cap. II, ad Ephes.

494. Weit., Gis., *præcingit*. Rat., *præcingit*, aut *præcinget*.

496. Inepte aliqui ad reginam Saba, alii ad Didonem id transtulerunt. Tyrios intelligit Prudentius esse vel avaritiam, vel superbiam, quæ per Tyrum allegorice significatur. Vide Ezechiel. xxviii, Rupertum Tuitientem cap. ix Osee, et Sylvam allegoriar. Laureti.

498. Carolus Paschalius, de Coronis pag. 200, ex his versibus colligit Indos, et in his Bactrianos, quod

C sagittando valent, sagittis solitos caput redimere.

499. Scripti Reinsiani et Alex., *gigantas*; alii *gigantes*. Harum gentium vocabulis intelliguntur vitia quæ eis quodammodo dominabantur, aut dæmones, qui ea vitia inspirant. Vide glossas.

500. Cur in *Allophylus* y corripitur, dixi in proleg. *Allophylus* Græce sonat *alienigena*. A Christianis scriptoribus passim pro Philistæo accipitur; et pro Philistæis LXX interpretes vertunt *alophylos*. S. Orientius in Common. lib. 1 novæ collect. Edmundi Martenê pag. 41 : *Illum mirifico famosum robore Samson Forma decem sævis tradidit Allophylis*. S. Paulinus Natali 8 : *Credite, non armis, neque viribus esse timendos Allophylum populos*. Et in carmine ad Cytherium de naufragio Martiniani *Allophyla mulier est mihi lex carnea*. Alia videri possunt in Severo Sulpicio, in Attone de obsidione Lutetiæ.

503. Prag., *varias pro vanas*.

504. Vat. A, *Jam vanum*. Prag., *Nam vanum est*.

505. Pal., *cuncta volubilibus*, minus bene.

506. In nonnullis vulg., male, *creaturum pro creaturam*. Epist. ad Rom. viii, 20 : *Vanitati enim creatura subjecta est non volens, etc. : scimus enim quod omnis creatura ingemiscit.... et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri*.

509. Hæc non ex Epistola ad Romanos, sed ex alia ad Ephesios vi, 12, sumit Prudentius, cujus interpretationem vindicavimus proleg. cap. 9.

518. Gis. et Fabr., *ac vacuo*.

520. Egm., *Bellia*. Vulg., *Belial*. Vetustiores, *Bellia*. Ita enim Prudentius huiusmodi nomina propria efferre solet *Helia, Belia, Iuda*, quæ alioquin in æs terminantur. Quod autem in *Bellia*, aut *Belial* dum primæ ab aliis corripiantur, nibil refert.

- Oris apostolici testis sententia prodit. **A**
- 540** Nemo habitum naturæ, aut irritamina
[peccans
Corporis accuset : facile est frenare rebelles
- 525** Affectus carnis, nimiosque retundere pulsus
Materiæ fragilis, et viscera victa domare.
Quippe animus longe præstantior, utpote summo
Æthere demissus, subjectos si velit artus
Imperio quassare gravi, juss'que severis
- 530** Dedere, regnanti domino vis nulla resistet.
Major inest vis illa homini, quæ flatile virus
Ingerit, et tenuem tenui ferit aere mentem.
Parthica non æque ventos transcurrit arundo,
Cujus iter nullus potis est comprehendere visus :
- 535** Præpes enim, volucres dum pennis transvolat
[auras, **B**
Improvisa venit, nec stridor nuntiat ante
Adventum lethi, quam pectoris abdita rumpat,
Securam rapiens medicato vulnere vitam.
Sed magis aligera est, magis et medicata sa-
[gitta, **B**
540 **541** Quam jacet umbrosi dominatio lubrica
[mundi,
Eludens excussa oculos, calamique volantis
- 545** Ingenium, purum, sapiens, subtile, serenum,
Mobile, sollicitum, velox, vegetabile, acutum :
Factorem modo casta suum veneretur, et ipsi
Militet, ac victum proculcet sobria mundum ;
Nil de pestiferis opibus, aut falsificatis
- 550** Terrarum spoliis stulto oblectamine libans,
Ne sub fasce jacens, alieno et dedita regno
Non queat argutas hostis vitare sagittas.
Sed quid ego omne malum mundique, homi-
[numque maligni
Hostis ad invidiam detorqueo : cum mala no-
[stra,
555 Ex nostris concreta animis, genus, et caput,
[et vim.
542 Quid sint, quid valeant, sumant de corde
[parente?
Ille quidem fomes nostrorum, et causa malo-
[rum est.
Sed tantum turbare potest, aut fallere quan-
[tum

GLOSSÆ VETERES.

- 522.** Prodit, dicit, Iso.
523. Irritamina, provocamina, provocationes, quia, corpore provocante et suggerente, anima consentit peccatum aliquando, I.
525. Affectus, desideria, I.
527. Præstantior, melior, nobilior scilicet corpore, I.
529. Quassare, fatigare, edomare, premere, domare, I.
530. Dedere, occupare, animo tradere. — Domino, animo. — Vis nulla, scilicet corporis, I.
531. Major, de animo dicit. — Vis illa, diaboli, I.
532. Ingerit, immittit. — Tenuem, fragilem. — Ferit, percussit. — Aere, persuasione, I.
535. Æque, similiter, non sic. — Arundo, sagitta, I.
538. Præpes, velox, I.
538. Medicato, illito, toxicato, I.
539. Aligera, velox. — Medicata, venenata, I.
540. Umbrosi, tenebrosi. — Mundi, diaboli, I.
541. Eludens, decipiens. — Excussa, sagittata. — Calami, teli, I.
546. Agitabile, mobile, I.
550. Libans, cupiens, I.
551. Fasce, onere, I.
552. Argutas, scilicet viles, I.
554. Detorqueo, convertio, I.
555. Concreta, coagulata, Iso.
557. Ille, diabolus. — Fomes, incentivum, vel incendium, I.

COMMENTARIUS.

- 525.** Mar., nimiosque, sed supra recentiori manu, minimosque.
530. Alex. cum Heinsianis nonnullis resistet. Ald. et alii eunti cum Urb. aliisque mss., resistit : quod nescio cur Heinsius damnet : nam idem est sensus. Perperam autem vulgati distinguebant *dedere regnanti domino*.
533. Prag., transcendit pro transcurrit. Veruti, seu teli cursum elegantior dici a Lucretio notat Gifanius, et hoc Prudentii exemplum allegat.
535. Ald., Weitz., Mar., volucris, melius alii, volucres ; in mss. antiquis casus hujusmodi sæpe in is terminantur, ex quo ea varietas oriri potuit.
537. Fabr., Bong., Mar., Sich., rumpit, non male.
538. Egm., a secunda manu, Bong., Sich. ad oram, Put., Oxon., Thuan., penetrans. Egm. a prima manu, Alex., Urb., aliique nostri cum vulg., rapiens.
543. Egm., segni, non bene, pro *segnis*. Ald., ut ; alii, aut.
546. Legunt *nobile* Rat. a prima manu, Mar., Prag., Weitz., Gis. Sed in omnibus Heins., Ald., Vat. A., Alex., Rat. a secunda manu, *mobile*. Sic melius est *vegetabile* cum Thuan. a manu prima, Alex., Boherio pervetusto. Nam *agitabile*, quod alii habent, idem sonat ac *mobile*. Non est autem contemnenda lectio *nobile, agitabile*, quæ exstat in Urb. et aliis. Teolius in uno tantum Vat. vidit *nobile*.
547. Optimi Heinsiani, Mar., Rat., Alex., Sich., Weitz., *casta*. Vat. A., Ald., Gis., Urb., *facta*.
549. In Rat. fuit *falsificantis*, sed n est inductum. *Falsificus* Plauti est. Faciolatus *falsificare* ad barbaram rejecit, cum plura alia verba solius Prudentii auctoritate inter Latina reposuisset. In editione 2 Giselini, et in quodam exemplari editionis Weitzianæ ad marg., vel pro aut.
551. Mar., Weitz., ne ; alii, nec. Rat., non. Nonnulli vulgati male distinguunt *nec sub fasce jacens alieno, et dedita regno*. In Heinsio mendum est *nec sub face*.
552. Aldus, ne pro non.
553. Weitz., *mundi hominumque* ; cæteri, *mundique, hominumque*, rectius. Cum demonstraverit Prudentius Deum non esse peccati auctorem, sed diabolum eum esse qui homines in peccata traxerit, ne in contrariam partem declinare videatur, et, ut alium Marcionitarum errorem evertat, ad libertatem arbitrii ostendendam aggreditur.
556. Alii habent *de corde parenti*. Sententia sumpta est ex Matth. xv, 19 : *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, etc.*

- Nos volumus : qui decrepito suggesta leoni **A** Viscera, et interitu genitralis stirpis aluntur.
560 Armamenta damus : friget fera futile frendens, Progeniem verum ille suam, rex optote sum-
 Humani generis ni per suffragia gliscat. [mus,
 Gignimus omne malum proprio de corpore no- **575** Atque Dei vates, pariturae et virginis auctor,
 [strum : Tristibus atque piis variaverat, ut Salomonis
 Ut genuit David, alias pater optimus, unum Frater Abessalon sereret sua crimina iustis
 Crimen Abessalon : tetrum pater ille, sed Pignoribus, dulcemque domum turbaret amaris.
 [unum Nos dignum Salomone nihil : nos degener im-
565 Innocuas inter soboles genuit patricidam : [plet
 Ausus in auctorem generis qui stringere fer- **580** Solus Abessalon, lacerans pia viscera ferro.
 [rum, Si licet ex ethicis quidquam praesumere, vel si
 Ah pietas ! signis contraria signa paternis De physicis exempli aliquid ; sic vipera, ut
 Egit, et unius commisit sanguinis arma. [aiunt,
 Nostra itidem diros urente propagine natos Dentibus emoritur fusae per viscera prolis.
570 Pecto a parturiunt : versis qui protinus in nos **544** Mater morte sua, non sexu fertilis, aut de
543 Morsibus insuescunt gignentum vivere **B** **585** Concubitu distenta uterum ; sed cum calet igni
 [pœnis : Percita femineo, moriturum obscena maritum
 Depopulantur enim nimium secunda parentum Ore sitit patulo ; caput inserit ille trilingue

GLOSSÆ VETERES.

- 559.** Decrepito, *antiquo, seni, veterano.* — Suggesta, *subministrata.* — Leoni, *hosti, I.*
560. Armamenta, *utensilia, arma, vel adjuvantia.*
 — Futile, *inaniter, inutiliter, I.*
561. Suffragia, *auxilia.* — Gliscat, *crescat, I.*
564. Tetrum, *infaustum, infelicem.* Abessalon, et Absalon utrumque dicimus, *I.*
565. Patricidam, *qui patrem occidit, I.*
566. In, *contra.* — Stringere, *nam voluit patrem interficere, I.*
567. Ah ! heu ! ubi est modo pietas ? interjectio dolentis, — Signa, *vexilla, I.*
568. Egit, *portavit, elevavit, duxit, portavit.* — Unius, *proprii ; Judæos cum Judæis.* — Commisit, *fecit committi.* — Arma, *civile bellum, I.*
569. Itidem, *item.* — Propagine, *procreatione.* — Natos, *suasiones malignorum, Iso.*
571. Gignentum, *patrum, quia ipsi peccata nostris excruciamur, I.*
574. Verum, *sed, I.*
575. Virginis, *Mariæ, quia de genere David fuit Dei genitrix, I.*
576. Tristibus, *malis natis.* — Piis, *bonis, I.*
577. Justis, *fratribus, vel sanctis scilicet operibus, sanctis filiis, I.*
578. Pignoribus, *filiis.* — Amaris, *scilicet operibus, I.*
579. Salomone, *Salomonem vocat justitiam.* — Nihil, *scilicet agimus vel habemus, quia nos vitium plus implemus quam Salomone, qui significat virtutes, I.*
580. Abessalon, *vitia.* — Lacerans, *oppugnans, I.*
581. Licet, *licitum est.* — Ethicis, *moralibus, de moribus.* — Praesumere, *sumere, attingere, I.*
582. De physicis, *naturalibus, de scripturis naturalium rerum, de naturis, I.*
585. Distenta, *repleta, vel gravida, I.*
586. Percita, *insaniens, I.*
587. Sitit, *cupit.* — Trilingue, *serpens, quantum*

COMMENTARIUS.

- 559.** Diabolus leoni rugienti comparatur Epist. I, **C** cum aliis, *misceret crimina.* Utrumlibet potest retineri.
 Pet. v. 8. **578.** Vat. A, *turbasset ; reclusi supra, turbaret : nam*
560. In Mar. fuit *futulle* pro *futile*, corrupte. *versu sup. est sereret.*
561. S. Augustinus, sive potius Casarius Arelatensis sermone 37 append. S. Augustini, alias 197 de Tempore, diabolum cani alligato comparans, ait : *Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem.*
562. Ald., Fabr., Bong. cum aliis, *de corpore nostro.* Plerique, *nostrum.*
564. Ita LXX interpretes efferunt *Abessalon*, qui in *Vulgatis Bibliis dicitur Absalom*, de quo lege lib. II Regum xv et seqq. Alii scribunt *Abssolon*.
565. Gis. ad oram, *paricidam pro patricidam.*
567. Imitatio Lucani initio Pharsaliæ.
569. Weitzius pro *duros* allegat Ald., Fabr., Bongar. Sed Aldus inhi habet *diros*. In Fabricio etiam lego *diros*. Gis. ad marg., *duros*, quod in prima editione tenuerat. Melius ceteri, *diros*. De peccatis, quæ ex corde parente exeunt, sermo est.
572. Vat. A, *depopulatur ; recte manu recenti factum depopulantur.*
574. Cauchius ex conjectura, *vero* pro *verum*. Non video, qui locus esse huic conjecturæ possit, in vitis membranæ.
576. *Tristes* pro malis seu improbis hic accipi, nota ex glossa. Significat etiam *tristis* iratum, difficilem, sævum, asperum, infelicem.
577. Alex., Pat., Thuan., Rot., Egm., Palat. a prima manu, Cauchianus, *sereret sua crimina* ; neque abludit Vat. A. Verum Mar., Urb., Ald., Weitz., Gis.
584. Vat. A, *sexus pro sexu.*
587. Aldus edidit *trilinguæ*, emendavit *trilinguæ*.

Conjugis in fauces atque oscula fervidus intrat, A
Insinuans oris coitu genitale venenum.

590 Nupta, voluptatis vi saucia, mordicus haustum
Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,
Infusaque bibit, caro pereunte, salivas.

His pater illecebris consumitur, at geniticem
Clausa necat soboles; nam postquam semine
[adulto

593 Incipiunt calidis corpuscula parva latebris
Serpere, motatumque uterum vibrata ferire,
Astuat interno pietatis crimine mater,

545 Carnificemque gemit damnati conscia
[sexus

Progeniem, septi rumpentem obstacula partus.

600 Nam, quia nascendi nullus patet exitus, a'vus
Fetibus in lucem nitentibus exercuata
Carpitur, atque viam lacerata per ilia pandit.

Tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum,
Ingressum vitæ vix eluctatus, et ortum

605 Per scelus exsculpens: lambunt natale cadaver
Reptantes catuli, proles, dum nascitur, orba,

GLOSSÆ VETERES.

non habeat nisi linguam unam, tanta tamen celeritate
eam movet, ut videantur tres esse, I.

588. Oscula, per, I.

589. In-inuans, immittens. — Coitu, pro, in, I.

590. Nupta, conjux. — Saucia, sauciata. — Mordicus, adverbium, mordaciter, mordendo. — Haustum, decoratum, in ore assumptum, I.

591. Frangit, mordet. — Amatoris, mariti, I.

592. Caro, marito, I.

593. Pater, ille masculus. — Illecebris, voluptatibus, I.

594. Necat, occidit, I.

596. Motatum, commotum. — Vibrata, pulsata, I. C

597. Pietatis, prolis. — Crimine, quia maritum occidit: dolet enim se esse carnificem mariti, I.

598. Carnificem, se, I.

599. Septi, inclusi, reconditi, circumdati, I.

603. Obitu, morte. — Altricis, matris, I.

604. Eluctatus, evadens, I.

605. Exsculpens, sulcans, investigans; sculpere rem

COMMENTARIUS.

opinor, voluit dicere *trilingue*. Ita habent Alex., Urb., Fabr., Bong., Gis. in contextu. Put., Thuan., Weitz., et a ii *trilingua* a *trilinguus*, quod Salmasio probatum refert Heinsius, qui non viderat Aldi correctionem, cum asseruerit Aldum non aliter expressisse.

585. Gisel., Palat. supra, Mar. ac pro at. Vat. A, perperam ad.

594. Vat. A, sobolis; alii, soboles, Bong. adulta; supra, adulto.

596. Giselinus, motatu; cæteri, motatum.

597. Gisel., pectore; ad marg., crinine, quod est in aliis omnibus; et significantissime dictum observat M. Bergius apud Weitzium, quia pietas est quod fetus patris necem ulciscitur, at crimen quod matrem occidit.

600. Burmannus tom. I Antholog., pag. 463, ex Egm. legit *jam quia*, et multis probat librariorum veteres sæpe mutasse *jam* in *nam*. Hæc diversa lectio in Egmondano cod. fugit Weitzium et Heinsium.

605. Ex veterum opinione, cui recentiorum ex e- rientia opponitur. Plinius ita rem exponit lib. x, cap. 62: *Tertia die intra uterum catul s excludit; deinde singulos singulis diebus parit viginti fere numero. Itaque cæteri tarditatis impatientes prumpunt latera, occisa parente.*

Haud experta diem, miseræ nisi posthuma
[matris.

Non dispar nostræ conceptus mentis; ab ore
Vipereo infusum sic combibit illa venenum

610 Conjuge Beliade, sic oscula devorat haustu,
Interiusque rapit, sic felle libidinis ardens

546 Impletur vitis, perituro mixta marito.
Tunc prægnans lethale genus, concepta maligni
Fert opera ingenii, de semine complicitis hydri:

615 Quem pœnis pensare prius sua facta necesse est
Corruptæ pro stupro animæ, proque orbe per-
[empto.

Ipsam porro animam crudelia vulnera carpunt
Mille puerperis, soboles dum parturit ex se

Contra naturam genitas, peccamina crebra

B 620 Scilicet, et pastos materno funere natos.

Hinc illa est Domini justa objurgatio Christi:

Nonne pater dæmon, vos increpo, peccatores,

Concubitu carnis semen sitientis iniquum

Vos genuit? Sanctum, lector, percense volu-
[men:

dicimus, cum difficultate investigare, I.

606. Orba, orbata, I.

607. Diem, vitam. — Posthuma proles, post mortem; posthuma proles dicitur quæ post mortem patris aut matris nata est, I.

609. Vipereo, diabolico, I.

610. Beliade, diabolo; patronymicum a Belial. — Haustu, consumptu, I.

613. Prægnans, mens, Iso.

614. Complicitis, socii, consocii, conjuncti, complices; frequentius in malo ponuntur, I.

615. Pensare, recompensare, vel resolvere, I.

616. Orbe, orbem; hominem appellat, vel mundum, qui in similitudinem orbis est conditus; vel ipsum orbem, quem laqueis suis conatur decipere, et interficere, I.

618. Puerperis, natiuitatibus, parturitionibus, I.

619. Peccamina, peccata, I.

621. Objurgatio, increpati, I.

624. Percurre, perquire, Iso.

606. Vat. A, prolis pro proles.

607. Ald., Gis. et alii vulg., matri; veteriores Heins., Rat., Mar. a prima manu, Prag., Alex., Urb., maris, cum Weitzio alisque.

610. Ald. et Fabr., male, *Beliadæ*, neque melius Ald., *hausto*. Giselinus ait, in hoc nomine patronymico *Beliade* corripit secundam, quæ prius in *Belia* producta fuit vers. 520, ob licentiam in nominibus propriis. Præter hanc licentiam potest etiam admitti synæresis in secunda et tertia, ut sit spondæus *Belia*. Legam, si per membranas liceat *conjuge Belia*: nihil enim necesse est patronymicum deducere: nam postea de *semine complicitis hydri*, qui est ipse Belial, hoc est diabolus.

614. *Complex* ad Latinitatem prolapsam refertur. Ita locuti sunt Sidonius, Cassiodorius, et æquales. Isidorus lib. x. Etym. notat, ad bonum nunquam *complicem* dici, quo Iso recipit.

618. Prag., proles; cæteri, soboles.

620. Heinsiani et nostri cum Weitzianis, *pastos*. Ald. et Gisel. in contextu, *partos*.

622. *Joan. viii, 44: Vos ex patre diabolo estis.*

624. Weitz. cum Fabr. et Gis., repugnantibus scriptis fere omnibus, *percurre*. Bong., Widm. supra, Sich., *perquire*. Heinsiani omnes, Egm., Alex., Urb., *percense*, cum Aldo et aliis nostris, nisi quod Mar

- 625 Quod loquor, invenies, Dominum dixisse pro- A
[fanis
Vera objectantem mortalibus. Ex Patre nam vos
547 Esse meo genitos, pietas, ait, ipsa pro-
[baret,
Ac pietatis opus: proh cæca libido! quid hoc
[est,
Quod, cum se thalamis desponsam mens bona
[justis
- 630 Noverit, inque torum regis nuptura vocetur,
Et regis semper juvenis, senioque repulso
Divinum decus æterno servantis in ore,
Malit adulterium, fulvo et se munere vilem
Vendat nocticolæ spurcis complexibus indi,
- 635 Aspernata Dei fusam per virginis artus
Progeniem, dulcesque vocans in fornice natos? B 650
S-ntio, quam contra moveat pellacia, litem,
Quo dente obnitens spinosa calumnia pugnet,

- Nosque lacesito vocet ad luctamina vero.
640 548 Si non vult Deus, esse malum, cur non
[vetat? inquis.
Nil refert, auctor fuerit, fautorque malorum,
Anne opera in vitium sceleris pulcherrima verti,
Cum possit prohibere, sinat? qui si velit omnes
Innocuos agere omnipotens, nec sancta vo-
[luntas
645 Degeneret, facto nec se manus inquinat ullo.
Condidit ergo malum Dominus, quod spectat
[ab alto,
Et patitur, ferique probat, tanquam ipse
[creavit.
Ipse creavit enim, quod, cum discludere possit,
Non abolet, longoque sinit grassarier usu.
650 Damna aures, Pater alme, meas, et claude
[meatus
Obbrutescentis capitis, ne pervia tales

GLOSSÆ VETERES.

626. Objectantem, *opponentem*. — Ex Patre, qui est ex Deo, verbum Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Nam gloriabantur se patrem habere Deum; quod si fuisset, ipsa pietas quam haberent erga Filium hoc probaret, l.
628. Proh, *interjectio detestantis, vel irascentis*, l.
631. Semper, *scilicet qui est*, l.
633. Malit, *magis vult*, l.
634. Nocticolæ, *noctem colentis*. — Spurcis, *im-mundis*. — Indi, *diaboli*, l.
635. Virginis, *Mariæ*, l.
636. Progeniem, *Filiam Dei, Christum*. — In fornice, *in lupanari de adulterio, fornicatione*; *fornicem vocat domunculas subterraneas, ubi meretrices veniebant noctibus*, l.

637. Sentio, *intelligo*. — Contra, *e contra*. — Pel-lacia, *fallacia*; *pellax, id est fallax*, l.
638. Dente, *verbo, vel ratione*, l.
639. Lacesito, *provocato*. — Vero, *veritate*, l.
640. Si non vult, *vox Marcionis dicitis*, l.
641. Refert, *distat scilicet utrum*, l.
644. Agere, *vivere*. — Sancta voluntas, *pura mens*, l.
645. Facto u'lo, *in operibus et cogitationibus*, l.
646. Condidit, *dicitis tu*. — Alto, *cælo*, l.
647. Probat, *permittit*, l.
648. Discludere, *separare*, l.
649. Grassarier, *creocere, vel densari*, l.
650. Damna, *obstrue*, l.
651. Obbrutescentis, *insanientis, stolidi*, l.

COMMENTARIUS.

- ad marg. habet *percurrere*. Heinsius aliquando cogita-
verat *perinde*; postea agnovit verum esse *percenso*,
quo verbo uti amat Prudentius. Est autem *percenso*
ex his quæ plerumque ad secundam conjugationem
pertinent, sed nonnunquam ad tertiam transferuntur,
ut *luceo, ferveo, frendeo, extorqueo*. Alcimum Avitum
lib. II ex *contine* dactylum fecisse monuit Heinsius.
627. *gis., esse Deo*. Alii, *esse meo*. Mar., a prima
manu, et Bon. supra, aut pro *ait*. Sich. etiam *aut*,
quod non probat. Heins. edidit *Deo*, sed in notis præ-
fert *meo*.
628. Prag., *Ah pro ac, et proh circa*.
630. Ald., *Wid., supra, inque thronum, minus bene*.
633. Egm. scribit *mallit*. Put., *Thuan., Alex.,*
Sich., fulvo, nempe auro. Mar., *Urb., aliique editi et*
ms., furvo, quod non repugnat.
636. Fornix pro lupanari Juvenalis satyra 5: *Le-*
nonum pueri quocunque in fornice nati. Vide Apoth.
vers. 624. Teolii interpretatio non placet: quod *Deus*
vocare dulces natos in fornice dicitur, cum eos a pec-
cutis ad se invitat ac revocat. Constructio recta est
mens malit adulterium... et se vendat spurcis complexi-
bus.... aspernata progeniem Dei, vocansque dulces na-
tos in fornice. Neque aliter construit Chamillardus, a
Teolio rejectus. Mens ergo adultera filios in fornice
natos sibi dulces putat, scilicet in malis operibus de-
lectatur.
637. Mar., *quem contra, supra aliena manu, quam*.
Gifanius Ind. Lucret., verbo *PELLACIA* totum hunc
locum, quem perelegantem dicit, ascripsit emenda-
tum et interpunctum ex vet. libris. Locus est in iure
civilis de eo qui prohibere cum possit, non prohibet:
eum enim æque teneri aiunt ac si ipse fecerit. Hoc
ergo est hæreticorum argumentum, de quo plura dis-
putavi prolegom. cap. 16.

638. Ald., *quod dente, minus bene*. Vat. A, *purget,*
sed factum pugnet. Ita etiam in Rat., *dente nitens;*
supra, obnitens.
640. Præstantiores Heinsiani, *Urb., Ald., Weitz.,*
Gifan., inquit, quo alludit Alex., inquit. Vat. A, *Mar.,*
Prag., Rat., Gis., Bong., Sich. et alii, inquis.
641. Alex., *Rot., fautorque, quod Heinsio placebat,*
quia auctor, et factor eadem significatione sunt: alii
habent factorque, nisi quod in Gis. et aliis Vulg. est
factorve. Teolius non recte affirmavit, in omnibus
Vatt. esse *factor*. Heinsius edidit *factorque*, sed non
improbat *fautorve* in Cauchiano.
643. Alex. a prima manu, *Put., Rot. cum tribus*
Torrent., Egm., Palat., qui si velit. Gifanius cum
aliis, *quod si velit*.
644. Gifan. et Gisel., *ne pro nec: quod postremum*
habent Alex., Urb., Thuan. et alii complures, ac sen-
sus ipse exposcit. In antiquissimo Boherio *ne sana vo-*
luntas.
645. Aldus perperam *degener, et facto pro degener-*
ret, facto. Gis., *Degeneret, nec se facto*. Alii, *facto nec*
se. Heinsius hanc varietatem præterit, nihil animad-
vertens, sed a Giselino contra suum morem recessit
tacitus.
648. Vat. A, *creavit quod: emenda creavit enim*
quod.
649. Error Aldi *crassarier usu*.
650. Cum poeta hæreticorum sophismata dilucide
exposuerit, recte a Deo petit ut aures ejus obstruat,
ne hujuscemodi argutiis capiatur. Sane non video
quid vel in ipsa oratione soluta afferri possit effica-
cius ad eam impiam sententiam suadendam. Utitur
verbo *damnarre* significatione simillima vulgari Hispani-
cæ: *danar*.
651. Mar. a prima manu, *Rat., obmutescens, ut-*

- 549** Concipiat flexura sonos. Est perdere tanti A **665** **550** Labi hominis, servare Dei est; meritis
Extinctum vitæ officium de parte cerebri, [perit iste:
Immunem modo sese anima, expertemque ne-
[fandi
Ille abolet pereuntis opus, meritumque resolvit.
Argumentum ingens, Dominum, qui talia præ-
[stet,
655 Auditus, felix stolidus conservet ab aure.
Quis ferat hæc injecta Deo convicia, qui se
Divinis meminit præcellere nobilitatum
Muneribus? multa ut taceam, vel sola benignum
Res probat esse Deum, vetiti quod amore per-
[emptos
Nolle malum, nec, quod post abluit, ante pro-
[bare.
660 Excitat e tumultis homines, regni que per ævum
Participes jubet esse sui: qui, si foret auctor,
Servatorque mali, nunquam post damna salu-
[tis,
Invitone aliquis potis est peccare Tonante,
670 Cui facile est in corde hominis componere sen-
[sus,
Quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
Pulsibus, et totum venis infundere honestum?
Nescis, stulte, tuæ vim libertatis ab ipso
Formatore datam? nescis, ab origine quanta
675 Sit concessa tibi famulo super orbe potestas,
Et super ingenio proprio, laxæquo soluto

GLOSSÆ VETERES.

- 652.** Tanti, pretii; melius, mihi amabilis, placet. B **666.** Ille, Dominus, Deus. — Resolvit, peccata di-
Melius est si oculus tuus vel pes tuus scandalizavit mittit, quod debuerat damnari, induisit, l.
te, etc., l.
653. Officium, anres. — Cerebri, capitis, l.
654. Immunem, mundam, securam. — Modo, tan-
tummodo, l.
656. Convicia, impropria, l.
657. Nobilitatum, justificatum, qui floret nobilitate
catholicæ fidei, l.
658. Ut taceam, quæ dicere non possum. — Vel,
etiam. — Benignum, non mala createm, nec volen-
tem, l.
659. Vetiti, pomi, vel cibi, l.
664. Opere secundo, resurrectione, l.
665. Labi, peccare; per peccatum. — Servare, per
penitentiam servat hominem. — Iste, homo, l.

COMMENTARIUS.

- nus bene, pro obbrutescentis. Weitz. et alii scribunt C tendit legendum opere instaurare secundo, quod La-
obbrutescentis, Gifanius Ind. Lucr., verbo OBBRUTESCO, tinus certe est, adeoque retinendum. Prudentius ali-
accipit pro obstupescere, omnemque amittere sensum bi etiam verbo instaurandi usus est, et de resurre-
ex hoc loco Prudentii, ex Lucretio, Festo, Afronio. ctione loquens eam vocat instauracionem Apoth. vers.
In Vat. A, et Mar. a prima manu, nec pervia. Melius 4071.
alii, ne pervia.
652. Locus Evangelii, quem Iso indicat, exstat
cap. xviii Matth., vers. 8 et seqq. In Heinsio men-
dum concipias.
655. In nonnullis Vulg. ab arce, male, pro ab aure.
Giselinus 1 ed., ab arce, 2 ed., ab aure, sed ad marg.,
ab arce.
659. Sermonem hic esse de peccato originali, quo
omnes homines perierunt, exploratum est. Giselinus
autem existimat loqui poetam de Adamo et Eva,
aliisque una cum resurgente Christo ad immortalita-
tem translatis. Sed quid, inquit, hoc ad confirmationem
ejus de quo agitur? Chamillardus propterea putat,
solum mentionem esse de reparatione hominum per
Christi incarnationem, non vero de iis qui cum Chri-
sto resurrexerunt. Arbitror poetam hæc duo conjun-
xisse, nempe homines fuisse redemptos et e tumultis
excitados, ut una cum Christo in cælo regnarent:
nam utrumque pertinet ad voluntatem salvandi ho-
mines, quam in Deo astruit Prudentius: quæque eo
major est, quo magis Deus hominem gloria afficit.
De resurrectione Prudentius Apoth. vers. 780: Omne
reducens, Quidquid homo est; istud tumultis, est illud
abyssus.
661. Prag., facit; cæteri, jubet.
664. Put., Thuan., Widm. et Bong. ad oram, Alex.
a prima manu, Prag., Rat. a prisca manu, ope res-
taurare secunda, quod Heinsio placuit. Alii veteres,
opere instaurare secundo, quod in antiquis editionibus
apparet: nam recentiores Heinsium fere sequuntur.
Burmans tom. I Anthol., pag. 459, cum Egm. con-

- 551** Jure voluntatis, liceat cui velle, sequique, A
Quod placitum, nullique animum subjungere
[vincolo?
An cum te dominum cunctis, quæcunque crea-
[rat,
680 Præficeret, mundumque tuis servire juberet
Imperiis, cumque arva, polum, mare, flumina,
[ventos
Dederet, arbitrium de te tibi credere avarus
Nollet, ut indigno, libertatemque negaret?
Quale erat, electus magni rex orbis ut esset,
685 Non rex ipse sui, curto fœdatus honore?
Nam quis honos domini est, cujus mens libera
[non est:
Una sed impositæ servit sententia legi?

- Quæ laus porro hominis, vel quod meritum,
[sine certo
Inter utramque viam discrimine vivere juste?
690 Non fit sponte bonus, cui non est prompta
[potestas
Velle aliud, flexosque animi convertere sensus.
At qui nec bonus est, nec collaudabilis ille,
552 Qui non sponte bonus: quoniam probi-
[tate coacta
Gloria nulla venit, sordetque ingloria virtus.
695 Nec tamen est virtus, ni deteriora refutaus
Emicet, et meliore viam petat indole rectam.
Vade, ait ipse parens, opifexque, et conditor
[Adæ:
Vade, homo, et afflatu nostri prænobilis oris,

GLOSSÆ VETERES.

- 678.** Placitum, scilicet tibi, I.
682. Credere, dare tibi, commendare. — Avarus ipse Deus: sensus est, cum Deus omnia homini dedit, suæque potestati subdidit, quasi avarus homini nollet libertatem dare, et arbitrium boni vel mali, I.
683. Ut, quasi, I.
684. Quale, quæis res. — Rex, homo, I.
685. Curto, brevi, I.
689. Domini, hominis. — Mens, nam homo in hoc honorem non haberet, si libero arbitrio non uteretur, I.
687. Impositæ, scilicet sibi. — Sententia, bonitatis, hominis. — Legi, ligni in paradiso, I.

- B 689.** Inter utramque, inter bonum et malum. — Discrimine, arbitrio, vel decreto, et judicio discriminari inter bonum et malum, I.
690. Prompta, libera, I.
691. Velle, concupiscere. — Aliud, quam bonum, I.
692. Atqui, certe, Iso.
693. Probitate, bonitate. — Coacta, probitati inritæ, I.
694. Ingloria, ingloriosa, sine gloria. — Virtus, scilicet aliter, I.
695. Refutaus, respuens, I.
696. Emicet, clarescat. — Indole, nobilitate, I.

COMMENTARIUS.

- 677.** Ald., Fabr., jure potestatis.
678. Ald., Weitz., Widm., Mar. a secunda manu, quod placitum est.
679. Prag., dominus, minus bene.
682. Vat. A., dederat; Ald., Egm., dederit. Neutrum bene. Legendum dederet.
684. In Vat. A. desideratur electus.
686. Widm. supra, homini; Bong. supra, hominis; cæteri, domini. Wid. pro cujus habet cui.
688. Wid. supra, sine nullo, male. Hæc ratio efficaç est, qua SS. Patres, theologi, philosophi ad stabiliendam libertatem utuntur, nullam esse futuram laudem, nullum meritum, nisi certum sit discrimen vivendi juste inter utramque viam; dicam vocabulis scholæ, nisi adsit libertas indifferentiæ. SS. Patrum auctoritates plena manu dabunt theologi.
690. Vat. A., sit pro fit. Prudentius magis magisque libertatem indifferentiæ explicat, et clarius fortasse, quam nonnulli vellent. Vide alia in Symmach. vers. 335, quæ plurimum laudat Petavius.
695. S. Augustinus ad laudabiliter agendum voluntatem ab omni necessitate liberam sæpius requirit his rationibus, quas poeta noster complectitur. Lib. de Natura et Gratia cap. 65 vehementer approbat hæc S. Hieronymi verba: *Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin ubi necessitas est, nec corona est. Quibus ita concinit: Quis non agnoscat? quis non toto corde suscipiat? Quidni hanc indifferentiam liberi arbitrii S. Augustinus agnosceret, cum eam a pastoribus, a poetis, ab indoctis, a doctis, a magistris, ab antistitibus, ab omni genere humano laudari fateatur. Audi ejus verba cap. 11, lib. de duabus Animabus contra Manichæos: *Etiame hi libri obscuri mihi scrutandi erant, unde discerem neminem vituperatione supplicio dignum, qui aut id velit quod justitia velle non prohibet, aut id non faciat quod facere non potest? Nonne ista cantant et in montibus pastores, et in theatris poetæ, et indocti in circulis, et docti in bibliothecis, et magistri in scholis, et antistites in sacris locis, et in orbe terrarum genus humanum? Quod si nemo vituperatione vel damnatione dignus est, aut non**

- contra vetitum justitiæ faciens, aut quod non potest non faciens, quis dubitet tunc esse peccatum, cum et velle injustum est, et liberum nolle: et ideo definitionem illam et veram esse, et ad intelligendum facillimam, et non modo nunc, sed tunc quoque a me potuisse dici: Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod justitia vetat, et unde liberum est abstinere. Quod explicatius tradit cap. seq.: Peccati reum teneri quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, summæ iniquitatis est et insanie. Quamobrem illæ animæ quidquid faciunt, si natura, non voluntate faciunt, id est, si libero et ad faciendum et ad non faciendum motu animi carent; si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum earum tenere non possumus. Itaque S. Augustinus, qui de libertate ad bene agendum necessaria se eadem cum doctis, magistris, antistitibus, imo cum pastoribus, cum poetis, cum indoctis sentire professus est, certe non tenuit eam sententiam, quam frustra in pastoribus, in poetis, in indoctis quæsieris, ne commemorem nunc magistros, doctores, antistites, qui ante eum aut cum eo vixerunt: quos ultro nobis concedunt qui Augustini mentem alio detorquent. Quorsum hæc autem? quorsum? ut pateat catholicam esse nostri poetæ de libertate sententiam, qui ea tantum docuerit quæ magnus gratiæ doctor Augustinus obviis ulnis amplectebatur.*
697. Giselinus invenit vade, ait, sed prætulit unde ait, quia magis servit orationis connexioni, et facilis fuit mutatio. Ita quidem habent aliqui codd., sed tres vetustiores Heinsiani, Alex., Urb. cum Ald., Fabr., vade, ait. Eluenhorstius in Arnobium lib. II, pag. 60, sententiam hanc illustrat, confirmatque quod ait Arnobius: *Nulli Deus infert necessitatem.*
698. In Put. abest et post homo, ut in A'd., et Mar. a prima manu. Cauchius, vade, homo, ait flatu. Alex. cum Put., vade, homo afflatu. Urb., Prag., Weitz., Gis., vade, homo, et afflatu. Mariettus notat ex Prag. et Rat., unde pro vade, homo. Defendi id posset, vade, homo, afflatu, sed ita ut non elidatur aut e in vade, aut o postremum in homo.

- 553** In subjecta potens, rerum arbiter, arbi- A
[ter idem,
700 Et iudex mentis propriæ, mihi subdere soli
Sponte tua, quo sit subjectio et ipsa soluto
Libera iudicio; non cogo, nec exigo per vim :
Sed moneo, injustum fugias, justumque se-
[quaris :
Lux comes est iusti, comes est mors horrida
[iniqui ;
703 Elige rem vitæ, tua virtus temet in ævum
Provehat, æternum tua damnet culpa vicissim,
Præstet et alterutram permissa licentia sortem.
Hæc pietate vagus, et tanto munere abundans,
554 Transit propositum fas, et lethalia pru-
[dens
710 Eligit, atque volens, magis utile dum sibi credit, B 723
Quod, prohibente Deo, persuasit callidus an-
[guis.
Persuasit certe hortatu, non impulit acri

GLOSSÆ VETERES.

699. In subjecta, *super terrena omnia*. — Arbiter, *magister*. — Idem, *tu ipse*, I.
701. Quo, *ut*, I.
703. Injustum, *injustitiam*. — Justum, *justitiam*, I.
704. Lux, *Deus*. — Mors, *diabolus*, I.
705. Tua, *ut tua*, I.
706. Æternum, *aliter*. — Damnet, *damnetur*, Iso.
707. Præstet, *eligat*. — Licentia, *quia licentia est permissa cuique, sequi, sive velit bonum, sive etiam malum*, I.
708. Pietate, *Dei*. — Vagus, *homo*, I.
709. Propositum fas, *ne comedas de ligno scientiæ boni et mali*. — Prudens, *superbus, vel subtilis*, I.
710. Volens, *voluntarius*, I.

713. Exprobranti, *arguenti*, I.
714. Suadelis, *ingeniis serpentis*. — Malefabris, *fi-ctis, artificiosis*, I.
715. Illectam, *deceptam*, I.
718. Volens, *libenter*, Iso.
719. Consilium, *Domini*, I.
720. Magistrum, *diabolum*, I.
721. Medius, *nam hinc vocat Deus ad vitam, inde tyrannus ad mortem*, I.
723. Accipe, *intellige*. — Monumenta, *documenta*, I.
724. Prælusit, *ostendit, scripsit*. — Spectabile, *venereabile, memorabile*, I.
727. Urbicremis, *quæ urbem cremabant*, I.

COMMENTARIUS.

699. Put., Oxon., Ald., Gis., Urb., Boher., Egm. cum aliis, *insubjecte, ut innatus, ingenitus*, non male; sed cum agatur de hominis dominio in res creatas, melius Iso, Alex., Vat. A, Prag., Rat., Weitz., Mar. et alii, *in subjecta potens*. Egm., *oris arbiter*, et suspicatur Heinsius *orbis, et arbiter idem*. In Vat. A, *rerum arbiter idem*, mendose. Bene est *rerum arbiter, arbiter idem*.

704. Heinsius cum Giselino legit *nox horrida*, quod recentiores secuti sunt; quasi hoc loco ageretur de illa sententia: *Qui male agit, odit lucem*. Gallandius affirmat postulare *nox horrida antithesin lux, et nox*. Nostri, Weitziani cum Ald., Sich. et aliis, *mors, recte*, quia sermo est de præmio boni operis, quod *lux* dicitur, et de pœna mali, quæ est *mors*. *Elige rem vitæ*, pergit poeta. Weitzius, qui legit *mors*, nihilominus in commentariis intrudit *nox*, et multus est in vulgari illa sententia comprobanda, quod peccator amat tenebras: quem partim exscribit Chamillardus. Poeta respicit ad illud Ecclesiastici xv, 14 et seqq.: *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui. Ante hominem vita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi*. Et Deuteronomii xxx, 19: *Testes invoco hæc cælum et terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam, etc.*

706. Aldus, *alternum*; alii scripti et editi, *æternum*, et in Mar. notat glossa esse adverbium. Iso videtur legisse *alternum*, cuius est glossa *aliter*. Oxon., *alterum*. In Parmensi editione *damnet tua pro tua damnet mendum* puto, quo tamen neque sensus, neque metrum turbatur.

708. Legunt *vagus* Heinsiani codd. cum Aldo, Egm., Palat., Alex., Vat. A, Urb., in quo postremo

C mendum est *hæc pro hac pietate*. Alii, etiam veteres, *vigens*, ut Mar., Prag., Rat. cum Weitz., Gis., Torn. et Vulgatis. In *vagus* ultima producitur ratione cæsura. Teolius pro *vigens* aliquos Vatt. codd. allegat, quod ego in solo Mar. vidi.

709. In Egm. corrupte, *propi situm pro propositum*.

710. Ita Mar. a prima manu, Alex., Urb., Gis. I ed., et ad marg. 2 edit., Boher., Egm., Oxon., Rot., aliique. Heinsius cum aliis et Weitzius, *Eligit; atque volens illud magis utile retur*.

712. Vat. A, *perperam, agri pro acri*. In serm. 37 append. sub Augustini nomine: *Non enim cogendo, sed suadendo nocet; nec extorquet a nobis consensum, sed petit*.

715. Ald., *hæc*; alii, *hoc*. Lectio Aldi stare potest, si intelligatur mulierem respondisse Domino hæc, seu talia: non *hæc mulier*, ut ad ipsam hæc referatur. Responsio Evæ legitur cap. iii Genesis.

718. Prag., *ipse pro ille*.

721. Vat. A, *inepte, consistit melius*.

722. Animadvertit Mariellus, *alternantem* videri esse modo in hanc, modo in illam partem inclinantem, ut infra vers. 776: *Dividit huc illuc*, etc. Hæc certe significatione verbo *alternandi* utuntur Latini scriptores, Columella, Virgilius et alii.

724. Fabr. et Gis. 2 ed., *historiæ*; alii, *historia*. Prag., *sectatile*, male, pro *spectabile*.

725. Historia hæc legitur cap. xix Genes.

726. In Vat. A videtur esse *cura*; sed legendum est *cara*.

727. Gifanuis Ind. Lucr., verbo Nisus, pro *nubibus* ex vet. libris legendum ait *niabus*, qua voce mirifice usum Prudentium dicit: *Nisus enim videtur appellare omnia illa molimenta, furores, labores, fugas ignis, ho-*

- Nimboso ignitus cœlum subtexeret aer, **A**
 Flagrantemque diem crepitans incenderet iuiber. **745** Cautè sigillati longum salis effigiata,
730 Angelus hanc hospes legem præscripserat ollis, Et decus, et cultum, frontemque, oculosque,
 Emissus virtute Dei sub imagine dupla; [comamque,
 Omnis ut e portis iret domus, atque in apertum Et flexam in tergum faciem, paulumque relata
 Dirigeret constans oculos, nec pone reflexo Menta retro, antiquæ monumenta rigentia uoxæ.
 Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes. Liquitur illa quidem salsis sudoribus uda;
735 Nemo memor Sodomæ, quæ mundi forma cre- **750** **557** Sed nulla ex fluido plenæ dispendia formæ
 [mandi est Sentit deliquio; quantumque armenta saporum
 Ut semel e muris gressum promoverit, ore Attenuant saxum, tantum lambentibus humor
 Post tergum verso, respectet funera rerum. Sufficit, attritamque cutem per damna reformat.
556 Loth monitis sapiens obtemperat; at Hoc meruit titulo peccatrix femina sisti,
 [levis uxor **755** Infirmum, fluidumque animum per lubrica sol-
 Mobilitate animi torsit muliebre retrorsus [vens
740 Ingenium, Sodomisque suis revocabilis hæsit. Consilia, et fragilis jussa ad cœlestia. Voti
 Traxerat Eva virum diræ ad consortia culpæ; B Propositum contra non commutabile servat
 Hæc peccans sibi sola perit, solidata metallo Loth ingressus iter, nec mœnia respicit, alto
 Diriguit fragili, saxumque liquabile facta In cinerem collapsa rogo; populumque perustum,

GLOSSÆ VETERES.

- 729.** Flagrantem, ardentem. — Diem, ignem. — Imber, scintilla, I.
730. Legem, fugiendi, I.
731. Dupla, quia duo angeli erant. Patris et Filii duplicem imaginem sub specie duorum virorum dicit, I.
732. Apertum, ante, vel præ se, I.
733. Constans, in mente. — Pone, retro: adverbium, id est, post, I.
735. Quæ, Sodoma, Iso.
736. Ore, facie, I.
738. Monitis, præceptis. — Uxor, uxor Lothi sola perit, I.
739. Mobilitate, mollitia, I.
742. Hæc, uxor Loth, I. — Metallo, ad instar metalli, Vat. A.
743. Diriguit, induruit. — Facta, mutata in statuam suggestu vulnera complet. Josephus lib. I Antiquit., cap. 19, se statuam vidisse refert. Calmetus in Diction. et Comment. diversas interpretandi rationes affert, et auctores indicat qui peculiare dissertationes in eam rem ediderunt. Ego sensum quem sacra Littera præfert, mordicus teneo, nisi certa ratio contrarium suadeat. An autem statua illa salis per tot sæcula permanserit et adhuc permaneant, ad historiam humanæ fidei pertinet.
745. Prag., sigillatim, minus bene. Widm. a prima manu, Mar., Prag., Rat., semper pro longum. De verbo effigiata vide hymnum Cath. Exsequiarum. Ex uxore Lothi poetas finixisse fabulam Niobes, docet Clemens Alexandrinus in Protreptico. Eodem spectare videtur, quod Eurydice ab Orpheo, cum ex inferis revocaretur, respiciens, retracta est. In Chamillardii indice cautè adverbium dicitur. Sed Prudentius nunquam huiusmodi adverbia corripuit. Vide glossas.
746. Prag. et Widm. a manu prima, manusque; ceteri, comamque.
747. In Rat. ex flexum recte factum flexam. In Vat. A, reducta, et aliena manu vel relata.
749. Innuvit, opinor, quod in carmine de Sodoma clarius profertur: Dicitur et vivens alio jam corpore sexus Munifico solito depungere sanguine menses. Irenæus loc cit. hoc ipsum affirmat.
751. Prag., de liquido. Rat. etiam, sed pro div. lect., deliquio, et glossa id est defectu. Vat. A, mendose, armata pro armenta. Sale armenta delectantur.
754. Titulus hic est sepulcrum. In carm. de Sodoma, stetit ipsa sepulcrum.
758. Prag., alta. Alii, alto.
759. Prag., contra metrum, in cineremque collapsa.

COMMENTARIUS.

- minum, bestiarum, etc. Giselinus ad oram, ignibus. C
 Scripti Heinsiani, Weitziani, et nostri, nubibus.
728. In nonnullis Vulg., subtexerat. Corrige subtexeret; ut vers. seq. legendum incenderet, non incenderat.
731. Glossa Isonis non cohæret sententiæ Prudentii, qui in Apotheosi sæpe negat Patrem unquam apparuisse.
732. Egm., perperam, postis pro portis. Mar., Ald., Weitz. et alii, atque. Fabr., Bong., Gis. et nonnulli recentiores, utque, non male. In Chamillardii interpretatione mendum est: Lothum respicere flammam per urbem dispersas jubent angeli. Vetant voluit scribere, aut non respicere.
735. Alcimus Avitus, lib. III, vers. 46 et seqq., ignem extremi iudicii flammis Sodomiticis comparat. Vide notas ad hymn. 41 Cath., vers. 106. Cyprianus, sive alius in carmine de Sodoma ex hoc incendio natam fabulam Phaetonis refert: Hinc habet in falso de verbo fabula famam, Solis progeniem currus optasse paternos, etc. Ita legitur in Poetis Christianis Fabricii; sed ex aliis edd. emendandum est de vero pro de verbo.
737. Rat., respectat, non bene.
739. Egm. et Gis. ad marg., trazit pro torsit. Prag., Rat., retrorsum.
741. Ald. et Oxon., traxerit.
743. Ald., fragilis; ceteri, fragili. Vat. A, licabile, supra liquabile. Vide vers. 749. Liquitur illa quidem.
744. Existare uxoris Loth statuam, et si quid ex ea decerptum fuisset, restitui, et succrescere, tradidit etiam Irenæus lib. IV, cap. 51, et Cyprianus, sive Tertullianus, sive alius in carmine de Sodoma: Quin etiam si quis mutilaverit advena formam, Protinus ex

- 760 Et mores populi, tabularia, jura, forumque, A
Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,
Et circum cum plebe sua, madidasque popinas.
558 Quidquid agunt homines Sodomorum,
[incendia justis
Ignibus involvunt, et Christo iudice damnant.
- 765 Hæc fugisse semel satis est: non respicit ultra
Lothi noster: fragilis sed conjux respicit, et quæ
Fugerat, inverso mutabilis ore revisit,
Atque inter patrias perstat durata favillas.
En tibi signatum libertatis documentum,
- 770 Quo voluit nos scire Deus, quodcumque sequen-
[dum est,
Sub nostra ditione situm, passimque remissum
- Alterutram calcare viam. Duo celere jussi
De Sodomis: alter se proripit, altera mussat.
Ille gradum celerat fugiens, contra illa renutat.
775 Liber utrique animus: sed dispar utrique vo-
[lunta.
Dividit huc illuc rapiens sua quemque libido.
Talem muta sacris speciem notat orbita li-
bris.
559 Aspice Ruth gentis Moabitidis, et simul
[Orphan.
Illa socrum Noemin fido comitatur amore:
- 780 Deserit hæc atqui thalamis, et lege jugali
Evutæ, Hebræisque toris, sacrisque vacantes,
Jure fruebantur proprio, sed pristinus Orphæ

GLOSSÆ VETERES.

760. Tabularia, mercatus. — Jura, leges; ubi jurameta dabantur, l.
761. Balnea, loca juxta balnea sita. loca bibendi post balnea. — Propolas, loca vendentium, ubi pigmenta et aliarum rerum exercebantur venalia. — Meritoria, lupanaria; et dicta est meretrix, eo quod mereat pretium, vel meritas mercedes accipit. — Theatra, spectacula, l. — Propolas, tabernas, Vat. A.
762. Circum, amphitheatra, vel ubi ludi exercebantur. — Popinas, loca potandi, vel loca juxta balnea sita, dictaque propinæ, a propinantis, l.
764. Judice, scilicet existente, l.
766. Loth, anima. — Conjux, caro, quia si voluisset, libera fuisset: tantum si non respiceret, l.
767. Inverso, retro verso. — Ore, facie. — Revisit, respexit, l.
768. Perstat, permanet, l.
- B 769. En tibi, o Marcion. — Signatum, indicatum scilicet est, de Loth, et uxore ejus, et de Adam liberi arbitrii. Et hactenus contra Marcionem de libero arbitrio disputat. — Libertatis, liberi arbitrii, l.
771. Situm, positum, concessum. — Passim, ubique, l.
772. Cedere, discedere. — Jussi, sunt, l.
773. Mussat, tardat, dubitat, deficit, l.
774. Ille, Loth. — Illa, uxor. — Renutat, prohibet, l.
776. Libido, voluptas, l.
777. Muta: ideo muta dicitur, quia rem mysti omni signat. — Orbita, significatio, pagina, rota temporis, l.
779. Illa, Ruth, l.
780. Hæc, Orpha. Gesidonop gigas fuit, filius Orphæ. Orpha ipsa est Arpha. — Atqui, certe. — Thalamis, maritis, l.

COMMENTARIUS.

761. Vat. A, mendose, propolas. Lege propolas, ut ex ejusdem glossa patet. Fabricius notavit, propolam esse eum qui emit quod vendat majori pretio; sed hic genere femineo a Prudentio sumi pro locis, in quibus propolæ homines merces suas exponunt. Prudentius primam producit exemplo Lucilii et Terentii in prologus. Vide Scalig. in Culicem Virg. Meritoria sunt ædificia ubi impuræ mulieres seu meretrices prostabant. Barthius lib. XLII Advers., cap. 17, explicans hunc Prudentii locum, ait, meritoria fuisse pluribus scalis exaltata, pergulisque distincta, in quibus videlicet collocatæ mulieres, cellisque suis distinctæ secundum pretia prostabant.
762. In Gis. et ed. Weitziana, de qua sæpe, ad oram manu est scriptum propinas pro popinas. Glossa Isidori de popina, et propina exstat etiam apud Isidorum, qui corrupte propinas dici affirmat.
763. Imitatio Juvenalis satira 4, vers. 86: Quidquid agunt homines, etc. Plerique interpungunt homines, Sodomorum incendia.
767. Vat. A, Prag., notabilis. Alii Latinius mutabilis.
769. Supra dixit, historiam nobis proposuisse spectabile signum libertatis in Lotho et ejus uxore, quorum alter, quia voluit, libere Deo paruit, altera, quia voluit, contra Dei præceptum oculos in Sodomam retorserit. Nunc ergo concludit: En tibi signatum libertatis documentum.
770. Pal., Gis., Prag., Rat. et recentes edd., quo. Mar., Vat. A, Ald., Weitz., quod.
772. Vat. A, jussit, male.
773. Ald., Fabr., Bong., proripit.
774. De verbo tenu o, quo usus etiam est Lucretius, vide Gifanium Ind. Lucr.
776. Prag., huc illud, male. Virgilianum est, trahit sua quemque voluptas.
777. Egm., Widm., Bong. supra, Weitz., Rat., Mar. a prima manu, Sich., Iso, muta. Ald., Gis.,
- C Prag. et recentes edd., multa. Heinsius: nihil ex suis notavit.
778. Weitz., generis; alii, gentis. Put., Orfan; Ald., Orfam. Vat. A, Mar., Prag., Orphan. Rat., Ortan. Historia hæc refertur lib. Ruth., quam etiam Paulinus Natali 9 ad libertatis argumentum transfert. Brevis ista videtur Historia, at magni signat mysteria telli. Noemi cum has Moabitidas in earum patriam reverti suaderet: Orpha oculata est socrum (Noemin) ac reversa est; Ruth adhesit socri suæ, cap. 1, 14. Eam Orphan deinde matrem fuisse gigantis Goliath Philo, sive quis alius sub Philonis nomine, et plures rabbi tradunt: quibus assentiri videtur Prudentius vers. 784, stirpem nutrire Goliæ. Chamillardus hanc opinionem vanam et absurdam esse definit, quia Goliæ mater fuit Philistæa, ex Geth urbe Palæstinae, ac Saulis temporibus, Orpha vero natus Noemi Moabitidis, et æqualis Ruth. Teolius putat, licentia poetis usitatissima potuisse Goliath pro quovis barbaro ac fero homine poni. Sed non video quisnam sensus subesse possit, nisi verus Goliath designetur hoc suo nomine. Nic. Serarius Comment. in Ruth cap. 4, quæst. 10, sententiæ illi rabbinorum Prudentium ad hæc isse confirmat. Sed verba Prudentii non tam significant, Orphan matrem fuisse gigantis, quam hunc ex ejus stirpe ortam.
779. Put., Egm., Noemin. Alii, Noemi aut Normin.
780. Vat. A, atqui in thalamis. Rat. an quin thalamis, sed factum at quin, Mar. et Prag., atque in. Heinsius ex suis notat atquin. Res clara est atqui, sive malis exorare atquin. Prudentius cum exposuerit Orphan a socru Noemi recessissimam, non vero Rutham, addit: atqui utraque libera erat, utraque virum suum amiserat, utraque toris, sacrisque jura vacua, jure fruebatur proprio.
782. Serarius, qui commentarium suum in Ruthis versibus Prudentii illustrat, pristinum favorem ritum ait esse in vetera am, non quod Orpha ab idolo

- Fanorum ritus præputia barbara suasit
 Malle, et semiferi stirpem nutrire Golizæ.
- 785 Ruth, dum per stipulas agresti amburitur æstu,
560 Fulcra Booz meruit, castoque ascita cu-
 [bili
 Christigenam fecunda domum, Davidica regna
 Edidit, atque Deo mortales miscuit ortus.
 Sæpe comet memini fratres geminos ad hiulcum
 790 Pervenisse simul bivium, nutante juventa,
 Et dubitasse diu bífido sub tramite, quodnam
 Esset iter melius: cum dextram spinea silva
 Sentibus arctaret, scopulosaque semita longe
 Duceret aerium clivoso margine callem:
- 795 At lævum nemo umbriferum per amœna vireta
 Ditibus ornaret pomis, et lene jacentem
 Planities daret ampla viam: squalentibus unum **B**
 Contentum spinis reptasse per ardua saxa,
 Porro alium campo sese indulsisse sinistro;
- 800 Illam sideribus caput immiscere propinquis,
561 Hinc in cœnosas subito cecidisse paludes.
- A** Omnibus una subest natura; sed exitus omnes
 Non unus peragit, placitorum segrege forma.
 Ilud secus, ac si olim per sudum lactea forte
 805 Lapsa columbarum nubes descendat in arvom
 Ruris frugiferi, laqueos ubi callidus auceps
 Prætendit, lentoque ille vit vimina visco,
 Sparsit et insidias siliquis vel farre doloso.
 Illæsent alias fallentia grana, gulamque
 810 Innectunt avidam tortæ retinacula setæ,
 Molle vel implicitas gluten circumligat alas:
 Ast aliæ, quas nullus amor prolectat edendi,
 Gressibus innocuis sterili spatiantur in herba,
 Suspectamque cavent oculos convertere ad es-
 [cam.
- 815 Mox, ubi jam cœlo revolandum, pars petit æthram
 Libera sideream, plaudens super aera pennis:
 Pars captiva jacet, laceris et saucia plumis
 Pugnat homi, et volucres nequidquam suspicit
 [auras.
 Sic animas cœli de fontibus unicoloras

GLOSSÆ VETERES.

785. Fanorum, *deorum*, l.
 785. Amburitur, *circumuritur*, l.
 786. Fulcra, *lectos, sustentacula vel lectorum, vel aliarum rerum quæ testiphadiu nominamus. Fulcra etiam dicimus, quæ nobis subterponimus equitantes, a quibus sustentantur.* — Booz, *vir lucuples, qui accevit Ruth in conjugium, colligentem spicas. Orpha idolis se tradidit, et diabolo se deputavit.* — Ascita, *vocata*, l.
 789. Hiulcum, *patens, divinum, apertum*, l.
 790. Nutante, *vacillante*, l.
 792. Dextrum, *iter.* — Spinea, *spinosam et scopulosam viam dexteram dicit, propter labores sanctorum, quos sustinent pro Deo*, l.
 791. Aerium, *cælestem.* — Clivoso, *tortuoso excelso.* — Margin, *apice*, l.
 795. Lævum, *iter.* — Vireta, *a viriditate*, l.
 797. Squalentibus, *sordidis, acutis.* — Urum, *scilicet memini, vidi ex illis duobus fratribus*, l.
800. Immiscere, *scilicet vidi*, l.
 805. Peragit, *ducit.* — Placitorum, *voluntatum scilicet opera.* — Segrege, *segregata, separata*, l.
 804. Ilud secus, *non aliter: comparatio humani generis.* — Ac si, *quasi.* — Sudum, *quasi semindum, id est sereneum*, l.
 806. Auceps, *aves capiens*, l.
 807. Visco, *glutine*, l.
 808. Siliquis, *leguminibus*, l.
 809. Illicunt, *decipiunt: quia capiuntur*, l. 80.
 812. Prolectat, *delectat, illicit*, l.
 813. Herba, *arena*, l.
 814. Suspectam, *insidiosam, contemptibilem*, l.
 815. Cœlo, *in aera.* — Revolandum, *est*, l.
 817. Laceris, *laceratis.* — Saucia, *vulnerata*, l.
 819. Unicoloras, *puras, et immaculatas, et unius naturæ*, l. *Puras, immaculatas et unius coloris, Vat. A.*

C

COMMENTARIUS.

ram cultu nunquam recessisset. Nonnulli putant Orphan et Ruth errores patrios abjurasse, cum Hebræis fratribus nupserunt.

783. Ricciolus ait melius corripi secundam in præputium cum Mario Victore, *Natio præputium mox auferit dicta Sephora, quam produci cum Juvenale, Quæ pater abstulit, mox et præputia ponunt.* At nescio cur Victor Juvenali sit præferendus. Præterea apud Victorem potest non corripi secunda in præputium, facta syneresi ex duabus ultimis, at apud Juvenalem et Prudentium necessario producitur.

784. Vide not. vers. 778.

785. Pub., Thuan., Rot., Ald., Alex., Fab., *agresti amburitur. Prag., ayres is aburitur*, quod amplectitur Weitzius, et exstat etiam in Mar., sed a prima manu agresti, supra agrestis. Gis. in contextu Bongardoram, *agrestis oburitur. Urb., agresti exuritur.*

786. Put. scribit Boos pro Booz.

787. Ald., Vat. A., Mar. aliique scribunt constanter *Davidicæ*. Plerique et optimi, omisso et, per epexegesin *domum, Davidicæ regna*, ut Alex., Urb., Ald., Heinsiani præstantiores. Gallandius improbat in Aldo et *Davidicæ regna*. Aldus meus non habet conjunctionem.

788. Heinsius reprehendit Weitzium, quod prætulit *artus pro ortus*. Nihilominus in Mar. et Rat. antiquissimis legitur *artus*, quod haud scio an melius sit. Pro diversa scriptura *artus* notat Teolius ad marginem.

789. De hoc bivio virtutis et viii multi agunt. Poe-

mation exstat sub Virgillii nomine de littera Y. *Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni Humanæ vitæ speciem præferre videtur, etc.* Hericus in Vita S. Germani hunc Prudentii locum imitatur. Vide, quæ de hac duplici via notant ibi Bollandiani ad diem 7 Julii.

794. Gis., *clivosa margine callem*, et ad marg. 1 ed., *tramite collem.*

802. Ald., *omnis; Fabr., omniæ pro omnes*, quod sensus requirit.

805. Egm., *placitum quoque. Rectius placitorum.*

804. Ald., *aut si*, et postea *forma, mendose, pro ac si forte.*

805. Ald., *descendit; melius descendat.*

806. In nonnullis Vulg., male, *auceps pro auceps.*

809. Ald., *fallantia grana*, male.

814. Prag., *spectatamque*, minus bene, pro *suspectamque.*

816. Vat. A., *sidereum*, fortasse *æthra sidereum pro æthera sidereum. Prag., super æthera. Rat., sub ære*, male.

818. Prag., *suscipit. Melius, suspicit.*

819. Ald., Wid., Mar., Gis. et alii, *unicoloras*. Libri Heinsiani, Vat. A., Weitz., Egm., Alex., *unicoloras*; quam lectionem defendit Gifanius Ind. Lucr. verbo Triplex, ex vet. lib., et quia alibi Prudentius dixit *versicolorus paries*. Id vocabulum ex iis est quæ utroque modo effertur: et fortasse Prudentius aibi dixit *unicolorus*, alibi *unicolor*, quod magis usitatum est. Meursius pag. 186 in Critico Arnobii etiam legit *unicoloras*, ut in Arnobio *decoloras*.

- 820 **562** Infundit natura solo : sed suavibus istic A
Devinctæ illecebris retinentur, et æthera paucae
Conscendunt reduces : multas viscosus inescat
Pastus, et ad superas percurrere non sinit
[auras;
Præcius inde Pater livenia tartara plumbo
825 Incendit liquido, piceasque bitumine fossas
Infernalis aquæ furvo suffodit Averno,
Et Phlegethonte sub gurgite sanxit edaces
Perpetuis scelerum pœnis inolescere vermes.
Norat enim, flatu ex proprio vegetamen inesse
850 Corporibus nostris, animamque ex ore perenni
Formatam non posse mori : non posse vicissim
Pollutam vitiiis sursum ad convexa reverti,
563 Mersandam pœnitus puteo ferventis abyssi.
Vermibus, et flammis, et discruciatibus ævum B
835 Immortale dedit, senio ne pœna periret,
Non pereunte anima. Carpunt tormenta, fo-
[ventque
Materiem sine fine datam : mors deserit ipsa

- Æternos gemitus, et fientes vivere cogit.
At diversa procul regionibus in paradisi
840 Præmia constituit majestas gnara futuri
Spiritus puris, et ab omni labe remotis,
Quique Gomorrhæas non respexere ruinas :
Aversis sed rite oculis, post terga tenebras
Liquerunt, miseri properanda pericula mundi.
845 Ac primum facili referuntur ad astra volatu,
Unde fluens animâ structum vegetaverat Adam.
Nam, quia naturam tenuem declivia vitæ
564 Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea
[compes,
Concretum celeri relegens secat aera lapsu,
850 Exsuperatque polum fervens scintilla remen-um,
Carcereos exosa situs, quibus hæserat exsul.
Tunc postliminio redeuntem suscipit alto
Cana fides gremio, tenetisque oblectat ali-
[minam
Deliciis, multos post diversoria carnis
855 Ore renarrantem querulo, quos passa, labores.

GLOSSÆ VETERES.

820. Natura, scilicet divinitatis. — Solo, corpora, I.
821. Devinctæ, devictæ, I.
822. Conscendunt reduces, ascendunt revenientes.
— Viscosus, glutinosus. — Inescat, decipit, saturat, I.
824. Inde, proinde. — Livenia, nigra, I.
826. Furvo, nigro, I.
827. Sanxit, decrevit. — Edaces, rodentes, I.
828. Inolescere, crescere, I.
829. Vegetamen, animam, commotionem, vitam, I.
831. Infusam, formatam, Iso.
832. Convexa, poli, cæli; ad cælestia, I.
833. Puteo, in puteo, I.
834. Discruciatibus, pœnis, I.
835. Senio, ætate. — Periret, deficeret, I.
836. Pereunte, deficiente, I.
837. Materiem, animam. — Mors, consumptio, I.
842. Gomorrhæas, Sodomiticæ, id est terrenas de-

lectiones, Iso.

844. Properanda, celeriter fugienda, citâ, I.
846. Structum, plasmatum. — Vegetaverat, ani-
maverat, I.
847. Naturam, animam, I.
849. Concretum, densum. — Secat, anima, I.
850. Scintilla, anima, I.
851. Situs, habitationes, positiones, I.
852. Postliminio, introitu, exilio, de captivitate :
postliminium est reversio de captivitate, quando longo
quis tempore limen domus suæ dimissum repetit; quo-
iam sancti doctores solent dicere, quando stylium ad
alia transmittunt; tunc iterum ad ea revertentes, hoc
C postliminium solent dicere, I.
853. Oblectat, nutrit animam, I.
855. Querulo, conquerenti. — Passa, scilicet sit,
vel erat, I.

COMMENTARIUS.

821. Ald., Bong., Gisel., non repugnante Heinsio,
et æthera. Weitz., Mar., Prag., Rat., ad æthera sine et.
824. Mar., liquentia tartara a prima manu.
825. In quibusdam vulg., liquide.
826. Infernalis in Latinitate prolapsa Cellarii solum
Prudentium habet auctorem.
828. In vulg. nonnullis, perinis, male, pro pœnis.
De vermibus damnatorum vide Isaiam cap. LXVI.
831. Mar., Prag., Weitz. alique, infusam : putat-
que Mariettus, glossema esse formatam; ac revera
glossa est Isonis. Verum omnes Heinsiani, Ald., Gis.,
Vat. A, Alex. ac multi præterea habent formatam,
quod mihi Prudentianum videtur. Ex Weitzianis Bon-
gars. et Widm. supra, formatam.
832. Aldi error palmaris virtus pro vitiiis. Heinsius
pro rursum repositus sursum, ut aliis in locis. Thuan.,
Boher. et Alex., sursum. Mariettus vero in suis om-
nibus legisse videtur rursum, quod est in Ald., Weitz.,
Gis., Urb. et aliis; nec contemnenda quidem est
hæc lectio.
833. Widm. a prima manu, mersandum.
835. Mira est hęc loco Aldi correctio. Ediderat
immortale dedit, senio ne pœna periret. Emendavit :
Immortale dedit, senio, pœnane periret. Quo ista mu-
tatio, quæ ipsi sententiæ adversatur ?
837. Mar., Gis. et alii materiem scribunt. Ald. cum
nonnullis, materiam. Heinsius lib. I Advers. posth.,
cap. 6, corrigendum putat ratam pro datam. Non
faciam invitis membranis. In Vat. A, ipsam : corri-
gendum ipsa. De æterno supplicio, quo animæ semi-

per puniuntur, neque intereant, videri possunt Ter-
tul. Apol. c. 48, Minucius Felix, Augustinus et alii.
850. Prag. iniquis bene, et diversa pro at. In non-
nullis vulg., adversa pro diversa.

843. Gis., recte; sed in 1 ed., ritâ.
844. Weitz., Pragense, Rat. et Mar. a secunda
manu, miseri et properanda. Alii, miseri properanda
per epexegeasin. Dicuntur pericula, properanda, quæ
propere ac festinanter cavenda et fugienda, ut ex-
plicant Iso et Mariettus. In nonnullis vulg. est propo-
rando : et ita Gis. in utraque edit., non absurdo
sensu : liquerunt properando, sive properantes. Expli-
cari etiam potest pericula quæ imminent, properant
seu properantur. Horatius lib. Epodon XII : Muri-
cibus tyriis iteratæ vellera lanæ Cui properabantur!

846. Vat. A, vivificaverat, recte emendatum supra
vegetaverat. Illoc verbo active usus est A. Gellius lib.
XVII, cap. 2, et alii.

847. Prag., terræ; cæteri, vitæ.

850. Chamillardus asserit poetam loqui ex senten-
tiâ gentilium philosophorum, quod animam vocet
scintillam ferventem. Falsum puto. Nam Prudentius
non solum animam, sed Deum etiam appellat ignem,
non quia ex igne Deum, aut animam constare exi-
stimet, sed propter nonnullam similitudinem quæ ex
rebus corporeis peti potest ad spirituales aliquo
modo intelligendas.

852. Weit. cum Egm. scribit postlimineo.

853. Virgillii est cana fides.

855. Rat., dolores; alii, labores.

Illic purpureo latus exporrecta cubili,
Floribus æternis spirantes libat odores,
Ambrosiumque bibit roseo de stramine rorem.

360 565 Ditiibus, et longo fumantibus intervallo,
Fluminaque, et totos cœli sitientibus imbres
Implorata negat digitum insertare palato,
Flammærumque apices lumentis exstinguere
[tactu.

Nec mirere, locis longe distantibus inter
Damnatas, justasque animas concurrere visus

A 805 566 Conspicuos, meritasque vices per magna
[notari

Intervalla, polus medio quæ dividit orbe.

Errat, quisque animas nostrorum sine ocu-
[lorum

Æstimat, involvit vitreo quos lucida palla
O' jice, queis speculum concreta coagula texunt,

870 Impediuntque vagas obducto humore fenestras.
Numne animarum oculis denso vegetamine guttæ
Volvuntur teretes? aut palpebralis extra

GLOSSÆ VETRES.

856. Latus, *latus habens exporrectum; extenta, vel jacens, l.*

857. Libat, *de gustat, accipit, l.*

858. Ambrosium, *ambrosia, cibus deorum; sed ponitur pro omni suavitate, l.* — Aliæ, *animæ, l.* — Piis, *animabus.* — Quis, *animabus.* — Patris, *Abraham.* — Ægri, *Lazari.* — Abyso, *a gremio.* — Exclusis, *scilicet de gaudiis paradisi.* — Morte, *cum interitu animæ, l.*

859. Ditiibus, *divitiibus.* — Fumantibus, *tangit de divite et paupere, l.*

861. Implorata, *rogata, scilicet fides justi, anima justa.* — Insertare, *immittere, l.*

863. Locis, *cælo et inferno, l.*

865. Conspicuos, *claros, manifestos.* — Notari, *videri, cognoscere, l.*

866. Orbe, *mundo, rotunditate terræ, spatio, Iso.*

867. Fine, *termino, l.*

868. Palla, *vestis, qua sacrificabatur Palladi; sed ponitur pro omni veste; hic pro pellicula, quæ tegit pupillam, l.*

869. Objice, *objectione.* — Speculam, *risum.* — Concreta, *densa.* — Coagula, *aeris, l.*

870. Humore, *aeris.* — Fenestras, *oculorum, l.*

872. Teretes, *rotundæ, l.*

COMMENTARIUS.

856. Mariettus interpretatur, *latus exporrecta, comnode jacens*, ut solent qui longum iter fecerunt.

858. Put., Oxon., Rot., tres Torr., Egm., Ald., Alex., Vat. A, Mar., *stramine* pro toro, aut stramento. Urb., Gis., Weitz., Prag., Rat., *gramine*. Neque absurdum est *roseo gramine*: nam gramen est quæcunque herba viridis. Florem graminis dat Seneca in Medea. Vide Burmannum, pag. 490, tom. I Anthol. Post hunc versum inseruntur alii sex in nonnullis codicibus, qui absunt ab omnibus Heinsianis, Egm., Pal., Ald., Alex., Urb., et ab Heinsio ejecti sunt, quod orationis sensum turbent. Eos interserunt Rat., Mar., Weitz., Gis. et plures vulgati. Ita Gislelinus eos senos versus producit: *Asi aliæ, quas dira lues, errorque malignus Immersit tenebris vastoque obedit Averno, Haud impune piis, ah! semet abesse fatentur Conciliis, meritas ferre et per sæcula pœnas, Quis patris antiqui aut ægri reverentis abyssus Exclusis, mundique bonis cum morte potitis Ditiibus, et longo, etc.* Versu 3: Mar., *piis semet deesse*, et supra abesse. Duo Torrentiani et Rat., *semet deesse*. Gifanius quoque *piis semet deesse*. Versu 4: Mar., duo Torrentiani, Gifanius, Rat., *me: itis pœnas per sæcula ferre*. In Mar. pro diversa lectione *ferre et per sæcula pœnas*. Versu 5: Mar., *Quis patris antiqui*, supra antiqui. Mar. et Bæher. recentior, *Quis patris antiquo reverentius ager abyssus*. In Mar. ad Marg., aut ægri reverentis abyssus. In Prag., *Quis Patris antiqui, aut æger reverentis abyssus*, cum glossa *quis, pro quibus, exclusis abyssus, id est per abyssum, videlicet per chaos magnum*. Gifanius Ind. Lucr. verbo CONCLIVM, hæc ait: *Sic ex vet. lib. legendum puto, nam vulg. abyssus mihi, ut ingenue dicam, minus placet. irrepsit credo ob non intellectum longius hyperbaton: illud enim, implorata negat, non recte accommodetur abyssus, sed majestati Dei; itaque arcessatur huc, quod ante positum est, MAJESTAS GNARA FUTURI*. Heinsius ait Gifanium in his spuris versibus explicandis æstivasse plus satis. Verum tunc lectionem veterem explicare conabatur, quam tunc omnes recipiebant. Marietto non plene satisfecit Gifanius. Igitur Mariettus ex conjectura eum locum restituere et illustrare aggredditur; putat legendum aut ægri reverentia abyssus. Itæ vero est explicatio, qua versus a nobis omissi cum adductis in contextu ununtur et declarantur. Quibus (animabus damnatis) abyssus, seu per totum abyssum exclusis, et divitiibus bonis mundi cum

morte (seu usque ad mortem) potitis, et longo intervallo distantibus, et cruciatis, et tanta siti æstuantibus, ut flumina, et totos cœli imbres se bibere posse arbitrantur, patris antiqui, hoc est Abrahami, aut ægri, hoc est Lazari reverentia implorata negat digitum insertare palato. Poeta respicit parabolam, sive melius historiam de divite avaro apud Lucam cap. xvi. Iso etiam, qui glossas his versibus apposuit, pro Prudentianis habuit. Gislelinus, qui e mss. reposuit *abyssus pro abyssus*, difficultatem loci agnoscens, Si, inquit, *in sanando hoc vulnere tam fuisset crudelis medicus quam Manutius aliquando fuit, nihil fuisset facilius; sed aliud est corpus pristinae sanitati restitueri, aliud, cum melius possis, extremo remedio adhibito, partem aliquam mutilare*. Weitzius falso ait, Aldum legisse *abyssus*, nisi aliam præ manibus habuit editionem: nam e sex versibus quos omisit Aldus (septem non bene numeravit Gislelinus), unus erat is ipse ubi abyssus mentio occurrit.

859. In Oxon., *divitiibus longo*. Heinsius conjicit *ditibus at longo*.

860. Ald., male, *tutos* pro *totos*.

861. In nonnullis vulg., *palla*, mendose. Cell. implorata explicat de *cana fide* ex vers. 835. Malo intelligere de anima beata, quæ in paradiso a Prudentio collocatur, tanquam in situ Abrahamæ.

866. Fortasse alludit ad sententiam theologorum qui sedem damnatorum in terræ visceribus collocant. Post hunc versum aliqui addunt lemma: *De integritate visionis animæ.*

868. Wid., Bong. a secunda manu, et Ald., *Æstimat involvi, vitreo quos lucida palla*. Alii, *Æstimat, involvit vitreo quos lucida palla*. Carchius ex conjectura, *pala*. Non placet Heinsio. Vide glossas. Senes oculi tunicas recensent aliqui, *conjunctivam, corneam, uveam, araneam, retinam, vitream*. Laudat hanc descriptionem organi visorii Gislelinus interpres et medicus, qui septem tunicas oculi distinguit et notat, oculos speculi formam præ se ferre, cuius præcipua pars sunt tres humores concretæ, seu coagulati; ex quo intelliges quid sint *concreta coagula*.

870. Oculi fenestræ animæ dicuntur a Gregorio Magno lib. xxi Moral. Lucretium *postes* elegantissime posuisse pro ipsis oculis, advertit Gifanius lib. iii: *Jam magis exemptis oculis debere videtur Cernere vis animus sublatis postibus ipsis.*

871. Vat. A, vitiose, *oculi lenso*.

Horrescunt setis, ciliove umbrante teguntur? A

Illis viva acies, nec pupula parva, sed ignis

875 Trajector nebulae, vasti et penetrator operi est.
Nil ferrugineum, solidumve tumentibus obstat.

567 Nocturnæ cedunt nebulæ: nigrantia cedunt
Nubila, præteni cedit teres area mundi.

Nec tantum aërius visu transmittit hiatus

880 Spiritus: oppositos sed transit lumine montes,
Oceanî fines atque ultima littora Thules
Transadigit, volucresque oculos in tartara mittit.
Nostri nempe omnes pereunt sub nocte colores
Visibus, et cæco delentur tempore formæ.

885 Numquid et exuta membris, ac viscere perdunt
568 Agnitione notas rerum, vel gressibus

[errant?

GLOSSÆ VETERES.

875. Setis, *setas vocat cilios, quos nos etiam ta-* B
tones proprie nominamus, l.

874. Illis, *animabus, oculis animarum.* — Ignis,
ignis vigor, l.

875. Trajector, *penetrator, transmissor, l.*

876. Ferrugineum, *nigrum, tenebrosum, l.*

878. Præteni, *velocis.* — Area, *ro'unditas, pla-*
nitias. — Mundi, *cæli, l.*

879. Tantum, *sicut facit oculus corporis.* — Visu,
cum. — Hiatus, *apertiones vel vastitates, l.*

880. Spiritus, *anima.* — Oppositos, *contra positos.*
— Lumine, *sapientia, l.*

881. Thules, *ultima insularum, l.*

882. Transadigit, *transit, l.*

884. Cæco, *in nocte, l.*

885. Exuta, *spiritus, animæ, formæ.* — Viscere,
carne, l.

Una animas semper facies habet, et color unus

Aëris, ut cuique est meritum summa, sinistri,

Seu dextri: alternas nec commutabile tempus

890 Convertit, variatque vices: longum atque
[perenne est,

Quidquid id est: unus volvit sua sæcula cursus.

Expertus dubitas, animas percurrere visu

Abdita, corporeis oculis cum sæpe quietis

Rore soporatis cornat mens viva remotos,

895 Distantesque locos, aciem per rura, per astra,

Per maria intendens? nec enim se segregat ipsa

Ante obtum vivis ex artibus, aut fugit exsul

Sanguinis, et carnis penetralia, seque medul-

[lis

GLOSSÆ VETERES.

886. Notas, *rationes.* — Gressibus, *rationibus, l.*

888. Cuique, *unicuique.* — Summa, *qualitas.* —
Sinistri, *mali, adversitatis, l.*

889. Dextri, *boni, prosperitatis; dextrum vel sini-*
strum aërem vocat dextram vel sinistram, quarum una
ad vitam, altera ad mortem tendit, l.

890. Vices, *tempora, l.*

891. Quidquid, *sive requies, sive præna sit, l.*

892. Expertus, *probatus, l.*

893. Abdita, *secreta loca.* — Quietis, *somni, quie-*
tudinis, l.

894. Rore, *suavitate; in nocte.* — Soporatis, *ho-*
minibus, Iso.

895. Aciem, *visum.* — Astra, *cælum, l.*

896. Intendens, *bene prospiciens.* — Ipsa, *anima, l.*

897. Vivis, *ut ante mortem exeant a corpore, l.*

898. Penetralia, *secreta.* — Medullis, *ab interioribus, l.*

COMMENTARIUS.

875. Vat. A, error, *aliove umbrante.*

874. In Alexandr., Thuan., Rot. et tribus Torr.,
et pupula. Alii, *nec pupula*, quod sensui congruere
videtur; et secuti sunt Cell. et Teol. Suspiciatur
Heinsius *nec pupula prava*. Mihi lectio unice vera est
nec pupula parva.

875. Vat. A, *nebulae et vasti penetrator*. Descriptio-
nem oculorum videre etiam poteris apud Ciceronem
lib. II de Natura deorum.

876. In edit. Parmensi emendari debet mendum *so-*
lidumve mentibus, et reponendum *solidumve tumentibus*.

878. Ald. contra metrum, *patenti cedit*.

881. Alii scribunt *Thyle*, alii *Thule*, et in
gignendi casu *Thulæ*, vel *Thules*. De *Thule* vide El-
menhorstium ad A. nobis verba lib. VI, *Ultima Thy-*
lem. *Ultima* hæc insula antiquis dicebatur, quod ultra
progressi non fuissent: ea est *Islandia*. Notum est
Senecæ vaticinium (ita enim vocant) de novo mundo
aliquando inventiundo. In *Medea* ita canit chorus aot.
m: *Veniens annis sæcula seris, quibus oceanus Vincula*
serum laxet, et ingens pateat illius, Tiphysque novos
Delegat orbis: nec sit terris Ultima Thule. Quæ dum
lego, nihil Senecam de novo orbe nostro cogitasse
puto, sed ea solum laudare voluisse, quæ in expedi-
tione Britannica a Claudio gerebantur: nam eam tra-
gædiam de *Medea* et *Jasone* fecisse, ut occasione
primæ navigationis Claudio adlaretur, et ab exsilio
revocari obtineret, multi asserunt et exploratum vi-
detur. Igitur chorus inducit, prædicentem ea quæ
suo tempore accidere videbat, de posteris ipse nihil
sollicitus, exaggerans tamen Claudii maritimos trium-
phos. De quo audi Pomponium Melam lib. III: *Bri-*
tannia qualis sit et quales progeneret, mox certiora et
magis explorata dicentur. Quippe *tandiu clausam aperit*
ecce principum maximus, nec in lomitum modo ante
se, verum IGNOTARUM quoque gentium victor; qui pro-
priarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho

C *declaraturus portat*.

882. Præstantiores, ut Vat. A, Mar., Heinsiani,
Weitz., *transadigit*. Gis., *transadiit*, cum Ald., Bongar. a
prima manu. Ad oram Gis., *transcurrit*; al., *transadiit*.
In Vulg., *transabit*. Egm. et Widm., *transadigit*. Ver-
bum esse Virgilianum *transadigere* monuit Heinsius.

883. Vat. A, Egm., Pal., *oculis pro omnes*. Non
placet. Quo sensu pereant nocte colores, dictum est
hymno 2 Cath., vers. 7.

885. Thuan., Mar., Prag., Rat., Gis., Weitz., *exu-*
tæ, id est animæ. Heinsiani omnes præter Thuan.,
exuti, quod habent Alex., Urb. et alii. Tunc visus
intelliguntur exuti. Prag., *viscera*, Vat. A, *pendunt*:
utrumque salum pro *viscere et perdunt*.

887. Ald., *animam*; alii, *animas*. Locus hic diu
torsit Chamillardum. Lege glossam Isonis, et intel-
lige rem esse de extremo iudicio, et de sorte, seu
bona, seu mala, quam animæ sunt habituræ. Nescio
quid Teolius amplecti voluerit, *animam, an animas*:
nam errorem typographicum puto *Una anima semper*
facies habet; sed recte ad hunc locum afferri illud Ec-
cles. XI, 3: *Si ceciderit lignum ad austrum aut ad*
aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

892. Ita Put., Oxon., Cauch., Rot., tres Torr.,
Alex., Urb., Rat. a manu secunda, Eg., Ald. et
Bonon. Alii legunt *expertus visus* cum Mar., Rat. a
manu prima, Prag., Weitz., quod edidit Giselinus;
sed monuit postea, in quibusdam apographis esse
Experto dubitas animas percurrere visu, quod ipsi appri-
me placebat; et in prima editione adoptaverat. Ante
Giselinum Sichardus secutus fuerat *expertus visus*. In
Thuan. erat a manu prima *expertas*, a secunda manu
expertis. Poeta exemplum adducit eorum, quæ in
somnia experimur. Plerique male hunc locum inter-
pungunt. Coniugio *expertes*, hoc est, animas separatas.

896. Prag., *nec sese segregat*, inconcinne.

897. In nonnullis vulg., *artibus, male*.

- Evnit, abducta: nunc abigit de pectore vitam : A
 900 **569** Viscera sed sede inanens, speculatur [acutis
 Omnia luminibus, et qua circumtulit acrem
 Naturæ levis intuitum, nullo objice rerum
 Disclusa, ante oculos subjectum prospicit orbem,
 Atque orbis sub mole situm sordens elementum.
 905 Objacet interea tellus, nec visibus obstat.
 Quin, si stelligerum vultus convertat ad axem,
 Nil intercurrentis obtutibus impedit ignem
 Pervigilis animæ : quamvis densata graventur
 Nubila, et opposito nigrescat vellere cælum.
 910 Sic arcana videt tacitis cooperta futuris
 Corporeus Joannes adhuc, nec cirne solutus,
 Munere sed somni, paupis per carne sequestra
 Liber ad intuitum, sensuque, oculisque pera- B
 [gravis
 Ordine dispositos venturis solibus annos.
 915 **570** Procinctum videt angelicum jam jamque
 [cremandi
 Orbis in excidium, raucos et percipit aure
 Mugitus gravium mundi sub sine tubarum.
 Hæc ille ante obitum, membrorum carcere
 [septus,
 Secedente anima, non discedente, videbat.
 920 Nonne magis flatus sine corpore cuncta nota-
 [hit,
 Corporis involucris tumulo frigente repostis?
 Certa fides, rapidos subterna nocte caminos,
 Qui pollutam animam per sæcula longa perenni
 Igne coquunt, oculis longum per inane remoti
 925 Pauperis expositos; nec secius aurea dona
571 Justorum dirimente chao, rutilasque co-
 [ronas

GLOSSÆ VETERES.

899. Abigit, *pellit*, l.
 901. Acrem, *clarum, vel acutum*, l.
 903. Disclusa, *separata, aperta*. — Ante oculos, *scilicet habens omnia*, l.
 904. Elementum, *infernum*, l.
 905. Visibus, *animæ*, Iso.
 907. Obtutibus, *visibus*, l.
 908. Pervigilis, *semper vigilantis*. — Densata, *spissa*, l.
 909. Vellere, *nube tenebrosa*, l.
 910. Sic, *tali modo*. — Arcana, *mirabilia*, l.
 912. Sequestra, *separata*, l.
 914. Dispositos, *ordinatos*. — Solibus, *diebus vel temporibus*, l.
 915. Procinctum, *exercitum, apparatus*, l.
 916. Raucos, *tristes*, l.

COMMENTARIUS.

899. Ald., *perperam, abiit de pectore*.
 900. Ald., *mendose, manens speculator*.
 903. In somnis res ita repræsentantur, quasi oculis corporeis videantur.
 904. In Vat. A contra metrum est positum; supra recte, *situm*.
 906. In Vat. A desideratur *vultus*. In nonnullis vulg., *vultu, male*.
 907. Vat. A, *nihil*, monosyllabum.
 908. Vat. A, *densata*; Alex., Mar. et alii, *densata*. Utrouque modo dicitur, *denso et denseo*. Heinsius præfert *densata* cum Put. et Oxon.
 910. Præstantiores Heinsiani, Alex., Ald., Weitz., aliique nostri, *futuris*. Fabr., Sich., Prag., Bong., Gis., *figuris*.
 911. Alii, *Joannes*, alii, *Joannis*, alii utroque modo, ut Alex.
 912. An S. Joannes Apocalypsin in somno viderit, disserui Cath. hymno 6, vers. 74. Fabricius in Comment. ad Poet. Christ., verbo EVANGELISTÆ, ait Prudentium affirmare evangelistam Joannem ea quæ scripsit vidisse animo, non oculis, neque somniantem, sed vigilantem, nebulis remotis; Sedulium vero Fabricio videtur testari Joannem ea vidisse in somnis. Scire tamen oportet hunc Sedulium esse ipsissimum Prudentium, cujus Dittochæum Fabricius Sedulio asserere volebat. Prudentius iterum atque iterum in Apocalypsi referenda somnum Joannis memorat.
 913. Mar., Sich., in nonnullis vulg. ad oram, *liberat intuitum*, minus bene.
 914. In Rat. erat *venturus, perperam*.
 916. In Put. et Thuan. a manu secunda *tristes pro raucos*. De extremo orbis excidio per ignem, et de iulia, cujus mugitus præcedet, vide hymn. 41 Cath., versus finem. Ea quæ in Apocalypsi revelata sunt,

917. Mugitus, *qui erunt in die judicij*. — Gravium, *magnarum, raucarum*, l.
 919. Secedente, *vagante*, l.
 920. Flatus, *anima*, l.
 921. Involveris, *involutionibus*: *volucra dicimus involutiones vestimentorum, sed hoc in loco involutionem corporis mortui in sepulcro vocat involucra*, l. *Volucra, vel volucla dicuntur involutiones*, Vat. T.
 922. Certa, *æterna*; *scilicet est*. — Subterna, *ubi perpetua nax est*, Iso.
 925. Pauperis, *Lazari*. — Expositos, *manifestatos, scilicet esse caminos*. — Secius, *tardius*. — Aurea, *pulchra*, l.
 926. Dirimente, *dividente*. — Chao, *confusio tenebrarum; quia confusione distante non possumus misceri felices et mali*, l.

- C usque ad mundi finem non esse complenda, tenent plerique; alii jam esse completa existimant.
 918. Corpus esse animæ carcerem quemdam, dictum satis hymno 10 Cath. Aliqui putant, id desumptum ex Ægyptiorum et Socratis scitis. Nihil est causæ, quamobrem eo confugiamus, cum pateant sacra volumina, alii corpus *antrum*, alii *vincula*, alii *vas* appellant, quod jam monuimus.
 920. Prag., *notabis*. Rat., *notabat*. Melius *notabit*.
 921. Aldus primum edidit *involutis*; deinde correxit *involveris*. Ita habent omnes editi et plures mss. Sed in nonnullis pervetustis membranis inventio *involutis* a secunda, sed prisca manu, et in glossa, bis terve *involucla*, quasi *involucla*, et per contractionem *involucla*.
 922. Potiores Heinsiani cum Egm., Ald., Alex., Vat. A, Urb., *rapidos*. Multi alii, Mar., Prag., Rat., Weitz., Gis., Fabr., Widm., Bongars., *rabidos*. Venustus est *rapidus caminos*. Ald., Egm., præstantiores Heinsiani, Alex., Urb., Vat. A, Mar., *subterna*. D Weitz., Fabr., Gis., *sub terra*. Prag. et Rat., *æterna*, quod videtur legisse Iso. Teolius, nisi erravit typographus, divisit ita, *sub terna*. Præferendum *subterna*, qua voce usus etiam est lib. 1 in Symm., vers. 392. *Subternus* ex Fabricii explicatione est subterraneus: quanquam dubitat Fabricius an sit legendum lib. 1 in Sym. *sub terris*. Videtur dictum *subternus* a *subter*, ut *supernus* a *super*.
 924. Ald., *remotis*; alii *remoti*, hoc est Lazari pauperis.
 925. Monet Heinsius, in vetustissimis codicibus scribi *secius*, non *secius*, non solum apud Prudentium, sed etiam apud Virgilium, Ovidium, Silium, alios passim. Vides controversiam orthographicam, in qua minime sequar Weitzium, qui auctoritate solius Bongarsiani edidit *secius*.

- Eminus ostendi popanarum carcere morsis. A
 Hinc paradisi colae post ulcera dira beato
 Proditur, infelix, ululans in peste reatus,
 930 Spiritus : inque vicem meritorum mutua cer-
 nunt.
 O Deo cunctiparens, animae dator, o Deo
 [Christe,
 Cujus ab ore Deus subsistit Spiritus unus :
 Te modgrante regor, te vitam principe dūco,
 Judice te pallens trepido, te judice eodem
 935 Spem capio, fore, quidquid ago, venabile
 [apud te,
 Quaslibet indignum venia faciamque, lo-
 [quarque.
 Confiteor (dimitte libens, et parce satenti!)
 Omne malum merui: sed tu bonus arbiter aufer, B
 Quod merui: meliora favens largire precanti,
 940 Dona animae quandoque meae, cum corporis
 [hujus
 Liquerit hospitium, nervis, cute, sanguine, felle,
 Ossibus exstructum, corrupta quod incola luxu
 Heu! nimium complexa fovet cum flebilis hora
 Clauserit hos orbes, et conclamata jacebit
 945 572 Materies, oculisque suis mens nuda
 [fruetur:

- Ne cernat truculentum aliquem de gente lairc-
 [num,
 Immitem, rabidum, vultuque et voce minaci,
 Terribilem, qui me maculosum aspergine mo-
 [rum
 In praecipua, ut praedo, trahat, nigrisque ruentem
 950 Immergat specubus, cuncta exacturus ad usque
 Quadrantem minimum damnosae debita vitae.
 Multa in thesauris Patris est habitatio, Christe,
 Disparibus discreta locis; non posco b ata
 In regione domum: sint illic casta-virorum
 955 Agmina, pulvereum quae dedignantia censura,
 Divitias petiere tuas: sit flore perenni
 Candida virginitas, animum castrata recisura.
 At mihi tartarei satis est si nulla mipistri
 Occurrat facies, avidae nec flamma gebennae
 960 Devoret haec animam, mersam fornacibus
 [imiam,
 Esto, cavernoso, quia sic pro labe necesse est
 573 Corporea, tristis mesorbeat ignis Averno:
 Saltem mitificos incendia laeta vapores
 Exhalent, aestuque calor languente tepescat.
 965 Lux immensa alios, et tempora vinceta coronis
 Glorificent: me poena levis clementer adurat.

GLOSSÆ VETERES.

927. Eminus, e contra, I.
 928. Paradisicola, Lazaro, paradysum colenti, I.
 930. Spiritus, scilicet divinis, I.
 932. Subsistit, est, I.
 933. Moderante, regente. — Principe, scilicet existi-
 stente, I.
 936. Indignum, quod sit, I.
 937. Confiteor, scilicet omnia mea commissa, I.

939. Favens, adjuvans, I.
 940. Quandoque, olim, I.
 944. Condeseta, defseta, conclamata, I.
 949. Praecepta, profundum, I.
 952. Multa, multiplex. — Habitatio, mansio, Iso.
 955. Pulvereum, terrenum. — Censum, pecuniam, I.
 957. Castrata, castigata, I.
 966. Glorificent, laetificent, Iso.

COMMENTARIUS.

927. Ald. Urb., ostendit, non probe.
 930. Post hunc versum Mar. et Rat. pro titulo
 Oratio. Giselinus ad oram Precatio: quae sitne Pru-
 dentii, nonnulli dubitant, sed immerito, cum eam
 Prudentio omnes membranae et Theopulfus Aurelia-
 nensis vindicent.
 931. Gis. ad marg., cunctipotens; in contextu,
 cunctiparens, quod habent alii, et legitur etiam
 hymno 14 Perist., vers. 128.
 939. Quidam continuant precanti Dona, hoc est
 largire meliora dona.
 944. Weitz. cum Widm. et Isone, condeseta. Alii,
 conc'amata.
 946. Assentior Teolio, qui putat Hieronymum
 Vidam hunc locum aliquatenus imitatum: Da, Pa-
 ter, extremae cum vitae advenerit hora, Te praesente,
 mori, nil me terrentibus umbris: Inque tuos animam
 amplexus effundere ovantem. Scribo amplexus, non
 complexus, quod mendum est metro repugnans in
 editione Parmensi, ubi etiam male Hieronymus Vida
 dicitur Hieron. Suida, et locus indicatur xv Chri-
 stiad., cum solum sint sex libri Christiados, et illi
 versus legantur in fine hymni 1 Deo Optimo Maximo,
 vol. I, pag. 214, Patavii, 1731, typis Josephi Comini,

- ubi subjungitur alius versus, ex quo imitatio Pru-
 dentii clarior apparet: Hoc tantum mihi, plura aliis
 optantibus, adde.
 947., Rat., rapidum, minus bene, pro rabidum.
 954. Prag., male, sint illinc castra.
 956. Prag., sic flore. Melius est sit.
 957. Explicat illud Matth. xix, 12: Sunt eunuchi,
 qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum:
 quod aliqui stulti male intellexerant de corpore, cum
 de animo sit accipiendum, qui ab omni voluptate
 carnisque illecebris est cohibendus.
 959. Mar. a prima manu, occurrit; recte emenda-
 tum occurrit, nam postea est devoret. In editione
 Parmensi mendum esse puto avida pro avidae.
 961. In Mar. ex acto correctum probe esto. Posset
 distingui hic versus esto cavernoso, ut esto significet
 etsi.
 963. Aldus, mirificos; rectius, mitificos.
 966. Glorifico verbum ecclesiasticum est, ex ana-
 logia similium factum. In Vat. A post clementer adu-
 rat legitur Explicat liber in Hamartigenia. In Marietti
 codice, Finit de Amartigenia liber D, quod Mariettus
 interpretatur liber dictus. In aliis, Finit Hamartigenia.

ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

S. GELASIIUS PAPA I.	
Prolegomenon.	9
EPISTOLÆ ET DECRETA.	15
<i>Epistola prima.</i> —Scribit Gelasius ad Euphemianum neminem ad sedis apostolicæ communionem se posse admittere qui Acacii nomen non damnauerit. Quare eum hortatur ut quemadmodum Eutychetem reliquosque hæreticos, sic quoque Acacium anathematizet. <i>Ibid.</i>	16
<i>Epist. II.</i> —Ad pontificatum assumptus de more Romanæ Ecclesiæ, fideliter formulam Laurentii de Lignido episcopo præscribit.	19
RESCRIPTUM episcoporum Dardaniæ ad Gelasium; in quo gratias agunt quod ipsos monuerit a quibus cavendum sit.	20
<i>Epist. III.</i> —Nuntiat Gelasius episcopis Dardaniæ se pontificem electum; catholicæ fidei libellum transmittit, hortaturque ut cum Eutychianistis non communicent, et muneri pastorali invigilent.	22
<i>Epist. III bis.</i> —Ad Natalem abbatem.	21
<i>Epist. IV.</i> —Gelasii communitorium ad Faustum, fungentem legationis officio Constantinopoli.	26
<i>Epist. V.</i> —Mouet Honorium Dalmatiæ episcopum Gelasius ne Pelagianam hæresim a tot pontificibus detestatam reviviscere sinat.	50
<i>Epist. VI.</i> —Scribit ad eundem eum non debuisset mirari quod admonuerit invigilandum ne iterum Pelagiana hæresis pullularet.	52
<i>Epist. VII.</i> (ad omnes episcopos per Picenum).—Tria præcipua Pelagianæ hæresis capita refellit; primum, scilicet parvulos sine originali peccato nasci; secundum, hos pro solo peccato originali non damnatos; tertium, gratiam ad salutem non esse necessariam, illamque secundum hominum merita conferri.	54
<i>Epist. VIII.</i> (ad Anastasium imperatorem).—Præmissa excusatione cur ad imperatorem non scripserit, illum hortatur ut apostolicæ sedi obtemperet, et Acacii nomine damnato, Ecclesiarum pacem restituendam curet.	41
<i>Epist. IX.</i> (ad episcopos Lætanis).—Nonnulla ecclesiastica instituta exponuntur.	47
<i>Epist. X.</i> (ad episcopos Siciliæ).—Ecclesiæ facultates ad episcopos, clericis et pauperibus distribui debere; dioceses et bona Ecclesiæ ab episcopis triginta annos possessa eis non auferenda.	57
<i>Epist. XI.</i> —Scribens ad episcopos Dardaniæ et Illyrici, commendat eorum religionem; Thessalonicensem episcopum, qui hæreticorum nomina damnare recusavit, apostolicæ sedis communionem privatum esse, et Acacium, in excommunicatione mortuorum, non posse absolvi significat. <i>Ibid.</i>	57
<i>Epist. XII.</i> —Æonium, Arelatensem episcopum, monet mutuam charitatem cum fide catholica retinendam esse.	60
<i>Epist. XIII.</i> (ad episcopos Dardaniæ).—Acacium solius apostolicæ sedis iudicio jure damnatum ostendit.	61
<i>Epist. XIV.</i> —Tractatus Gelasii papæ, in quo ponit exempla epistolæ Simpliciæ papæ atque Feliciæ, quod Timothei Æluri, vel Petri Alexandrini impietatem olim cognoverint, vel visi fuerint. Postea propriis prosequitur dictis, instruens quid adversus Græcos debeat responderi.	85
<i>Epist. XV.</i> (ad episcopos Orientales).—Quod in Acacii aliorumque damnatione synodo nova opus non fuerit, et quod Petrum Alexandrinum absolvere Acacius sine sedis apostolicæ auctoritate non poterit. Tum de episcopis catholicis sede sua sine discussione dejectis.	90
EPISTOLARUM GELASII DECEM FRAGMENTA.	99
GELASII TOMUS de anathematis vinculo	102
ADVERSUS Andromachum senatorem cæterosque Romanos qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituerant.	110
ADVERSUS Pelagianam hæresim.	116
DECRETUM. —Repeti non possunt quæ triginta annis quiete possidentur.	157
DECRETUM ALTERUM. —Non oportet ab eorum elemosynis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non desistimus.	157
CONSTITUTA Gelasii papæ, quæ episcopi in sua ordinatione accipiunt. <i>Ibid.</i>	157
<i>Epist. XV bis.</i> —Narrat quæ a Rustico Lugdunensi episcopo accepit subsidia, et quantas ab Acacio sustineat persecuciones.	158
<i>Appendix prima, sive Varia fragmenta.</i>	159
<i>Appendix secunda, sive Canonnes Gelasio ascripti.</i>	161
<i>Appendix tertia, sive Conciliorum sub Gelasio habitorum relatio.</i>	157
S. AVITUS.	
Prolegomena.	191
EPISTOLÆ.	199
Gondobado regi, <i>ibid.</i> —Eidem, 202.—Eidem, 210.—Eidem, 225.—Victorio episcopo, 221.—Papæ Constantino-politano, 227.—Euatorio, 228.—Cæsario episcopo, 229.—Magno episcopo, 230.—Apollinaris episcopus Avito, 231.—Avitus Contumelioso episcopo, 232.—Victorio episc., 233.—Viventio presbytero, 235.—Gondobadus Avito, 236.—Avitus Gondobado, <i>ibid.</i> —Avitus Apollinari, 239.—Papæ Hierosolymitano, <i>ibid.</i> —Stephano episcopo, 240.—Apollinari episcopo, 241.—Cuidam, 242.—Avitus, sub nomine Sigismundi regis, Symmacho papæ, 243.—Gondobado regi, 244.—Sigismundo, 246.—Eidem, 247.—Fausto et Symmacho, 248.—Liberio prefecto, 249.—Apollinari, 250.—Aureliano, 251.—Elpidio diacono, <i>ibid.</i> —Senario, 252.—Petro diacono, 253.—Eufrasio, 254.—Gondobado regi, 255.—Sigismundo, 256.—Chlodeveo regi, 257.—Avitus, sub alio nomine, ad Vitalianum senatorem, 259.—Celero senatori, 260.—Apollinari, 261.—Eidem, 265.—Heracleo, 261.—Rescriptum Heracii, 265.—Avitus Ansemundo, 266.—Messiano, 268.—Viventio rhetori, <i>ibid.</i> —Viventio episcopo, 270.—Gemello episcopo, <i>ibid.</i> —Apollinari episcopo, <i>ibid.</i> —Victorio episcopo, 271.—Claudio episcopo, <i>ibid.</i> —Gregorio episcopo, <i>ibid.</i> —Viventio episcopo, <i>ibid.</i> —Viventio Avito, 272.—Avitus Viventio episcopo, <i>ibid.</i> —Constantio episcopo, <i>ibid.</i> —Apollinari Avito episcopo, 273.—Avitus Apollinari episcopo, <i>ibid.</i> —Viventio episcopo, <i>ibid.</i> —Maximo episc., 274.—Victorio episcopo, <i>ibid.</i> —Domno Sigismundo, 275.—Eidem, <i>ibid.</i> —Avitus, sub nomine Sigismundi ad imperatorem, 276.—Sigismundo, <i>ibid.</i> —Ansemundo, 277.—Eidem, <i>ibid.</i> —Valeriano, <i>ibid.</i> —Caertio, <i>ibid.</i> —Helladio, 278.—Riconi, <i>ibid.</i> —Avitus, sub nomine Leoniani archidiaconi, ad Sapaudum, <i>ibid.</i> —Apollinari episcopo, 280.—Eidem, 281.—Quintiano episcopo, 282.—Sigismundo, 283.—Eidem, 284.—Avitus, sub nomine Sigismundi, ad imperatorem, <i>ibid.</i> —Avitus, iterum sub alio nomine, ad imperatorem Anastasium, 286.—Viro illustri Heracleo, 287.—Rescriptum Heracii, 288.—Hormisdæ papæ, <i>ibid.</i> —Hormisdæ Avito et aliis.	290
HOMILIA de Rogationibus.	290
OPUSCULORUM AVITI FRAGMENTA.	295
POEMATUM DE MOSAICA HISTORIA LIBRI QUINQUE.	325
<i>Prologus.</i>	Ibid.
LIBER PRIMUS. —De initio mundi.	Ibid.
LIBER II. —De originali peccato.	327
LIBER III. —De sententia Dei.	350
LIBER IV. —De diluvio mundi.	345
LIBER V. —De transitu maris Rubri.	355
CARMINUM AVITI LIBER SEXTUS. —DE CONSOLATORIA LAUDE CASTITATIS.	369
GALLANDII ADNOTATIO de aliis Aviti poematis ejusdem argumenti non editis.	381
AD SIRMONDIANAM AVITI EDITIONEM AUCTARIUM.	
AVITI EPISTOLA ad Gondobadum regem.	381
EPISTOLA ALTERA, ejusdem ad Arigium.	384
EPISTOLA TERTIA, ejusdem ad Stephanum episcopum.	386
EPISTOLA QUARTA, ejusdem ad Gregorium episcopum.	Ibid.
FRAGMENTA libri de Divinitate Spiritus sancti. <i>Ibid.</i>	Ibid.
COLLATIO EPISCOPORUM, præsertim Aviti, coram Gondobado. <i>Ibid.</i>	Ibid.
EPISTOLA Symmachii papæ ad Arigium (in hoc tomo memorata, edenda cum hujus papæ operibus).	391
SERMO AVITI feria tertia in Rogationibus. <i>Ibid.</i>	Ibid.
JOANNES DIACONUS.	
Prolegomenon.	397
EPISTOLA ad SENARIUM.—De variis ritibus ad baptismum pertinentibus.	398

S. FAUSTINUS.

Edmondi Martene admonitio.	407
HOMILIA de Passione Domini.	<i>Ibid.</i>
JULIANUS POMERIUS.	
Notitia ex Cave.	411
Admonitio libris de Vita contemplativa a Mangeantio rælixia in sua S. Prosperi Aquitani Parisiensis editione.	<i>Ibid.</i>
DE VITA CONTEMPLATIVA LIBRI TRES.	
LIBER PRIMUS.	<i>Ibid.</i>
<i>Prologus.</i>	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. —Quod ea sit vitæ contemplativæ proprietas, ubi Deus mundo corde videbitur.	418
CAP. II. —De qualitate vitæ futuræ.	419
CAP. III. —Quod eo judicio Dei ab iniquis separandi sunt sancti, quo ante sunt beati angeli ab immundis separati.	420
CAP. IV. —De resurrectione, vel vita sanctorum.	421
CAP. V. —Quod contemtores presentium etiam hic contemplativæ vitæ beatitudo delectet.	423
CAP. VI. —Quod perfectio contemplativæ vitæ quæ hic haberi potest perfectioni futuræ comparari non possit.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII. —Quod Deum perfecte sancti videre non possint, nisi cum ad beatitudinem futuræ vitæ pervenerint.	424
CAP. VIII. —Quæ et quanta sit in hac carne vitæ contemplativæ perfectio, vel qualiter et perfrendæ mundi contemptores inhaerent.	425
CAP. IX. —Quod tantum interest inter perfectionem vitæ istius et futuræ quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt, et eos qui jam peccare non possunt.	426
CAP. X. —Quod hic sancti Deum in assumpta creatura viderint.	427
CAP. XI. —De qualitate glorificatorum corporum quæ in resurrectione futura sunt.	<i>Ibid.</i>
CAP. XII. —Quantum inter contemplativam et activam vitam intersit.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. —Quod sacerdotes sancti contemplativæ vitæ fieri participes possint.	429
CAP. XIV. —Ubi locutor se excusat quod Ecclesiæ magistros docere non audeat.	430
CAP. XV. —De negligentia sacerdotis qui, doctrinæ suæ agendo contraria, personam non potest implere doctoris.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI. —Quale periculum maneat eos qui Ecclesiam sibi creditam vel relinquere volunt vel strenue gubernare contemunt.	431
CAP. XVII. —Ubi anxium quod Ecclesiam nec relinquere, nec regere possit, provocat, suggerendo quod eam melius regat exemplo.	432
CAP. XVIII. —Quod parum valeat exemplo agenda monstrare, nisi etiam quæ sint credenda docendo sacerdos ostenderit.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIX. —De virtute fidei, quod ad eam non solum credere vel intelligere, sed etiam bene operari pertinet.	433
CAP. XX. —Quod nihil prosit sacerdoti, etiamsi bene vivat, si male viventem tacendo non corrigat.	434
CAP. XXI. —Luctuosa descriptio sacerdotis casualiter viventis.	435
CAP. XXII. —Quod, secundum sermonem prophetæ, culpa sua pereant qui sacerdotum increpationes vel admonitiones contemunt.	437
CAP. XXIII. —Quod sacerdotes etiam qui aliter possunt, tam simpliciter docere debeant, ut omnes eos docentes intelligant.	438
CAP. XXIV. —Quid intersit inter doctores qui Ecclesiam simpliciter docentes, edificant, et eos qui eloquentiam suam luculentis declamationibus jactant.	439
CAP. XXV. —Quales esse debeant sacerdotes qui volunt fieri vitæ contemplativæ participes.	<i>Ibid.</i>
LIBER SECUNDUS.	
<i>Prefatio.</i>	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. —Quod, pro diversitate peccantium, alii portandi sunt, alii castigandi.	443
CAP. II. —De laude sanctorum sacerdotum.	444
CAP. III. —De testimoniis apostolicis et expositione eorum.	445
CAP. IV. —Objectio: Quare sacerdotes sancti, quorum cura est perditæ viventis arguere, simulatores religionis æquanimitè ferant.	447
CAP. V. —Responsio: Ostenditur quibus exigentibus easis quorundam in irmitas blande tractetur.	449
CAP. VI. —Quod illi peccata aliena impatienter accusant, qui sua non cogitant.	450
CAP. VII. —Quantum remedii habeat confessio pec-	

corum, et quale mereatur occultatio dolosa supplicium.	451
CAP. VIII. —Quod inique et non simpliciter arguente, vni sint ac divino judicio condemnandi.	452
CAP. IX. —Quod sacerdotes nihil proprii habere debeant, et Ecclesiæ facultates quasi communes suscipiant.	453
CAP. X. —Cum quo damno animæ suæ ab Ecclesiâ, quam pauperes pascit, accipiant illi qui sibi de suo sufficiunt.	454
CAP. XI. —Qui sunt qui etiam cum profectu animæ suæ opibus sustentantur Ecclesiæ.	455
CAP. XII. —Quid facere debeant clerici quorum infirmitas non potest sua contemnere.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. —Quæ sint gaudia vera vel veræ divitiæ; et quid impedimenti afferant bona præsentia amatoribus futurorum.	456
CAP. XIV. —Qualiter intelligatur quod dicit Apostolus: <i>Qui in sacrario operantur, qui de sacrario sunt edunt.</i>	457
CAP. XV. —De cupiditate, qualiter eis quos semel, invaserit dominetur.	458
CAP. XVI. —Quod Deum perfectius illi possideant qui terrenis possessionibus ex corde renuntiant.	459
CAP. XVII. —Quod nihil proficiant qui, abstinentes a cibis, vitis serviunt; nec prosit illis facultates abjicere, qui suas faciunt voluntates.	461
CAP. XVIII. —Quanta bona primus homo abstinentiæ bonum negligendo perdidit.	463
CAP. XIX. —De peccato primi hominis, et de malis quæ illum peccantem, Deo judicante, secuta sunt.	464
CAP. XX. —Quod omnia bona quæ in Adam corrupti perdidimus, in Christo reparati recipimus.	465
CAP. XXI. —Qualiter vivere debeant qui Christum imitari desiderant.	466
CAP. XXII. —Quali temperantiæ uti debeant qui a voluptate delectabilium, vel ab immoderata perceptione ciborum communium atque a vini immoderato usu capiunt abstinere.	467
CAP. XXIII. —Quod utentes carnibus carniæ concupiscentia polluat, non natura.	469
CAP. XXIV. —Quam utile sit jejunio vel abstinentiæ advenientium caritatem plerumque præferre.	470
LIBER TERTIUS.	
<i>Prefatio.</i>	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. —Quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent.	473
CAP. II. —Quod superbia sit malorum omnium causa.	476
CAP. III. —Quod superbia, ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur, et omnia vitia tunc fugata depereant, si virtutibus cedant.	478
CAP. IV. —De cupiditate, quæ ita mixta est superbiæ, ut nihil peccati fiat quod non ex utraque procedat.	479
CAP. V. —Quo animi tormento invidios affligat invidia.	480
CAP. VI. —In quæ et quanta mala concupiscentia carnis erumpat, si ei mens corrupta consentiat.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII. —Quod etiam hi quos ab impudicitia quælibet necessitas vetat, si vivere pudice consueverint, ad amorem castitatis ascendant.	483
CAP. VIII. —Quibus indicis possit ostendi superbia, quæ vel in perditis aperta est, vel in fictis occulta.	484
CAP. IX. —Quibus signis declaretur invidia.	486
CAP. X. —Quantis malis vanitas vanos involvat.	488
CAP. XI. —De utilitate timoris, et quod efficaciter peccatis obsistat.	490
CAP. XII. —De futuro judicio, vel æternitate supplicii, et de qualitate gehennæ.	491
CAP. XIII. —De laude caritatis.	495
CAP. XIV. —Qualiter possint ea quæ de caritate dixit Apostolus, intelligi.	494
CAP. XV. —Quantum perfectionis caritas in se fundatis exhibeat.	496
CAP. XVI. —De qualitate virtutis, et qualiter sibi consentientes informet.	498
CAP. XVII. —Quibus gradibus conversi in culmen perfectionis ascendant.	500
CAP. XVIII. —Quæ sit quaternarii numeri credenda perfectio; et quod quatuor virtutes quæ dicæ sunt <i>principales</i> , ex fide viventes a Deo collate iustificent.	501
CAP. XIX. —De temperantiæ qualitate, vel opere.	502
CAP. XX. —Quales esse debeant quos animi fortitudo nobilitat.	503
CAP. XXI. —De justitia, vel fide, quæ ex ipsa procedit.	505
CAP. XXII. —De æquitate; quod ad eandem pertinet humanæ societatis utilitas.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIII. —Quod duo sint injustitiæ genera.	506
CAP. XXIV. —De liberalitate; et qualiter beneficentiæ opus debeat exerceri.	<i>Ibid.</i>

Cap. XXV.—De differentia amorum, et quantum ab eis differat perfecta dilectio.	507
Cap. XXVI.—Quid sit sua cuique tribuere.	508
Cap. XXVII.—Quod actualement vitam tres virtutes, id est, temperantia, fortitudo, iustitiaque consumment; et prudentia, quæ est quarta virtus, menti cognitionem rerum latentium præstat.	509
Cap. XXVIII.—De sociali virtute; et quod non recte faciant qui, cum possint, nihil humanæ societati proficiunt.	<i>Ibid.</i>
Cap. XXIX.—Quod de prudentiæ ac sapientiæ fonte cognitionem omnium rerum bibant, qui percipiendæ scientiæ ferventer invigilant.	511
Cap. XXX.—Quod prudentes nec aliis nocerant, nec sibi noceri permittant; et quod eis ibi sit sine admixtione alius erroris consummata prudentia, ubi erit sine ullo peccato vita perfecta.	512
Cap. XXXI.—De affectionibus quatuor: quod inter vitia numerari non debeant, si earum usus ex bona voluntate procedat.	514
Cap. XXXII.—Quod hi affectus, sine quibus in hac vita recte non vivitur, in illa futura beatitudine non sint, quæ nec timorem habitura est, nec dolorum.	517
Cap. XXXIII.—Qualiter virtutes quatuor quæ dictæ sunt principales, aut in præsentem nos a peccato defendant, aut in æternum nobiscum sine ullo peccato permaneant.	518
Cap. XXXIV.—De toto opere se locutor excusât.	<i>Ibid.</i>

DUO ANONYMI.

Præfati admonitio in libellos sequentes.	519
DE GENEALOGIIS PATRIARCHARUM.	523
DE COMPUTO PASCHALI LIBRI DUO.	548

INCERTUS AUCTOR.

Observatio critica.	561
ORDO MONASTICUS in veteri Scotiæ monasterio de Kil-Ros olim observatus.	565

AURELIUS PRUDENTIUS.

Epistola dedicatoria.	567
PROLEGOMENA.	571
CAPUT PRIMUM.—Ratío et divisio totius operis.	<i>Ibid.</i>
Cap. II.—Prudentii Vita.	578
Cap. III.—Prudentii opera.	607
Cap. IV.—Codd. mss. Prudentii operum.	619
Cap. V.—Editiones, interpretæ, versiones operum Prudentii.	640
Cap. VI.—Magdeburgensium aliorumque de Prudentii doctrina iudicium.	660
Cap. VII.—De sanctorum cultu et veneratione, eorumque reliquiis, ex Prudentii carminibus.	664
Cap. VIII.—De sacris imaginibus, de Crucis adoratione, et pontificis Romani primatu.	667
Cap. IX.—Malè reprehenditur Prudentius circa dogma libertatis et interpretationem Apostoli ad Ephesios cap. vi.	670
Cap. X.—Lectio editionis Vulgatæ Gen. iii, 15, <i>Et ipsa conteret caput tuum</i> , insigniter ex Prudentio confirmata.	671
Cap. XI.—Ritus ecclesiastici qui nunc vigeant Prudentii ævo in Ecclesia usitati. Luminum usus et copia.	674
Cap. XII.—Celeberrimum apud veteres Christianos pervigilium Paschæ; Prudentii versus de novo lumine sab-	

bati Paschalis; verus titulus hymni quinti Cathemerionum.	677
Cap. XIII.—Respondetur ex Prudentio interrogantibus, cum Persio: «Necite, pontifices, in sancto quid facit aurum?»	684
Cap. XIV.—Quem morem in corporibus defunctorum sepeliendis Prudentii ætate adhibuerint Christiani. Ostenditur diversa ratio cur SS. Patres quosdam ritus in Ethnicis reprehenderint, in Christianis approbaverint.	687
Cap. XV.—Quo sensu Prudentius animam liquidam et elementum dixerit.	693
Cap. XVI.—Faveritne Prudentius Pythagoreis et Manichæis super abstinentia a carnibus?	698
Cap. XVII.—Oratio in fine Hamartigeniæ exponitur et defenditur.	702
Cap. XVIII.—Opinio Prudentii de pœnis damnatorum in pervigilio sabbati paschalis mitgatis, an aliorum mentes occupaverit.	706
Cap. XIX.—Cui Prudentius in extremi iudicii die ad dexteram iudicis latus transferri oraverit.	709
Cap. XX.—Ignorantia quorundam qui putarunt ænigma esse interpretationem sacræ Scripturæ a Prudentio adhibitam in præfatione Psychomachia.	712
Cap. XXI.—Fidelis catholicæ et Ecclesiæ catholice appellatio quantum Prudentio aliisque antiquis Hispanis debeat.	719
Cap. XXII.—Duæ insignes traiectiones quorundam versus Prudentii in examen revocantur.	721
Cap. XXIII.—Peccata metri Prudentio objecta. Opusculum ms. Ludovici Cavalli contra hymnos Brevissarii Romani refellit.	724
Cap. XXIV.—Leges a Prudentio aliisque antiquis poetis Christianis in metro servatæ.	727
Cap. XXV.—Prudentius ab aliis corruptus, ab aliis male correctus, ab aliis defensus. Animadversiones de ejus prosodia.	736
Cap. XXVI.—Metra Prudentiana.	744
Cap. XXVII.—Latinitas Prudentii.	748
Cap. XXVIII.—Veterum et recentiorum quorundam de Prudentio testimonia. Ejustem antiqui imitatores.	751
Cap. XXIX.—De variantium lectionum delictu. Quibus notis editiones et manuscripti codices in commentariis indicentur.	761
PRUDENTII CARMINA.	767
Proœmium.	<i>Ibid.</i>
LIBER CATHEMERINON.	775
Hymnus primus, ad Gallicinsum.	<i>Ibid.</i>
Hymn. II, Matutinus.	785
Hymn. III, Ante cibum.	796
Hymn. IV, Post cibum.	811
Hymn. V, De novo lumine paschalis sabbati.	818
Hymn. VI, Ante somnum.	831
Hymn. VII, Jejuniatum.	841
Hymn. VIII, Post jejunium.	866
Hymn. IX, Omni hora.	872
Hymn. X, Circa exsequias defuncti.	875
Hymn. XI, VIII kalendas Januariarum.	888
Hymn. XII, De Epiphania.	901
APOTHEOSIS.	915
Præfatio.	<i>Ibid.</i>
INCIPIT LIBER APOTHEOSIS.	921
HAMARTIGENIA.	1077
Præfatio.	<i>Ibid.</i>
INCIPIT HAMARTIGENIA.	1011

FINIS TOMI QUINQUAGESIMI NONI.

Parisii. — Ex typis L. MIGNÉ.

7248 024

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY



3 2044 073 505 117



THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY



3 2044 073 505 117





Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были поданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>